00120551

Digitized with financial assistance from
Observer Research Foundation
on 17 May, 2019

J. Smith.



…EDAMI, Excudunt GERARDUS & JACOBUS BORSTIUS cIↄIↄCCII.

סדר קדשים

ſive

LEGUM MISCHNICARUM

Liber qui inſcribitur

ORDO SACRORUM,

Cum Clariſſimorum Rabbinorum

MAIMONIDIS & BARTENORÆ

Commentariis Integris.

Quibus accedunt Variorum Auctorum Notæ ac Verſiones in eos quos ediderunt Codices.

Latinitate donavit ac Notis illuſtravit

GUILIELMUS SURENHUSIUS.

PARS QUINTA.



120551

AMSTELÆDAMI.

Excudunt GERARDUS & JACOBUS BORSTIUS.

cIɔ Iɔ ccII.

00120551

NOBILISSIMIS & AMPLISSIMIS

VIRIS,

INCLYTÆ ACADEMIÆ LUGDUNO-BATAVÆ CURATORIBUS;

EJUSDEMQUE SECRETARIO.

GUILIELMUS SURENHUSIUS.

Cum earum rerum quæ a Nobiliſſimis qui Vos anteceſſerunt Academiæ Lugduno-Batavæ Curatoribus, in ſtudiis Hebraicis primum conſtituendis actæ ſunt, memoriam altius repeto, cum ea quæ deinceps per continuas

tinuas temporum viciſſitudines ab iis qui hos exceperunt, more Majorum ſancita ſunt, cum hodiernas Veſtras in omni genere doctrinarum promovendo voluntates mihi ob oculos pono, Viri Illuſtres, rationibus ſane quam æquiſſimis eo adducor, ut credam hancce rerum Miſnicarum dedicationem meam quam Clariſſimis Nominibus Veſtris inſcripſi, nequaquam fore injucundam. Quisque enim in iis artibus & literis in quibus præ cæteris operam ſuam collocavit, eos potiſſimum Viros ſuſpicere ſolet, atque ab iis aliquam gratiam inire ſtudet, qui earundem artium & literarum vel Patroni, vel Auctores extiterunt. Literarum vero Hebraicarum & Orientalium qui mihi generoſiores Patroni quam Academiæ Lugduno-Batavæ Ampliſſimi Curatores? qui mihi in utroque genere ſtudiorum excolendo quondam viri clariores, quam ejuſdem Academiæ Profeſſores? Etenim ſi Majorum Veſtrorum liberalitatem, curam, & amorem conſiderem, non tantum peritiſſimos quoſque homines, & in hac rei literariæ palæſtra exercitatiſſimos e peregrinis locis avidiſſime ad ſe vocantium, verum etiam ejuſmodi juvenes cum quorum ingeniis ita comparatum erat, ut ad Hebraica veluti nati viderentur, publicis ſtipendiis alentium, donec iis mediocriter

criter imbuti, ad majorem eruditionem ſibi adipiſcendam ad extremas uſque Orientis oras mitterentur, ut quicquid illic eſſet reconditum, occultum, abſtruſum, & ſub figuris ac involucris quibuſdam priſcorum mortalium lateret, inveſtigarent, conquirerent, & in reipublicæ literariæ ornamentum illinc ſecum adferrent, quarum rerum etiamnum in Archivis veſtris multa inſignia aſſervantur monumenta, quis in exoticis indagandis ipſis curioſior, quis in ſumptibus faciendis liberalior? Quinimo ſi cogitem quomodo hi in patriam reduces quaſi re præclare geſta, deque literis Orientalibus bene meriti cathedra publica digni haberentur, quis in viris literatis exornandis ipſis promptior? Tantorum itaque virorum fama cum celebraretur Academia Veſtra, ita undique Orientales literæ percrebuerunt, ut non ſolum cives, ſed & exteri, non ſolum Sacrarum diſciplinarum ſtudioſi, ad quos hoc literarum genus potiſſimum ſpectat, ſed & in quavis facultate reperirentur, qui aliquid de illis percipere volebant, utpote ſibi in animum inducentes, e ſingulis gentibus & linguis quicquam ad liberales artes poſſe conferri. Et propterea Medicorum Herbariorumque ſtudia non abſque Arabicis, Juriſconſultorum vero non abſque Hebraicis, Hiſtori-

corum denique non ſine utriſque recte inſtitui poſſe arbitrabantur. Hinc Orientalia tunc temporis ſtudia in Batavia noſtra vehementius colebantur quam unquam antea. Nec Miſnica Gemaricaque ſcripta prorſus intacta relinquebantur, clavis enim Talmudica quæ formulas in Dialecticis & Rhetoricis apud Judæorum doctores uſitatas complectitur, cum interpretatione Latina publici juris fiebat. Codices aliquot Miſnici Chriſtianis hactenus minus noti, ſermone Latino cum elegantiſſimis commentariis e tenebris in lucem eruebantur. Quæ omnia & id genus alia multa ardui laboris volumina, diligentiſſimus & celeberrimus quondam in Academia veſtra Controverſiarum Judaicarum Profeſſor Conſtantinus L'Empereur cum orbe literato communicavit, quorum tum in ſuperiori, tum in hoc ipſo tomo præclara quædam ſpecimina denuo excuſa videtis. Nec mihi ſilentio prætereundus clariſſimus ille Petrus Cunæus veſter, graviſſimus de republica Hebræorum ſcriptor, qui quantumvis ob munus ſibi demandatum juris utriuſque inſtitutione diſtractus eſſet, tamen Hebraicis aſſidue operam dare, eaque diſcipulis ſuis tradere & enucleare non deſtitit, uſque adeo ut Hebræorum jura pariter & Romanorum, divina & humana, ſacra & profana,

quaſi

quaſi aliquod commune vinculum inter ſe habere, & cognatione quadam contineri viderentur. Cujus viri doctrina tantum effectum eſt, ut non pauci inter nobiliſſimos extiterint juvenes in utroque jure verſatiſſimi, qui poſtea paſſim in Provinciis noſtris ob ſingularia ſuæ induſtriæ documenta ampliſſimos honores conſecuti ſunt; e quorum ego numero adhuc multos ingenio & virtute præſtantes viros novi, qui ſicubi animus a forenſi ſtrepitu reficiendus ſit, Hebraicis antiquitatibus interdum aliquid tribuere ſolent. Et cum ex hiſce ſtudiis tanti oſtenderentur fructus, proinde olim Ampliſſimis Curatoribus videbatur unum virum Orientalibus rebus curandis non eſſe parem, verum duumviros potius iiſdem præficiendos, ne quid reſpublica Orientalis caperet detrimenti. Et profecto, Sapientiſſimi Viri, quis Veſtrum, ſive in legibus Moſaicis, ſive in Hagiographis, ſive in Vatum ſcriptis, ſive apud Evangeliorum Epiſtolarumque ſacros auctores quædam ad veterum Hebræorum ritus & ſancita ſpectantia legerit, non ea cognoſcendi deſiderio tenebitur, cum vel in profanis, in curioſitate, & conjectura quadam poſitis tantam adhibeat operam & diligentiam? At vero cum illud Hebraicorum rituum Syſtema, quod Miſchna vocari ſolet, primarium ac pene unicum ſit

adminiculum, quo plurimis Sacrarum paginarum locis obſcuris aliquod lumen affundi poteſt, quid ſingulari judicio veſtro accommodatius, quid deſiderio veſtro gratius, quid opinioni veſtræ antiquius adferri poſſet, neſcio! Hujus namque libri copiam Patres veſtri tam vehementer deſiderarunt, in hunc doctiſſimi quique Profeſſores veſtri ſuam operam, curam, induſtriam, cogitationem, mentem denique totam contulerunt; hujus inquam libri vel unicum de Templi Jeruſolymitani Menſuris codicem jam diu Illuſtriſſimi & Potentiſſimi Hollandiæ & Weſt-Friſiæ Ordines graviſſimis & maximis ſuis judiciis comprobare voluerunt. Ob tot & tantas itaque rationes, Excellentiſſimi Viri, auſus fui tantum de favore & benevolentia veſtra mihi polliceri, ut crediderim hanc meam fiduciam quam de quinto volumine Miſnico Vobis conſecrando concepi, æqui bonique conſultum iri. Mihi vero nihil magis in votis eſt quam ut doctrinæ Orientales in Academia veſtra dudum inclyta, eſſloreſcant & eundo vires acquirant, atque ut idem ille Deus qui leges Hebræorum quondam condidit, quique eas hactenus in commodum & ſalutem veſtram conſervavit, Vos ad eaſdem tuendas & propagandas diu ſervet incolumes. Scripſi Amſtelædami ad diem undecimum menſis Julii.

CIↃ IↃCCCII.

LECTO-

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

GUILIELMUS SURENHUSIUS.

Quarto Volumine legibus ad populum Iſraëliticum in omni officiorum genere inter ſe devinciendum, eundemque a pernicioſorum hominum injuria, & ab animantium ferocitate vindicandum, a divino legiſlatore latis, & ab auctore Miſnico in diverſis codicibus dilucidatis, nihil amplius ad cives in republica optime conſtituta, bonis moribus & inſtitutis ſalutaribus continendos, requiri videbatur, quantum quidem homo homini quocunque in genere vitæ ac ſtatu collocatus deberet, reliquum erat ut ejuſmodi etiam leges ſubjungerentur, quæ verum Dei cultum, & quid homo creatori ſuo deberet, edocerent. Cum enim homo præ cæteris creaturis omnibus originem ſuam a vero ducat Deo, quid rationi magis conſentaneum eſſe poteſt, quam ut Deum non falſo, non fictitio, non imaginario, ſed cultu vere divino proſequatur. At vero cum rectus ille Deum colendi modus e primorum parentum animis evanuiſſet, cujus tamen exercitio ii unice beati fieri debebant, eundem poſtea ſummo Numini inſtaurare placuit; tum ut miſericordiam gloriamque ſuam infelicibus manifeſtaret, tum etiam quod ab ipſo nihil proficiſcitur, quod is non perficiat ad eum ſcopum quem ſibi propoſuit. Hinc eſt quod Deus hominem in recta quadam ſanctitate a ſe productum, licet deinceps incogitantia quadam ex ea delapſum, plane deſerere noluerit, ut clementia ipſius in poſteros redundaret univerſos. Cæterum cum Deo O. M. viſum fuiſſet priſtinum ſe colendi modum ſpiritualem non ſtatim in integrum reſtituere, verum eum potiſſimum poſt longum temporis intervallum dilectiſſimo ipſius adventante Filio redintegrare, utpote qui totius humani generis caput, & novæ progeniei quaſi alter eſſet parens: hinc factum eſt ut iſta Deum colendi ratio quæ e majorum lapſu initium cepit, & ad Chriſti tempora uſque in populo continuavit, longe aliam formam habuerit. Nam cum Deus in principio ſincero quodam amore & pura mente brevi tantum momento coleretur, non diu poſt evenit, ut perenne iſtud divini amoris flumen in hominem torrentis inſtar cœlo delabens, obſtructum fuerit. Hinc conſcientia tanti mali ſibi conſcia, quod ſanctiſſimum iſtud fœdus eſſet violatum, nil niſi odium, & inimicitias exprobravit, quinimo ſententiam mortis continuo pronunciavit. Inde exortus eſt novus iſte Deum colendi modus, qui in ſacrificiis, victimis, muneribus, fertis, & id genus aliis conſiſtebat cerimoniis. Quid enim aliter ſignificabat iſta animantis victima quæ in aliquot partes diſſecabatur, quam ut peccator eo fateretur ſe dignum eſſe ut tali modo cum ipſo ageretur, & animantium loco haberetur? quid illa holocauſti combuſtio, & fumi in cœlum aſcenſio, quam quod homo igne quodam ſacro a peccato purificatus, jam veluti in cœlum tolleretur, & quam arctiſſime Deo ſuo jungeretur? quid illa fertorum oblatio, quam quod peccator cum Domino ſuo in gratiam rediiſſet, cujus ille rei quaſi ſignum aliquod erigebat? Quandoquidem vero hi ritus ubique locorum apud omnes gentes & nationes, tam ſacras quam profanas jam per tot ſecula invaluerant, & cum hominum natura ita comparatum eſſe ſolet, ut ea ſemper redeat ad id quod olim conſuevit, proinde Deus eos e medio tollere noluit, dum exactiora per Moſen ſe colendi inſtituta dabat, ſed Iſraëlitis tunc temporis in ſtatu infantiæ verſantibus aliquid largiri, donec ad ſaniorem mentem rediiſſent; ſin minus, eorum cultum & ejuſdem inſignia una cum Templo quantumvis ſacratiſſimo auferre, ſicuti factum eſt. Propterea hac in parte non ſolum inſignem Dei clementiam, miſericordiam, & liberalitatem in tot ſacrificiorum ritibus populo Iſraëlitico ſub ſpe vitam æternam conſequendi concedendis, laudibus efferre, ſed & ſummam illius ſapientiam admirari debemus quod ſub iſtis umbris & figuris, tamque obſcuris ſymbolis & ænigmatibus tam ingentia & incomparabilia latuerint bona. Videlicet ſanctiſſimum atque abſolutiſſimum illud Servatoris noſtri ſacrificium, quo omnibus ſacrificiis fine impoſito non ſolum gentis Iſraëliticæ ſed & totius generis humani peccata uno die deleta eſſe dicuntur. Proinde illa de Sacrificiis recte cognoſcendis tractatio & Judæis & Chriſtianis omnium illuſtriſſima eſt; Judæorum in typis, Chriſtianorum in antitypo, quid dicam in utriſque recte intelligendis maximi intereſt, cum unum vix abſque altero intelligi poſſit. Veniamus ad rem.

Primus hujuſce libri codex inſignitur titulo מסכת זבחים TRACTATUS DE SACRIFICIIS, per vocabulum זבח ſive זבחים intelliguntur ſacrificia majora quæ ab animanti-

bus deſumebantur, & propterea hujus codicis inſcriptio reliquis omnibus prior eſt, ſi vero vim vocis זבח ſtricte conſideres, eam cum voce שחיטה *mactatione* omnino convenire comperies, hoc ſenſu ſcriptum eſt Deuteronomii capite duodecimo, commate viceſimo primo, וזבחת מבקרך ומצאנך כאשר צויתך *Et mactabis de armento & grege tuo quemadmodum tibi præcepi.* Hinc evincitur quod omne זבח notet ſacrificium quod mactari debebat; & quia id ipſum in altare offerendum erat, dominoſque ſuos cum Deo conjungebat, propterea קרבן *appropinquatio* vocatur, ſicuti ſcriptum legimus in libro modo allegato capite quarto, commate ſeptimo, כי מי גוי גדול אשר לו אלהים קרובים אליו *Nam quæ tanta gens cui Deus tam propinquus eſt?* Animantia vero e quibus זבחים *ſacrificia* petebantur, trium erant generum, nempe בקר כבשים ועזים *boum, ovium, & caprarum*, quæ omnium ſacrificiorum excellentiſſima habebantur, & proinde ex iis duntaxat publica fiebant ſacrificia, & non ex avibus. Quare autem e tribus hiſce potiſſimum generibus ſacrificia fiebant, illius rei Maimonides duas adfert rationes, quarum una eſt quod tria iſta animantium genera inter omnia natura, habitu, & pabulo ſint præſtantiſſima; altera, quod illa ipſa ſint inventu facillima; & quod propterea e feris nullum fiebat ſacrificium, quod eæ ſumma cum difficultate inveſtigentur; ob quam rationem & volucrium oblatio ſolis turturibus & columbarum pullis fiebat, cujus quoque ſententiæ eſt R. Levi Gerſomi filius in commentariis ſuis in Leviticum. Sed Abarbanel duas inſuper alias rationes ſubeſſe putat, quarum una eſt quod hæc animantia ſanctiſſimorum patrum ſymbola præ ſe ferant, & propterea bovem eſſe Abrahami ſymbolum, in eo videlicet quod ſicuti bos omnium animantium maximus eſt, ita Abrahamus patrum, quod elicit ex eo quod ſcriptum eſt Geneſeos capite decimo octavo, commate ſeptimo, *Et ad armenta cucurrit Abraham, cepitque buculum tenerum & bonum.* Iſaci ſymbolum eſſe oves, quia oves dignitate proxime attingunt boves; tum etiam quod aries a patre ipſius immolandus, ei ſubſtitutus ſit dum ligabatur, ſicuti dicitur Geneſeos capite viceſimo ſecundo, commate tertio decimo, *Et accepit arietem, eumque obtulit pro filio ſuo.* Jacobi vero ſymbolum fuiſſe ſacrificium e capris deſumendum, quod pecoris genus inferius eſt eo quod ex ovibus deſumebatur, idcirco dicitur Geneſeos capite viceſimo ſeptimo, commate nono, *confer te, quæſo, ad gregem, atque duos mihi hædos inde adducito.* Quorum pelle manus & cervix illius obductæ ſunt ut patris benedictionem reciperet. Videatur quoque locus Geneſeos decimo quinto commate nono. Altera autem ratio quam Abarbanel attulit, quod hæc pecora atque volucria potiſſimum in ſacrificiis erant, eſt, quod per illa deſignaretur gens Iſraëlitica, ſicuti dictum eſt per prophetam Hoſeam capite quarto, commate ſexto decimo, *juvencæ contumacis inſtar Iſraëlitæ rebellant.* Et apud Amoſum capite quarto, commate primo, aſſimilantur פרות הבשן *juvencis Baſanicis.* Et denuo ab Hoſea capite decimo, commate undecimo Ephraim vocatur *vitula docta*, aliiſque in locis bene multis. Et ob eam rem is putat univerſi cœtus Iſraëlitici errorem buculo expiari. Aliquando autem Iſraëlitæ comparantur cum agnis ovibuſque, ita apud Jeremiam capite quinquageſimo, commate decimo ſeptimo dicitur, *agni diſperſi ſunt Iſraëlitæ.* Et apud Ezechielem capite triceſimo quarto, commate viceſimo, *Et judicabo inter agnum pinguem atque macilentum.* Ac proinde ambo ſacrificia jugia ex agno conſtare dicit. Inſuper comparantur cum capra apud Ezechielem capite ſeptimo, commate viceſimo quarto, & alibi, hinc iſte hircus pro toto populo Iſraëlitico offerendus, cui forte obtigerat titulus ליהוה *Domino.* Et cum Iſraëlitæ cum ejuſmodi beſtiis conferantur, ipſorum loco ſubſtituebantur, ſe res habebat perinde ac ſi caro Iſraëlitarum mactaretur, & eorundem ſanguis effunderetur, & hoc nonnulli colligunt e loco Levitici capite primo, commate ſecundo, אדם כי יקריב מכם קרבן *homo cum offerat e vobis oblationem, e vobis* enim dici volunt de typis ipſorum. Et quia aliquando gens Iſraëlitica aſſimilatur columbis & turturibus, hinc ſufficiebat iſta volucria a pauperibus offerri, quorum facultas non ferebat majora offerre ſacrificia. Præter hæc Moſes Nachmanides judicat turtures atque columbas duntaxat ex omnibus volucribus electas eſſe, quod ſicuti turtur nulli præterquam conſorti ſuo jungi poſſit, & quod columba non deſerat conſortem ſuum; ita quoque Iſraëlitas uni ſoli Deo in perpetuum jungi debere, & nulli Deo alieno adhærere. At vero מנחות *Munera* conſtabant e ſimila, oleo, thure, & vino ad libandum, quæ Deo ut totius univerſi Domino in menſam mittebantur, eodem fere modo quo agricolæ e fructibus ſuis novis quædam munera domino ſuo mittere ſolent, quamobrem illa potiſſimum offerebantur ex iis rebus quæ ad victum in primis neceſſaria ſunt, animumque recreant, ſicuti in Pſalmo centeſimo quarto, commate quinto dicitur vinum exhilarare hominum animos, & oleum illuſtrare faciem, panem vero corda ſuſtentare. Hæc de victimarum fertorumque materia, ſequitur ut de eorundum formis quædam conſideremus.

Sacri-

Sacrificia autem quæ זבחים dicuntur, in quatuor genera dividuntur, cujuſmodi vocantur עולה חטאת אשם שלמים *Sacrificium holocauſticum*, *ſacrificium pro peccato*, *ſacrificium pro reatu*, *ſacrificium pacificum*, præter hæc quatuor nullius ſacrificii in tota Lege mentio facta eſt. Sacrificium holocauſticum totum in altare comburebatur, ſive id publicum eſſet ſive privatum, idcirco neque dominis neque ſacerdotibus de ipſo quicquam comedere licebat, præterquam quod pellis cedebat ſacerdoti iſti ſacrificio operam navanti. Atque hoc ſacrificium ſemper fiebat e bobus, ovibus, capriſque maſculis; ſed ſi id e columbarum vel turturum pullis fiebat, nullius generis delectus habebatur. Hæc vero animantia omnino integra eſſe debebant, nullis vitiis affecta, nec ſenio confecta, quia tum natura imperfecta ſunt; bos enim ſi integros tres annos exegiſſet, ſenex habebatur; ſic agnus qui כבש & כשב dicitur, ſi duos annos impleſſet, quia ab iſto tempore & deinceps vires naturæ debiliores fieri incipiunt. At vero Lex curam habuit ut animantia eo potiſſimum tempore offerrentur, dum optima & integra erant, idcirco ea præcepit ut turtures eſſent majores, columbæ vero minores, quia tum utrique meliores erant. Notandum vero eſt, cum in Lege memoratur oblatio כבש vel כשב, intelligi agnum vel hœdum intra primum ætatis annum. Et quando dicitur איל או אילים *aries vel arietes*, intelligi oves maſculini generis vel capras intra ſecundum ætatis annum. Porro quando dicitur פר או פרים *juvencus aut juvenci*, ſermonem eſſe de iis qui in tertio adhuc anno verſantur; & quum dicitur עגל *vitulus*, intelligendum eſſe anniculum; שעיר עזים *hircum* vero *caprarum* dicier de eo qui primum ætatis annum jam compleverit; quæ conditiones omnes petitæ ſunt e codice פרה *de Vacca*.

חטאת *Sacrificium pro peccato* duplex erat, unum cujus adipes in altare offerebantur, idque fiebat ex eo quod e buculo vel capris petebatur, quorum adeps inteſtina contegens interius, duo renes cum adipe ſuo, & reticulum hepatis, quæ eſt infima jecoris fibra digiti pollicis figuram repræſentans, adolebantur. Si igitur ſacrificium pro peccato fiebat ex agnis, præter partes antea memoratas tota cauda cum ſpinæ vertebris ei junctis quoque comburebatur, atque hæ partes omnes dicuntur אמורים, quia Deus illas de ſacrificio pro peccato comburendas dixerat, reliquas vero a ſacerdotibus maſculis in atrio comedendas. Alterum vero genus ſacrificii pro peccato erat, quod penitus comburebatur ſicuti holocauſtum. אשם *ſacrificium pro reatu* erat oblatio hominis privati, qui dubitaret an aliquod e præceptis ex errore tranſgreſſus fuiſſet, ob cujus factum de induſtria commiſſum pœna excidii dignus erat, necne, iſtius enim dubii cauſa אשם offerebatur. Cum vero ei poſtea innotuiſſet ſe certo peccaſſe in errore iſto, tum adducebat ſacrificium pro peccato; etenim ob omne peccatum certo commiſſum offerebatur ſacrificium pro peccato, & ob idem inſcienter peractum offerebatur ſacrificium pro reatu; at in ſacrificiis publicis ſacrificium pro peccato non habebat locum; hujus vero ſacrificii pro reatu omnis pinguedo in altare comburebatur, ſicuti ſacrificii pro peccati pinguedo; quod reſtabat, id a ſacerdotibus comedebatur; utraque enim ſacrificia hac in parte inter ſe conveniebant. Cæterum e שלמים *Pacificis* aliqua portio ſacerdotibus cedebat, videlicet pectus, & crus; reliqua autem a proprietariis comedebantur, idcirco שלמים *Pacifica* dicebantur, quod pacem inter altare, ſacerdotes, & proprietarios faciebant. Sed in ſacrificiis publicis pacifica duntaxat e duobus agnis hebdomadalibus fiebant. Hinc manifeſtum fit hæc ſacrificia in formis differre, holocauſtum enim penitus comburebatur, ſacrificium pro peccato & ſacrificium pro reatu ex parte tantum comburebantur; reliquum vero a ſacerdotibus comedebatur. Pacifica vero partim comburebantur, nempe pinguedo eorum, & partim a ſacerdotibus comedebantur, reliquum vero omne comedebant ſacerdotes. Hæc de victimarum diviſione ſecundum earum formas.

Sequitur forma מנחות *Munerum*, quæ in duo diſtribuuntur genera, munus namque eſt quod una cum ſacrificio offerri & comburi debebat, ſine quo ſacrificium neutiquam immolari poterat; atque id מנחת נסכים *Munus Libaminum* vocabatur. Præterea quoque erat munus quod ſeorſim offerebatur, quod a munere libaminum diſtinctum erat: etenim munus quod e volucribus fiebat prorſus non requirebat munus libaminis. Porro generalis erat regula quod omne ſacrificium quod e voto vel oblatione ſpontanea fiebat, libamina requirebat, ſacrificio pro peccato & ſacrificio pro reatu exceptis quæ non e votis neque ex oblationibus ſpontaneis fiebant, ac proinde non requirebant libamina. Hanc ob cauſam nec primogenita, nec decimæ pecorum, nec ſacrificium Paſchale requirebant libamina, quia illa non fiebant e votis neque ex oblationibus ſpontaneis. Hinc ſequitur, quod omnia holocauſta quæ e pecore fiebant, atque omnia pacifica requirerent libamina, ſive publica ſive privata eſſent ſacrificia. Verum ſacrificia pro peccato & ſacrificia pro reatu non indigebant libaminibus, exceptis ſacrificiis pro peccato & pro reatu leproſi offerendis. Conſtabat autem munus libaminum e ſimila & olea olivarum inter ſe ſub-

ſubactis; libamina vero erant vinum: omnia autem ſecundum ſacrificiorum ritum fiebant. Cæterum menſura quæ cum holocauſtico, vel cum pacificis e ſimila, oleo, & vino conſtituta erat, varia erat pro ſacrificiorum varietate; atque triplex erat. Harum prima conveniebat holocauſticis, & pacificis quæ ex agnis hœdisve fiebant anniculis, quorum unumquodque comprehendebat decimam ſimilæ cum quartario Hin olei, & cum quartario Hin vini ſubactam. Secunda autem erat menſura dum holocauſtum aut pacifica fiebant e pecore majori, quod איל *aries* dicitur, capiens decimas ſimilæ duas cum triente Hin olei, & cum triente Hin vini ſubactas. Tertia muneris menſura trium erat decimarum ſimilæ cum dimidio Hin olei ſubactarum pro juvenco uno, & ea obtinebat in holocauſtis & pacificis tam e majori quam e minori pecore offerendis; libamen vero illius erat dimidii Hin vini; atque hæc menſura pro numero ſacrificiorum augebatur. Nihil autem hoſce modos excedebat, præter agnum qui ſecundo feſti azymorum die offerebatur in holocauſtum, dum manipulus novarum frugum agitabatur, cujus munus Lex præſcripſit duarum eſſe decimarum cum triente Hin olei ſubactarum; libamina vero ei addenda eſſe quartarii Hin vini, ſecundum omnia de agnis ſancita. Cæterum ab hoc diſtinctum erat ſacrificium pro peccato & ſacrificium pro reatu leproſi offerendum, quorum unumquodque requirebat decimam, quia ſacrificium leproſi duobus conſtabat agnis, atque una agna, quorum unum in ſacrificium pro peccato, alterum in holocauſtum, tertium in ſacrificium pro reatu ſacrificabat; horum munus e Lege ſtatuitur trium decimarum ſimilaginis. Hæc dicta ſunto de munere libaminum quæ cum ſacrificiis holocauſticis, pacificorumque pinguedinibus comburebantur. Alterum munerum genus erat quod a nullis dependebat ſacrificiis, idque bipartito dividebatur, videlicet in מנחת היחיד ומנחת הצבור *Munus Privatum & Munus Publicum*; publicum vero triplex erat, unum erat manipulus agitationis qui ſecundo feſti azymorum die offerebatur, e quo pugillus adolebatur in altare, reſiduum autem a ſacerdotibus comedebatur. Alterum erat duo panes, qui Deo ad Hebdomadalia offerebantur, ſicuti ſcriptum eſt in Levitico capite viceſimo tertio, commate ſeptimo decimo, *E ſedibus veſtris adducetis panem agitationis.* Atque huic in Lege vocabulum מנחה *Muneris* tribuitur, ita enim legimus in Numeris capite viceſimo octavo, commate viceſimo ſexto, *cum obtuleritis munus novum Domino in Hebdomadalibus veſtris.* Tertium munus erat panes facierum quos ſacerdotes ſingulis Sabbatis comedebant, duodecim nempe placentæ, quæque duas comprehendens decimas. Hæc munera inquinamenta ſua quidem tollebant, ſed inquinata oblata non comedebantur, quemadmodum expoſitum eſt in codice de Paſchate. Sed munus manipuli duntaxat jura tollebat. Pariter quoque *Munus Privatum* triplex erat, quorum primum erat munus quod quis deberet ob iniquitatem aliquam commiſſam, ut, ſi quis per imprudentiam Templum ejuſdemque ſacra inquinaſſet, vel jusjurandum futile juraſſet, vel jusjurandum teſtimoniale tranſgreſſus fuiſſet ſciens vel inſciens, quiſquis enim aliquod ex hiſce quatuor peccatis commiſiſſet, ſacrificio tenebatur; ſi vero illius facultas ejuſmodi ſacrificium non ferret, decimam Ephæ partem offerebat e ſimilagine, ſed id neque oleo perfundebatur, neque thure condecorabatur, & vocabatur מנחת חוטא *Munus Peccatoris*, quod in ſacris literis ſimpliciter vocatur חטאת *ſacrificium pro peccato*; ex hoc plenus pugillus in altare offerebatur, & quod reſtabat, id a ſacerdotibus comedebatur. Alterum munus erat, quod offerebatur ab eo qui aliquam rem corrigere vellet, cujuſmodi eſt מנחת סוטה *Munus quod ob uxorem adulterii ſuſpectam offerebatur*, a reliquis omnibus diſtinctum, cum id conſtaret e farina hordeacea, ſine oleo, ſine thure, e quo plenus pugillus in altare offerebatur, reliquum a ſacerdotibus comedebatur; atque hoc מנחת קנאות *Munus Zelotypiæ* appellatur. Tertium munus erat quod cum ſacrificio aliquo offerri debebat, & מנחת על דרך העברה *Munus per modum tranſlationis* dicitur, ut, ſi quis ſe ipſum ſacrificio euchariſtico adſtrinxiſſet, vel Nazyræi voto ſe alligaſſet, & Nazyræatus dies impleviſſet, ut cum euchariſtico, & ariete Nazyræi placentas azymas & lagana azyma offerret. Sed hoc a Lege non vocatur *Munus*, neque ullo modo in munerum numero habetur; quod vel inde liquet, quod ſi ſacerdos quiſpiam ſacrificium euchariſticum, aut arietem Nazyræi pro ſe obtuliſſet, ipſemet placentas atque lagana cum ſacrificio oblata comederet, perinde ac ſi illa ad Iſraëlitam aliquem pertinerent: at vero ſi hoc eſſet munus proprie dictum, tum id totum igne abſumendum fuiſſet, ſicuti ſcriptum eſt in Levitico capite ſexto, commate ſexto decimo, וכל מנחת כהן כליל תהיה לא תאכל Et omne munus ſacerdotis integrum erit, non comedetur. Sapientes vero priſci quorum memoria colenda eſt, id vocarunt *Munus per tranſlationem ita dictum*, ut ſupra. Quartum Munus eſt id quod fiebat a pontifice maximo quotidie, vel a ſacerdote gregario ſemel per ſuam vitam dum miniſteria ſua ſacerdotalia aggrederetur; at illud pontificis maximi quotidianum munus vocatur חביתי כהן גדול

Sarta-

Sartagines Pontificis Maximi, idque conſtat e decima Ephæ, cujus dimidium unum offerebatur cum ſacrificio jugi matutino, alterum vero cum ſacrificio jugi veſpertino, & hoc penitus comburebatur; quemadmodum ſcriptum eſt in Levitico capite ſexto, commate decimo quinto, חק עולם ליהוה כליל תקטר *ſtatutum perpetuum Domino, totum adoleatur.* Sed hocce munus quoque מנחת כהן משוח *Munus Sacerdotis Uncti* vocatur, quia in ſuperiori loco commate decimo tertio dicitur, *quod offerent Domino eo die quo ungitur.* Quod autem ſacerdos gregarius ſemel in ſua vita ad id ipſum tenebatur, hoc modo capiendum eſt, quando ſacerdos jam adoleſcens cultum ſacerdotalem primum ingreſſurus eſſet, duas e ſimila adduceret decimas, atque in munus offerret, quod totum comburebatur, quia ſacerdotis munus erat; ſicuti ſcriptum eſt in Levitico capite ſexto commate tertio decimo, *Hæc ſit oblatio Aharonis, & filiorum illius Domino.* Atqui in hac lege continetur munus pontificis maximi quotidianum, & cujuſque gregarii ſacerdotis quando miniſterium ſuum incipiebat. Quippe ſacerdos quidem ad ſacra adminiſtranda idoneus erat ex quo ad præcepta obligatus erat, verum illius fratres ſacerdotes hoc ei non prius concedebant, quam annos viginti natus eſſet. Quintum denique munus erat quod e voto & oblatione ſpontanea ſive promiſſo fiebat, idque מנחת נדבה *Munus Spontaneum* dicitur: & quintuplex erat. Horum primum conficiebatur e ſimila oleo ſubacta, & מנחת הסלת *Munus Similagineum* dicitur. Secundum vocatur מנחת מאפה תנור *Munus in clibano coctum*, quod vel e placentis, vel e laganis conſtabat. Tertium vocatur מנחת על המחבת *Munus in patina frictum.* Quartum dicitur מנחת על המרחשת *Munus in aheno fervefactum.* Quodcunque horum munerum quis voviſſet, id adducere oportebat, & nihil de ſimilaginis decima diminuendum erat. Hæc porro quatuor genera omnia requirebant oleum & thus præter ſimilam; & ab unoquoque plenus pugillus in altare offerebatur, reliquiis vero ſacerdotes veſcebantur, quæ שירי מנחות *Reliquiæ Munerum* dicuntur; præterquam ſi munus ſacerdotale eſſet, tum id totum comburebatur. Hinc apparet omnia munera conſtitiſſe ex optima triticea farina, præter unum de uxore adulterii ſuſpecta, & alterum e manipulo novarum frugum, quæ e farina hordeacea conſtabant. Pariter oſtenſum eſt nullum ex hiſce muneribus adoleri præter munus ob uxorem adulterii ſuſpectam, munus ſacerdotale, munus libaminum quod cum holocauſto offerebatur, & pacifica quæ cum illis adolebantur. Hæc quatuor munera ex opinione Abarbanelis & aliorum quatuor reſpiciunt humores qui homini inſunt, cujuſmodi ſunt ſanguineus, rubicundus, ater, atque albus, quorum ſi unus redundet, vel alter deficiat, vires illius debilitantur. Idcirco ſi quis ægrotans a Deo ſanitati redditus ſit, in primis eum decere putant ut in grati animi teſtimonium Deo aliquod munus offerat quod morbi cauſam repræſentet, videlicet munus ſimilagineum quod ſanguinis ſimilitudinem exprimit, eique proprium eſt; quia ſanguis omnium humorum exquiſitiſſimus eſt, & quaſi ſimilago quædam. Munus in clibano coctum referendum eſt ad humorem rutilum, qui fervidus & ſiccus eſt ut ignis. Munus in patina frictum humoris atri naturam repræſentat, qui aridus eſt, namque annotante R. Salomone Jarchio מחבת erat vas aliquod in Templo in quo hocce munus coquebant cum oleo ſuper ignem, quod non erat depreſſum ſed latum, & opus muneris in eo poſitum durum erat, quia oleum inflammatum ſe undique in ipſo diffundere poterat ob latitudinem ſuam. Munus in aheno coctum albi humoris naturam referebat, quia hic admodum humidus eſt; nam מרחשת *ahenum* erat vas in Sanctuario valde profundum, propterea oleum ei infuſum ſe in cumulum aliquod erigebat, hinc flamma illud non facile conſumere poterat, hanc ob rem opus muneris ei impoſitum hinc inde commovebatur, ſicuti res ſolidæ liquoribus agitari ſolent. Quintum denique Munus erat מנחת הבכורים *Munus Primitivorum.* Hæc de generibus Munerum & eorundem formis.

Jam ipſe rerum ordo poſtulat ut inquiramus de cauſis propter quas ſacrificia offerenda erant, a quibus perſonis, in quibus caſibus & circumſtantiis, atque adeo de ſacrificiorum negotio, unde quatuor potiſſimum oriuntur ſacrificiorum genera; horum unum erat קרבן הצבור *Oblatio Cœtus* ſive publica oblatio, quæ ab univerſo Iſraëlitarum cœtu fiebat. Alterum erat קרבן היחיד *Oblatio Privata*, quam quiſque privatus Iſraëlita adducebat. Tertium erat oblatio publica quæ privatæ oblationis ſpeciem habebat. Quartum erat oblatio privata quæ publicæ ſimilitudinem ferebat. Quod oblationem publicam ſpectat, ea ſingulis diebus, ſingulis Sabbatis, & ſingulis noviluniis, ſinguliſque feſtis Domino ſacris offerebatur, quibus nihil unquam quicquam addendum vel detrahendum erat. Harum vero undecim erant genera, quorum unum eſt quod ſacrificia jugia continet, quæ e duobus agnis parabantur in holocauſta, unum mane & alterum veſperi adolenda, atque hæc ſtricte vocantur עולות התמיד *Holocauſta Jugia.* Alterum erat מוסף שבת *Additamentum Sabbaticum*, die enim Sabbatico præter duo jugia ſacrificia etiam bini agni alii

in holocauſta fiebant, quæ inter duo jugia, ſive inter matutinum atque veſpertinum ſacrificium offerebantur in honorem Sabbati: quatuor ergo agni in ſacrificia jugia & holocauſtica die Sabbati parabantur. Tertium erat קרבן מוסף ראש חדש *Oblatio Addititia Novilunii*, novilunii namque tempore præter jugia ſuperius memorata duo juvenci, aries unus, ſeptemque agni anniculi in holocauſta fiebant, & præterea unus hircus in ſacrificium pro peccato, hinc die novilunii e jugibus & additiis ſacrificiis duodecim fiebant holocauſta, atque hircus in ſacrificium pro peccato. Si vero novilunium incidiſſet in diem Sabbati, tum eo ipſo die ſedecim fiebant holocauſta, & hircus in ſacrificium pro peccato. Quartum erat קרבן חג המצות *Oblatio feſti Azymorum*, quotidie enim per iſtos ſeptem feſti dies adducebatur addititium aliquod præter duo jugia, quemadmodum in noviluniis, duo videlicet juvenci, unus aries, ſeptem agni, & hircus in ſacrificium pro peccato. At ſi hoc feſtum incidiſſet in Sabbatum, etiam additamentum Sabbaticum offerebatur, atque in univerſum quatuordecim erant holocauſta, & hircus in ſacrificium pro peccato. Quintum erat קרבן הנפת העומר *Oblatio Agitationis Manipuli*, quæ die ſecundo feſti Azymorum fiebat ex agno in holocauſtum. Sextum erat קרבן מוסף יום עצרת חג השבועות *Oblatio Addititia die Detentionis in feſto Hebdomadalium*, quæ convenientiam habebat cum addititio novilunii, utpote quæ e duobus juvencis, uno ariete, & ſeptem agnis fiebat, in holocauſta, & hirco in ſacrificium pro peccato. Septimum erat oblatio quæ ipſo die feſti Detentionis Hebdomadalium cum duobus panibus offerebatur e juvenco uno, arietibus duobus, ſeptemque agnis in holocauſta, ex hirco in ſacrificium pro peccato, & e duobus agnis in ſacrificia pacifica. Sin autem Detentionis feſtum incidiſſet in Sabbatum, illis conjungebatur additamentum Sabbaticum, atque ita ſex & viginti eo die fiebant holocauſta, & unum ſacrificium pro peccato e duobus hircis. Octavum erat קרבן מוסף ראש השנה *Oblatio Additiia Novi Anni*, quod jugibus ſacrificiis, & addititiis novilunii addebatur, & conſtabat ex uno juvenco, uno ariete, & ſeptem agnis in holocauſta, & hirco caprarum in ſacrificium pro peccato; at ſi initium novi anni in diem Sabbati incidiſſet, inſuper additamentum Sabbaticum offerebatur, atque hoc modo iſto die viginti tria fiebant holocauſta, & unum ſacrificium pro peccato e duobus hircis caprarum. Nonum erat קרבן יום הכפורים *Oblatio die Expiationis*, iſto enim die juvencus, aries, & ſeptem agni in holocauſta fiebant, & hircus in ſacrificium pro peccato, ſicuti in feſto novi anni; & præterea quoque unus hircus in ſacrificium pro peccato, qui hirci emiſſarii conſors erat, qui totus comburebatur, atque unus aries in holocauſtum, ſicuti e Lege conſtat Levitici capite ſexto decimo lata. Cæterum ſi dies Expiationis incidiſſet in Sabbatum, ſacrificia jugia, addititium Sabbaticum, & oblatio diei Expiationis offerebantur, quæ in univerſum quindecim ſunt ſacrificia holocauſtica, & præter ea unum ſacrificium pro peccato ex hirco. Decimum erat קרבן היום הראשון מחג הסוכות *Oblatio primi diei feſti Tabernaculorum*, iſto namque die præter jugia ſacrificia tredecim addebantur juvenci, arietes duo, quatuordecim agni, & hircus in ſacrificium pro peccato; ſi iſte dies incidiſſet in Sabbatum, triginta tria fiebant holocauſta, & ſacrificium pro peccato ex hirco. Præterea quolibet feſti Tabernaculorum die totidem ſacrificia fiebant ex arietibus, agnis, & hirco; ſed e juvencis unus in quemlibet diem diminuebatur, uſque dum ſeptimo feſti Tabernaculorum die ſeptem eſſent juvenci, duo hirci, & agni quatuordecim, e quibus omnibus fiebant holocauſta, & hircus e quo ſacrificium pro peccato. Undecimum erat קרבן מוסף שמיני עצרת חג הסוכות *Oblatio diei octavi Detentionis feſti Tabernaculorum*, quæ fiebat e juvenco uno, uno ariete, ſeptemque agnis in holocauſta, atque ex hirco in ſacrificium pro peccato; ſi vero iſte dies in Sabbatum incidiſſet, his jungebatur additamentum Sabbaticum cum jugibus.

Porro de addititiarum oblationum ordine notandum eſt, quod ſacrificium juge matutinum antecederet additamentum Sabbati; & ſi in Sabbatum incidiſſet novilunium, aut feſtum ſolenne, vel utrumque ſimul, poſt additamentum Sabbati offerebatur addititium novilunii, & poſt hoc addititium feſti Solennis. Si initium novi anni incidiſſet in Sabbatum, juge matutinum prius offerebatur, & poſt ipſum additamentum Sabbati, deinde addititium novilunii, poſtea addititium initii novi anni, & denique juge veſpertinum, ſicuti in codice Miſnico de Sacris Paſchalibus capite quinto exponitur. Atque hæ erant oblationes publicæ proprie dictæ, quæ jugiter offerebantur, & quibus nihil addendum nec detrahendum, quæque omnia elevabant jus Sabbaticum de quiete agenda. Nam in oblationibus publicis ſacrificium pro peccato omnino nullum erat, neque pacifica, præter id quod e duobus fiebat agnis pro die Detentionis in feſto Hebdomadalium. Sed in publicis oblationibus duo erant genera ſacrificiorum pro peccato, quorum unum penitus igne abſumebatur, videlicet hircus diei Expiationis, alterum vero

ro a ſacerdotibus ex parte comedebatur. Hæc de Oblationum Publicarum primo genere.

Sequitur Oblationum Privatarum alterum genus, quod erat quintuplex; earum prima erat ſpecies quæ offerebatur ab eo qui enorme quidpiam fecerat, vel dixerat. Secunda quæ offerebatur ob aliquam cauſam quæ in privati hominis corpore accidiſſet. Tertia quam idem homo debebat propter cauſam aliquam quæ in ipſius bonis accidiſſet. Quarta quam debebat ob certum aliquod tempus quod adveniſſet. Quinta ad quam homo privatus adſtringebatur propterea quod votum vel promiſſum aliquod feciſſet; quarum omnium hæc eſt dilucidatio. Primam vero ſpeciem quod attinet, illius hic eſt caſus, ſi quiſpiam præceptum aliquod de pœna excidii transgreſſus fuiſſet per imprudentiam, oblationem adducere tenebatur, & ſi in dubium vocaſſet an tranſgreſſus eſſet, necne, אשם תלוי *ſacrificium pro reatu ſuſpenſo*, ſive dubio adferre tenebatur. Attamen non omnium excidiorum eadem erat ratio; etenim ſi quis ſacrificii Paſchalis ſacrum ſuo tempore ſciens intermiſiſſet, vel præputii circumciſionem, pœna excidii dignus erat: ſi vero idem prætermiſiſſet inſciens, ad ſacrificium pro peccato non tenebatur, quia ſacrum Paſchale atque præputii circumciſio מצות עשה *præceptum affirmans* comprehendunt, ſed Lex eum duntaxat ad ſacrificium pro peccato obligat inſciens qui fecerit contra מצות לא תעשה *præceptum negans*, hoc ſenſu dicitur in Levitico capite quarto, commate tertio decimo, *Et fecerit unum ex omnibus præceptis Domini, quæ non faciet.* Pariter excidii pœna multabatur qui nomen Domini violaſſet; at ſi id imprudens feciſſet, ſacrificio pro peccato non tenebatur, quia in Numeris capite quinto decimo, commate viceſimo nono dicitur, *eadem Lex ſit pro eo qui per errorem fecerit*, hinc excluditur blaſphemia, in qua non producitur actus. Sic etiam ſi quis Templum ejuſdemque ſacra polluiſſet, ſive quis Sanctuarium intraſſet, vel de Sacris comediſſet dum immundus erat, quamvis excidio dignus eſſet, & ſacrificio pro peccato teneretur propter errorem ſuum, hoc tamen non erat חטאת קבועה *ſacrificium pro peccato fixum*, Lex enim dicit Levitici quarto decimo, commate viceſimo primo, *ſi vero is tenuior ſit, & facultas ejus non ferat* &c. In reliquis autem triginta ſex præceptis de excidiis in Lege dictis, ſi quis unum per errorem tranſgreſſus fuiſſet, ſacrificio pro peccato tenebatur; at ſi dubitaſſet an peccaſſet, necne, tum adſtringebatur ad ſacrificium pro reatu dubio. Cum autem quis per imprudentiam cultui idololatrico inſerviiſſet, offerebat hircum anniculum in ſacrificium pro peccato, ſive is eſſet rex, ſive ſacerdos gregarius, ſive ſacerdos unctus. At ſi in immunditie Sanctuarii ejuſdemque ſacris erraſſet, ſacrificabat agnam aut fœminam de pecore caprino in ſacrificium pro peccato; ſin tenuis fortunæ eſſet, duos turtures aut duos columbæ pullos offerebat, quorum unum fiebat in holocauſtum, alterum in ſacrificium pro peccato; ſi vero nec tantum illius facultates ferrent, decimam Ephæ e ſimilagine offerebat, ſicuti Lex præſcripſit. Verum enim vero ſi quis in reliquis per errorem peccaſſet, tum differentia quædam erat inter eos qui erraſſent; nam ſi quis מעם הארץ *de plebe* erraviſſet, fœminam hircinam, fœminamve ovaricam ſacrificabat in ſacrificium pro peccato. Si peccaſſet princeps, aut rex, qui ſub nomine principis comprehenditur, hirco caprarum faciebat; ſi ſacerdos unctus peccaſſet, tum is ſecundum conditiones capite ſecundo codicis Miſnici de Judicum documentis offerebat juvencum in ſacrificium pro peccato, qui comburebatur, & פר הבא על כל המצות *Juvencus qui venit pro omnibus præceptis* vocabatur. Atque hæc quidem eſt Maimonidis ſententia, quæ a doctiſſimo Abarbanele recepta eſt. Sed R. Levi Gerſomi filius in commentariis ſuis ſtatuit, quod in errore cultus idololatrici ſe res eodem habet modo quemadmodum in cæteris tranſgreſſionibus; verum is ſententiæ ſuæ non habet adſtipulatorem. Cæterum ſub ſacrificiis ab eo qui quidpiam deliquiſſet offerendis etiam comprehendebatur ſacrificium illud ad quod obligatus erat is qui ſciens vel inſciens cum ancilla deſponſa corpus ſuum miſcuiſſet, videlicet aries pro reatu, quod אשם ודאי *ſacrificium pro reatu certo*, & אשם שפחה חרופה *ſacrificium pro reatu ancillæ deſponſæ* dicitur. Pari modo ſi quis ſacri quidpiam vel unius oboli in ſuum uſum tranſtuliſſet, arietem in ſacrificium pro reatu offerebat, quod אשם מעילות *ſacrificium pro reatu prævaricationis* vocatur, ſi nempe per imprudentiam id feciſſet; ſin ſciens prudenſque, non ad idem ſacrificium tenebatur, quia res ſacra de induſtria non polluitur, ſed in ſanctitate ſua permanet, ſicuti ſecundo capite codicis Miſnici de Sponſalibus expoſitum eſt. Hoc ipſum ſacrificium quoque offerendum erat ab eo qui prudens vel imprudens de teſtimonio vel depoſito falſum jusjurandum perhibuiſſet, qui enim id feciſſet, is ad idem ſacrificium obligabatur ad quod is qui Templum aut ejuſdem ſacra polluiſſet. At vero ſi quis rem ſibi depoſitam negaſſet, & falſum jusjurandum dediſſet, adducebat arietem in ſacrificium pro reatu; ut & is qui rem ab ipſo raptam, vel aliena bona ex ſocietate quadam ſibi concredita, vel rem a quopiam inventam, vel ereptam, vel in negotiis contrahen-

dis fraude acquiſitam, tenuiſſet, ſi iſta omnia pejerando negaſſet, arietem in ſacrificium pro reatu adducere debebat, quod אשם גזלות *ſacrificium pro reatu rapinæ* dicitur; ſive autem id prudens ſive imprudens feciſſet, nihil referebat. Sic etiam is qui שבועת בטוי *jusjurandum futile* dixiſſet imprudens, idem ſacrificium offerebat, quod is qui Templum & illius ſacra contaminaſſet. Hæ ſunt oblationes ad quas privatus quiſque tenebatur ob id quod fecerat vel locutus fuerat, vel ob id in quo opera & voce deliquerat.

Secunda privatarum oblationum ſpecies ſupra memorata eſt ea quæ agit de iis qui corpore ſuo quidpiam incommodi contraxiſſent, quæ iterum in ſex caſibus locum habere poteſt, quorum unus accidere ſolet tam maribus quam fœminis ſeminifluis, qui poſt luſtrationem ipſorum duos turtures vel duos columbæ pullos adducebant, unum in ſacrificium holocauſticum, & alterum in ſacrificium pro peccato. Secundus accidere ſolebat in leproſo, qui duos agnos offerebat, unum in holocauſtum, & alterum in ſacrificium pro reatu, atque hoc ſacrificium אשם מצורע *ſacrificium pro reatu leproſi* vocabatur; huic jungebatur ſacrificium pro peccato ex agna. Si vero leproſus eſſet pauper, offerebat duos turtures vel duos columbæ pullos, unum in ſacrificium pro peccato, & alterum in holocauſtum, item & agnam in ſacrificium pro reatu. Tertia erat קרבן הנדה *oblatio fœminæ menſtruæ*, quæ itidem duobus turturibus, vel duobus columbarum pullis conſtabat, quorum unus in holocauſtum, & alter in ſacrificium pro peccato parabatur. Quarta erat קרבן היולדת *oblatio puerperæ*, quæ agnum anniculum in holocauſtum, & columbæ vel turturis pullum in ſacrificium pro peccato ſacrificabat, eadem vero ſi pauper eſſet, duos columbæ pullos offerebat, quorum uno fiebat holocauſtum, & altero ſacrificium pro peccato. Quinta erat קרבן טמא מת *oblatio illius qui homine mortuo pollutus eſſet*, hic ſi Nazyræus eſſet, ſive ſciens ſive inſciens ſe polluiſſet, illius oblatio eadem erat cum oblatione leproſi, videlicet bini turtures vel bini columbarum pulli, quorum unus in holocauſtum, & alter in ſacrificium pro peccato offerebatur; & præterea agnus anniculus in ſacrificium pro reatu. Sexta erat קרבן הגר *oblatio proſelyti*, etenim nemo extraneus ad cultum Iſraëliticum admittebatur, ita ut is Iſraëlitis omnino ſimilis fieret, niſi tribus prius peractis ritibus, nimirum præputii circumciſione, corporis lotione, & ſacrificio, nam per iſtas tres cerimonias Iſraëlitæ Legis obſervantiam in ſe ſuſcipiebant; ſacrificium itaque proſelyti conſtabat duobus turturibus, vel duobus columbarum pullis, quorum unus atque alter fiebat in holocauſtum; de hac materia diſſerentem audiamus Moſen libro quarto capite quinto decimo, commate decimo quarto & ſequentibus ubi dicit, *Et ſi apud vos perigrinetur extraneus, vel is qui vixit inter generationes veſtras, & talis facere velit ignitum odoris grati pro Domino, idem ille faciat quemadmodum vos facitis: Cœtum quod attinet, ei idem ſtatutum eſto quod extraneo peregrinanti; ſtatutum hoc perpetuum eſto pro generationibus veſtris, quemadmodum vos, ita & extranei ſint apud Dominum: Etenim Lex eadem eſto vobis, & extraneo inter vos commoranti.* Atque ita habes ſecundam oblationum ſpeciem quæ in ſex potiſſimum homines cadebat.

Tertia oblationum ſpecies eſt ea ad quam homo privatus tenebatur ob aliquam cauſam quæ in ipſius bonis accidiſſet, exempli gratia, ſi quis poſſideret primogenita, & animantia decuma, utriuſque in ſacrificando ratio eadem erat, quæ ſacrificiorum pacificorum, niſi quod animantia decuma a poſſeſſoribus comederentur Jeruſolymis, ut decimæ ſecundæ. Et ſi primogenita eſſent integra, tum ea immolabantur & a ſacerdotibus comedebantur, quemadmodum conſtat e codice Miſnico de Primogenitis. Pariter quando proprietarius adducebat fructus primitivos, ſimul pacifica offerebat, ſicut ibidem loci exponitur.

Quarta oblationum ſpecies eſt ea cui homo privatus alligaretur ob certum aliquod tempus quod adveniſſet, tria namque erant feſta Solennia ſtata quibus ſinguli Iſraëlitæ tenebantur offerre ſacrificium holocauſticum, quod עולת ראיה *Holocauſtum Comparitionis* appellatur. Huic addebatur pacificum; quod קרבן חגיגה *Oblatio Feſtiva*, ſive *Solemnis* vocatur, ſicuti præcipitur Deuteronomii capite ſexto decimo, commate decimo, תחג ליהוה אלהיך *Feſtivos dies agito Domino Deo tuo.* Pacifica autem quæ præter oblationem feſtivam offerebantur, שלמי שמחה *Pacifica Hilaria* dicuntur, de quibus eodem capite commate præcedenti ſcriptum eſt, *Et lætaberis in feſto tuo.* Harum vero trium oblationum quicquid ſit, videlicet a quibus, quomodo, & quo tempore illæ adducendæ ſint, id omne jam expoſitum eſt primo & ſecundo capite codicis Miſnici de Sacris Solennibus. Atque hæ tres oblationes, ut oblatio apparitionis, oblatio feſtiva, & oblatio hilaritatis ex debito & neceſſitate quadam fiebant, quia Domino apparebant Iſraëlitæ. Cæterum oblatio feſtiva ſive pacifica quarta decima die menſis Niſan pridie ante feſtum Paſchale a quolibet homine libere offerebatur, de qua ita Lex præſcribit Deuteronomii capite ſexto de-

decimo, commate ſecundo. Videſis quoque capite ſexto codicis Miſnici de Paſchate. Hæc autem oblatio feſtiva in Gemara קרבן צבור *oblatio cœtus* vocatur, quia illa ab univerſo cœtu fiebat. Cæterum quia illa oblatio feſtiva a quolibet Iſraëlita ſeorſim adducebatur, nec jus Sabbaticum deſtruebat, neque immunditiem tollebat, idcirco illa privatarum oblationum numero inſeritur.

Quinta eſt ad quam homo privatus adſtringebatur propterea quod votum vel promiſſum aliquod ſua ſponte feciſſet, ut, ſi quis Nazyræatum voviſſet ad tempus aliquod, quo præterlapſo agnum anniculum in holocauſtum offerre tenebatur, & agnam anniculam in ſacrificium pro peccato, atque arietem in ſacrificium pacificum. Cæterum ſimplex ſacrificii votum hoc erat, *recipio in me holocauſtum*, vel, *recipio in me ſacrificium pacificum.* Sed נדבה *promiſſum*, ſive oblationis ſpontaneæ votum erat, ſi quis animans aliquod delegiſſet, eique manum impoſuiſſet, & dixiſſet, *en hoc ſit holocauſtum*, vel, *en hoc ſit ſacrificium pro peccato*; ſicuti e codice Miſnico de Votis conſtat, in quo ſimul differentia illa docetur quæ eſt inter נדר atque נדבה, qui enim voviſſet, is rei votæ damnum præſtare debebat, ſi ea periiſſet, at non item, ſi res promiſſa periiſſet. Hæc breviter de quinque oblationum privatarum ſpeciebus, quæ in ſecundo genere continentur.

Tertium erat oblationum publicarum genus, quod comprehendit eas quæ privatis ſimiles ſunt, etenim ſi ſenatus ſupremus aliquem in populo docendo errorem commiſiſſet, permittendo ejuſmodi rem ob quam de induſtria peractam, tranſgreſſor pœna excidii tenebatur, vel ſacrificio pro peccato fixo, ſi ex errore eam feciſſet, atque populus ipſius dicto audiens fuiſſet, tum ſupremus ſenatus ſacrificium pro peccato ſacrificare debebat, ſicuti traditur in codice Miſnico cui titulus eſt de Judicum Documentis. Et ſi idem ſenatus in cultu idololatrico erraſſet, tum is offerebat juvencum in ſacrificium in holocauſticum, & pariter hircum caprarum in ſacrificium pro peccato, atque hic juvencus & hircus a ſingulis tribubus offerri debebat, qui hirci omnes comburebantur, quia conficiebant ſacrificium pro peccato totius cœtus; Deus enim præceperat ut juvencus ob errorem in doctrina ſacrificandus cremaretur, rationem dicendo, Levitici capite quarto, commate viceſimo primo, חטאת הקהל הוא *Sacrificium pro peccato cœtus illud eſt.* Et quemadmodum in libro Siphra notatur, quod omnium ſacrificiorum pro peccato cœtus primarius eſſet ſcopus ut illa comburerentur. Hi vero hirci ſacrificiorum pro peccato vocantur שעירי עבודת אלילים *Hirci cultus idololatrici*, quia ſenatus illos pro errore in tali cultu commiſſo offerebat. Sin autem in reliquis præceptis erraſſet ſenatus, tum is juvencum offerebat in ſacrificium pro peccato, & hic juvencus vocatur פר העלם דבר של צבור *Juvencus pro re occulta cœtus*, quia Levitici capite quarto, commate tertio decimo dicitur, *Et ſi res latuerit oculos cœtus.* Hic juvencus aliquibus in locis פר הבא על כל המצות *Juvencus qui venit pro omnibus præceptis* vocatur; & idem a ſingulis tribubus cremari debebat, idcirco hæcce oblationum ſpecies quoque inter publicas recenſetur, quia de hac oblatione in Levitici capite modo allegato, commate quarto decimo dicitur, *cœtus offerat*; Et in Numeris capite quinto decimo, commate viceſimo quarto & ſequentibus dicitur, *tota congregatio faciat*; *ſacerdos expiet totum Iſraëlitarum cœtum*; *condonetur toti Iſraëlitarum cœtui.* Cujus oblationis mentio hic facta eſt, quia illa oblationis privatæ ſimilitudinem refert, & non Sabbatum, neque impuritatem tollit.

Quartum denique privatarum oblationum genus reliquum eſt, quæ cum publicis conveniunt, cujuſmodi erat agni Paſchalis victima, quam unuſquiſque ad quartum decimum menſis Niſan diem mactabat, ſicuti exponitur in codice Miſnico de Paſchate. Atque ſub hoc genere quoque juvencus in ſacrificium pro peccato, & aries in holocauſtum continetur, quem pontifex maximus ſolenni Expiationis die ſacrificabat, quemadmodum Levitici capite ſexto decimo, commate tertio ſcriptum eſt, *cum hocce veniet Aharon in Sanctuarium*, &c. Hujus namque juvenci combuſtio oblationis publicæ formam habebat, quia illa Sabbatum & immunditiem elevabat; quæcunque autem non ſtatum aliquod tempus habebat, ea nec Sabbatum, nec immunditiem elevabat. Cæterum oblationes feſtivæ per omnes ſeptem dies offerri poterant, & in feſto Pentecoſtes fieri ſolebant per totam hebdomadam, ſicuti traditur in codice Miſnico de Feſtis Solemnibus; idcirco iſtæ oblationes nec Sabbatum, nec inquinamentum elevabant. Notandum vero eſt quod oblatio publica omnino nulla fiebat e pecude fœmina; ne quidem illa quæ privatæ oblationis ſimilitudinem habebat. Neque ullum e ſacrificiis publicis pro peccato cremabatur præterquam hircus diei Expiationis, qui hirci emiſſarii conſors erat, & hirci cultus idololatrici, atque juvencus pro re occulta offerendus. Reliqua vero ſacrificia pro peccato comedebantur a ſacerdotibus maſculis. Contra vero omne ſacrificium privatum pro peccato fiebat e pecude fœmi-

na, præter tria ſacrificia pro peccato quæ e maſculis fiebant, licet illa ſacrificia privata pro peccato eſſent; e quorum numero eſt id quod ex hirco fiebat & a Rege offerebatur, ſive is erraſſet in re ob cujus tranſgreſſionem de induſtria factam pœna excidii, vel ob cujus tranſgreſſionem ex errore commiſſam tenebatur ſacrificio pro peccato; præterea erat juvencus qui offerebatur pro omnibus præceptis, quem ſacrificabat ſacerdos unctus pro errore ſuo, & juvencus diei Expiationis. Porro ſciendum eſt nullum ſacrificium pro peccato privatum cremari præter juvencum pro cunctis præceptis ſacrificandum. Neque ullum ſacrificium privatum pro peccato fiebat e juvenco præter juvencum pro omnibus præceptis offerendum, & juvencum die Expiationis, qui ambo toti comburebantur. Atque ex hiſce omnibus cognoſcitur quod cuncta ſacrificia privata pro peccato comedantur, eademque fiant e fœminis, non autem ex aliquo pecore bubulo, præter hircum a principe offerendum, qui maſculus erat, ut & juvencum pro omnibus præceptis faciendum, atque diei Expiationis juvencum, qui maſculi erant & bubuli, amboque cremabantur. Titulus autem *juvenci qui pro cunctis fiebat præceptis* deſumptus eſt ex iis quæ dicta ſunt in Levitico capite quarto, commate primo & ſequentibus. Atque hæ tandem omnium ſacrificiorum in altare adolendorum erant conditiones, ne vitiis contaminata adolerentur, nec a quoquam ſacerdote qui non vitæ eſſet integer, corpore ſanus, & ab omnibus inquinamentis vacaret; neque unquam niſi interdiu offerrentur, juxta præſcriptum Legis Levitici capite ſeptimo, commate triceſimo octavo. Neque horum ſacrificiorum ulla immolatio alicunde fieri poterat niſi in Sanctuario Jeruſolymis in monte Moria conſtituto.

Expoſitis a nobis Sacrificiorum legibus in quinque libris Moſis paſſim deſcriptis, ab Hebræorum doctoribus quæritur an præcepta de ſacrificiorum ritibus Moſi data ſint a Deo ſecundum primam ipſius intentionem, qua is ſibi propoſuerat poſt hominis primi lapſum ſe colendi modum quemdam mortalibus præſcribere, qui in animantibus aliquibus rite mactandis & in fide offerendis conſiſteret; an vero Deus O. M. ſacrificiorum uſum qui tot ſecula apud omnes gentes & nationes obtinuerat, paullum immutaverit ut gentem Iſraëliticam ab aliis nationibus idololatricis ſecerneret, & ejuſdem verum cultum divinum illarum fictitio & vano opponeret. Maimonides, Abarbanel, aliique auctores cum ipſis ſecundam ſententiam amplectuntur; etenim cum Moſes a Deo legatus proficiſceretur, ut regnum ſacerdotale conſtitueret, populum Iſraëliticum in ſanctitate vitæ perficeret, & cultui divino conſecraret, quemadmodum ex aliquot librorum Moſaicorum locis patet, tum apud omnium gentes ubique terrarum conſuetudinem invaluiſſe ajunt, ut unaquæque ſuos deos in fanis ac delubris animantibus mactandis, odoribus ſuaviter olentibus venerarentur, deſtinatis quibuſdam ſacrificis qui vanum iſtum cultum obirent; ſed Deo viſum fuiſſe illam conſuetudinem non plane tollere, quia iſtis temporibus alius Deum colendi modus in hominum mentes cadere nequibat. Quia ita cum humana natura comparatum eſſe ſolet ut ſemper redire velit ad ea quæ olim conſuevit, & propterea ſe rem habere cum eo qui ſacrificia penitus abrogare vellet, perinde ac ſi quis hiſce temporibus diceret Deum non precibus invocandum eſſe, ſed religionem divinam omnino in animi cogitatione conſiſtere, abſque ulla corporis actione. Hanc itaque eſſe cauſam cur Deus tales ritus ſervarit, eoſque a creaturis ad creatorem, a falſis fictiſque diis ad verum Deum tranſtulerit; ac proinde Legem eſſe datam de templo Deo ædificando, de altari ei ſtatuendo, de ſacrificio offerendo, de ſuffitu adolendo, ut hoc modo dii alieni eorumque cultus ex Iſraëlitarum animis penitus delerentur. Primis enim temporibus ſacrificia ubique locorum fiebant, & quovis tempore, ſed Deus voluit ut ſibi in uno duntaxat loco & ſtatis temporibus ſacrificia fierent, & non a ſingulis hominibus, verum ab iis qui e ſtirpe Aaronis oriundi erant. Propterea illi concludunt ſacrificiorum jura non æque ac venerationem & reliqua pietatis officia propter ſe eſſe ſancita; quia hæc omnibus & locis & temporibus vigent, illa non item. Atque hanc eſſe rationem affirmant cur illud Iſraëlitarum in ſacrificiis faciendis ſtudium toties a Deo reprehendatur, ſicuti libro primo capite decimo quinto, commate viceſimo ſecundo legimus, *an Domino tam grata ſunt Holocauſta & victimæ, quam dicto illius obedientes eſſe?* Et apud Eſaiam capite primo, commate undecimo, *quorſum mihi tot ſacrificia, dicit Dominus?* Itemque apud Jeremiam capite ſeptimo, commate viceſimo ſecundo & ſequenti, *Nec ego patribus veſtris edixi, cum eos ex Ægypto educerem, nec de holocauſtis, nec de victimis: ſed hoc præcepi ipſis, dicendo, attendite ad vocem meam, tum ero vobis in Deum.* Et eodem ſenſu aliis in locis multis. Hujus ſententiæ quoque fuerunt omnium antiquiſſimi ſcriptores Talmudici, ac ii qui in Sacra Biblia commentati ſunt, hinc in fine codicis de Muneribus ſcribunt, quiſquis operam dat Legi, is nec ſacrificio pro peccato, nec ſacrificio holocauſtico, neque ſacrificio pro reatu opus habet. Et ad caput ſecundum codicis de

Ver-

Verberum Pœnis notant ex undecimo commate Pſalmi octogeſimi quarti, ubi dicitur, *Melior eſt unus dies in atriis tuis quam mille*, Deum per ſpiritum ſuum Davidi ſignificaſſe, ſe malle Davidem vel unum diem opera divina ſtudioſe meditantem, quam mille ſacrificia holocauſtica; quæ Salomo filius ipſius deinceps ſacrificaturus eſſet. Eodem ſenſu apud auctorem libri allegorici Schemot Rabba ad comma primum capitis viceſimi noni libri Exodi; collatis iis quæ apud Hoſeam capite quarto decimo, commate tertio, & apud Davidem in Pſalmo viceſimo ſexto, commate ſexto & ſequenti occurrunt, docetur Iſraëlitis pauperibus querentibus ſibi non eſſe ſacrificia quæ peccata ipſorum expient, ſicuti divitum, a Deo reſponderi, ſe verba velle, & non ſacrificia, ac proinde ab Hoſea dictum eſſe, *animo concipite verba, & ad Dominum vos convertite:* & a Davide, *lavabo in innocentia manus meas*, non ad ſacrificia facienda, ſed, *ad laudes voce canendas.*

Præterea Hebræi obſervant quod in legibus Moſaicis de Sacrificiis agentibus, nuſquam occurrat vox אל neque אלהים, verum יהוה, cui rei hanc rationem ſubeſſe putant, quod iſto genere dicendi calumniatorum nefariorumque hominum os obturetur, putantium Deum egere cibo & potu, cum hoc nomine ſufficientia ipſius notetur, cui nihil accedere poteſt, ſicuti teſtatur David Pſalmo quinquageſimo, commate tertio decimo. Porro ex eadem obſervatione conficitur, nec vocabulorum אל & אלהים mentionem factam eſſe, ad Iſraëlitas a cultu idolorum elongandos, quia hæc nomina quoque viris dignitate conſpicuis attribuuntur, nomen vero יהוה Soli Deo, ut inde conſtaret ſe omnium rerum conſervatori ſacrificare, & non fictitio alicui. Huc etiam ſpectant ea quæ in libro Vaiikra Rabba leguntur ad comma tertium capitis decimi ſeptimi in Levitico, *Quicunque de domo Iſraëlitica mactaverit &c.* Hocce autem caput ſi quis perlegerit, ei conſtabit illic non tantum de pacificis, ſed de omnium ſacrificiorum ratione agi. Propterea mirum eſt de R. Moſe Nachmanide qui in toto Talmude erat verſatiſſimus, quod is non viderit hunc locum Maimonidis ſententiam firmare, & præter ipſum quoque multa in Propheticis & Hagiographis. Adamus vero & illius poſteri ſacrificia obtulerunt, eo quod putabant iis Deo cultum perhiberi, idcirco adipem in altare adolebant, & animantium renes offerebant pro ſuis inteſtinis & renibus, & crura in altare offerebant, pro ſuis manibus pedibuſque; ſanguinem vero ſacrificii ſpargebant pro ſuo ſanguine & anima; confitentes inſuper coram Deo, eum qui ſacrificabat dignum eſſe ut illius ſanguis ita effunderetur, & corpus propter peccata combureretur; & tantam eſſe Dei benignitatem, ut beſtia ſuccedanea loco hominis ſubſtitueretur. Horum exempla ſecutus eſt Noachus, & poſt ipſum alii. Cæterum notandum eſt quod cum Maimonides ſtatuit ſacrificia eſſe intentionis ſecundæ, is non neget ea quoque eſſe intentionis primæ: Primæ ergo intentionis ſacrificia oblata ſunt, ut homo iis propius ad Deum ſuum accederet, coram ipſo ſe humiliaret, ejuſdemque exiſtentiam & unitatem crederet; & hac intentione Adamum & Noachum ſacrificaſſe ſtatuit. Neque Maimonides negat ad hanc primam intentionem ſacrificiorum conſtitutionem referendam eſſe, cum ſacrificia eum in finem maxime conſtituta ſint. Sed quandoquidem humana natura præcipue animi veris & honeſtis virtutibus perficitur; idcirco Maimonides judicavit primam intentionem excellentiori modo in precibus, intelligentia, & perſpicientia veri locum habere, quam in animantium partibus offerendis, vel in eorundem ſanguine ſpargendo. Hinc doctiſſimus Maimonides putat Deum in præcipiendis ſacrificiis intendiſſe ut humana natura cum divina conjungeretur, idque iſto potiſſimum modo fieri poſſe; quia tempore Moſis omnes homines ritus ſacrificandi religioſiſſime obſervabant, utpote qui a mundi primordiis jam ad illos aſſueti erant, & propterea difficillime ab inveterata iſta conſuetudine ad novum & antea inauditum cultum revocandi. Hanc ob cauſam Deum inſtituiſſe ut omnibus falſis diis poſthabitis ei ſoli ſacrificium fieret, quo primum ſuum ſcopum aſſequeretur. Atque adeo ſecundum mentem Maimonidis duplex fuit ſacrificiorum ſcopus.

Etenim perſpicaciſſimus Abarbanel exiſtimat omnium ſacrificiorum non unum eſſe finem, quia finis ſequitur ſacrificiorum formam, quæ cum eſſet multiplex, finem eorum quoque multiplicem eſſe oportebat; idcirco is dicit ſe vehementer deſiderare ut ſciat quænam ſit ratio quare de ſacrificio pacifico pars aliqua in altare comburatur, pars a ſacerdotibus comedatur, reliquum vero a domino illius; cur autem e ſacrificio pro peccato & e ſacrificio pro reatu dominus nihil comedat, cum illa partim comburebantur, & partim a ſacerdotibus comedebantur; & cum holocauſtum penitus igne abſumebatur, ita ut nec domino illius, nec ſacerdoti illud facienti ex eo quicquam cedat; quarum tot differentiarum procul dubio debet eſſe aliqua certa cauſa. Præter hæc nec temere fit, quod cum holocauſto & pacificis offerri debeat munus aliquod ſimila & oleo ſubactum, & libamen e thure & vino; utraque enim ſacrificia non fiebant abſque munere

libaminum. Pari modo nec ſacrificium pro peccato, nec ſacrificium pro reatu offerebantur abſque libaminum munere, nempe, non ſine ſimilagine, thure, vino, nec oleo. Ob haſce conditiones putat Abarbanel quod tria ſint genera ſacrificiorum; quorum unum eſt ſacrificium holocauſticum & illius munus atque libamen. Alterum, ſacrificium pro peccato & ſacrificium pro reatu, quæ ſimul pro peccato offeruntur, niſi quod ſacrificium pro peccato fiebat pro peccato quod certo ex imprudentia commiſſum erat; ſed ſacrificium pro reatu fiebat pro peccato de quo nonnemo dubitabat an illud commiſiſſet necne; hiſce non jungebantur libamina nec munus, ſicuti jam dictum eſt. Tertium genus erat ſacrificium pacificum. *Conſequenter is triplicem ſacrificiorum finem ſtatuit. Holocauſti igitur finem eſſe dicit, ut mens humana intelligentia prædita quam arctiſſime creatori ſuo jungeretur, & de animæ immortalitate firmiſſime perſuaſa eſſet, nempe, quod ſicuti animans poſt jugulationem ſuam in altare offerebatur, & igni admovebatur, atque ei junctum aſcendebat ſurſum in odorem Domino gratum, ita quoque anima illius qui ſacrificium faciebat, ſive privatus quiſpiam eſſet, ſive publicus, ſive totus cœtus, poſt mortem ad Deum in montem Domini, & locum ſanctitatis illius, in odorem ei gratum aſcenderet ibique cum ipſo conjungeretur ſub throno gloriæ ejus, is enim ignis vorax dicitur in Sacris. Idcirco hoc ſacrificium dicitur עולה *aſcendens*, quia anima humana aliquando in cœlum aſcenſura ſit; idque totum comburebatur pro Deo in altare, in ſignum quod anima intellectualis ad Deum reditura ſit, qui eam produxit. Hinc priſci Sapientes dixere, אין העולה באה אלא בהרהורי הלב *Holocauſtum duntaxat pro cogitationibus mentis offertur.* Hoc ſenſu de Jobo dicitur in hiſtoria ipſius capite primo, commate quinto, *Et is mane ſurrexit, atque holocauſta elevavit ſecundum numerum omnium, cogitaverat enim ſecum Jobus, fortean liberos ipſius peccaſſe, & in anima Deo maledixiſſe.* E quibus manifeſtum eſt eum qui holocauſtum offert, ex animo ſuo delere velle omnem malam perſuaſionem, perverſamque cogitationem, perinde ac ſi ſecum diceret, *revertere anima ad quietem tuam.* Propter hanc rationem holocauſtum ſemper fiebat e pecore maſculo integro, eo quod forma tribuitur maſculis, fœminis vero materia, ſicubi aliquid producendum ſit, ſtatuente Maimonide. Per impoſitionem manuum in caput animantis ſacrificii holocauſtici, deſignabatur iſtud animans loco hominis in altare elevari, comburi, & illius ſanguinem ſpargi, ac ſi anima & vita hominis profunderetur. Quod autem ſacrificium holocauſticum ſignificabat mentem humanam, in qua quicquid hominis eſt, continetur, id probant ex eo quod dicitur in Levitico capite primo commate ſecundo, *Quiſque ſacrificium Domino cum faciet e vobis*, ubi per vocem מכם *e vobis* intelligunt ipſam naturam humanam quæ ſub ſacrificio repræſentatur. Porro illius quod ſequitur לרצונו לפני יהוה *ſecundum voluntatem ſuam coram Domino*, hunc ſenſum eſſe perhibent, quod homo ſeipſum, voluntatem, & beneplacitum ſuum Deo ſacrificare debet, perinde ac ſi is qui ſacrificium faciebat, confiteretur ſui ipſius ſacrificationem omnibus animi ſui viribus, ſe creatorem ſuum colere, omneque deſiderium ipſius eſſe ut Deo in perpetuum adhæreret, & in ſpirituale altare ſanctitatis illius, quemadmodum holocauſtum iſtud in altare Sanctuarii terreni, aſcenderet; quia hoc modo ſervus Dominum ſuum placare poteſt, & cum ipſo in gratiam redire, quo ſenſu commate ſequenti capitis ſupra allegati dicitur, *ſi ei gratum ſit ad expiandum illum.* Præterea hoc quoque commodum ex holocauſto in hominem redundabat, quod ope illius aptus redderetur ad ſpiritualem conſociationem recipiendam, & divinus quidam influxus in ipſum e cœlo demitteretur, hunc in finem ab Adamo, Abele, Noacho, Abrahamo, Iſaco, Jacobo, & Moſe oblata ſunt Deo holocauſta, ut divini numinis afflatum, & vaticinandi copiam adipiſcerentur. Proinde Bileamus conſtructis aliquot altaribus, e juvenco & ariete holocauſtum paravit, Regique Balaco dixit Numerorum capite viceſimo tertio, commate tertio, *aſſiſtas tu holocauſto tuo, ego vero ſecedam, num forte Dominus mihi occurrat.* Is videlicet cogitabat ſe holocauſti gratia ſpiritu prophetico afflatum iri.

Munus vero & libamen quæ holocauſto addebantur, innuebant bona illa quæ homo adipiſceretur in cœleſti divinæ naturæ domicilio, eo quod homo erat rationis compos, cujus ope is ſolus eſt immortalis & præter reliqua animantia cum Deo conjungitur, quod ſignificabatur per farinam puriſſimam triticeam, quod ſolius animantis ratione utentis pabulum eſt. Porro hujuſce rei duo ſunt indicia, quorum unum erat manipulus hordeaceus, qui poſtridie feſti Paſchatis offerebatur, quod Iſraëlitis ſignum erat ſe nondum ad perfectiſſimam naturæ humanæ conditionem perveniſſe, ſed completo demum dierum feſti Hebdomadalium numero, ubi Legem divinam acceperant, idcirco tum duos e tritico panes offerebant. Alterum erat munus ab uxore adulterii ſuſpecta offerendum ex hordeo potiſſimum, eo quod pecudum more vixerat. Ex his jam

patet

patet quod farris tritici farina notaret id quod homini ad veſcendum erat aptiſſimum, hinc illa Lex in Exodo capite viceſimo nono commate ſecundo, *e ſimila triticea facito ea.* Etenim nemo hominum finem bonorum conſequitur niſi prius divinis notitiis & virtutibus animum ſuum excoluerit, quibus veluti ſcalarum gradibus ad extremam felicitatem aſcendit, propterea præceptum erat ut ſimila ſubigeretur oleo, in ſignum quod intellectus luce divina illuſtrandus eſſet, quemadmodum puriſſimum illud oleum olivarum in candelabro illucebat. Inſuper ei thus addebatur in odorem gratum, quo boni nominis & proborum morum gratiſſima fama indigitabatur. Tandem his adjungebatur vinum ad libandum, quod ſymbolum erat tantæ Legis præſtantiæ in gentem Iſraëliticam collatæ, quamobrem & illa in diverſis vaticinis libris cum vinea comparatur. Cum itaque per holocauſtum & illius munus deſignaretur Iſraëlis reconditus ille futuri mundi ſtatus, atque æterna cum divina natura conjunctio, hinc in primis apud ipſos in honore fuerunt holocauſta illa quotidiana cum eorundem munere & libaminibus, proinde ſcriptores Hebræi ea quæ occurrunt Exodi viceſimo nono, commate triceſimo octavo, *Atque hoc eſt, quod facietis ad altare*, eo ſenſu exponunt quaſi altare eum in finem conſtitutum eſſet, ut illa jugia ſacrificia in eo præ cæteris fierent; accentus enim qui voci וזה *& hoc* appoſitus eſt, lectorem ad maximam animi attentionem revocare ſolet, quando res magni momenti proponenda eſt. Porro ibidem aliiſque in locis præſcribitur ut illud ſacrificium holocauſticum de die fieret, mane ſcilicet & veſperi, quia iſtis temporibus in orientalibus oris homines epulari ſolent, & proinde æquum erat ut eodem momento animi quoque pabulo ſuo reficerentur; etenim aliter fieri non poterat quin illa noctis dieique viciſſitudo hominum animos ad divina cognoſcenda inſtigaret, cum ortum & occaſum ſolis toties intuerentur. Pariter illa ſacrificia holocauſtica quæ diebus feſtis ſacris ſolemnibus una cum munere aliquo & libaminibus addebantur, indicabant Iſraëlitis ſe divinæ naturæ quaſi cognatione quadam conjunctos eſſe. Sed interdum etiam ſacrificia holocauſtica offerebantur ſine libamine, ſine victima, nihilominus tamen eorum idem erat ſcopus qui in reliquis, niſi quod illa ob pauperiem non offerrent, vel aliam ob cauſam non adderentur. Ex iis ergo quæ jam dicta ſunt, manifeſtum eſt, quem in finem Domino holocauſta cum munere libaminibuſque aucta offerrentur, ſacerdotibus & proprietariis nihil quicquam comedentibus, videlicet quia animæ intellectu præditæ & cum creatore ſuo conjunctæ ſymbolum erat, cujus formatio & cogitatio ſoli Deo debetur.

Cæterum ſacrificium pro peccato & ſacrificium pro reatu ambo quidem pro peccato offerebantur, ſed tamen primum fiebat pro peccato quod homo certo ſciebat ex errore ab ipſo commiſſum eſſe, ſecundum vero quando dubius hærebat an peccaſſet necne; ſicuti in ſuperioribus jam a nobis dictum eſt. Verum hoc notabile eſt quod in ſacrificiis holocauſticis, pacificis, & in muneribus nihil intereſſet inter eos qui illa faciebant, ſive quis rex ſive privatus quiſpiam eſſet, ſed omnium idem erat jus. Sed in ſacrificio pro peccato multum intererat inter eos qui id ob peccatum ex errore patratum offerrent, nam ſi peccator eſſet ſacerdos unctus, qui & pontifex maximus dicitur, tum is pro peccato ſuo expiando parabat juvencum, qui totus comburebatur, ſicuti in holocauſticis fiebat. Hoc autem diſcrimen inter utrumque erat, quod holocauſtum totum in altare cremabatur; at de ſacerdotis uncti juvenco [illegible]ta duntaxat in altare adolebantur; reliquus vero juvencus extra caſtra Iſraëlitarum comburebatur. Præter hæc aliæ quoque erant differentiæ inter illa, ut, quod ſanguis ſacrificii holocauſtici in interiorem Templi locum non inferebatur, ut is ad velum & altare ſuffimenti conſpergeretur. Juvenci autem ſanguis quo ſacerdotis uncti delictum expiabatur, interius ferebatur, & de ipſo ſepties in loco לפני יהוה *coram Domino*, dicto, & totidem verſus velum ſanctum, ſpargebatur. Cum autem univerſus Iſraëlitarum cœtus per imprudentiam peccaſſet, juvencum ſacrificabat, cujus ratio in omnibus conveniebat ei quæ in juvenco ſacerdotis uncti poſita erat. Si vero נשיא *Princeps*, ſub quo nomine rex & judex quoque comprehenditur, peccaſſet, tum is hircum caprarum offerebat; hujus autem ſanguis in interiorem Templi locum non inferebatur, neque ad velum aſpergebatur, ſed exta illius duntaxat adolebantur; quodque reliquum erat, id comedebatur. At vero ſi plebejus quiſpiam imprudens peccaſſet, vel execrationis vocem audiviſſet, & id non indicaſſet; vel ſi quippiam immundi attigiſſet, vel hominis immunditiem, vel jusjurandum futile dixiſſet, tum is pro ſingulis offerre debebat fœmellam ex ovibus vel capris. Hæc de ſingulorum ſacrificiorum natura ſeorſim conſideratorum, jam operæ pretium erit ut inquiramus de convenientiis quibuſdam, quatenus in uno ſacrificio aliquid erat quod etiam in altero inveniebatur, cum tamen diverſa eſſent ſacrificia; & contra, de differentiis quorundam ſacrificiorum quæ licet ejuſdem conditionis eſſe viderentur, tamen in aliquibus cerimoniis inter ſe differebant. Ita exempli gratia quæri-

tur, cur juvencus pro peccato ſacerdotis uncti offerendus aliquatenus conveniret cum ſacrificio holocauſtico; & cur holocauſtum hanc præ ſe ferret excellentiam, ut illud totum in altare cremaretur, cum juvencus ſacrificii pro peccato extra caſtra cremaretur? deinde cur juvenci ſacrificii pro peccato ſanguis in ſanctiſſimum atque intimum Templi locum inferretur, & non eodem modo ſanguis holocauſti? Denique cur pro peccato pontificis maximi, & univerſi cœtus, per imprudentiam admiſſo, offerretur juvencus; hircus autem pro eodem peccato principis? & ſic de cæteris. Ut omnes harum rerum cauſas diligentiſſime inveſtigemus, conſentaneum erit ut ea potiſſimum in medium proferamus, quæ acutiſſimus ille inter Judæos Abarbanel e multis & præcipuis gentis ſuæ ſcriptoribus eruditiſſime in unum collegit in præfatione ſua libro Levitici præmiſſa. Habet enim hæc duo præ cæteris hicce auctor, ut ingenii acumine polleat & aliorum opinionibus non temere aſſentiatur, tum etiam ut non ſeipſum duntaxat conſulat, neque ſuo pertinaciter ſtet judicio, neque eorum quæ ore tenus tradita ſunt, nimis tenax ſit, ſicuti tamen plerique ſolent; hinc lector in ipſius ſcriptis animadvertet ipſum omnium ſcriptorum ſenſus qui modo aliquid in ſacrificiorum cauſis inveſtigandis præſtiterunt, tanquam in theatrum producere & parum curare ſive ſcriptor ille ſit natione Hebræus, ſive Chriſtianus, vel quocunque nomine vocari velit, dummodo ſit veritatis amans. Quapropter ſi quis eum conſulat, non unius, ſed plurimorum ſcriptorum judicia conſuluerit. Quod enim noſtra Biblia Critica, id fere unicus Abarbanel inter Hebræos præſtare ſolet.

Prima igitur quæſtio eſt, cur juvencus ſacrificii pro peccato tam a pontifice maximo quam ab univerſo cœtu offerendus, totus cremaretur quemadmodum ſacrificium holocauſticum, quod ſupremo Numini omnino adolebatur? & quare iterum illa ambo in aliquibus inter ſe convenirent? Secunda, cur ſi hoc ſacrificium pro peccato ejuſdem ſit gradus cujus eſt ſacrificium holocauſticum, ſanguis tamen ſacrificii pro peccato in interiorem Templi locum inferretur, ibique ad velum ſanctitatis, & ad altare ſuffimenti aſpergeretur, quod non fiebat in ſanguine ſacrificii holocauſtici? Tertia, cur ſi hujuſce ſacrificii pro peccato ſanguis in adyta Templi inferretur, juvencus non totus in altare combureretur, ſicuti in holocauſto fiebat; ſed inteſtina illius ſolum in altare adolerentur & omnis caro illius extra caſtra combureretur, ita præcipiente Lege? Quarta, quid eſſet in cauſa quod ſacrificium pro peccato principis inferius erat ſacrificio pro peccato pontificis maximi & ſupremi Senatus, quia id ex hirco fiebat, cum tamen rex ſuperior eſſet ſupremo Senatu, & pontifice maximo? Quinta, quare ſanguis juvenci in ſacrificium pro peccato principis non inferretur in adyta Templi, ſicuti fiebat in ſacrificio pro peccato pontificis maximi & ſupremi ſenatus? an forſan quia hircus erat? ſed de hirco, qui ſolenni peccati expiandi die ſacrificabatur, ſcriptum eſt in Levitico capite ſexto decimo, commate decimo quinto, *Et ſanguinem illius inferet intra velum, & faciet cum ſanguine illius ſicuti fecit cum ſanguine juvenci.* Sexta, quare ſacrificium pro peccato pontificis maximi, & ſynedrii magni totum combureretur, & ſacrificium pro peccato principis non item, nam de hoc duntaxat exta adolebantur, quod reſtabat, id a ſacerdotibus comedebatur. Septima, cur ſi plebejus quiſpiam peccaſſet per imprudentiam, illius ſacrificium fieret ex capra fœmina, & non potius e mare; cum tamen ſacrificium pro peccato pontificis maximi, cœtus, & principis fieret e juvencis hircisve maſculis? Octava, quamobrem ſanguis ſacrificii pro peccato plebeji non inferretur in ſecretiorem Templi locum, & verſus velum ſpargeretur, neque combureretur ut ſacrificium pro peccato pontificis maximi, & totius cœtus? Nona, quare iſtis verbis quæ occurrunt Levitici capite quinto, commate primo, *Et ſi anima peccaverit, & blaſphemiæ vocem audiverit*, & in eis quæ ſequuntur, commate ſexto, *Et ſacrificium pro reatu ſuo adducet Domino, propter peccatum ſuum quo peccavit, fœminam ex ovibus lactentem &c.* חטאת *ſacrificium pro peccato* vocetur אשם *ſacrificium pro reatu*, cum tamen ſacrificium pro reatu ex ariete conſtet, & non ex ove, neque capra fœminis? & ſi ſit ſacrificium pro peccato, cur id non potius conſtet ex hirco? Decima, qua de cauſa in omnibus Legis præceptis de ſacrificio pro peccato præſcriptis, non dicantur illa verba, *Et ſi opes illius non ferant ut agnam facere poſſit* &c. niſi in fine demum ubi homo pauperior jubetur duos turtures, vel duos columbarum pullos offerre; ſi vero nec tantum ferat illius res familiaris, decimam Ephæ? licet magis conſentaneum ſit ut in omnibus ſacrificiis pro peccatis commune jus eſſet? Ad haſce quæſtiones omnes atque id genus alias difficultates putat doctiſſimus Abarbanel ſecundum rectæ rationis uſum & Legis divinæ fundamenta, ſe multum luminis adferre poſſe, ſi ponamas Deum Optimum Maximum voluiſſe populum a peccatis abſterrere, ne præcepta ſua tranſgrederetur, quia id omnium hominum proprium eſt ut ſæpiſſime præter omnem intentionem peccando aberrent; & propterea Deo placuiſſe eos in bonis multare, quo

animi

animi ipſorum ita commoverentur, ne impoſterum quid amplius committerent. Qua de cauſa præcepit ut is qui errore quodam lapſus erat, adduceret ſacrificium pro peccato, quod erat multatio in bonis, ut cautus eſſet ne in futurum tale quid delinqueret, & errores ſuos corrigeret. Eundem quoque ſcopum habuiſſe putat ſacrificia quæ ab inquinatis hominibus offerenda erant; quia impuritates aliquando homini ſua culpa contingere ſolent. Proinde Nazyræo injunctum erat ut ſacrificium adferret, quod corpus ſuum inquinaſſet; ſicuti ſcriptum eſt Numerorum capite ſexto, commate undecimo, מאשר חטא על הנפש *Propterea quod peccavit in animam*; videlicet quia ſibi non ſatis caviſſet ut appetitus rationibus voti ſui obediret, ne corpus ſuum Deo ſacratum deturparet. Hinc priſci Sapientes docuerunt prudentiam parere cautionem, cautionem puritatem, puritatem vero ſanctitatem. Eodem fine etiam ſacrificium ſeminiflui, leproſi, & illius qui cum muliere menſtrua rem habuerat, mortuo polluti, & illius qui de carne ſuilla, de reptili, & mure quicquam comediſſet, offerebatur. Præterea longe major cautio erat, ne quid ex errore peccaret contra præcepta negantia, quæ ſi quis conſulto tranſgreſſus fuiſſet, pœna excidii tenebatur, dicebatque, incogitanter feci. Cum vero aliud peccatum alio eſſet majus ratione peccantis, idcirco ſi pontifex maximus erraſſet in doctrina; docendo populum aliquam rem licitam, quæ erat illicita, ſive eam non ſatis ſciviſſet, ſive parum ponderaſſet, ingens adeo illius erat peccatum ut vix condonari poſſet; id enim quod apud prophetam Malachiam dicitur capite ſecundo commate ſeptimo, *labra ſacerdotis ſcientiam cuſtodient, & Legem quærent ex ore illius, eo quod legatus eſt Domini exercituum*, id de doctrina illius intelligendum eſt in qua non ſolum ipſe erravit, ſed & alios in errorem induxit, idcirco Lex illius erroris prius meminit cum id ſit omnium maximum. Cum vero fas fuiſſet ut is morte plecteretur, corpus ejus igne combureretur, anima redeunte ad Deum qui eam creavit; tamen quia non prudens ſciens erravit, ſed errore prolapſus eſt, idcirco Lex eum adſtringit ſacrificio juvenci loco ſui offerendo, cui manus erant imponendæ, quod indicio erat hanc eſſe hoſtiam ipſius ſuccedaneam; ſanguis autem verſus velum ſanctitatis, & ad altare ſuffimenti ſpargebatur, ut veniam & expiationem a Deo impetraret; & juvenci adipes in altare offerebantur, in ſignum quod mens pontificis maximi, jam ab iſto errore purificata & liberata eſſet; porro corpus illius extra caſtra veluti cadaver aliquod projectum comburebatur loco corporis illius qui erraſſet. Et cum ita ſe res haberet, ſacrificium pro hocce peccato non erat æquale ſacrificio holocauſtico, illo enim denotabatur præmium illud quo anima humana cum natura divina aliquando conjungenda erat, quapropter holocauſtum totum in altare Domini comburebatur. Pontificis autem maximi ſacrificium pro peccato indigitabat multam quæ ei conveniebat pro errore ſuo; quia error doctoris ſuperbia quædam habenda eſt, propterea exigua ſacrificii pars in altare cremabatur, maxima vero extra caſtra: atque hæc eſt reſponſio ipſius ad quæſtionem primam, quod ſacrificium pro peccato pontificis maximi in gradu ſanctitatis non erat æquale ſacrificio holocauſtico, quia ſacrificiorum ſanctitas æſtimabatur ſecundum loci dignitatem, ubi illa comburebantur. Cum autem holocauſtum combureretur in loco ſancto in altare Domini, inde manifeſtum eſt hunc in ipſo eſſe gradum quam in ſacrificio pro peccato pontificis maximi multo majorem, quod extra caſtra comburebatur.

Ad ſecundam quæſtionem reſpondet, Legem nullam aliam ob rationem præcepiſſe ut ſanguis ſacrificii pro peccato in interiori Templi loco ſpargeretur, niſi ut condonatio & expiatio acquireretur pro peccato pontificis maximi graviſſimo, vel eccleſiæ; proinde in Levitico capite ſexto decimo, ubi de miniſterio diei Expiationis agitur, præcipitur ut de ſanguine juvenci & hirci ſpargatur verſus propitiatorium, & ſubjungitur commate decimo ſexto, *Et expiabit ſanctuarium ab impuritatibus Iſraëlitarum*; & eodem ſenſu dictum eſt commate undecimo, *& offeret Aharon juvencum in ſacrificium pro peccato, & eo expiabit ſe & domum ſuam.* E quibus conſtat quod nullus niſi ſacrificii pro peccato ſanguis in penetralia Templi inferebatur, ad veniam & peccati liberationem obtinendam. At vero cum holocauſtum non offerretur pro tam gravibus delictis, nec tantam præſtaret expiationem, hinc non requirebatur ut ſanguis illius in penetralia Templi inferretur, ibique ſpargeretur. Eadem fere reſponſio eſt ad quæſtionem tertiam, quod ſacrificium pro peccato Pontificis maximi extra caſtra cremaretur, & non ſuper altare, ut erroris illius turpitudo notaretur. Cæterum ſanguis ſacrificii pro peccato eccleſiæ in ſecretiorem Templi locum inferebatur, ibique aſpergebatur, corpus vero comburebatur. Hujuſce rei ratio eſt quod delictum erroris ob quod conſulto commiſſum pœna excidii infligitur, vel ob quod imprudens commiſſum adducitur ſacrificium pro peccato, multo intolerabilius ſit in ſummo pontifice, qui judicia ſua Jacobi poſteros, & Legem Iſraëlitas docet. Eodem modo comparatum

Pars V. ****** eſt

eſt cum ſynedrio magno, quod Legem quoque exponebat, cujus error pernicioſior erat, eo quod ipſius doctrina populus ſeducebatur, qui & plurimos alios in errorem conjiciebat; hinc ſynedrii magni ſacrificium pro peccato æquale erat pontificis maximi ſacrificio pro peccato. Ad quartam vero quæſtionem reſpondet ſacrificium pro peccato principis non conſtitiſſe e juvenco, ſed ex hirco, quia non erat Principis doctrinam & judicia Legis exponere, neque Regis, ſicuti id pontificis maximi, & magni ſynedrii officium erat, idcirco nec hujus peccatum tam grave erat, quam eorum. Neque Principis errore populus inficiebatur, ſicuti pontificis, & ſynedrii errore, proinde ipſius ſacrificium pro peccato non fiebat e juvenco, quemadmodum illorum, ſed ex hirco duntaxat parabatur, ad denotandum Principem ex imprudentia & inſcientia erraſſe. Et quandoquidem Principis error proxime ad viri plebeji errorem accedebat, hinc utriuſque ſacrificium pro peccato fere æquale erat; Princeps enim ob honorem dignitatemque ſuam adducebat hircum, plebejus vero capram quæ hirco ſubigitur, ad ſubmiſſionem ſignificandam. Ad quintam quæſtionem reponit, quod ſanguis hirci ſacrificii pro peccato principis non inferatur in Templi penetralia, nec ibidem ſpargatur, ſicuti fiebat in ſanguine ſacrificii pro peccato Pontificis maximi, & ſynedrii, ob levitatem peccati illius, quia is erat error qui veluti a dominatore quodam proficiſcitur, qui in doctrina Legis parum verſatus eſſe ſolet. Quod autem ſanguis in adyta Templi inferebatur, id illius rei ſignum erat quod de pontificis maximi & eccleſiæ ſive publici conſilii ſacrificii pro peccato ſanguine Sanctuarium expiabatur ab impuritatibus Iſraëlitarum, eorumque prævaricationibus, & non de ſanguine alius cujuſquam ſacrificii. Ad ſextam quæſtionem reſpondet, ſacrificium pro peccato pontificis maximi & Synedrii totum comburi ob erroris ipſorum gravitatem, quod alios quoque in errorem ſeduxerint. Sed Principis peccatum non tam grave erat, idcirco illius ſacrificium pro peccato non totum comburebatur. Ad quæſtionem ſeptimam dicit, ſacrificium pro peccato erroris viri plebeji fieri ex capra, & non ex hirco, quod cum plebeji natura ſint craſſi & ſtupidi, & judicii forma deſtituti, plurimum in errorem incidere poſſent, ut ex imprudentia peccent, fœmina enim materiæ ſymbolum eſt in ſacrificiis, notante doctiſſimo Maimonide. Summum autem pontificem, & Synedrium honoris ergo Lex non adſtrinxit ſacrificio fœmineo, ne judicii eorum craſſities omnibus palam fieret. Quo ſenſu fere ad quæſtionem octavam etiam dicit, ſanguinem ſacrificii pro peccato plebejorum non inferri in adyta Templi ob ingenii eorum ruditatem; ſed pontificis maximi & eccleſiaſticorum ſanguinem ſacrificii pro peccato eo duntaxat inferri propter ſingularem eorum exiſtimationem. Et propterea idiotæ ſacrificium non totum cremabatur, quia peccatum illius non valde magnum habebatur, quia alios in peccatum non detruderet. Ad quæſtionem nonam e Levitici capite quinto, commate primo motam reſpondet, quod ea quæ commate primo & ſequentibus dicuntur, intelligenda ſint de peccatis ex errore ſive imprudentia commiſſis, & quod in hoc paragrapho non agatur de rationibus ſacrificii pro peccato, ſed in ſequentibus demum. Quod autem commate ſecundo vox אשם ter repetatur, ejus rationem eſſe putat, quod cum homo inprudens erraverit, poſtea animo commoveri ſolet quod rem impuram tetigit, & erroris ſui culpam fateri. Cæterum R. Moſes Nachmanides putat verbum אשם hic denotare peccatum adeo flagitioſum & nefandum, ut peccatoris nomen deleri debeat; & in hanc ſententiam allegat Pſalmum quintum commate undecimo; & Hoſeam capite decimo quarto, commate primo. Sed verbum חטאת aberrationem a via recta ſignificare putat, & in hunc ſenſum citat locum in libro Judicum capite viceſimo, commate ſexto decimo. Hiſce addit ſacrificium pro rapina, & ſacrificium illius qui cum ancilla deſponſa rem habebat, etiam אשם appellari, quia de induſtria peccatum erat. Et eandem ob rationem quoque Nazyræi ſacrificium אשם dici. At vero אשם מעילות *Reatum Prævaricationis*, licet is in rebus ſacris ex imprudentia alienatis locum haberet, tamen eo nomine appellari. Sed Abarbanel ſtatuit vocem חטאת cadere in eum qui præceptum aliquod imprudenter tranſgreſſus eſſet, quia ſibi a tranſgreſſione non caviſſet quantum neceſſe erat, cum cæteroquin non erraſſet; & ſecundum conſilium Dei hic error dicitur אשם *Reatus*, quia non liber eſt licet imprudens erraverit, ſed omnino reus; idcirco dicitur Levitici capite quinto, commate tertio; ונעלם ממנו והוא ידע ואשם *ſi prius ipſum latuerit, & deinceps ei innotuerit, tum reus eſto.* Atque in hoc loco אשם ponitur pro חטאת: ſed hoc non vocatur אשם תלוי *ſacrificium pro reatu dubio*, de quo paulo poſt, ſed hoc ſimpliciter אשם dicitur. Sed quod commate ſeptimo dicitur, *at ſi res familiaris illius non ferat, ut agnum poſſit adferre*; id non ſpectat ad ſacrificium pro peccato pontificis maximi, neque eccleſiaſticorum, neque Principis, quia hi homines nunquam eo redigi poſſunt ut non habeant quo agnum emant; ſed ad ſacrificium pro peccato vulgi, imo ad omnia ſacrificia pro peccato. Poſtquam enim Moſes omnia ſacrificio-

ciorum pro peccato genera expoſuiſſet, de univerſis concludit, quod ſi offerens tenuior ſit quam ut agnam, vel capram adferre poſſit, duos turtures vel duos columbæ pullos adducat. Et additur ליהוה *Domino*, quod indicio eſt ambos ita debere cremari in altare, ut pro ſacerdote nihil reliquum maneat. Dicit porro Lex, *unum in ſacrificium pro peccato, & alterum in holocauſtum*, quia holocauſtum differt a ſacrificio pro peccato, & in hoc loco non videtur neceſſarium; quamobrem hic duæ ſunt rationes, quarum una eſt a parte hominis errantis, hinc unus in ſacrificium pro peccato; altera a parte mentis, quæ jam pura & caſta facta erat, hinc alter fiebat in holocauſtum. Nam quando agna aut capra ſacrificabatur, pars quædam in altare adolebatur, videlicet exta, pars vero comedebatur a ſacerdotibus. Sed quum ſacrificium conſtaret duobus columbæ pullis vel duobus turturibus, qui inter ſe omnino æquales erant, & cremabantur, idcirco nulla erat ratio cur unus ſanctior conſtitueretur quam alter, niſi quod unus fiebat in ſacrificium pro peccato, qui primus parabatur, alter vero in ſacrificium holocauſticum, quia per expiationem ſacrificii pro peccato hominis anima cum Deo conjungebatur. Præterea Lex dicit quod ſi pauperis facultates non aſſequerentur duos turtures vel duos columbæ pullos, adducat decimam Ephæ de ſimilagine; atque ut hoc ſacrificium ab aliis quodammodo differret, proinde commate duodecimo capitis modo allegati præcipitur, *Et plenum pugillum ſuum de illo capiet ſacerdos in memoriale, & in altare adolebit*; nempe ut illud munus partim in altare adoleretur; & partim a ſacerdotibus comederetur. Quod vero additur commate tertio decimo, *Et expiabit ipſum ſacerdos a peccato ſuo quod peccavit in aliquo horum*, id veriſſime indicat illam exceptionem, qua dictum eſt, *ſi vero manus illius non aſſequatur* &c. quæ verba ad omnia ſacrificiorum pro peccato genera reſtringenda ſunt. Atque hæc eſt reſponſio ad quæſtionem decimam. Cæterum ad comma viceſimum ſecundum capitis decimi quinti ubi dicitur, *quando erraveritis & non feceritis omnia hæc præcepta, quæ Dominus locutus eſt ad Moſen*, Sapientes quorum ſemper memoria colenda ſit, notarunt ibi de peccati cultus idololatrici agi, propter quod ſynedrium adducere debet juvencum, ſed pontifex maximus, Princeps, & homo privatus omnes æqualiter hircum; nam in omni tranſgreſſione pontifex maximus & populus diverſimode peccare poterat. Sed in Cultu Peregrino, cujus interdictum erat manifeſtum, quia populus Iſraëliticus Dei vocem auribus ſuis audiverat, dicentis, *Ego ſum Dominus Deus tuus: nullus tibi ſit Deus præter me*, quiſque eadem pœna, eodemque ſacrificio tenebatur. Hæc de ſacrificio pro peccato dicta ſunt.

Jam quæſtiones aliquot de ſacrificio pro reatu in medium proferendæ ſunt, quarum prima eſt cur ſacrificium pro reatu fieret ariete integro, cum ſacrificium pro peccato a plebejo offerendum conſtaret ex agna, aut capra? etenim inter ſacrificium pro reatu & ſacrificium pro peccato nihil interesat, niſi quod prius offerebatur ab eo qui ex imprudentia tranſgreſſus eſſet præceptum aliquod cujus pœna erat excidium, at vero ſacrificium pro reatu fieret ab eo qui non certo ſciebat, an peccaſſet necne, propterea id אשם תלוי *ſacrificium pro reatu ſuſpenſo*, ſive dubio dicitur, quod ejuſdem erat generis cujus erat ſacrificium pro peccato, & eo levius: hinc quærit Abarbanel cur ſacrificium ex ariete perfecto potius fieri deberet? ſecunda eſt, quare aries quo ſacrificium pro delicto fiebat, æſtimaretur, ſicuti præcipitur in Levitico capite quinto, commate quinto decimo, בערכך כסף שקלים בשקל הקדש *ſecundum æſtimationem tuam triginta Siclis ſacrorum ſiclorum*, & quare ſimili modo non fiat in ſacrificio pro peccato? Ad hæc doctiſſimus vir reſpondet, quod ſacrificium pro peccato חטאת vocetur, quia peccator novit ſe peccaſſe, & a via recta aberraſſe tranſgrediendo aliquod de præceptis Dei; & quod ſacrificium pro reatu אשם appelletur, quia animus eſt in dubio an peccaſſet necne, & propterea ſe ipſum reum declarat quod neſciat an peccaverit necne; proinde Sapientes quorum ſemper colenda eſt memoria, ſacrificium pro reatu proprie dictum rectiſſime vocarunt *ſacrificium pro reatu dubio*, ad id ipſum diſtinguendum ab eo quod in ſacris literis per metaphoram אשם *ſacrificium pro reatu* dicitur. Lex vero diverſa ſacrificiorum pro reatu genera propoſuit, quorum unum occurrit Levitici capite quinto, commate quinto decimo, נפש כי תמעל מעל וחטאה בשגגה מקדשי יהוה *ſi quis prævaricando prævaricatus fuerit, & errore peccaverit in ſanctis Domini*; hujus Legis hic eſt ſenſus, ſi quis per imprudentiam aliquid de rebus ſacris alienaverit, neſciens eas eſſe res ſacras, & hinc dubius hærens an peccaverit necne, talem Lex divina arieti integro in ſacrificium pro reatu alligavit, quia is ſibi in animum inducebat quaſi nullo crimine teneretur, quia ſe peccaſſe ignorabat, & quamvis reſciviſſet ſe peccaſſe, tamen ex imprudentia peccatum eſſe; idcirco congruum erat ut a pœna abſolveretur, atque ut hæc cogitatio ex animo illius deleretur, proinde Lex hac in parte pœnam illius aggravavit, & arietem perfectum adduci juſſit, non a-

 gnam,

gnam, neque capram. Ne vero peccator arietem quæreret deteriorem pro ſacrificio ſuo, idcirco Deus eum æſtimari juſſit argenti ſiclis, nimirum, ut pleni & argentei adducerentur; & quia in numero plurali minimus eſt duorum, hinc per שקלים non pauciores quam duo notari poſſunt ſecundum ſacrum pondus; vel ut aries adduceretur qui tantidem valeret; quia in deſerto arietes admodum cari erant & rari. Pariter ſi quis de ſacris quid in ſuum uſum tranſtuliſſet, ut id reſtitueret, & ne retributiones iſtæ minoris pretii eſſent quam id quod de ſanctis perceperat, propterea præceptum eſt commate decimo ſexto, *inſuper quintam ei addito, eamque tradito ſacerdoti.* Quandoquidem enim is comedit de ſanctis Domini quæ propria ſunt ſacerdotum, fas erat ut ſacerdotibus redderet quod perceperat, ſortem ſcilicet cum illius quinta parte in rerum ſacrarum præſtantiam. Poſtea ſequitur commate decimo ſeptimo, *pariter ſi quis peccaverit, atque unum e Domini præceptis tranſgreſſus fuerit imprudens*, cujus hic eſt ſenſus, quod is in dubium inciderit ita ut neſciverit, an tranſgreſſus ſit necne, ut, ſi ei appoſita ſit pinguedo & adeps, atque is de alterutra comederit, ſed neſciverit an de adipe, an vero de pinguedine comederit, tum hic, quia non ſatis curæ adhibuit in cibo percipiendo, quâ ſcire potuiſſet an vetitum an vero licitum comediſſet, adducat quoque arietem integrum ſecundum æſtimationem, ſicuti ſuperius dictum eſt, & ſacerdos expiet errorem illius. Sed hæc ſub ea conditione intelligenda ſunt quod is neſciebat an erraſſet necne, nam ſi id ſciviſſet, tum ſacrificium pro peccato, & non ſacrificium pro reatu adducere tenebatur, hoc ſenſu dictum eſt commate nono decimo, *hoc eſt ſacrificium pro reatu, reus, reus eſt Domini.* Quibus ſignificatur hunc eſſe proprie reatum homini dubium, quia neſciebat an peccaſſet necne, at vero apud Deum cui omnia manifeſta, eum certo eſſe reum, quamvis ei remittatur. Et cum hic ſit caſus ſingularis, idcirco ea quæ commate viceſimo primo dicuntur de Prævaricatione qua nonnemo depoſitum ſibi concreditum, vel rapinam abnegat, & in ſequentibus, quia illic non agitur de eo quod ex errore, ſed quod de induſtria peccatum eſt; proinde commate viceſimo tertio dicitur, והיה כי יחטא ואשם *Et erit, ut peccaverit, reuſque factus fuerit*; hoc ſenſu, quando is ſibi perſuaſerit ſe peccaſſe Deo ſuo, & ſe reum confeſſus fuerit, ſicuti is quem vere maleficii ſui pœnitet, tum oportet ut reſtituat rapinam, depoſitum, vel rem amiſſam, totam ſcilicet ſortem & illius quintam partem; id autem non reddebatur ſacerdoti, ſed rei proprietario, ſicuti præcipitur in fine commatis viceſimi quarti, לאשר הוא לו יתננו ביום אשמתו *Ei ad quem pertinet, reddito in die reatus ſui:* cujus dicti hic eſt ſenſus, quando is ſeipſum reum coarguerit & vera pœnitentia ductus fuerit, tum propter reatum qui ei incumbit propter falſum ab ipſo admiſſum jusjurandum, arietem perfectum ad ſacerdotem adducito; quandoquidem enim ſciens prudens peccavit, pretioſius ſacrificium facere debet ex ariete lecto; atque hiſce auctor reſpondet ad ambas quæſtiones quas de ſacrificio pro reatu moverat.

Denique ad finem ſacrificiorum recte explicandum auctor quædam præmittenda cenſet, proinde ponit ſacrificia pacifica vel pro gratiarum actione, vel votis oblationibuſque ſpontaneis offerenda. Horum vero ſacrificiorum duo erant genera, quorum unum erat quod pacifica offerrentur ad Deo O. M. gratias agendas pro tot ac tantis illius in terra Cananæa occupanda beneficiis præſtitis, reliquiſque miraculis populo Iſraëlitico ad fidem firmandam factis, de quo dicitur in Levitico capite ſeptimo, commate ſecundo, *Si pro gratiarum actione illud obtulerit.* Alterum genus eſt votorum, & promiſſorum, ſive oblationum ſpontanearum, quibus Deo ſupplicabant ut iis propitius in poſterum eſſe vellet, eorum fruges in terra augere, atque omnia felicia & fauſta de cœlo in ipſos effundere. Primum itaque conſiſtebat in gratiis pro beneficiis acceptis agendis; ſecundum, ad optata quæque in futurum impetranda; hinc ubi ad Templum ſe conferebant clementiam & miracula Domini celebraturi, gentilitium aliquod ſacrificium parabant, atque in altare offerebant, ad Deo gratias agendas pro innumerabilibus ipſius beneficiis. Propterea ſacrificii iſtius adeps, renes, reticulum hepatis, atque cauda de agno adolebantur; præcordia autem & renes cogitationum ſymbola erant, perinde ac ſi offerens diceret, effundam ego animam coram Deo. Inſuper & hæ partes potiſſimum in altare adolebantur, quia omnium pinguiſſimæ erant, ut quamprimum igne incenderentur; tum etiam quod nec adeps nec renes, nec jecur proprietariis, vel ſacerdotibus in eſcam conducebat, poſtquam vero altari ſua pars data eſſet, ſacerdotibus quoque ſua pars dabatur, qui per eam Dominum laudabant propter miracula & liberationem Iſraëlitis præſtita; quod reliquum erat, id a proprietariis ſacrificii comedebatur, qui lætitias agebant de tantis bonis ſibi a Deo conceſſis. Pariter ſi pacifica offerrentur propter votum & ſupplicationem de favore divino impetrando, pars altari, & pars ſacerdotibus deſtinabatur, qui Deum hymnis & cantiunculis celebrabant, eumque precabantur ut facultates

com-

communes fortunare vellet; reliquum vero comedebant omnes terræ divites, & præ multa pace gaudentes. Cæterum cum præcipuæ Iſraëlitarum facultates conſiſterent in gregibus paſcendis, & terra colenda, unde panis, vinum, & oleum proveniebant, quæ Deus ſecundare promiſerat: idcirco hæc ſacrificia fiebant ex animantibus, nempe e bobus, ovibus, & capris, adjunctis iis fertis e puriſſimo tritico, oleo, & vino, qui omnium liquorum præſtantiſſimi ſunt. Jam igitur oſtenſum eſt quem unumquodque ſacrificium finem haberet, & quamobrem iis ſemper adjungerentur munera. Cæterum de hoc ſacrificio ſcriptum eſt in Levitico capite tertio, commate primo, *ſeu mas ſit, ſeu femina, integra offeratur:* nam Lex non præſcripſerat ut pacifica fierent e maſculis, quemadmodum de holocauſto ſtatuit; neque ut fierent e fœmina, ſicuti præcepit de ſacrificio pro peccato, quia ſacrificium pacificum ab utroque diſtinctum erat, & ſingularis lætitiæ ſymbolum notabat; idque potiſſimum *pacificum* dicebatur, quia pro pace jam impetrata vel adhuc impetranda ſacrificabatur ab eo qui rem divinam facturus erat. Hujuſce vero ſacrificii partes aliquot ſacerdotibus dabantur, cujuſmodi erant pectus & armus, quia partes iſtæ omnium ſuaviſſimæ ſunt. Præterea e capite ſeptimo Levitici conſtat de ſacrificio pacifico in gratiarum actionem offerendo, placentas azymas oleo ſubactas, & lagana azyma atque id genus alia cum ipſo conjungenda eſſe præter panes infermentatos, & ut caro ſacrificii comederetur eodem die quo mactatum erat, & ne quid in craſtinum diem remaneret. Sed in altero ſacrificio pacifico quod propter votum & promiſſum offertur, Lex non meminit placentarum azymarum, neque laganorum, nec reliquorum panum, quorum omnium in primo Sacrificio mentio facta eſt. Præter hæc quoque aliud diſcrimen Lex poſuit in ſacrificio quod ratione voti & promiſſi fiebat, videlicet quod illa intra duos dies unamque noctem comedi deberent; quæ conditio non obtinebat in ſacrificio pacifico in gratiarum actionem offerendo, id enim intra diem atque unam noctem comedi oportebat. Cæterum quod priſci Sapientes quorum memoria colenda eſt, tradiderunt non ſemper munus aliquod cum pacificis adoleri, id ita accipiendum eſt, quod genera panis cum ſacrificio euchariſtico offerenda, non adolerentur in altare, quia illa accedebant præter munus quod cum pacificis offerebatur, e cujus puriſſima farina triticea ſacerdos plenum capiebat pugillum, & totum thus quod ſuper munere erat, atque ſimul in altare adolebat. At vero panum genera cum ſacrificio euchariſtico accedentia ſacerdotibus & dominis in cibum conceſſa erant, propterea de illis dictum eſt in Levitico capite ſeptimo, commate tertio decimo, *præter placentas panem fermentatum offerto.* Sed de munere euchariſtico ſcriptum eſt eodem libro capite ſecundo, commate undecimo, *Abſque fermento fiet.* Cæterum cum pacificis euchariſticis iſta panis genera offerebantur, quæ tempus præteritum ſpectabant, etenim fas erat ut convivium & lætitia illius valde celebraretur; ſed cum pacificis votivis aliter ſe res habebat, utpote futurum tempus ſpectantibus. De feſto Tabernaculorum præceptum eſſe videmus Deuteronomii capite viceſimo ſexto, commate undecimo, *Et lætaberis de omni bono.* Sed non eodem modo de feſto Paſchali, quia iſto anni tempore homines ſolliciti erant quinam futurus eſſe proventus. Caro autem ſacrificii pacifici in gratiarum actionem offerendi comedebatur intra diem unamque noctem; at vero ſacrificii pacifici caro ob vota ac promiſſa offerendi comedebatur intra duos dies unamque noctem, quia is qui in futurum tempus a Deo bonum aliquod petit, pluribus verbis orationem ſuam exornare ſolet, quam is qui pro beneficio aliquo accepto gratias agit. Huc uſque de omnium ſacrificiorum cauſis, materia, forma, & fine, quæ a me collecta ſunt e Maimonide Hilchot Maaſe Corbanot, & e præfatione illius huic libro Miſnico præmiſſa, tum etiam e proœmio Abarbanelis in tertium Moſis librum qui Leviticus appellatur, quo lectorem remittimus ſi uberiorem ſacrificiorum ſcientiam ſibi comparare deſideret. Codicem vero Miſnicum inſpicienti patebit, quomodo omnia ſacrificia ſuis nominibus ac titulis mactari debeant, quorum quædam reproba fiunt ſi alienis titulis mactata ſint, quædam vero non, ut, ſi holocauſticum mactatum fuiſſet in nomine ſacrificii pro peccato, & deinceps innotuerit id eſſe holocauſtum, tum id quidem ſimpliciter ſacrificium erat, & ſanguis excipi poterat in nomine holocauſti, ſed ex iſto holocauſto nihil boni redundabat in dominos ejus, quia ſub alieno titulo mactatum erat, etenim in miniſtris ſacris requirebatur continua in ſacrificia intentio, quam ſi animo non concepiſſent, nulla erat ſacrificiorum efficacia in dominis a votis ac debitis liberandis; nam hoc demum fiebat quando nomine ſive titulo ſacrificii, & titulo domini peracta erat mactatio; idcirco aliud offerri debebat, ſi res ita accidiſſet. Ita ſe res habebat in ſacrificiis privatis, ſed non in publicis, illa enim cœtui imputabantur in debitum exſolvendum, licet non titulo cœtus mactata eſſent, ratio eſt, quia ea non habebant ſpeciales dominos; hinc Sapientes dicere ſolebant, in ſacrificiis quæ pro univerſo cœtu fiunt, culter ad quodvis ſacrificium adhiberi poteſt.

Aliter vero comparatum erat cum ſacrificio Paſchali, & cum ſacrificio pro peccato, quæ omnino reproba erant, ſi non ſuis titulis mactata eſſent; quia de primo dicitur Deuteronomii capite ſexto decimo, commate primo, ועשית פסח *Et facies Paſcha*, ex quo Sapientes docuerunt, omnia illius opera in nomine Paſchatis fieri debere. Tum etiam, quia Exodi capite duodecimo, commate viceſimo ſeptimo dicitur, ואמרתם זבח פסח ליהוה *Et dicetis, victima Paſchalis illud eſt Domino.* Præterea de ſecundo dicitur Levitici capite quarto, commate triceſimo tertio, ושחט אותה לחטאת *Et mactabit illud in ſacrificium pro peccato*, cujus dicti ſenſus eſt, id in nomine ipſius mactari debere; ſic etiam ſanguinem in nomine ipſius ſpargi, eo quod commate triceſimo quarto dicitur, *Et accipiet ſacerdos e ſanguine ſacrificii pro peccato.* Cum vero mactationem ſequatur ſanguinis ſparſio, proinde auctor ſecundo capite tradit de iis qui ad ſanguinem excipiendum idonei ſunt, vel inidonei, & quænam ſit legitima ſanguinis aſperſio, quænam vero illegitima; quamvis enim mactatio per quemlibet hominem licet impurum fieri poſſit, modo non tetigerit ſacrificii carnem, ſicuti capite tertio ponit, nihilominus tamen ab exceptione ſanguinis & deinceps miniſteria ſacerdotalia incipiunt. Et cum nonnulla erant ſacrificia quorum ſanguis quater aſpergi deberet, alia vero quorum ſanguis bis aſpergi deberet, unde tamen quatuor orirentur ſparſiones, alia denique quorum aſperſio tantum una erat, hinc capite quarto inter Hillelæos & Schammæanos quæſtiones aliquot proponuntur, an ſacrificiorum ſanguis expiet, licet unica duntaxat facta ſit ſparſio. Quia autem capite primo auctor quidem tradiderat oportere ut ſacrificia ſuis nominibus mactarentur, ſed iſta nomina non vocaverat, idcirco hoc capite addit ſex eſſe titulos ſive nomina quibus ſacrificia ſacrificari poſſunt, videlicet, nomine ſacrificii, nomine ſacrificantis, nomine Jehovæ, nomine ignitorum, nomine odoris, & nomine quietis ſcil. animæ. Quinto capite quæritur ubinam ſit ſacrificia mactandi locus, & eorum ſanguinem ſpargendi, ſic ſancta ſanctorum mactabantur ad ſeptentrionem, alia vero ad aquilonem, alia denique in quolibet atrii loco; eodem modo eorum ſanguinis aſperſio varia erat. Et quia unguesectio in avibus alicujus artis erat quondam apud ſacerdotes, proinde capite ſexto unguesecandi modum deſcribit, & quomodo ab uno membro avis ad aliud ordine ſit procedendum. Capite ſeptimo pergit ad ſacrificia quæ ſurſum vel deorſum fiebant, etenim altare filo quodam coccineo cingebatur, infra quod quorundam ſacrificiorum ſanguis ſpargebatur, quorundam vero ſupra illud, & hoc ſenſu ſanguines dicuntur ſurſum vel deorſum ſpargi. Capite octavo dicit quod omnia ſacrificia quæ commiſcentur cum ſacrificiis pro peccato ad mortem uſque aſſervandis, aut cum bove lapidando, omnia moriantur, licet unum duntaxat cum myriade mixtum ſit; quia nullum remedium inveniri poteſt quo redimi queant. Et poſtquam ibi de commixtione ſacrificiorum egit, etiam de ſanguinum mixtura quædam ſubjungit. Capite nono agit de iis quæ altare conſecrat, ita ut ab ipſo deſcendere nequeant, ſi aſcenderint; & quemadmodum altare res in ipſum oblatas conſecrare poteſt, ita quoque clivulus ipſius, & vaſa miniſterii ſacri. Capite decimo quæritur quænam ſacrificia reſpectu temporis præcedere debeant, & reſpondetur quod ea quæ frequentiora ſunt, etiam priora eſſe debeant, idcirco jugia præcedunt acceſſoria, acceſſoria Sabbatica præcedunt acceſſoria novilunii, acceſſoria novilunii præcedunt acceſſoria novi anni. Capite undecimo præcipitur de veſtimentis lavandis quando ea ſanguine conſperſa fuerint, eodem modo vaſa miniſterii; attamen non ſemper; aliquando etiam ſpatium ſanguine commaculatum excidendum erat. Capite duodecimo res agitur de iis ſacerdotibus & dominis qui ſacrificiorum participes eſſent, atque de iis quibus id propter vitia ſua neutiquam licitum erat; atque ibi concluditur, eum qui ad miniſterium ſacerdotale ineptus eſt, carnis participem non eſſe, & eum qui non eſt particeps carnis, nec pellium participem eſſe; pelles vero ſanctorum levium erant dominorum, ſed ſanctiſſimorum erant ſacerdotum. Capite tertio decimo quædam notantur de ſacrificiorum mactatione & oblatione extra Sanctuarium peractis; & quomodo jus in mactatione aliquando ſtrictius eſſe poſſit quam in oblatione & viciſſim. In ſuperioribus ab auctore Miſnico expeditis iis quæ in atrio Templi peragenda erant, capite decimo quarto & ultimo, ſe confert ad ritus quoſdam quæ extra Sanctuarium, imo extra urbem ſanctam vel adhuc peragenda, vel jam peracta erant, eum in finem juvencæ ſacrificii pro peccato, hirci emiſſarii, & locorum antequam Tabernaculum & Sanctuarium erectum eſſet, illic mentio facta eſt. Hæc breviter de argumento codicis. Ejus verſionem Miſnicam a doctiſſimo Ulmanno exornatam retinuimus.

מסכת מנחות TRACTATUS DE MUNERIBUS, hic ſuperiorem de Sacrificiis excipit, auctor namque Miſnicus ſecutus eſt ordinem ſacrificiorum a Moſe inſtitutum, qui poſtquam Levitici capite primo de ſacrificiis ex animantibus faciendis aliquot leges præſcripſiſſet,

ſet, ſecundo capite ad munera ac ferta deſcribenda pergit, hoc ſenſu; ונפש כי תקריב קרבן מנחה ליהוה סלת יהיה קרבנו ויצק עליה שמן ונתן עליה לבנה : והביאה אל בני אהרן הכהנים וקמץ משם מלא קמצו מסלתה ומשמנה על כל לבנתה והקטיר הכהן את אזכרתה המזבחה אשה ריח ניחוח ליהוה : והנותרת מן המנחה לאהרן ולבניו קדש קדשים מאשי יהוה : *Cum anima obtulerit oblationem muneris Domino, e ſimila eſto oblatio ejus, cui oleum affundito, & thus imponito. Deinde adducito illud ad filios Aharonis ſacerdotes, qui inde plenum accipiant pugillum ſuum e ſimila & oleo ejus, cum toto thure ejus; ſacerdos vero illud adoleat in monumentum ejus in altare, ignitum grati odoris id Domino eſto. Quod autem de munere reliquum fuerit, id pro Aharone & filiis illius eſto; nam ſanctum ſanctorum hoc eſt ex ignitis Domini.* Ratio quare præceptum de muneribus antecedat præceptum de ſacrificiis pacificis, eſt, quod munera comprehendantur ſub genere ſacrificiorum holocauſticorum ex animantibus propter vota & promiſſa ſacrificandorum, quia cum ipſis ſimul offerebantur. Vocabulum נפש *animæ* deſignare totum hominem, nemo eſt qui ignorat, cum ea ſit præcipua hominis pars; & quia hic ſermo eſt de animabus illa munera ſponte ſua offerre volentibus, hinc ſcriptor ſacer potius iſto vocabulo uti voluit; tum etiam ut oſtenderet ejuſmodi munera æque a fœminis ac a viris voveri poſſe, cum utriſque ſit נפש hanc ob rationem ei in fœminino genere additur verbum תקריב *offeret*. Hujus autem animæ munus e ſimila conſtare debebat, videlicet, ſi quis dixiſſet, *en ego in me ſuſcipio munus*, tum is ipſe adducebat munus ſimilagineum, quod inter omnia munera primum eſt, & pugillo colligebatur; & quia hoc capite quinque munerum mentio fit, quæ omnia offeruntur cocta antequam pugillo collecta ſint, hoc excepto, idcirco primum vocatur *munus ſimilagineum*. Cæterum iſtud סלת duntaxat e farina triticea deſumebatur, ſicuti dicitur Exodi capite nono, commate ſecundo, סלת חטים תעשה אתם *e farina triticea facies ea*; omnium vero minimum munus conſtabat e decima parte Ephæ, ſicuti ſcriptum eſt Numerorum capite viceſimo octavo, commate tertio decimo, עשרון סלת מנחה *decima farina pro munere*. Poſtea affundendum erat oleum toti maſſæ, uti dicit, *& affundet ei oleum*, quia cum ipſo ſubigebatur maſſa farinacea. Sed thus in copia pugilli ab uno latere ei tantum imponebatur, quia non ſubigebatur cum maſſa, neque pugillo capiebatur; nam poſtquam pugillo ceperat ſacerdos, totum thus colligebatur. Hæc olei affuſio & ſubactio maſſæ etiam per quemlibet Iſraëlitam fieri poterat, ſed a קמיצה *collectione pugilli* & deinceps incipiebat miniſterium ſacerdotale. Quando in ſingulari numero dicitur וקמץ *& pugillo capiet*, licet in numero plurali antecedat *filii Aharonis ſacerdotis*, ſenſus eſt quod munus deferendum ſit ad aliquem e filiis Aharonis qui pugillo capiat. Per vocem משם *illinc* vel *inde* R. Selomo Jarchi intelligit locum ubi viris Iſraëlitis ſtare licitum erat in atrio. Per *plenitudinem pugilli* non plenitudo accumulata nec deficiens, ſed vulgaris pugilli plenitudo intelligitur, ſive tantum quantum homo plerumque pugillo capere poteſt per trium digitorum extenſionem ſuper volam. על כל לבנתה ejus dicti ſenſus eſt, quod plenus pugillus capiendus ſit præter totum muneris thus. Et hæc omnia adolebantur in monumentum in altare, utpote ignitum odoris tranquilli pro Domino, quo ſignificabatur peccatoris animam jum cum divino Numine conjunctam eſſe, & ſumma pace ac tranquillitate frui, quia ira Dei in peccatorem jam extincta erat. Tandem additur, *& quod reliquum eſt de munere, id Aharoni & filiis ejus cedet, ſanctum ſanctorum eſt ex ignitis Domini:* Abarbanel putat hic dici והנותרת *& reliquiæ* nomine ſubſtantivo, & non והנותר *& quod reliquum eſt*, adjective, ſicuti in aliis bene multis locis dicitur, quia vox נותר notat rem exiguam quam comedere vix operæ pretium eſt ob paucitatem ſuam; נותרת vero notare muneris reliquias quibus homo mediocriter veſci poteſt. *Atque hæ reliquiæ cedebant filiis Aharonis ſacerdotibus, utpote ſancta ſanctorum ex ignitis Domini*; idem auctor exiſtimat haſce reliquias potius deſignari filiis Aharonis, ut inter omnes ſacerdotes diſtribuerentur & non ſacerdoti ſacris operanti, ſicuti in reliquis muneribus præſcribitur. Sed R. Selomo Jarchi dicti iſtius ſenſum eſſe putat, quod pontifex maximus primus ſuam capiat partem abſque diſtributione, gregarii vero ſacerdotes pro diviſione reliquorum ſacerdotum. R. Moſes Nachmanides ſtatuit primi muneris reliquias inter ſacerdotes dividi, cæterorum vero munerum reliquias ſacerdoti ea offerenti porrigi, ut opera illius in muneribus parandis aliquo modo compenſaretur. Sed hoc negat Abarbanel, quia munera in clibano, vel in aheno, vel ſuper craticula parabantur ab eo qui ea voviſſet vel promiſiſſet. Quatuor vero reliqua munera non requiritur ut hic denuo explicemus, quia id jam factum eſt ſuperius ubi in genere de univerſis ſacrificiis egimus, & quia Maimonides in præfationem ſua in codicem de Muneribus idem quoque egit; conferamus nos itaque ad ipſum tractatum Miſnicum. Quemadmo-

 dum

dum ergo in principio tractatus de Sacrificiis dictum eſt, quod ſacrificia ſub alieno nomine caſu quodam mactata, recta ſint, licet Dominis ſuis non imputentur in debitum, ita ab initio hujuſce tractatus de Muneribus ſtatuitur, omnia munera ſub alieno nomine pugillo collecta, tamen recta eſſe, præterquam quod illa dominis non imputentur ex debito, ſive in rationes ipſorum non referantur, etenim quod mactatio in victimis, id pugilli collectio eſt in muneribus; exempli gratia, ſi quis promiſiſſet munus in ſartagine parandum, ſacerdos vero id ipſum in nomine muneris in alieno parandi pugillo collegiſſet, tum id quidem adolebatur, & reliquiæ illius a ſacerdotibus comedebantur, ſed dominus non liberabatur a debito ſuo, niſi aliud attuliſſet. Verum hoc intelligendum eſt de muneribus non ſtatuto tempore offerendis; at ſi manipuli agitationis materia in alieno nomine pugillo collecta ſit, manipulus eſt reprobus. Pugilli collectio ſacerdotum curæ tantum demandata erat, proinde ſi quis gregarius Iſraëlita vel alius quiſpiam e plebe eam peregiſſet, vel ipſe ſacerdos manu ſiniſtra eam feciſſet, reprobum erat munus; etenim hac in parte pugilli collectio majoris momenti erat quam victimarum mactatio, quæ per Iſraëlitas fieri poterat. Capite autem ſecundo inter doctores & Sapientes diſputatur, an munus ſit abominandum, & pœna excidii infligatur ſacerdoti, ſi is eo ſcopo pugillo collegerit, ut illius ſtatim reliquias comedat, & pugillum craſtino die adoleat, quia reliquiæ muneris poſt pugilli adolitionem demum licitæ ſunt ut comedantur. Tertio capite quæritur an bene ſe res habeat cum munere, licet quis pugillo collegerit ut comedat de eo quod comedi non ſolet, vel ut adoleat id quod adoleri non ſolet, quia perverſa eſt ſacerdotis intentio, ut, ſi cogitaverit de thure comedendo, vel de reliquiis cremandis. Quarto capite inquiritur quænam ſint iſtæ res quæ non ſolum in muneribus, ſed & in omnibus miniſteriis ſacris totum ritum impedire queant, ſi deſint, ut, ſi muneri deſit vinum & oleum, an tum vinum non ſufficiat pro libamine; & ita in cæteris quæ ibi narrantur. Quinto capite agitur de iis quæ ex azymis offerebantur, quæve e fermentatis; tum quomodo munerum maſſa ſubigenda, diſponenda, vel coquenda ſit; & porro de omnium munerum differentiis reſpectu materiæ, & offerendi modorum. Capite ſexto enumerantur ea munera quæ pugillo capiebantur, & quorum reliquiæ ſacerdotibus cedebant; tum etiam de modo placentas miſcendi, atque lagana ungendi, necnon de manipulo parando, deque iis quæ una cum ipſo offerenda erant. Septimo capite deſcribitur ſacrificii euchariſtici copia ſecundum menſuram quæ in deſerto, & deinceps Jeruſolymis obtinebat; & porro de quatuor munerum ſpeciebus quæ cum ſacrificio euchariſtico offerebantur; adjiciuntur quoque aliquot ſacrificium euchariſticum vovendi formulæ. Capite octavo fit oblationum diviſio in publicas & privatas, & e quibus locis potiſſimum adducendæ eſſent; & quotnam eſſent olei ſpecies, quodnam vero oleum haberetur omnium optimum in oblationibus, anquiritur. Cum autem muneribus exactæ quædam ſtatutæ eſſent menſuræ, hinc capite ſeptimo traditur quot in liquidis aridiſque materiis fuerint menſuræ in Sanctuario; & quænam ſacrificia requirant manuum impoſitionem, & agitationem. Capite decimo deſcribuntur jura manipuli, qui decima ſexta nocte menſis Niſan metebatur, nempe quot ille contineret Sata ſi die Sabbati offerretur, quot vero ſi profano die offerretur; & quanta cum pompa illius demeſſio, in faſciculos collectio, & aſportatio ad Templi atrium fieret. Undecimo capite ſignificatur modus conficiendi duos panes e proventu novo, & panes facierum, quo loco & in quo vaſe configurandi & coquendi; & illa occaſione agitur de panis facierum figura, atque menſæ cui imponebatur, menſura, aliiſque ſacris ſupellectilibus. Capite duodecimo ſtatuitur quod munera & libamina, quæ ante conſecrationem in vaſis ſacris polluta ſunt, redimi poſſint, at non ita, ſi polluta fuerint quum in vaſis jam conſecrata eſſent. Tertio autem decimo ſive ultimo capite proponuntur diverſæ munera vovendi formulæ, & quid in unoquoque caſu faciendum ſit, deciditur.

מסכת חולין TRACTATUS DE PROFANIS, hujuſce tractatus jura dependent omnia a Sapientum inſtitutis, quamvis illa in Moſaicis ſua habeant veſtigia, & per certas conſequentias inde deprompta ſint, verbi gratia, in Legibus Moſis quidem in genere deſcribuntur aliqui ritus mactandi, ſed non ſtricte determinatur quo loco, quo tempore, quibus perſonis, quibus inſtrumentis, quo ordine mactandum ſit, quæ omnia atque id genus alia in hoc tractatu accuratius præſcribuntur; & quia in ipſo continentur aliquot ſancita mactandi ritum ſpectantia, æquum fuiſſet ut is titulo de Sacrificiis ſive victimis mactandis ſubjunctus fuiſſet, quia ibidem diſquiritur quænam ſit legitima mactandi ratio quæ in animantibus ſacris obtineat. Verum cum Leges de victimis & fertis a Moſe conjungantur, nec auctor Miſnicus duos priores codices a ſe invicem divellere voluit. Inſcribitur autem hic tractatus nomine חולין *de Profanis*,

qua-

quatenus illi ritus quorum hic mentio facta eſt, in ſacro miniſterio profani habeantur; tum etiam quia in hoc codice tam de pecoribus profanis quam ſacris rite mactandis agitur. Prima itaque conſtitutio Miſnica eſt, omnes Iſraëlitas de induſtria mactare poſſe ſacrum animans, ſi iſtius artis periti ſint, & mactationem ipſorum eſſe rectam ſi illa caſu quodam fortuito facta ſit, ſurdo, ſtulto, & minorenni exceptis, ne mactatio depravetur; licet enim ii caſu & pro re nata mactaverint, & mactandi leges intellexerint, tamen interdictum eſt quicquam comedere de eo quod illi mactaverint, quia ſemper verſantur in ſuſpicione rei male actæ quod non integris ſenſibus inſtructi ſint. Gentilium vero mactatio omnino improbatur. Poſtea de tempore mactationis agitur, videlicet ſi ea in Sabbato, feſtiſque diebus facta ſit, vel inſtrumento quopiam minus ſolito, vel extra inſtitutum ordinem, de quibus videſis capite ſecundo. Cum autem omnes partes in ſacris pecoribus integræ, puræ, & nullo vitio affectæ eſſe deberent, hinc capite tertio omnia animantium ac volucrium membra atque exta examinantur an illa ſe recte habeant, ſin minus, tum illa טרפות *diſcerpta* habebantur. Et hac de cauſa capite quarto quæritur an de fœtu e corpore matris difficulter parientis educto liceat comedere poſtquam mactatus ſit, quamvis ante mactationem membrum aliquod prodierit exterius quod in corpus maternum reductum erat, quod conceditur; at vero ſi membrum aliquod exciſum fuerit, tum de ipſo non licet comedere, quia diſcerpti loco habetur. Eodem fere modo capite quinto diſputatur an matrem cum prole maſcula mactare liceat in terra Iſraëlis, & extra eam, tam in pecoribus conſecratis quam profanis, tam ſtante Templo quam ipſo non ſtante; ut, ſi quis matrem & prolem illius ambas profanas mactaverit extra atrii Templum. Capite ſexto traduntur quædam de ſanguine animantium mactatorum contegendo in terra Iſraëlis, & extra eam, tam ſtante Templo quam eodem non ſtante; id autem habere locum in pecoribus profanis, ſed non in ſanctis. Capite ſeptimo proponitur interdictum de nervo luxato non comedendo in terra Iſraëlitica & extra eam, durante Templo, & ipſo non durante, in pecoribus profanis atque ſanctis; ac proinde quadraginta plagis teneri eum qui de ipſo duntaxat olivæ copiam comederit, quia res diſcerpta eſt. Capite octavo quæritur de cibis qui ſimul coqui poſſunt, vel ſimul in menſam poni, vel ſimul comedi poſſunt, vel ſecus, quæ omnes quæſtiones iſto nituntur interdicto Moſaico, quod hœdus cum lacte matris ſuæ non debeat coqui. Capite nono diſtinguitur inter ea quæ modo edulium pollutorum inficiunt, atque inter ea quæ modo cadaverum polluunt, quando de pluribus una fit mixtura; hypotheſis enim eſt quod edulia immunda non polluant niſi ſaltem ovi copiam habeant; cadavera autem tactu & onere ferendo polluunt in quantulacunque copia. Decimo capite inquiritur de donis quæ ſacerdotibus porrigenda erant, tam de profanis quam conſecratis pecoribus in terra Iſraëlitica, & extra eam, Sanctuario exiſtente, vel non exiſtente. Capite undecimo ſtatuitur primitias velleris uſui ſacro ſolvendas eſſe in terra Iſraëlitica & extra eam, Sanctuario conſiſtente, vel non conſiſtente; ſed in pecoribus profanis duntaxat, & non in ſacris. Capite duodecimo ac ultimo explicatur interdictum quod Deuteronomii capite viceſimo ſecundo, commate ſexto extat de ave fœminea pullis aut ovis incubante non capienda, idque locum habere in avibus profanis, ſed non in conſecratis; verbi gratia, ſi quis avem in Templi refectionem conſecraſſet, illa vero deinceps avolaſſet, & tandem rediiſſet atque ovis ſuis incubuiſſet, tum mater cum omnibus pullis ipſius ærarii præfecto cedebat.

מסכת בכורות TRACTATUS DE PRIMOGENITIS, cum hominem pariter & pecorum primogenita Deo ſacra eſſent, atque in altare offerrentur veluti victimæ, hinc titulus de Primogenitis prioribus qui de ſacrificiorum ritibus agunt, ſubjicitur. Præceperat itaque Deus ut omne primogenitum quod vulvam matris aperuiſſet, tam ex hominibus quam e pecoribus mundis atque immundis, tam integrum quam vitioſum, ſibi conſecraretur, ſicuti ſcriptum legimus Exodi capite tertio decimo, commate ſecundo, קדש לי כל בכור פטר רחם בבני ישראל באדם ובבהמה לי הוא *conſecrato mihi omne primogenitum aperiens vulvam inter Iſraëlitas, tam ex hominibus, quam e beſtiis; meum illud eſt.* Rationem præcepti ipſe legiſlator addit, quando in fine dicit לי הוא *meum illud eſt*, etenim is in ærumnis Ægyptiacis pro ſua inſigni miſericordia pepercerat Iſraëlitarum primogenitis dum Ægyptiorum percutiebat, itaque ſoli Deo debebant quod in vita conſervati eſſent, & propterea ſummo jure ei ſacra eſſe debebant. Abarbanel iſta phraſeologia פטר רחם *aperiens vulvam* putat tolli controverſiam qua quæri poſſet an major natu filius ſit בכור *primogenitus*, ſive is qui primus e prima ſeminis paterni gutta generatus eſt, quia is qui prior conceptus eſt, aliquando poſterior naſcitur, ſi gemelli gignantur; idcirco dicere ad legem aperturam vulvæ reſpiciendum eſſe, & non ad conceptionem in utero materno. Porro e jure naturæ a parte matris potius primogenitura determinanda eſt, quia mater plerumque ma-

jori amore ac miſericordia in partum fertur quam pater, tum quod infantem tam diu in utero circumtulit & aluit, tum etiam quod non ſine magno dolore eum eniti ſolet, propterea vulva רחם dicitur a verbo רחם *miſereri*. Si igitur ex hominibus primogeniti nati fuiſſent, tum ii cultui divino conſecrati erant, ſi e beſtiis immundis, tum redimebantur, & nummi rationibus ſacris deſtinabantur; ſi e beſtiis mundis, tum in altare offerebantur Domino, ſanguis ſpargebatur, & exta adolebantur, & quod reliquum erat, id a ſacerdotibus comedebatur, quemadmodum in cæteris ſacrificiis fieri ſolebat, de his Deum audiamus loquentem in libro Numerorum capite decimo octavo, commate quinto decimo & ſequentibus: *Quicquid vulvam aperit ex omni carne, quam oblaturi ſunt Domino, tam ex hominibus quam e jumentis, tuum eſto. Sed omnino redimi jubeto primogenitum hominis, pariter & primogenitum jumenti immundi. Redimendos vero eorum a nato uno menſe redimi jubeto ſecundum æſtimationem tuam, argenti quinque ſiclis, prout eſt ſiclus Sanctuarii; viginti nempe obolorum. Primogenitum vero bovis, vel primogenitum ovis, vel primogenitum capræ ne ſinito redimi, res ſanctæ ſunt; ſanguinem eorum ſuper altare ſpargito, & adipem adoleto, in ignitum grati odoris Domino. Et caro eorum tua eſto, ſicuti pectus agitationis, & ſicut armus agitationis tua eſto.* At vero ſi pecus primogenitum vitio aliquo affectum eſſet, ſive id cum vitio iſto natum eſſet, ſive vitium iſtud contraxiſſet poſtquam integrum fuiſſet, tum illud ipſum tamen ita ad ſacerdotem pertinebat, ut illud comedere poſſet quocunque in loco vellet, vel vendere, vel ethnico comedendum præbere, quia profanum erat, ſicuti dicitur Deuteronomii capite quinto decimo, commate viceſimo ſecundo & ſequenti, *Sin autem ei ſit vitium, claudum aut cæcum, vel aliqua mali labes, ne mactato illud Jehovæ Deo tuo. Intra portas tuas comedito illud, immundum & mundum pariter, tanquam capream & cervum.* Evincitur inde quod tale vitiatum animans erat res ſacerdotis. Cæterum pii Iſraëlitæ erat beſtiam ſuam primogenitam mundam conſecrare, hac formula, הרי זה קדש *En hæc ſacra eſto*, hoc enim iſto Legis præcepto contineri credunt, quod commate nono decimo capitis modo allegati edicitur, תקדיש ליהוה אלהך *conſecrato Domino Deo tuo.* Quamvis tamen beſtia primogenita per ſe eſſet ſacra, quia inde a vulva matris ſanctitas in ipſam jam incidiſſet, licet nulla conſecratio ore tenus facta eſſet. Hocce vero præceptum de beſtia primogenita munda locum habebat in terra Iſraëlitica & extra eam, nihilominus tamen beſtiæ primogenitæ ex aliis terris in terram Iſraëliticam non adducebantur, ſicuti præcipitur Deuteronomii capite decimo quarto, commate viceſimo tertio, *Et in conſpectu Domini Dei tui comedito, in loco quem ſibi elegit Dominus, ut ibi nomen illius habitet, decimas frumenti tui, muſti, olei, primogenita armenti atque gregis tui, ut Dominum Deum tuum timere diſcas omnibus diebus iſtis.* Hujuſce legis ſenſus eſt, quod e quibus regionibus decimæ frumenti adducendæ ſint, ex iiſdem quoque jumenta primogenita & greges apportanda ſint; & e quibus decimæ non ſunt adducendæ, ex iis neque jumenta primogenita & greges apportanda eſſe; ſi vero quis inde attuliſſet, recipiebantur quidam a ſacerdotibus, ſed non offerebantur in altare; verum ea vitio affecta comedebantur. Hoc vero de primogenitis præceptum, æque ac illud de frumenti decimis, tam ſtante Templo quam eodem deſtructo obtinebat. Neque illud ipſum præceptum obſervandum erat in animantibus conſecratis quando illa adhuc verſarentur in ſanctitate ſua ante redemptionem ipſorum, ſive altari, ſive Templo reficiendo ſacrata eſſent; etenim animantia duplici modo religione ſacrorum tenebantur, videlicet ut rite ſacrificarentur, vel ut venirent, & argentum eorum ad Templum reparandum impenderetur. Atque ad illam de pecoribus primogenitis mundis legem omnia hominum genera obligata erant, videlicet ſacerdotes, Levitæ, & Iſraëlitæ; & quamvis primogenita eſſent ſacerdotis, nihilominus tamen ſi ei pecus aliquod primogenitum natum eſſet, ſanguinem & exta illius in altare offerebat, & reliquam carnem comedebat ſecundum ritum de primogenitis comedendi, de quo extat Lex Deuteronomii capite quinto decimo, commate decimo nono. Cæterum a lege qua præcipitur de homine primogenito, deque pecudis immundæ primogenito, ſacerdotes atque Levitæ liberi erant. Oportebat autem ut primogenita pecora, tam integra quam vitiata intra primum ætatis annum comederentur, ſicuti præcipitur Deuteronomii capite modo allegato, commate viceſimo & ſequentibus, *Coram Domino Deo tuo comedito illud quotannis, in loco quem elegerit Dominus, tu atque domus tua. Sin autem in ipſo fuerit vitium, claudum vel cæcum, vel quodcunque vitium malum, ne offerto illud Domino Deo tuo. In portis tuis comedes illud, immundum atque mundum ſimul, ſicut capream & cervum, at vero ſanguinem illius ne comedito, ſed in terram eum effundito ut aquam.* Si igitur integrum eſſet pecus, annum illius numerare incipiebant ab octavo poſt ortum die, quo idoneum erat ut ſacrificaretur, etenim ante ſeptem a nativitate dies, natura animan-

tium

tium minus perfecta erat, & ejectionis loco habebatur. Sin cum vitio natum fuiſſet, annus illius initium capiebat ab illo die quo in lucem prodiiſſet, dummodo manifeſtum eſſet menſes fœtus eſſe completos, quia ipſum comedi licebat ſimulac natum fuiſſet. Si vero poſſeſſori non manifeſto conſtaret menſes eſſe completos, tum a die octavo numerare incipiebat. Si id vitium contraxiſſet intra anni ſpatium, per duodecim menſes aſſervari poterat; at ſi in fine anni vitiatum fuiſſet, licebat ipſum triginta dies ſervare ab illo die quo vitium conceperat, licet illud temporis ſpatium ultra annum protraheretur; ut, ſi primogenitum concepiſſet vitium quinto decimo die ante exactum illius annum, etiam ultra completum annum quindecim dies ſervari poterat; ſi poſt exactum illius annum corriperetur vitio, triginta duntaxat dies ipſum aſſervari licebat, non ulterius. Cæterum ex quo Templum Jeruſolymitanum deſtructum eſt, beſtiæ primogenitæ relinquuntur, donec vitio afficiantur, & tum a proprietariis comedi poſſunt. Hæc nos breviter collegimus e Maimonide in Hilchot Bechorot capite primo, quia illa ad generalem Legis de primogenitura cognitionem aliquid facere videbantur. Sed veniamus ad ipſum codicem Miſnicum. In principio ſtatim proponitur quæſtio an ſi quis Iſraëlita aſinam gravidam a gentili quopiam emerit, vel eandem ei vendiderit, etſi hoc Iſraëlitæ de jure non liceat, fœtus ille primogenitus in utero aſinæ obligetur ad legem de primogenitura, & reſpondetur eum neutiquam teneri, quia in Lege dicitur, Deum ſibi omne primogenitum conſecraſſe *inter Iſraëlitas*, at non inter gentiles; etenim gentilis de fœtu aſinino vel matre ipſius commodum percipit, ita ut is non ab omni parte ſacrari poſſit, ſed mixtam aliquam ſanctitatem in ſe comprehendat. Porro quæritur, an ſacerdotes & Levitæ alligentur præcepto de primogenitura hominis, & beſtiæ immundæ, & reſpondetur quod nullo modo adſtringuntur, ratio additur argumento a minori ad majus deſumpto, videlicet, ſi ſanctitas a primogenitis Iſraëlitarum tranſlata ſit, æquum eſſe ut ſacerdotum atque Levitarum immunes ſint ab obligatione primogenituræ humanæ, ſicuti præcipitur Moſi Numerorum capite tertio, commate quadrageſimo quinto, קח את הלוים תחת כל בכור בבני ישראל ואת בהמת הלוים תחת בהמתם והיו לי הלוים אני יהוה *Cape Levitas loco omnium primogenitorum inter filios Iſraëlis, & beſtias Levitarum loco beſtiarum eorum, ut mei ſint Levitæ; ego ſum Dominus*; eodem ſenſu quoque dictum eſt commate duodecimo ejuſdem capitis. Pariter quoque a primogenitura animantium immundorum liberi ſunt, quod conſtat e capite decimo octavo commate quinto decimo libri modo allegati, ubi dicitur, אך פדה תפדה את בכור האדם ואת בכור הבהמה הטמאה תפדה *ſed redimendo redimes primogenitum hominis, & primogenitum pecoris mundi redimes.* Hinc doctores concludunt, quiſquis ad hominis primogenita obligatur, is quoque ad immundi pecoris primogenita tenetur, & viciſſim quiſquis non tenetur ad primogenituram pecoris immundi, is nec ad hominis primogenituram obligatur. Verumtamen ad mundorum animantium primogenituram ſacerdotes atque Levitæ tenebantur. Capite autem ſecundo quæritur de pecoribus ſanctis, quæ ante conſecrationem vitium ſtabile contraxerint, & poſtea redempta, ſubjecta ſint legi de primogenitura, & donis ſacerdotalibus; ſic etiam de iis quæ ante conſecrationem vitio ſtabili affecta fuerint, & poſtea vitio inſtabili, atque redempta fuerint. Capite tertio inquiritur ne pecude quam Iſraëlita a gentili emerit, at gentilis non certo ſciverit an ea primogenitum enixa ſit necne, quæ controverſia ut terminetur, quædam in diverſis pecudibus conſideranda ſunt quæ diſtinctionibus opus habent. Capite quarto inveſtigatur de tempore quamdiu Iſraëlita pecori primogenito educando operam dabit antequam id ſacerdoti tradat; & conſtituitur quod parvum pecus triginta dies, magnum vero quinquaginta a proprietaria aſſervandum ſit. Capite quinto ſtatuitur omnia pecora ſacra quæ reproba facta ſunt, in macello vendi poſſe, ibique mactari, & libra ponderari, primogenitis & decimis exceptis, quorum lucrum cedit proprietariis ſi pluris vendita ſint; ſacrorum vero animantium quæ reproba facta ſunt, lucrum rationibus ſacris cedebat. Capite ſexto recenſentur vitia propter quæ primogenita mactari non poterant, ut, ſi auris cartilago læſa eſſet, vel fiſſa, vel perforata, vel exſiccata, & id genus alia in reliquis membris vitia bene multa, de quibus monet Lex Deuteronomii capite tertio decimo, commate viceſimo primo. Notatis vitiis quæ animans primogenitum reprobabant, ſequuntur capite ſeptimo ea quæ hominem primogenitum reprobabant, cujuſmodi erant vitia ſtabilia & inſtabilia, quorum ibi nomina recenſentur. Capite octavo traditur diſtinctio inter filios qui ſunt primogeniti in hæreditate & non in ſacerdotio, & viciſſim, atque inter eos qui tam in hæreditate quam in ſacerdotio erant primogeniti, & viciſſim. *Primogenitus pro hæreditate*, dicebatur is qui duplicem ex hæreditate paterna capiebat portionem; atque is erat primogenitus patris ex uxore Judæa, qui Geneſeos capite quadrageſimo nono, commate tertio dicitur *primitiæ virium.* Etenim nihil intererat an uxor illa antea jam peperiſſet

necne. *Primogenitus pro ſacerdotio*, eſt filius primogenitus e muliere, qui *apertura matricis* dicitur in Lege, licet pater antea genuerit filios ex alia uxore; & hic liber erat a quinque Siclis pro redemptione ſua ſacerdotibus ſolvendis. *Primogenitus in hæreditate & non in ſacerdotio*, erat is qui poſt abortum natus erat, & poſtea receſſerat ita ut ei præceſſiſſet frater ipſius; vel cujus caput e ventre matris prodierat vivum, licet deinceps obiiſſet; vel filius novem menſium qui cum mortuo capite in lucem prodierat. Sic etiam, ſi quis Iſraëlita cui non ſunt filii, duxerit uxorem quæ jam pepeiſſet dum adhuc ſerva erat, & poſtea manumiſſa fuiſſet; vel ſi eam duxerit dum gentilis erat, & poſtea facta fuerit proſelyta, atque ipſa pepererit poſtquam ab Iſraëlita ducta fuiſſet, iſte filius erat primogenitus in hæreditate, & non in ſacerdotio; contra vero *primogenitus in ſacerdotio, & non in hæreditate* erat, ſi quis Iſraëlita filiis deſtitutus uxorem duxerit quæ nondum peperiſſet, atque illa proſelyta facta fuiſſet dum imprægnata erat, vel manumiſſa fuiſſet dum impregnata erat; vel ſi uxor Iſraëlitica ſimul cum ſacerdotali primogenitos pepererint, & non conſtiterit quinam ſit Iſraëliticæ uxoris filius, vel ſi Iſraëlitica & Levitica pepererint primogenitos, & non conſtiterit, quinam ſit Leviticæ filius; vel ſi Iſraëlitica primipara pepererit & ſimul altera quæ jam peperiſſet antea. Pari modo, ſi mulier poſt mariti ſui obitum a novo matrimonio ſe continuerit trium menſium ſpatium, ſed interea temporis alii viro nupſerit, & pepererit, at vero non manifeſtum fuerit, an hic ſit novem menſium e primo, an vero ſeptem menſium e ſecundo marito, iſte filius erat primogenitus in ſacerdotio, ac proinde quinque ſiclis redimendus; at non in hæreditate, quia pater neſcit cuinam filio hæreditatem relinquat. *Primogenitus in ſacerdotio & in hæreditate* erat, ſi mater ejeciſſet abortum ſanguine, vel aqua, aut carne minuta plenum; vel ſi quadrageſimo die a conceptione abortum feciſſet, tum is qui poſt ejuſmodi abortus natus fuiſſet, quia tum adhuc mera aqua eſt, & ad humanæ creaturæ conditionem nondum pervenit, quam quadrageſimo primo die demum acquiſivit, quia ad formationem fœtus humani quadraginta dies integros requiri voluit creator. Capite nono & ultimo ſtatuitur de pecorum decimatione, quod illa in terra Iſraëlitica & extra eam obtineat, tam ſtante Templo quam non ſtante, ſed in profanis duntaxat, & non in conſecratis, in jumento & in grege, in novis & in veteribus animantibus, ſive in iis quæ nata ſunt poſt novilunium menſis Elul, qui menſis cenſetur anni principium pro pecoribus decimandis; ſive in iis quæ ante menſem Elul nata ſunt. Denique tria pecoris decimandi tempora deſignantur, quæ גרנות *areæ* dicuntur, quarum prima in quintum decimum diem ante feſtum Paſchatis, ſive in ultimum diem menſis Adar incidebat, quo פרס הפסח *dimidium Paſchatis* incipiebat, Iſraëlitæ enim jura Paſchalia triginta dies ante feſtum Paſchatis tractare incipiunt; ſecunda incidebat in quintum decimum diem ante feſtum Pentecoſtes, quo incipiebat פרס השבועות *dimidium Pentecoſtes*; tertia vero in quintum decimum diem ante feſtum Tabernaculorum, ſive in ultimum diem menſis Elul incidebat, quo incipiebat פרס החג *dimidium feſti Tabernaculorum.*

מסכת ערכין TRACTATUS DE ÆSTIMATIONIBUS, hic ſequitur eum in quo actum eſt de jure primogenituræ, quia utriuſque tituli magna eſt affinitas, ſicuti enim Iſraëlitarum primogeniti erant ſancti, itâ quoque pretio quodam æſtimandi erant, quod uſui ſacro deſtinabatur. Lex vero de rerum ſacrarum æſtimationibus prolixe nobis deſcribitur Levitici capite ultimo, ubi ita; *Et locutus eſt Dominus ad Moſem, dicendo: Loquere ad filios Iſraëlitarum, atque illis edicito, ſi quis votum nuncupaverit, pro æſtimatione tua animæ Domino ſunto. Erit autem æſtimatio tua in maribus a viginti annis uſque ad ſexageſimum, quinquaginta ſiclorum argenteorum, ſecundum ſiclum ſacrum. In fœminis vero æſtimatio tua erit triginta ſiclorum. A quinque annos nato uſque ad viginti annos natum æſtimatio tua in maribus erit quinque ſiclorum, in fœminis autem decem ſiclorum. In iis qui unum menſem nati ſunt uſque ad eos qui annos quinque nati ſunt, æſtimatio tua in maribus erit quinque ſiclorum argenteorum; in fœminis autem trium ſiclorum argenteorum. In iis qui ſexaginta annos nati ſunt, & plures, æſtimatio tua in maribus erit quindecim ſiclorum, in fœminis vero decem. Sin autem quis tenuior ſit æſtimatione tua, tum ſiſtetur ſacerdoti, qui eum æſtimabit prout facultas ſit illius qui vovit. Si vero quis beſtiam voverit e cujus genere offerre ſolent oblationem Domino, quicquid ex ea dederit Jehovæ, id ſanctum eſto. Ne aliam ſufficito pro illa, nec mutato eam bonam pro mala, vel contra; ſi enim ullo pacto mutet beſtiam beſtia, tum illa & quæ ei ſubjecta eſt, ſancta ſit. Sin autem beſtiam immundam voverit, e cujus genere nequit Domino offerri oblatio, tum beſtia illa ſiſtatur ſacerdoti, qui eam æſtimet, ſive bona ſive mala ſit; prout ſacerdos æſtimaverit, ſic eſto. At vero ſi plane eam redimere velit, addet quintam ejus ſupra æſtimationem tuam. Si quis domum ſuam conſecraverit Domino ſanctam, atque ſacer-*

dos

dos eam æſtimaverit, ſive bona ſive mala ſit prout æſtimaverit eam ſacerdos, ita ratum eſto. Si is qui conſecravit, redimere velit domum ſuam, addat quintam de argento æſtimationis tuæ ſupra eam, quæ illius erit. Si de agro poſſeſſionis quis conſecraverit Domino, tum ſit æſtimatio ſecundum ſementem ejus; Corus nempe ſementis quinquaginta ſiclorum argenteorum. Si quis ab anno Jubilæo conſecraverit agrum ſuum, tum ſecundum æſtimationem tuam ratum eſto. Si vero poſt Jubilæum conſecraverit agrum ſuum, tum ei ſacerdos ſupputato pecuniam illius pro numero annorum reliquorum uſque ad annum Jubilæum, & diminuetur de æſtimatione tua. At vero ſi omnino redemerit agrum illum is qui conſecravit, addito quintam de argento æſtimationis tuæ ſupra eam, quæ illi cedet. Si vero non redimat agrum illum, ſed alteri cuipiam eundem vendat, ne redimitor amplius. Etenim ager ille in exitu ipſius in Jubilæo erit res ſancta Domino, ſicuti ager devotus; ſacerdoti ſit poſſeſſio ejus. Si vero agrum emtum, qui non eſt ager poſſeſſionis illius, Domino conſecraverit, tum ſacerdos illi ſupputet ſummam ipſam æſtimationis tuæ uſque ad annum Jubilæum, & tradat illam æſtimationem tuam iſto die Domino in rem ſanctam. Anno autem Jubilæo revertatur ager ille ad eum a quo emtus eſt, ad eum, inquam, cujus eſt poſſeſſio fundi iſtius. Omnis vero æſtimatio tua eſto per ſiclum ſacrum, qui viginti ſit Gerarum ſive obolorum. Sed primogenitum quod primum gignitur Domino e beſtiis, nemo conſecrato; ſive magnum ſive parvum ſit pecus, Domini eſto. Immunda autem beſtia redimatur ſecundum æſtimationem tuam, & quinta addatur ſupra eam; ſi non redimatur, ſecundum æſtimationem tuam vendatur. Nulla autem res devota quam devoverit quis Domino ex omnibus quæ ſunt ei, ex hominibus aut beſtiis, aut ex agris poſſeſſionis ſuæ, venditor vel redimitor; omnis res devota ſit ſanctiſſima Domino. Neque ulla beſtia ab homine devota redimitor; ſed omnino morte afficitor. Pariter omnes quoque illius terræ decimæ e ſemine terræ, & ex arborum fructu, Domino ſunto; res ſancta eſt Domino. Si vero quis de decimis ſuis quicquam redimere velit, quintam illarum ſuperaddito. Cunctarum autem decimarum in magno & parvo pecore eorum quæ tranſeunt ſub virgam, decimum quodque Domino ſanctum eſto. Ne diſcriminet inter bonum & malum, neque commutet ipſum; ſi enim ullo pacto ipſum commutaverit, tum illud & quod ei ſuffectum eſt, res ſancta ſit Domino; ne redimitor. Hæc præcepta Moſi mandata ſunt ad filios Iſraëlis referenda, in monte Sinai. In principio ergo Legis dicitur, *ſi quis votum nuncupaverit* &c. ejus ſenſus eſt, quod ſi quis dixerit, *en ſuper me ſit æſtimatio*, vel, *redemptio animæ meæ*, vel, *æſtimatio filii*, vel, *æſtimatio filiæ meæ ſit ſuper me*, ſimilibuſque formulis, tum earum rerum pretium ſolvere debet. Notandum eſt autem ex ſententia Abarbanelis quod Lex noluerit ut ſacerdotes hominum pretia ſtatuerent ſicuti in animantibus, quorum unum alteri præſtat, ſed ut omnium idem eſſet pretium & dignitas, etenim ſi in hominibus dignitatis ratio haberetur, & a ſacerdotibus æſtimatio fieret, tum contingere potuiſſet ut ſi quis filium ſapientia excellentem voviſſet, ſacerdotes pretium ſtatuerent quo patris facultates omnino exhaurirentur, quiſque enim libentius omnia ſua bona dabit quam filium, idcirco Lex idem pretium in hominibus redimendis fixit, ſive docti ſive indocti, ſive fortes ſive debiles eſſent &c. ut omnis æmulatio inter Iſraëlitas tolleretur, cum viderent unum licet dignitate & ſcientia præſtantem non pluris æſtimari quam alterum; tum etiam ut ingenui homines diſcernerentur a ſervis, & bonitatis ratione habita pluris minoriſve vendantur. Quod autem maſculi pluris æſtimantur quam fœminæ, ejus rationem putat ex utriuſque natura petitam eſſe, qua fœmina conſideratur ut materia, mas vero ut forma in prole excitanda. Quod autem ſervi ſervæque in damnis idem ſit pretium, id hanc habet rationem, quod ſatis ſit ei qui damnum intulit, vel cujus bos nocuit, ut pretium hominis anima præditi in genere ſolvat, & ut non inquiratur an maſculini vel fœminini ſexus ſit is cui damnum illatum eſt, quia is qui læſit, ex imprudentia læſit, vel animans ipſo inſcio, & idcirco iſtam triginta ſiclorum multam ſatis eſſe pro homine infelici, quem infortunii ſui pœnitet. Sed in votis ubi animus voventis attendit quid voveat, an filium, an vero filiam, pretium pro dignitate perſonæ vel rei ſtatuendum erat. Et quia divina Sapientia ſciret formationem fœmineam duplo imbecilliorem eſſe maſculina, quia hæc in utero materno quadraginta diebus perficitur, illa vero ob debilitatem ſuam octoginta diebus, idcirco maſculi pretium omni ex parte duplo carius ſtatui debuiſſet, quam fœminæ. Præterea quia ipſi maſculi non omni ætate ſua ſunt æque boni, ſed infantiæ, adoleſcentiæ, juventutis, & ſenectutis habita ratione ſunt digniores & viliores, proinde Lex diverſimode eorum pretium edixit, ita iis qui viginti annos nati ſunt uſque ad ſexaginta, quia tunc corporis & ingenii vires ſunt optimæ, quinquaginta ſiclorum ſive viginti quinque unciarum argentearum pretium ſtatuit; fœminis vero triginta ſiclorum, licet reſpectu naturæ ipſarum viginti quinque ſiclo-

clorum æſtimari poſſint, quia in operibus exequendis duplo imbecilliores ſunt maribus, tum etiam in formatione, ſicuti meminimus ſuperius; ſed propter naturæ procreatricis donum & liberorum educationem hanc ipſis pretioſitatem Lex conceſſit, ut quinque ſicli adderentur, & ſic ad triginta ſiclos aſcenderetur. Et quia quinque annos natus uſque ad viginti nondum integras corporis vires, neque ingenii perfectiſſimam facultatem acquiſivit, ſed in dies majores vires majoremque ſcientiam ſibi comparare incipit, atque inter id quod bonum & malum eſt, dignoſcere, idcirco pretium illius viginti ſiclorum æſtimatur, quia is præſtat homini ſexagenario, & ei qui provectior eſt ætate. Et quandoquidem fœmina ab anno quinto uſque ad viceſimum nondum ad pariendum idonea eſt, proinde illius pretium in iſtis annis decem eſt ſiclorum, qui dimidium pretii adoleſcentium in eadem ætate verſantium continent, naturæ utriuſque ſexus habita ratione. Menſem vero unum natum uſque ad quinque annos Lex quinque ſiclorum æſtimavit, qui decimam quinquaginta ſiclorum partem conficiunt, de quibus ſuperius dictum eſt, quia illius vires & ſcientia quaſi decimam duntaxat partem valet reſpectu illius qui viribus & ſcientiis perfectiſſimis præditus eſt. Fœminis autem ejuſdem ætatis trium ſiclorum pretium fixit, tres vero ſicli valent ſexaginta Geras ſive obolos, ſicuti Lex dixit, *& omnis æſtimatio tua fiat ſecundum ſiclum ſacrum, qui viginti eſt Gerarum*; atque ita juxta veriſſimam computationem ſexaginta erunt Geræ pro ſexaginta menſibus. Præterea quoque dici poteſt ratione dimidiæ partis qua vir diſtat a fœmina, fas eſſe ut illa in hac ætate duos ſiclos cum dimidio ſicli valeat, ſed cum Lex noluerit ut ſiclus in duo ſegmenta ſcinderetur, proinde trium ſiclorum integrorum pretium ei attribuit. Sed fœtui qui nondum menſem attigit, non ſtatuitur aliquod æſtimationis pretium, quia de ipſo adhuc timendum eſt ne ſit abortus. Cæterum ſexagenarii & illius qui major natu eſt, pretium æſtimationis determinatur quindecim ſiclis, ſecundum pretium hominis imbecilli; ſed mulieris iſtius ætatis pretium decem duntaxat eſt ſiclorum, quia mulieris vires ob domeſtica negotia magis atteruntur; ita R. Selomone notante. Enimvero cum is qui vovet, interdum tenuioris ſolet eſſe fortunæ, ita ut res illius familiaris tantum pretium non ferat, idcirco Deus tenuitati illius parcere voluit, hinc ita præcipit, *Si is tenuior ſit æſtimatione tua, &c.* hoc ſenſu, ſi vovens ſit homo pauper ut pretium æſtimationis pendere nequeat, tum miniſter ſenatus eum licet invitum coram ſacerdote ſiſtet, qui illum æſtimet ſecundum facultates illius, relicta ei portione bonorum qua triginta diebus victum ſibi comparare poſſit. Expoſitis iis quæ jura homines vovendi concernebant, ſequuntur ea quæ beſtias mundas vovendi ritus comprehendunt, ſicuti dicit Lex, *ſin autem quis beſtiam voverit e cujus genere offerre ſolent oblationem Domino &c.* Videlicet e jumento & grege, e quibus Domino ſacrificia offerri ſolent. Incipit autem Lex a voce ואם *Et ſi*, quia illa conjungenda eſt iis quæ in principio dicta ſunt, *ſi quis votum nuncupaverit*, &c. Porro Lex de beſtiis mundis vovendis addit, *quicquid ex iis dederit Domino, id ſanctum eſto*; quia ſanctitas in iſtam beſtiam jam inciderit, hinc illa ipſa in altare offerenda eſt. Cæterum ſcitu neceſſarium eſt quod aliæ ſint res ſanctæ pro altari, aliæ pro Templo reficiendo, etenim quod quis voverit & conſecraverit ut id in altare Domini offeratur, vocatur הקדש מזבח *Sacrum altaris*, de illo Lex agit hoc in loco, ſicuti modo dixit, *quicquid ex iis dederit Domino, id ſanctum eſto:* idcirco inſequenti commate addit, *Ne aliam ſufficito pro illa, nec mutato illam bonam cum mala*, &c. etenim res ſancta non debet profanari. Notandum vero eſt legiſlatorem hic duobus uti verbis quæ fere idem ſignificant, videlicet יחליפנו *ſufficiet ei*, & ימיר *mutabit*. At vero Abarbanel judicat non obſtare quin æquivoca aliquando aliquam diverſæ ſignificationis vim habeant, licet ſenſus eodem redeat, ita tria illa vocabula חרב סכין מאכלת in genere quidem omnia *gladium* notare dicit, nihilominus tamen ſi quis eorum originem reſpiciat, longe a ſe invicem differunt; proinde is concludit verbum חלף intelligendum eſſe de mutatione beſtiarum diverſæ ſpeciei, המיר autem de mutatione earum quæ ejuſdem ſunt ſpeciei, idcirco Lex dicit, ואם המיר ימיר *& ſi commutando commutaverit*, & ואם החליף יחליף *& ſi ſufficiendo ſuffecerit*. Senſus vero illius quod dicit, *& non commutabit eam bonam cum mala*, eſt, quod bona cum mala beſtia non commutari debeat ut mala fiat in ſacrificium, & bona profanetur. Hujuſce rei ratio eſt quod omnis mutatio defectum comprehendat, licet beſtia mala cum bona commutetur, quia proprietarii hac in parte ſuum, & non ſacerdotum commodum conſiderant, idcirco Lex dicit, *neque ei ſufficiet neque commutabit*. Cæterum ſi quis immundam aliquam beſtiam conſecraverit, tum illa non eſt ſancta pro altari, ſed pro Templo reficiendo, ſic etiam ſi quis agrum vel domum conſecraverit, nummi eorum Templo reſtaurando impendendi ſunt; cujuſmodi res nequeunt redimi; ita ſe habet ſimplex Legis expoſitio. At vero Sapientes exponunt Legem de rebus conſecratis & poſtea vitiatis loqui, nempe quod jumenta & greges

ges vitiata ſint redimenda, ut nummis eorum ematur caro in ſacrificia; ſed quod de beſtiis ſacris vitio affectis dicatur alibi, in earum locum non alias ſubſtituendas eſſe, ſed in agro paſcere debere donec ſponte moriantur., & humentur, quia propter gradum ſanctitatis uſui prohibitæ ſunt. Poſtea Lex præſcribit quod beſtia immunda, domus, & ager*, Sanctuario reficiendo conſecrata, a quolibet homine poſſunt redimi ſuis pretiis, dummodo quinta prètii pars addatur; ratio eſt quia proprietarii hæreditates ſuas admodum diligere ſolent, & ne ſacerdotibus ſupplicandum eſſet ut eas parvi æſtimare vellent in eorum gratiam, hinc legiſlator præcepit ut quinta duntaxat pretii adderetur; ſed in beſtiis & domibus redimendis non erat fixum aliquod pretium, verum ſacerdotis judicio res relicta erat. Quando autem nonnemo שדה אחוזתו *agrum qui a majoribus ei hæreditate obtigerat*, conſecraſſet Domino, pretium illius ratione magnitudinis erat augendum, hinc Lex dicit, לפי זרעו *ratione ſementis illius*, quinquaginta nempe ſicli ſolvendi erant ad agrum menſuram Chomer de ſementi continentem redimendum. Si quis in anno Jubilæo agrum ſuum conſecraſſet, æſtimatio illius ſacerdotum arbitrio committebatur, eaque rata habebatur, ita ut poſſeſſori extra iſtam æſtimationem non eſſet redimendi locus. Sin autem poſt Jubilæum nonnemo conſecraſſet agrum ſuum, verbi gratia, decem annos, tum dicente Lege *ſacerdos ei ſupputet nummos*, ſenſus eſt, illum ſupputare debere e copia quinquaginta ſiclorum argenteorum, & quantum ſingulis annis e Coro hordei provenit, & pretium dividere ſecundum annos ad Jubilæum exactum tendentes; deinde dicit, & *diminuetur de æſtimatione tua*, ſummam nempe quæ ex argento per iſtos decem annos provenit, quinquaginta ſiclis argenteis e ſemente detrahet, quæ eſt Corus hordeaceus. Etenim non opus eſt ut explicemus, quod æſtimationi detrahendum ſit uſque ad annum Jubilæum ſequentem, verum quod dandum ſit ſecundum hanc æſtimationem uſque ad Jubilæum ſequentem, atque hic eſt ſenſus illius quod dicitur ונגרע מערכך & *diminuetur de æſtimatione tua.* Si vero proprietarius agrum conſecratum redimere velit, quintam inſuper pretio illius addat, & tum ager ipſius eſto. At ſi is non redemerit agrum iſtum, & ærarii ſacri præfectus eum alii cuipiam vendiderit, qui eum ſecundum hanc æſtimationem redimat, tum ager iſte per proprietarium amplius redimi nequit, licet quintam pretii partem addiderit; hac enim in parte jus conſecutionis in homine privato diverſum eſt, hinc ager iſte in exitu ipſius in Jubilæo, e poteſtate redemptoris qui eum ab ærarii præfecto emit, exibit in ſanctitatem Domini; quandoquidem enim proprietarius ab initio eum redimere noluit, antequam alii viro eſſet vendita, idcirco nec in anno Jubilæo ad proprietarium ſuum redire poteſt, quia *agro devoto* ſimilis eſt, videlicet qui ſacerdotibus devotus eſt in poſſeſſionem perpetuam. Et quando Lex dicit, *ſacerdoti ſit illius poſſeſſio*, intellige aliquem e ſacerdotibus cui hæc portio competit. Sapientes quorum memoria ſemper colenda eſt, ſtatuerant illam cedere iſtius vigiliæ ſacerdotibus in quam inciderit annus Jubilæus. Sequitur Lex de eo qui שדה מקנתו *agrum emtum* conſecraverit, ejuſmodi ſcilicet agrum qui ei non hæreditate obtigit, ſed quem ab alio quopiam emit; tali itaque viro ſacerdos computabit æſtimationis ſummam, quæ ab eo momento quo conſecratus eſt ad futurum annum Jubilæum devolvitur, tum pecunia ſoluta ager non amplius manebit penes ærarii præfectum, ſed pecunia illius, ager enim redibit ad eum qui ipſum conſecravit, atque apud ipſum manebit ad annum Jubilæum, ut ager iſte in anno Jubilæo revertatur ad illum priſtinum poſſeſſorem a quo is qui eum conſecravit, emit; voluit enim Deus ut terræ Cananææ poſſeſſiones ſemper manerent in eorum familiis quorum majores eas hæreditate ſibi acquiſiverant. Quod autem negotium æſtimationis aliquando proprietarii, aliquando autem ſacerdotis judicio committatur, ejus ratio eſt quod æſtimatio præcipue attribuatur ſacerdoti cujus judicium hac in parte præſtat, ita ut is qui conſecravit, ei reclamare non debeat, tum etiam quod æſtimatio ſacerdotis a proprietario accipi debeat & confirmari. Sequitur interdictum de primogenito non vovendo, nec conſecrando, etenim quia Lex ſuperius dixerat, ſi quis beſtiam mundam conſecraſſet, eam Domino ſanctam eſſe, & non mutandam, jam cavit ne quis beſtiam conſecret & illius loco primogenitam e grege ſubſtituat, dicens, *hæc ſubſtituatur loco illius quam conſecravi Domino*, quæ tamen Deo ab utero matricis jam ſancta fuit, & propterea non apta ut quis ea ſolvat votum ſuum, idcirco hoc commate Lex vovendi ritum in primogenitis vetat quem in principio de aliis rebus conceſſerat; quia nemo conſecrare poteſt quod ad ipſum non pertinet. Commate autem ſequenti beſtias immundas eſſe redimendas ſtatuit, quarum rerum connexione elicitur quod ſi beſtiam immundam nonnemo conſecraverit, & eam redimere voluerit, primogenitura non obtineat in ipſa, niſi in aſinis, & propterea eam in ſe non eſſe ſanctam ut primogenitam, ſed ut reliquas res quæ redimi poſſunt, qua de cauſa præcipit quintam in redemptione addendam eſſe. Porro de rebus devotis dupliciter Lex cavet, de primo

mo genere dicit quod illæ non vendendæ ſint neque redimendæ, quia res ſanctiſſimæ ſunt Domino, nam id quod Deo ſanctum eſt, vendi nequit, eo quod uſui profano prohibitum eſt. De ſecundo dicit quod omnino mori debeant; etenim ſi quis voviſſet quod ad ipſum pertinebat, ſive eſſet homo, ſive beſtia, ſive ager poſſeſſionis, eæ non erant iſtius naturæ cujus erant reliquæ res conſecratæ quæ redimi poterant, ſed ſacerdotibus devotæ ita ut nunquam redimi poſſent. Verum ſi quis hominem aliquem voviſſet qui ad ipſum non pertinebat, ut, ſi quis bello operam dans votum feciſſet Domino, dicens, *ſi hunc populum mihi ſubjeceris*, *tum omnes urbes illius devovebo*, tum omne id quod voverit, funditus delendum eſt, quia voventis ſcopus non fuit ut quicquam inde ſacerdoti concederet, ſed ut omnia perderet; idcirco in fine Lex addit, *non redimetur*, *ſed omnino morietur.* Exemplo ſit illud votum de Jerichunte factum. Commemoratis iis quæ ſacerdotibus dabantur de conſecratis, ſequitur ritus de decimarum conſecratione, tam primarum quam ſecundarum in ſementi & fructibus, quæ Domino ſacra ſunt, ſicuti enim terræ fertilitas Domino tribuenda eſt, ita quoque illius dona ei ſoli merito competunt, hinc dicit Lex, ליהוה הוא קדש ליהוה *Domino ſunt iſtæ*, *ſanctitas Domino.* Quando autem poſtea addit, *ſi vero quis redimere velit decimas ſuas*, *quintam addito partem*, id ne intelligas de primis decimis quæ Levitis exhibendæ ſunt, & hanc ob rationem redimi nequeunt, ſed de ſecundis decimis Jeruſolymam adferendis, quæ ſi in itinere longo proprietarium propter nimia onera premerent, redimi poterant pecunia, quæ poſtquam Jeruſolymam allata eſſet, ad alias ſibi decimas illic emendas a dominis expendebatur, ea tamen conditione ut quinta pretii pars adderetur. Cæterum ex eo quod Lex ſubjungit, *Et omnes decimæ in jumento & grege*, evincitur hic ſermonem eſſe de decimis quæ a dominis ipſarum comedebantur Jeruſolymæ, quia illæ in jumento & grege duntaxat locum habebant, quæ animantia ſola ad ſacrificia apta erant. Et ex eo quod ſubjungitur, *omnes quæ tranſeunt ſub virgam*, conſtat non eſſe diſtinguendum inter bonam atque malam beſtiam, dummodo decima ſit & ſub virgam tranſierit, licet vitio correpta ſit. Quæ in fine hujus legis reſtant, ea partim a nobis ſuperius jam expoſita ſunt, & partim quoque ulterius exponenda ad ſequentem codicem in quo de ſacrificiorum commutatione agitur. Tractatus vero Miſnici de æſtimationibus argumentum quod attinet, ab initio illius ſtatim diſcernitur inter eos qui ipſi æſtimare poſſunt & ab aliis æſtimari, vovere & voveri, cujuſmodi ſunt ſacerdotes, Levitæ, Iſraëlitæ, mulieres, & ſervi: contra vero obturati in genitalibus, & hermaphroditæ vovere quidem poſſunt & voveri, atque etiam æſtimare, ſed non æſtimari, quia nemo æſtimandus eſt niſi qui maſculi vel fœminæ indubitata habeat ſigna. Surdi vero, ſtulti, & parvuli voventur quidem & æſtimantur, ſed non vovent nec æſtimant, quia integris ſenſibus & ratione deſtituuntur. Parvulus autem qui nondum menſem natus eſt, voveri poteſt, quia alicujus eſt pretii ſaltem; at non æſtimari, videlicet ſecundum æſtimationem in Lege deſcriptam, quia hæc iis duntaxat aliquod æſtimationis ſtatuit qui menſem & ultra nati ſunt. Capite ſecundo minimum æſtimationis pretium terminatur in uno ſiclo, quamvis in Lege id tribus ſiclis contineatur; maximum vero in quinquaginta ſiclis, licet quis Crœſo ditior, vel Iro pauperior fuerit. Capite autem tertio dicitur quod in æſtimationibus aliquando allevandum, aliquando autem aggravandum ſit, ita ut nemo Iſraëlitarum quantumvis formoſus ultra quinquaginta ſiclos ſolvere debeat, licet centum valuerit, nec quiſpiam eorum quantumvis deformis, minus quam quinquaginta ſiclos pendet. Capite quarto agitur de aſſecutione manuum cujus mentio facta eſt in Levitico capite viceſimo ſeptimo, commate octavo, & ſtatuitur eam obtinere in vovente ratione facultatis ſuæ, & non ratione voti, hoc ſenſu, ſi pauper voverit divitem, pretium pauperis ſolvendum eſt, ſi dives voverit pauperem, pretium divitis ſolvendum eſt. Præterea anni in æſtimatione conſiderandi ſunt, ut, ſi juvenis voverit pretium ſenis, ſolvat pretium ſenis, quia anni ejus qui vovit, non conſiderantur, ſed voti. Æſtimatio autem conſideranda eſt in æſtimatis, & non in æſtimante, ut, ſi quis maſculus dixerit, *en talis fœminæ pretium in me recipio*, tum iſtius fœminæ pretium ſolvat. Tempus æſtimationis quoque ponderandum eſt, nam ſi quis æſtimaverit dum nondum viginti annos natus erat, & poſt aliquod tempus ſolvere voluerit, tum ſolvat ſecundum tempus quo æſtimavit. Capite quinto ſancitum eſt quemque ſolvere debere ea moneta & materia quam vovit, ut, ſi nominaverit argentum, det argentum, ſi aurum, aurum ſolvat, & ſic in reliquis; quod ſi non ſolverit, pignus poſtulandum eſt. Capite ſexto figitur certum aliquod tempus quo orphanorum bona vendantur, videlicet, ſi ſenatus orphanorum bona vendere velit ut creditoribus ſatis fiat, ea per continuos triginta dies proclamanda ſunt, hac formula, *quiſquis emere voluerit*, *veniat & emat*, natura & bonorum conditione recte indicatis. Si vero res votæ debeant vendi, per ſexaginta dies prius

prius proclamandæ ſunt. Capite ſeptimo agitur de tempore quo agri poſſeſſiones ſive hæreditate acquiſitæ, non poſſunt conſecrari, etenim intra biennium ante Jubilæum conſecrari nequeunt, nec intra annum poſt Jubilæum redimi. Porro nec menſes enumerandi ſunt in rebus conſecratis redimendis, ſed ipſæ res conſecratæ enumerant menſes. Capite octavo exponuntur jura agrorum quos nonnemo conſecravit eo tempore quo annus Jubilæus non obtinet, qui ſi ad votum ſolvendum vendi debeant, proprietario pretium inſtituendi primæ partes offeruntur, quia is pretio quintam addere ſolet, ſi emat. Capite nono & ultimo figitur tempus quo agri voti poſſunt redimi, dum anni Jubilæi jura locum habent; tum etiam de domuum in urbibus muro cinctis, vel eodem non cinctis, redemptione agitur.

מסכת תמורה TRACTATUS DE COMMUTATIONE, hic ſuperiorem excipit ſecundum legis ordinem a Moſe traditum capite ultimo Levitici, ubi poſtquam nonnulla de rerum votarum æſtimatione præceſſiſſent, commate decimo ſubjungitur, לא יחליפנו ולא ימיר אתו טוב ברע או רע בטוב ואם המיר ימיר בהמה בבהמה והיה הוא ותמורתו יהיה קדש : *Non ſufficiet ei, neque commutabit ipſum, bonum cum malo, vel malum cum bono; attamen ſi commutaverit omnino pecus pro pecore, tum ipſum & commutatio ipſius, res ſacra ſunto.* Tandem hiſce aliquid additur in fine ejuſdem Legis hoc ſenſu, לא יבקר בין טוב לרע ולא ימירנו ואם המיר ימירנו והיה הוא ותמורתו יהיה קדש לא יגאל *Ne diſcriminet inter bonum & malum, neque commutet ipſum; ſi vero omnino commutaverit, ipſum & commutatio ipſius, res ſacro eſto, ita ut non redimatur.* Totius legis ſumma eo redit, quod ſtudio & induſtria ſacra animantia mala non liceat commutare cum bonis, & contra; ſed ſi quis id caſu quodam fecerit, tum utraque animantia eſſe ſacra Domino, ita ut nec a proprietario, nec a quoquam alio redimi queant. Hæc maxima ex parte ſuperius a nobis jam declarata ſunt; lubet quædam circa hanc legem conſiderare, quæ a Maimonide notata ſunt ab initio tituli Hilchot Temura, ut lectoris mentem eo rectius dirigamus ad ea quæ in codice Miſnico pertractantur. Si quis ergo edictum de pecoribus non commutandis tranſgreſſus fuiſſet, is verberibus excipiebatur ob ſingulum pecus quod cum altero commutaſſet. Et quamvis nihil effectum dediſſet, tamen Traditione tenetur quod nemo propter tranſgreſſionem præceptorum negantium, in quibus non continetur aliquis actus, verberibus multetur, præter eum qui juraſſet, vel ſacram beſtiam mutaſſet, vel ſocium ſuum per nomen divinum execratus fuiſſet. At vero cum in tribus hiſce præceptis negantibus non contineatur alicujus actionis productio, attamen verberibus excipiantur, qui contra ipſa quid commiſerint, quæri poſſet quare ob beſtiæ commutationem quis verberibus afficiatur, quia illius præceptum negans ſe diffundit in affirmans, ſicuti dicit lex, *ſi quis omnino commutaverit beſtiam ſacram, ipſa pariter & ea quæ ipſi ſuffecta eſt, ſacra eſto?* reſpondetur, nihilominus ei verbera intentari qui contra interdictum de commutatione deliquerit, quia id ipſum unum præceptum affirmans, & duo negantia in ſe comprehendit; tum etiam quod negans præceptum latius pateat quam affirmans; cœtus enim vel homines ſocietate quadam inter ſe conjuncti commutationem efficere nequeunt, licet ii non admoniti ſint ut ne commutarent. Singularis autem homo ſi commutaſſet, beſtia ſuffecta erat ſancta, licet die Sabbati id feciſſet, & quadraginta verberibus multabatur, ſin autem unus e ſociis commutaſſet communem beſtiam, vel publicam victimam, tum illa ſuffecta beſtia non erat ſancta, is vero quadraginta plagis afficiebatur. Cæterum ſive quis ſciens ſive inſciens commutaſſet, commutatio illius rata habebatur, ſed tamen quadraginta plagis afficiebatur; ut, ſi quis dicere vellet, *hac ego beſtia muto illam, qua facturus ſim holocauſtum*, at dixerit, *hac ego beſtia muto illam qua paraturus ſim ſacrificium pacificum*, tum iſta beſtia quidem ſuccedanea habetur, ſed homo verberibus dignus judicatur. At vero ſi quis ſibi in animum induxiſſet quaſi licitum eſſet commutare ſacram beſtiam, vel dixiſſet ſe domum proximi intraturum & cum illius conſenſu mutaturum, ſed poſtea quam ingreſſus erat, oblitus fuiſſet abſque conſenſu illius, tum hæc ſuccedanea eſt beſtia, & ipſe flagellis non multatur. Nemo autem beſtiam ſuam cum aliena victima commutare poteſt, ſi vero ſacrificii dominus dixerit, *quiſquis voluerit pecudem ſuam cum ſacrificio commutare, venito & mutato*, tum id fieri poterat. Sin autem nonnemo in ſacrificii ſui locum alienam pecudem ſubſtituiſſet, hæc non erat recta commutatio, quandoquidem nemo conſecrare poteſt quod ad ipſum non pertinet. Qui expiandus erat, is commutationem facere poterat, at non pariter is qui beſtiam conſecraſſet, hoc modo, ſi quis conſecraſſet pecudem qua ſocius ipſius erat expiandus, & propterea ſacrificium deſtinaſſet quo Nazyræus expiaretur, tum Nazyræus ille quidem huic aliam beſtiam ſubſtituere poterat, at non is qui eam conſecraverat, quia pecus ad ipſum non pertinebat. Qui pecudem conſecratam jure hæreditario conſecutus erat, is aliam in illius locum ſub-

Pars V. ********** dere

dere poterat; ſi a patre defuncto binis filiis pecus conſecrata eſſet relicta, tum hæc ſacrificanda erat, & non mutanda, quia inter ipſos quædam erat ſocietas, ſocii autem commutare nequeunt pecudem ſacram, ſicuti ſuperius dictum eſt. Mulieres hac in parte viris æquabantur, & earum commutatio rata habebatur, ſi ſacram pecudem alia mutaſſent. Si parvulus qui vota nuncupandi ætatem attigiſſet, pecudem conſecratam cum alia commutaſſet, etiamſi a verberibus liberaretur, tamen res in dubio erat an veram commutationem peregiſſet, necne. Sacerdotes neque cum ſacrificio pro peccato, neque cum ſacrificio pro reatu aliam beſtiam mutare poterant, etſi enim ea ad ipſos pertinerent, tamen non prius carnem eorum de jure ſibi acquiſiverant quam ſanguis ſparſus fuiſſet. Pariter nec ipſi primogenita animantia mutare poterant, licet enim ea viva conſequebantur, nihilominus tamen ab initio apud Iſraëlitas alebantur. Sed domini commutationem inſtituere poterant, quamdiu animantia adhuc apud ipſos erant. At vero ſi ſacerdos prolem e beſtia primipara domi ſuæ natam commutaſſet, illius commutatio procedebat. Pontificis autem maximi aries quidem commutari poterat, at non juvencus illius, licet is ad ipſum pertineret, quia fratres illius ſacerdotes eo expiandi erant, ac proinde iſtius pecudis e ſocietate quadam participes. Volucria autem & munera ſacra mutari nequibant, quia edictum de commutandis pecoribus duntaxat datum eſt. Neque pecora in reſtaurationem Templi conſecrata commutari poterant, Lex enim de pecorum decimis dicit, *Ne delectum habeto inter bonum atque malum, neque commutato*.* Etenim licet ſub decimis comprehendantur omnes res ſacratæ, tamen hic proprie agitur de pecorum decimis quæ ad privatos homines, & non ad cœtum neque ad ſocios pertinebant; porro ex iſtis decimis ſacrificia fiebant, at non ex iis quæ Templo reparando conſecratæ erant. Si quis beſtiam vitio ſtabili temeratam conſecraſſet, commutatio locum non habebat, eo quod corpus undique non perfecte conſecratur, ſed illius pretium duntaxat. At vero ſi quis beſtiam vitio inſtabili affectam conſecraſſet, vel integram quæ deinceps vitium ſtabile contraheret, illa commutari poteſt. Si quis beſtiam integram cum vitiata, & contra, vel jumentum cum grege, & contra, vel oves cum capris, & contra, vel fœmellas cum maſculis, & contra, vel unum cum centum, & contra, ſive una ſive pluribus vicibus mutaſſet, talis commutatio procedebat, & qui id feciſſet, is de ſingulis verberibus excipiebatur. Ejuſmodi igitur in caſibus ſacræ beſtiæ cum profanis mutari poterant, at illæ quæ cum ſacris mutatæ erant, denuo cum aliis mutari non poterant; neque proles beſtiæ ſacræ ſuam ſanctitatem in aliam conferre poterat, quia Lex dicit והיה הוא ותמורתו יהיה קדש *ipſa pariter & illa quæ in ejus locum ſubdita eſt, ſacra eſto*, ipſa itaque ſacra eſt, at non proles ipſius, & illa quæ ei ſuppoſita eſt, at non ea quæ huic proli ſuppoſita eſt. Cæterum ſi ſacræ beſtiæ ſubmittatur prima, & huic altera, & ſic deinceps, tum vel ad mille uſque commutari poterant. Hæc brevibus e Maimonide animadvertimus, quæ in codice Miſnico pluribus illuſtrantur; in illius itaque primo capite ſancitur de perſonis quarum commutatio admittitur, ſi ea ab ipſis peracta fuerit, videlicet maſculi & fœminæ, modo quadraginta luant plagas. Sic etiam ſacerdotes & Iſraëlitæ commutare poſſunt beſtias conſecratas, ſi ad ipſos pertineant; præterquam quod ſacerdotes nec ſacrificia pro peccato, nec ſacrificia pro reatu, nec primogenita commutare poſſint. Capite ſecundo agitur de iis quæ in ſacrificiis privatis obtinebant, ſed non in publicis, & contra, quia ſacrificia privata cum aliis commutari poterant, at ſacrificia publica non item. Porro ſacrificia privata e maſculis & fœminis offerebantur, publica vero e maſculis tantum: ſacrificia privata vel libamina privata ſi periiſſent, alia in ipſorum locum denuo ſubſtituenda erant, at non publica. Hæc autem in ſacrificiis publicis locum habebant, & non in privatis, publica jura Sabbati elevabant, & immunditiem, neutrum vero ſacrificia privata. Capite tertio recenſentur pecudes ſacratæ quarum proles & commutatæ beſtiæ ipſis ſimiles ſunt, videlicet pecudis ſacrificii pacifici proles & ſuccedanea beſtia in ipſius jus ſuccedunt per omnes generationes & mutationem uſque in indefinitum numerum: eodem modo ſe res habebat in ſacrificiis euchariſticis, atque holocauſticis. Capite quarto quæritur quænam beſtiæ ſacratæ mori debeant, vel vendi ſi domini eorum mortui fuiſſent, verbi gratia, ſi proles ſacrificii pro peccato, vel beſtia ſuccedanea, vel ſacrificium pro peccato, hæ omnes moriuntor. Pariter ſi quis pecudem in ſacrificium pro peccato ſegregaſſet, & ea periiſſet, atque aliud in illius locum ſubſtitutum fuiſſet, ea moritor ſi poſtea inventa fuerit. Pecuniam ſi quis in ſacrificia pro peccato ſegregaverit, eaque perierit, at deinceps poſt oblatum ſacrificium inventa fuerit, tum iſta pecunia quovis modo deſtruenda eſt, ne in ipſa prævaricatio committatur. Capite quinto proponuntur caſus aliqui quibus proprietarii primogenita ſacerdotibus eripere conabantur, ut ea in ſacrificia ad debita ſua ſolvenda offerrent, exempli gratia, ſi quis de primipara ſua gravida dixiſſet, *quod in hujus ventre continetur*,

netur, *ſi id maſculum ſit*, *holocauſtum eſto*, tum ſi ea maſculum peperiſſet, in holocauſtum offerebatur. Vel ſi de pecude ſacrata dixerit; *ſi hæc fœmellam pepererit*, *fiat inde holocauſtum*, & res ita acciderit, ea in pacificum offerebatur; & ſic in cæteris: totius rei hæc eſt ratio, quod una ſanctitas in alteram cadere nequit, cum igitur hæ proles in ventre matris jam conſecratæ eſſent, hinc nec jus primogenituræ, nec alius ſacrificii ſanctitas in eam cadere poterat. Capite ſexto docetur quod omnes quæ prohibitæ ſunt ut in altare offerantur, prohibeant in quantulacunque copia, nempe, ſi una ex iis omnibus vel cum mille rebus ſacratis miſta ſit, omnes ſimul prohibitæ ſunt altari, niſi dignoſci potuerint; cujuſmodi ſunt illa animantia quæ cultui idololatrico deſtinata ſunt, dona meretricia, pretia canum, miſcella, diſcerpta, atque id genus alia quæ ibidem recenſentur. Capite ſeptimo oſtenditur differentia quæ eſt inter ſacra quæ in altare offerebantur, & ea quæ in reparationem Templi conſecrata erant, pecora enim in altare offerenda poterant commutari, & ſi quis de iis quicquam comediſſet, is in eandem pœnam incurrebat in quam ii qui aliquid de abominandis, reſiduis, vel immundis percepiſſent; verum in ſacris Templo reparando deſtinatis res aliter ſe habebat, cum ea commutari non poſſent, nec ab una ſanctitate tranſire ad alteram.

מסכת כריתות TRACTATUS DE EXCIDIIS. Quod titulus de Pœnis Excidii relatus ſit in hunc librum qui maxima ex parte de negotio ſacrificiorum & rerum ſacrarum tractat, ejus ratio eſt, quod propter triginta ſex interdicta peccator pœna excidii afficiebatur, ſi prudens ſciens ea violaſſet; ſi imprudens tranſgreſſus eſſet, ſacrificium pro peccato offerre tenebatur, quo ſenſu non minus ſacrificiorum quam excidiorum ratio attendenda erat, quoties judicibus examinandum erat, an præcepta ſtudio an vero ex ignorantia quadam violata eſſent. Triginta itaque & ſex in Lege excidia ſparſim commemorata auctor Miſnicus ab initio tractatus in genere recenſet; videlicet, ſi quis cum matre ſua prudens ſciens rem habuerit; vel cum noverca; vel cum ſponſa; vel cum maſculo, vel cum beſtia; vel ſi mulier beſtiam ſuper ſe adduxerit. Si quis cum matre & ipſius filia ſimul corpus ſuum miſcuerit; vel cum alterius viri uxore; vel cum ſorore ſua; vel cum ſorore patris ſui; vel cum ſorore matris; vel cum ſorore uxoris ſuæ; vel cum uxore fratris ſui; vel cum uxore patrui ſui; vel cum menſtruata muliere. Sic etiam ſi quis nomen Domini blaſphemaverit; aut idolum aliquod coluerit eo modo quo coli ſolet; aut Melecho de ſemine ſuo obtulerit; aut qui בעל אוב *Pytho* & ידעני *ſciolus* fuerit; aut qui Sabbatum opere quodam primario profanaverit, ejuſmodi peccator non ſolum unum ſed & triginta novem excidia meritus erat, quia Sabbati tranſgreſſor ob unumquodque opus principale reus eſſet; opera vero principalia eſſe triginta novem, jam oſtenſum eſt capite ſeptimo tituli de Sabbato: aut qui immundus Templum ingreſſus fuerit, ſicuti oſtenſum eſt capite ſecundo de jurejurando; aut qui in immunditie res ſacras comederit, de quo capite tertio de Sacrificiis dictum eſt; aut qui adipem comederit; aut ſanguinem; aut ſacrificiorum reliquias, poſtquam tempus quo offerri debebant, tranſiiſſet; aut abominandum, id eſt rem ſanctam de qua ſacerdos ſe comeſurum intempeſtive cogitaverat; aut qui pecora ſacrata extra atrium mactaverit; aut qui extra atrium obtulerit; aut qui fermentatum in feſto Paſchatis manducaverit; aut qui comederit, & qui opus aliquod fecerit die Expiationum; aut qui oleum unctionis eo modo, menſura, & pondere miſcuerit, quibus Moſes in deſerto, atque eum in finem ut illo ungat ſe; at vero ſi id fecerit exercitii duntaxat gratia, vel ut illud eccleſiæ præbeat, non tenetur; aut qui ſuffitum paraverit, id eſt qui undecim aromatum genera paraverit, & de quolibet genere ſumpſerit ſecundum pondus & menſuram a Sapientibus limitatam, eamque menſuram ſubegerit eo modo quo in Templo ſubigi ſolebat, ut ea in odorem Domino gratum adoleretur; aut qui oleo unctionis ſe unxerit, eo nempe quod a Moſe in deſerto paratum erat, quia iſto oleo pontifices maximi, & reges e ſtirpe Davidis duntaxat ungebantur, & non cujuſlibet regis filii, præterquam in quadam neceſſitate, ut, ſi inter filios regis de hæreditate regni oborta eſſet controverſia, & deinceps populus Hebræus de rege eligendo conveniſſet, tum ſive is a maxima ſynedrii parte, ſive ab univerſo ſynedrio, ſive a vate quodam, ſive a Pontifice maximo electus fuiſſet, ungi debebat ad lites populi tollendas, atque ut cuique palam fieret eum eſſe Domini unctum quem revereri debeant. Sic Salomo unctus eſt ob controverſiam Adoniæ, & Joaſus ad Ataliam, & Jehoachaſus ad Jehojakimum licet natu majorem, ſpe regni privandum. Denique ob Paſchatis & circumciſionis intermiſſionem etiam pœna excidii infligebatur, ita quidem ut eorum neglectus nullo ſacrificio pro peccato expiari poſſet, quia illorum obſervantia e præceptis affirmantibus proficiſcitur; pari modo ad blaſphemiæ in Dominum peccatum extinguendum nullum ſacrificium par erat, quamvis illius interdictum omnino ſit negans; quia blaſphemia nunquam ex errore,

ſed ſtudio committi ſolet. Reliqua vero quæ recenſuimus præcepta, ſi quis per contumaciam tranſgreſſus fuiſſet, pœna excidii damnabatur; ſin ex errore, ſacrificio pro peccato alligabatur; ſin ex ignorantia, אשם תלוי *ſacrificium pro peccato dubio* facere debebat. Capite ſecundo oſtenditur quinam ſint מחוסרי כפורים *indigentes expiationibus*, ſive ii qui non pro peccatis ſuis ſacrificia adferunt, ſed quia de rebus ſacris comederint, videlicet vir fluxum patiens, fœmina fluxum patiens, puerpera, & leproſus; tum etiam quinam unum idemque ſacrificium adferant ſive ex arrogantia, ſive ex errore & imprudentia quadam peccaverint, cujuſmodi ſunt qui cum ancilla deſponſa corpus miſcuerit, Nazyræus pollutus, qui jusjurandum teſtimoniale dixerit, vel jusjurandum depoſiti; vel quinam oblationem unam adferant licet multa commiſerint peccata, ut, qui aliquoties cum ancilla deſponſa communicavit, Nazyræus qui aliquoties pollutus eſt, qui propter multos viros in uxorem ſuam zelotypia affectus eſt, & leproſus qui multis plagis affectus eſt: his adduntur ii qui קרבן עולה ויורד *ſacrificium aſcendens & deſcendens* offerunt, ſive id quod ratione bonorum in divitibus aſcendit, in pauperibus vero deſcendit, nimirum, is qui reus eſt ob auditum vocis maledicti, vel jurisjurandi labiorum ſive futilis; qui immundus Sanctuarium ingreſſus fuit, ejuſdemque ſacra polluit; puerpera; & leproſus. Capite tertio examinantur aliquot controverſiæ quibus quæritur a teſtibus an illi viderint aliquem rem prohibitam edentem, quandoquidem is ipſe addubitaret, & deciditur, quod ſi unus teſtis ei dixerit, eum ediſſe, is vero tacuerit, adducat ſacrificium pro peccato ob iſtius teſtis dictum; ſi vero duo teſtes pluresve affirmaverint eum comediſſe, at is contradixerit, tum non adducit ſacrificium ex dicto eorum; porro ibidem de variis inceſtuum generibus agitur, ob quæ vel ſacrificia adducuntur, vel excidii pœna arceſſitur. Capite quarto proponuntur aliquot caſus quibus אשם תלוי *ſacrificium pro reatu dubio* offerri debeat, ut, ſi quis dubitaverit an comederit adipem, necne; vel ſi quidem conſtet ſe comediſſe, attamen dubium ſit an juſtam menſuram comederit; vel ſi coram aliquo fuerit adeps & pinguedo, atque is de alterutro comederit, attamen ignoraverit de quonam comederit; vel ſi quis cum uxore ſua & illius ſorore ſit domi, & rem habuerit cum alterutra, at neſciverit cum quanam. Et quemadmodum, ſi quis diverſos adipes in una ignorantia comediſſet, unum tantum ſacrificium pro peccato adferre tenebatur, ſic etiam unum tantum ſacrificium pro reatu dubio offerebat, ſi ei non innotuiſſet ſe de diverſis adipibus comediſſe, quia putabat eandem eſſe rem: ſin autem inter unam atque alteram comeſtionem ei innotuiſſet, tum ſicuti propter unumquodque delictum adferebat ſacrificium pro peccato, ita quoque ob unumquemque errorem adducebat ſacrificium pro reatu dubio. Capite quinto agitur de diverſis ſanguinum generibus, quorum unum ratione peccandi majoris eſt momenti quam alterum, itaque dicitur quod ſi quis de ſanguine mactationis pecudis, vel feræ, vel avis, tam mundarum quam immundarum comederit, reus ſit; pariter ſi de ſanguine ſtillationis, vel avulſionis, vel venæſectionis, quocum beſtiæ anima egreditur, olivæ copiam comederit, tenetur. At vero ſi quis de ſanguine ſplenis, cordis, teſticulorum, piſcium, locuſtarum, aut expreſſionis ſive guttatim effluentis comederit, immunis eſt. Capite ſexto ſtatuitur quid faciendum ſit ſi quis adduxerit ſacrificia, & ei poſtea innotuerit ſe non peccaſſe, ſacrificio nondum oblato, verbi gratia, ſi quis ſacrificium pro reatu dubio attuliſſet, ſed ei ſtatim innotuerit ſe peccaſſe, tum pecus ſacrata in paſcuum mittebatur, ibique manebat donec vitium aliquod contraxiſſet, tumque vendebatur & pro illius pretio munus ſpontaneum offerebatur. Cæterum cum אשם ודאי *ſacrificio pro reatu certo* aliter comparatum erat; etenim ſi quis illud adduxiſſet, & is mox reſciviſſet ſe non peccaſſe, ſacrificio nondum mactato, tum id in paſcuum mittebatur apud gregem; ſin autem jam mactatum eſſet antequam reſciviſſet ſe non peccaſſe, tum ſepeliebatur; ſanguine vero ſparſo, caro in locum combuſtionis deferebatur. Porro ibidem de bove lapidando ſtatuitur, quod ſi is nondum lapidibus obrutus fuiſſet, quum de eo qui accuſatus eſſet, certo conſtaret eum non occidiſſe, in paſcuum apud armenta ablegaretur. Eodem modo ſe res habebat cum vitula decollanda, ſi enim homicida ante decollationem illius inventus fuiſſet, ea quoque ad paſcuum ducebatur. Atque ut totum negotium de pœna excidii uno verbo abſolvamus, מיתת בידי שמים *mors a Deo inflicta* dicitur quando ipſe peccator tantum morte afficitur. מיתת בית דין *mors a ſynedrio injuncta* dicitur quando peccator interficitur ob peccatum de quo ante monitus erat ne id ullo modo committeret. כרת *excidium* proprie erat cum is qui inceſtum commiſerat, ſimul cum poſteris ſuis excideretur, nempe, ſi ei eſſent liberi, illi omnes ita volente vindicta divina moriebantur; ſi vero nullos omnino liberos haberet, dum peccabat, nulla ei ſoboles expectanda erat, & ſic abſque omni poſteritate peribat, videſis Levitici capite viceſimo. מלקות *flagellatio* erat pœna qua afficiebatur is qui contra præceptum negativum peccaſſet. Sacrificium vero offerebatur ab eo qui im-

prudens

prudens tranſgreſſus erat præceptum quod excidii pœnam ſtatuit ei qui prudens contra id peccaverit. Miſnicam hujus tituli verſionem iterum adornavit doctiſſimus Johannes Ulmannus apud Argentoratenſes verbi divini miniſter.

מסכת מעילה TRACTATUS DE PRÆVARICATIONE, hic tractatus ſuperiori ſubjicitur, quoniam ei qui illius ſancita tranſgreſſus eſt, non tanta multa infligatur, quanta ei qui contra ſuperiores Leges deliquerit; etenim qui a pœna excidii liberabatur, is tamen ſacrificium pro peccato ſuo offerre tenebatur, qui vero prævaricatus erat, is modo ſacrificium pro reatu offerre debebat, quia non tam grave peccatum commiſerat. Lex de Prævaricatione breviter nobis lata eſt a Domino libro tertio Moſis capite quinto, commate quarto decimo & ſequentibus, ubi hæc verba leguntur; וידבר יהוה אל משה לאמר נפש כי תמעל מעל וחטאה בשגגה מקדשי יהוה והביא את אשמו ליהוה איל תמים מן הצאן בערכך כסף שקלים בשקל הקדש לאשם: ואת אשר חטא מן הקדש ישלם ואת חמישתו יוסף ונתן לכהן והכהן יכפר עליו באיל האשם ונסלח לו: *Et allocutus eſt Dominus Moſen, dicendo: ſi quis prævaricando prævaricatus fuerit, & uſum perceperit per errorem e Sacris Domini, tum adferat ſacrificium pro reatu ſuo Domino, arietem integrum e grege cum æſtimatione tua, ſiclis argenteis prout ſiclus ſacer eſt, pro reatu: quicquid autem perceperit e rebus ſacris, id reſtituat quinta illius parte addita, & ſacerdoti porrecta; ſacerdos vero expiato eum per arietem reatus iſtius, & tum ei condonatum eſto.* Dicit ab initio נפש כי תמעול מעל וחטאה בשגגה מקדשי יהוה *anima ſi prævaricando prævaricata fuerit & peccaverit per errorem e ſacris Domini*, id eſt ſi quis ex errore quodam de ſacris Domini aliquem uſum perceperit, iiſque aliquid detraxerit & ad ſe tranſtulerit, cum potius ea omnino illibata cuſtodire debuiſſet, illud delictum מעל *Prævaricatio* appellatur. Talem vero hominem Lex alligat ſacrificio pro reatu ex ariete faciendo, eo quod aries totius gregis veluti dux & princeps eſt, & ea conditione ut ſit תמים *integer*, & non בעל מום *vitio aliquo affectus.* Ne autem quiſquam hac in parte pecuniæ parceret, & viliori pretio ſibi arietem in ſacrificium ſuum compararet, idcirco Dominus voluit ut certum aliquod pretium ſtatueretur, כסף שקלים *argenti ſiclorum*, ſive duorum ſiclorum, minimus enim in plurali numerus duos ſaltem comprehendit; arietes enim tempore Moſis in deſerto admodum rari erant, ac proinde cari. Quantum autem commodi quis e rebus ſacris percepiſſet, tantum non ſolum reſtituendum erat, ſed & quinta illius pars inſuper adjicienda erat, ne rationes ſacræ quid detrimenti caperent, exempli gratia, ſi quis quinque ſiclorum pretium comederit, tum illud reſtituat, atque inſuper ſiclum unum. ונתן לכהן *& dabit ſacerdoti*, quintam nempe partem ſacerdoti dabit, ſed non ipſam ſortem, illa enim proprietariis reddenda eſt: atque hæc multa אשם מעלות *Reatus Prævaricationis* appellatur. Tandem ad huncce reatum extinguendum, aries integer offerendus erat qui in grege plurimi æſtimari ſolet, propter rerum ſacrarum gravitatem quas ille nefario modo in uſum ſuum convertiſſet, atque illud ſacrificium dicitur קרבן מעילה *Sacrificium Prævaricationis.* Redeamus ad tractatum Miſnicum, ubi ab initio recenſentur ejuſmodi res in quas prævaricatio cadere poteſt, cujuſmodi ſunt ſancta ſanctorum quæ in atrio ad meridionalem plagam mactata ſunt; etenim ſi illa ad meridiem mactata eſſent, & eorum ſanguis ad ſeptentrionem exceptus, vel contra; vel ſi die mactata eſſent, ſanguis autem nocte ſparſus, aut contra; vel ſi extra ſuum tempus, vel locum mactata eſſent. Hæc enim regula generalis eſt in caſibus prævaricandi, quæcunque tempus licitum ſuum habuerint pro ſacerdotibus, in iis non obtinet prævaricatio, quæcunque vero non habuerint licitum ſuum tempus pro ſacerdotibus, in iis prævaricatio obtinet. Per ſacrificia quæ tempus licitum pro ſacerdotibus habuerunt, intelliguntur ea quæ pernoctarunt in diem craſtinum, vel quæ polluta ſunt, vel quæ extra atrium egreſſa ſunt & ſic profanata. Per ea vero quæ non habuerunt tempus licitum pro ſacerdotibus, deſignantur ſacrificia quæ extra legitimum tempus & locum mactata ſunt, & quorum ſanguis exceptus & ſparſus eſt ab iis qui ad iſta miniſteria inepti erant. Sic etiam in carne ſacrificiorum ſanctiſſimorum, quæ ante ſparſionem extra atrium exierit, prævaricatio locum habet, item in ſanguine. Capite ſecundo oſtenditur modus quo in ſacrificium pro peccato ex avibus deſumptum, poſtquam id jam conſecratum eſt, prævaricatio incidere poſſit; pari modo in holocauſtum e volucribus paratum, vel e pecude; necnon in juvencos & hircos qui cremari ſolebant; in ſacrificia pro peccato & pro reatu, atque in pacifica pro univerſo cœtu offerenda; in duos panes in feſto Pentecoſtes offerendos, & in panem facierum; in ipſa munera & illius pugillum, in thus, in ſuffitum, in munera ſacerdotum, in munus ſacerdotis uncti, atque in munus libaminum. Capite tertio agitur de pecoribus quæ mori debeant, eo quod proprietarii ſupremum diem obiiſſent interea dum ad ſacrificia ſeparata erant; & de iis quorum annus ſacer jam præteriiſſet, vel quæ periiſſent, vel vitiata fuiſſent dominis eorum jam expiatis. Tum etiam de nummis pro Nazyræatu ſimpliciter ſeparatis, & non pro certo aliquo ſacrificio illius, e quibus nihil commodi percipere licebat, & propterea nec in ipſis prævaricatio obtinebat.

Sin autem proprietarius obiiſſet, & nummos aliquos in genere reliquiſſet, tum illi oblationi ſpontaneæ deſtinabantur; ſi de ipſis voluntatem ſuam expoſuiſſet, tum nummi ſacrificio pro peccato deſtinati, in aquam conjiciendi erant, ne quis ex iis aliquam utilitatem caperet, & in ſacris prævaricaretur. Quæcunque vero ad altare apta erant, & non ad refectionem Templi, & contra, vel quæcunque ad neutrum idonea erant, in iis nulla prævaricatio committi poterat. Capite quarto ſermo fit de rebus ſacris quæ in aliquibus caſibus inter ſe conjungi poterant ratione prævaricationis, ſic verbi gratia ſancta reparando Templo deſtinata, & ſancta altaris inter ſe in caſu prævaricandi conflabantur ſi quis olivæ copiam de alterutro percepiſſet; atque cum aliis aliter ſe res habebat reſpectu conjunctionis. Capite quinto a Sapientibus generalis de negotio prævaricationis regula traditur, nimirum, quod in ejuſmodi rebus quibus damnum inferri poteſt, nemo prævaricetur antequam iis damnum illatum ſit, contra vero in iis rebus quibus damnum inferri nequit, prævaricatio commiſſa ſit, ſi quis aliquid de iis perceperit, quæ aliquot exemplis illuſtrantur. Item, quod nulla prævaricatio poſtquam prævaricatio præceſſerit, locum habere poſſit, niſi in ſacratis pecoribus & ſacri miniſterii vaſis, ut, ſi quis ſacrato pecori inſederit, atque deinceps aliquot ſocii illius; vel, ſi quis e vaſe quodam ſacro biberit, atque idem poſtea fecerint alii. Capite ſeptimo quæritur an legati, vel quicunque illi ſint qui a dominis mittuntur aliquam rem ſacram expeditum, in illo munere poſſint prævaricarier, & deciditur quod ſi legatus recte expediverit legationem ſuam, dominus illius prævaricatus ſit, ſin minus, ipſe legatus prævaricatus ſit, ut, ſi dominus aliquam rem ſanctam legato ſuo hoſpitibus more profano diſtribuendam dederit, & legatus ita fecerit, tum dominus illius prævaricationem commiſit; at vero ſi dominus dixerit legato, dato hoſpitibus carnem ſanctam, is vero hepar vel aliquid dederit, tum legatus prævaricatus eſt, quia domini conſilium immutavit.

מסכת תמיד TRACTATUS DE SACRIFICIO JUGI, hicce codex omnibus ſuperioribus poſtponitur, quandoquidem in ipſo duntaxat ſacrificia jugia offerendi modus in genere deſcribitur, & mera rituum enarratio traditur, nullo liciti vel illiciti examine habito, ac proinde in eodem non tanta difficilium rerum inveſtigandarum cura adhibenda erat, quanta in iis quæ præceſſerunt. Legem vero de Sacrificio Jugi tam matutino quam veſpertino Moſi ab ore Domini dictatam invenimus Exodi capite viceſimo nono, commate triceſimo octavo & ſequentibus, hoc argumento; וזה אשר תעשה על המזבח כבשים בני שנה שנים ליום תמיד : את הכבש האחד תעשה בבקר ואת הכבש השני תעשה בין הערבים : ועשרן סלת בלול בשמן כתית רבע ההין ונסך רביעת ההין יין לכבש האחד : ואת הכבש השני תעשה בין הערבים כמנחת הבקר וכנסכה תעשה לה לריח ניחח אשה ליהוה : עולת תמיד לדרתיכם פתח אהל מועד לפני יהוה אשר אועד לכם שמה לדבר אליך שם : ונועדתי שמה לבני ישראל ונקדש בכבדי : וקדשתי את אהל מועד ואת המזבח ואת אהרן ואת בניו אקדש לכהן לי : ושכנתי בתוך בני ישראל והייתי להם לאלהים : וידעו כי אני יהוה אלהיהם אשר הוצאתי אתם מארץ מצרים לשכני בתוכם אני יהוה אלהיהם : *Et hoc eſt quod in iſtud altare facies, agnos nempe anniculos binos unoquoque die jugiter. Horum agnum unum offerto mane, & alterum inter duas veſperas. Praterea decimam Epha e ſimila, miſtam cum quarta parte Hin de oleo contuſo, & libamen quarta partis Hin de vino pro agno primo. Agnum vero alterum offerto inter duas veſperas, ſecundum munus matutinum, & ſecundum illius libamen facito ei, in odorem gratum, ſacrificium igne abſumendum Domino. Holocauſtum juge eſto generationibus veſtris, intra portam tentorii conventus coram Domino, ubi conveniam vobiſcum alloquendo te tibi. Etenim illic conveniam cum filiis Iſraëlis, & gloria mea conſecrabitur. Tentorium vero conventus, & altare ipſum conſecrabo, pariter & Aharonem filiosque ejus, ut mihi ſacerdotio fungantur. Et habitabo inter filios Iſraëlis iiſque in Deum ero. Ut experiantur me eſſe Dominum Deum ſuum, qui eduxi ipſos e terra Ægypti, ut habitem inter ipſos; ego ſum Dominus Deus ipſorum.* Horum verborum ſecundum Hebræorum ſcriptorum mentem talis eſt ſenſus. Quando igitur in Lege dicitur, *atque hoc eſt quod facietis altari*, nemo cogitare debet quaſi unicus de altari & ſacerdotibus conſtituendis ſcopus eſſet ut iniquitates & peccata expiarentur, quia præſtat non peccaſſe quam ſacrificia obtuliſſe; cæterum præcipuus de negotiis altare ſpectantibus erat, ut ſacrificia fierent tam jugia quam veſpertina ad Deo gratias agendas pro beneficiis ſuis populo Hebræo præſtitis. Proinde hæcce jugia ſacrificia offerebantur ad Deum Iſraëlis ſummopere laudandum; nihil enim hominem magis decet quam ut ſe gratum oſtendat erga eum a quo ſummis beneficiis affectus eſt; hinc priſci Hebræorum patres altaria erexerunt, ut ſacrificiis in ea oblatis erga Deum oſtenderent gratum ipſorum animum pro inſigni illius miſericordia, quemadmodum fecerunt Cainus, Abelus, & Noachus, ejuſdemque filii ex arca egreſſi, & deinceps Abrahamus poſtquam Dominum conſpexiſſet. Propterea Deus præcepit ut Iſraëlitæ quoque altaria conſtruerent, atque in ipſa quotidiana offerrent ſacrificia, ad Deo gratias agendas, eumque hymnis & laudibus pro ingenti ipſius clementia extollendum. Etenim duo præ cæteris illuſtria beneficia gens Iſraëlitica Deo accepta fert, quæ uſque ad ultimam ipſius poſteritatem jugiter commemoranda ſunt, quorum unum eſt, & primarium quidem, illuſtriſſima in monte Sinai apparitio, ubi Iſraëlitarum animi vacillantes divina illa præſentia mirum in modum ſunt confirmati, ubi ægræ & inquinatæ mentes a ſordibus ſuis non parum purificatæ per ſalutiferam illam legis Moſaicæ lationem, cujus præceptis ſingulis ingenii perverſis cupiditatibus ſingula præbebantur medicamina. Alterum eſt inſignis illa e ſervitute Ægyptiaca liberatio; in hujus utriuſque beneficii memoriam ſempiternam Hebræi dicunt duo ſacrificia jugia in altare offerenda, unum mane & alterum veſperi, quæ ambo conſtabant ex agno, quod mane fiebat, id legiſlationis beneficium in memoriam revocabat, Lex enim matutino tempore lata eſt, ficuti conſtat ex iis quæ dicuntur Exodi capite nono decimo, commate decimo ſexto. Alterum vero ſacrificium quod veſperi fiebat, exitum ex Ægypto atque Paſchatis comeſtionem repræſentabat, quæ in tempus veſpertinum inciderunt, quemadmodum in libro Exodi capite duodecimo, commate ſexto docetur, *Et mactabit*

ipſum

ipſum totus cœtus Iſraëliticus inter duas veſperas. Quandoquidem vero Dominus poſt exitum ex Ægypto & legis dationem in Sinai Iſraëlitis dedit Man in copia Homer pro ſingulo homine, & quia Homer conficit decimam Ephæ partem, idcirco hic præcipit in ſacrificium euchariſticum decimam Ephæ partem e ſimilagine, quæ copia Man ſicuti ſingulo Iſraëlitæ in cibum deſtinata erat, ita quoque eadem copia ſimilæ in altare adolenda erat. Atque ut hocce munus eo præſtantius eſſet, propterea Dominus illius oleum determinavit in menſura Hin, ne quid majus minuſve eſſet quam juſta copia requireret; hac vero olei affuſione iterum reſpiciebatur ad ſervitutis ereptionem & præceptorum divinorum dationem, ſicuti enim oleum liquoribus reliquis affuſum, illis omnibus ſuperius eſt, ita quoque gens Iſraëlitica in honore & gloria ſupra omnes totius orbis terræ nationes evecta fuerat; hinc oleum cum bono nomine & fama conjunctum videmus apud Salomonem in Eccleſiaſte capite ſeptimo commate primo. Et quando additur in lege כתית *contuſum*, deſignatur ſelectiſſimum oleum, licet reliqua olei genera etiam apta ſint ad munera. Per affuſionem vini indigitatur inſigne illud gaudium quod populus Iſraëliticus e duobus ſupra memoratis factis conceperat, vinum enim lætitiæ ſymbolum eſt in oblationibus ſacris, utpote quo Deus pariter & homo lætari dicuntur; vinum autem in quartario menſuræ Hin potiſſimum affundendum erat, quia illa copia tunc temporis atque iis in locis ad animum Iſraëlitarum recreandum ſufficiebat.

Sequitur lex de agno altero tempore veſpertino eodem modo cum muneribus libaminibuſque ſuis offerendo, ſicuti tempore matutino, idcirco de opere illius in genere nihil præcipitur; notandum vero eſt legem aliquid adjicere de odore grato atque ignito Domino deſtinato, cujus ratio eſt quod ſacrificia jugia offerebantur Deo in gratiarum actionem, & maximæ ipſius gloriæ ſignum, ubi nihil quod ad gloriam ipſius facere poſſet, omittendum erat, menſa etenim regia non ſolum cibis ad vitam ſuſtentandam neceſſariis, ſed & muneribus fertiſque plena ſit oportet, ut ipſe animus menſa ſecunda, non minus quam corpus reficiatur; tum etiam ut aromatibus adolendis innoteſcat populo quam grata & jucunda ſit regis ſui clementia. Et quamvis res a Deo pro populo ſuo geſtæ eſſent tantæ ut ne quidem omnibus Iſraëlitarum opibus compenſari poſſent, nihilominus tamen ut beneficus in populum ſuum rex noluit tantas ei impenſas fieri, nec eum oneribus premi, hinc ei ſatis fuit unus agnus in prandium, & alter in cœnam, adjuncta duntaxat exigua placenta e decima Ephæ ſimilaginis, & quartario olei & vini confecta, quamobrem Deus merito palam facit per vatem Micham capite ſeptimo, commate tertio, ſe nulla in parte unquam populum ſuum moleſtiis vel ingentibus oneribus ferendis fatigaſſe. Alii vero auctores ſacrificiorum jugium alias adferunt rationes, videlicet quod unuſquiſque Iſraëlita Deo quotidie gratias agere debet pro duobus beneficiis, dicens, ברוך אדוני יום יום יעמוס לנו האל ישועתנו סלה *Benedictus ſit Dominus, quotidie nobis proſpicit, Deus eſt ſalus noſtra, Sela.* Proinde in matutinis precibus Deo gratiæ aguntur de conſervatione vitæ humanæ; in veſpertinis autem pro alimentis quibus corpora nutriuntur; etenim a Templo deſtructo hæ duæ preces quotidianæ in ſacrificiorum jugium locum ſucceſſerunt: ſed una atque altera animadverſio procedere poteſt, ſi quis reipublicæ Judaicæ fata recte conſideraverit, novimus enim Deum non amplius pecora ſibi mactari atque offerri deſiderare, ſed agnos labiorum perſolvendos eſſe quam diligentiſſime, qui ſuperioribus ſacrificiis ſunt longe majores. Et cum caro & panis vino & oleo appoſitis optimi habeantur cibi, propterea præcepit legiſlator ut cum agnis ſimul fertum aliquod e tritico & oleo, & libamen e vino offerretur, ad creatori gratias agendas pro animantium & reliquorum e terra naſcentium uſu, quorum hæc erant præcipua genera: Deinceps huic legi additur, *holocauſtum juge eſto generationibus veſtris, intra portam tentorii conventus*, e quibus verbis liquet hæc ſacrificia in gloriam totius univerſi Domini igne cremanda fuiſſe, quia locus offerendi erat intra tentorium conventus, ubi altare æneum erat conſtitutum e regione altaris ſuffitus quod poſtea in palatio ſanctitatis erectum eſt. Atque hæc duo reſpiciebant verſus arcam quæ in ſancto ſanctorum poſita erat, idcirco utrique tribuitur illa phraſis לפני יהוה *coram Domino.* Poſt hæc Deus Iſraëlitis promittit bona & utilitates quaſdam ex iſtis ritibus promanantia, quorum unum eſt ſe donum vaticinandi inter ipſos multiplicaturum eſſe, quando dicit, *ubi conveniam vos, te alloquendo illic.* Alterum, ſe divina cum humanis communicaturum eſſe, idcirco dicit, *& conveniam illic Iſraëlitarum filios & in gloria mea conſecrabitur*, quaſi dixiſſet fore aliquando ut omnium ætatum Iſraëlitæ Dominum Deum ſuum recte cognoſcant & timeant, cujus gloriam ſuper Tabernaculum quotidie ſplendentem aſpiciebant; doctores Hebræi verbum ונקדש *& conſecrabitur* ad Tabernaculum referunt, ſenſus itaque eſt, Tabernaculum divinæ majeſtatis præſentia conſecratum eſſe. Tertium, quod non ſolum tentorium conventus ſive Tabernaculum, ſed & altare exterius ope ſacrificiorum jugium ſacris initiatum eſſet. Horum vero trium bonorum idem eſt finis, qui indigitatur iſtis verbis ubi dicitur, *Et habitabo inter filios Iſraëlis & ero illis in Deum*, Deus nempe cum divina ſua præſentia inter Iſraëlitas reſidere, iis eſſe in Deum, & eos abſque ullo alio principe vel rege felicibus auſpiciis regere promittit; ſicuti porro addit, *Et experientur me eſſe Dominum Deum ſuum, qui eduxi ipſos e terra Ægypti, ut habitem inter ipſos; ego ſum Dominus Deus ipſorum.* Hæc de lege divina. Codicem Miſnicum quod attinet, ab initio ipſius ſacerdotibus in ſanctuario tria loca aſſignantur in quibus cuſtodiæ agendæ erant, cujuſmodi erant conclave Abtines, conclave Nizots, & conclave foci, etenim quod ſatellitum & apparitorum apud reges, id ſacerdotum apud regem Iſraëlitarum officium erat, cum autem regia quantumvis exigua ſit, abſque cuſtodibus non ſubſiſtat, ita nec regia illa Jeruſolymitana a furibus tuta eſſe poterat abſque cuſtodibus, nec ipſi regiæ majeſtati conveniebat ut illa ſine multa ſatellitum caterva ſpectaretur; hinc ſacerdotes & Levitæ in Sanctuario dormientes juſſi erant ut ad primam lucem evigilarent, regi ſuo præſto eſſent, omnia ad domum everrendam, & menſam primam rite inſtruendam pararent, eumque cibis, potibus, atque aromatum fertis modo vere regio exciperent. Propterea altare a cineribus erat purgandum, ſanctuarii fores & conclavia aperienda, ut ſacerdotes intrarent atrium ſeque ad miniſterium ſuum accingerent. Quamobrem in capite ſecundo oſtenditur quomodo miniſtri ante opera ſua ſe ſanctificarent manus pedeſque lavando, ſumentes deinceps ſecum illa inſtrumenta quæ ad altare & illius focum diſponendum neceſſaria erant. Hæc cum peracta eſſent, capite tertio narratur quod ſortilegium aliquod eart inſtituendum ut unicuique ſacerdoti ſuum munus aſſignaretur, videlicet quis mactaturus, quis ſanguinem ſparſurus, quis cinerem ab al-

tari interiori remoturus, quis lucernas purgaturus, quis hæc & illa ſacrificii membra ad ponticulum portaturus eſſet, & id genus bene multa. Capite quarto agnum vinciendi ritus quidam traduntur, nempe, quomodo caput illius dirigebatur verſus auſtrum, facies autem verſus occidentem, mactans ſtabat ad orientem facie ſua ad occidentem verſa. Agno ligato & ſacerdote ita ſtante, agnus matutinus ad cornu altaris ſeptentrionale occidentale mactabatur. Ea autem cautio inter mactandum adhibenda erat ne pedes frangerentur. Mactatione & excoriatione abſolutis, exta erant luſtranda, an omnia ſe recte haberent inquirendum, & ordine quidem ab una parte ad alteram procedendum erat, ac ne quid contra regulas anatomicas peccaretur, ſtudioſe cavendum erat; poſtea partes diſſectæ per eos quibus aſſignatæ erant, in altaris ponticulum portabantur. Capite quinto precum & benedictionum tempore matutino dicendarum mentio fit, tum etiam ſortilegii ſecundi pro ſuffitu faciendo, qui enim id ſemel feciſſet, is ſecunda vice non admittebatur, quia animadverſum erat eum qui ſemel duntaxat ſuffitum feciſſet, tanta divino favore opum incrementa cepiſſe, ut impoſterum non pluribus opus haberet. Capite ſexto enarratur quomodo ſinguli ſacerdotes ſecundum ſortilegia ſe conferrent ad munera ſua capeſſenda, ita ii quibus thuribulum & acerra obtigerant, per duodecim portæ Ulam gradus aſcendebant, ipſis præeuntibus qui altare interius & candelabrum a cinere purgaverant, atque omnia ex lege expediebant, uſque dum præfectus ſacerdotum indicaret ſuffitum adolendi tempus adveniſſe. Capite ſeptimo & poſtremo ſignificatur quomodo pontifex maximus Templum adoratum Dominum ingreſſus fuerit, & eum tres ſacerdotes prehenderint, unus ad dextram, alter ad ſiniſtram, tertius ab anteriori parte ad lapides pretioſos in Ephod; quem ſtrepitum poſtquam audiviſſet ſacerdotum præfectus, velum pro pontifice maximo elevabat ut is ingrederetur ad ſuffiendi negotium peragendum. Hic tractatus a clariſſimo viro Michaële Arnoldi, Sacroſanctæ Theologiæ doctore, & Leovardiæ verbi divini miniſtro vigilantiſſimo ex Hebræo in Latinum ſermonem verſus eſt, & perſpicuis notis illuſtratus, cujus viri utiliſſima opera libenter uti voluimus, quamobrem & vitia typographica expunximus & verba Hebraica in aliquibus locis omiſſa ſupplevimus.

מסכת מדות TRACTATUS DE MENSURIS, deſcriptis in ſuperioribus codicibus iis ritibus qui in locis ſacris in Templo & in ipſius atrio a ſacerdotibus peragendi erant, tandem requirebatur ut de ipſo Templo daretur agendi locus, proinde auctor in hocce codice de Menſuris Templi Jeruſolymitani deſcribendis omnem operam collocavit, ſperat enim gens Judaica fore aliquando, ſi fata velint, ut tertium Templum erigatur, atque ut id ipſum ſecundum ſacras menſuras rite fieret, idcirco & hunc tractatum publici juris eſſe doctores voluerunt. Et quamvis nos Chriſtiani Judæorum hominum votis hac in parte non reſpondeamus, nihilominus tamen eorum diligentia in veteris Sanctuarii locis inveſtigandis, & nobiſcum communicandis, nobis maximo hactenus uſui fuit, cum enim toties Templi Jeruſolymitani in ſacris literis mentio fiat, & cum iſtius Regiæ quondam divinæ non ſolum apud Judæos, & reliquas nationes, ſed apud Chriſtianos tanta fuerit veneratio, tantaque religio, nemo noſtrum erit qui ſibi de hujuſce tituli copia non gratuletur, præſertim cum ille non tantum cum Maimonidis & Bartenoræ notis, ſed & cum verſione & Annotationibus doctiſſimi viri Conſtantini L'Empereur denuo in lucem prodeat, ita ut lectori figuram Templi Jeruſolymitani mentis oculis intuendi ampliſſimus campus aperiatur. Nos jam in animum induxeramus de menſuris Templi quicquam literis tradere, & tabulas quaſdam cujuſlibet partis ſigillatim, tum etiam totius ſacri ædificii, quas a Rabbi Jacobo Juda Leone, aliiſque doctoribus Judæis accepimus, vobiſcum communicare, verum enimvero infelicia & infauſta fata noluerunt ut id ipſum hac vice præſtarem, obiit enim ante aliquot menſes doctiſſimus & ingenioſiſſimus Eccleſiæ Germanorum & Polonorum Judæorum ſcriba Rabbi Iſac Coenraads, cui omnium tabularum mearum curam, tam in iis in ordinem digerendis quam in iiſdem exſculpendis, demandaram; interim ubique inter Judæos & Chriſtianos in ampliſſima urbe noſtra omnem movi lapidem ut ejuſmodi artifices conquirerem qui eandem mihi operam præſtarent, ſed hactenus neminem offendere potui; promitto tamen ſi aliquando illius ſimilem nactus fuero, me bono publico hac in parte neutiquam defuturum. Hujus viri obitus mihi tanto luctuoſior fuit, quod præter illud quatuordecim annorum arctiſſimum amicitiæ vinculum, & dulciſſima ſtudiorum Hebraicorum commercia, talem virum amiſerim, qualem in copioſiſſima Judæorum in urbe noſtra habitantium turba invenire non licet, erat enim juſtitiæ adeo tenax ut ne latum unguem ab illa diſcederet, etiamſi id occulte & cum lucro facere potuiſſet: pietatis in ſua religione ſingulare exemplar, & ſicubi de religione quæſtio incidebat, ſincerus; in converſatione modeſtus, ſeverus, ſemper idem; in loquendo prudens, & paucorum verborum, quæ tamen plus pondere, quam numero valebant; pacis amans, invidiæ, odii, & rixarum hoſtis; non ſolum in Talmude, vel in alio quopiam auctore verſatus, ſicuti commune Judæorum ſtudium eſt, ſed fere in omni genere ſtudiorum, Cabbaliſticis ſubtilitatibus exceptis, nam arithmeticis, mathematicis, & plurimis rebus mechanicis mediocriter imbutus erat, ita ut exemplis & ſimilitudinibus mentem ſuam aperire poſſet, ſicubi de rebus difficillimis quæſtio orta eſſet; uno verbo vir ſapiens & bonus qui proderat quibus poterat, & nemini nocebat. Hæc breviter propter vim conſcientiæ tecum communicare debebam, Benevole Lector, ne me ingratum adverſus ſupremum numen gererem, quod tot ac tanta dona in uno homine accumalaſſet, cujus me per tantum temporis ſpatium participem facere voluit; faxit benigniſſimus pater ut tandem aliquando ejuſmodi virum offendam, qui mihi veluti boni angeli alicujus loco habendus ſit, ut ea quæ dudum inchoavi, ad umbilicum perducam, & clementiam bonitatemque ipſius uſque ad extremum ſpiritum celebrem! Cæterum cum doctiſſimus L'Empereur prolixam ſatis de Templo extruendo præfationem huic codici præmiſerit, & in ipſa plurima Sacrarum Scripturarum loca elucidaverit, ſupervacaneum duximus de eadem materia multa præfari.

מסכת קנים TRACTATUS DE NIDIS, ſive avium pullis, deſcriptis ritibus ſecundum quos omnia ſacrificiorum genera offerenda erant, ut & menſuris juxta quas Sanctuarium olim conſtructum erat, iis omnibus auctor ſubjunxit tractatum de Avium Pullis, ratio autem quare hic inter omnes præcedentes agmen claudat, eſt, quoniam in ipſo agitur de rebus non omnino neceſſariis & raro contingentibus, videlicet, quomodo avium Pulli qui ad ſacerdotes adducti ſunt, interdum ita inter ſe commiſceri poſſint, ut non conſtet ad quem dominum pertineant, proinde variis modis docetur quid tum faciendum ſit; ita ſtatuitur ab initio codicis, quod ſi ſacrificium pro peccato ex animantibus deſumptum mixtum fuerit cum holocauſto, vel contra, licet unum cum myriadibus, omnia moriantur, quia unici iſtius ſacrificii jus ob pretioſitatem ſuam in tanto numero non intercidit; aliter vero in aliis deciditur prout natura rei in diverſis mixturis poſtulat; ut ſi aves pro puerpera offerendæ mixtæ fuerint cum avibus pro ſeminifluo offerendis; vel ſi duorum nominum pulli mixti fuerint cum pullis unius nominis. Capite ſecundo proponuntur varii caſus de *nido ſimplici*, id eſt, de quo nondum declararunt domini an ex eo holocauſtum, an vero ſacrificium pro peccato offerendum ſit, e quo unus pullus in aërem avolavit, vel evolaverit inter eos qui obierunt, vel inter eos qui offeruntur, vel e quo unus pullus obierit; vel ſi unus pullus e nido ſimplici evolaverit ad *declaratum*, id eſt ad eum de quo domini declararunt, quinam pullus offerri debeat in holocauſtum, quinam vero in ſacrificium pro peccato; qui omnes diverſimode deciduntur. Ultimo vero capite quandam ἀνακεφαλαίωσιν inſtituit, quærendo, de quo dicta ſunt hæc verba? perinde ac ſi dixiſſet, de quo caſu dicta ſunt illa capite primo, & ſequentibus, quod ſi cum holocauſto mixtum ſit ſacrificium pro peccato, omnes pulli moriantur; & ſi una mulier unum habeat nidum, altera duos, tertia tres, minima pars ſit legitima? & reſpondet, hæc intelligenda eſſe de כהן נמלך *ſacerdote quærente*, id eſt qui titulum de Pullis offerendis a dominis quæſivit; at ſi ſacerdos id non requiſiverit, & ſponte ſua nidum integrum fecerit ſupra filum coccineum altare circundans, atque iſte nidus ad unam mulierem pertinuerit, tum holocauſtum eſt legitimum, at ſacrificium pro peccato illegitimum. At ſi integrum nidum infra filum illud fecerit, ſacrificium pro peccato legitimum eſt, holocauſtum vero illegitimum. Reliqua tu potius, Benevole Lector, ex ipſis tractatibus diſces, hæc ſufficient ad eorum viam ingrediendam. Scripſi Amſtelædami ad decimum menſis Auguſti diem. CIↃ IↃ CCII.

PRÆ-

PRÆFATIO MAIMONIDIS
In quintam Miſnæ partem, cui Titulus eſt
סדר קדשים
ſive
RERUM SANCTARUM ORDO.

Ubi de omnium Sacrificiorum Natura paucis agitur.

VIſum eſt mihi hic de oblationum diſtributione, earumque ſpeciebus prius agere in genere quam hujuſce libri codices declarare inſtituam. Ratio autem quæ me ad hoc movit, quantumvis clare ſacrificiorum ordo in Lege diſtributus ſit, ita ut nihil novi de illis adferri queat, hæc eſto, quod totum illud de ſacrificiis negotium propter peccata noſtra penitus collapſum ſit, ita ut pauciſſimi reperiantur qui eorum aliquam intelligentiam præ ſe ferant, & memoria eorundum in deſuetudinem abierit, quia nullus viget uſus quo denuo in lucem revocari poſſent. Nemo enim eſt qui de his anquirat, nemo qui roget, nemo qui inveſtiget, uſque adeo ut magni Sapientes hac in parte ſimiles ſint terræ filiis, & reliqui docti nihil quicquam intelligant ex iis Legis locis quæ de ſacrificiis tractant. Scias itaque ſacrificia iſta quæ ex animantibus fiebant, e quinque duntaxat conſtare ſpeciebus, quæ ſunt oves, jumenta, capræ, & pulli columbarum, & turtures adulti. Sacrificiorum genera ſunt quatuor; ſacrificium pro peccato, ſacrificium pro reatu, holocauſtum, pacificum, vel id quod pacifico ſimile eſt; præter hæc quatuor nullum aliud in tota Lege occurrit ſacrificii genus, ſive in privatum ſive in publicum offeratur commodum.

Holocauſtum, id ipſum erat quod penitus igne conſumi debebat, ſive id pro toto cœtu ſive pro homine privato offerebatur, & conſtabat tantum ex ovibus maſculis, jumento, capris, aut columbarum pullis & turturibus tam maſculis quam fœmineis.

Sacrificium pro peccato duplex eſt, quorum unius adeps offerebatur in altare, ejuſdemque reliquiæ comedebantur à viris ſacerdotibus in atrio templi; alterius vero reliquiæ igne abſumebantur, & conſtabat e maſculis fœmineiſque animantibus in quinque ſpeciebus.

Sacrificium pro reatu comedebatur a viris ſacerdotalibus in atrio templi poſtquam adeps illius in altare oblatum fuiſſet, atque id ex ovibus maſculis tantum parabatur, tam e parvulis quam ex adultis; ſed in ſacrificiis pro toto cœtu offerendis ſacrificium pro reatu non habebat locum, ſed in privatis duntaxat.

Pacificum tantum ex adipe offerebatur, & ſi id pro homine privato fiebat, ſacerdotes ſibi exinde pectus, & armum ſumebant, poſſeſſores vero comedebant reſidua in quovis Jeruſolymæ loco, ſive viri ſive fœminæ eſſent. At ſi pacificum pro toto cœtu fiebat, maſculi ſacerdotes comedebant reſidua in atrio, non fœminæ; idque ex avibus, videlicet e turturibus columbarumque pullis non tantum parabatur, ſed & e tribus quadrupedum ſpeciebus, tam e parvulis quam ex adultis, maſculis fœmineiſque. Sic etiam omnia cœtus ſacrificia ex iſtis tribus ſpeciebus tantum fiebant, non ex turturibus nec columbarum pullis. Vox אימורים *adipes*, de qua ſuperius aliquoties diximus, notat id quod in altare comburebatur e ſacrificio pro peccato, reatu, & pacifico, eo quo tibi dicam modo, nimirum; Si pacificum fiebat e jumento, comburebant omnem adipem qui interius tegebat inteſtina, ut & duos renes cum adipe ſuo, hepatiſque reticulum quæ extremitas eſt interior ex ipſo prodiens ut pollex e manu: atque hæ res comburebantur e ſacrificio pacifico e capris confecto. Verum ſi id ex ovibus conſtet, præterea comburunt totam caudam cum juncturis ipſius, illam ſcilicet caudam quæ eſt inter duo fœmora, quam lanii vocant שדרא *ſpinam dorſi*. Eæ vero partes quas de ſacrificio pacifico comburunt, ſunt eædem quas de ſacrificio pro peccato conburunt, & de ſacrificio pro reatu, non plures nec pauciores, atque hæ omnes partes vocantur אימורים *adipes*, ſive res igne conſumendæ. Cæterum ego pauca præfabor, & deinceps ſacrificia ordine diſtribuam: ſcias itaque voces כשב כבש

כבשים כשבים denotare oves anniculas: שה vero uſurpatur de ovibus ac capris: ſed quoties dicitur איל aut אילים toties deſignantur agni maſculini biennes; & cum dicitur שה בן שנה intelliguntur agni & capræ parvulæ. Quum vero dicitur פר aut פרים tum deſignantur jumenta triennia: & ſi dicatur עגל intelligendus eſt vitulus anniculus: per שעיר עזים intelligi debet caper anniculus, & majorennis; ſed hæc omnia quoque exponentur in tractatu Para qui occurrit in libro Miſnico ſexto. Præterea tibi dico quod ſacrificia in quatuor dividuntur genera, quæ ſunt ſacrificium pro toto cœtu, ſacrificium pro homine privato offerendum, quod ſacrificio pro cœtu ſimile eſt, & id quod contra ſe habet. Horum genus primum eſt ſacrificium quod pro toto cœtu offertur, quodque juge eſt, etiam die Sabbati, ſingulis noviluniis, & feſtis, quibus nihil addi nec demi poteſt. Jugia vero ſacrificia e duobus agnis fiebant, erantque holocauſta, unum matutinum, alterum vero veſpertinum, atque hæc ſimpliciter holocauſta jugia vocabantur. Porro his accedebant duo agni in holocauſtum diei Sabbati poſt juge matutinum, & ante juge veſpertinum; omnia vero quæ ſingulis Sabbatis offerebantur, quatuor erant holocauſta, non plura: duo enim quæ addebantur, ſunt ea quæ vocabantur מוסף שבת *additamentum Sabbati*. Singulis vero noviluniis duobus jugibus accedebat additamentum aliquod e duobus juvencis, uno ariete, & duobus agnis anniculis conſtans, quæ omnia animantia in holocauſta offerebantur, & hircus caprarum in ſacrificium pro peccato; atque hæc omnia vocabantur מוסף ראש חדש *additamentum novilunii*, eo quod jugibus ſacrificiis addebatur. Quolibet igitur novilunio duodecim offerebantur holocauſta, atque hircus unus in ſacrificium pro peccato, non pauciora. Si vero novilunium incideret in Sabbatum: quatuordecim fiebant holocauſta, duo in jugia, duo agni in additamentum Sabbati, & decem in additamentum novilunii, ut & hircus novilunii in ſacrificium pro peccato, quomodo erunt quindecim ſacrificia. Feſtorum vero ſacrificia ſe habent ſecundum Legis præſcriptum, nempe in diebus feſti azymorum per omnes Septem dies quotidie offerebant aliquod additamentum præter duo jugia ſacrificia, & præter additamentum Sabbati, quod ſimile erat additamento novilunii, quod e duobus juvencis, ariete uno, ſeptemque agnis conſtabat, quæ in integrum decem ſunt holocauſta: & præterea quotidie offerebatur hircus in ſacrificium pro peccato, & die ſecundo, feſti azymorum, qui dies eſt quo offerebatur Omer, addebant agnum in holocauſtum. Die autem Pentecoſtali præter duo jugia addebant duo ſacrificiorum genera, quorum unum ſive additamentum diei, ſimile erat additamento novilunii, quod fiebat e duobus juvencis, ariete, & ſeptem agnis, omnes in holocauſtum, præter hircum in ſacrificium expiationis pro peccato. Alterum genus offerebatur cum duobus panibus, ſicuti Lex dicit, unus juvencus, ſeptem agni, omnes in holocauſta, & unus hircus in ſacrificium pro peccato, & duo agni in ſacrificium pacificum, quomodo fiet ut die Pentecoſtis offerant ſedecim agnos, duos agnos in ſacrificium pacificum, tres juvencos in holocauſtum, tres arietes, & duos hircos caprarum in ſacrificium expiationis pro peccato, quæ in integrum viginti ſex conficiunt ſacrificia. Cæterum novo anno præter acceſſorium novilunii & duo jugia offerebatur acceſſorium quoddam ex juvenco, ariete, ſeptemque agnis in holocauſta, & ex uno hirco caprarum in ſacrificium pro peccato. Die Expiationis peccatorum cœtus offerebat juvencum, arietem, & ſeptem agnos, omnes in holocauſta, & hircus in expiationem pro peccato, ſicuti additamentum novi anni proprie dictum; & præterea hircum in expiationem pro peccato, qui adjunctus erat hirco emiſſario, atque iſte hircus comburebatur, ſicuti in Lege declaratur; & porro arietem in holocauſtum de quo Levit. capite decimo ſexto. Primo autem Tabernaculorum die feſto, præter duo jugia offerebatur additamentum tredecim arietum, duorum juvencorum, & quatuordecim agnorum, omnes in holocauſta; & tandem hircum in expiationem pro peccato, in integrum triginta ſacrificia. Cæterum quolibet feſti iſtius die offerebantur duo juvenci, quatuordecim agni, & hircus in expiationem pro peccato. Arietes vero diminuebant, in dies unum detrahendo, eo uſque ut ſeptimo die ſeptem arietes offerrentur, duo juvenci, & quatuordecim agni, omnes in holocauſta; & tandem hircus in expiationem pro peccato, quæ in ſumma conficiunt viginti quatuor ſacrificia. Sed octavo feſti Tabernaculorum die offerebatur acceſſorium præter duo jugia, quod conſtabat ex ariete, agno, ſeptemque agnis, omnes in holocauſta; & unus hircus in expiationem pro peccato.

Hæc vero quæ memoravimus ſacrificia, vocabantur iſtis diebus acceſſoria, quia præter duo jugia offerebantur; etenim quando aliquod eorum accidebat in Sabbato, offerebatur acceſſorium Sabbati, & poſtea acceſſorium diei, ut, ſi novi anni dies incideret in Sabbatum, prius

prius offerebant ſacrificium juge matutinum, poſtea acceſſorium Sabbati, & poſtea acceſſorium diei novilunii, & poſtea acceſſorium diei, & tandem juge veſpertinum; hæc ſemper in memoria tenenda ſunt: ſed hæc ulterius exponentur omnia capite decimo tractatus Zevachim. Atque hæc ſunt ſacrificia cœtus ſtricte dicta, & ſemper oblata, ita ut iis nihil demi nec addi poſſit, & omnia deſtruunt quietem Sabbaticam, & immunditiei acceſſum, uti in tractatu Peſachim expoſitum eſt. Cæterum jam expoſitum eſt quod in ſacrificiis cœtum Iſraëliticum ſpectantibus non continentur pacifica, præter duos agnos in feſto Pentecoſtis offerendos, neque ſacrificium pro reatu; ſic etiam, quod in ſacrificiis cœtus duo tenenda ſunt quod ad ſacrificium pro peccato attinet, nimirum, ut reſidua eorum comedantur, & quod reſidua eorum comburenda ſint, videlicet hircus die Expiationis tantum.

Secundum genus eſt quo ſacrificium pro homine privato dividatur in quinque partes, quarum prima eſt qua homo obligatur ad ſacrificium propter aliquod opus ab ipſo factum, aut verbum ab ipſo prolatum. Secunda, qua tenetur ad ſacrificium ob caſum quendam qui corpori ipſius accidit. Tertia, qua ad ſacrificium obligatur ob caſum qui bonis ipſius accidit. Quarta, qua tenetur dum advenerit certum tempus. Quinta, qua tenetur ad ſacrificium propter modum vovendi. Prima itaque pars ea eſt quam tibi dicam, videlicet quod excidia in Lege memorata ſunt triginta ſex, ſicuti in tractatu Keritot exponitur, atque ex illis tria ſunt ob quæ non tenetur ſacrificio privato, is qui ex ignorantia peccaverit; ut, ſi quis agnum Paſchalem non paraverit in tempore ſuo, vel circumciſionem intermiſerit, vel blaſphemaverit, cujus ratio exponitur capite ſecundo tractatus Horajot, & in principio tractatus Keritot. Reliqua triginta tria obligant ad ſacrificium expiationis pro peccato, ſi quis ea ex ignorantia tranſgreſſus fuerit; ſi vero dubitaverit an tranſgreſſus fuerit necne, tenetur ſacrificio pro reatu dubio, præter eum qui ſanctuarium ejuſdemque res ſanctas polluerit, qui non tenetur ſacrificio pro reatu dubio, ſicuti in principio tractatus Keritot exponitur.

Sacrificium vero propter peccatum in ignorantia commiſſum contra aliquod præceptum, hoc erat, ſi quis Iſraëlita in caſu idololatriæ erraverit, offeret capram anniculam in expiationem pro peccato ſuo, ſi is ſit Rex, ſive ſacerdos unctus, ſive idiota e plebe. Si vero quis in Sanctuario ejuſdemve rebus ſanctis ex ignorantia peccaverit, agnam offerat, aut capram; at ſi ob paupertatem ſuam talem pecudem aſſequi nequeat, duos columbarum pullos offerat, vel duos turtures, unum in holocauſtum, & alterum in expiationem pro peccato. Et ſi neque hæc animalcula aſſequi poſſit, decimam Ephæ partem offerat, ſicuti Lex præſcribit. Porro in hocce ex ignorantia peccato commiſſo nullum eſt diſcrimen, ſive quis ſit Rex, vel ſacerdos unctus, vel plebejus. Si vero quis errore aliquod e reliquis triginta & uno peccatum commiſerit, tum inter perſonas diſcrimen eſt; nam ſi plebejus ſit is qui erravit, quem Lex vocat עם הארץ *populum terræ*, tenetur capram offerre, vel agnam in expiationem pro peccato. Si vero princeps ſit ſive Rex quo nemo ſuperior eſt, offerat hircum caprarum. Si ſacerdos unctus ſit, & cum iis conditionibus quas in tractatu Horajot capite ſecundo expoſuimus, offerat juvencum in expiationem pro peccato, atque hicce juvencus comburi debet ſecundum Legem; & vocatur *juvencus qui offertur pro omnibus præceptis*.

* Sacrificium a quolibet privato offerendum, licet cum ſerva deſponſa rem habuerit, ſive ſciens ſive inſciens, fiebat ex ariete in ſacrificium pro reatu, & hoc vocatur *ſacrificium pro reatu certo*; vel etiam, *ſacrificium pro reatu ſervæ deſponſæ*. Pariter, ſi quis pretium Prutæ e rebus ſanctis perceperit, prævaricatus eſt, & in ſacrificium pro reatu debet arietem, atque hoc vocatur אשם מעילות *ſacrificium pro reatu prævaricationis*; ea tamen conditione quum ex ignorantia peccaverit, nam ſi de induſtria, non tenetur ad ſacrificium prævaricationis, quia ſancta non profanantur de induſtria, ſed in ſanctitate ſua manent. Porro in jurejurando teſtimonii, vel depoſiti, ad ſacrificium tenetur ſi mentitus ſit, ſive ſciens ſive inſciens, ſicuti exponetur capite ſecundo tractatus Keritot. Sacrificium autem quod offerre tenetur is qui mentitus eſt in jurejurando teſtimonii, idem eſt quod offerre tenetur is qui Sanctuarium ejuſdemve res ſanctas polluerit. Verum ſacrificium quod ob jusjurandum depoſiti offerendum eſt, nimirum ſi quis depoſitum negaverit & falſo juraverit, fiebat ex ariete in ſacrificium pro reatu. Si vero quis furto quicquam abſtuliſſet, & falſo juraſſet, tenetur arietem offerre in ſacrificium pro reatu. Cæterum, ſi ei ſint a quoquam bona, ſive in commercio, ſive ea invenerit, ſive furatus fuerit, vel decipiendo acceperit, negando pecuniam quam ſolvere debebat pro talibus bonis, & ſuper hoc caſu juraverit, arietem offerre tenetur in ſacrificium pro reatu, atque hoc vocatur אשם גזילות *ſacrificium pro reatu*

rapti. Et non refert ſive ſciens ſive inſciens fecerit, dummodo arietem offerat in ſacrificium pro reatu, quemadmodum oſtendimus capite nono tractatus Bava Cama. Quum vero quis in ignorantia temere juraverit, eodem tenetur ſacrificio quo is qui Sanctuarium ejuſdemque res ſanctas polluerit. Atque hæc ſunt omnia ſacrificia quæ offerre tenetur quilibet privatus, quum peccatum aliquod commiſerit ſive opere ſive labiorum pronunciatione, ſicuti res noſtras hac in parte diſtribuimus.

Secunda pars eſt qua quis ad ſacrificium obligatus eſt propter caſum aliquem qui in ſua ipſius perſona contigit, ut, ſi ſeminifluus ſit, aut leproſus, vel Nazyræus mortuo aliquo pollutus, ſive ſciens ſive inſciens pollutus eſt, perinde habet; ſub hoc caſu quoque continetur menſtrua & puerpera. Sacrificium vero quod ſeminifluus & ſeminiflua offerre debebat peracta purificatione, duobus e turturibus fiebat, vel e duobus columbarum pullis, quorum unus in holocauſtum, alter in expiationem pro peccato parabatur. Puerperæ autem ſacrificium fiebat ex agno anniculo in holocauſtum, & e columbæ pullo aut turture in expiationem pro peccato. Si vero pauper ſit, duos columbæ pullos offerat, unum in holocauſtum, alterum in expiationem pro peccato, & agnum in ſacrificium pro reatu. Sed leproſus duos adducat agnos, unum in ſacrificium pro reatu, atque hoc vocatur אשם מוֹרע *ſacrificium pro reatu leproſi*; alterum in holocauſtum; in expiationem pro peccato agna offerebatur. Si is pauper eſſet, duos turtures offerebat, aut duos columbæ pullos, unum in expiationem, alterum in holocauſtum; agnum vero in ſacrificium pro reatu. Peregrinus gentilis vero numquam hac in parte conſiderabatur ut Iſraëlita, niſi religionem Judaicam amplexus fuiſſet ſub tribus ſequentibus ritibus, videlicet, circumciſione, baptiſmate, & ſacrificio, eodem modo quo Iſraëlitæ dum jugum præceptorum in ſe ſuſcipiebant; nam eos circumcidit propheta in Ægypto quum iis Legem de Paſchate dabat, atque præcipiebat ne quiſquam præputiatus comederet de iſto; porro ſe quoque baptizarunt in deſerto ante Legis dationem, & holocauſta offerebant, ac pacifica, ſicuti ſcriptum eſt Exod. 24, 5. וישלח ארת נערי בני ישראל ויעלו עולות Et poſtea data fuit Lex. Sacrificium vero offerebat proſelytus, e duobus turturibus vel duobus columbæ pullis conſtans, utriſque in holocauſta. Et hoc colligitur ex eo quod dicitur Num. 9, 14. Et in libro Siphri dicitur, quod ſicuti Iſraëlitæ non receperunt fœdus niſi tribus ritibus, circumciſione ſcilicet, baptiſmate, & ſacrificio, ita quoque neque peregrini abſque his tribus: (porro ibidem objicitur,) dicat non nemo, quemadmodum Iſraëlitæ ad holocauſta, & ſacrificia pacifica obligantur, ita etiam proſelyti, idcirco ſcriptum eſt Num. 15, 3. ועשיתם אשה & *facietis ignitum*; at quibus pecuniis? omnia namque holocauſta cedunt igni, & nihil exinde tibi integrum eſt; neque holocauſtum fieri poteſt niſi e volucribus, videlicet quod non ſint pecuniæ quibus emunt ſacrificia, & non ſimul ex iis aliquam utilitatem caperent, ſed omnino in altare abſumuntur, præter holocauſta ex avibus deſumpta, nam pecudum in holocauſta oblatarum pellis cedit ſacerdotibus. Et ut rem paucis expediamus, unam avem adducere nequit, nam in tota Lege non invenimus unam avem offerri, hinc dixerunt, omnes Legis nidi dimidia ex parte ſunt holocauſta, proſelyti holocauſto excepto quod totum igne abſumendum erat.

Tertia pars eſt qua quis ad ſacrificium obligatur ob caſum aliquem qui accidit ipſius bonis, nempe quod decimas pecudum, & primogenita ſpectat, quæ utraque ſimilia ſunt pacificis, niſi quod pecudum decimas comedant poſſeſſores earum Jeruſolymæ, ut decimas ſecundas; primogenitum vero oblatum ſi perfectum ſit, comedunt ipſum ſacerdotes, ſicuti in tractatu Bechorot exponitur. Sic etiam quando quis adduxerit primitias, offerat ſacrificium pacificum, uti ſecundo capite tractatus Biccurim exponitur.

Quarta pars eſt qua quis ad ſacrificium obligatur dum advenerit certum aliquod tempus, nempe in tribus feſtis, nam quilibet Iſraëlita in omni feſto ſolemni tenetur offerre holocauſtum, atque hoc vocatur עלת ראיה *holocauſtum apparitionis.* Cæterum ſacrificium pacificum eſt id quod vocatur חגיגה *Chagiga*, eo quod ſcriptum eſt Deut. 16, 15. תחוג ליהוה אלהיך Præterea aliud ſacrificium pacificum offerebatur præter *Chagigam*, quod vocabatur שלמי שמחה *pacifica lætitiæ*, de quo ſcriptum eſt Deut. 16, 14. ושמחת בחגך Cæterum jam ſtricte expoſuimus horum trium ſacrificiorum ſenſum, & quinam ad ea obligantur, quo modo, quo tempore, capite primo & ſecundo tractatus Chagiga; & hæc omnia omnino ex debito offeruntor, videlicet ſacrificium apparitionis coram Domino, *Chagigæ*, & lætitiæ. Verum ſacrificia pacifica diei decimi quarti menſis Niſan quæ a privatis hominibus offerebantur ſimul cum ſacrificio Paſchali, de quo ſcriptum eſt Deut. 16, 2. וזבחת פסח ליהוה אלהיך צאן ובקר Quæ ſacrificia ſunt ſpontanea, ſicuti expoſuimus capite ſexto Peſachim. Quod autem

autem Gemara Chagigam vocat ſacrificium cœtus, id factum eſt, quia univerſus cœtus id offerebat; ego vero illa inter partes ſacrificiorum pro privatis retuli, eo quod quiſque privatus ea pro ſe offerebat, & Sabbatum non pellebant, neque immunditiem.

Quinta pars eſt, qua obligatur ad ſacrificium propter votum, ſi exempli gratia quis Nazyræatum voverit pro tempore, vel votum aliquod fecerit. Si igitur quis ſe ad Nazyræatum obſtrinxerit pro tempore, tum offerat ſacrificium purificationis quum tempus iſtud adimpletum fuerit, nimirum agnum anniculum in holocauſtum, agnamque anniculam in expiationem pro peccato, & arietem in ſacrificium pacificum. Alterum autem genus quod נדר vocatur, ſe habet hoc ſenſu, ſi dixerit, *promitto holocauſtum*, vel, *promitto pacificum.* Sed נדבה hoc eſt, ſi is qui voverit, manum ſuam præſenti animo imponat animali, *hoc ſit holocauſtum*, vel, *hoc ſit pacificum.* Differunt autem נדר & נדבה in aliquibus, nam ſi quis נדר voverit, & ſacrificium iſtud perierit, tenetur ad reſtitutionem illius; at non ita ad נדבה. Cæterum תודה *ſacrificium euchariſticum* eſt, ſi dixerit, *en ſuper me ſit ſacrificium euchariſticum*, atque hoc idem eſt cum קרבן שלמים *ſacrificio pacifico*, & cum eo venit מנחה *donum*, uti in tractatu Menachot exponitur. Ex iis igitur quæ tibi dixi, manifeſtum erit neminem in נדר neque in נדבה vovere poſſe ſacrificium expiationis pro peccato, neque ſacrificium pro reatu, ſed holocauſtum vel pacificum duntaxat, quod e volucribus & pecude fiebat. Sic etiam tibi dixi quod volucribus non fiunt ſacrificia pacifica; atque hæc omnia ſunt ſacrificia a privatis offerenda, quæ neque jura Sabbati violant, neque immunditiem efficiunt.

Tertium genus continet ſacrificium a cœtu offerendum quod ſacrificio pro privatis aliquo modo ſimile eſt, nimirum, ſi Synedrium magnum erraverit, & de induſtria rem illicitam pronunciaverit licitam, tum tenetur pœna excidii; ſi vero ex ignorantia peccaverit, tenetur ſacrificio expiationis fixo; & quum cœtus fecerit ex dicto ipſorum, ſicuti exponitur in tractatu Horayot, is tenetur ſacrificio expiationis pro peccato. Et ſi hoc in caſu idololatrico factum ſit, tenetur holocauſto e juvenco, & ſacrificio pro peccato ex hirco caprarum: & ad huncce juvencum & hircum tenentur omnes Iſraëlis tribus, uti in tractatu Horajot expoſitum eſt. Hi autem hirci comburebantur, eo quod ſunt ſacrificium expiationis pro peccato cœtus; & de juvenco pro re occulta offerendo dicit Lex quod is comburendus ſit Levit. 4, 21. חטאת הקהל ad hoc in Siphra dixerunt, hoc omnium reliquorum ſacrificiorum pro cœtus peccatis præcipuum eſt ac veluti pater, quod comburendum eſt; atque hi peccata expiantes hirci vocantur שעירי עבודה זרה *hirci idololatriæ*, ſive, hirci pro idololatriæ peccatis offerendi, quia Synedrium eos offerebat pro errore idololatrico. Si vero in cæteris Synedrium erraſſet præceptis, uti expoſitum eſt in codice Horayot, tenetur juvenco in ſacrificium pro peccato, atque is vocatur פר העלם דבר של צבור *juvencus pro re occulta cœtus.* Nam Levit. 4, 13. dicitur ונעלם דבר *Et ſi res occulta ſit:* ſed in aliquibus locis vocatur פר הבא על כל המצות *juvencus qui venit pro omnibus præceptis.* Lex vero de iſto dicit quod comburi debet: & ad eundem offerendum tenentur omnes tribus, ſicuti in tractatu Horajot exponitur. Et propterea hæc genera retulimus inter ſacrificia cœtus, eo quod ſcriptum eſt de ipſo Levit. 4, 14. והקריבו הקהל & Num. 15, 24. ועשו כל העדה & verſu 25. וכפר הכהן על כל עדת בני ישראל & ibid. verſ. 26. ונסלח לכל עדת בני ישראל Et hoc ſimile eſt ſacrificio pro privato offerendo, etenim Sabbatum non violat, nec immunditiem efficit, quemadmodum ſacrificium quod pro privatis offertur.

Quartum genus eſt privatorum ſacrificiorum quæ publicis aliquo modo ſimilia ſunt, nam ſacrificium Paſchale quarto decimo die menſis Niſan mactabatur a quolibet Iſraëlita, ſicuti in Tractatu Peſachim expoſitum eſt. Pariter juvencus expiatorius, & aries holocauſticus qui offerebantur a pontifice maximo die Expiationis, quemadmodum dicitur Levit. 16, 3. Cæterum in tractatu Joma jam expoſitus eſt omnium ordo, atque ea quæ de combuſtione juvenci in Lege conſignata ſunt. Et hoc genus quodammodo ſimile eſt ſacrificio cœtus ſive publico, eo quod Sabbatum violat, & immunditiem deſtruit, eo quod nobis hypotheſis eſt, quod nullum ſacrificium cui tempus fixum eſt, violet jura Sabbati, vel immunditiem inducat. Ne autem erres in ſenſu *Chagigæ*, quia per omnes ſeptem dies offerri poteſt, atque etiam in feſto Pentecoſtis exhiberi poteſt omnes ſeptem dies, quemadmodum in tractatu *Chagiga* exponitur; & propterea neque Sabbatum violat, neque immunditiem inducit. Quando autem omnia ſacrificia enumeraveris, invenies quod nullo in ſacrificio cœtus inveniatur genus fœmineum, neque in ſacrificiis privatis quæ his ſimilia ſunt. Neque ullum eſt cœtus ſacrificium expiatorium quod comburendum eſt, niſi hircus diei Expiationis qui hirci emiſſarii ſocius erat, ut & hirci pro idolo-

idololatria offerendi, ac juvencus pro re occulta; & reliqua ſacrificia expiatoria comedebantur a ſacerdotibus maſculis. Pariter deprehendes, quod omne ſacrificium privatum ſit fœmineum, tribus exceptis ſacrificiis expiatoriis quæ maſcula ſunt, licet privata ſint, nimirum hircus quem Rex offerebat, ſi erraſſet in re quæ excidii pœnam ſtatuit, ſi de induſtria peccaſſet, ſi vero ex ignorantia, ſacrificium pro peccato fixo; & juvencus pro omnibus præceptis offerebatur a ſacerdote uncto, ſi ex ignorantia peccaſſet, ut & juvencus diei Expiationis. Sic etiam exponetur, quod non omnia privata ſacrificia comburuntur, præter juvencum pro omnibus præceptis offerendum, & juvencum diei Expiationis: cætera vero omnia comeduntur. Porro quoque exponetur quod in omnibus ſacrificiis pro cœtu expiatoriis non continetur genus ovium, neque genus caprarum in holocauſtis. Neque in omnibus ſacrificiis privatis expiatoriis continetur genus jumenti, præter juvencum qui pro omnibus offertur præceptis, & juvencum die Expiationis, qui ambo penitus comburuntur, ſicuti expoſuimus.

Quomodo ex iis quæ dicta ſunt, conſequetur, quod omne ſacrificium expiatorium privatum comedatur, & fœmineum ſit, non e genere jumenti, hirco a Principe offerendo excepto, qui maſculus eſt, ut & juvenco pro præceptis offerendo, atque diei Expiationis juvenco, qui maſculi ſunt, & e genere jumenti, qui ambo comburi debent. Vocatur autem *juvencus qui venit pro omnibus præceptis*, quia Levit. 4, 2. dicitur נפש כי תחטא בשגגה מכל מצות יהוה Atque hæc omnium ſacrificiorum ex animantibus offerendorum ſumma ſit, quæ priſcis ſeculis a Deo ſancita erant, & comprehenduntur univerſa ſub nomine זבחים. Tandem de generum varietate notandum eſt, quod non offerebantur quæ vitio aliquo laborabant, de quo in hoc libro pluribus agetur. Sic etiam quod nemo in altare quicquam offerebat niſi eſſet ſacerdos immunis ab omni vitio, quod item in hoc libro exponetur. Et quod nihil offerri poſſit niſi de die, ſicuti dicitur Levit. 7, 35. ביום צותו את בני ישראל dicitur in *die*, & non, in nocte. Et quod nullum ſacrificium offerendum ſit niſi in Sanctuario, in quocunque id fiat loco. Quandoquidem enim Deus nobis in Lege ſignificavit, locum ſacrificiis deſtinatum eſſe montem Moriam, idcirco nullo in loco terræ Iſraëliticæ ſacrificium offerri poteſt præterquam Jeruſolymis, ubi eſt mons Moria; ſicuti in tractatu Middot exponitur. Nam diſcrimen eſt inter unum atque alterum ſacrificiorum genus in miniſteriis ſuis, & in caſibus qui unicuique generi contingunt, de quibus in tractatu Zevachim inquiritur, aliiſque in locis hujuſce libri.

מסכת זבחים

פרק א כל הזבחים שנזבחו שלא לשמן כשרים אלא שלא עלו לבעלים לשם חובה חוץ מן הפסח ומן החטאת הפסח בזמנו והחטאת בכל זמן רבי אליעזר אומר אף האשם הפסח בזמנו והחטאת והאשם בכל זמן אמר רבי אליעזר החטאת באה על חטא והאשם בא על חטא מה החטאת פסולה שלא לשמה אף האשם פסול שלא לשמו :

R. OB. DE BARTENORA.

כל הזבחים שנזבחו שלא לשמן *Omnia ſacrificia mactata non in nomine ſuo*, ut, ſi mactatum ſit holocauſtum in nomine ſacrificii pacifici. כשרין *legitima ſunt*, ſanguis eorum ſpargetur, & adipes in nomine ipſorum comburentur, eo quod ſuam habent ſanctitatem, de qua nihil immutare licet.

אלא שלא עלו לבעלים לשם חובה *Niſi quod dominorum ſuorum debito non ſatisfaciunt*, & aliud offerendum eſt in debitum eorum vel in votum eorum, quod in nomine poſſeſſoris ſui mactandum eſt, eo quod ſcriptum eſt Deut. 23. 24. מוצא שפתיך תשמר ועשית כאשר נדרת ליהוה אלהיך נדבה ad hæc dixerunt, quomodo? ſi ſit נדר, non eſt נדבה, vel contra? ſed hic ſenſus eſto, ſi fecerit quis ut promiſerit, nimirum, ſi ſacrificium mactatum ſit in nomine נדר atque in nomine poſſeſſoris ſui, erit נדר, ſin minus, ſcil. ſi non mactatum ſit in nomine poſſeſſoris ſui, erit נדבת, ſcil. tam legitimum eſt quam ſi id in nomine נדבה obtuliſſet; attamen in hoc non ſatisfit debito נדר, eo quod poſſeſſori non imputatur in nomine debiti ſui. Hoc autem intelligendum eſt de ſacrificio privato, cui ſuus eſt poſſeſſor; ſed ſacrificia cœtus non in nomine ipſius mactata, tamen imputantur cœtui in nomine debiti, eo quod mactatio ea deducit ad quod neceſſaria ſunt. Sed hoc duntaxat intelligendum eſt quando nullatenus in nomine ſuo mactatum eſt, quod poſſeſſoribus ſuis non imputatur in nomine debiti; at ſi ſimpliciter mactatum ſit, poſſeſſoribus ſuis imputatur ex debito.

חוץ מן הפסח *Excepto ſacrificio Paſchali*, nam de Paſchate ſcriptum eſt Deut. 16. 1. ועשית פסח nimirum ut miniſterium illius fiat in nomine Paſchatis. Præterea ſcriptum eſt Exod. 12, 27. ואמרתם זבח פסח הוא ליהוה mactetur ergo in nomine Paſchatis; atque ex his duobus verſibus unus venit ad id illegitimum pronunciandum, ſi in nomine Paſchatis non mactatum ſit, alter vero ad idem illegitimum dicendum ſi in nomine poſſeſſoris non mactatum ſit.

ומן החטאת *Et ſacrificio pro peccato*, excepto, duo enim loci de ſacrificio pro peccato loquuntur, ut Levit. 4, 33. ושחט אותה לחטאת mactetur ergo in nomine ſacrificii pro peccato. Et ibidem ſcriptum eſt verſu 34. ולקח הכהן מדם החטאת ſanguis itaque excipiatur & ſpargatur in nomine ſacrificii pro peccato; porro ibidem dicitur וכפר עליו הכהן ſuper iſto ergo expiabit, & non pro alio; nam requiritur ut in nomine poſſeſſoris expiatio fiat: & poſtea מחטאתו אשר חטא ergo in nomine iſtius peccati. Nam non dicimus, quod expiatio illegitima ſit ſi non facta ſit in nomine iſtius peccati, niſi quum mactatum ſit ſacrificium in nomine alius ſanctitatis. Si vero in nomine profani mactatum ſit, legitimum quidem eſt, at poſſeſſoribus non imputatur in nomine debiti, eo quod ſcriptum eſt Levit. 22, 15. ולא יחללו את קדשי בני ישראל Sanctitas una profanat quidem aliam, at profanum non profanat ſanctum.

הפסח

Tractatus de Sacrificiis.

Caput I. Omnia Sacrificia, quæ mactantur alio quam ſuo titulo, legitima tamen ſunt; niſi quod Dominorum ſuorum debito non ſatisfaciunt: Excepto (quorum tum legitimum non eſt) Paſchate, & ſacrificio pro peccato: Paſchate quidem, ſuo tempore (h. e. Paſchali;) Sacrificio autem pro peccato, omni tempore. Rabbi Elieſer dicit; etiam ſacrificio pro reatu (excepto:) Paſchate quidem, tempore ſuo; ſacrificio autem pro peccato & pro reatu, omni tempore. Dixit enim R. Elieſer; ſicut ſacrificium pro peccato offertur pro peccato: ſic ſacrificium pro reatu offertur pro peccato. Jam vero quomodo ſe habet ſacrificium pro peccato? reprobum eſt, ſi alieno quam ſuo nomine (mactatur.) Ergo etiam ſacrificium pro reatu reprobum eſt, ſi alio quam ſuo nomine.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כשרים *Legitima ſunt*, ſenſus eſt, quando miniſterium peractum fuerit in nomine ſacrificii, licet in nomine ſuo non mactatum ſit, ut, ſi holocauſtum mactaverit in nomine ſacrificii pro peccato, & deinceps ei innotuerit quod erat holocauſtum, tum ſanguinem excipere licet in nomine holocauſti, & miniſterium illius perficere in nomine holocauſti, etſi hoc holocauſtum nihil valeat pro poſſeſſoribus illius. Verum ne inferas ex eo quod dicitur *id non valere pro poſſeſſoribus*, ſermonem eſſe de ſacrificiis quæ certos habent poſſeſſores. Cæterum ſacrificia cœtus non profanantur mactatione quæ non facta eſt in nomine ipſorum; Sapientes enim noſtri dixerunt, in ſacrificiis cœtus culter ad quodlibet ſacrificium adhiberi poteſt. Et hoc collegerunt e ſacrificiis privatis, de quibus dicitur Deut. 23, 24. Differentiam vero quæ eſt inter נדר & נדבה jam expoſuimus, idcirco in loco modo allegato dicitur, ſi feceris quemadmodum promiſiſti, tum נדר eſt, ſin minus, eſt נדבה; ſenſus eſt, ſi in nomine ſacrificii, & in nomine poſſeſſoris mactatum ſit ſacrificium, tum poſſeſſori ſatisfactum eſt ex debito, & liberatur ab obligatione נדר: Si vero inter mactandum intentio immutata ſit, vel non mactatum in nomine, vel non in nomine poſſeſſoris, tamen legitimum eſt, ſed נדבה eſt, & obligatio voti נדר remanet.

שלא לשמן *Non in nomine ſuo*, hinc probatur quod ſi ſimpliciter mactaverit, legitimum ſit, & poſſeſſoribus imputetur. De ſacrificio Paſchali ſcriptum eſt Deut. 15, 1. ועשית פסח ad hoc Sapientes dixerunt, omnia illius opera fiant in nomine Paſchatis; præterea Exod. 12, 27. dicitur ואמרתם זבח פסח הוא ליהוה id eſt, ut mactatio fiat in nomine Paſchatis; horum vero duorum verſuum unus eſt pro ſacrificio non in nomine ſuo mactato, quod illegitimum eſt, alter pro eo quod non mactatum eſt in nomine poſſeſſorum. De ſacrificio pro peccato dicitur Levit. 4, 33. ושחט אותו לחטאת unde colligitur quod mactatio fieri debet in ſacrificium pro peccato. Sic etiam 34, & 35. dicitur ולקח הכהן מדם החטאת וכפר עליו הכהן מחטאתו אשר חטא colligitur quod ſanguis in nomine ſacrificii excipi debet, & ſpargi; idcirco ſi non mactatum eſt in nomine ſuo, nec in nomine poſſeſſoris ſui, illegitimum eſt, eo quod ſcriptum eſt ſuperius. וכפר עליו הכהן *Super ipſum* ergo, ſcilicet poſſeſſorem expiabit, & non ſuper alium. Præterea neceſſe eſt ut ſcias, quod ſi ſacrificium pro peccato mactatum ſit in nomine profano, ſit quidem legitimum, at poſſeſſori nihil valet. Si vero in nomine alius rei ſanctæ mactatum ſit, illegitimum eſt, & hoc eſt quod ſcriptum eſt Levit. 22, 15. ולא יחללו את קדשי בני ישראל una itaque res ſancta polluit aliam, at profanæ non profanant ſanctas. Paſchatis autem mactandi tempus ſtatutum eſt decimo quarto die menſis Niſan, at ſi quis alio id ipſum die mactaverit in nomine Paſchatis, illegitimum eſt; ſed ſi non in nomine ſuo, legitimum eſt. R. Eliezer

ſen-

הפסח בזמנו *Paſcha tempore ſuo*, illegitimum factum eſt, ſi non in nomine ſuo mactatum ſit, ſcilicet a meridie veſperæ Paſchatis uſque ad noctem; ante vero & poſt iſtud tempus ſtatuimus Paſchale ſacrificium in cæteris anni diebus ſimile eſſe ſacrificio pacifico in omnibus ipſius ritibus.

אף האשם *Etiam ſacrificio pro reatu*, excepto, ob rationem quam ſtatim adfert, *ſacrificium pro peccato offertur pro peccato* &c. nam ſcriptum eſt Levit. 16, 10. כחטאת כאשם Sapientes putant ſacrificium pro peccato cui adjungitur exceptio, eſſe illegitimum; ſed ſacrificium pro reatu cui non adjungitur exceptio, eſſe legitimum. Si vero dixeris, de ſacrificio pro reatu quoque ſcriptum eſt אשם הוא quæ exceptio eſt; reſpondemus id duntaxat poſt adipum adolitionem dici; ſi vero Lex id illegitimum dixerit non in nomine ſuo mactatum, ante adolitionem adipum id dici oportuiſſet; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

ſententiam ſuam probare conatur ex eo quod ſcriptum eſt Levit. 6. 10. כחטאת כאשם Sed in hoc caſu aliter ſe res habet, eo quod in ſacrificio pro reatu non invenimus exceptionem quam invenimus in ſacrificio pro peccato, uti ſcriptum eſt Levit. 4. 33. ושחט אותה לחטאת Quamvis enim de ſacrificio pro reatu dicatur אשם הוא id tamen non dictum eſt de mactatione illius, ſicuti de ſacrificio expiationis pro peccato dicitur; ſed hoc de ſacrificio pro reatu dicitur poſt adipum adolitionem; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

ב יוסי בן חוני אומר הנשחטים לשם פסח ולשם חטאת פסולין שמעון אחי עזריה אומר שחטן לשם גבוה מהם כשרין לשם נמוך מהם פסולים כיצד קדשי קדשים ששחטן לשם קדשים קלים פסולין קדשים קלים ששחטן לשם קדשי קדשים כשרין הבכור והמעשר ששחטן לשם שלמים כשרין ושלמים ששחטן לשם בכור לשם מעשר פסולין :

2. Joſe ben Chunai dicit; quæ mactantut titulo Paſchatis, aut titulo ſacrificii pro peccato, reproba ſunt. Simeon frater Aſariæ dicit; quæ quis mactat titulo illis excellentiore, legitima ſunt: quæ verò titulo illis ignobiliore, reproba. Quomodo? Si quis mactaverit ſancta ſanctorum titulo ſanctorum ſimplicium, reproba ſunt. At ſi quis mactaverit ſancta ſimplicia titulo ſanctorum ſanctorum, legitima ſunt. Sic ſi quis mactaverit primogenitum & decimas titulo pacificorum, legitima ſunt. Sin mactaverit pacifica titulo primogeniti, aut titulo decimarum, reproba ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

הנשחטים לשם פסח *Quæ mactantur in nomine Paſchatis*, cætera vero omnia ſacrificia, ſi quarto decimo die menſis Niſan mactata ſint in nomine Paſchatis, illegitima ſunt; ita quoque, ſi in nomine ſacrificii pro peccato mactata ſint, quocunque in tempore, illegitima ſunt, ſicuti illegitima ſunt ſi alieno titulo mactata ſint. Diſſentit enim Joſe a doctore primo, dicente ſuperius, *omnia ſacrificia quæ mactantur alio quam ſuo titulo, legitima ſunt*; & dicit is ſcil. Joſe, dummodo ea non mactet in nomine Paſchatis, neque in nomine ſacrificii pro peccato.

שמעון אחי עזריה *Simeon frater Azariæ*, ita Simeoni additur nomen fratris Azariæ, quia Azarias negotiis operam dabat atque Simeonem fratrem ſuum inde ſuſtentabat Legi operam dantem, & Azariæ contra tribueretur a Deo dimidia ſtudii ipſius merces. שחטן *quæ quis mactat*, reliqua ſacrificia in nomine excellentiorum mactata, legitima ſunt.

לשם נמוך מהן *In nomine ignobiliori*, in nomine ſacrificii alicujus minus ſancti ſi mactata ſint illegitima ſunt, eo quod ſcriptum eſt Levit. 22, 15. *Non profanabunt ſancta filiorum Iſraëlis, in eo quod Domino elevabunt.* In ceteris ergo quæ excellentiora ſunt, & elevantur Domino, non licet profanare; ſed in ignobilioribus licet; deciſio non eſt ſecundum Joſen Choni filium, neque ſecundum Simeonem Azariæ fratrem. בכור ומעשר *primogenitum & decimas*, primogenita & decimæ pecudum ſacrificiis pacificis inferiora ſunt, eo quod ſacrificia pacifica requirunt duas aſperſiones quæ efficiunt quatuor; & manuum impoſitionem, libamina, pectoris armique agitationem, quod non ita fit in primogenitis, decimiſque, eo quod ſanguis eorum ſemel duntaxat ſpargitur, nec impoſitio manuum nec libamen in iis obtinet, neque pectoris armique agitatio.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Joſe filius Choni contradicit doctori primo, quod nimirum id quod dixit de reliquis ſacrificiis non in nominibus ſuis factis, ea legitima eſſe, intelligendum eſt duntaxat quando in nomine ſacrificiorum pro peccatis non mactata ſunt, vel in nomine Paſchatis; ſed quum holocauſtum vel pacificum mactatum ſit in nomine ſacrificii pro peccatis, aut in nomine Paſchatis, iſtud ſacrificium illegitimum eſt. Simon vero Azariæ frater contradicit Joſi filio Choni, & doctori primo, & putat quod reliqua ſacrificia, ſi in nomine ſacrificii mactata ſint quod ſanctius erat iſtis, legitima ſint. Si vero mactata ſint in nomine ſacrificii minus ſancti, illegitima ſint. Et hoc colligit ex iis quæ dicuntur Levit. 22. 15. ולא יחללו את קדשי בני ישראל quorum ſenſus eſt quod gradum ſanctitatis non licet diminuere. Præterea capite quinto hujuſce tractatus tibi exponam, quænam ſint ſancta levia, quænam vero omnium ſanctiſſima; ibidemque etiam exponetur quod primogenita & decimæ, ac ſacrificia pacifica, omnia ſunt ſancta levia; & pacificis aliqua debetur excellentia, eo quod iſta quatuor habent ſanguinis aſperſiones, & manuum impoſitionem, libamina, pectoris & armi agitationem; ſed in primogenito horum rituum nullus obtinet, neque in decimis, quemadmodum ſingula ſuis locis exponentur in hocce libro; deciſio eſt ſecundum doctorem primum.

ג הפסח ששחטו בשחרית ב״ד שלא לשמו רבי יהושע מכשיר כאלו נשחט בשלשה עשר בן בתירא פוסל כאלו נשחט בין הערבים אמר שמעון בן עזאי מקובל אני מפי שבעים ושנים זקנים ביום שהושיבו רבי אלעזר בן עזריה בישיבה שכל הזבחים הנאכלים שנזבחו שלא לשמן כשרין אלא שלא עלו לבעלים משום חובה חוץ מן הפסח ומן החטאת ולא הוסיף בן עזאי אלא העולה ולא הודו לו חכמים :

3. Si mactent Paſcha mane diei decimi quarti (menſis Niſan) alio quam ſuo titulo, Rabbi Jehoſchea legitimum pronuntiat, quaſi mactatum eſſet decimo tertio. At filius Bathiræ reprobat, quaſi mactatum eſſet inter veſperas (diei decimi quarti.) Dixit quidem Simeon filius Aſai; traditum accepi ego ex ore Septuaginta duorum ſeniorum, eo die, quo præfecerunt R. Eleaſarem filium Aſariæ Synagogæ, quod quæcunque ſacrificia comedenda mactentur alio quam ſuo titulo, ſint legitima; niſi quod non ſatisfaciant debito Dominorum: Excepto Paſchate & ſacrificio pro peccato: nec addidit filius Aſai quicquam præter holocauſtum. Sed tamen non conſenſerunt ei Sapientes.

R. OB.

R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

רבי יהושע מכשיר *R. Joſua legitimum pronunciat*, quia is ſacrificium iſtud conſiderat ut Paſcha reliquorum dierum, cum tempus mactandi ſit inter duas veſperas. *Filius Betheræ illegitimum pronunciat*, quandoquidem pars diei legitima eſt, pro Paſchate, idcirco eſt ut Paſchatis mactatio in tempore ſuo; deciſio eſt ſecundum filium Betheræ. *Ex ore ſeptuaginta duorum ſeniorum*, ut tibi inde notum fiat quod illi in uno conſeſſu conſederunt, & omnes ut vir unus docuerunt, idcirco autor tradit זקן, & non זקנים in plurali. הנאכלין *quæ comeduntur*, at non holocauſta. *Filius Azai non addidit*, verbis Sapientum, ad illegitimum pronunciandum præter Paſcha & ſacrificium pro peccato, duntaxat holocauſtum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi ſatis notum eſt id quod Lex de Paſchate dicit בין הערבים *inter duas veſperas*; præterea tibi ſignificabo quod Paſcha non in tempore ſuo, neque in nomine ſuo mactatum, ſit legitimum. R. Jehoſua autem dicit, quod tempus iſtud quo dicitur id non in nomine ſuo mactatum eſſe, ſit tempus mactationis inter duas veſperas; non autem, ſi antea in principio diei mactatum ſit. Filius Betheræ dicit, pars diei decimi quarti legitima eſt, & propterea quando Paſcha die decimo quarto quis mactaverit non in nomine ſuo, illegitimum eſt, licet in principio diei. Cæterum jam noſti quod holocauſtum totum comburendum ſit, quemadmodum expoſuimus in prologo noſtro; deciſio non eſt ſecundum Filium Azai, neque ſecundum Filium Betheræ.

ד הפסח והחטאת ששחטן שלא לשמן קבל והלך וזרק שלא לשמן או לשמן ושלא לשמן או שלא לשמן ולשמן פסולים כיצד לשמן ושלא לשמן לשם פסח ולשם שלמים שלא לשמן ולשמן לשם שלמים ולשם הפסח שהזבח נפסל בד' דברים בשחיטה ובקבול ובהלוך ובזריקה רבי שמעון מכשיר בהלוך שהיה רבי שמעון אומר אי אפשר שלא בשחיטה ושלא בקבלה ושלא בזריקה אבל אפשר שלא בהלוך שוחט בצד המזבח וזורק רבי אליעזר אומר המהלך במקום שהוא צריך להלך המחשבה פוסלת ובמקום שאין צריך להלך אין המחשבה פוסלת:

4. Si quis Paſcha aut ſacrificium pro peccato mactaverit alio quam ſuo titulo: (aut) exceperit (ſanguinem,) & aſportaverit, & ſparſerit alio quam ſuo titulo: aut ſuo titulo ſimulque alio quam ſuo titulo: aut alio quam ſuo titulo, & ſimul ſuo titulo; reproba ſunt. Quomodo ſuo titulo & ſimul alio quam ſuo titulo? (ex. gr.) Si titulo Paſchatis & titulo pacificorum. (Quomodo) alio quam ſuo titulo & ſimul ſuo titulo? (e. g.) Si nomine pacificorum & ſimul nomine Paſchatis. Nam ſacrificium fit reprobum quatuor de cauſis: Per mactationem, & per exceptionem (ſanguinis,) & per aſportationem, & per effuſionem. Rabbi Schimeon legitimum pronunciat in aſportatione. Dicebat enim R. Schimeon, non poteſt fieri (ſacrificium) ſine mactatione, aut ſine exceptione (ſanguinis,) aut ſine effuſione: Poteſt autem fieri ſine aſportatione, ſi quis mactet nimirum ad latus altaris, & effundat. R. Elieſer dicit, ſi quis aſportat in locum, quo aſportari debet, cogitatio reprobum reddere poteſt: Sin in locum, quo aſportari non debet, cogitatio reprobum reddere non poteſt.

R. OB. DE BARTENORA.

קבל והלך וזרק *Excepit, adduxit, & ſparſit*, ſenſus eſt, ſi ea mactaverit non in nominibus ſuis, vel ſanguinem in ſcutella exceperit, vel ad altare aſportaverit, vel ſparſerit, vel horum quatuor miniſteriorum aliquod non in nomine ipſorum peregerit, in Paſchate, & in ſacrificio pro peccato, illegitime egit. Et in cæteris ſacrificiis poſſeſſoribus non imputabuntur ex debito; licet enim unum e quatuor hiſce miniſteriis factum ſit in nomine vel non in nomine ipſorum ſimul, ſive intentio nominis præceſſerit, ſive nulla intentio nominis præceſſerit, omni modo illegitime egit.

אבל אפשר שלא בהילוך *Sed tamen fieri poteſt abſque aſportatione*, idcirco non cenſetur id illegitimum fieri poſſe; Sapientes dicunt, licet ſine aſportatione fieri poſſit, intentio tamen illegitimum facit, nam miniſterium abſque neceſſitate factum, tamen vocatur miniſterium, & idcirco ſanguinis aſportatio eſt miniſterium, eo quod per quemlibet Iſraëlitam non ritè peragitur, uti ſcriptum eſt Levit. 1, 5. Ab exceptione ſanguinis ergo & deinceps præceptum ſacerdotale incipit. *Qui aſportaverit ad locum quo aſportari neceſſe erat*, hanc aſportationem cogitatio illegitimam reddere poteſt, at quomodo? ſi exceperit ſanguinem in loco procul diſſito ab altari, eumque intro ad altare aſportaverit, nam aſportatio ad altaris latus, eſt aſportatio neceſſaria, & idcirco cogitatio eam illegitimam facere poteſt. Si vero ſanguinem exceperit intro prope altare, & extra deportaverit, ea eſt portatio non neceſſaria, atque eandem cogitatio non facit illegitimam. Si vero eum rurſus intro portaverit, hæc eſt portatio neceſſaria; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer, nec ſecundum R. Jehoſuam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia hæc clara ſunt, nam nos ſequimur cogitationem in his quatuor miniſteriis, etſi is qui mactavit, unum ſacrificium abſque intentione tituli ſui mactaverit, iſtud eſt illegitimum ſi ſit ſacrificium pro peccato, aut Paſcha; ſi vero ſit de reliquiis ſacrificiorum, non imputantur poſſeſſoribus ſuis, uti diximus. Sed R. Simeon jam expoſuit rationem illius quod dicitur. Sapientes autem dixerunt, miniſterium licet abſque neceſſitate factum, tamen vocari miniſterium; oportet etiam ut ſcias id quod illi dixerunt, nimirum Sapientes, adductionem ſanguinis ad altare illegitime fieri per quemlibet Iſraëlitam. Præterea in Siphra dicitur, inde ab exceptione ſanguinis & ulterius vigere ſacerdotis præceptum. Id autem quod R. Eliezer dicit, במקום שהוא צריך להלך *in locum quo aſportari debet*, ſi nimirum ſanguinem adduxerit a loco mactationis & interius in atrium, ſive prope atrium. Locus autem quo non adduci debet ſanguis, eſt extra atrium; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer, nec ſecundum R. Simeon.

פרק ב כל הזבחים שקבלו דמן זר אונן טבול יום מחוסר בגדים מחוסר כפורים שלא רחץ ידים ורגלים ערל טמא יושב עומד על גבי כלים על

Caput 2. Quorumcunque ſacrificiorum ſanguinem excepit laicus, lugens, lavandus eodem die, deſtitutus veſtibus (competentibus,) deſtitutus expiatione, is qui non lavit manus & pedes, præputiatus,

גבי בהמה על גבי רגלי חבירו פסל קבל בשמאל פסל רבי שמעון מכשיר נשפך על הרצפה ואספו פסול נתנו על גבי הכבש שלא כנגד היסוד נתן את הנתנין למטן למעלן ואת הניתנים למעלן למטן את התנים בפנים בחוץ ואת הנתנין בחוץ בפנים פסול ואין בו כרת :

tus, immundus, ſedens, ſtans ſuper vaſis, aut ſuper beſtia, aut ſuper pedibus proximi ſui, reproba ſunt. Si quis excipit (ſanguinem) ſiniſtrâ, reprobum eſt. Rabbi Simeon quidem legitimum pronuntiat. Si effunditur (ſanguis) ſuper pavimentum, & eum quis colligit, reprobum eſt. Si quis effundit illum ſuper clivum non e regione fundamenti (altaris,) (aut) ſi quis effundit ſurſum (ſanguines,) qui debent effundi deorſum; (aut) deorſum, qui debent effundi ſurſum; (aut) foris, qui debent effundi intus; (aut) intus, qui debent effundi foris, reprobum eſt, non tamen in eo eſt reatus exciſionis.

R. OB. DE BARTENORA.

זר *Extraneus*, eſt is qui non eſt ſacerdos, & illegitimus eſt, quia ſcriptum eſt Levit. 22, 2. וינזרו מקדשי בני ישראל ולא יחללו hinc conſtat quod extraneus ſancta polluit, ſi ea adminiſtret. אונן *lugens*, cujus propinquus mortuus eſt quem lugere tenetur, atque is per totum iſtum diem quo propinquus mortuus eſt, vocatur אונן *lugens*, & ei de ſanctis comedere licet; ſi vero ea adminiſtraverit, profanavit, pontifice excepto maximo, is enim offerre poterat dum *lugens* erat.

טבול יום *Lotus eodem die*, qui non prius purificatus eſt quam ſol occiderit, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 22, 7. *quum ſol occiderit tum purus erit.* מחוסר בגדים *deſtitutus veſtibus*, eſt ſacerdos gregarius qui paucioribus quam quatuor miniſtrat veſtibus, vel ſacerdos magnus qui paucioribus quam octo veſtibus ſervit; & ſicuti is qui deſtitutus eſt veſtibus, illegitimus eſt, ita quoque illegitimus eſt ſi pluribus indutis ſit veſtibus. Pari modo ſe res habet ſi quicquam dividat inter illius tunicam ſive induſium & carnem, eo quod ſcriptum eſt Levit. 15, 17. יהיו על בשרו ne ſit ergo quicquam quod inter veſtimenta & carnem illius dividat, idcirco ſacerdos inter miniſtrandum phylacteria manuum non induebat, quia iſta dividunt inter veſtimenta & carnem; capitis vero phylacteria induebant, eo quod hæc fronti apponebantur inter laminam frontalem & tiaram.

מחוסר כפורים *Deſtitutus expiatione*, eſt ſeminifluus & ſeminiflua, leproſus, & puerpera, quorum purificatio quidem eſt peracta, ſed ſacrificia nondum adducta; de puerpera Lex dicit Levit. 12, 8. וכפר עליה הכהן וטהרה hinc infertur quod puerpera antea erat immunda; idem intelligi debet de reliquis immundis qui ſacrificium adferre debent, quod nimirum immundi ſunt donec ſacrificium pro peccato adduxerint, in negotio comedendi de ſanctitatibus, & miniſtrandi in ſanctuario.

שלא רחץ ידים ורגלים *Is qui non lavit manus & pedes*, quia de manuum pedumque lotione dictum eſt Exod. 30, 21. חקת עולם & de veſtimentis ſacerdotalibus dictum eſt Exod. 28, 43. חקת עולם Quemadmodum ergo deſtitutus veſtibus illegitime fecit, ſi miniſtraverit, ſic etiam illegitime fecit ſi illotis manibus pedibuſque miniſtraverit. Manuum vero pedumque lavandorum ordo talis eſt, ut ne quis ſtet vel ſedeat inter lavandum, ſed aliquantulum ſe inclinet, manum dexteram applicando pedi dextro, ſiniſtram vero pedi ſiniſtro, pedeſque confricet manibus, at non lavet ſe e labro ipſo, ſed ex aqua effluente, ſicuti ſcriptum eſt Exod. 30, 19. ורחצו אהרן ובניו ממנו *ex ipſo* ſcil. labro, ſed non in ipſo. Omnes vero aquæ ſunt legitimæ ad lotionem, etſi non ſint aquæ vivæ ſive fluentes.

וערל *Et præputiatus*, ſi is miniſtravit, illegitime fecit, ſicuti ſcriptum eſt Ezech. 44, 7. ubi præputiatus aſſimilatur filiis extraneorum, nimirum, ſicuti extraneorum filii illegitimi ſunt ad miniſterium, ita quoque præputiati. יושב *ſedens*, eo quod ſcriptum eſt Deut. 18, 5. לעמוד לשרת ergo ſtando duntaxat peragebatur miniſterium ſacerdotale.

עומד על גבי כלים *Stans ſuper vaſis*, quandoquidem atrii ſolum conſecrat, & vaſa miniſterii ſanctificant id quod illa attigerit; & ſicuti inter vaſa miniſterii nihil debet interjacere quod dividat, ita quoque inter ſolum atrii nihil interjacere debet quod dividat; & hoc non tantum de vaſis, quæ non

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quiſquis non eſt ſacerdos, is vocatur זר *extraneus*, ſicuti dicitur Num. 18, 4. וזר לא יקרב אליכם & Num. 1, 51. והזר הקרב יומת Cæterum אונן vocatur is qui aliquem conſanguineum ex præcepto luget, quod ex Lege divina fiat ipſo die mortis, atque tali lugenti interdictum eſt comedere ſancta, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 10, 19. Sic etiam ei non licet ſacra miniſtrare, niſi pontifex maximus ſit, is enim offerre poteſt dum in luctu verſatur, ſicuti in fine tractatus Horayot exponitur. Sed purificatio טבול יום צ״ד *qui de die lotus eſt*, non prius rite peracta cenſetur quam ſol occiderit, uti ſcriptum eſt Levit. 22, 7. ובא השמש וטהר idcirco neque hic ſancta adminiſtrabit.

מחוסר בגדים *Deſtitutus veſtibus*, hic eſt ſacerdos gregarius qui quatuor ſaltem veſtibus miniſtrare debet, cujuſmodi ſunt tunica, fœmoralia, tiara, & cingulum; ſed pontifex maximus octo ſaltem veſtibus, quatuor ſuperioribus adjunctis, cujuſmodi ſunt frontalis lamina, pectorale, amiculum humerale, & pallium, atque hæc vocantur veſtimenta aurea, uti in tractatu Joma exponitur; videſis Exod. 29, 9. & ſequentia. ad hæc Sapientes dixerunt, quando veſtibus iſtis induti fuerint, tam diu ſacerdotium ipſis impoſitum eſt. Scias itaque quod ſicuti veſtibus deſtitutus ineptus eſt ad ſacerdotale miniſterium, ita quoque ad idem miniſterium ineptus ſit is qui veſtibus ſuperfluis indutus eſt, quicquid neceſſariis veſtibus addiderit. Dicendum mihi hic eſt quod ſacerdoti prohibitum eſt manus induere phylacteriis, quia dividunt inter veſtimentum & corpus ipſius, nam ſcriptum eſt Levit. 15, 17. יהיו על בשרו ne ſit ergo quicquam inter veſtimenta & carnem illius. Sed lamina frontalis ponitur quidem inter frontem & tiaram, ſed non tegit tiaram.

מחוסר כפורים *Deſtitutus expiatione*, is eſt ſeminifluus & ſeminiflua, & leproſa, quando autem horum purificatio peracta fuerit ante ſacrificii oblationem ipſis competentem, vocantur *deſtituti expiatione*, iiſque licitum eſt comedere ſancta dum adduxerint ſacrificium pro expiatione peccati, ſicuti in præcedentibus libris Miſnicis expoſitum. Invenimus autem Legem de iis qui expiatione deſtituti ſunt dicere quod purificatione caret; & propterea is ad miniſterium ſacrum ineptus eſt, eo quod ſcriptum eſt de puerpera quod ea expiatione caret, ita Levit. 12, 8. וכפר עליה הכהן וטהרה hinc infertur quod antea immunda erat. Qui vero ſacerdos non laverit manus nec pedes, is quoque ad miniſterium ineptus eſt, vide Exod. 30. ubi verſu 21. dicitur חקת עולם & Exod. 28, 43. etiam de veſtimentis dicitur חקת עולם Propterea quemadmodum deſtitutus veſtibus eſt illegitimus, ita quoque is qui nec manus, nec pedes lavit. Lotionis vero ordo hic eſt, manus dextra imponatur pedi dextro, & ſiniſtra pedi ſiniſtro, adhibeatque aquam e labro, & manu ſua lavet pedes corpore in terram inclinato, nam in Sanctuario nemo ſedere poteſt, quemadmodum dicitur Deut. 18, 5. לעמוד לשרת Sed prohibitum eſt ipſa labri aqua ſe lavare, quia ſcriptum eſt Exod. 30, 19. ממנו *ex ipſo*; ſcil. labro & non בתוכו *in ipſo*; ſed in labro non plus aquæ continebatur quam quantum ad quatuor ſacerdotes lavandos continebatur, quemadmodum ſcriptum eſt Exod. 30, 19. ורחצו אהרן ובניו ממנו Aharonis vero filii erant Ithamar & Eleazar, atque Pinchas. Cæterum non requiritur ut aquæ

non gaudent carne, ſed etiam de quadrupedibus carne prædictis intelligendum eſt; neque de quadrupedibus duntaxat, quæ non habent ſpeciem humanam, hæc diviſio habet locum, ſed ne quidem inter pedes proximi, licet ejuſdem ſpeciei humanæ ſint.

קבל בשמאל פסול *Si exceperit* (ſanguinem) *ſiniſtra, illegitime fecit*, eo quod ſcriptum eſt Levit. 4, 25. ולקח הכהן מדם החטאת באצבעו ונתן exinde conſtat quod ſanguinis exceptio & ſparſio illius dextra ſolum fieri debet; quoties enim dicatur ſimpliciter *manus*, aut *digitus*, toties de dextra ſermo fit, quod de leproſo colligitur Levit. 4, 6. *Et abluet ſacerdos digitum ipſius dextrum.*

רבי שמעון מכשיר *R. Simeon legitimum pronunciat*, putat locum Levit. 4, 25. ad ſequentia, & non ad antecedentia referendum eſſe, videlicet ad ונתן *& dabit*, & non ad ולקח *& accipiet*, Sapientes vero contrarium ſtatuunt, & vocem באצבעו ad receptionem ſparſionemque ſanguinis referendam eſſe; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

נשפך על הרצפה *Si effuſus ſit ſuper pavimento*, quia non excepit ſanguinem in vaſe. ואספו פסול *& eum quis colligit, ineptum eſt*, quia ſcriptum eſt Levit. 26, 14. ולקח מדם הפר ne quis ergo partem accipiat, quia ſcriptum eſt Levit. 4, 7. ואת כל דם הפר Vult igitur quod ſanguis juvenci excipiendus ſit ex ipſo juvenco, & non de ſolo atrii; unam enim huic voci ſubtraxerunt literam, eamque alii addiderunt voci, & expoſuerunt ac ſi אותה ſcriptum eſſet.

נתנו על הכבש שלא כנגד היסוד *Si quis effundit illum ſuper clivum, non e regione fundamenti*, tum illegitimus eſt ſanguis; poſſeſſorum vero ſacrificii omnino expiantur peccata, niſi quod caro non comeditur, eo quod dicitur de ſanguine Levit. 17, 11. ואני נתתיו לכם על המזבח לכפר quandoquidem igitur ſanguis ad altare pervenit, idcirco poſſeſſorum peccata expiata ſunt.

נתן את הנתנים למעלן למטן *Si quis effuderit ſanguines deorſum qui debent effundi ſurſum*, videlicet infra vel ſupra filum סקרא, quod altare in medio cingebat; ſanguines vero qui ad ſpatium quinque cubitorum ſpargebantur ſupra filum iſtud, vocabantur נתנים למעלה *ſparſiones ſuperiores*; qui vero ad quinque cubitorum ſpatium infra filum ſpargebantur, ii נתנים למטה *ſparſiones inferiores* vocabantur.

הנתנים בפנים *Qui effundi debent intus*, videlicet ſuper altare aureum. בחוץ *foris*, ſuper altare exterius: פסול *ineptum eſt*, nimirum quod id comedere non licet. ואין בו כרת *non tamen in eo continetur pœna excidii*, qui comederit de carne ſancta cujus ſanguis illegitimus factus eſt, non tenetur pœna excidii.

quæ labri hauſtæ ſint e fluvio, omnes namque aquæ legitimæ ſunt. Si vero laverit manus pedeſque, & veſper advenerit interea, ſequenti die denuo lavare tenetur, eo quod manus inidoneæ factæ ſunt ad miniſterium per noctem ipſis ingruentem. Sin autem manus ſuas quis extra atrii murum emiſerit, non tenetur eas denuo lavare; at ſi totum extra ipſum produxerit, denuo ſe lavet. Verum ſi manus ſuas polluerit, lavet eas, & tum mundæ erunt, ſicuti in aliquot libri Taarot locis expoſitum eſt; at ſecunda vice non tenetur manus pedeſque lavare. Cæterum in tractatu Joma jam diximus, quod quiſquis urinam reddiderit, etſi corpus ſuum polluerit, ſe lavet, at non ſecunda vice; jam ad Miſnæ expoſitionem redibo.

ערל *Præputiatus*, vide Jezechiel 44, 7. ubi propheta præputiatum comparavit cum extraneo, quod is ſine dubio illegitimus ſit; & per טמא *immundum* auctor hic intelligit eum qui quavis immunditie pollutus eſt, quemadmodum in libro Taarot exponetur.

יושב *Sedens*, ſicuti ſcriptum eſt Deut. 18, 5. לעמוד לשרת ne fiat ergo miniſterium niſi quis ſtet. Et quemadmodum nullum ſit interſtitium inter ſacerdotis manus & vaſa miniſterii, ita quoque inter pedes ſuos atque atrii ſolum nihil interſit quod dividat utrumque. Dixerunt Sapientes, *ſolum conſecrat, & vaſa miniſterii conſecrant*, videlicet atrii ſolum conſecrat id quod in iſtud intraverit, ſicuti vaſa miniſterii conſecrant rem quæ in iis eſt, atque inter ipſa & ſacerdotem nihil interjacere debet, ſic etiam inter atrii ſolum & rem ſanctam nihil interjacere debet, ſive id ſit vas, ſive homo, ſive pecus. Miniſterium vero ſacrum dextra tantum perficiatur, nimirum ſanguinis exceptio, ejuſdemque ſparſio; idcirco dixere Sapientes, quoties in Lege dicatur *manus* ſimpliciter, toties de manu dextra ſermo fit in miniſterio ſacro. R. Simeon dicit, quoniam de modo ſanguinem excipiendi tantum dicit Lex Levit. 16, 14. ולקח מדם ergo legitime fecit ſi quis vel ſiniſtra. Sapientes vero rem colligunt ex eo quod ibidem ſcriptum eſt באצבעו *digito ſuo*, ſanguinis exceptionem manu dextra peragendam eſſe.

נשפך על הרצפה ואספו פסול Si (effunditur) *ſanguis ſuper pavimentum, & eum quis colligat, reprobum eſt* (ſacrificium,) nimirum ſi de cervice ſacrificii ſuper ſolo ſparſerit atrii; Deus enim præcepit ut ſanguis exciperetur de cervice ſacrificii, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 26, 14. ולקח מדם הפר וכפר ubi de toto, & non de parte ſanguinis ſermo fit, quia Deus jam præcepit ut totus ſanguis exciperetur, ita Levit. 4, 7. ואת כל דם הפר vult igitur Lex id quod nos jam diximus, ſcil. ut ſanguis juvenci excipiatur, & non ſanguis pellis, neque ſanguis effuſus: ſacrificiorum vero rite mactandorum ordo hic ſit, capiat ſacerdos pecudis cervicem, removeatque cannas illius & venas exterius, donec illa ſint e regione orientis, & tum mactet ita ut ſanguis in vaſe totus excipiatur, atque hoc voluerunt Sapientes dum dixerunt, venæ in vas aliquod reponantur. Quando autem atrii figuram delineaverimus in tractatu Middot, ſimul tibi figuram clivi & fundamenti altaris, atque id genus alia miniſterii ſacri inſtrumenta exponemus; & obiter quoque in hoc tractatu. Cæterum auctor dicit פסול *illegitimum eſt*, quod intelligendum eſt de carne ſacrificii, poſſeſſorum tamen peccata expiantur, ſed hæc caro non comeditur; nam cum ſanguis ad altare pervenerit, peccata expiata ſunt; ſi vero poſthac carni quicquam acciderit indecori, inde tamen auctori non deeſt expiatio peccati, & hoc collegerunt ex eo quod ſcriptum eſt Levit. 27, 11. ואני נתתיו לכם על המזבח לכפר Poſtquam igitur ſanguis ad altare pervenit, auctorum peccata expiata ſunt; dixerunt autem Sapientes, in Lege dictum eſt, *in expiationem dedi eam, & non in cibum*, prohibitum ſcilicet eſt carnem comedere, quando ei quicquam indecori acciderit. In Toſapta expoſitum eſt, quod præputiatus & is qui inter miniſtrandum ſedebat, lugens, & vitio affectus transgrediuntur præceptum negans, ſed non incurrunt pœnam mortis. Scias autem quod altare decem cubitos altum eſt, ſicuti exponetur impoſterum, in medio autem id ungebatur filo coccineo, & omnes ſanguinis ſparſiones quæ fiebant in quinque cubitis ſuperioribus, vocabantur נתנים למעלה *ſparſiones ſuperiores*, quæ vero infra iſtud coccineum filum ſpargebantur, dicebantur נתנים למטה *ſparſiones inferiores.* Tertio vero capite tractatus Middot de altari dicitur, *& filum coccineum cingebat medium illius, ad dividendum inter ſanguines ſuperiores, & inferiores.* Præterea in hocce tractatu exponetur quænam ſint iſta ſacrificia quorum ſanguis inferius, vel ſuperius ſpargendus erat; quorum ſanguis ſpargebatur exterius, hæc ſunt ea quorum ſanguis ſpargebatur ſuper altare exterius, quorum vero interius, ſunt ea quorum ſuper altare interius ſpargebatur, vel intra ſanctum ſanctorum, quemadmodum exponetur capite quinto hujuſce tractatus. ואין בו כרת *ſed non continetur in eo exciſionis pœna*, id eſt, ſi quis de hacce comederit carne cujus ſanguini infortunium aliquod accidit, is propterea non tenetur pœna excidii; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

ב השוחט את הזבח לזרוק דמו בחוץ או מקצת דמו בחוץ להקטיר את אמוריו בחוץ או מקצת אמוריו בחוץ לאכול בשרו בחוץ או כזית מבשרו בחוץ או לאכול כזית מעור האליה בחוץ פסול

2. Si quis mactat ſacrificium, ut effundat ſanguinem ejus foris; aut partem ſanguinis ejus foris: (item) ad adolendum adipes ejus foris, aut partem adipum ejus foris: (item) ad comedendum carnem ejus foris, aut inſtar olivæ de carne ejus foris: (item) ad comedendum inſtar olivæ de cute caudæ foris: re-

ואין בו כרת לזרוק דמו למחר או מקצת דמו למחר להקטיר אמוריו למחר או מקצת אמוריו למחר לאכול בשרו למחר או כזית מבשרו למחר או כזית מעור האליה למחר פגול וחייבין עליו כרת :

probum eſt, non tamen in eo eſt reatus excifionis. (Sin) ad aſpergendum ſanguinem ejus poſtridie, aut partem ſanguinis ejus poſtridie: (item) ad adolendum adipes ejus poſtridie, aut partem adipum ejus poſtridie: (item) ad comedendum carnem ejus poſtridie, aut inſtar olivæ de carne ejus poſtridie, aut inſtar olivæ de cute caudæ poſtridie, abominatio eſt, & fiunt rei ſuper eo excifionis.

R. OB. DE BARTENORA.

השוחט את הזבח *Qui mactaverit ſacrificium*, pacificum ſcilicet, vel cætera quæ comeduntur. כזית מעור האליה *quantitatem olivæ de cute caudæ*, eo nos docet auctor quod cutis caudæ non eſt ut ipſa cauda, at hic intenderat comedere id quod comedi ſolet, & propterea reprobum eſt ſacrificium; nam ſi cutis eſſet ut ipſa cauda, cum eo ſe res haberet perinde ac ſi intendiſſet comedere rem quæ comburi ſolet, & tùm non reprobum eſſet, quemadmodum Miſna dicit deinceps, *ad comedendum id quod comedi ſolet, & ad comburendum id quod comburi ſolet, illegitimum eſt.*

ואין בו כרת *Sed non continetur in eo pœna excidii*, ſi quis comederit, licet foris, tamen non tenetur excidio. לאכול את בשרו למחר *ad comedendum carnem illius poſtridie*, hoc de ſacrificio pacifico ſtatui nequit, ſed de euchariſtico & expiatorio, nam tempus illius pacifico convenit. Verum ad ſanguinem illius ſpargendum, vel adipem comburendum, etiam in pacificis poſtridie tempus conceditur, præter conſuetum tempus. וחייבין עליו כרת *& fiunt rei ſuper eo excifionis*, qui comederit de eo, etiam in tempore ſuo, is tenetur excidio.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi conſtat quod cauda includitur adipibus, & comburitur; præterea hypotheſis nobis eſt cum intentione comedendum eſſe id quod comeditur, quemadmodum exponetur deinceps, idcirco dicit auctor *de cute caudæ*, nam is intendit cutem caudæ quæ non eſt ut ipſa cauda in hoc caſu, & quando intenderit eam comedere, perinde eſt ac ſi intenderet edere id quod edi ſolet. Quoties vero legeris, פגול *legitimum eſt*, ואין בו כרת *ſed in eo non comprehenditur excidii pœna*, toties intelligendum eſt quod iſta caro ſit illegitima & prohibita ne comedatur; qui vero id comederit, is tamen ab excidii pœna liber eſt; & quum poſſeſſorum peccata non expiantur, tum ſacrificium ipſis non imputari cenſetur. Ubi autem dicitur פגול *abominandum*, & quod ob ipſum tenentur pœna excidii, ſenſus eſt, eum qui de hoc ſacrificio comederit, teneri excidio, neque poſſeſſores eo expiari, quia abominandum eſt, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 19, 8.

ג זה הכלל כל השוחט והמקבל והמהלך והזורק לאכול דבר שדרכו לאכול להקטיר דבר שדרכו להקטיר חוץ למקומו פסול ואין בו כרת חוץ לזמנו פגול וחייבין עליו כרת ובלבד שיקרב המתיר כמצותו :

3. Regula hæc eſto. Si quis mactat, aut excipit, aut aſportat, aut aſpergit ad comedendum rem, quæ ſolet comedi, aut adolendum rem, quæ ſolet adoleri, extra locum ſuum: reprobum eſt (ſacrificium,) non tamen eſt in eo reatus excifionis. Sin extra tempus ſuum: abominatio eſt, & rei fiunt ſuper eo excifionis. Si quidem offerat id, quod ſolvit juxta præceptum ſuum.

R. OB. DE BARTENORA.

השוחט והמקבל והמהלך והזורק *Si quis mactat, aut excipit, aut aſportat, aut ſpargit*, ſi interea dum in uno ex his miniſteriis verſabatur, cogitaret de ſacrificio ad comedendum de eo quicquam quod comedi ſolet, ſcil. carnem; aut ad comburendum de eo id quod comburi ſolet, ſcil. adipes extra locum ſuum, tum caro iſta prohibita eſt ne comedatur; qui vero comederit eam, non tenetur excidio. Quum vero de ſacrificio cogitaverit ad comedendum de eo extra tempus ſuum, tum ſacrificium eſt abominandum, & ſi quis de eo comederit, etiam in tempore ſuo, tenetur excidio, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 7, 18. Ubi ſermo eſt de eo qui cogitaverit ſacrificium comedere, vel ſermo eſt de eo qui comederit ſacrificium ſuum die tertio? reſp. poſtquam fuit legitimum, denuo non fit illegitimum. Præterea loco citato dicitur לא יחשב *non imputabitur*, ergo cogitatione fieri poteſt illegitimum, non die tertio: & ex eo quod in principio verſus dicitur ואם האכל יאכל *ſi comedendo comederit*, colligitur de duabus comeſtionibus ſermonem eſſe, de una in carne edenda pro homine, de altera pro altari in adipe conſumendo, & de utraque dicit, לא יחשב פגול הוא *non imputabitur, abominandum eſt.*

ובלבד שיקרב המתיר *Dummodo offeratur id quod permittit*, ſanguinem ſcilicet, is enim eſt id quod permittit. כמצותו *ſecundum præceptum ſuum*, ne ſit in eo quid indecori præter hoc; verum ſi quid indecori in eo reperiatur ex alia cogitatione, erit e qualitate abominandi, ſicuti poſtea exponit; nam de abominando ſcriptum eſt לא ירצה *non erit acceptum*, quemadmodum de carne ſcriptum eſt; nimirum, quemadmodum ſe habet acceptio rei legitimæ, ita quoque ſe habet acceptio abominandi, & ſicuti rei legitimæ acceptio in Lege

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scriptum eſt Levit. 7, 18. *Et ſi comederit e carne ſacrificii pacifici ſui die tertio, non erit acceptum, & ſi quis id obtulerit, non annumerabitur ei, abominandum eſt*; dixerunt Sapientes, præbe aures tuas ad ea quæ dicuntur; de intentione comedendi de ſacrificio die tertio textus loquitur, vel non loquitur, ſed de eo qui comederit de ſacrificio ſuo die tertio? reſp. poſtquam id fuit legitimum, denuo illegitimum fieri nequit. Porro quoque ex eo quod Lex dicit, המקריב אותו *qui obtulerit iſtud*, colligitur quod ſacrificium in ipſo offerendi actu fit illegitimum; & ex eo quod dicitur לא יחשב *non imputabitur*, colligitur cogitatione ſive intentione id fieri illegitimum; (nam חשב notat *cogitare.*) Cæterum jam expoſitum eſt, quod ſi intentio damnum creaverit in uno horum caſuum quo ſacrificium fit illegitimum, ſcil. inter mactandum, vel inter ſanguinem excipiendum in ſcutella, vel inter adducendum ad altare, vel inter ſpargendum in altare, & ſacerdos cogitaverit ſe comeſurum de ſacrificio extra tempus ſuum, iſtud ſacrificium vocatur פגול *abominandum*, & is qui de hoc comederit, tenetur pœna excidii, ſacrificium vero non eſt acceptum, neque poſſeſſoribus imputatur. Jam ita deciſio juris eſt, ſive quis intenderit de ſacrificio iſto comedere extra tempus ſuum, ſive intenderit comburere adipes illius extra tempus ſuum, dicimus tamen id duobus modis, etſi Lex locuta ſit de eſu extra fixum tempus ואם האכל יאכל *& ſi comedendo comederit.* Dixerunt autem Sapientes, de duplici comeſtione loqui Legem, quarum una eſt ea quæ fit abhominibus, altera vero ab altari; propterea, ſicuti caro quæ idonea eſt ut ab hominibus comedatur, fit פגול *abominanda*, ſi intenderit eam extra fixum tempus comedere; ſic etiam adipes *abominandi* facti

ge non vocatur acceptio niſi mediante ſparſione quæ quatuor miniſteriorum permittentium ultimum eſt, ita abominandum quoque non eſt fixum, & ſemper in ſuſpenſo manet donec ſanguis ſparſus ſit, quæ actio omnium licentiam dantium ultima eſt.

ſunt, ſi intenderit eos altari exhibere comedendos extra tempus eis fixum. Si vero infortunium hocce non acciderit inter offerendum, & quicquam de carne reſidui poſt fixum tempus, quod aptum eſt in cibum, reliquum fuerit, hoc vocatur נותר *reſiduum*, & non פגול *abominandum*. Quiſquis porro comederit נותר *reſiduum*, tenetur excidio, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 19, 8. ואוכליו עונו ישא ſacrificium autem ipſum, antea Deo jam acceptum & gratum erat, poſſeſſoribuſque ſuis imputatum fuit. Hæc volo memoriæ mandes fundamenta per totam Miſnam, nam voces פגול & נותר ſæpiſſime occurrunt, ſed non ſemper exponuntur. Cæterum in Gemara dixerunt, Lex de פגול dicit לא ירצה *non erit acceptum*, quemadmodum igitur eſt acceptio ſacrificii legitimi, ita etiam eſt acceptio *abominandi*, & ſicuti in acceptione legitimi requiritur ut offerant omnes illius qui legitimum reddunt, ita etiam in acceptione פגול *abominandi* requiritur ut omnes illius legitimum reddentes offerant, & hoc eſt quod auctor vult dum dicit, *ſiquidem offerat id quod ſolvit juxta præceptum ſuum*, id eſt, quod diximus *abominandum* eſſe id quod extra fixum tempus factum eſt atque pœnam excidii infligere, intelligendum eſt ea conditione ſi hanc intentionem non præceſſerit alia illegitima, & nulla alia ipſam ſecuta fuerit quæ illegitimum reddere poteſt, atque adeo id *abominandum* eſſe propter quod in pœnam excidii incidunt, quandoquidem ei non contigit quicquam indecori niſi ex cogitatione temporis; nam ſi cogitatio iſta non incidiſſet, ſacrificium legitimum manſiſſet. Verum quum iſtam cogitationem præceſſerit vel ſecuta fuerit cogitatio temporis, quæ ſacrificium illegitimum reddit pro alio modo quam cogitatione temporis, tum ſacrificium iſtud reprobum eſt, & illius cauſa non infligitur pœna excidii, cum non oblatum ſit id quod ſolvit ſecundum præceptum. Senſus vero verborum, *ſi quidem offerat id quod ſolvit ſecundum præceptum ſuum*, talis eſt; dummodo ſacerdotes offerant ejuſmodi res quæ ſacrificium legitimum reddunt permiſſum; at hoc ſacrificium illegitimum eſt ſecundum præceptum ipſius, videlicet, quia omnia illius miniſteria peracta ſunt cum cogitatione mutati temporis, vel ſilentio; atque ex eo colligimus id quod diximus, quod ſicuti acceptio legitimi eſt, ita quoque ſit acceptio abominandi, quod auctor duobus exemplis expoſuit.

ד כיצד קרב המתיר כמצותו שחט בשתיקה קבל והלך וזרק חוץ לזמנו או ששחט חוץ לזמנו קבל והלך וזרק בשתיקה או ששחט קבל והלך וזרק חוץ לזמנו זה הוא שקרב המתיר כמצותו כיצד לא קרב המתיר כמצותו שחט חוץ למקומו קבל והלך וזרק חוץ לזמנו או ששחט חוץ לזמנו קבל והלך וזרק חוץ למקומו או ששחט קבל והלך וזרק חוץ למקומו הפסח והחטאת ששחטן שלא לשמן קבל והלך וזרק חוץ לזמנו או ששחט חוץ לזמנו קבל והלך וזרק שלא לשמן או ששחט קבל והלך וזרק שלא לשמן זה הוא שלא קרב המתיר כמצותו :

4. Quomodo offert quis id, quod ſolvit juxta præceptum ſuum? ſi quis mactat cum ſilentio, excipit autem & aſportat & aſpergit extra tempus ſuum; aut ſi quis mactat extra tempus ſuum, excipit autem & aſportat, & aſpergit cum ſilentio; aut ſi quis mactat, excipit, & aſportat, & aſpergit extra tempus ſuum: hic eſt, qui offert id, quod ſolvit juxta præceptum ſuum. Quomodo autem quis non offert id, quod ſolvit juxta præceptum ſuum? ſi quis mactat extra locum ſuum, excipit autem, & aſportat, & aſpergit extra tempus ſuum; aut ſi quis mactat extra tempus ſuum, excipit autem & aſportat, & aſpergit extra locum ſuum: aut ſi quis mactat, excipit, & aſportat, & aſpergit extra locum ſuum: (item) ſi quis mactat Paſcha & ſacrificium pro peccato alio quam ſuo titulo, excipit autem, & aſportat, & aſpergit extra tempus ſuum; aut ſi quis mactat extra tempus ſuum, excipit autem, & aſportat, & aſpergit alio quam ſuo titulo; aut ſi quis mactat, excipit & aſportat & aſpergit alio quam ſuo titulo: Hic eſt, qui non offert id, quod ſolvit juxta præceptum ſuum.

R. OB. DE BARTENORA.

בשתיקה *Cum ſilentio*, ſine cogitatione illegitima. הפסח והחטאת *Paſcha & ſacrificium pro peccato*, quæ ſub alieno titulo mactata ſunt, excipiuntur ab *abominandis*; reliqua vero ſacrificia ſi alieno ſub titulo mactata fuerint, non excipiuntur ab *abominandis*, quia iſta legitima cenſentur quantumvis in nomine ipſorum non mactata fuerint.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam noſti quod intentio ſacerdotis duntaxat in his quatuor requiratur, ſcilicet in mactatione, ſanguinis exceptione, agitatione ſacrificii, & ſparſione ſanguinis, nam ſi de his omnibus cogitaverit extra fixum tempus, vel ab omni intentione vacuus fuerit inter miniſtrandum, uti dicit auctor בשתיקה *cum ſilentio*, quanto magis ſi cogitaverit ſecundum præceptum, ſive cogitatione legitima, hoc ſacrificium tantum ſeparatum eſt in vitio quod contraxit extra fixum ei tempus, idcirco *abominandum eſt*, uti ſuperius expoſitum eſt. Cæterum capite primo jam dictum eſt quod Paſcha & ſacrificium pro peccato duntaxat illegitima ſunt, ſi ſacerdos inter miniſtrandum de illis cogitaverit præter titulum ipſorum; hæc omnia jam erunt clara ex iis quæ a nobis dicta ſunt.

ה לאכול כזית בחוץ וכזית למחר כזית למחר וכזית בחוץ כחצי זית בחוץ וכחצי זית למחר כחצי זית למחר וכחצי זית בחוץ פסול ואין בו כרת אמר רבי יהודה זה הכלל אם מחשבת הזמן קדמה למחשבת המקום פגול וחייבין עליו כרת ואם מחשבת

(Si quis mactat) ad comedendum inſtar olivæ foris, & inſtar olivæ poſtridie; (aut) inſtar olivæ poſtridie, & inſtar olivæ foris; (aut) inſtar dimidiæ olivæ foris, & inſtar dimidiæ olivæ poſtridie; (aut) inſtar dimidiæ olivæ poſtridie, & inſtar dimidiæ olivæ foris: reprobum eſt, non tamen eſt in eo reatus exciſionis. Dixit Rabbi Juda: Hæc eſto Regula; ſi cogitatio temporis prævenerit cogitationem loci, abominatio eſt, & rei fiunt ſuper eo exciſionis

מחשבת המקום קדמה למחשבת הזמן פסול ואין בו כרת וחכמים אומרים זה וזה פסול ואין בו כרת לאכול כחצי זית ולהקטיר כחצי זית כשר שאין אכילה והקטרה מצטרפין :

nis : Sin cogitatio loci prævenit cogitationem temporis, eſt abominatio quidem, ſed non eſt in eo reatus excîſionis. Sed ſapientes dicunt, utrumque eſt abominatio, & in neutro tamen reatus excîſionis. (Si quis mactat) ad comedendum inſtar dimidiæ olivæ, & ad adolendum inſtar dimidiæ olivæ, legitimum eſt. Nam comeſtio & adolitio non conjunguntur.

R. OB. DE BARTENORA.

לאכול כזית בחוץ וכזית למחר *Ad comedendum inſtar olivæ foris, & inſtar olivæ poſtridie*, hæc eadem ſunt quæ dixit ſuperius ; niſi quod in principio res erat de duobus miniſteriis, nam mactaverat cum intentione comedendi inſtar olivæ foris, & ſanguinem exceperat cum intentione comedendi inſtar olivæ poſtridie; hic autem ſermo eſt de miniſterio uno, quo mactaverat cum intentione comedendi inſtar olivæ poſtridie, & inſtar olivæ foris.

אמר רבי יהודה זה הכלל *Dixit R. Jehuda, hæc regula eſto*, toti contradixit Miſnæ, nam is putat quod intentio reliquorum infortuniorum non educat ſacrificium e ſtatu abominando, niſi infortunium iſtud quo id illegitimum factum eſt, præcedat ſtatum abominandi ; præterea in uno miniſterio quoque contrarius eſt, nam is putat cogitationem primam ſemper præcedere ; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam. *Ad comedendum inſtar dimidii olivæ, & ad comburendum inſtar mediæ olivæ*, atque ambæ cogitationes inciderint extra tempus, aut extra locum ſuum. *Legitimum eſt*, quia eſus & combuſtio non conjunguntur, cum neque in una neque in altera re contineatur quantitas.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hic caſus totus eſt clarus, ſi intellexeris ea quæ ſuperius expoſuimus; deciſio eſt ſecundum Sapientes. Cæterum requiritur ut ſcias, quod ſi quis ſacerdos cogitaverit de dimidio olivæ comedendo extra tempus ſuum, vel extra locum ſuum, ſive cogitatio temporis præceſſerit, ſive non, ſacrificium eſt abominandum, & pœna excidii tenetur ſacerdos; nam hypotheſis nobis eſt mediam olivæ partem non obtinere ubi totius olivæ quantitas viget. Sic etiam ſi ſacerdos cogitaverit de dimidio olivæ comedendo, vel comburendo de ſacrificio, & poſtea de alio dimidio cogitaverit, ſive extra tempus ſuum ſive extra locum ſuum, duarum cogitationum conjunctio fit, & res ſe habet perinde ac ſi cogitaſſet de integra olivæ quantitate comedenda, idcirco is condemnandus erit ſecundum iſtam cogitationem.

פרק ג כל הפסולין ששחטו שחיטתן כשרה שהשחיטה כשרה בזרים בנשים ובעבדים ובטמאים אפילו בקדשי קדשים ובלבד שלא יהיו טמאים נוגעים בבשר לפיכך הם פוסלים במחשבה וכולן שקבלו את הדם חוץ לזמנו וחוץ למקומו אם יש דם הנפש יחזור הכשר ויקבל :

Caput 3. Omnium reproborum, qui mactant, mactatio bona eſt, quia mactatio legitima eſt per peregrinos, mulieres, ſervos, atque impuros, etiam in ſanctis ſanctorum, modò non tetigerint immundi carnem: propterea iidem vitioſum reddere poſſunt per cogitationem. Et quandocunque aliquis ſumſerit ſanguinem extra certum ejus tempus, ac extra locum ejus : tum ſi ſupereſt ſanguis animæ, denuò excipiat, qui legitimus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

כל הפסולין ששחטו *Omnium reproborum qui mactant*, &c. idem eſt ſenſus licet mactaverit de induſtria, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 1, 5. *Et mactabit filium jumenti coram Domino, & filii Aharonis offerent ſanguinem*, inde ab exceptione ſanguinis & deinceps miniſterium ſacerdotale incipit ; mactationem vero per eum qui non eſt ſacerdos, vel qui illegitimus eſt ad ſacra, peragi poſſe docet. Præterea dicit auctor ששחטו *qui mactarunt*, unde conſtat quod mactatio caſu facta ſit, non de induſtria ; & hoc propter immundos tantum, nam immundo non licet de induſtria mactare, ne carnem attingat. Si vero immundus mactet, id fiat duntaxat cum cultro iſto magno ad jugulandum adhibito, & dum is extra atrium ſtet, pecudemque mactet in ipſo atrio, nam ſacrificiorum mactatio in atrio tantum fieri debet, at immundo non licitum eſt intrare atrium. Cæterum hoc intelligi debet ſi quis reptilibus pollutus fuerit, tum non polluit culter iſte mactatorius, quia non eſt pater immunditiei; aut ſi mortuo pollutus fuerit, & quum de fragmento aliquo קומים dicto inquiſiverit, & ope illius mactaverit. Sed ope cultri non licet, eo quod pollutus mortuo polluit cultrum, ut fiat immunditiei pater ut ipſe, & culter polluit carnem.

לפיכך פוסלים את הקרבן במחשבה *Idcirco vitioſum reddunt ſacrificium per cogitationem*, quandoquidem legitimi ſunt ad hoc miniſterium, propterea intentio eorum bona eſt & reddit ſacrificium vitioſum. וכלן *& hi omnes*, illegitimi qui ſanguinem exceperunt ea intentione ut comederent, & comburerent extra fixum tempus, vel locum ; ſi vero ſanguis animæ, id eſt vitalis adhuc ſit in pecude, is qui ad miniſterium legitimus eſt, redeat, & ſanguinem excipiat, ac ſpargat, & tum ſacrificium erit legitimum, quia iſtiuſmodi intentiones

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scriptum eſt Levit. 1, 5. ושחט את בן הבקר לפני יהוה והקריבו בני אהרן in mactatione Lex non memoravit filios Aharonis, ſed eam cujuſvis arbitrio reliquit; in ſanguine vero excipiendo requiritur perſona ſacerdotis, nam Sapientes dixerunt, *ab exceptione ſanguinis & deinceps miniſterium ſacerdotale incipit*. Et quoniam iſti illegitimi ad mactationem legitimi ſunt, ſcil. ſi extra locum mactata fuerint ſacrificia, aut extra tempus ſuum, aut ſub alieno titulo. Scias itaque quod ab initio permiſſum ſit extraneo ſive cuilibet Iſraëlitæ, & fœminæ, atque ſervo ut mactet ſacrificia; & quod auctor dicit ששחטו *qui mactant*, innuere videtur quod hæ perſonæ ab initio non mactant, & hoc propter immunditiem, nam ab initio non mactabunt, ne carnem attingant. Ne vero objicias in eo quod immundus ſacrificia mactare poteſt, quoniam mactatio ſtricte in atrio fieri poteſt, licet immundo ſit prohibitum intrare atrium, ſicuti diximus in tractatu Schevuot. Hoc tamen fieri poteſt quandoquidem culter mactatorius eſt magnus, ita ut mactare poſſit licet extra atrium ſtet; vel ſi ex errore intret atrium. Cæterum nos jam diximus capite ſecundo hujuſce tractatus, quod omnia ſacrificia quorum ſanguis exceptus eſt a lugente vel eo qui non eſt ſacerdos, illegitima ſunt; ſcil. ſi totus ſacrificii ſanguis ab iis exceptus ſit. Sic etiam id quod auctor dixit ſuperius, *ſi exceperit ſanguinem & cogitaverit de ſacrificio extra tempus, illegitimum eſt, & extra tempus ſuum abominandum*, intelligendum eſt quum is qui ſanguinem excepit & illegitimam intentionem habuit, fuerit idoneus ad ſanguinem excipiendum; cæterum iſti inidonei qui non ſunt idonei ad ſanguinem excipiendum, ſi habuerint intentionem illegitimam inter excipiendum, ſacrificium non reddunt

nes id non reddunt vitioſum ope exceptionis ſanguinis, cum non ſunt legitimi pro ipſo, idcirco neque intentio idipſum reddit vitioſum niſi per eum qui ad miniſterium legitimus eſt quantum ad ipſam rem & locum ipſius attinet, quemadmodum ſcriptum eſt Levit. 7, 18. המקריב אותו לא יחשב ubi ſermo eſt de eo qui ad ſacrificium offerendum idoneus eſt.

dunt vitioſum. Nam ſi quantulacunque ſuperfuerit quantitas de ſanguine vitali, ad ſacrificium redeat is qui legitimus eſt, ſanguinemque excipiat intentione legitima; quia nullum ſacrificium illegitimum fieri poteſt intentione perverſa illius qui ad miniſterium inidoneus eſt, ſed iſtius tantum intentione qui ſuo jure ad id aptus eſt. Neceſſarium namque eſt ut nunquam aliquid illegitimi accidere poſſit exceptione ſanguinis, niſi a parte intentionis, ſicuti de abominando ſtatuimus, quod offert is qui ſolvit ſecundum præceptum ſuum (vide Miſnam quartam ſecundi capitis.) Hæc tu fundamenta memoriæ mandato.

ב קבל הכשר ונתן לפסול יחזיר לכשר קבל בימינו ונתן לשמאלו יחזיר לימינו קבל בכלי קדש ונתן בכלי חול יחזור לכלי קדש נשפך מן הכלי על הרצפה ואספו כשר נתנו על גבי הכבש שלא כנגד היסוד נתן את הנתנין למטה למעלה ואת הנתנין למעלה למטה את הנתנין מבפנים בחוץ ואת הנתנין בחוץ בפנים אם יש דם הנפש יחזור הכשר ויקבל:

2. Si quis acceperit legitimus, dederitque illegitimo, tunc hic reſtituat legitimo. Si quis acceperit dexterâ, & poſuerit in ſiniſtram, reponat in dextram. Si quis exceperit in vaſe ſancto, & poſuerit in vas commune, refundat in vas ſanctum. Si effuſus (ſanguis) fuerit ex vaſe ſuper pavimentum, & collegerit quis eum, rectus eſt; (aut) effuderit quis illum ſuper clivum, qui non eſt oppoſitus fundamento: (aut) aſperſerit eos, qui aſpergi debent deorſum, ſurſum; aut qui aſpergi debent ſurſum, deorſum; aut qui aſpergi debent intrinſecus, extrinſecus; aut qui aſpergi debent extrinſecus, intrinſecus: tum ſi ſupereſt ſanguis animæ, denuò excipiat, qui eſt legitimus.

R. OB. DE BARTENORA.

יחזור לכשר *Reſtituat legitimo*, & ſacrificium non fit illegitimum in eo quod ſacerdos legitimus ſanguinem porrexerit illegitimo. נתנו *dederit eum*, ſi illegitimus ſanguinem effuderit. על גבי כבש שלא כנגד היסוד *ſuper clivum*, *qui non eſt oppoſitus fundamento*, quæ eſt effuſio ſanguinis extra locum ſuum, vel ſupra filum coccineum ſparſerit ſanguines, quos infra ſpargere debuiſſet, accedat legitimus quis, & ſanguinem excipiat. Erat itaque neceſſarium, ut auctor nos moneret de omnibus illis quibus remedium aliquod adferri poteſt per alius ſacerdotis miniſtrationem; nam ſi nos in principio docuiſſet, dixiſſemus eos qui miniſtrant in uſum totius cœtus poſſe corrigi, ut immundi, qui in commodum cœtus miniſtrare poſſunt, idcirco privato miniſtro medela adferri poteſt, ſi redeat alius legitimus in illius locum. Sed de manu ſiniſtra, cum illa inepta ſit in miniſterio cœtus, dixiſſemus quod ei nullum remedium adferri poteſt, niſi auctor id docuiſſet. Et ſi nos tantum de ſiniſtra monuiſſet, dixiſſemus ſiniſtræ quidem medelam adſerri poſſe, ſi accedat alius, quia die Expiationis ope illius miniſterium fit legitime, nam pontifex maximus manu dextra capiebat turibulum, ſiniſtra vero acerram; at de vaſe profano id non ſtatuiſſemus. Si vero nos de vaſe profano tantum docuiſſet, quia id conſecrari poteſt, nos diceremus reliquis illegitimis non eſſe medelam, idcirco neceſſe erat ut de his omnibus nos moneret auctor.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Docet nos auctor quod cum ſanguinis exceptio legitime facta fuerit, ei poſtea nihil illegitimi accidere poſſit. Poſtea ſe confert autor ad alium ſenſum, dicitque, iſtum ſanguinem ſi exceperit is qui ad hoc idoneus eſt, eumque dederit inidoneo, quandoquidem is qui hanc mutationem effecit, non eſt idoneus ad ſparſionem ſanguinis, & ſicuti intentio illius nihil reddit vitioſum, uti diximus, cum inidoneus ſit ad hocce miniſterium, etiam opera illius nullam rem vitioſam reddunt, niſi ſanguis vitalis reliquus ſit, nam tum is qui ad miniſterium legitimus eſt, accedat & ſanguinem excipiat, ſpargatque in loco ſuo. Hocce fundamentum memoriæ mandes; & hoc eſt quod dixerunt, intentio nullam rem vitioſam reddere poteſt niſi in eo qui ad miniſterium legitimus eſt, & in re legitima, atque in loco ad miniſterium idoneo.

ג השוחט את הזבח לאכול דבר שאין דרכו לאכול ולהקטיר דבר שאין דרכו להקטיר כשר רבי אליעזר פוסל לאכול דבר שדרכו לאכול ולהקטיר דבר שדרכו להקטיר פחות מכזית כשר לאכול כחצי זית ולהקטיר כחצי זית כשר שאין אכילה והקטרה מצטרפין:

3. Si quis mactat ſacrificium ad edendum id, quod non ſolet edi, & ad adolendum id, quod non ſolet adoleri, rectum eſt. Rabbi Elieſer illegitimum exiſtimat. Si ad edendum aliquid, quod comedi ſolet, atque ad adolendum quid, quod ſolet adoleri, minus quam ſicut oliva, rectum eſt. Si ad edendum ſicut dimidium olivæ, & ad adolendum ſicut dimidium olivæ, rectum; quia comeſtio & adolitio non conjunguntur (in unum.)

R. OB. DE BARTENORA. לאכול דבר שאין דרכו לאכול *Ad comedendum id quod non ſolet comedi*, extra tempus ſuum, aut extra locum ſuum. *R. Eliezer illegitimum exiſtimat*, deciſio non eſt ſecundum ipſum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. Omnia hæc ſatis clara ſunt; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezerem.

ד השוחט את הזבח לאכול כזית מן העור מן הרוטב מן הקיפה מן האלל מן העצמות מן הגידים מן הטלפים מן הקרנים חוץ לזמנו או חוץ למקומו כשר ואין חיבין עליהם משום פיגול ונותר וטמא:

4. Si quis mactat ſacrificium, ut manducet ſicut olivam de cute, de juſculento, de decocto craſſo, de carne mortuâ, de oſſibus, de nervis, de ungulis ſciſſis, de cornibus; extra certum tempus ſuum, aut extra locum ſuum, ei rectum eſt: nec debitores fiunt ſuper illis nomine abominationis, (aut) reſidui, (aut) immundi.

R. OB. R. MO-

R. OB. DE BARTENORA,

קיפה Eſt decoctum tenue quod reperitur in fundo ollæ. אלל notat carnis reliquias pelli adhærentes inter excoriandum; aliter notat nervum pectoris qui durus eſt, & non valet in cibum, qui Italice *capello.*

מן הקרנים ומן הטלפים *e cornibus & ex ungulis*, intelligit id quod ex iis adhæret carni, ex quo ſanguis provenit quando amputantur, atque hoc non cenſetur caro. ואין חייבין עליה משום פיגול *Sed non tenentur ſuper illis nomine abominationis*, ſi ſacrificium ſit abominandum, quod cogitaverat de ipſo comedere extra tempus ſuum, & comederit de rebus modo memoratis, liber eſt.

וטמא *Et immundus*, ſi aliquam harum rerum comederit de ſacrificio legitimo cum corpore immundo, non tenetur quod ſancta comedit cum immundo corpore.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

רוטב Eſt *juſculentum.* קיפה notat condimentum ex quo decoctum aliquod conficiunt. אלל notat carnis reliquias quæ pelli adhærent, dum excoriatur animal. גידים proprie de nervis dicitur, & pro venis pulſantibus & non pulſantibus, item pro ligaturis quæ juncturas ligant. Quum itaque hoc in caſu de ungulis & cornibus loquitur, intelligit ungularum & cornuum extremitates tenuiores corpori adhærentes, ex quibus ſanguis prodit dum exciduntur. Cæterum dicit auctor, quod ſi ſacerdos cogitaverit ſe extra tempus comeſurum olivæ quantitatem de aliqua harum rerum memoratarum, ſacrificium non reddidit vitioſum, ſed id legitimum manere; licet enim hæ res comedantur, tamen non eſt ut de iis ſolliciti ſint hac in parte, & nemo perſuaſus eſt eas facile comedi. Præterea, ſi ipſum ſacrificium ſit abominandum, ob reſiduum, & de eo quantitatem olivæ comederit; aut ſi de ſacrificio illegitimo comederit dum erat immundus, at non de ipſa carne comederit, ſed de ungulis & cornibus, cæteriſque in Miſna memoratis, non tenetur excidio, quo tenetur is qui carnem ſanctam, reſiduum, aut abominandum, vel qui in immunditie comederit carnem ſanctam; capite ſecundo jam expoſui quid abominandum vel reſiduum ſit.

ה השוחט את המוקדשין לאכול שליל או שליא בחוץ לא פיגל המולק תורים בפנים לאכול ביציהם בחוץ לא פגל חלב המוקדשין וביצי תורים אין חייבין עליהם משום פגול ונותר וטמא :

5. Si quis mactat ſanctificata ad manducandum de embryone vel ſecundinis foris, non abominabile redditur. Aut ſi diſcerpit turtures intrinſecus ad comedendum ova eorum foris, non abominabiles reddit. (Si ad comedendum) adipem ſanctificatorum & ova turturum, non rei fiunt ſuper illis nomine abominationis, (aut) reſidui, (aut) immundi.

R. OB. DE BARTENORA.

השוחט את המוקדשים *Si quis mactat ſanctificata*, quoties hæc formula occurrit, toties illa de fœminis intelligenda eſt. שליל *embryo* qui in viſceribus eſt. שליה eſt pellicula quæ embryonem contegit; hæc igitur cogitatio ſacrificium non reddit vitioſum, eo quod pellicula iſta & embryo non ſunt ipſum ſacrificii corpus.

לא פגל *Non fecit abominabile*, ita auctor dicit, is qui ſanctificata mactavit ad comededendum de embryone aut pellicula ejus extra locum, non fecit ſacrificium vitioſum, neque abominabile ſi de eo comedere cogitaverit extra tempus ſuum. *Adipem ſanctificatorum, & ova turturum, non rei fiunt ſuper illis nomine abominationis*, ſi ſacrificium fecerit abominabile, & de adipe pectoris illius comederit, non tenetur abominationis nomine, eo quod adeps non eſt ipſumſacrificii corpus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi conſtat ſacrificium non eſſe abominandum, niſi de eo cogitaverit extra tempus ſuum, uti dictum eſt, idcirco Miſnæ ſeries hæc ſit, ſi quis mactat ſanctificata ad comedendum de embryone vel ſecundinis foris, non reddidit vitioſum; & ſi cogitaverit de illis comedere extra tempus ſuum, non id fecit abominandum, quia illa hominibus ſunt abominatio, ut pellis, & carnis minutiæ ei adhærentes. שליל eſt embryo qui in ventre quadrupedis exiſtit ante perfectam generationem. שליה eſt operculum quod embryonem undique includit. Cætera hujus Miſnæ ſatis clara ſunt ex iis quæ hic diximus, & ad Miſnam antecedentem.

ו שחטו על מנת להניח את דמו או את אמוריו למחר או להוציאן לחוץ רבי יהודה פוסל וחכמים מכשירין שחטו על מנת ליתנו על גבי הכבש שלא כנגד היסוד לתן את הנתנין למטן למעלן ואת הנתנין למעלן למטן את הנתנין בפנים בחוץ ואת הנתנין בחוץ בפנים שיאכלוהו טמאים שיקריבוהו טמאים שיאכלוהו ערלים שיקריבוהו ערלים לשבר עצמות הפסח ולאכול ממנו נא לערב דמו בדם פסולין כשר שאין המחשבה פוסלת אלא חוץ לזמנו וחוץ למקומו והפסח והחטאת שלא לשמן :

6. Si quis mactat (ſacrificium,) ut relinquat ſanguinem ejus, aut partes ejus in craſtinum, aut ut educat illas foris: Rabbi Jehuda profanum eſſe inquit; ſed Sapientes rectum pronuntiant. Si quis mactat hoc pacto, ut dent ſuper clivum, ſed non verſus fundamentum, ad aſpergendum ea, quæ aſpergi debent deorſum, ſurſum; aut ea, quæ aſpergi debent ſurſum, deorſum; aut ea, quæ aſpergi debent intus, foris; aut ea, quæ aſpergi debent foris, intus: aut ut comedant illud immundi, aut ut offerant illud immundi, aut ut comedant illud præputiati, aut ut offerant illud præputiati, aut ad frangendum oſſa Paſchatis, vel comedendum de illo crudum, vel ad miſcendum ſanguinem ejus cum ſanguine illegitimorum, rectum tamen eſt, quia cogitatio non reprobum reddit, niſi extra tempus ſuum, & extra locum ſuum; Paſcha autem & ſacrificium pro peccato per alium quam ſuum titulum.

R. OB. DE BARTENORA.

להניח את דמו או את אימוריו למחר *Ut relinquat ſanguinem illius, aut partes illius in craſtinum*, non ad comburendum cra-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si cogitaverit ſacerdos ſe ſanguinem ſparſurum poſtridie, vel adipes combuſturum, ſine dubio hoc extra tempus eſt, &

craſtino die, hæc enim eſt cogitatio extra tempus ſuum, & abominandum omni modo, ſed cum cogitatione totum ſacrificium relinquendi in diem craſtinum, non ut partes illius comburantur.

רבי יהודה פוסל *R. Jehuda vitioſum pronunciat*, nam is ſacrificium vitioſum dicit, ſi ſacerdos cogitaverit de eductione vel relictione partium illius, quandoquidem id fiat eductione & relictione vitioſum. Et quemadmodum id eſt vitioſum ſi relictum ſit in diem craſtinum, eo quod ſanguis fit vitioſus occaſu ſolis, ita etiam is ſit vitioſus ſi in craſtinum diem relinquere cogitaverit.

וחכמים מכשירים *Sapientes vero id rectum pronunciant*, quandoquidem non cogitavit ad comburendum, neque ad ſpargendum, neque ad comedendum extra tempus ſuum, ſic etiam non cogitavit ad comburendum, neque ad ſpargendum, neque ad comedendum extra locum ſuum, etſi cogitaverit de eo in craſtinum relinquendo, vel extra locum ſuum educendo, tamen non factum eſt vitioſum. Quod autem R. Jehuda non pronunciat vitioſum propter cogitationem de ſanguine inferius ſpargendo, qui ſuperius ſpargi debebat, quandoquidem ſi ita fecit, vitioſum fecit, ideo fit, quia putat eum qui cogitaverit ſanguinem ſpargere in altare, etſi non ſit in loco ſuo, perinde eſt ac ſi cogitaſſet eum in loco ſuo ſpargere, dummodo non cogitaverit eum extra atrium ſpargere.

& ſacrificium abominandum. Verum ſi cogitaverit ſe adipes & ſanguinem in craſtinum tantum relicturum eſſe, ſed non cogitaverit de ſparſione neque combuſtione, vel, ſi cogitaverit eos educere extra atrium duntaxat, ſed non cogitaverit de ſparſione vel combuſtione, Sapientes dicunt, quandoquidem non cogitavit de eſu, neque de combuſtione, neque de ſparſione, ſacrificium non fecit vitioſum. R. Jehuda dicit, quandoquidem eduxit ſicuti cogitavit, vel reliquit, ſine dubio vitioſum fecit; vel etiam ſi cogitaverit de iſta re, & ipſa vitioſa facta eſt. Nam R. Jehuda non contradicit in caſu cogitandi quod locorum mutationem & ſanguinis ſparſionem attinet, ſed concedit quod ſacrificium non factum eſt vitioſum, licet, ſi ſparſerit cum intentione ſua, vitioſum reddiderit, quia ſententia R. Jehudæ de ſanguine extra locum ſuum, perinde eſt cum ea quam habet in loco ſuo, nimirum, ſi ſacerdos de ſparſione in ipſo altari cogitaverit, non extra atrium, perinde eſt ac ſi cogitaſſet eum ſpargere in loco ſuo; neque is contradicit in eo ſi cogitaverit id comeſuros immundos, &c. quia non reddidit vitioſum eo quod hæ ſunt res quæ ſacrificium non ſpectant. Cæterum jam tibi dixi id quod auctor hic dicit *intus & foris* intelligendum eſſe de altari interiori & exteriori; & quod ſanguines qui ad arcæ velum in loco ſanctiſſimo ſparguntur, etiam vocentur נתנים בפנים: deciſio eſt ſecundum Sapientes.

פרק ד בית שמאי אומרים כל הניתנין על מזבח החיצון שאם נתנן מתנה אחת כפר ובחטאת שתי מתנות בית הלל אומרים אף חטאת שנתנה מתנה אחת כפר לפיכך אם נתן את הראשונה כתקנה ואת השניה חוץ לזמנה כפר נתן את הראשונה חוץ לזמנה ואת השניה חוץ למקומה פגול וחייבין עליו כרת:

Caput 4. Schola Schammai dicit; ſi quis de iis, quæ aſperguntur ſuper altare exterius, aſperſerit aſperſione una, expiat: de ſacrificio pro peccato autem ſi aſperſiones duas. Scholaſtici Hillelis dicunt, etiam ſi de ſacrificio pro peccato aſperſerit aſperſionem unam, expiat: Ideò ſi aſperſerit primam (aſperſionem) juxta conſtitutionem ejus, etiamſi alteram extra tempus ſuum, tamen expiat: ſin aſperſerit primam extra tempus ſuum, & ſecundam extra locum ſuum, abominatio erit, & rei fiunt ſuper illo excíſionis.

R. OB. DE BARTENORA.

כל הנתנים על מזבח החיצון *Omnium quæ aſperguntur ad altare exterius*, ſunt nonnulla ſacrificia quorum ſanguis quater ſpargi debet, alia vero quorum ſanguis bis ſpargitur unde oriuntur quatuor, aliorum vero ſemel tantum, ſicuti monet Miſna ſequenti capite; & jam dicit, quod omnia hæc ſacrificia expiant licet eorum ſanguis ſemel ſparſus fuerit, eo quod ſcriptum eſt Deut. 12, 27. ודם זבחיך ישפך על מזבח quod de una effuſione tantum intelligendum eſt, quoniam Lex non dicit סביב *circum*, quod de duabus ſparſionibus quæ ſunt quatuor, intelligitur.

וכחטאת שתי מתנות *Et de ſacrificio pro peccato duarum ſparſionum*, tria in Levitico capita loquuntur de expiationibus exterioribus, quemadmodum de hirco pro Principe offerendo, & duæ pro expiatione privati, una e ſanguine agnæ, altera e ſanguine capræ; de duabus ſcriptum eſt קרנות *ſuper cornua*, ubi vox defective ſcribitur in textu. Schola Schamai putat quod ſcriptura vocis ſit exponenda, ut exinde prodeant ſex ſparſiones; de altari autem quatuor tantum dicuntur, & reliquæ duæ tantum dicuntur quod res irrita ſit ſi non toties ſparſerit. Schola Hillelis putat quod ſcriptura & Traditio valere debet, cum una indigitet ſex, & altera quatuor, idcirco Traditioni una additur, & ſcripturæ una detrahitur, quomodo erunt quinque, quatuor pro præcepto, & una impedit expiationem ſi eam non fecerit, & ſi unica modo ſparſio peracta ſit, tamen expiavit. Propterea ſacrificium expiationis pro peccato, & reliqua ſacrificia omnia ſecundum Schamai, & ſecundum Hillelem cætera præter ſacrificium expiationis pro peccato, ſi prima ſparſio ordine facta ſit, & ſecunda cum intentione comedendi carnem extra tempus ſuum, expiat, & ſacrificium ipſum eſt legitimum ut offeratur mediante prima illius ſparſione; nam ſecunda carnem non reddit licitam, nam ea jam licita facta eſt ope ſparſionis primæ, idcirco non eſt abominatio. *Sin aſperſerit*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Præterea tibi exponetur capite ſequenti, quod aliquorum ſacrificiorum ſanguis qui in altare exterius ſpargi debebat, ſemel tantum ſpargebatur, reliquorum vero bis, vel quater, ſicuti exponetur: Et hæc omnia ex præſcripto Legis; attamen ſi, nonnullorum ſacrificiorum ſanguis ſemel tantum ſparſus fuerit, expiat peccatum, uti ſcriptum eſt Deut. 12, 27. ודם זבחיך ישפך על מזבח ergo quocunque effuſus ſit modo, expiat. Porro Schola Schamai in expiationibus quoque contraria eſt Scholæ Hillelis, quæ ibidem ter repetuntur, Deut. 12, 27. על קרנות מזבח העולה Minimus autem numerus in plurali duas ſparſiones continet, eruntque ſex ſparſiones, Schola Schamai dicit, quatuor pro præcepto Legis, & duæ pro impedimento; nam quamdiu nondum duæ ſparſiones factæ ſunt, necdum facta eſt expiatio. Schola Schamai dicit, quatuor fiant pro legis præcepto, & duæ pro impedimento, nam quoties de ſanguine expiationis minus quam bis ſparſum ſit, toties expiatio inepta eſt. Schola Hillelis dicit, quia in uno trium iſtorum verſuum tantum ſcriptum eſt קרנות in plurali, dicamus quod numerus pluralis ſaltem duo notet; in reliquis vero duobus verſibus ſcriptum eſt קרנת in ſingulari, & propterea trium iſtorum verſuum ſcopus eſt de quatuor ſparſionibus, de tribus pro præcepto, & una pro impedimento. Jam conſideremus controverſiam in hac Miſna, nam Hillel dicit unam ſparſionem eſſe fundamentum, & huic innitendum eſſe, reliquas vero eſſe pro præcepto. Propterea, ſi prima ſparſio peracta fuerit ordine, ſacrificium non factum eſt vitioſum, etſi cogitatio illegitima inciderit ad ſecundam ſparſionem, & ſequentes. Verum ſi prima facta ſit extra tempus ſuum, ſacrificium abominandum eſt, licet ſecunda & ſequentes ſparſiones ordine factæ ſint, tamen hæ non aliæ ſunt quam merum præcepti complementum, & non comprehenduntur ſub conditionibus ſacrificii expiationis pro peccato, ut in iis ſe-

rit primam extra tempus ſuum , *& ſecundam extra locum ſuum*, *abominatio erit*, nam intentio extra locum ſuum non excipit ſacrificium e ſtatu abominationis , quia jam factum abominandum ope primæ ſparſionis cujus ope omnia fiunt licita.

queremur intentionem. Sed ſecundum Schamai , qui dicit duas ſparſiones eſſe expiationis fundamentum, ſi prima ſparſio extra tempus facta ſit, & ſecunda extra locum ſuum, non ſit abominandum, cum cogitatio temporis jam mixta ſit cum cogitatione loci in duabus ſparſionibus, atque duæ ſimul ſunt fundamentum, & propterea ſe res habet perinde ac ſi quis extra tempus mactaſſet , & ſanguinem extra locum ſuum excepiſſet , quod non eſt abominandum , ſecundum fundamenta quæ expoſuimus capite ſecundo. Cæterum non eſt neceſſe ut denuo dicamus de eo qui extra locum ſuum mactaverit, vel extra tempus , ſive de eo qui extra tempus & extra locum de ſacrificio cogitaverit , ſicuti capite ſecundo expoſitum eſt ; & hic ſenſus admitti debet in aliis locis, ubi nihil præterquam de cogitatione memoratur.

ב כל הניתנין על מזבח הפנימי שאם חסר אחת מן המתנות לא (ס"א) כפר לפיכך אם נתן כולן כתקנן ואחת שלא כתקנן פסול ואין בו כרת :

2. (Iidem dixerunt) ſi quis de iis, quæ aſpergi debent ſuper altare interius, diminuerit unam aliquam ex aſperſionibus, non expiat. Ideò ſi quis aſperſerit omnes juxta conſtitutionem earum, & unicam contra conſtitutionem earum, abominatio erit, non tamen erit in eo exciſio.

R. OB. DE BARTENORA.

אם חסר אחת מכל המתנות לא כפר *Si defecerit una ex omnibus aſperſionibus*, non expiat, nam de juvenco pro re occulta offerendo ſcriptum eſt Levit. 4, 20. ועשה לפר כאשר עשה לפר החטאת qui verſus non videtur neceſſarius , quia omnia juvenci miniſteria jam expoſita ſunt , niſi Lex quædam præmonere velit de ſparſione ſanguinis illius , nimirum quod ei fiet quemadmodum Lex antea deſignavit opera ejus, quæ hic repetiit, quia res infecta eſt ſi ſecus fecerit, nimirum quod non expiat , ſi aliqua e ſparſionibus defecerit.

לפיכך אם נתן כלן כתקנן *Idcirco , ſi quis omnes aſperſerit, juxta conſtitutionem earum* , quandoquidem iſtæ omnes ſparſiones permittunt , & una non permittit abſque altera, neque una ſine altera abominationem efficit.

ואחת שלא כתקנן *Et unicam contra conſtitutionem earum*, cum cogitatione extra tempus ſuum. פסול *illegitimum erit*, quia non permittitur cum prioribus. *Non tamen in eo erit exciſio*, quia non fit abominatio ope partis permittentis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

De juvenco expiationis diei Expiationis magni ſcriptum eſt Levit. 16, 14. ולפני הכפרת יזה שבע פעמים & de hirco expiationis qui hirco emiſſario adjungebatur, ſcriptum eſt Levit. 16, 15. ועשה את דמו כאשר עשה לדם הפר videlicet qui ſepties ſpargi debet. Interiores vero ſparſiones ſe invicem impediebant, Lex enim numerum earum exponit, & quare omnes neceſſariæ ſint; ſacrificium itaque non eſt abominabile niſi donec ſacerdos illegitimam habuerit intentionem, ſecundum fundamentum quod capite ſecundo dedimus, nimirum ſicuti eſt acceptio legitimi, ita quoque eſt acceptio illegitimi, idcirco requiritur ut cogitatio illegitima ſit in omnibus ſparſionibus neceſſariis , ſi in ſparſione aliquid illegitimi acciderit, & tum erit abominandum. Cæterum jam diximus quod omnes ſparſiones interiores ſunt neceſſariæ ad expiandum , idcirco ſi cogitatio corrupta fuerit inter ſpargendum, uti dicitur, *& unicam contra conſtitutionem earum*, ſive in principio ſive in fine , iſtud ſacrificium eſt illegitimum factum; qui vero id comederit, is non tenetur excidio.

ג אלו דברים שאין חייבין עליהם משום פגול הקומץ והלבונה והקטורת ומנחת כהנים ומנחת כהן משיח (נ"א ומנחת נסכים) והדם והנסכים הבאים בפני עצמן דברי רבי מאיר וחכמים אומרים אף הבאים עם הבהמה לוג שמן של מצורע רבי שמעון אומר אין חייבין עליו משום פגול ורבי מאיר אומר חייבין עליו משום פגול שדם האשם מתירו וכל שיש לו מתירים בין לאדם בין למזבח חייבין עליו משום פגול :

3. Hæ ſunt illæ res , propter quas non fiunt rei nomine abominationis ; Pugillus, & thus, & ſuffimentum, & munus ſacerdotum , & munus ſacerdotis uncti, & ſanguis , & libamina , quæ ſeorſim offeruntur, ſunt verba Rabbi Meir : ſed Sapientes dicunt, etiam quæ offeruntur cum beſtia. De Log olei leproſi Rabbi Simeon dicit, quod non rei fiant propter illud nomine abominationis ; ſed R. Meir dicit, quod rei fiant propter illud nomine abominationis : Ideò quod propter ſanguinem ſacrificii pro reatu, qui illud ſolvit, & propter omnia, quæ habent ſolventia, tam quoad homines, quàm quoad altare, rei fiant nomine abominationis.

R. OB. DE BARTENORA.

אלו דברים שאין חייבין עליהן *Hæ ſunt res propter quas non fiunt rei*, nomine excidii ; ſi comederit eas nomine abominationis. הקומץ *pugillus*, ſi pugillo acceperit ea intentione ut comederet reliquias die craſtino , & donum factum fuerit abominandum , quia eodem die & nocte tantum comedi debet; qui vero comederit pugillum, is non tenetur excidio, quia פגול *abominatio* non invenit locum niſi in re quæ alias habet permittentes , nam abominationem colligimus e pacificis, de quibus ſcriptum eſt Levit. 7, 8. ſicuti igitur ſacrificia pacifica ſunt particularia quæ ſuas habent res, quæ nonnullas reddunt licitas tam pro homine quam pro altari, nam ſanguis permittit ad comburendum אימורים in altare, atque hæc porro permittunt carnem pro homine, qui ob eam nomine abominationis condemnari poteſt ; ſic etiam ob omnem rem quæ habet ſuas permittentes , tam pro homine quam pro altari , tenentur nomine abominationis ; omnibus vero exceptis rebus quæ in hac Miſna referuntur, quæ non habent

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam noſti quod פגול *abominandum* colligimus ex eo quod dicitur Levit. 7, 8. ad hæc ita dixerunt Sapientes , quemadmodum pacifica ſacrificia ſunt particularia quæ ſua habent permittentia tam pro homine quam pro altari, & propter illa nomine abominandi condemnari poſſunt ; ſic etiam nomine abominationis condemnari poſſunt tam pro homine quam pro altari. Horum verborum hic ſenſus ſit, quicquid ex præſcripto Legis non licet edere, id non offeretur, ſed ſi aliud ipſum præceſſerit opus , & poſtea iſtius operis complementum fiat juxta conſtitutionem, tum licitum eſt ut comedatur, aut offeratur, uti ſunt partes ſacrificiorum quæ אימורים dicuntur & quas offerre non licet niſi uſque dum ſanguis ſparſus ſit. Et quemadmodum ſacrificiorum pacificorum partes edere non licet niſi dum אימורים in altare oblata ſunt; ſanguinis vero ſparſio אימורים ſive partes quaſdam ſacrificii pro altari reddit licitas , & אימורים porro carnem pro homine reddunt licitam ; ſi vero intentio depravata fuerit extra

habent permittentes ſuas, ſed illæ ipſæ alias res permittunt, qui enim de illis comederit, is non tenetur nomine abominationis.

והלבונה *Et thus*, id non habet alia permittentia, ſed id ipſum permittit donum ſacerdotum ut pugillus. ומנחת כהנים *& donum ſacerdotum*, id totum comburitur & non pugillo capitur, idcirco nihil ei eſt quod ipſum permittat.

ומנחת כהן משיח *Et donum ſacerdotis uncti*, ſartagines pontificis maximi quæ quotidie offerebantur, dimidium mane, & dimidium veſperi. והדם *& ſanguis*, qui permittit. והנסכים הבאים בפני עצמן *& libamina quæ ſeorſim offeruntur*, ut, ſi donum libaminis promiſerit ſine ſacrificio, vel ea pro ſacrificio adduxerit, niſi quod ſacrificium adduxerit uno die, & libamina altero die, quo in caſu non nemo dixit *& donum & libamina illius*, etiam altero die; at ſi ea adduxerit cum ſacrificio, & ſacrificium reddiderit abominandum, libamina etiam abominanda ſunt.

וחכמים אומרים אף הבאים עם הבהמה *At Sapientes dicunt, etiam quæ veniunt cum pecude*, nam cum libamina altero die offerri poſſint, fiet ut ſacrificium non permittat illa ut offerantur, ſed illa ſeipſa reddunt permiſſa; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ולוג שמן של מצורע *Et Logus olei leproſi*, cujus reliquias comedere licet. אין חייבין עליו משום פגול *Non rei fiunt propter illud nomine abominationis*, ſi ſacrificium pro reatu fecerit abominabile, Logum olei tamen fecit abominabilem, licet Logus dependeat a ſacrificio culpæ, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 14, 17. על דם האשם nam ſi prius non ſparſerit de ſanguine ſacrificii pro reatu, ſparſio olei nullius eſt momenti, nihilominus tamen, quandoquidem homo nunc adducit, & Logum poſt decem dies, fiet ut ſacrificium pro reatu non permittat Logum, & cum ei non ſunt permittentia, propter ipſum non tenentur nomine abominationis. R. Meyr dicit quod Logus qui eodem die offertur cum ſacrificio pro reatu, obligat ſub nomine abominationis, ſi in ſacrificio pro reatu contineatur abominatio; deciſio non eſt ſecundum R. Meyr. *Tam pro homine quam pro altari*, aut pro hoc aut pro illo.

tra tempus ſuum, tum iſta res quæ idonea erat ut comederetur, vel combureretur, erit abominatio, & qui de ea comederit, is tenetur excidio. Verum ob rem cui nihil eſt quod ipſam licitam reddit, ſed ipſa aliam rem licitam reddat, tum is qui de ipſa comederit, non tenetur excidio, etſi intentio corrumpat & abominationem efficiat, & hoc vult quando dicit, *non fiunt rei nomine abominationis propter illud.* Harum una actio eſt pugillatio, qua ſacerdos capiebat pugilli plenitudinem de munere, eamque imponebat altari, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 2, 2. וקמץ משם מלא קמצו Propterea ſi quis de iſto pugillo comederit, aut de thure, etſi munus factum ſit abominandum, tamen non tenetur excidio, quia illic non ſunt opera præcedentia ad permittendum oblationem pugilli & thuris, ſed illa ipſa ſunt permittentia. Sic etiam ſuffimenta & munera ſacerdotum penitus comburenda ſunt, & de illis non ſumendus eſt pugillus, ut dicamus quod pugillus permittit reliquias. Sic etiam eſt munus ſacerdotis uncti, quod eſt oblatio pontificis maximi quotidiana, de quo ſcriptum eſt Levit. 6, 23. וכל מנחת כהן כליל תהיה לא תאכל Cæterum *libaminum munus* conſtat e ſimila quæ una cum ſacrificiis offertur, ſicuti in principio codicis Menachot exponitur. Per *ſanguinem* intelligendi ſunt omnium ſacrificiorum ſanguines, quia hi aliis permittere poſſunt.

והנסכים הבאים בפני עצמן *Et libamina quæ ſeorſum offeruntur*, hæc conſtant e vino, & propter votum aut promiſſa adducuntur, uti in codice Menachot exponitur; ſed horum expoſitionem jam attulimus in codice Schecalim. Dicit autem R. Meyr quod ſanguis ſacrificii permittit libamina quæ cum iis offeruntur in altare, & propterea eorum cauſa abominationis rei fieri poſſunt. Sapientes putant omnium ſacrificiorum libamina non habere quod permittat, & jus eorum perinde eſſe ac jus ſanguinis. Sed eliciamus hinc fundamentum aliquod, videlicet quod ſacrificium aut munus, quando illa abominanda facta fuerint ſecundum conditiones abominandi capite ſecundo dictas, & in principio codicis Menachot, quomodo ſit abominandum muneris, nam qui de ipſis rebus permittentibus comederit, quas nulla permittens præceſſit, is non tenetur excidio. Qui vero comederit de ejuſmodi re cui ſunt permittentes, ſive res iſta permiſſa ſit hominibus, uti ſunt munerum reliquiæ, & carnes ſacrificii pro peccato, ut & pacificorum ac ſacrificii pro reatu, ſive permiſſa combuſtioni, uti ſunt אימורים & caro holocauſti, ob quæ homo excidio tenetur nomine abominationis. Hæc prolixe expoſuimus ne ubique hæc fundamenta repetenda eſſent; deciſio eſt ſecundum R. Simeon.

ד העולה דמה מתיר את בשרה למזבח ועורה לכהנים עולת העוף דמה מתיר את בשרה למזבח חטאת העוף דמה מתיר את בשרה לכהנים פרים הנשרפים ושעירים הנשרפים דמן מתיר את אימוריהן ליקרב רבי שמעון אומר כל שאינו על מזבח החיצון כשלמים אין חייבין עליו משום פגול:

4. Holocauſti ſanguis propriam facit carnem ejus altari, & pellem ejus ſacerdotibus. Sanguis holocauſti avis propriam facit carnem ejus altari. Sanguis ſacrificii pro peccato propriam facit carnem ejus ſacerdotibus. Juvencorum, qui comburi debent, & hircorum, qui aduri debent, ſanguis licitos reddit adipes eorum, ut offerantur. Rabbi Simeon ait; quicquid de pacificis non offertur ſuper altari exteriori, ſuper illo non fiunt rei nomine abominationis.

R. OB. DE BATENORA.

העולה דמה מתיר את בשרה למזבח *Holocauſti ſanguis licitam reddit carnem illius altari*, eo quod ſcriptum eſt Levit. 1, 5. וזרקו את הדם & poſtea וערכו *& diſponent.* ועורה לכהנים *& pellem ejus ſacerdotibus*, eſt pellis holocauſti oblati, quæ non prius pertinet ad ſacerdotes quam poſt ſparſionem ſanguinis.

חטאת העוף *Sacrificium pro peccato e volucribus*, quod a ſacerdotibus comeditur, & hoc colligitur ex eo quod ſcriptum eſt Num. 18, 9. ולכל חטאתם ad ſacrificium pro peccato ex volucribus includendum, ne quis dicat id cadaveri ſimile eſſe.

פרים הנשרפים *Juvenci qui comburi debent*, ſunt juvencus ſacerdotis uncti, & juvencus pro re occulta cœtus, & ſunt juvencus diei Expiationis. שעירים הנשרפים *hirci comburendi*, hircus diei Expiationis, & hirci pro idololatria offerendi, horum omnium ſanguis intus comburi debet, adipeſque illorum in altare holocauſti offeruntur; reliquiæ vero carnis comburuntur in loco cineris; & quandoquidem illius ſanguis adipes

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פרים הנשרפים *Juvenci qui comburi debent*, ſunt juvencus diei Expiationis, & juvencus qui pro omnibus offertur præceptis, & juvencus pro rebus occultis offerendus. שעירים הנשרפים *hirci qui comburi debent*, ſunt hircus diei Expiationis, hircus pro idololatriæ peccato offerendus, qui ex Lege comburi debet, ſicuti in prologo hujuſce tractatus expoſuimus. Nam combuſtionem illius Sapientes collegerunt ex eo quod Levit. 4, 21. de juvenco pro re occulta in doctrina offerendo חטאת הקהל הוא Hinc probatur quod omnia ſacrificia expiatoria cœtus comburenda ſunt, & quod jus eorum idem eſt cum jure juvenci ſacerdotis uncti; ſic etiam juvencus pro re occulta offerendus, comburi debet, & ſanguis illius intus ſpargi, & illius אימורים etiam comburi debent. Et hoc eſt quod in Siphra dicunt, ſcriptum eſt de ſacrificio cœtus pro re occulta offerendo חטאת הקהל הוא ad includendum hircos pro idololatria offerendos, quod intelligi debet de omni eo quod in hocce caſu dictum eſt; vult dicere auctor quod ſparſiones, & ſparſio interior, adipumque

adipes reddit licitos ut offerri poſſint, ſi in iis contineatur abominandum, atque comederit ſacerdos de adipibus, propter eos tenetur nomine abominationis.

כל שאינו על המזבח החיצון כשלמים *Quicquid de pacificis non offertur in altare exterius*, nam de pacificis ſcriptum eſt פגול *abominandum*, ſicuti igitur pacifica iſtius ſunt conditionis ut ſanguinis aſperſio fieri debeat in altare exterius, ſic etiam per omne ſacrificium cujus ſanguis in altare exterius aſpergi debet, excipiuntur juvenci & hirci qui comburi debent, quorum ſanguis ſpargi debet intus; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

pumque combuſtio in altare exterius, & reliquiarum corporis combuſtio foris, ſive extra caſtra Iſraëlis fieri debeant. Et quoniam horum omnium ſacrificiorum ſanguis ſpargebatur, & adipes offerebantur in altare exterius, idcirco eorum reliquias corporeas comburebant extra Iſraëlis caſtra; quomodo ſecundum ſententiam illius qui dicit ſanguinem permittere adipes ut offerantur, adipes ſunt res quæ habet ſuas permittentes, & ſi intentione ſua abominationem effecerit, uti dictum eſt, adipes ſunt abominatio, & qui olivæ quantitatem de iis comederit, tenetur excidio. R. Simeon dicit, quandoquidem abominatio obtinet in pacificis, & pacificorum opera omnia fiunt in altari exteriori, ita etiam jus abominationis duntaxat obtinet in ſacrificio cujus opera fiunt in altare exterius; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

ה קדשי עכ״ום אין חייבין עליהן משום פגול נותר וטמא והשוחטן בחוץ פטור דברי רבי מאיר (נ״א רבי שמעון) רבי יוסי מחייב דברים שאין חייבין עליהן משום פגול חייבין עליהם משום נותר משום טמא חוץ מן הדם רבי שמעון אומר בדבר שדרכן להאכל אבל כגון העצים והלבונה והקטורת אין חייבין עליהן משום טומאה:

5. Propter ſancta gentilium non rei fiunt nomine abominationis, aut reſidui, aut immundi. Et ſi quis mactat ea foris, liber eſt. Dixit hæc R. Meir. R. Joſe obligat. Propter quæ non rei fiunt nomine abominationis; propter illa rei tamen fiunt nomine reſidui, & nomine immundi, excepto ſanguine. R. Simeon inquit: de re, quæ comedi ſolet, iſta vera ſunt. Verum propter ea, quæ ſimilia ſunt lignis, & thuri, atque ſuffitui, non fiunt rei nomine immundiciei.

R. OB. DE BARTENORA.

קדשי גוים *Sancta gentilium*, nam gentiles vota & oblationes ſpontaneas offerre ſolent ſicuti Iſraëlitæ, quemadmodum ſcriptum eſt Levit. 17, 10. ubi vocibus איש איש includimus gentiles, qui inſtar Iſraëlitarum vovent & ſpontanea offerunt.

אין חייבין משום פגול וכו׳ *Non rei fiunt nomine abominationis*, *&c.* nam abominationem colligimus e reſiduiis ex ſimilitudine vocum עון עון; & ex ſimilitudine vocum חלל חלל colligimus reſiduum. Cæterum de immundo extat Levit. 22, 12. וינזרו מקדשי בני ישראל ergo de ſanctis gentilium non eſt ut ſeparentur immundi; deciſio non eſt ſecundum R. Meyr.

דברים אין חייבין עליהם משום פגול *Res propter quas non rei fiunt nomine abominationis*, cujuſmodi ſunt pugillus, ſuffitus, & reliqua in Miſna memorata, propter quæ rei fieri poſſunt ſi qui comederint de illis in immunditie corporea, ut excidii pœnam mereantur. חוץ מן הדם *ſanguine excepto*, quia is in Lege excipitur quando dicit, ואני נתתיו לכם *& ego eum dedi vobis*; vobis igitur erit ut reliqua profana, & non ut ſancta. Præterea Lex dicit, על המזבח לכפר, ergo ad expiandum dedi vobis ſanguinem & non ad prævaricandum, & propterea illius gratia non tenentur ob immunditiem, neque ob reſiduum, neque ob abominationem, ſed propterea tantum quod comederunt ſanguinem.

בדבר שדרכן לאכול *De re quæ comedi ſolet*, quam homines comedere ſolent etſi comburatur, ut pugillus, ſacerdotum munus, & id genus alia; thus vero & ligna, ac ſuffitus non obligant in caſu immunditiei. Sapientes ei contrarii ſunt & immunditiem augent ex eo quod ſcriptum eſt Levit. 7, 19. והבשר אשר יגע בכל טמא ubi vox והבשר *& caro* videtur ſuperflua, ad augendum ligna, & thus, ac ſuffimentum; deciſio eſt ſecundum Sapientes; nam in lignis, thure, & ſuffimento obtinet caſus immunditiei. Sed non ſunt ligna quæ immunda fiunt niſi ſacrificalia duntaxat quæ in altare non licet comburere, ſi ea attigerit immundities.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ex Lege eſt quod gentiles offerre poſſunt ſacrificia, & quod ab illis accipi debent iſta; nam in principio codicis Zevachim jam expoſuimus quod ab illis recipere licet vota & ſpontaneas oblationes, nimirum holocauſta & pacifica. Præterea in hoc capite memoratæ ſunt res ob quas nomine abominationis rei fieri poſſunt, quarum una eſt ſanguis; at de ſanguine dictum eſt Levit. 17, 11. ואני נתתיו לכם על המזבח לכפר ad hæc Sapientes dixerunt, ergo *vobis erit*; porro dixerunt, *ad expiandum* vobis datus eſt ſanguis, & non ad prævaricandum. Sic etiam ſi comederit de ſanguine rerum ſanctarum, & is qui comederit, fuerit corpore pollutus, non tenetur excidio, propter eſum de rebus ſanctis in immunditia, quomodo fit ut ſanguinis cauſa nemo reus ſit ob immunditiem ſuam, neque ob reliquias, neque propter abominandum, ſed qui comederit, tenetur duntaxat ut is qui ſanguines comederit alios; deciſio eſt ſecundum R. Joſen. R. Simeon dicit, quod ad ligna, thus, & ſuffitus attinet, ea non obligant ad immunditiem, neque ob immunditiem corpoream, neque ob immunditiem ipſorum, nam ſi immundus comederit thus aut ſuffitum, vel ligna munda obtulerit, immunis eſt. Sic etiam ſi is purus ſit, & hæ res impuræ, immunis eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon. Porro neque ligna ſunt quæ polluuntur, niſi ligna ſacrificalia tantum, nam illa fieri poſſunt illegitima, & tum ea in altare non licet comburere.

ו לשם ששה דברים הזבח נזבח לשם זבח לשם זובח לשם השם לשם אישים לשם ריח לשם ניחוח והחטאה והאשם לשם חטא (ס״א) אמר רבי יוסי אף מי שלא היה בלבו לשם אחד מכל אלו כשר שהוא תנאי בי״ת דין שאין המחשבה הולכת אלא אחר העובר:

6. Sub ſex titulis ſacrificium ſacrificatur: ſub titulo ſacrificii, ſub titulo ſacrificantis, ſub titulo Jehovæ, ſub titulo ignitorum, ſub titulo odoris, ſub titulo quietis. Sacrificia autem pro peccato & pro reatu, ſub titulo peccati. Dixit R. Joſe, etiam ejus, in cujus corde non fuit ullus ex omnibus iſtis titulis, legitimum eſt: eò quod ſit ex conſtitutionibus domus judicii, quod cogitatio non ſequatur niſi tranſgredientem.

R. OB. DE BARTENORA.

לשם זבח *In nomine ſacrificii*, ad excludendum ſanctitatis im-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

E verbis noſtris tibi exponetur non requiri ut pacifica in no-

immutationem, ne mactetur ſacrificium ſub alieno titulo. לשם זובח *in nomine mactantis*, ad excludendum poſſeſſorum immutationem, quemadmodum ſuperius docuimus in principio capitis. לשם אשים *in nomine ignitorum*, ad excludendum caſum quo ſacrificium mactaverit, atque id in partes prunis aſſandas diviſerit. לשם ריח *in nomine odoris*, ad excipiendum caſum quo id prius aſſaverit extra ſtruem lignorum in altare, nam jam non amplius odorem confert.

לשם ניחוח *In nomine quietis*, ad Deum placandum, nam dictum eſt, *& fiet voluntas illius*; hæc omnia colligimus ex eo quod ſcriptum eſt Levit. 1, 9. אשה ריח ניחוח *ignitum odoris grati.* לשם חטאת *in nomine peccati*, in nomine peccati quod ſacrificii poſſeſſor patravit. *Dixit R. Joſe, etiam ejus, in cujus corde non fuit ullus ex omnibus iſtis titulis*, ſed ſi ſimpliciter id mactaverit: *Legitimum eſt, eo quod ſit ex conſtitutionibus domus judicii*, ut ſimpliciter mactet. *Cogitatio miniſtrantem tantum ſequitur*, idcirco dixerunt, nullius eſſe momenti id quod dicitur *non in nomine ipſorum*, etſi poſſeſſores dixerint in nomine ipſorum, quia res in hoc non conſiſtit, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 7, 18. המקריב לא יחשב deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

nomine pacificorum mactentur, & holocauſtum in nomine holocauſti. Cæterum in principio hujuſce tractatus jam diximus, quod id tamen legitimum ſit ſi ſimpliciter quis mactaverit. Hicce vero doctor ſtatuit poſſeſſoris ſacrificii intentionem neceſſariam eſſe ad hæc ſex in eo qui mactat. R. Joſe dicit, eſſe Synedrii conſtitutionem quod intentionem illius qui miniſtrat tantum ſequi debemus, ſcil. mactantis, vel ſanguinem recipientis, eundemve ſpargentis, ſed non poſſeſſoris ſacrificii intentionem, deciſio eſt ſecundum R. Joſen. Et propterea exploſa eſt ſententia illius qui dicit poſſeſſores efficere poſſe abominationem; cæterum caſus intentionis tantum conſiſtit in eo, ſi quis e quatuor miniſteriis fecerit unum, uti diximus.

פרק ה איזהו מקומן של זבחים קדשי קדשים שחיטתן בצפון פר ושעיר של יום הכפורים שחיטתן בצפון וקבול דמן בכלי שרת בצפון ודמן טעון הזיה על בין הבדים ועל הפרוכת ועל מזבח הזהב מתנה אחת מהם מעכבת שירי הדם היה שופך על יסוד מערבי של מזבח החיצון אם לא נתן לא עכב:

Caput. 5. Quiſnam eſt locus ſacrificiorum? quæ ſunt ſancta ſanctorum, eorum mactatio (fiat) in ſeptentrione. Juvenci & hirci in die expiationis, mactatio fit in ſeptentrione, atque acceptio ſanguinis eorum in vaſa miniſterii in aquilone, ſanguiſque illorum ſpargi debet ſuper ſpatium, quod eſt inter vectes, & ſuper velum, altareque aureum. Aſperſio una ex iis impedit. Reliquias ſanguinis fundit ſuper fundamentum occidentale altaris exterioris; ſin (autem) non ſparſit, non impedit.

R. OB. DE BARTENORA.

קדשי קדשים *Sancta ſanctorum*, uti ſunt holocauſta, expiatio pro peccato, & pro reatu. *Eorum mactatio fiat in ſeptentrione*, nam de holocauſto ſcriptum eſt Levit. 1, 11. ושחט אתו על ירך המזבח צפונה de ſacrificio expiationis pro peccato ſcriptum eſt Levit. 4, 33. במקום אשר ישחט את העולה תשחט את החטאת Et de ſacrificio pro reatu ſcriptum eſt Levit. 6, 25. במקום אשר ישחטו את העולה ישחטו את האשם Atque quod hic non dicit, & ſanguinis illius exceptio fiat ad ſeptentrionem, licet omnium illorum ſanguis excipiatur ad ſeptentrionem in loco mactationis, nam prope mactationem ſcriptum eſt Levit. 14, 16. ולקח מדם הפר ratio eſt quod leproſi ſacrificia pro reatu ſunt quorum ſanguis excipiebatur a ſacerdote in manu ipſius, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 4, 25. Quemadmodum ergo ſanguinis נתינה *impoſitio* a ſacerdote fiebat digito ipſius, ita quoque לקיחה *acceptio* fiebat digito; idcirco auctor hic non dixit, *& exceptio ſanguinis illius*, quia ſanguinis exceptio omnium ſacrificiorum pro reatu non eſt æqualis; & quia ei non ſufficiebat ſine receptaculo vaſis, nam poſtquam ſacerdos ſanguinis partem exceperat ſua manu, alius ſacerdos ſanguinem excipiebat in vaſe, idcirco clare dicit auctor, *ſacrificium pro reatu leproſi, reatus pendens ſive dubius, mactari debent ad ſeptentrionem, & ſanguis excipi in vaſe miniſterii ad ſeptentrionem.*

פר ושעיר של יום הכפורים *Juvenci & hirci in die Expiationis*, etſi ſeptentrio expreſſa ſit de holocauſtis, doctor tamen prius de ſacrificiis pro peccato locutus eſt, nam cum illa ex allegoricis colligantur, idcirco hanc dignitatem iis tribuit, & ſacrificia pro peccatis intus offerenda præmiſit, eo quod ſanguis illorum in intimo loco ſpargi debet. Præterea mactatio eorum fiat ad ſeptentrionem, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 4, 29. ושחט החטאת במקום העולה qui verſus videtur ſuperfluus, cum idem jam ſcriptum ſit verſu 24. Sed reſponſio eſt quod omnibus ſacrificiis pro peccatis hic ſit primus locus, qui eſt ad ſeptentrionem.

בכלי שרת *In vaſe miniſterii*, nam de holocauſto Sinaitico ſcriptum eſt Levit. 24, 6. וישם באגנות atque hinc pro omnibus colligimus ſacrificiis, quod vaſe opus habent in ſanguine ſpargendo.

הזיה על בין הבדים *Sparſio fiat inter vectes*, ſtabat pontifex intra vectes Arcæ, & ſemel ſpargebat ſuperius, ſeptieſque e regione craſſitiei operculi, ſed ad id non pertingebant.

ועל

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קדשי קדשים *Sancta ſanctorum*, ita vocantur holocauſta, expiatio pro peccato, & ſacrificium pro reatu; Lex vero de ſacrificio pro peccato & reatu dicit, קדשי קדשים Et holocauſtum includimus, eo quod aſſimilatur ſacrificio pro peccato & pro reatu in mactatione, & exceptione ſanguinis, quemadmodum exponetur. Locus vero holocauſti mactandi hiſce verbis deſcribitur Levit. 1, 11. ושחט אתו על ירך המזבח צפונה Et de ſacrificio pro peccato dicitur Levit. 4, 33. במקום אשר ישחט את העולה תשחט את החטאת Et de ſacrificio pro reatu ſcriptum eſt Levit. 6, 25. במקום אשר ישחטו את העולה ישחטו את אשם Ad hæc dixerunt Sapientes, hæc res principalis eſt pro omnibus ſacrificiis expiatoriis ut ad ſeptentrionem duntaxat mactentur. Sic etiam ſanguinis exceptio ad ſeptentrionem fieri debet. Spatium vero loci quadrati erat a pariete altaris ſeptentrionali uſque ad parietem atrii, qui ſexaginta cubitorum erat, quicquid e regione latitudinis erat, inde a porta Ulam uſque ad portam orientalem, qui ſunt ſexaginta & unus cubitus, & hoc ſpatium quadratum vocatur *ſeptentrio* reſpectu mactationis rerum ſanctiſſimarum; atque hoc tibi exponetur in figura templi, de qua in tractatu Middot. Sic etiam in Toſaphta ad tractatum Zevachim exponitur hunc eſſe mactationis locum. Juvencus autem & hircus die Expiationis duntaxat inter ſacrificia expiationis pro peccato referendi ſunt, ſicuti in prologo noſtro expoſuimus de ſacrificiorum diviſionibus; & quia ſanguis illius intus ſpargebatur, uti dictum eſt in Lege, & holocauſtum non præcedebat etſi hoc præcipuum eſſet, de quo Lex Levit. 6, 25. Cæterum de ſanctis ſanctorum, atque de ſanguinis exceptione in vaſis miniſterii ad ſeptentrionem idem non dixit Lex, eo quod ſacrificia pro reatu includuntur ſanctis ſanctorum, quorum unum ſacrificium pro reatu leproſi, nam totus illius ſanguis non recipiebatur in vaſe miniſterii, ſed pars quædam in manu ſacerdotis, & reliquum in vaſe miniſterii, uti capite ultimo tractatus Negaim expoſitum eſt. Quod autem ſparſiones ſanguinis interiores ſe invicem impediant, id jam expoſitum eſt capite præcedenti.

שירי הדם *Reliquiæ ſanguinis*, nimirum reliquiæ ſanguinis juvenci & hirci diei Expiationis, eo quod jus illius colligitur e reliquiis ſanguinis ſacerdotis uncti, cujus ſanguis etiam intus ſpargi debet, de quo ſcriptum eſt Levit. 7, 4.

Latus

ועל הפרוכת *& ſuper velum*, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 16, 16. וכן יעשה לאהל מועד Porro dicit auctor, *& ſuper altare aureum*, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 16, 18.

מתנה אחת מהם מעכבת *aſperſio una ex iis impedit*, uti diximus capite quarto, de juvenco pro re occulta offerendo ſcriptum eſſe Levit. 4, 30. *& faciet juvenco ſicuti fecit juvenco ſacrificii pro peccato, ita ei faciet*; qui verſus redundaret niſi expreſſus eſſet ad impediendum, ſcil. expiationem non eſſe rite peractam ſi una defuerit ſparſio ſanguinis; idcirco exponimus illud *& faciet juvenco* de juvenco diei Expiationis, cujus una ſanguinis ſparſio quoque expiationem impedit, ut juvenci pro re occulta offerendi. *Reliquias ſanguinis fundit ſuper fundamentum occidentale altaris exterioris*, uti ſcriptum eſt Levit. 6, 25. Cæterum tentorii conventus erat ad occidentem altaris exterioris. *Sin autem non ſparſit*, ſcilicet reliquias ſanguinis ad fundamentum, *non impedit*, nempe expiatio, nam poſt ſparſiones & impoſitiones ſanguinis in loco interiori ſcriptum eſt Levit. 16, 20. וכלה מכפר את הקדש quod intelligendum eſt poſt omnes ſparſiones abſolutam eſſe expiationem.

Latus autem portæ tentorii conventus proximum ab altari, eſt latus occidentale, nam היכל erat ad occidentem, quemadmodum exponetur in figura Templi in tractatu Middot; altare vero coram ipſo erat; & cum ſint reliquiæ præcepti, idcirco non impediunt: ipſum מצוה *præceptum* ſive principale fundamentum eſt ſanguinis ſparſio.

ב פרים הנשרפים ושעירים הנשרפים שחיטתן בצפון וקבול דמן בכלי שרת בצפון ודמן טעון הזייה על הפרוכת ועל מזבח הזהב מתנה אחת מהן מעכבת שירי הדם היה שופך על יסוד מערבי של מזבח החיצון אם לא נתן לא עכב אלו ואלו נשרפין בבית הדשן:

2. Juvencorum, qui comburi debent, atque hircorum, qui comburi ſolent, jugulatio in ſeptentrione, & acceptio ſanguinis eorum in vaſis miniſterii in aquilone, ac ſanguis eorum tenetur ſpargi ſuper velum ſuperque altare: unica (ſcil. aſperſio) illorum impedit. Reliquias ſanguinis effundit ſuper fundamentum occidentale altaris exterioris; ſi non effundit, non obſtat. Utrique comburuntur in loco cineris.

R. OB. DE BARTENORA.

פרים הנשרפים *Juvenci qui comburendi ſunt*, juvencus pro re occulta offerendus, & juvencus ſacerdotis uncti, quos non comedunt ſacerdotes, ſed extra Jeruſolymam comburi debent. שעירים הנשרפים *hirci comburendi*, hirci pro idololatria offerendi, qui juvenco pro re occulta offerendo aſſimilantur in omnibus. הזייה *ſparſio*, ſepties ſuper velum; ſed de ſparſione inter vectes nihil ſcriptum, ſicuti de juvenco diei Expiationis, de quo ſcriptum eſt Levit. 16, 14. *& ſparget digito ſuo ſuper velum. Utrique comburuntur*, juvencus diei Expiationis, & cæteri qui comburuntur, in loco cineris comburuntur, quo altaris exterioris cinis defertur, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 6, 4. והוציא את הדשן אל מחוץ למחנה & de juvencis comburendis ſcriptum eſt Levit. 1, 16. אל שפך הדשן ישרף.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Capite antecedenti jam expoſitum eſt quod juvenci & hirci qui comburendi erant, omnes in ſacrificia pro peccatis, & in ſacrificium pro cœtu offerebantur; horum jus colligimus ex ſparſione ſanguinis, cæteriſque actionibus juvenci ſacerdotis uncti, de quo dictum eſt Levit. 4, 6. Idem dicitur de juvenco pro re occulta offerendo; & hirci pro idololatria offerendi jus colligimus e juvenco ſacerdotis uncti, uti diximus; idcirco hic dicitur, *& ſanguis illius ſpargi debet*, id eſt, definiti numeri ſparſio requiritur, quæ ſepties fieri debet.

ג חטאות הציבור והיחיד אלו הן חטאות הציבור שעירי ראשי חדשים ושל מועדות שחיטתן בצפון וקבול דמן בכלי שרת בצפון ודמן טעון ארבע מתנות על ארבע קרנות כיצד עלה בכבש ופנה לסובב בא לו לקרן דרומית מזרחית מזרחית צפונית צפונית מערבית מערבית דרומית שירי הדם היה שופך על יסוד דרומית ונאכלין לפנים מן הקלעים לזכרי כהונה בכל מאכל ליום ולילה עד חצות:

3. Peccatorum (totius) cœtus & unici, iſta autem ſunt peccata ſeu ſacrificia pro peccatis cœtus; Hirci noviluniorum & feſtorum ſolennium mactatio in aquilone fit, atque acceptio ſanguinis eorum in vaſis miniſterii in aquilone, & ſanguis eorum debet ſpargi quatuor aſperſionibus ſuper quatuor cornua. Quomodo? aſcendit ſuper clivum, & reſpicit ad circumeundum, & venit (1) ad cornu meridionale orientale, (2) ad orientale ſeptentrionale, (3) ad ſeptentrionale occidentale, (4) ad occidentale meridionale; reliquias ſanguinis effundit ſuper fundamentum meridionale, & eduntur intrinſecus intra cortinas in memoriam ſacerdotii de omni cibo diu & noctu uſque ad dimidium.

R. OB. DE BARTENORA.

אלו הן חטאות הצבור *Hæc ſunt ſacrificia pro peccatis cœtus*, quæ hic recenſere debemus, nam de ſacrificiis in altare interius offerendis jam ſupra dictum eſt. *Hirci noviluniorum & feſtorum*, qui in altare exterius offerebantur; *eorum mactatio fit in ſeptentrione*, quemadmodum colligimus quod omnia ſacrificia expiatoria in ſeptentrione mactari debent.

עלה בכבש *Aſcendit ſuper clivum*, quia ſanguis illius digito imponitur altaris cornibus, idcirco in media altaris parte ſtare debet ad circumeundum. Verum ad cæteros ſanguines infra filum ſpargendos, ſtat in ipſo ſolo ad latus altaris, & tum e vaſe ſpargit, omniſque locus quo ad altare tetigerit ſanguis, legitimus eſt.

ובא לו לקרן דרומית מזרחית *Et venit ad cornu meridionale orien-*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in prologo hujus tractatus omnia ſacrificia pro peccatis privatorum, & cœtus; ſed in hoc capite, quod ſacrificiorum pro peccatis mactatio fieri debet ad ſeptentrionem, ut & ſanguinis eorum exceptio. Nam de ſacrificio pro peccatis dicitur Levit. 4, 34. Præterea capite ſuperiori expoſuimus quod ad quatuor cornua fieri debet ſanguinis impoſitio; ſed in fine verſus dicit, *& ſanguis illius effundetur ad fundamentum altaris holocauſtici*. In Siphri dixerunt hoc eſſe fundamentum meridionale quod prope ſacerdotem eſt ab altari deſcendentem, nam clivus per quem ad altare aſcendunt, poſitus eſt ad plagam altaris meridionalem, quemadmodum in figuris oſtendemus. Sicuti ergo ſanguinis ſacrificii expiatorii intus offerendi reliquiæ debent effundi

orientale, ad quod prius pertingebat ſecundum id quod accepimus, כל פנות שאתה פונה לא יהיו אלא דרך ימין *quocunque te verteris, ſemper ad dextram te vertas*; clivus vero erat ad meridiem, & quando per illum aſcendebat ſacerdos, atque ad altare ſe vertebat, dextra illius ad orientem converſa erat, & redibat etiam per dextram ad orientem, atque circumeundo per ambitum ad cornu iſtud pertingebat verſus dextram, & facie ipſius ad altare a meridie ad orientem converſa, & ab oriente ad ſeptentrionem, a ſeptentrione ad occidentem, atque hæc eſt iſta via dextra. Jam קרן *cornu* vocatur ſpatium cubiti quadratum ad quodlibet altaris latus in ſummitate.

על יסוד דרומית *Super fundamentum meridionale*, nam deſcenſum ab altaris clivo in ſacrificiis expiatoriis altaris exterioris una cum reliquiis ſanguinis in manu ſacerdotis colligimus ab exitu Templi cum reliquiis ſanguinis in manu ipſius, videlicet quemadmodum ſacerdos in exitu e Templo ſanguinis reliquias ponebat ad fundamentum occidentale, uti ſcriptum eſt in Lege אשר פתח אהל מועד nam porta erat ad occidentem prope היכל *palatum*; ſic etiam dum ſacerdos de clivo deſcendebat, ſanguinis reliquias ponebat prope ipſum, ſive ad fundamentum meridionale clivo proximum, nam clivus erat in meridie. לפנים מן הקלעים *intrinſecus intra cortinas*, nam in Tabernaculo cortinas convolvebant ad atrium tentorii conventus; & de ſacrificio pro peccato dicitur Levit. 6, 19. *In loco ſancto comedetur, in atrio tentorii conventus.* Templo autem conſtructo murus atrii erat pro cortinis. לזכרי כהונה *a maſculis ſacerdotibus*, nam de ſacrificio pro peccato, de ſacrificio pro reatu, & de munere dicitur Levit. 6, 22. *Omnis vir inter ſacerdotes comedet illud.* בכל מאכל *de omni cibo*, quia de Paſchate dicere voluit de eo non comedendum eſſe niſi aſſato, ideo de aliis quoque dicit, *de omni cibo*. *Die iſto ac nocte*, quia ſcriptum eſt Levit. 7, 13. ובשר זבח תודת שלמיו ביום החוא יאכל hinc colligimus quod ſacrificium euchariſticum uno die comedendum ſit: ſed unde colligimus id de ſacrificio pro reatu? Reſp. ex eo quod dicitur זבח *ſacrificium*. *Uſque ad dimidium* (noctis,) Sapientes Legi addiderunt ſepimentum aliquod ut homines a peccatis arcerent, eo quod ſcriptum eſt Levit. 7, 15. לא יניח ממנו עד הבקר

effundi ad fundamentum occidentale, quod circa ſacerdotem erat dum e Templo exibat, ſic etiam ſanguinis foris offerendi reliquiæ effundi debent ad fundamentum quod circa ipſum eſt, quando de ſummitate altaris deſcendit; nam cornu meridionale occidentale eſt ad dextram ſacerdotis quando per clivum in altare aſcendit, ubi ipſi incipiendum eſt; nam hypotheſis nobis eſt omnem circuitionem ad dextram fieri debere in ſacris. Jam vero tibi altaris figuram exponam quadratam, ut tibi conſtet de hiſce circuitibus & carnibus per altaris ambitum, donec integram illius figuram in tractatu Middot depingemus; hæc ſit itaque figura illius quadrata.

Cæterum de ſacrificio Expiationis pro peccato dicit Lex Levit. 6, 19. במקום הקדש תאכל בחצר אהל מועד nimirum ut comedatur in loco ſanctiſſimo intra vela. Templi vero atrium convenit cum ſpatio inter vela in Tabernaculo. Præterea Lex dicit Levit. 6, 22. כל זכר בכהנים יאכל Et comedi debet eo die eademque nocte, idcirco ſanctitas ſanctitatum comedenda eſt eodem die ac nocte. Sapientes autem ſtatuerunt tempus, ut homines a peccatis arcerent, quemadmodum in principio tractatus Berachot expoſitum eſt.

ד העולה קדשי קדשים שחיטתה בצפון וקבול דמה בכלי שרת בצפון ודמה טעון שתי מתנות שהן ארבע וטעונה הפשט וניתוח וכליל לאישים :

4. Holocauſti & ſancti ſanctorum mactatio fit in aquilone, ac acceptio ſanguinis ejus in vaſa miniſterii in aquilone: ſanguis ejus debet ſpargi duabus aſperſionibus, quæ ſint quatuor: obligatur ad excoriationem, diviſionem, & ut totum fiat in ignita.

R. OB. DE BARTENORA.

העולה קדשי הקדשים *Holocauſtum eſt ſancta ſanctorum*, ita ut profanentur ſi foris prodeant; ſed is qui ab immunditie ſua lotus eſt, attamen occaſum ſolis expectat, & is cui expiatio deeſt, in hoc prævaricantur ſi exinde utilitatem capiant. Nam Lex de iſto holocauſto non dicit quod ſanctum ſanctorum ſit, ſicuti de ſacrificio pro peccato & pro reatu dicit; idcirco nos hic doctor docet id etiam ſanctum ſanctorum eſſe ut ſacrificium pro peccato & reatu, id hiſce aſſimiletur in mactatione & receptione ſanguinis.

שתי מתנות *Duabus aſperſionibus*, ad cornu orientale meridionale, & ad cornu occidentale meridionale e regione; ratio eſt, quod cornu orientale meridionale non habebat fundamentum, eo quod pars iſta in fundo Benjaminis ſita erat, quia Jacobus de eo prophetavit Gen. 49, 27. בבקר יאכל idcirco in hæreditate illius ſanctuarium ædificatum eſt, atque id quod pro ſanguine conſecratum eſſet, in hæreditate Benjaminis fieri debebat; hoc autem cornu non erat ſitum in hæreditate illius, nam altare e fundo Judæ decerpebat cubitum ad orientem & ad meridiem, ſive omnem longitudinem in craſſitie cubiti ex orientali atque occidentali plaga, niſi quod in cornu orientali cubitus non ſe extendebat ſuper orientis ſuperficiem, nam iſte deficiebat intra cubitum cornu, ubi ad cornu orientale meridionale pertingebat. Et quemadmodum cornu meridionale non ſe extendebat in ſuperficiem meridiei, nam quando hoc pertingebat ad cornu meridionale occidentale, menſura cubiti prope cornu deficiebat, idcirco fiebat ut tria tantum cornua haberent fundamentum. Propterea incipiebat in cornu ſeptentrionali orientali, quandoquidem cornu meridionale occidentale non habebat fundamentum ſuum, quia id in hæreditate Benjaminis ſitum erat. Holocauſti vero ſanguinis aſperſio prius fieri debebat e regione fundamenti, idcirco hæc duo neceſſario dicenda erant, ut ſanguinis ſparſio ad quatuor fieret cornua, eo quod ſcriptum eſt Levit. 1, 5. *Et ſpargent ſanguinem ſuper altare circum.* Dixerunt Sapientes, ne quis putet illud *& ſpargent*, de una dici ſparſione, idcirco Lex addit *circum*, at una aſperſio non poſſet circumdare. Et ſi quis dixerit quod e voce סביב *circum* intelligi poſſet quod ſpargendo circumdabat altare inſtar fili, idcirco Lex dicit, *& ſpargent*; at non fit ſparſio niſi e longinquo; & quemadmodum filum non poteſt circumdare quicquam niſi ope digiti, quomodo hoc fiebat? duas peragat ſparſiones quæ ſunt quatuor. *Obligatur ad excoriationem, & diviſionem*, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 1, 6. *Et excoriabit holocauſtum, atque in fruſta ſcindet. Et ut totum fiat in ignita*, omnia comburenda ſunt in foco altaris.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

De holocauſto non dicit id eſſe ſanctum ſanctorum, niſi ob eam duntaxat rationem quod Lex de ipſo ita non loquitur; ſed ſacrificium pro peccato, & pro reatu, ac holocauſticum inter ſe comparavit in eo quod mactationem & ſanguinis eorum aſperſionem attinet, uti expoſuimus in principio hujus capitis, & propterea id etiam ſanctum ſanctorum vocat auctor, ut ſacrificium pro peccato, & pro reatu. Lex vero de holocauſto dicit Levit. 1, 6. *Et excoriabit holocauſtum, & ſcindet illud in partes; totumque comburet.* Sed de holocauſto non dicit, *ſuper cornua altaris*, ut de eo dicamus quod ſanguis quater aſpergi debet; verum de ſparſione ſanguinis ſcriptum eſt Levit. 1, 5. *Et ſpargent ſanguinem ſuper altare circum*, quia dicit סביב *circum*, neceſſe eſt ut ſanguinis ſparſiones comprehendant quatuor altaris latera, & hoc quando duæ ſparſiones ad duo cornua factæ fuerint e diametro oppoſita, & hoc eſt quod vult dum dicit, *quæ ſunt quatuor*, nimirum duæ ſparſiones conficiunt quatuor altaris latera.

ה זבחי שלמי צבור ואשמות אלו הן אשמות אשם גזילות

5. Sacrificiorum pacificorum cœtus & delicto-

rum

גזילות אשם מעילות. אשם שפחה חרופה אשם
נזיר אשם מצורע אשם תלוי שחיטתן בצפון וקבול
דמן בכלי שרת בצפון ודמן טעון שתי מתנות שהן
ארבע ונאכלין לפנים מן הקלעים לזכרי כהונה בכל
מאכל ליום ולילה עד חצות :

rum (Delicta verò iſta ſunt hæc, (1) delictum rapinæ, (2) delictum prævaricationum, (3) delictum ancillæ cum probo dimiſſæ, (4) delictum Naziræi, (5) delictum leproſi, (6) delictum dubium.) mactatiò fit in ſeptentrione, & acceptio ſanguinis in vaſa miniſterii in ſeptentrione, & ſanguis eorum debet ſpargi duabus aſperſionibus, quæ ſint inſtar quatuor, & eduntur intus intra cortinas à maſculis ſacerdotibus quocunque genere cibi, die nocteque uſque ad dimidium (noctis.)

R. OB. DE BARTENORA.

זבחי שלמי צבור *Sacrificia pacifica cœtus*, videlicet agni in feſto Pentecoſtes offerendi. אשם גזילות *delictum rapinæ*, quod de jurejurando depoſiti dictum eſt. אשם מעילות *delictum prævaricationum*, ſi quis Iſraëlita e rebus ſanctis commodum perceperit.

אשם שפחה חרופה *Delictum ancillæ cum probro dimiſſæ*, eſt is qui rem habuerit cum ſerva quæ partim libertate, partim vero ſervitute gaudet, atque ſervo Hebræo deſponſa ſit; nam ei licitum eſt ſervam & ancillam liberam ducere. אשם נזיר *delictum Nazyræi*, qui mortuo pollutus eſt, nam de hoc ſcriptum eſt Num. 6, 12. אשם תלוי *delictum dubium*, ſi dubium fuerit an erraverit in re iſtiuſmodi ob cujus peccatum de induſtria commiſſum tenentur pœna excidii; an vero non erraverit. Sed auctor non dicit אשם ודאי *delictum certum*, quia omnia hæc ſunt delicta certa, extra delictum dubium. שתי מתנות שהן ארבע *duabus aſperſionibus quæ ſunt quatuor*, nam de ſacrificii pro delicto ſanguine ſcriptum eſt וזיקה *ſparſio*, & סביב *circum*. *Et eduntur intus intra cortinas*, eo quod ſcriptum eſt de ſacrificio pro delicto Num. 18, 10. בקדש הקדשים תאכלנו Cæterum de ſacrificiis pacificis cœtus ſcriptum eſt prope ſacrificium pro peccato Levit. 23, 19. ut eo nos doceat quod pacificorum jus ſimile ſit ſacrificii pro peccato, nempe quod intra cortinas duntaxat comedi debent, atque a ſacerdotibus maſculis; attamen ſanguis eorum quater ſpargi non debet, ut ſacrificii pro peccato, nam inter omnia ſacrificia non eſt ullum quod quatuor habet ſparſiones, niſi ſacrificium pro peccato tantum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam noſti quod cœtus non offert pacifica niſi duos agnos in feſto Pentecoſtis, quos agitabant cum duobus panibus, ſicuti deinceps exponetur; hæc pacifica Lex conjunxit, uti ſcriptum eſt Levit. 23, 19. idcirco jus illius ſimile eſt juri ſacrificii pro peccato, excepta ſparſione ad quatuor cornua, nam ſacrificii pro peccato ſanguis duntaxat quater ad cornua altaris ſpargi debet; ſed omnia hæc ſacrificia pro peccato jam expoſuimus in prologo noſtro.

ו התודה ואיל נזיר קדשים קלים שחיטתן בכל
מקום בעזרה ודמן טעון שתי מתנות שהן ארבע
ונאכלים בכל העיר לכל אדם בכל מאכל ליום
ולילה עד חצות המורם מהם כיוצא בהם
אלא שהמורם נאכל לכהנים לנשיהם ולבניהם
ולעבדיהם :

6. Sacrificiorum Euchariſticorum, & arietis Naziræi, quæ ſunt ſancta levia, mactatio fit quolibet in loco atrii, ſanguiſque eorum ſpargi debet duabus aſperſionibus, quæ ſint inſtar quatuor, & eduntur in tota urbe (Hieroſolyma) à quocunque homine, quocunque genere cibi, per (totam) diem, & ad dimidium uſque noctis. Elevatum ex illis ſimili ſe habet modo (ut ſuperius,) niſi quod elevatum editur tantum à ſacerdotibus, mulieribus eorum, filiis eorum, ſervisque eorum.

R. OB. DE BARTENORA.

התודה ואיל נזיר קדשים קלים *Sacrificium euchariſticum & aries Nazyræi ſunt ſancta levia*, & in iis nemo prævaricationis pœnam incurrit. *Horum mactatio fit omni in loco*, ita ut requiratur mactatio in ſeptentrione.

ונאכלים בכל העיר *Et comeduntur in tota urbe*, nam de ſacrificio pro peccato ſcriptum eſt Levit. 10, 13. ואכלתם אותה במקום *illud* itaque comedetis in loco ſancto, & non pacifica, ſed ea potius in loco puro comedere debetis, qui eſt in tota civitate, in quam leproſo intrare non licet. לכל אדם *ab omni homine*, a quolibet Iſraëlita qui non eſt ſacerdos.

ליום ולילה *Iſto die ac nocte*, nam de ſacrificio euchariſtico ſcriptum eſt Levit. 7, 15. Adhæc in Beraita docent quod תורת שלמיו includat Nazyræi pacifica. המורם מהם *quod illis ablatum eſt*, nempe pectus & crus quæ de iis cedunt ſacerdoti, ut cætera ſacrificia, quia euchariſticum aſſimilatur pacificis, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 7, 11. Et præterea quater ſacerdos ſpargens capit placentas e quatuor ſpeciebus panis; & deinceps de agno Nazyræi ſumit armum coctum, pectus, & crus, unam azymam placentam, & unum laganum azymum. Et hoc מורם comeditur per totam civitatem ſanctam per totum diem noctemque, & hoc vult phraſis כיוצא בהן;

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

תודה vocatur ſacrificium pacificum una cum munere offerendum, ſed de hoc prolixius in tractatu Menachot; hujus Lex invenitur Levit. 7, 11. Præterea de ſacrificiorum ſanguine ſpargendo ſcriptum eſt סביב *circum*, ſicuti de holocauſto dictum eſt, idcirco omnium pacificorum ſanguis duas habet ſparſiones quæ ſunt quatuor, ut ſanguis holocauſti. De ſacrificio pro peccato ſcriptum eſt Levit. 10, 13. ואכלתם אותה במקום קדש Ad hæc Sapientes dixerunt, *hoc* in loco ſancto comedi debet, & non aliud; nimirum, ſacrificium pro peccato, & quicquid ad ipſum pertinet, ut & ſacrificium pro reatu quod jure illius petitur, uti ſcriptum eſt Levit. 7, 7. כחטאת כאשם Ergo in atrio duntaxat comedi debet; reliqua vero ſacrificia in tota Jeruſolyma comedi poſſunt.

והמורם *Et ſeparatum*, eſt portio iſta quam ſacerdos de ſacrificio euchariſtico & ariete Nazyræi capiebat, pectus nimirum & crus de ſacrificio euchariſtico, & de pane cum illo oblato ſumebat quatuor portiones, ſicuti expoſitum eſt capite ſeptimo tractatus Menachot; de agno Nazyræi capiebat armum coctum & pectus cum crure, placentamque azymam & laganum azymum de pane qui cum agno ſacrificii pacifici offerebatur; atque has res omnes comedebant mares & fœminæ ſacerdotales, nam hoc Lex de illis dicit Levit. 10, 13. De ſacrificio euchariſtico ſcriptum eſt Levit. 7, 15. Cæterum Nazyræi agnus aſſimilatur euchariſtico ſacrificio, quia id quoque comprehendit pacificum una cum munere ſuo. Sed jam ſatis tibi conſtat quod ubi dicitur in Lege עד בקר *uſque ad mane*, intelligi debet tempus uſque ad columnam auroræ. Sapientes vero ut Legi ſepimentum adderent, ſtatuerunt id tempus uſque ad mediam noctem, ad arcendum hominem a peccato.

ז שלמים קדשים קלים שחיטתן בכל מקום בעזרה ודמן טעון שתי מתנות שהן ארבע ונאכלין בכל העיר לכל אדם בכל מאכל לשני ימים ולילה אחת המורם מהם כיוצא בהם אלא שהמורם נאכל לכהנים לנשיהם ולבניהם ולעבדיהם :

7. Sacrificiorum pacificorum, quæ ſunt ſancta levia, mactatio in quolibet atrii loco (ſolet fieri,) & ſanguis eorum ſpargi debet duabus aſperſionibus, quæ ſint inſtar quatuor, & eduntur etiam in tota urbe (Hieroſolyma) à quovis homine, quolibet eſcæ genere, ſed duobus diebus atque nocte una: Elevatum ex illis ſimile eſt illis, niſi quod elevatum manducatur (ſolùm) à ſacerdotibus, eorum mulieribus, filiis ſerviſque.

R. OB. DE BARTENORA.

שחיטתן בכל מקום בעזרה *Mactatio eorum fieri poteſt in omni loco atrii*; tres Legis ſectiones de pacificorum mactatione loquuntur, una de jumento, altera de agno, tertia de capra; de jumento dicitur Levit. 3, 2. ושחטו אתו פתח אהל מועד De agna & capra dicitur Levit. 3, 8. לפני אהל מועד ad omnia atrii latera legitima dicenda, nam antea intelligitur omnis locus ante היכל *palatium. Duobus diebus atque nocte*, ſicuti de pacifico ſcriptum eſt Levit. 7, 11.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Lex dicit de pacificis Levit. 3, 2. ושחטו פתח אהל מועד & ad hæc dixerunt, ad omnia latera legitima pronuncianda; nam Lex in mactatione non definivit plagam ſeptentrionalem. De omnibus autem pacificis excepto euchariſtico & agno Nazyræi, & ſimili, dicit Lex Levit. 7, 17. Sed illa die mactationis comeduntur, & nocte, atque ſequenti die uſque ad noctem tertiam duntaxat. Id autem quod ſacerdos capit de pacificis, vocatur מורם & conſtat e pectore ac crure, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 7, 34.

ח הבכור והמעשר והפסח קדשים קלים שחיטתן בכל מקום בעזרה ודמן טעון מתנה אחת ובלבד שיתן כנגד היסוד שינה באכילתן הבכור נאכל לכהנים והמעשר לכל אדם ונאכלין בכל העיר לכל אדם בכל מאכל לשני ימים ולילה אחת הפסח אינו נאכל אלא בלילה ואינו נאכל אלא עד חצות ואינו נאכל אלא למנויו ואינו נאכל אלא צלי :

8. Primogeniti, decimarum, Paſchatis, quæ ſunt ſancta levia, mactatio ubique in atrio fit, & ſanguis eorum ſpargi debet aſperſione unâ, modò ſparſerit verſus fundamentum. Diſtincta tamen ſunt in comeſtione ſui. Primogenitum editur à ſacerdotibus: decimæ verò ab omnibus hominibus. (Eædem) comeduntur in tota urbe, à quovis homine omni genere cibi, duobus diebus, & nocte una: Paſcha verò non editur, niſi noctu, nec editur, niſi uſque ad dimidium noctis, nec editur, niſi ab annumeratis, nec editur niſi aſſatura.

R. OB. DE BARTENORA.

והמעשר *Et decimarum*, pecudum. ודמן טעון מתנה אחת *& ſanguis eorum una ſparſione ſpargi debet*, quia de illis Lex non dicit סביב *circum*, ſed ואת דמם תזרוק *ſanguis eorum ſpargetur*, prope legem de primogenitis, atque ex illis concludimus ad reliqua; nam Lex non dicit ואת דמו ſed את דמם: Pergit doctor Miſnicus, dicens, כנגד היסוד *verſus fundamentum*, in loco ubi inferius eſt fundamentum, excepto latere occidentali meridionali cui non erat fundamentum, uti diximus. Primogenitorum vero, decimarum, & Paſchatis ſanguis ad fundamentum altaris ſpargi debet, cum hoc per ſimilitudinem vocum colligamus e ſparſione holocauſti.

שינה באכילתן *Differt tamen in eſu*, unum ab altero differt, etſi illa comparaverit Lex cum ſparſione ſanguinis. *Primogenitum comeditur a ſacerdotibus*, uti ſcriptum eſt Num. 18, 18. *Et caro illius tibi erit.*

והמעשר לכל אדם *Et decimæ ab omni homine*, nam in tota Lege non invenimus quod ad ſacerdotes pertineant. *Et comeduntur in tota civitate*, ſicuti ſcriptum eſt Deut. 12, 6. Ad hæc in Beraita dicunt, de decimis in Lege ſermo eſt, decimæ vero pecudis a frumenti decimis differunt; & ibidem loci dicitur ובכורות בקרכם וצאנכם Quia vero Lex non definivit locum, colligimus inde quod decimæ & primogenita comeduntur per totam Jeruſolymam.

לשני ימים ולילה אחד *Per duos dies unamque noctem*, quia de primogenitis dicit Lex Num. 18, 18. *Et caro eorum tibi erit ut pectus agitationis, & crus dexterum*, ubi Lex aliquot donorum pectus & crus invicem comparavit, videlicet, quemadmodum pectus atque crus ſacrificiorum pacificorum per duos dies unamque noctem comeduntur, ita quoque primogenitorum pectus & crus; cum decimis autem ſe res habet perinde ac cum primogenitis.

אלא למנויו *Niſi ab annumeratis ſuis*, ab illis nempe qui pretio emtionis annumerati fuerint, quemadmodum Lex dicit Exod. 12, 4. איש לפי אכלו תכוסו

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

De primogenito ſcriptum eſt Num. 18, 17. את דמם תזרוק על מזבח ubi dicit דמם *ſanguinem eorum*, & non dicit את דמו: ſenſus itaque is eſt, quod primogeniti ſanguis ſemel duntaxat ſpargi debet, & decimarum pecudum adipes offerebantur, reliquiæ vero a poſſeſſoribus comedebantur, ſicuti aliquoties expoſuimus, & ſacerdotibus nihil exinde cedebat, neque crus neque pectus, atque hoc eſt quod vult quando dicit, *ab omni homine*. Cæterum de ſacrificio primogeniti comedebant ſacerdotes, ſicuti ſcriptum eſt Num. 18, 18. Sed jam ſatis notum tibi eſt quod pectus & crus primogeniti ſimilia ſunt pacificorum, uti diximus ſuperiori Miſna: המורם מהם כיוצא בהן Pacifica vero duos dies noctemque unam comedi poſſunt, & primogenita quoque a ſacerdotibus comedebantur duos dies & noctem unam in tota Jeruſolyma, & cum omni cibo, quemadmodum pectus comedebant & crus. Quicquid autem hic de Paſchate dicitur, id in Lege occurrit, & jam a nobis expoſitum eſt in tractatu Peſachim. Ratio autem quare ſparſio verſus fundamentum fieri debet, eſt, quia de holocauſto dictum eſt Levit. 1, 5. וזרקו את הדם & Num. 18, 17. את דמם תזרק על המזבח Quemadmodum ergo holocauſti ſanguis verſus fundamentum ſpargi debet, uti Lex dicit, ita etiam eorum quæ hic memorata ſunt, ſanguis ſpargi debet verſus fundamentum. In tractatu Middot tibi exponetur quod altare ad aliqua latera habebat fundamentum ſuum, ſed non ad omnia. Noſti quoque id quod in prologo noſtro diximus de ſacrificiis pacificis & ſimilibus, tantum reſpicere tria ſacrificiorum genera, nempe primogenita, decimas, & Paſcha, eo quod pacificis aſſimilantur in mactatione, adipum combuſtione, & eſu, atque in perſonis comedentibus quales ſunt maſculi, fœminæ, & ſervi, & in eo quod ſanctitates leves ſunt, nec non in tempore ejus, Paſchate excepto, de quo in Lege. Si vero quis contra me argumentetur, dicendo, ſicuti nihil dictum eſt de ſacrificiorum generibus, cum tamen tria hæcce genera computanda fuiſſent præter holocauſtum, ſacrificium pro peccato, & pro reatu, & pacifica? reſpondeo hoc non congruum eſſe reſpectu diviſionis, quia ad quatuor

iſta genera homo privatus aliquando tenetur ſecundum varietatem caſuum ; & cœtus ad ea variis temporibus tenetur; hæc autem talia non ſunt. Amplius, Lex de quatuor iſtis generibus tantum loquitur, quemadmodum ſcriptum eſt Levit. 7, 37. & poſtea verſu 38. Hinc vides quod præter hæc non ſit ſacrificium. Cæterum מלואים implementorum non fecimus mentionem, quia ſacrificii ſuo tempore obtinentis duntaxat mentio fit. *Doni* vero jura exponentur in tractatu ſequenti.

פרק ו קדשי קדשים ששחטן בראש המזבח רבי יוסי אומר כאלו נשחטו בצפון רבי יוסי בר יהודה אומר מחצי המזבח ולצפון כצפון מחצי המזבח ולדרום כדרום המנחות היו נקמצות בכל מקום בעזרה ונאכלים לפנים מן הקלעים לזכרי כהונה בכל מאכל ליום ולילה עד חצות :

Caput 6. Sancta ſanctorum ſi mactant in vertice altaris, R. Joſe dicit, idem eſſe ac ſi mactata eſſent in ſeptentrione. R. Joſe filius Judæ inquit; à dimidio altaris uſque ad ſeptentrionem idem eſſe ac in ſeptentrione; à dimidio autem altaris uſque ad meridiem idem ac in meridie. Minchæ fuerunt pugillis ſeparatæ quovis atrii in loco, manducatæque intra cortinas à maſculis ſacerdotibus omni genere cibi in diem dimidiumque uſque noctis.

R. OB. DE BARTENORA.

כאלו נשחטו בצפון *Eadem ſunt ac ſi in ſeptentrione mactata eſſent*, uti ſcriptum eſt Exod. 20, 21. & quamvis holocauſtum in ſeptentrione mactandum ſit, tamen & pacifica non mactanda ſint in ſeptentrione, nihilominus ſi in alio loco mactata ſint, omnia legitima ſunt.

מחצי המזבח ולצפון כצפון *A dimidio altaris uſque ad ſeptentrionem idem eſt ac in ſeptentrione*, declarat enim hoc ſenſu, dimidium altaris in ſeptentrione pro holocauſtis, & dimidium illius pro pacificis; nam ſi totum altare pro holocauſtis eſſet legitimum, quanto magis pro pacificis, quæ omni in loco mactari poſſunt. Alius dominus dicit hæc neceſſario dicenda fuiſſe, quia cæteroquin putaſſemus quod holocauſtum, quoniam id exiguum habet locum, idcirco cætera altaris latera illius cauſa non obligent. Et cum aliquando fuerint multa holocauſta, & ſpatium tamen loci exiguum, idcirco altaris verticem fecit legitimum; de pacificis autem quæ non tantum loci poſtulant, dixiſſemus quod altaris vertex ipſis non legitimus eſt, idcirco hæc neceſſario dicenda erant; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

היו נקמצות בכל מקום *Pugillo capiebantur omni in loco*, & non requiritur ut in ſeptentrione mactentur, quia locus pugillationis non definitus eſt. *Intra cortinas &c.* ſicuti ſcriptum eſt Num. 18, 10. Quod vero autor dicit, *die & nocte*, id colligimus e panibus ſacrificii euchariſtici.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando in codice Middot Templi figuram dederimus, ſimul altaris & atrii locus a nobis oſtendetur; diſſentiunt autem duo de loco Exod. 20, 21. וזבחת עליו את עולותיך ואת שלמיך Noſti autem id quod capite ſuperiori dictum eſt, quod nempe holocauſtum ſit ſanctum ſanctorum, & quod mactatio illius fiat in ſeptentrione, pacifica vero eſſe ſancta ſanctorum, eorumque mactationem fieri omni in loco. R. Joſe putat totum altare legitimum eſſe ad holocauſta mactanda; dimidium vero illius ad pacifica mactanda. R. Joſe filius R. Jehudæ dicit, dimidium altaris legitimum eſſe pro holocauſto, & dimidium pro pacificis. מנחה *doni* vero locus in pugillo capiendus in Lege non definitus eſt, de dono enim ſcriptum eſt Levit. 2, 3. & Levit. 6, 10. Idcirco illius jus, ut & ſacrificii expiatorii, & illius quod pro reatu offertur, æquale eſt, nempe quod intra atrium duntaxat comedi debet, & a maſculis ſacerdotibus tantum, atque in die quo id offertur, comedi poteſt uſque ad mediam noctem diei craſtini, ut capite antecedenti expoſitum eſt, quia ſcriptum eſt Levit. 6, 11. *Omnis maſculus inter filios Aharonis comedet illud.* Hic vero neceſſario dicendum eſt, ſi in altari quicquam corruptum fuerit, omnes res ſanctas in atrio mactatas licet corruptas, illegitimas eſſe, eo quod ſcriptum eſt Exod. 20, 21. וזבחת עליו Sed mactatio non fit in ipſo altari, ſed in atrio, idcirco id quod dicitur עליו *ſuper eo*, intelligendum eſt quatenus id perfectum fuerit; & hic ſenſus eſt illius quod dicitur, *quod altare quod fractum eſt attinet, omnes res ſanctæ in ipſo mactatæ, illegitimæ ſunt.* Sic etiam omnes res ſanctæ quæ interea temporis in altare erant, illegitimæ factæ ſunt, etſi non mactatæ fuerint, nam hypotheſis nobis eſt quod animalia ſancta ableganda ſint, ſi vitium contraxerint. Pariter neque donorum reliquiæ comedendæ ſunt, quatenus altare confractum fuerit, eo quod ſcriptum Levit. 10, 12. ואכלוה אצל המזבח nempe dum altare integrum eſt, uti diximus. Sic etiam ſancta levia non comeduntur Jeruſolymis, niſi dum altare integrum ſit, ſcias autem quod ſancta levia tempore neceſſitatis in templo mactare licet, ſic etiam ſancta ſanctorum comedere licet in templo; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

ב חטאת העוף היתה נעשית (ס"א) על קרן דרומית מערבית בכל מקום היתה כשרה אלא שזה היה מקומה שלשה דברים היתה אותה הקרן משמשת מלמטן ושלשה מלמעלן מלמטן חטאת העוף וההגשות ושירי הדם מלמעלן ניסוך המים והיין ועולת העוף כשהיא רבה במזרח :

2. Sacrificium pro peccato ex ave factum eſt ſuper cornu meridionale occidentale. In omni quidem loco fuit rectum; ſed hoc tamen fuit locus ejus (ordinarius.) Et tria ſunt, quibus iſtud cornu ſervivit deorſum, & tria, quibus ſurſum. Quibus deorſum, hæc ſunt ſacrificium pro peccato ex ave, & appropinquationes (Mincharum,) & reliquiæ ſanguinis; Quibus ſurſum, libamen aquarum, vini, & holocauſta avis ſi plura, quam ut abortu (offerri poſſent.)

R. OB. DE BARTENORA.

חטאת העוף היתה נעשית בקרן דרומית מערבית *Sacrificium pro peccato ex ave factum eſt ſuper cornu meridionale occidentale*, quia munus peccatoris vocatur חטאת ſicuti ſcriptum eſt Levit. 5, 11. Porro quoque oſtenditur quod חטאת vocatur מנחה quia hæc mutatio fit hominis pauperrimi ſacrificio. Quod autem *munus* ad cornu occidentale meridionale appropinquandum ſit, probatur ex eo quod ſcriptum ex Levit. 6, 7. ubi per לפני יהוה & פני המזבח intelligi debet latus altaris occidentale meridionale; & ſic ſacrifi-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

והגשות *Et appropinquationes*, muneris ſcilicet, nam de ipſo ſcriptum eſt Levit. 6, 7. Sed non convenit ut altaris facies & Domini facies alio ſit in loco quam in cornu meridionali occidentali, quemadmodum exponetur quando conſpexeris quadratum altaris in figura repræſentatum capite ſuperiori. Cæterum מנחה *donum* vocatur חטאת *ſacrificium pro peccato*, quemadmodum Lex de munere peccatoris dicit Levit. 5, 11. Et propterea præceptum de ſacrificio pro peccato ex avibus deſumpto ſignamus in iſto altaris cornu. Cæte-

crificium pro peccato ex avibus deſumptum in cornu occidentali meridionali offerendum eſt, quemadmodum מנחה *munus* ad cornu occidentale meridionale appropinquandum eſt, cujus principale miniſterium eſt ſanguinis ſparſio.

בכל מקום היתה כשרה *In omni loco fuit rectum*, ut id ungue ſecaretur, ſed hic locus illius erat ad ſanguinem ſpargendum; ita rem explicat Gemara. מלמטה *infra*, infra filum coccineum altare circumdans. והגשות *& appropinquationes*, munerum ſcilicet ante pugillationem illius ſicuti ſcriptum eſt Levit. 1, 2. ושירי הדם *& reliquiæ ſanguinis*, ſacrificiorum pro peccato altaris exterioris, quorum ſanguis ad fundamentum meridionale effundebatur, ut capite quinto dictum eſt. ניסוך המים *libamen aquarum*, quod in feſto Tabernaculorum fiebat. *Et vini*, quotidie, nam illic erant foramina, idcirco nuſquam quam illic libatio fieri poterat. *Et holocauſta avis, ſi plura quam ut ab ortu (offerri poſſent,)* nam locus ipſorum principalis eſt ad cornu meridionale orientale, eo quod hoc prope locum cineris eſt ad projiciendum eo ingluviem, quemadmodum extat Levit. 2, 16. והשליך אותה אל מקום הדשן ſi vero multi illic ſacerdotes in iſto cornu occuparentur in holocauſtis, & miniſtranti ſacerdoti non eſſet ſtandi locus in altaris ambitu, nam holocauſtum avis parabatur ſuperius in altari, accedebat ad cornu meridionale occidentale, quod etiam circa locum cineris eſt propius, quam duo alia cornua, locus enim cineris prope clivum eſt ad orientem illius, & ad meridiem altaris.

Cæterum capite quinto tibi jam expoſui, quod ſanguinis reliquiæ ad fundamentum altaris effundi debent meridionale; quod auctor dicit *ſuperius & inferius*, intelligendum eſt de ſparſione quæ ſupra vel infra filum coccineum altare circumdans fiebat, ſicuti dictum eſt capite ſecundo.

ניסוך המים *Libamen aquarum*, hoc fiebat in feſto Tabernaculorum, ſicuti expoſitum eſt in fine tractatus Succa; ſed vini libamen jugiter fiebat, uti in principio tractatus Menachot exponitur. Holocauſto autem avium locum aſſignamus in orientali parte altaris, quia ea pars eſt prope loco effuſionis cineris, ubi ingluvies cum plumis rejiciebatur.

ג כל העולים למזבח עולין דרך ימין ומקיפין ויורדין דרך שמאל חוץ מן העולה לשלשה דברים אלו שהיו עולים וחוזרים לעקב :

3. Quicunque accedunt ad altare, aſcendant verſus dextram, & circumeant, deſcendantque à ſiniſtrâ, excepto illo, qui aſcendit ad perficiendas tres iſtas (prædictas) res. Nam tum aſcenderunt, & regreſſi ſunt retrorſum.

R. OB. DE BARTENORA.

ומקיפין ויורדין דרך שמאל *Et circumibant atque a ſiniſtra deſcendebant*, ad neceſſaria quæque peragenda circumibat altare, ut, ad ſanguinem ſpargendum ſacrificiorum pro peccatis, & ad focum inſtruendum, & ad membra ſacrificiorum ſuper focum diſponenda, & poſtea deſcendebat per occidentem clivi, quod eſt ad ſiniſtram eorum qui in altare aſcendebant.

חוץ מן העולה לשלשה דברים אלו *Excepto illo qui aſcendit ad perficiendas tres iſtas* (prædictas) *res*, quæ in cornu occidentali meridionali fiebant, nempe aquæ libamen, & vini, ac holocauſti avium; nam quando ſacerdos in altare aſcendiſſet, redibat ad cornu iſtud ſiniſtram verſus; poſtquam rem perfeciſſet, retrocedebat per viam quam aſcenderat; & hoc fiebat in aqua & vino libandis, quia ſacerdos cæteroquin fumo altaris affici poterat ſi ad dextram rediret, & ad ſiniſtram altare circumiret, & guſtus atque odor illius periret, cum tamen Lex vult ut perfecti ſint ſacerdotes, & libamina, Num. 28, 31. תמימים יהיו לכם ונסכיהם ſint ergo perfecta libamina; ſic etiam cum holocauſto avium comparatum hoc in caſu, quia nimio altaris fumo ſuffocare poſſet niſi ſacerdos iſtam rediret viam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi expoſui capite quinto, quod cum ſacerdos in altare aſcendebat, & ad dextram ſe vertebat, occurrebat cornu meridionali orientali, atque totum altare circumibat, perveniebat tandem ad cornu meridionale occidentale. Qui vero ad libamen aquæ vel vini perficiendum aſcendebat, vel ad holocauſta avium paranda, licet diximus hæc tria neceſſario fieri debere in cornu meridionali occidentali, tamen ſacerdoti non imponunt hancce operam ut ad dextram redeat, totumque altare circumdet; ſed ad hocce cornu tantummodo feret, ibique offeret, atque retrocedet. Hujus rei hæc eſt ratio quod cum altare circumibat ferens aquas, vinumque manibus ſuis, fieri poterat ut fumo altaris inter eundum afficeretur quum altare circumibat, & odor illius periret; cum tamen obſervandum ſit id quod Lex dicit Num. 28, 31. תמימים יהיו לכם ונסכיהם quemadmodum exponetur in tractatu Menachot. Præterea quoque timendum erat ne holocauſtum avibus conſtans fumo ſuffocaretur.

ד חטאת העוף כיצד היתה נעשית היה מולק את ראשה ממול ערפה ואינו מבדיל ומזה מדמה על קיר המזבח שירי הדם היה מתמצה על היסוד אין למזבח אלא דמה וכולה לכהנים :

4. Sacrificium pro peccato ex ave quomodo fit? ungue ſecat (quis) caput ejus (avis) e regione cervicis ejus, nec (tamen) ſeparat id; ſed effuſo ſanguine ejus in pariete altaris, reliquiæ ſanguinis exprimuntur ſuper fundamentum. Nihil altaris eſt, niſi ſanguis ejus; cætera pertinent ad ſacerdotes.

R. OB. DE BARTENORA.

היה מולק את ראשה *Ungue ſecat caput illius*, apprehendit ambas alas illius digitis ſuis ſcil. minimo atque alio ei proximo manus ſiniſtræ, avem vero ſupra manum ſuam, & faciem avis vertebat ad manum ſuam, ut cervix emineret; deinde collum illius ſuper latitudinem digitorum duorum pollicis ſcilicet & indicis, & ſic ungue ſecabat; ſed hoc unum e difficillimis miniſteriis in Templo erat.

ואינו מבדיל *Sed non ſeparat*, caput ſcil. a corpore, ſed ſpinam dorſi abſcindebat, nec non maximam carnis partem adhærentem, donec ad æſophagum vel cannam perveniſſet, & tum unam duntaxat cannam auferebat, & ungue ſecabat uti ſcriptum eſt Levit. 5, 8. ולא יבדיל *& non ſeparabit.*

ומזה מדמה *Et ſpargit de ſanguine illius*, apprehendit avem & deinceps ſpargit, nam ſine inſtrumento ſpargebat & abſque digito, ſed corpore avis. היה מתמצה *exprimebat*, admovebat ad altare foramen avis quod ungue diſſecuerat, & ad parietem fundebat ut ſanguis exprimeretur & ad fundamen-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

De ſacrificio pro peccato ex avibus deſumpto ſcriptum eſt Levit. 5, 9. Ad hunc locum dixerunt, quiſnam eſt iſte paries ad quem ſanguinis reliquiæ exprimuntur? hic eſt paries inferior, nempe dimidium altitudinis altaris inferius, intra filum altare ad mediam partem circumdans, ut reliquiæ ſanguinis exprimantur ad parietem altaris; & propterea inferius ſparſio fiat in ſacrificio pro peccato ex avibus deſumpto. Ordo autem ungue ſectionis avium hic eſto in ſacrificio pro peccato, apprehendat ſacerdos ambos avis pedes duobus digitis ſuis manus ſiniſtræ, alas vero duobus aliis digitis, & avem ipſam ſuper manum ſuam, ne ſit intra manum ſuam; deinde collum illius extendat ſuper pollicem ſuum in latitudine menſuræ duorum digitorum, atque ungue ſecet e regione cervicis; hoc autem unum erat e miniſteriis in Templo difficillimis.

tum difflueret, nam de ſacrificio ex avibus deſumpto ſcriptum eſt Levit. 5, 9. Sed quiſnam eſt paries iſte, nam reliquiæ ſanguinis utique ad fundamentum altaris exprimebantur ? reſp. hic eſt paries inferior, qui eſt infra filum altare circumdans; nam ſi paries ſuperior eſſet, ſive is qui eſt ſupra filum iſtud, interdum ſuper סובב *ambitu* exprimeretur ſanguis, nam filum iſtud coccineum altare cingebat infra illum ambitum, in ſpatio cubiti.

ה עולת העוף כיצד היתה נעשית עלה בכבש (ס"א) ופנה לסובב בא לו לקרן דרומית מזרחית היה מולק את ראשה ממול ערפה ומבדיל וממצה את דמה על קיר המזבח נטל את הראש והקיף בית מליקתו למזבח וספגו במלח וזרקו על גבי האישים בא לו לגוף והסיר את המוראה ואת הנוצה ואת בני מעים היוצאים עמה והשליכן לבית הדשן שיסע ולא הבדיל ואם הבדיל כשר וספגו במלח וזרקו על גבי האישים :

5. Holocauſtum ex ave quomodo ſolet fieri ? aſcendit in clivum, reſpicitque ad ambitum, quando venit ad cornu meridionale orientale, ungue ſecat caput ejus è regione cervicis ejus, & ſeparat, atque exprimit ſanguinem ejus ſuper parietem altaris; accipit caput, ac obvertit locum diſcerptionis ejus altari, & abſtergit illud ſale, tandemque abjicit ſuper ignita. Mox venit ad corpus, & removet ingluviem cum pennis, ac viſcera egredientia cum illa, abjicitque ea in locum cineris. Dividit quidem, non tamen ſeparat: quod ſi verò ſeparaverit, nihilominus rectum eſt. Tandem abſtergit illud ſale, atque abjicit ſuper ignita.

R. OB. DE BARTENORA.

עלה בכבש *Aſcendit in clivum*, quia holocauſtum ex avibus deſumptum fit ſuperius, nam de holocauſto avium non ſcriptum eſt vox יסוד *fundamentum*, ſed de ſacrificio pro peccato ex avibus ſumpto duntaxat; contra res fit in ſacrificiis e pecude deſumptis, nam ſacrificium pro peccato ex avibus deſumptum fit ſuperius, quia de ipſo ſcriptum eſt, *ad cornua altaris*. Sed holocauſtum e pecude ſumptum fit inferius, quia ſcriptum eſt Levit. 4, 7. אל יסוד מזבח העולה ubi fundamentum applicuit holocauſto.

בא לו לקרן דרומית מזרחית *Venit ad cornu meridionale orientale*, quia hoc prope locum cineris eſt; ubi ingluvies avis cum plumis illius projiciebatur. ממול ערפה *e regione cervicis illius*, licet de holocauſto non dicatur *e regione cervicis*, tamen hoc colligimus e ſacrificio pro peccato. ומבדיל *& ſeparat*, colligimus enim quod in holocauſto avium ungue ſecando fieri debeat ſeparatio cervicis a capite.

והקיף בית מליקתו למזבח *Et obvertit locum diſcerptionis altari*, tundit foramen quod ungue ſecavit, ad altaris parietem, ut ſanguis exprimatur. מוראה eſt æſophagus : plumas autem in modum feneſtræ effodiet, & ſic omnes pennas ac plumas una cum ingluvie projiciet. ספגו במלח *abſtergit illud ſale*, verbum ספג notat abſorbere & recipere, hoc ſenſu illud in codice Temura capite ſecundo. סופג את הארבעים *luit quadraginta*, quia velut ſpongia plagas imbibit. *Et dividit quidem ſed non ſeparat*, dividit avem mediam inter alas ipſius, ſed non ſeparat penitus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

De holocauſto ex avibus deſumpto ungue ſecando nihil dicit Lex *e regione cervicis*, ſed nos hoc colligimus ex ſacrificio pro peccato ungue ſecando; neque de ſacrificio holocauſtico avium Lex dicit, quod ſanguis illius ad fundamentum altaris exprimi debeat, ſed dicit Levit. 1, 13. ונמצה דמו על קיר המזבח ubi non fit mentio fundamenti, idcirco ſanguis holocauſti avium exprimetur ſuperius. Scias autem quod holocauſtorum e pecude ſumptorum ſanguis inferius ſpargendus ſit, ſed ſacrificiorum pro peccato ſuperius, quia de hoc ſcriptum eſt Levit. 3, 15. על קרנות המזבח nimirum ad quatuor cornua, uti diximus. Quandoquidem ergo ſanguis ſacrificii pro peccato e pecude ſumpti ſpargi debet ſuperius, holocauſti e pecude ſumpti inferius ſpargendus eſt; atque hoc colligimus ex holocauſto avium, & ſacrificii pro peccato ex avibus ſumpti, nam de holocauſto Lex dicit, אל יסוד המזבח *ad fundamentum altaris*, uti diximus, fundamentum vero in inferiori altaris parte eſt, uti exponetur. Ex eo autem quod Lex de ſacrificio pro peccato ex avibus deſumpto dicit לא יבדיל *non ſeparabit*, colligimus quod holocauſtum ex avibus deſumptum, ſit ſeparandum, nimirum, ut abſcindat caput, atque ſeparet quando ungue ſecat. מוראה eſt æſophagus, qui avibus eſt id quod homini ſtomachus. נוצה notat pennas ſuper ingluviem, quas effodere debet una cum pelle, cum hoc ſit Legis præceptum.

ו לא הסיר לא את המוראה ולא את הנוצה ולא את בני מעים היוצאין עמה ולא ספגו במלח כל ששינה בה מאחר שמיצה את (ס"א) דמה כשרה הבדיל בחטאת ולא הבדיל בעולה פסל מיצה דם הראש ולא מיצה דם הגוף פסולה מיצה דם הגוף ולא מיצה דם הראש כשרה :

6. Si non removerit, vel ingluviem, vel pennas, vel viſcera ejus, exeuntia cum illa, neque abſterſerit illam ſale : omne in quo mutavit aliquid, poſtquam expreſſit ſanguinem ejus, legitimum eſt. Si ſeparaverit (quid) in ſacrificio pro peccato, aut non ſeparaverit in holocauſto, ineptum reddidit. Si expreſſerit ſanguinem capitis, nec expreſſerit ſanguinem (totius) corporis, illicitum eſt. Si expreſſerit ſanguinem corporis, nec expreſſerit ſanguinem capitis, rectum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

מבדיל בחטאת *Separat in ſacrificio pro peccato*, ſi abſciderit cannas duas in ſacrificio pro peccato, aut ſi non ſeparaverit in holocauſto, ſed unam cannam ungue ſecuerit. *Legitimum eſt*, nam omnis mutatio ante miniſterium ſanguinis facta, eſt illegitima. *Si non expreſſerit ſanguinem corporis, licitum eſt*, nam fundamentum ſanguinis eſt in corpore.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi conſtat quod maxima ſanguinis pars ſit toto in corpore, at non in capite, nam ſanguinis fons eſt in jecore & corde, nec non in venis ex utroque provenientibus, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur הדמים בגוף שכיחי *ſanguines per corpus ſparſi ſunt*, idcirco ſufficit autor ut de ſanguine corporis duntaxat loquatur. Scias etiam quod in ſacrificio pro peccato ex ave neceſſario maxima pars cannæ abſcindenda eſt, non minus; ſed in holocauſto maxima pars duarum, non minus. Nam præceptum Legis eſt ut ſectio fiat e regione cervicis, quemadmodum exponitur in principio tractatus Cholin.

ז חטאת העוף שמלקה שלא לשמה מיצה דמה שלא לשמה או לשמה ושלא לשמה או שלא לשמה ולשמה פסולה עולת העוף כשרה ובלבד שלא עלתה לבעלים אחד חטאת העוף ואחד עולת העוף שמלקן ושמיצה דמן לאכול דבר שדרכו לאכול ולהקטיר דבר שדרכו להקטיר חוץ למקומו פסול ואין בו כרת חוץ לזמנו פגול וחייבין עליו כרת ובלבד שיקרב המתיר כמצותו כיצד קרב המתיר כמצותו מלק בשתיקה ומיצה הדם חוץ לזמנו או שמלק חוץ לזמנו ומיצה הדם בשתיקה או או שמלק ומיצה הדם חוץ לזמנו זה הוא שקרב המתיר כמצותו כיצד לא קרב המתיר כמצותו מלק חוץ למקומו ומיצה הדם חוץ לזמנו או שמלק חוץ לזמנו ומיצה הדם חוץ למקומו (או שמלק ומצה את הדם חוץ למקומו ס״א) חטאת העוף שמלקה שלא לשמה ומיצה דמה חוץ לזמנה או שמלקה חוץ לזמנה ומיצה דמה שלא לשמה או שמלקה ומיצה דמה שלא לשמה זה הוא שלא קרב המתיר כמצותו לאכול כזית בחוץ וכזית למחר כזית למחר וכזית בחוץ כחצי זית בחוץ וכחצי זית למחר כחצי זית למחר וכחצי זית בחוץ פסול ואין בו כרת אמר רבי יהודה זה הכלל אם מחשבת הזמן קדמה למחשבת המקום פגול וחייבין עליו כרת ואם מחשבת המקום קדמה למחשבת הזמן פסול ואין בו כרת וחכמים אומרים זה וזה פסול ואין בו כרת לאכול כחצי זית ולהקטיר כחצי זית כשר שאין אכילה והקטרה מצטרפין :

7. Sacrificium pro peccato ex ave, quod ungue ſecuit ſub alieno titulo; aut cujus ſanguinem expreſſit alieno titulo, aut ſuo & alieno titulo, aut alieno & ſuo titulo, reprobum eſt: Holocauſtum autem ex ave legitimum eſt, ſed non imputatur Dominis. Sive ſacrificium pro peccato ex ave, ſive holocauſtum ex ave fuerit, ſi ungue ſecuerit ea, aut expreſſerit ſanguinem eorum ad comedendum aliquid, quod comedere ſolent, aut ad adolendum aliquid, quod adolere ſolent, extra locum ſuum, reprobum erit, non tamen erit in eo exciſio: Sin extra tempus ſuum, erit abominatio, & fient ſuper eo rei exciſionis; ſi modò obtulerit ſolvens juxta præceptum ſuum. Quomodo offert ſolvens juxta præceptum ſuum? ſi ungue ſecuerit cum ſilentio & expreſſerit ſanguinem extra tempus ſuum, aut ſi ungue ſecuerit extra tempus ſuum, & expreſſerit ſanguinem cum ſilentio: aut ſi ungue ſecuerit & ſanguinem expreſſerit extra tempus ſuum: tum erit qui offert ſolvens juxta præceptum ſuum. Quomodo non offert ſolvens juxta præceptum ſuum? ſi ungue ſecuerit extra locum ſuum, & expreſſerit ſanguinem extra tempus ſuum: aut ſi ungue ſecuerit extra tempus ſuum, & expreſſerit ſanguinem extra locum ſuum, (aut ſi ungue ſecuerit & expreſſerit ſanguinem extra locum ſuum:) aut ſi ungue ſecuerit ſacrificium pro peccato ex ave alieno titulo, & expreſſerit ſanguinem ejus extra tempus ſuum; aut ungue ſecuerit extra tempus ſuum, & expreſſerit ſanguinem ejus alieno titulo, aut ſi ungue ſecuerit, & expreſſerit ſanguinem ejus alieno titulo. Hic eſt, qui non offert ſolvens juxta præceptum ſuum. (Si ungue ſecuerit) ad comedendum inſtar olivæ foris, & inſtar olivæ in craſtinum, aut inſtar olivæ in craſtinum, & inſtar olivæ foris: Item inſtar dimidiæ olivæ foris, & inſtar dimidiæ olivæ in craſtinum, aut inſtar dimidiæ olivæ in craſtinum, & inſtar dimidiæ olivæ foris, reprobum eſt, non tamen in eo exciſio. Dixit R. Joſe, hæc regula eſto; ſi cogitatio temporis præceſſerit cogitationem loci, abominatio erit, & rei fient ſuper eo exciſionis: ſin cogitatio loci præceſſerit cogitationem temporis, reprobum erit, non tamen erit in eo exciſio. Sed Sapientes dicunt, utrumque eſt reprobum, nec in eo exciſio. (Si ungue ſecuerit) ad comedendum inſtar dimidiæ olivæ & ad adolendum inſtar dimidiæ olivæ, legitimum erit: Nam comeſtio & adolitio non conjunguntur in unum.

R. OB. DE BARTENORA.

שמלקה שלא לשמה *Quod ungue ſecuit ſub alieno titulo*, ungue ſectio in avibus eſt pro mactatione in quadrupedibus, & expreſſio ſanguinis pro ſparſione ejus, & perverſa intentio quæ inter mactandum & ſpargendum ſacrificium ex pecude reddit illegitimum, eadem inter ungue ſecandum & ſanguinem exprimendum ſacrificium ex ave reddit ineptum; ſed in ſacrificio ex ave non obtinet exceptio ſanguinis nec aſportatio illius ad altare.

עולת העוף כשרה *Holocauſtum ex ave legitimum eſt*, quemadmodum Miſna dixit in principio primi capitis, *omnia ſacrificia ſub alieno titulo mactata, legitima ſunt, niſi quod poſſeſſoribus ſuis nihil præſtant &c.* לאכול דבר שדרכו לאכול *ad comedendum id quod comedi ſolet*, videlicet ſacrificium pro peccato ex avibus deſumptum. להקטיר דבר שדרכו להקטיר *ad adolendum id quod adoleri ſolet*, holocauſtum ex ave ſcilicet. Cæterum ab illo שלא לשמה *non in nomine ipſius*, non excipitur holocauſtum, quaſi id abominatio fieri non poſſet, cum legitimum ſit ſi ſub alieno titulo mactatum ſit; tota autem hæc Miſna ſuperius expoſita eſt capite ſecundo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ungue ſectio in avibus eſt id quod mactatio in pecude, & ſanguinis expreſſio eſt inſtar ſparſionis; ſed in avibus non obtinet exceptio neque aſportatio ſanguinis ad altare, & intentio perverſa in duobus hiſce miniſteriis tantum illegitimum reddit ſacrificium ex ave, quemadmodum quatuor fit in ſacrificiis e pecude ſumptis. Hic autem caſus totus eſt clarus ſecundum fundamenta quæ primo & ſecundo capite expoſita ſunt. Si vero intellexeris id quod expoſuimus in fine capitis ſecundi, omnia tibi erunt clara, quia eædem ſunt Miſnæ quas auctor hic repetiit in ſacrificio ex ave, ad comparandum illud cum ſacrificio e pecude reſpectu intentionis ſacrificantis; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

פרק ז חטאת העוף שעשאה למטן כמעשה חטאת לשם חטאת כשרה כמעשה חטאת לשם עולה כמעשה עולה לשם חטאת כמעשה עולה לשם עולה פסולה עשאה למעלה כמעשה כולם פסולה :

Caput 7. Sacrificium pro peccato ex ave, quod fecit deorſum ſecundum oblationem ſacrificii pro peccato titulo peccati, rectum eſt. Sin juxta oblationem ſacrificii pro peccato titulo holocauſti, aut ſecundum oblationem holocauſti titulo ſacrificii pro peccato, aut ſecundum oblationem holocauſti, titulo holocauſti, illegitimum eſt. Sin fecerit id ſurſum ſecundum oblationem quorumcunque, profanum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

שעשאה למטה *Quod fecit inferius*, videlicet infra filum coccineum altare cingens, quemadmodum ſe habet jus illius quod inferius fieri ſolet, quemadmodum capite antecedenti diximus. כמעשה חטאת *ſecundum opera ſacrificii pro peccato*, reſpectu expreſſionis & ſparſionis ſanguinis; *& in nomine ſacrificii pro peccato*, etſi ungue ſectionis ordinem immutaverit, & cervicem a capite ſeparaverit. De ſacrificio pro peccato ſcriptum eſt, *non ſeparabit*, tamen legitimum eſt licet ſeparaverit, quandoquidem id infra filum coccineum fit, & in cæteris ſacrificiis ſicuti convenit. כמעשה חטאת לשם עולה וכו׳ *ſecundum opus ſacrificii pro peccato in nomine holocauſti &c. illegitimum eſt*, nam ſacrificium pro peccato ſub alieno titulo mactatum, illegitimum eſt. כמעשה כלם *ſecundum opera omnium*, ſecundum opera alicujus ex omnibus quæ hic memorata ſunt, licet fecerit ſecundum opera ſacrificii pro peccato in nomine ſacrificii pro peccato, quandoquidem id fecit ſupra filum coccineum, illegitimum factum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſitum eſt capite antecedenti quod ſacrificium pro peccato ex ave fit inferius, holocauſtum vero ſuperius reſpectu altaris. Pariter tibi expoſuimus differentiam inter ungue ſectionem in ſacrificio pro peccato, & inter eam quæ fit in holocauſto, & quomodo fiat miniſterium holocauſti atque ſacrificii pro peccato.

כמעשה חטאת לשם חטאת כשרה *Secundum opera ſacrificii pro peccato, in nomine ſacrificii pro peccato, legitimum eſt*, hujus ſenſus eſt, ſacrificium eſſe legitimum, licet quis immutaverit ordinem ungue ſectionis; reliqua hujus Miſnæ per ſe ſatis clara ſunt.

ב עולת העוף שעשאה למעלן כמעשה עולה לשם עולה כשרה כמעשה עולה לשם חטאת כשרה ובלבד שלא עלתה לבעלים כמעשה חטאת לשם עולה כמעשה חטאת לשם חטאת פסולה עשאה למטן כמעשה כולן פסולה :

2. Holocauſtum ex ave, quando illud fecerit ſurſum juxta oblationem holocauſti, in nomine holocauſti legitimum eſt. Item ſi juxta oblationem holocauſti, at nomine peccati, bonum (etiam) eſt, ſed non imputatur Dominis. Sin juxta oblationem ſacrificii pro peccato titulo holocauſti; (aut) juxta oblationem ſacrificii pro peccato, titulo ſacrificii pro peccato, illegitimum eſt. Item ſi fecerit deorſum juxta oblationem quorumcunque, profanum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

עולת העוף שעשאה למעלה *Holocauſtum ex ave quod fecerit ſupra*, illius jus eſt ut iſtius quod ſupra filum coccineum fieri ſolet. *Secundum opera holocauſti in nomine holocauſti*, etſi de ungue ſectione quicquam immutaverit, non ſeparando id quod ſeparare debebat, tamen ſacrificium in ſe idoneum eſt. *Si fecerit ſecundum opera holocauſti in nomine ſacrificii expiationis pro peccato*, nam omnia ſacrificia ſub alieno titulo mactata, legitima ſunt, præterquam quod poſſeſſoribus ſuis nullam utilitatem adferunt ex debito, Paſchate & ſacrificio pro peccato exceptis.

כמעשה כלם *Secundum opera omnium*, ſecundum opus alicujus ex illis omnibus, licet fecerit ſecundum opera holocauſti in nomine holocauſti, quandoquidem intra filum coccineum ſanguis ſparſus eſt, illegitimum fit ſacrificium.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Merito auctor dixit כמעשה עולה לשם עולה כשרה *ſi ſecundum opera holocauſti in nomine holocauſti, legitimum eſt*, licet ungue ſectionis ordinem immutaverit. Sed jam diximus quod omnia ſacrificia ſub alieno titulo mactata, legitima ſunt, niſi quod poſſeſſoribus ſuis nihil præſtant ex debito, Paſchate & ſacrificio pro peccato exceptis. Propterea ſi holocauſtum factum ſit in nomine ſacrificii pro peccato, legitimum eſt; ſi vero id ſecundum opera ſacrificii expiationis pro peccato fecerit, vel in loco ipſius, nimirum intra filum coccineum, tum non eſt holocauſtum, ſed ſacrificium pro peccato ineptum, ſcil. erit inſtar ſacrificii pro peccato cui aliquid indecori accedit in operibus ipſius, ſive intentione ſacrificantis, uti diximus; nam hoc holocauſtum non eſt ineptum intentione ſacrificantis, ita ut id legitimum dicamus, attamen poſſeſſoribus ſuis nihil præſtat, ſed illegitimum factum eſt operibus ipſius.

ג וכולן אינן מטמאות בבית הבליעה ומועלין בהן חוץ מחטאת העוף שעשאה למטן כמעשה חטאת לשם חטאת :

3. Inſuper omnia iſta non polluunt per gulam, ſed prævaricantur in illis, excepto tamen ſacrificio pro peccato ex ave, quod fecit deorſum juxta oblationem ſacrificii pro peccato, nomine ſacrificii pro peccato.

R. OB. DE BARTENORA.

וכלן אינן מטמאות *Sed hæc omnia non polluunt*, licet illegitima ſint, ungue ſectio tamen ea liberat e poteſtate cadaveris, & non polluunt gula, ſicuti cadaverum jus eſt in avibus mundis; nam qui cadaver comederit, etſi id non attigerit, ut, ſi alius quiſpiam rem in gulam injecerit, polluitur is immunditie gravi qua polluat veſtes quibus indutus eſt. Iſta vero avium genera, etſi ungue ſectio ea non red-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hypotheſis nobis eſt quod cadaver avis mundæ nec hominem nec veſtes polluat tactu, nec onere ſed reſpectu gulæ duntaxat, nempe, ſi quis comederit aliquid ex eo quod gulam avis intrabat, pollutus eſt, & veſtimenta polluta ſunt ſi id attigerint, quia veſtimenta polluit ut eum qui cadaver portat. Atque hi gradus ſunt e patribus immunditiei Traditione recepti, quemadmodum in principio tractatus Kelim

reddat licita in eſum, ob infortunium quod illis accidit, nihilominus tamen ea purificat & e poteſtate cadaveris eripit ungue ſectio.

ומועלין בהן *Et prævaricantur in illis*, ſi quis aliquid commodi ex illis perceperit, quod Prutam valet, adducat ſacrificium prævaricationis ſuæ, ſicuti ſe jus habet cum omni eo qui e rebus ſanctis aliquam ceperit utilitatem, deinde quoque ſacrificium pro peccato adducat, quandoquidem illegitimum factum eſt, ut non eſſet ſpatium temporis quo denuo licitum reddi poterat pro ſacerdotibus, non liberatur a prævaricatione; ſacrificio pro peccato ex ave excepto, cujus ſanguis infrà filum coccineum ſparſus eſt, ſecundum opera ſacrificii pro peccato in nomine ſacrificii pro peccato, quod legitimum eſt, atque in ipſo eſt tempus quo ſacerdotibus licitum reddi poſſit, & poſtea nemo in ipſo prævaricari poteſt, ne quidem is qui non eſt ſacerdos.

lim exponitur. Præterea horum omnium fundamentum, & ea quæ ipſa Lex de his notat, exponentur etiam in prologo ad Taarot. Cæterum notum eſt, quod ſi mactatio rerum profanarum non rite peracta fuerit, res mactata cenſeatur cadaver. Sic etiam, ſi ungue ſectio non rite peracta ſit, ut, ſi cultro quis ſecuerit, vel ſimili re, cadaver eſt. Verum ſi rite ſecuerit ungue, tum erit ſectio legitima ut in profanis; nam Deus ſacerdotibus permiſit cibum ſuum, nempe cibum de ſacrificio pro peccato ex ave; idcirco dicit omnes haſce mutationes, nam ſi ſacrificium pro peccato ex ave, ſub alieno titulo ungue ſectum ſit, vel locus illius immutatus, licet id reddiderit illegitimum, tamen ei puritatem ſuam non ademit, ita ut eſſet inſtar cadaveris avis, & pollueret æſophago in quantitate olivæ; qui vero de hoc comederit, is polluit veſtimenta. Sed mundum eſt potius, quamvis id comedere non liceat ob infortunium quod ei accidit. Quiſquis autem vel unius Prutæ dimidium de illo comederit, is tenetur ſacrificio prævaricationis, quo tenetur omnis qui e rebus ſanctis quid commodi perceperit, quoniam & ſanctum eſt, & non idoneum ut comedatur; ſacrificio autem pro peccato ex ave excepto, cujus ſanguis infra filum coccineum ſparſus eſt ſecundum ritum in nomine ſacrificii pro peccato, quod legitimum eſt, & comedi poteſt; etſi ungue ſectio immutata fuerit, & non eo ordine facta quo fit in ſacrificio pro peccato ex ave, uti diximus capite antecedenti, nam ordo iſte ex præcepto Legis eſt, ſi quis autem eum immutaverit, nihil perdidit.

ד עולת העוף שעשאה למטן כמעשה חטאת לשם חטאת רבי אליעזר אומר מועלין בה רבי יהושע אומר אין מועלין בה אמר רבי אליעזר מה אם חטאת שאין מועלין בה לשמה כששינה את שמה מועלין בה עולה שמועלין בה לשמה כששינה את שמה אינו דין שימעלו בה אמר לו רבי יהושע לא אם אמרת בחטאת ששינה את שמה לשם עולה שכן שינה שמה לדבר שיש בו מעילה תאמר בעולה ששינה את שמה לשם חטאת שכן שינה את שמה לדבר שאין בו מעילה אמר לו רבי אליעזר והרי קדשי קדשים ששחטן בדרום ושחטן לשם קדשים קלים יוכיחו שכן שינה את שמן לדבר שאין בו מעילה ומועלים בהן אף אתה אל תתמה על העולה שאף על פי ששינה את שמה לדבר שאין בו מעילה שימעלו בה אמר לו רבי יהושע לא אם אמרת בקדשי קדשים ששחטן בדרום ושחטן לשם קדשים קלים שכן שינה את שמן בדבר שיש בו איסור והתר תאמר בעולה ששינה את שמה בדבר שכלו התר:

4. De holocauſto ex ave, quando fecit quis id deorſum juxta oblationem ſacrificii pro peccato nomine ſacrificii pro peccato, R. Elieſer dixit, quod prævaricentur in eo. R. Joſea inquit; non prævaricantur in eo. Dixit R. Elieſer. Quid ergò ſi in ſacrificio pro peccato, in quo non prævaricantur oblato nomine ejus, prævaricantur (tamen,) quando mutant ejus nomen: nonne in holocauſto, in quo, nomine ſuo oblato, prævaricantur, æquum (magis) erit, ut in eo prævaricentur, quando mutant nomen ejus? Reſpondit ei R. Joſea; non, ſi dixeris de ſacrificio pro peccato, cujus mutaverit nomen in nomen holocauſti, quod tum mutarit nomen ejus in rem, in qua eſt prævaricatio; dices itidem de holocauſto, cujus mutaverit nomen in nomen ſacrificii pro peccato, quod tùm mutaverit nomen ejus in rem, in qua eſt prævaricatio. Objecit ei R. Elieſer; Ecce verò, cum ſi quis mactat ſancta ſanctorum in meridie, mactatque ea nomine ſanctorum levium, arguant, quod tum mutaverit nomen eorum in rem, in qua nulla prævaricatio, & tamen prævaricentur in illis: Tu quoque ne mireris ſuper holocauſto, quod, etiamſi mutarit nomen ejus in rem, in qua nulla prævaricatio, (attamen) prævaricentur in eo. Reſpondit ei (rurſus) Rabbi Joſea; non, ſi dicere potes de ſanctis ſanctorum, quando quis mactavit in meridie, & mactavit quidem ea nomine ſanctorum levium, quod tum mutarit nomen eorum in rem, in qua eſt vetitum & licitum; dicere poteris de holocauſto, mutatum eſſe nomen ejus in aliquid, quod totum licitum.

R. OB. DE BARTENORA.

רבי אליעזר אומר מועלין בה *R. Eliezer dicit, prævaricantur in eo*, cum id ſit holocauſtum, & non exeat e caſu prævaricationis, quoniam ei non eſt tempus quo id ſacerdotibus licitum fit. *R. Joſua dicit, quod non prævaricantur in eo*, nam cum nomen illius immutavit, & opera, locumque in nomine ſacrificii pro peccato, expiatio peracta eſt; quærit R. Elieſer, *quid ergo ſi in ſacrificio pro peccato* &c. ſenſus eſt, ſi ſacrificium pro peccato ex ave, in quo non prævaricantur, mactatum ſit in nomine ipſorum, quia id comedunt ſacerdotes; ſi nomen ipſius mutatum ſit, factum eſt illegitimum, & ei non eſt tempus quo licitum reddi poſſit, prævaricantur in eo, nam in hoc ipſe R. Joſua non contradicit.

לדבר

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Doctorum controverſia duntaxat eſt de mutatione loci, & nominis; ſed non requiritur quicquam ad harum rerum intelligentiam, præterquam ut in memoria habeas ea quæ ſtatim dicentur a nobis, nimirum, quod ſacrificium pro peccato ex ave, dum legitimum eſt, totum comburetur, ſicuti exponetur in Lege, & ſicuti dictum eſt, quod altari exinde nihil accedit niſi ſanguis illius, ipſum vero totum eſt pro ſacerdotibus. Propterea non obtinet in eo prævaricatio. Cæterum hoc capite jam expoſitum eſt, quod illud comedere non licet, ſi in nomine holocauſti paratum ſit, & tum prævaricatio obtinet in illo. Sed notum eſt quod holocauſtum totum comburi debet, & licet legitimum ſit, tamen prævaricatione tenetur qui de eo quicquam comederit.

לדבר שיש בו מעילה *In rem in qua obtinet prævaricatio*, in nomine holocauſti. *Quæ mactavit in meridie*, in nomine pacificorum; inde liquet quod nomen & opus illius immutavit. לדבר שאין בו מעילה *in rem in qua non obtinet prævaricatio*, nam ſancta ſanctorum non obligant ad prævaricationem, niſi in adipe ipſorum. ומועלין בהן *& prævaricantur in illis*, quia illegitima facta fuerunt mactationis loco inidoneo, & ſparſio non eripuit illa a prævaricatione.

אסור והיתר *Probibitio & permiſſio*, in adipe rerum ſanctarum levium prævaricantur, ſed in ipſa carne non obtinet prævaricatio. שכלו היתר *quod totum eſt licitum*, in ſacrificio pro peccato ex ave, nam in eo nullus eſt prævaricandi modus; deciſio eſt ſecundum R. Joſuam.

derit. Capite quinto jam diximus quod ſancta ſanctorum mactanda ſunt ad ſeptentrionem; ſancta verò levia in omni loco. Notum quoque eſt quod ſancta levia comeduntur a ſacerdotibus, aut a poſſeſſoribus ipſorum, quemadmodum capite quinto expoſitum eſt, idcirco in iis non obtinet prævaricatio; ſed prohibitio & permiſſio in iis obtinet, quia pinguedines eorum cùm cæteris quæ comburuntur, prohibitæ ſunt, & nemo eas comedere poteſt; reliquum vero ſacerdotibus, aut Iſraëlitis licitum eſt, vel utriſque, ſed hæc prolixius exponentur capite primo tractatus Meila, quando in adipe ſanctorum levium prævaricentur, & quando non; ibidemque exponetur quod in ſanctis ſanctorum in meridie mactatis, etſi intentio perverſa in iis perdat, tamen non prævaricantur in illis; de hoc nulla eſt controverſia; deciſio eſt ſecundum R. Joſuam.

ה מלק בשמאל או בלילה שחט הולין בפנים וקדשים בחוץ אינם מטמאין בבית הבליעה מלק בסכין מלק הולין בפנים וקדשים בחוץ תורים שלא הגיע זמנן ובני יונה שעבר זמנן שיבש גפה ושנסמית עינה ושנקטעה (ס"א) רגלה מטמאה בבית הבליעה זה הכלל כל שהיה פסולה בקדש אינה מטמאה בבית הבליעה לא היה פסולה בקדש מטמאה בבית הבליעה וכל הפסולים שמלקו מליקתן פסולה ואינן מטמאות בבית הבליעה:

ך. Si quis ungue diſſecat per ſiniſtram, aut in nocte: vel mactat profana intus, ſancta verò foris, non immundant per Oeſophagum. Si quis ſecat cultro: (aut) diſcerpit manu profana intus: vel ſancta foris: (aut) turtures, quorum nondum venit tempus; aut pullos columbarum, quorum tranſiit tempus: Item cujus aruit ala, aut cujus excœcatus eſt oculus, atque cujus abſciſſus pes: impurat per Oeſophagum. Hæc eſto Regula: Quicquid reprobum eſt in ſancto, non immundat per Oeſophagum; quicquid non reprobum eſt in ſancto, immundat per Oeſophagum; Item omnium reproborum, quæ ungue diſſecuit, ſectio quidem eſt reproba, nec tamen polluunt per Oeſophagum.

R. OB. DE BARTENORA.

מלק בשמאל *Si ungue ſecuerit ſiniſtra*, tum ungue ſectio ita eſt illegitima, nam omni in loco ubi dicitur אצבע *digitus* aut כהונה *ſacerdotium*, duntaxat de dextra res intelligenda eſt. או בלילה *aut nocte*, nam nocte nulla fiet ungue ſectio, quemadmodum ſcriptum eſt Levit. 7, 38. ביום צותו.

אינן מטמאים *Non polluunt*, cum improbatio facta ſit in loco ſancto, & ungue ſectio eorum commodum aliquod capiat, nam ſi aſcenderint in altare, non denuo deſcendunt. שחט הולין בפנים וקדשים בחוץ *ſi mactaverit profana intra, & Sancta foris*, tamen non polluunt in æſophago, etſi ea comedere non liceat. מלק בסכין *ſi cultro ſecuerit*, hæc actio non dicitur ungue ſectio nec mactatio, quia מליקה *ungue ſectio* fieri debet ipſo ſacerdotis ungue.

מלק חולין בפנים *Si profana mactaverit intra*, nam in profanis nulla obtinet ungue ſectio, ſed in ſanctis interioribus duntaxat. Qui vero ungue ſecuerit profana in quovis loco, vel ſancta foris, perinde fecit ac ſi nares diſciderit & nervos extirpaverit; & tum ſectio talis non ea eripit e poteſtate cadaveris.

תורים שלא הגיע זמנם *Turtures quorum tempus nondum advenit*, turtures magni ſunt apti, minores vero inepti; ſed columbarum pulli minores ſunt legitimi, majores autem illegitimi. ושיבש גפה *& cujus ala exaruit*, nam & aves quoque ad ſacrificia inidoneæ ſunt, ſi illis deficiat membrum aliquod; nam quod ſtatuimus *maſculum perfectum* in avibus non requiri, id intelligendum eſt de maſculis non cognoſcibilibus, ſicuti eſt feſtuca in oculo; ſed ea cui membrum deeſt, non eſt apta.

מטמאה בבית הבליעה *Polluit per æſophagum*, quia ungue ſectio illius ad nullam rem utilis eſt cum deſcendi debeat, etſi aſcenderit. כל שאינן פסולין בקדש *quicquid non reprobum eſt in ſanctis*, quæ jam reproba erant antequam ad atrium perveniſſent; de omni autem re quæ non reproba facta eſt in ſanctitate ſua, dicimus poſtea capite nono, quod ſi aſcenderit, deſcendere debeat. Cæterum ea quæ reproba facta ſunt in ipſa ſanctitate, qualia ſunt ſancta legitima, ſi in miniſteriis ipſorum reproba facta ſint, non polluunt, quia ungue ſectio illis prodeſt, idcirco non deſcendunt, ſi aſcenderint. כל הפסולין *omnes reprobi ſunt*, ut extraneus, lugens, de die lotus, & expiatione deſtitutus, atque omnes illi qui in principio ſecundi capitis memorati ſunt. ואינן מטמאות בבית הבליעה *Sed non polluunt per æſophagum*, nam etſi ungue ſectio non licita reddat ſancta ut comedi poſſint, nihilominus tamen ipſa eripit ſancta e poteſtate cadaveris.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כל הפסולין *Omnes qui reprobi ſunt*, illi ſcil. qui in principio capitis ſecundi memorati ſunt, extraneus, lugens, de die lotus, & is qui nondum expiatus eſt, &c. Cæterum de holocauſto pecudum Lex dicit זכר תמים *maſculus perfectus*; ad hoc in Siphra dixerunt, *perfectus* & *maſculus* requiritur in pecude, at non in avibus, poſſet quis inde colligere quod ſi ala exſiccata fuerit, vel oculus occœcatus, vel pes abſciſſus ſit, nihil intereſſe, idcirco Lex dicit, מן העוף *de ave*, & non, ex tota ave. Jam expoſuimus capite ſecundo tractatus Kidduſchin, quod profana in atrio templi mactata, ſint reproba, ita ut ex iis non liceat quicquam commodi capere; nam nobis hypotheſis eſt ex Lege, quod non omnis res e qua utilitatem, vel cibum capere vetitum eſt, poſſit polluere, neque quod omnis res immunda, prohibita ſit eſu. Cæterum ungue ſectio in ſanctis inferioribus duntaxat obtinet; verum ſi quis in ſpatio templi exteriori, vel profana ungue ſecuerit, licet id in loco interiori fecerit, ſine dubio iſtud animal pro cadavere habendum ſit, cum non ſit differentia inter hanc ungue ſectionem & inter eum qui nares diſcindit nervoſque extirpat, quæ actio nullatenus mactatio ducenda eſt; ſed hunc mactandi modum Deus tantum in ſanctis interioribus inſtituit. Cæterum juxta Legem, maximi columbarum pulli, & minimi turturum non apti ſunt ad ſacrificia, cum ſemper dicatur, *duo turtures*, aut, *duo columbarum pulli*.

לא היה פסולה בקדש *Non erat reprobum in ſancto*, ſi non aptum fuerit in ſacrificium, non ex defectu intentionis, neque ex defectu illius qui in hoc occupatur, neque ob mutationem loci, licet iis rebus ſacrificia fiant reproba, præ excellenti ipſorum ſanctitate; ſed propterea quod illa per ſeipſa erant reproba antequam ſanctitatis labem contraxiſſent, & ſi tum ungue ſecta fuiſſent, habeantur pro cadaveribus. Vel ſi ope cultri ſecuerit, etiam pro cadaveribus haberi debent; aut, ſi foris ungue ſecuerit, ſicuti horum omnium rationem attulimus.

ו מלק ונמצא טרפה רבי מאיר אומר אינה מטמאה בבית הבליעה רבי יהודה אומר מטמאה בבית הבליעה אמר רבי מאיר מה אם נבילת בהמה שהיא מטמאה במגע ובמשא שחיטתה מטהרת את טרפתה מטומאתה נבלת העוף שאינה מטמאה במגע ובמשא אינו דין שתהא שחיטתה מטהרת את טרפתה מטומאתה מה מצינו בשחיטתה שהיא מכשרתה באכילה ומטהרת את טרפתה מטומאתה אף מליקתה שהיא מכשרתה באכילה תטהר את טרפתה מטומאתה רבי יוסי אומר דיה כנבלת בהמה שחיטתה מטהרה אבל לא מליקתה :

6. Si quis ungue ſecat & reperitur diſcerptum: non polluere per Oeſophagum R. Meir dicit. At R. Joſe dicit, polluere per Oeſophagum. Reſpondit R. Meir, quid ergo? ſi cadaveris beſtiæ, quod polluit per tactum & per portationem, mactatio mundat diſcerptum ejus ab impuritate ſua: num cadaveris avis, quod non immundat per tactum ac portationem, jus non (magis) erit, ut mactatio ejus mundet diſcerptum ejus ab immunditie ſua? Quid verò invenimus de mactatione ejus? ſanè quod legitimam illam reddat quoad comeſtionem, & mundet diſcerptum ejus ab immunditie ejus. Itaque etiam ſectio per unguem, quæ legitimam reddit illam quoad comeſtionem, mundabit diſcerptum ejus ab immunditie ejus. R. Joſe reſpondet; ſufficit, ut ſe habeat ſicut cadaver beſtiæ, cujus mactatio illam mundat, ſed non ſectio per unguem.

R. OB. DE BARTENORA.

אינה מטמאה בבית הבליעה *Non polluit per œſophagum*, nam ungue ſectio ipſum purificat, ne cenſeatur cadaver. Sed R. Jehuda contra ſtatuit, nam is putat quod neque mactatio in avibus profanis, neque ungue ſectio in ſanctis quicquam efficiunt ad avem diſcerptam e poteſtate cadaveris eripiendam.

אינו דין שתהא שחיטתה מטהרת את טרפתה *Nonne æquum erit ut mactatio ejus mundum reddat diſcerptum ejus*? hæc ita quærit, nam dicere vult R. Meyr, quoniam collegiſti R. Joſe quod mactatio in profanis purificat avem diſcerptam per argumentum a minori ad majus, etiam ungue ſectionem ſanctorum ex hoc colligere poſſemus per ſimilitudinem vocum quas invenimus &c.?

רבי יוסי אומר דיה כנבלת בהמה *R. Joſe dicit ſufficit ut ſe habeat ſicut cadaver beſtiæ*, quandoquidem non clare expreſſum invenimus quod mactatio in avibus liberat a poteſtate cadaveris, niſi per conſequentiam a minori ad majus, nam e cadavere pecudis tu R. Meyr colligis ei ſufficere ut ſit inſtar cadaveris pecudis, nam mactatio ejus illud educit e poteſtate cadaveris, quia ei quod ex jure colligitur, ſufficiat ut ſit ſimile ei ex quo colligitur. Tres autem de hac re ſententiæ ſunt; R. Meyr putat quod tam mactatio quam ungue ſectio in avibus educat e poteſtate cadaveris. R. Jehuda putat quod neque mactatio neque ungue ſectio quicquam juvat in ave diſcerpta liberanda a poteſtate cadaveris. R. Joſe vult quod mactatio juvat, ſed non ungue ſectio; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Caſus de ave diſcerpta jam expoſitus eſt capite tertio tractatus Chulin; ſatis notum eſt quod ſancta offerre non licet ſi in iis aliquid diſcerpti inventum fuerit, nam nos de eo dicimus, *offer ipſum principi tuo.* Sic etiam notum eſt quod diſcerptum non polluat; Lex autem de cadavere pecudum ſtatuit quod illud tactu & onere polluat; ſed de avis mundæ cadavere jam diximus quod id neque tactu neque onere polluat; ſed horum omnium fundamenta exponuntur in tractatu Taarot. R. Meyr ungue ſectionem comparat cum mactatione, dicitque, quod ſicuti Iſraëlitæ licet comedere mactatum, ita ſacerdoti licitum ſit comedere id quod ungue ſectum eſt; & is caſum avis colligit a caſu pecudis per argumentum a minori ad majus, ſicuti ex ipſa re vides, nimirum cadaver avis; nam pecudis cadaver mactatio duntaxat ab immunditie liberat, avis vero cadavera liberat mactatio & ungue ſectio. R. Joſe ſtatuit ei ſufficere debere quod e jure elicitur ut ſimile ſit ei ex quo elicitur; & quandoquidem caſum avis colligimus e caſu pecudis, erit ei ſimilis. Sed omnes in hoc conveniunt quod quicquid colligimus per argumentum a minori ad majus, dicere poſſunt, *ſufficit ei quod elicitur ex jure ut ſimile ſit ei ex quo elicitur*, atque hic unus eſt e Syllogiſmis Gemaricis, qui in Lege ſuum habet fundamentum, ſicuti expoſuimus capite ſecundo codicis primi de damnis. Quando autem R. Joſe hoc argumento oppugnaſſet R. Meyrum nemine contradicente, R. Meyr hoc colligit per ſimilitudinem vocum e loco Levit. 11, 46. זאת תורת הבהמה והעוף ſicuti igitur pecus rem permittens eſui, purificat diſcerptum ab immunditie, ita quoque avis utpote permittens eſui, purificat diſcerptum ab immunditie. Et tum non differunt doctores in eo quod dicitur, *ſufficit ei quod ex jure elicitur ut ſit ſicut id e quo elicitur*, quia id docet per comparationem aliquam, non per argumentum a minori ad majus. Sed R. Joſe hanc comparationem educit ex alio quodam jure; verum non eſt hujus loci hic omnia argumenta & rationes adducere; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

פרק ח כל הזבחים שנתערבו בחטאות המתות או בשור הנסקל אפילו אחד בריבוא (ס"א) ימותו כלם נתערבו בשור שנעבדה בו עבירה או שהמית את האדם על פי עד אחד או על פי הבעלים ברובע ובנרבע ובמוקצה ובנעבד ובאתנן ובמחיר ובכלאים ובטריפה ובוצא דופן ירעו עד שיסתאבו וימכרו ויביא בדמי היפה שבהן מאותו המין נתערב בחולין תמימים ימכרו החולין (ס"א) לצריכי אותו המין :

Caput 8. Quæcunque ſacrificia commiſcentur cum ſacrificiis pro peccato ad mortem uſque aſſervandis, aut cum bove lapidando; etiamſi unum (horum) cum myriade (iſtorum,) moriantur omnia. Quæ commiſcentur cum bove, in quo tranſgreſſio eſt commiſſa; aut qui interfecit hominem ex teſtimonio unius teſtis tantum; aut ex teſtimonio Dominorum: item cum beſtia, quæ coiit cum homine, vel inita eſt ab homine; aut cum ſeparatâ, & cultui idololatrico oblata, aut cum mercede meretricia, aut cum pretio, aut cum heterogeneis, aut cum diſcerpto, aut cum egrediente per coſtam, paſcent donec polluta fuerint; tum vendentur, & adferet pro pretio optimæ (beſtiæ) quæ inter illas, de eadem ſpecie. Si commixtum fuerit (ſacrificium) cum profanis, optima vendantur, profana pro iis, qui illa ſpecie opus habuerint.

R. OB. DE BARTENORA.

כל הזבחים שנתערבו וכו׳ *Quæcunque ſacrificia commiſcentur &c.* vult dicere quod omnia ſacrificia quibuſcum mixta fuerint ſacrificia pro peccato quæ mori debent, vel bos lapidandus, etſi unus ſit cum multis mixtus, moriantur; nam cum mixta ſint cum iis e quibus utilitatem capere non licet, nullum eſt remedium quo redimi queunt; neque intercidere poſſunt in majori numero; animantia enim pretioſa ſunt ita ut non intercidant. Cæterum ſacrificia pro peccato quæ mori debent, ſunt quinque, ut, proles e ſacrificio pro peccato, & id quod cum ſacrificio pro peccato mutatum eſt, ſacrificium pro peccato cujus dominus mortuus eſt, & id cujus dominus expiatus eſt, & id cujus annus tranſierit, hæc quinque ſacrificia pro peccato certo loco includuntur, donec illic mortua fuerint, & vocantur חטאות המתות *ſacrificia pro peccato quæ mori debent.*

בשור שנעברה בו עבירה *Cum bove in quo tranſgreſſio commiſſa eſt*, nam propter iſtum caſum ad ſacrificium ineptus eſt factus, ut, ſi hominem interfecerit dicente uno teſte, tum is non prohibitus hominibus, quia ex duorum teſtium dicto duntaxat lapidandus eſt. Vel ſi domini illius ad ſenatum venerint, & teſtati fuerint eum occidiſſe aliquem, tum liberatur a pœna lapidationis, nam qui culpam confeſſus fuerit, is liber eſt. Deo autem iſte bos prohibitus eſt, nam ex eo quod ſcriptum eſt מן הצאן *ex ovibus*, excluditur petulcus. ברובע ובנרבע *quæ coiit cum homine*, *vel inita eſt ab homine*, ex dicto unius teſtis, vel ex dicto dominorum, vel antequam ſententia illius dicta eſt, vel ſi bos qui occidit, vel qui cum homine coiit, a gentili initus eſt, qui Deo prohibitus, ſed non hominibus. מוקצה notat id quod cultui idololatrico conſecratum eſt, vel eum in finem ſervivit, quales ambo hominibus liciti ſunt. ובאתנן ובמחיר *aut cum mercede meretricia*, *aut cum pretio*, hæ omnes profanæ ſunt beſtiæ, & ſi vel unum ſacrificium cum illis mixtum ſit, omnes paſci debent donec moriantur, quia earum neutra ſine macula poteſt mactari, quia fieri poteſt ut iſta ſit ſacrificium; qui vero ſancta mactaverit, is tenetur excidio, & vendi non poſſunt in neceſſaria holocauſtorum, cum reproba facta ſint. *Vendentur pretio omnium cariſſimo, & de eadem ſpecie*, ſi ſit ſacrificium pro peccato, vendatur ſacrificio pro peccato, ſi holocauſtum, holocauſto, & nummos accipiet ſecundum pretium pecudum cariſſimum, dicetque, *ubicunque fuerit ſacrificium*, *illic profanetur ſuper iſtis nummis. Si mixtum ſit*, ſcil. ſacrificium; *cum profanis*, cum multis idoneis, tum omnia profana animantia venduntor in neceſſitatem iſtius ſpeciei, cujus erat ſacrificium quod cum illis mixtum erat, quomodo omnia fient ſancta unius ſpeciei, niſi quod non conſtet quisnam dominus ſit cujuſlibet, nam ſacrificium primum habebat domini ſui nomen, & de ipſo non conſtabat ad quem pertineret; ipſius vero remedium eſt ut unumquodque offeratur in nomine illius ad quem pertinet, & quum ſacerdos unumquodque offert, dicet, *hoc offeratur in nomine domini ſui.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Capite ſecundo tractatus Temura expoſita ſunt ſacrificia pro peccato quæ mori debent, ſive quæ dimittuntur donec mortua fuerint. Sic etiam bos lapidandus, ſi inter ipſum & cætera ſacrificia confuſio orta fuerit, & unum animans lapidandum cum mille ſacrificiis aliis mixtum fuerit, tamen iſta omnia dimitti debent donec mortua fuerint, ſicuti in tractatu Temura exponitur. Nam non dicimus unioi iſtius bovis infelicitatem inter tot ſacrificia ceſſare, quia nobis hypotheſis eſt quod animantia pretioſa ſunt, & idcirco non tam facile deſtruenda eſſe.

מוקצה Dicitur animal cultui idololatrico deſtinatum; capite autem ſexto tractatus Temura exponitur quod hæc omnia ſunt prohibita pro altari. Cæterum neceſſe eſt ut ſcias id quod hic dicit auctor, ברובע ובנרבע intelligendum eſſe ſi id uno teſte præſente factum fuerit, vel ita dicentibus dominis, vel ante abſolutionem juris, vel ſi talis homo fuerit gentilis. Verum ſi Iſraëlita ſit, aliquot requiruntur teſtes, & tum ſententia illius pronunciatur, & bos lapidibus obruitur.

וצריך אותו המין *Et neceſſe eſt ut de eadem adferat ſpecie*, ſi pacifica mixta fuerint, venduntor omnia ei qui ea obtulerit in ſacrificia pacifica, pretio ſacrificii mixti excepto, idcirco profana venduntor.

ב קדשים בקדשים מין במינו זה יקרב לשם מי (ס״א) שהוא וזה יקרב לשם מי (ס״א) שהוא קדשים בקדשים מין בשאינו מינו ירעו עד שיסתאבו וימכרו ויביא בדמי היפה שבהם ממין זה ובדמי היפה שבהם ממין זה ויפסיד המותר מביתו נתערבו בבכור ובמעשר ירעו עד שיסתאבו ויאכלו כבכור וכמעשר הכל יכולין להתערב חוץ מן החטאת ומן האשם׃

2. Sancta (ſi permixta fuerint) cum ſanctis, ſpecies (ſacrificii) cum ſpecie (eâdem) ſua, hoc offeratur nomine alicujus, quicunque ſit, & hoc offeratur nomine alicujus, quicunque ſit: ſin ſancta cum ſanctis, ſpecies cum alia ſpecie, paſcent, donec polluta fuerint, tum vendantur, & adferet pro pretio optimæ (beſtiæ,) quæ inter illas, de una ſpecie, & pro pretio optimæ (beſtiæ,) quæ inter illas, de altera ſpecie, & perdat exceſſum (pretii) ex domo ſua (hoc eſt de proprio.) Si commiſcentur cum primogenito, & cum decimis, paſcent, donec polluta fuerint; tum edentur ſicut primogenitum, & ſicut decimæ. Miſceri poſſunt omnia, exceptis ſacrificio pro peccato, ac oblatione pro reatu.

R. OB. DE BARTENORA.

מין במינו *Species cum ſpecie ſua*, ſacrificium pro peccato cum ſacrificio pro peccato, holocauſtum cum holocauſto, & pacificum cum pacifico, niſi quod tamen ad multos dominos pertinere poſſunt; hæc offerantur quælibet in nomine illius ad quem pertinent, nomine poſſeſſoris non vocato. Hoc autem de mulierum ſacrificiis intelligendum eſt, a quibus manuum impoſitionem non requirunt, quia ſcriptum eſt Levit. 3, 2. בני ישראל וסמך ergo filii Iſraëlis manus imponere debent, & non filiæ Iſraëlis; ſed de virorum ſacrificiis, quæ impoſitionem manuum requirunt, hic non agitur.

מין בשאינו מינו ירעו *Si ſpecies diverſæ commixtæ fuerint*, *paſcent*, quia offerri nequeunt, quia in ſparſione ſanguinis non conveniunt, vel in combuſtione, vel in eſu. יפסיד המותר מביתו

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia cum ſpecie ſua offerantur, & hæc pro dominis, licet ea non determinemus, dicendo, *hoc eſt ſacrificium illius*; ſed hoc jus tantum intelligendum eſt de mulierum ſacrificiis, quæ non requirunt impoſitionem manuum. Virorum autem ſacrificia quæ dominorum manuum impoſitionem requirunt, uti ſcriptum eſt Levit. 3, 2. nullatenus in nomine dominorum offerri poſſunt, quandoquidem nos latet ad quem pertineant.

נתערב מין בשאינו מינו *Si mixtæ fuerint inter ſe diverſæ ſpecies*, ut, ſi holocauſtum commixtum fuerit cum pacificis, relinquatur illud donec vitium contraxerit, & tum ambo vendantur ſeorſim; & ſi unum pro denario venditum fuerit, alterum vero duobus, pro pretio eorum aliud offerre debet, pro duobus denariis holocauſtum, & pacificum pro duo-

מביתו *& perdet reliquum de ſuo*, nam ſi unum ſacrificium vendiderit duobus denariis, alterum vero uno, de qualibet ſpecie pro duobus offerri debet, quandoquidem non conſtat quænam ſpecies pro duobus vendita ſit, quomodo fiet ut unum denarium perdat de ſuo dominus.

נתערבו בבכור ובמעשר *Si commiſta fuerint cum primogenito, & decimis*, pecudum, nam iſta redimi nequeunt, cum ſanctitas in pretio eorum requieſcat, & profana fiunt, niſi quod cum vitiis ſuis comedi queant, primogenitum a ſacerdotibus, & decimæ a dominis. ירעו עד שיסתאבו *paſcent donec vitium contraxerint*, & dicet ſacerdos, *quocunque in loco fuerit ſacrificium, ibi profanatum ſit ſuper pecunia*, & tum comedere licet, ea tamen conditione ut comedantur cum jure primogeniti & decimarum, quæ publice vendere non licet, neque libra expendere; cæterum e pretio ſacrificii offeratur aliud ſacrificium ejuſdem ſpeciei. הכל יכולין להתערב *omnia poſſunt miſceri*, ſi alia commixta fuerint, de mixtura dubium eſt, ſacrificio pro peccato & pro reatu exceptis, nam ſacrificium pro peccato nunquam fit ex ariete, ſed ſacrificium pro reatu ſemper ex ariete fit. Et ſi ſacrificium pro reatu leproſi ſit & Nazyræi, quod conſtat ex agnis, nihilominus tamen maſcula eſſe debent; at ſacrificium pro peccato e fœminis duntaxat conſtat. Sacrificium pro peccato & pro reatu miſceri poſſunt, videlicet hircus a principe offerendus cum hirco holocauſti ſpontanei; & quanto magis pacifica cum ſacrificiis pro peccato, quæ omnia pro pacificis offeruntur, tam maſcula quam fœminea; & ſic etiam aries holocauſti ſpontanei cum ſacrificio pro reatu.

duobus, quia nos latet quodnam ſit holocauſtum & quodnam pacificum, perdet itaque denarium unum; atque hoc eſt quod auctor vult, quando dicit, ויפסיד המותר *& perdat exceſſum*.

ויאכלו בבכור ובמעשר *Et comedentur cum primogenito & cum decimis*, vult dicere, quod publice vendi non debent, neque libris expendi, quemadmodum id in primogenitis & decimis agere non licet, quando vitium aliquod contraxerint, ſicuti capite quinto tractatus Bechorot expoſitum eſt. Cæterum caſus ſacrificii pro peccato quod cum ſacrificiis pro reatu miſceri nequit, ſatis clarus eſt, nimirum quod ſacrificium de ovibus maſculis duntaxat fieri poteſt, ſicuti expoſuimus in noſtro prologo; neque ſacrificium pro peccato e ſpecie ovium fit, niſi de fœminis duntaxat; atque ita rem eſſe deprehendes quando omnes ſacrificiorum diviſiones recte conſideraveris.

ג אשם שתערב בשלמים ירעו עד שיסתאבו (ס"א) רבי שמעון אומר שניהם ישחטו בצפון ויאכלו כחמור שבהן אמרו לו אין מביאים קדשים לבית הפסול נתערבו חתיכות בחתיכות קדשי קדשים בקדשים קלים הנאכלין ליום אחד בנאכלים לשני ימים יאכלו כחמור שבהן:

3. Oblatio pro reatu quando commiſcetur cum ſacrificio Euchariſtico, paſcent, donec polluta fuerint. R. Schimeon dicit, utrumque mactetur in aquilone, atque comedatur juxta id quod gravius inter illa. Dixerunt autem ei; non adducunt ſancta in ſtatum reprobationis. Fruſta cum fruſtis ſi miſcentur; ſancta ſanctorum cum ſanctis levibus; Ea quæ manducant die uno, cum iis, quæ manducantur per duos dies: tum eduntur ſicut id, quod inter illa gravius.

R. OB. DE BARTENORA.

אשם שנתערב בשלמים *Sacrificium quod cum pacificis mixtum fuerit*, nam ſparſio ſanguinis ſacrificii pro reatu, & pacificorum æqualis eſt. שניהם ישחטו בצפון *ambo in ſeptentrione mactantur*, nam pacificorum mactatio ubique fieri poteſt, etiam in ſeptentrione ubi ſacrificium pro reatu mactatur.

כחמור שבהן *Juxta id quod gravius in illis*, intra vela pro ſacerdotibus maſculis, per diem & noctem. Sed non ut pacifica, quæ ſanctitates leves ſunt, & ubique comeduntur in civitate ſancta ab omni homine, per duos dies unamque noctem; dominus vero pacificorum ſatisfacit debito voti ſui, quia pacifica offeruntur in nomine ipſorum, cum ſacerdos illa offerat in nomine illius ad quem pertinet.

אין מביאין קדשים לבית הפסול *Non adducunt ſancta in ſtatum reprobationis*, nam comeſtionem pacificorum diminuit, tam in iis qui ea comedunt, quam in tempore comeſtionis, & adducit ea in ſtatum quo fieri poſſint נותר *reſiduum*. Idcirco paſcunt animantia iſta donec vitium contraxerint, & tum venduntur, quemadmodum diximus de ſanctis cum ſanctis in diverſis ſpeciebus commixtis; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

חתיכות בחתיכות *Fruſta cum fruſtis*, ſi unum fruſtum de ſanctis ſanctorum mixtum ſit cum fruſto ſanctorum levium, vel fruſtum ſanctorum levium quæ uno die comedi debent, uti eſt euchariſticum, cum fruſto ſanctorum levium quæ duos dies unamque noctem comeduntur, quæ reliqua ſunt pacifica; de his Sapientes concedunt R. Simeoni, quod comedantur ſecundum id quod gravius eſt in illis, quandoquidem illis aliud non adferri poſſit remedium.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſitum eſt capite quinto hujuſce tractatus quod ſacrificium pro peccato ſit ſanctum ſanctorum, & mactetur in ſeptentrione, atque a ſacerdotibus maſculis comedatur uno die ac nocte uſque ad mediam noctem. Pacifica vero ſunt ſancta levia, & ubique in atrio templi mactari poſſunt, & ab omni homine per totam urbem ſanctam comedi poſſunt uno die nocteque. R. Simeon ſtatuit in utroque jus ſacrificii pro reatu ſequendum eſſe ad aggravandum. Sapientes dicunt, ſi in utroque obtineat jus ſacrificii pro reatu, ad aggravandum, pacifica redderemus reproba contra jus faſque, nam ſi quicquam de utroque in craſtinum remanſerit, comburendum eſt ut ſacrificium pro reatu, & fieri poteſt ut reſiduum ſit e pacificis; jus autem poſtulat ut comedantur per duos dies unamque noctem. Nam fundamentum nobis eſt, ſancta non deferenda eſſe ad locum reprobum, ſcil. quod nihil in illis faciendum ſit, quod iſta ducat ad occaſionem qua reproba fieri poſſunt. Propterea Sapientes dixerunt quod non debent mactari, ſed quod dimitti debent donec aliquod vitium contraxerint, & tum pro optimi pretio de eadem ſpecie, & pro optimi pretio de alia ſpecie adduci debet aliud ſacrificium, & quod de ſuo reſtat, perdatur. Verum ſi mixtura facta ſit in carnis fruſtis, quibus non eſt remedium, tum omnia ſecundum graviorem conditionem judicanda ſunt.

הנאכלים ליום אחד בנאכלים לשני ימים *Ea quæ manducant die uno cum iis quæ manducantur per duos dies*, quia e ſanctis levibus nonnulla ſunt quæ unum diem comeduntur, ſcil. ſacrificium euchariſticum, ſicuti expoſitum eſt capite quinto hujuſce tractatus; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

ד אברי חטאת שנתערבו באברי עולה רבי אליעזר אומר יתן למעלן ורואה אני את בשר החטאת מלמעלן כאלו הוא עצים וחכמים אומרים, תעובר צורתן ויצא לבית השריפה:

4. Si membra ſacrificii pro peccato cum membris holocauſti miſcentur: R. Elieſer inquit; ponat ſuperius (ſuper ligna:) tum enim habeo ego carnem ſacrificii pro peccato ſuperius poſitam, ac ſi eſſent ligna. Verum Sapientes dicunt; mutetur forma eorum, & tunc exportentur in locum combuſtionis.

R. OB. DE BARTENORA.

אברי חטאת *Membra ſacrificii pro peccato*, cujus caro comeditur a ſacerdotibus. שנתערבו באברי עולה *quæ mixta ſunt cum membris holocauſti*, quod penitus comburendum eſt. יתן למעלן *dabit ſuperius*, omnia membra mixta imponet lignis foci; ratio R. Eliezeris eſt, quia ſcriptum eſt Levit. 2, 11. כי כל שאור וכל דבש לא תקטירו ſenſus verſus hic eſt, omne fermentum & omne mel non adolebis, neque quicquam quod ex iis impoſitum fuerit igni pro Domino, nempe ſacrificiorum reliquias; oblationem primitiarum offeretis e fermento & melle pro Domino, duos fermenti panes, atque arborum fructus primitivos, qui ficus ſunt & dactyli; & quod verſus dicit *in altare*, tam de fermento & de melle quam de reliquiis intelligendum eſt, quæ in odorem gratum non debent offerri in altare, ſed in nomine lignorum licet. Atque hoc eſt quod dicit auctor, *conſidero ego carnem ſacrificii pro peccato, ac ſi eſſent ligna. Sapientes dicunt, mutetur forma eorum*, vult dicere, quod illa linqui debent donec vitium contraxerint, atque ea tum comburenda eſſe in domo cineris ut cætera ſancta quæ reproba facta ſunt; ſed non aſcendent in altare, quia tum tranſgrediuntur id quod dictum eſt, quicquid ex iis igni inſervire poterit, id non adolebis. Cæterum expiationis ſacrificii cujus adipes in ignem offerantur, caro intrat ſenſum illius quod dicitur *non combures*; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi conſtat quod ſacrificium pro peccato comeditur; quod dicit R. Elieſer יתן למעלן *dabit ſuperius*, vult, ut caro mixta ponatur ſuper lignis altaris, & tum carnem ſacrificii pro peccato reputamus ut omne id quod de illo poſitum eſt in altari, ut ſit lignum, & quod reſtat, ſit holocauſtum. Cæterum quod dicit תעובר צורתו *mutetur forma ejus*, vult dicere id relinquendum eſſe donec reprobum fiat, & comburatur in loco ubi reproba ſancta comburunt, ſcil. in atrio, quemadmodum exponitur capite duodecimo hujuſce tractatus; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

ה אברין באברי בעלי מומין רבי אליעזר אומר אם קרב ראש אחד מהן יקרבו כל הראשין כרעו של אחד מהן יקרבו כל הכרעים וחכמים אומרים אפילו קרבו כולם חוץ מאחד מהן (ס"א) יצא לבית השריפה:

5. Cum mixta fuerint membra cum membris beſtiarum vitiatarum, R. Elieſer ait, ſi obtulerit (ſacerdos ignarus) caput unum illorum, tunc offerri debent capita omnia: ſi autem crura unius ex iſtis, tunc offerantur omnia crura. At Sapientes inquiunt; etiam ſi oblata fuerint omnia excepto uno ex iis, hoc (tamen) educendum eſt in locum combuſtionis.

R. OB. DE BARTENORA.

אברים באברי בעלי מומים *Membra cum membris beſtiarum vitiatarum*, membrorum legitimorum capita de induſtria offeruntor, ſi cum illis membrum aliquod vitiatum commixtum ſit, & ſacerdos hujus mixturæ inſcius obtulerit unum e capitibus, reliqua omnia capita legitime offeruntur. In Gemara dicitur quod R. Eliezer non permittit niſi ut duo ſingulatim offerantur, quia abſque dubio unum e pari licitum ſit, & hoc vi iſtius conſiderationis, etſi hoc ſit ex prohibitione dubia, tamen dicere prohibitum fuiſſe id quod prius oblatum eſt. Sed quodlibet ſeorſim forſan non poterit offerri, ne quidem ſecundum R. Eliezer, quia fieri poteſt ut hoc ſit e vitiatis. *Excepto uno ex iis*, uno excepto pari, ita exponit Gemara, nam de uno capite concedit R. Eliezer, quod offerri nequeat, uti diximus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sententia R. Eliezeris in eo quod dicit ראש אחד מהן *caput unum illorum*, intelligi debet de pari, nimirum, ſi obtulerit ſacerdos duo capita e capitibus commixtis, dicit quod de utroque dubium eſt ſimul; quia dicere poſſemus quod caput vitiati ſit unum e duobus, ſed nobis non conſtat quodnam e duobus ſit, cum jam ambo oblata ſint, & reſidua ſint legitima. Sapientes vero dicunt, quod etiam ſi omnia offerantur, & non remanſerit præter unum, fieri poteſt ut illud quod remanſit, ſit e vitiatis, idcirco comburi debet; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ו דם שנתערב במים אם יש בו מראה דם כשר נתערב ביין רואין אותו כאילו הוא מים נתערב בדם בהמה או בדם חיה רואין אותו כאילו הוא מים רבי יהודה אומר אין דם מבטל דם:

6. Sanguis, qui commiſcetur aquâ, ſi in eo eſt aſpectus ſanguinis, licitus eſt. Si cum vino commixtus fuerit, reputant illum quaſi eſſet aqua. Si commixtus fuerit cum ſanguine beſtiæ, aut cum ſanguine feræ, reputant illum quaſi eſſet aqua. Quamvis R. Jehuda dicat; non eſſe ſanguinem, qui ſanguinem irritum reddat.

R. OB. DE BARTENORA.

אם יש בו מראה דם כשר *Si in eo ſit facies ſanguinis, licitus eſt*, hoc intelligendum ſi aqua inciderit in ſanguinem ſanctum; verum ſi ſanguis ſanctus inciderit in aquam, dicimus quod is qui prius incidit, penitus intercidit, licet colorem ſanguinis habeat.

נתערב ביין *Si cum vino commixtus fuerit*, quod rubrum eſt, tum conſiderant ipſum ac ſi eſſet aqua, & ſi ſanguis in aqua iſta cognoſcatur, legitimus eſt. בדם בהמה *cum ſanguine pecudis*, e profana pecude, tum ſanguinem iſtum conſiderant perinde ac ſi aqua eſſet, & ſi color ſanguinis legitimi ruber cognoſcatur in illis, legitimus eſto, etſi illegitimus ſanguis longe copioſior ſit legitimo.

אין דם מבטל דם *Sanguis ſanguinem non reddit irritum*, nam eædem ſpecies mixtæ ſecundum R. Jehudam non redduntur irritæ per mixturam, etſi una gutta in vas magnum inciderit, & quamvis ſanguis aqua ſit, ſanguis legitimus tamen non cognoſcitur in eo; nihilominus tamen legitimus eſt ad ſparſionem; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

רואין אותו כאילו הוא מים *Conſiderant illum ut aquam*, hujus expoſitio eſt quemadmodum tibi dicam, nimirum, ſi de vino vel de ſanguine profano ceciderit in ſanguinem ſanctum, & id tam exiguum fuerit ut ſanguis in colore ſuo manſerit ruber, tum non inficitur. Si vero in tanta copia ceciderit, ut color ſanguinis extingueretur, ac ſi eſſet aqua, tum non habetur ratio iſtius exigui, & eo ſanguine nihil aſpergi debet. R. Jehuda dicit, ſanguinem non deſtruere ſanguinem, ſed, licet copia decem librarum ſanguinis de profano inciderit in unam drachmam ſanctorum, licitum eſſe ex eo ſpargere, cum dici non debeat iſtam quantitatem ob paucitatem ſuam deſtrui, quia hoc ſimplex ei veritas eſt in omni re quod res ejuſdem ſpeciei per mixturam non deſtruuntur. Sed jam expoſitum eſt e verbis R. Jehudæ, mixturam hancce intelligendam eſſe de aquis ſimilibuſve quæ inciderint in ſanguinem ſacrificii, & non alio ſenſu.

ז נתערב בדם פסולין ישפך לאמה בדם תמצית ישפך לאמה רבי אליעזר מכשיר אם לא נמלך ונתן כשר :

7. Si commixtus fuerit (ſanguis) cum ſanguine reproborum, effundatur in ſtagnum: (Sic etiam ſi commixtus fuerit) cum ſanguine expreſſo, effundatur in ſtagnum. Quamvis R. Elieſer rectum pronunciet. Si abſque deliberatione effuderit, legitimus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

נתערב בדם הפסולים *Si commixtus ſit cum ſanguine vitiatorum*, ut, ſi ſanguis perfectorum mixtus fuerit cum ſanguine illius ſacrificii quod præter tempus ſuum mactatum eſt. ישפך לאמה *effundatur per canalem*, tranſeuntem per atrium & deſcendentem in fluvium Kidron; nam non dicimus quod iſtum ſanguinem conſiderant ut aquam, & quod ſpargi poſſit, ſi ſanguis legitimus in illa dignoſcatur, nam metuendum eſt ne ſanguinem illegitimorum reddant legitimum. Pariter eſt membrorum ſanguis, nam ſecundum Legem membrorum ſanguis non idoneus eſt ad expiationem, quemadmodum ſcriptum Levit. 17, 11. Ergo ſanguis iſte e quo anima exit, expiat, ſin minus, non expiat. Nam de ſanguine animæ timemus ne cum membrorum ſanguine commiſtus ſit, idcirco ſanguinem membrorum ipſum non legitimum pronunciant ad ſparſionem. *R. Eliezer rectum pronunciat*, ab initio id ſtatuit de ſanguine membrorum cum ſanguine animæ miſto, nam is putat quod ſanguis pecudum nequit eſſe copioſior quam ſanguis animæ, idcirco hic nihil timendum eſt, & res ſe habet perinde ac ſi profanorum ſanguis mixtus fuiſſet cum ſanguine ſanctorum, de quo nihil timemus. R. Eliezer & doctor primus putant quod ſanguis membrorum aliquando copioſior ſit ſanguine animæ, idcirco dubitat de eo qui non eſt tam copioſus propter eum qui copioſior eſt. Nihilominus tamen ſi ſacerdos non conſuluerit ſenatum, an detur talis mixtura, necne, & is ex ſeipſo ſparſerit, doctor primus concedit, quod legitimus ſit iſte ſanguis, cum hoc ſit decretum ſimplex, ideoque rem legitime factam eſſe ſi caſu id fecerit. Quando autem ſacerdos hac de re interrogaverit, dicimus ei ut eum effundat per canalem, propter decretum; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אמה *Canalis*, per quam ſanguines fluunt poſt ſparſionem illorum ſuper altare, & defluunt poſtea in fluvium Kidron, ſicuti exponetur inferius. R. Eliezer dicit quod in ſanguine membrorum contineatur aliquid de ſanguine animæ, & propterea is ab initio legitimus eſt ut ſpargatur.
אם לא נמלך *Si non deliberaverit ſecum*, ſi non rogaverit an ſpargeret ex iſto ſanguine, necne; ſi vero Senatum rogaverit, is conſulit ipſi ut per canalem effundat iſtum ſanguinem, ſicuti diximus; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

ח דם תמימים בדם בעלי מומין ישפך לאמה כוס בכוסות רבי אליעזר אומר קרב כוס אחד יקריבו כל הכוסות וחכמים אומרים אפילו קרבו כולם חוץ מאחד מהן ישפך לאמה :

8. Si commixtus fuerit ſanguis perfectorum cum ſanguine vitiatorum, effundatur in lacum. Si poculum cum poculis; R. Elieſer inquit, ſi oblatum fuerit unum poculum, offerant (reliqua) omnia pocula. Verum enimverò Doctores dicunt, etiamſi oblata fuerint cuncta, uſque ad unum ex illis, (attamen hoc) effundatur in lacum.

R. OB. DE BARTENORA.

דם שנתערב בדם בעלי מומין ישפך *Sanguis qui commixtus eſt cum vitiatis, effundetur*, in hoc R. Jehuda non contradicit, quod ſacerdos in ſparſione ſua tranſgreditur præceptum, *non offeretis*. כוסות בכוסות *vaſcula cum vaſculis*, ſi vas ſanguinis commaculati mixtus fuerit cum vaſis ſanguinis decentis, & non conſtiterit quodnam ſit vas ſanguinis commaculati. *R. Eliezer dicit, ſi oblatum fuerit unum poculum &c.* quemadmodum de membris diſſenſerunt cum membris commaculatis mixtis, ſic etiam diſſentiunt de vaſis, ſicuti expoſuimus ſuperius. Cæterum requirebatur ut aliquid diceremus de duorum caſuum controverſia, nam ſi auctor Miſnicus de membris tantum monuiſſet, dixiſſemus, de hoc R. Eliezerem dicere quod offerri debent, quia expiatio illius rite peragi debet, nimirum ſanguinis ſparſio, quæ eſt expiationis fundamentum; verum de commixtione vaſis cum vaſis, ubi fundamentum expiationis eſt depravatio, dixiſſemus non neceſſe eſſe, idcirco nos auctor contra docuit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod R. Eliezer dicit קרב כוס אחד *ſi oblatum fuerit unum poculum*, etiam par aliquod innuit, quemadmodum de membris dixit Rabbi; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ט הניתנין למטה שנתערבו בניתנין למעלה רבי אליעזר אומר יתן למעלה ורואה אני את התחתונים למעלה כאילו הן מים ויחזור ויתן למטן וחכמים אומרים ישפכו לאמה ואם לא נמלך ונתן כשר :

9. Si commixti (ſanguines) fuerint ii, qui deorſum effundendi, cum iis, qui effundendi ſurſum; R. Elieſer ait; effundantur (omnes) ſurſum. Nam reputo deorſum effundendos, ſurſum effuſos, ac ſi eſſent aquæ, deinde revertens effundat deorſum. Aſt Sapientes dicunt, effundantur in lacum, quod ſi non conſideraverit, atque effuderit, benè habebunt.

R. OB. DE BARTENORA.

הנתנין למטה *Qui ſparguntur inferius*, infra filum coccineum, uti eſt ſanguis holocauſti, ſacrificii pro reatu, pacifici, primogeniti, Paſchatis, & decimarum, mixti cum ſanguinibus ſacrificii pro peccato, qui ſuperius ſparguntur.
רבי אליעזר אומר יתן למעלה *R. Eliezer dicit, ſuperius ſpargat*, ſanguines ſacrificii pro peccato, licet ſanguis ſuperior mixtus ſit cum illo, tamen, cum non intendit ſanguinem ſupe-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam diximus capite quinto hujuſce tractatus, quod ſacrificium pro peccato e pecude requirat ſparſionem ſanguinis ad altare ſupra filum coccineum; ſanguines autem qui infra iſtud filum ſparguntur, ſunt holocauſti, ſacrificii pro reatu, & pacificorum ſanguines, necnon primogeniti, Paſchatis, & decimarum; & jam expoſuimus vocem מעלה *ſuperius* denotare ſupra filum coccineum, & למטה *inferius*, eſſe

ſuperius aſpergere quem inferius aſpergere debebat, conſideramus eum ut aquam. Et cum ſe res bene habeat ſi inferior ſparſio præceſſerit ſuperiorem, quia omnia ſacrificia pro peccato antecedunt holocauſta, idcirco prius fiat ſparſio ſuperius, & deinceps inferius; inferior autem ſparſio imputetur pro effuſione reliquiarum ſacrificii pro peccato, & pro principio ſparſionis in holocauſtis. ישפכו לאמה *effundantur per canalem*, quia nullius ſunt momenti, & conſiderantur ut aqua ſanguines iſti inferius aſpergendi. *Si vero non conſuluerit, & ſparſerit, tamen res bene ſe habet*, quia de iſto aliquid ſuperius ſparſum eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

eſſe intra filum coccineum altare circa mediam illius partem cingens; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

י הניתנין מתנה אחת שנתערבו בניתנין במתנה אחת ינתנו מתנה אחת מתן ארבע במתן ארבע ינתנו במתן ארבע מתן ארבע במתנה א׳ רבי אליעזר אומר ינתנו במתן ארבע רבי יהושע אומר ינתנו במתנה אחת אמר לו רבי אליעזר והרי הוא עובר על בל תגרע אמר לו רבי יהושע והרי הוא עובר על בל תוסיף אמר לו רבי אליעזר לא נאמר בל תוסיף אלא כשהוא בעצמו אמר לו רבי יהושע לא נאמר בל תגרע אלא כשהוא בעצמו ועוד אמר רבי יהושע כשנתת עברת על בל תוסיף ועשית מעשה בידך וכשלא נתתה עברת על בל תגרע ולא עשית מעשה בידך :

10. Si (ſanguines,) qui aſpergendi aſperſione una, commiſcentur cum iis, qui aſpergi debent aſperſione una, aſpergantur aſperſione una. Si qui aſpergi ſoliti aſperſione quaterna (commiſcentur) cum iis, qui aſpergendi ſunt aſperſionibus quatuor, aſpergantur aſperſione quaterna. Si (ſanguines,) qui effundendi aſperſionibus quatuor, miſcentur cum aſpergendis aſperſione una: R. Elieſer dicit, aſpergantur aſperſione quaterna: at R. Joſea inquit, aſpergantur aſperſione una. Reſpondit ei R. Elieſer, nonne ſic peccat, contra τὸ non diminues? Reſpondit ei R. Joſea, nonne (iſto modo) tranſgreditur (legem;) nihil addas? Objicit (iterum) huic R. Elieſer, haud dictum, ne addas (quid,) niſi de re impermixta. Oppoſuit ei R. Joſea, ſed nec dictum eſt; non diminues, niſi de re impermixta. Et amplius dixit R. Joſea, quando aſperſeris, tranſgrederis τὸ nihil addes; faciſque ſimul opus manu tua: at quum non aſperſeris, (rurſus) quidem erraſti contra τὸ non diminues; non tamen facis factum manu tua.

R. OB. DE BARTENORA.

הנתנים במתנה אחת *Qui aſpergendi ſunt aſperſione una*, in Gemara exponitur quod vas ſanguinis primogeniti cum vaſe ſanguinis decimarum ſit mixtum. נתנו מתנה אחת *aſperguntur aſperſione una*, e quolibet vaſe ſparget ſemel.

מתן ארבע במתן ארבע *Si quaterna aſperſio commixta fuerit cum quaterna*, uti eſt ſanguis holocauſti cum ſanguine pacificorum vel ſacrificii pro reatu, nam amborum ſanguis bis ſpargitur quod conficit quatuor, & hoc infra filum coccineum. ארבע במתנה אחת *quatuor cum una aſperſione*, ut ſanguis holocauſti cum ſanguine primogeniti, quorum ſanguis uterque infra ſpargi debet. *R. Eliezer dicit, aſperguntur quater*, & conſiderantur tres ſparſiones reſiduæ quæ de ſanguine primogeniti ſparguntur, perinde ac ſi aqua fuiſſent, & hoc non cenſetur additamentum aliquod. *Una aſperſione*, quia non tranſgreſſus eſt id quod dicit Lex, *non addes*, & propterea ſacerdos ſatisfecit officio holocauſti, omnes enim ſparſiones quæ ſuper altare exterius fiunt, ſi ſemel ſparſerit, expiant. ולא עשית מעשה בידך *non tamen actionem exſeruiſti manu tua*, qui vero actionem exſeruerit, is non eſt ſimilis ei qui ſuperſedit, & non committit actionem; prohibitio autem ex ſe ipſo venit; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſitum eſt quod ſacrificii pro peccato ſanguis duntaxat aſpergi debet quater; primogeniti vero, decimarum, & Paſchatis ſanguis ſemel tantum. Et in hoc diſſenſus eſt inter duos, etiam de mixtura ſparſionis quadruplicis cum ſparſione duplici, vel duplicis cum unica.

ולא עשית מעשה בידך *Non tamen facis factum manu tua*, vult dicere quod non complevit ſparſionem quartam, quandoquidem intermiſſio rei alicujus non eſt factum.

יא הניתנים בפנים שנתערבו עם הניתנין בחוץ ישפכו לאמה נתן בחוץ וחזר ונתן בפנים כשר בפנים וחזר ונתן בחוץ רבי עקיבא פוסל וחכמים מכשירין שהיה רבי עקיבא אומר כל הדמים שנכנסו לכפר בהיכל פסול וחכמים אומרים חטאת בלבד רבי אליעזר אומר אף האשם שנאמר כחטאת כאשם :

11. Si (ſanguines) effundendi intus, commiſcentur cum iis, qui effundi debent foris, in ſtagnum effundantur. Si quis tamen ſparſit foris, rediitque ac ſparſit intus, rectum eſt. Sed ſi quis reverſus eſt ſparſitque foris: R. Akiba illegitimum ducit; Sapientes autem pro recto habent. Dixit quidem R. Akiba, quemvis ſanguinem, qui ad expiandum in templum illatus, reprobum eſſe. E contrario ajunt Sapientes, de ſacrificio pro peccato tantùm valere. R. Elieſer tamen addit quoque oblationem pro reatu, quia dicitur; *ſicut ſacrificium pro peccato, ita oblatio pro reatu.*

R. OB. DE BARTENORA,

הנתנים בפנים שנתערבו וכו׳ ישפכו לאמה *Si ſanguines effundendi intus, commiſcentur &c. effundantur in canalem*, nam non dicimus quod conſiderant, cum prohibitum ſit immutare unum ut alter eo fiat legitimus. R. Eliezer qui putat quod dicamus quod conſiderant, hic non contradicit, quia non eſt modus ita agendi; nam ſi dixerimus quod foris ſparget prius, & deinceps intus, quemadmodum oportet ut ſpar-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit auctor quod ſi conſuluerit, ei dicunt quod ſanguines per canalem effundi debent; ſi vero ſacerdos neminem conſuluerit, & de ſanguine mixto aſperſerit intus, legitime fecit. Sed R. Akiba dicit, quod ſanguines qui templum intrarunt ad expiationem conficiendam, illegitimi facti ſunt, & quod de illis nihil aſpergendum ſit foris. Sapientes vero ſtatuunt, rem ita ſe habere cum ſacrificio pro peccato, eo quod

ſparſiones interiores præcedant exteriores; ita oportet ut ſparſiones interiores præcedant exteriores. Si vero dixerimus quod prius intus & poſtea foris ſpargere debet, quandoquidem de ſacrificio pro peccato, & de ſacrificio pro reatu, quorum ſanguis commixtus eſt cum ſanguine intus ſpargendo, dici nequit quod prius intus ſpargi debet, & poſtea foris, quia ſanguines exteriores fiunt reprobi, idcirco hoc dici nequit. Si vero dixeris quod ſanguines exteriores fiunt reprobi ut interiores fiant legitimi, eos manu reprobos reddere, non ſtatuit R. Eliezer, ſed præſtat uſque ad noctem ut ex ſeipſis fiant reprobi, atque per canalem effundantur. נתן בחוץ *ſi dederit foris*, nimirum ſacerdos qui non conſuluit quemquam, & de hacce mixtura ſparſerit foris, legitime fecit. *R. Akiba illegitimum dicit*, exteriorem ſanguinem, nam omnes exteriores ſanguines qui intus allati fuerint, illegitimi facti ſunt. *Sapientes pro recto habent*, in omnibus ſacrificiis, excepta ſparſione ſanguinis ſacrificii pro peccato foris offerendi, ob id quod ſcriptum eſt Levit. 6, 23. Deciſio eſt ſecundum Sapientes.

quod ſcriptum eſt Levit. 6, 23. *Et omne ſacrificium pro peccato de cujus ſanguine ad tentorium conventus ad expiandum &c.* quodcunque ergo fuerit ſacrificium, licet privati hominis ſacrificium pro peccato fuerit, cujus ſanguis ſpargitur ad altare æneum, ſi ſanguis intromiſſus ſit, reprobus factus eſt ut de iſto ſuper altare exterius ſpargi non poſſit; deciſio eſt ſecundum Sapientes in omnibus.

יב חטאת שקבל דמה בשני כוסות יצא אחד מהן לחוץ הפנימי כשר נכנס אחד מהן לפנים רבי יוסי הגלילי מכשיר בחיצון וחכמים פוסלין אמר רבי יוסי הגלילי מה אם במקום שהמחשבה פוסלת בחוץ לא עשה (ס"א) את המשואר כיוצא מקום שאין המחשבה פוסלת בפנים אינו דין שלא נעשה את המשואר בנכנס נכנס לכפר אף על פי שלא כפר פסל דברי רבי אליעזר רבי שמעון אומר עד שיכפר רבי יהודה אומר אם הכנים (ס"א) שוגג כשר כל הדמים הפסולין שניתנו על גבי המזבח לא הרצה הציץ אלא על הטמא שהציץ מרצה על הטמא ואינו מרצה על היוצא :

12. Si quis ſacrificii pro peccato ſanguinem accipit duobus in poculis, efferturque unum ex illis foras, id tamen quod intus eſt, rectum eſt. Si portatur unum eorum introrſum; R. Joſe Galilæus licitum pronuntiat exterius: verùm Sapientes dicunt reprobum. Dixerit licet R. Joſe Galilæus; ſi propter locum, cujus profanat cogitatio, h.e. exteriorem, non facimus reliquum, exportato ſimilem; nonne loco, de quo cogitatio non reprobum reddit, h. e. interiori, hoc juris erit, ut non faciamus reliquum illato ſimilem? Si quid illatum fuerit ad expiandum, etiamſi nondum expiaverit, reprobatur; ſunt verba R. Elieſeris. At R. Simeon dixit; uſque dum expiat. R. Jehuda inquit, ſi per errorem intulerit, benè habebit. Nullos ſanguines reprobos, qui ſparguntur ſuper altare, expiat lamina ſacerdotalis, exceptis immundis. Nam lamina ſacerdotalis expiat quidem immundum; non autem exportatum.

R. OB. DE BARTENORA.

יצא אחד מהן לחוץ *Unum eorum exierit foras*, extra atrium. הפנימי כשר *quod intus eſt, id legitimum eſt*, & de eo dona ipſius danda ſunt, ſacrificium vero ipſum eſt legitimum. וחכמים פוסלין *Sapientes vero reprobum dicunt*, eo quod ſcriptum eſt Levit. 6, 23. אשר יובא מדמה licet vel pars ſanguinis ſit, tamen inficit, quia non ſcriptum eſt את דמה, ſed דמה tantum.

ומה אם מקום שהמחשבה פוסלת בחוץ *Si propter locum cujus profanat cogitatio foris*, ſenſus eſt, ſi foris ubi locus in quo intentio reddit reprobum, nam ſi inter mactandum cogitaverit de ſparſione ſanguinis foris, illegitime fecit. לא עשה *non fecit*, ſi quis partem ſanguinis foris aſperſit, reſiduum non debet aſpergi intus, ut is qui extra atrium exierit, ſicuti dixiſtis Sapientes, tum legitimus eſt is qui intus ſparſus eſt.

מקום שאין המחשבה פוסלת בפנים *Nonne loco, de quo cogitatio non reprobum reddit intus*, ſenſus ejuſmodi eſt, ſi mactaverit cum intentione intus ſpargendi ſanguines quos foris ſpargere debebat, ſit ſparſio legitima, nonne æquum eſt? &c. deciſio ſecundum R. Joſen Galilæum. Verum de ſanguine duntaxat dicimus quod ſi is extra atrium exierit, vel templum intraverit ut illic ſpargatur, reprobus factus ſit. Caro autem ſancta ſi extra atrium exierit, reproba facta eſt, & prohibita ne comedatur, quemadmodum ſcriptum eſt Exod. 22, 30. *Carnem in agro diſcerptam non comedetis.* Caro autem quæ extra terminos egreſſa eſt, denotat ſancta ſanctorum extra atrium templi, & ſancta levia extra civitatem Jeruſolymam, & ea ſimilis eſt carni in agro, & diſcerptæ, quæ comedi non debet. Nihilominus tamen, ſi ea intraverit templum, propterea non reproba facta eſt, & comedi poteſt ſecundum id quod ſcriptum eſt Levit. 6, 23. Ubi dicitur מדמה *e ſanguine illius*, & non, מבשרו *e carne illius.* עד שיכפר *donec expiet*, in templo ſcilicet, *R. Jehuda dicit &c.* deciſio eſt ſecundum R. Jehudam. ואין הציץ מרצה על היוצא *Sed lamina non expiat exportatum*, etſi reproba quæ aſcenderunt in altare, non deſcendant, nihilominus tamen non expiata ſunt, nam de lamina frontali ſacerdotis extat Exod. 28, 39. & Levit. 22, 3. Quemadmodum ergo in uno loco ſermo eſt de immunditia, ſic etiam in altero loco ubi laminæ mentio facta eſt, per iniquitatem in ſancta commiſſam, intelligenda eſt immundities.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scias autem quod ſi caro ſancti ſanctorum extra atrium exierit, reproba facta eſt, & prohibita ne comedatur; & hoc colligimus ex eo quod dicitur Exod. 22, 30. ובשר בשרה טרפה ſenſus eſt quod caro quæ extra locum ſuum exierit, qui eſt inſtar agri, ſimilis ſit carni quæ in agro diſcerpta eſt, & prohibita eſt ne comedatur. Leves vero ſanctitates quæ murum Jeruſolymæ exierint, eidem juri obnoxiæ ſunt. Cæterum ſi caro ſancti ſanctorum in templum illata fuerit, non tamen illegitima facta eſt, & comedi poteſt, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 6, 23. וכל חטאת אשר יובא מדמה dixerunt Sapientes, מדמה *e ſanguine ipſius* extat, & non, e carne ipſius. Sed jam expoſui tibi quod ſi caro ſancta exierit extra locum ſuum, facta ſit reproba; at non ita ſi templum introiverit; intentio autem reddit illegitimam carnem, ſi cogitaverit eam comedere extra atrium; at non ita, ſi cogitaverit eam comedere in templo, uti ſecundo capite hujuſce tractatus expoſuimus. Sapientes vero rem ſuam colligunt ex eo quod ſcriptum אשר הובא מדמה licet vel pars ſanguinis ipſius fuerit, idcirco ſi intraverit in templum pars ſanguinis iſtius, illegitimus factus eſt. R. Joſe nititur argumento a minori ad majus, ſicuti vides. *Sanguines qui exierunt*, ſunt ſanguines quos ſacerdos extra atrium ſpargere cogitavit, & vocantur דמים פסולים *ſanguines reprobi.* Lex dicit de Lamina frontali ſummi pontificis quod illa expiat immunditiem rerum ſanctarum, quemadmodum ſcriptum eſt Exod. 28, 39. Poſtea in Levitico quod rerum ſanctarum iniquitas quam lamina frontalis expiat, ſit ipſa immundities, quia ſcriptum eſt Levit. 22, 3. Nam in fine tractatus Ediot jam expoſuimus, quod controverſiæ deciſio ſit, quod caro ſancta non poſſit pollui ullo modo; deciſio eſt ſecundum Sapientes; & ſecundum R. Jehudam.

פרק ט המזבח מקדש את הראוי לו רבי יהושע אומר כל הראוי לאישים אם עלה לא ירד שנאמר היא העולה על מוקדה על המזבח מה עולה שהיא ראויה לאשים אם עלתה לא תרד אף כל דבר שהוא ראוי לאשים אם עלה לא ירד רבן גמליאל אומר כל הראוי למזבח אם עלה לא ירד שנאמר היא העולה על מוקדה על המזבח מה שלה שהיא ראויה למזבח אם עלתה לא תרד אף כל דבר שהוא ראוי למזבח אם עלה לא ירד אין בין דברי רבן גמליאל לדברי רבי יהושע אלה הדם והנסכים שרבן גמליאל אומר לא ירדו ורבי יהושע אומר ירדו רבי שמעון אומר הזבח כשר והנסכים פסולין הנסכים כשרין והזבח פסול אפילו זה וזה פסולין הזבח לא ירד והנסכים ירדו :

Caput 9. Altare conſecrat id, quod eſt conveniens ipſi. R. Joſea dicit, quicquid ſolet comburi, ſi aſcendit, non deſcendat, quia dicitur; *eſt holocauſtum in foco altaris.* Quomodo ſe habet verò holocauſtum, quod convenit igni? ſi aſcenderit, non deſcendat. Ergo quicquid etiam eſt conveniens in ignita, ſi aſcendit, non deſcendat. Rabban Gamaliel inquit; omne dignum (poſitu) in altare, ſi aſcendit, non deſcendat, juxta ſcripturam: *eſt holocauſtum in foco*, *ſuper altari.* Quomodo habet holocauſtum, quod aptum eſt (ut ponatur) ſuper altare? ſi aſcenderit, non deſcendat. Ergò quicquid etiam congruum eſt altari, ſi aſcendit, non deſcendat. Nihil diſſentiunt Rabban Gamaliel atque Rabbi Joſea, niſi circa ſanguinem & libamina. Nam Rabbane Gamaliele dicente, non deſcendant, contrà (rectè) vult R. Jehoſchea, ut deſcendant. Ait R. Schimeon, ſi ſacrificium legitimum, libamina verò illegitima, item ſi libamina juſta, ſed ſacrificium profanum: imo ſi utrumque reprobum: ſacrificium non deſcendat, libamina autem deſcendant.

R. OB. DE BARTENORA.

המזבח מקדש את הראוי לו *Altare conſecrat id quod ipſi conveniens eſt*, doctores vero Tannaim expoſitioni Miſnicæ contradicunt & quærunt quid ſibi velit הראוי לו *quod ipſi conveniens eſt*? R. Joſua dicit, quicquid convenit igni ut in altari comburatur, etſi reprobum factum ſit, quia altare id conſecravit quum in altare aſcenderit, & quaſi cibus illius factus fuerit, & propterea non deſcendet; verum id quod igni non eſt conveniens, ut ſanguis reprobus, & libamina reproba, deſcendere debet ab altari, licet aſcenderit. היא העולה על מוקדה *illud holocauſtum eſt ſuper foco*, quod igni convenit, & aſcendit in altare, id in eſſentiâ ſua manet, & propterea non aſcendet. רבן גמליאל אומר כל הראוי למזבח *Rabban Gamaliel dicit*, *quicquid altari convenit*, etiam ſanguis & libamina quæ reproba facta ſunt, non deſcendent ſi aſcenderint in altare. Nam excipere nemo poteſt præterquam id quod non conveniens eſt parti altaris, uti ſunt pugilli qui in vaſe miniſterii non conſecrati ſunt poſt pugillationem; nam etſi totum munus in vaſe conſecratum ſit, tamen id non eſt portio altari conſecrata, nam munus non totum offertur, & cum pugillo ſine munere in vaſe non deſtinatum eſt altari, neque conſecratum eſt, etſi in altare aſcenderit. אלא הדם והנסכים *niſi ſanguinem & libamina*, quæ altari conveniunt, ſed igni non conveniunt. *R. Simeon dicit*, *ſi ſacrificium legitimum &c.* R. Simeon in libaminibus cum R. Joſua convenit, & in ſanguine libaminibuſque ſeorſim oblatis cum Rabban Gamaliele, ſed non colligit id e verſu ubi extat מוקדה *focus*, ſed ex Exod. 29, 37. & ex eo quod verſu ſequenti dicitur. Altare igitur non conſecrat niſi id quod holocauſto ſimile eſt, nimirum, ſicuti holocauſtum offertur ſeorſim, ita etiam quicquid ſeorſim offertur, excludit libamina propter ſacrificia oblata; idcirco, ſive ſacrificium legitimum ſit, & libamina illegitima, ut, ſi extra atrium exierint, vel polluta fuerint; ſive ſacrificium illegitimum, & libamina legitima ſint, cum illa ſeorſim veniunt, reproba fiunt cum eo ſeorſum, & jus ſanctitatis in illis ceſſat, etſi ambo ſint illegitima, tamen non deſcendit ſacrificium, quia altare id conſecravit; ſed libamina deſcendant, nam cum illa non per ſe veniant, ſed aliorum gratia, non aſſimilantur holocauſtis, neque altare ſanctificat illa; deciſio eſt ſecundum R. Joſuam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הראוי לו *Quod ipſi conveniens eſt*, quod idoneum eſt ut offeratur, ſed pugillus e munere, niſi in vaſe miniſterii conſecratus ſit, quod non aptum eſt ut in eo offeratur, non conſecratur, licet in altare aſcenderit. Cæterum Rabban Gamalielis & R. Joſuæ controverſia clara eſt, & unuſquiſque probare conatur ex alterius ſenſu; ſed extra ſcopum noſtrum eſt ea omnia hic referre. R. Simeon opinionem ſuam ſequitur; omnes vero innituntur ei quod dicitur Exod. 29, 37. dummodo id quod altare attigerit, idoneum ſit, quemadmodum in principio Miſnæ requiritur; ſed de hoc diſſentiunt doctores, ſicuti vides; deciſio eſt ſecundum R. Joſuam.

ב ואלו אם עלו לא ירדו הלן והטמא והיוצא והנשחט חוץ לזמנו וחוץ למקומו ושקבלו פסולים וזרקו את דמו רבי יהודה אומר שנשחטה בלילה שנשפך את דמה ושיצא דמה חוץ לקלעים אם עלתה תרד רבי שמעון אומר לא תרד שהיה רבי שמעון אומר כל שפסולו בקדש הקדש מקבלו לא היה פסולו בקדש אין הקדש מקבלו :

2. Et hæc ſunt, quæ ſi aſcenderint, non deſcendunt: (nimirum) id, quod per noctem remanet, pollutum, egrediens, quod mactatum extra (certum) tempus ſuum, locumque ſuum; & quod acceperunt profani, & ſparſerunt ſanguinem ejus. R. Jehuda dicit, quicquid mactatum eſt nocte, (&) cujus ſanguis ſparſus, & cujus egreſſus ſanguis extra velum, ſi aſcenderit, deſcendat. R. Schimeon quidem inquit, non deſcendat, quia R. Schimeon dixit, cujuſcunque profanatio contingit in ſanctuario, ſanctuarium admittit illud, (contrà) cujus profanatio non contingit in ſanctuario, ſanctuarium etiam non accipit.

R. OB. DE BARTENORA.

הלן *Quod pernoctaverit*, puta ſanguinem aut adipes qui extra altare pernoctarunt. *R. Jehuda dicit quicquid mactatum*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Jehuda ſententiam ſuam colligit, ex eo quod ſcriptum eſt Levit. 6, 2. היא העולה unde excipitur id quod nocte

tum eſt nocte &c. is ita ſtatuit, quia Levit. 6, 2. ſcriptum eſt זאת תורת העולה & porro היא העולה per hæc verba excluduntur tria, nimirum, quod nocte mactatum eſt, & cujus ſanguis effuſus eſt, & cujus ſanguis extra vela exierit, hæc ſi aſcenderint, deſcendant. *R. Simeon dicit, non deſcendet,* nam is infert ex eo quod ſuperius ſcriptum eſt, זאת תורת העולה eandem eſſe legem pro omnibus qui aſcendunt, nempe, quod deſcendere debent, ſi aſcenderint; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam.

nocte mactatum fuerit, & cujus ſanguis effuſus fuerit, & cujus ſanguis extra vela prodierit, ſi aſcenderit, deſcendet. R. Simeon colligit ex eo quod ſcriptum eſt Levit. 6, 2. זאת תורת העולה eandem eſſe Legem pro omnibus quæ aſcenderunt, quod nimirum non deſcendent, ſi aſcenderint; & quod dicitur הלן *qui pernoctavit*, intelligendum eſt de ſanguine qui pernoctavit, & carne; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam.

ג אלו לא היה פסולן בקדש הרובע והנרבע והמוקצה והנעבד והאתנן והמחיר והכלאים והטריפה והיוצא דופן ובעלי מומין רבי עקיבא מכשיר בבעלי מומין רבי חנניא סגן הכהנים אומר דוחה היה אבא את בעלי מומין מעל גבי המזבח :

3. Hæc ſunt, quorum profanatio non accidit in ſanctuario, beſtia, quæ vel coiit cum homine, vel inita eſt ab homine, ſeparata, cultui idololatrico oblata, merces meretricia, pretium, heterogenea, diſcerptum, egrediens per coſtam, vitiata. R. Akiba licita pronuntiat vitiata. R. Chanina Vicarius Sacerdotum (rectius) ait; dejecit pater meus vitiata ex altari.

R. OB. DE BARTENORA.

מכשיר בבעלי מומין *Licita pronunciat vitiata*, quod ea non deſcendant, ſi aſcenderint; ſed hoc de feſtuca in oculo intelligendum eſt, ſimilibuſque vitiis quæ R. Akiba dicit legitima, quandoquidem ea in avibus ab initio legitima ſunt; ſed ita non ſtatuit de eo cui membrum deeſt. דוחה היה אבא את בעלי מומין *pater meus dejiciebat vitiata*, is manu ſua dimittebat vitiata quæ altare aſcenderant, ſed non palam id faciebat cum contemptu; ſed in hoc diſſentit doctor primus qui ſtatuit quod deſcendit; deciſio eſt ſecundum R. Chananiam ſacerdotum præfectum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Akiba non pronunciat reprobos præterquam eos qui oculorum vitiis affecti ſunt, ſicuti eſt albumen vel nigredo, vel punctum rubicundum vel album in oculo, vel pellicula dura quæ in oculo crevit verſus naſum, & ſimilia vitia; nam talia vitia in avibus legitima ſunt, quemadmodum expoſuimus capite ſeptimo, ubi dixerunt, quod in avibus non requiritur perfectio, nec maſculinum genus; deciſio eſt ſecundum R. Chananiam ſacerdotum præfectum.

ד כשם שאם עלו לא ירדו כך אם ירדו לא יעלו וכולן שעלו חיים לראש המזבח ירדו עולה שעלתה חיה לראש המזבח תרד שחטה בראש המזבח יפשיט וינתח במקומה :

4. Quemadmodum, ſi aſcenderint, non deſcendunt; ſic ſi deſcenderint, non aſcendunt. Quæcunque tamen aſcenderunt viva in verticem altaris, deſcendant. Holocauſtum ſi aſcendit vivum in verticem altaris, deſcendat: Sin mactatum fuit in vertice altaris, excoriet, & dividat in loco ſuo.

R. OB. DE BARTENORA.

כשם שאם עלו לא ירדו *Quemadmodum ſi aſcenderint, non deſcendunt*, hoc referendum eſt ad omnia reproba, de quibus dixit Miſna quod non deſcendunt. כך אם ירדו *ita ſi deſcenderint*, poſtquam aſcenderint, non aſcendent denuo.

וכלן שעלו חיים לראש המזבח *Et omnia ſi viva aſcenderint in verticem altaris*, R. Akiba dicit, eo quod vitiata dixit legitima, concedit quod ſi aſcenderint viva in verticem altaris, deſcendant, quia altare non conſecrat vitiata viva. *Holocauſtum quod aſcendit vivum in verticem altaris, deſcendat*, de holocauſto legitimo ſermo eſt, & hoc ſecundum omnium conſenſum; ſed non dicit hæc autor niſi ob ea quæ in fine dicuntur, ut eo nos doceat verticem altaris eſſe locum mactationi & ſectioni idoneum, ſi quis tranſgreſſus fuerit mactando in vertice altaris.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

וכלן שעלו חיים *Et omnia quæ aſcenderint viva*, ſcilicet vitiata, ſunt verba R. Akibæ, qui vitiata iſta reddit legitima, & dicit hoc intelligendum eſſe poſt mactationem, & ſacrificium debere deſcendere, ſi id e pecude conſtet. עולה שעלתה חיה *holocauſtum quod vivum aſcendit*, eſt holocauſtum legitimum, & hoc ſecundum omnium conſenſum; nec nos docere quicquam vult auctor præterquam quod altare eſt conveniens mactationi, membrorumque ſectioni, ſi peccaverit & in vertice altaris mactaverit.

ה ואלו (ס"א) אם עלו ירדו בשר קדשי קדשים ובשר קדשים קלים ומותר העומר ושתי הלחם ולחם הפנים ושירי מנחות והקטרת הצמר (ס"א) שבראשי כבשים והשער שבזקן תישים והעצמות והגידים והקרנים והטלפים בזמן שהן מחוברין יעלו שנאמר והקטיר הכהן את הכל המזבחה פרשו לא יעלו שנאמר ועשית עלתיך הבשר והדם :

5. Et hæc ſunt, quæ ſi aſcenderint, deſcendunt; caro ſanctorum ſanctorum, & caro ſanctorum levium, & reſiduum Homer, & duo panes, panis facierum, reliquiæ oblationum, ſuffitus. Lana, quæ in capitibus ovium, atque pilus qui in barba arietum, oſſa, nervi, cornua, ungulæ ſciſſæ, quo tempore conjuncta ſunt, aſcendant. Quia dicitur; *& adolebit ſacerdos omne ſuper altari.* Separata, non aſcendant, dicitur enim; *& facias holocauſtum tuum ex carne & ſanguine.*

R. OB. DE BARTENORA.

ואלו אם עלו ירדו *Et hæc ſunt quæ ſi aſcenderint, deſcendunt*, etſi legitima & pura ſint, quia nullatenus indigent altari. *Caro ſancti ſanctorum &c.* hæc deſcendant, quia comedi debent, & non ab altari abſumi; ſuffimentum vero non idoneum eſt ad altare exterius.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia quæ diximus quod illa ab altari removent, etſi aſcenderint, tamen non idonea ſunt ad altare, ſed omnia apta ſunt ut comedi poſſint, ſuffimento excepto, quod tamen ad altare aptum eſt. Ita quoque omne id de quo poſt hoc ſuffimentum dicit, non idoneum eſt ad altare, niſi contiguum

הצמר שבראשי כבשים *Lana quæ in capitibus ovium eſt*, hoc alterius caſus principium eſt, & hoc ordine legendum, lana quæ eſt in capitibus ovium holocauſti, nam caput non excoriari ſolet, ſed cum pelle offertur, lana autem exiſtit in ſummitate capitis circa cervicem, & ſic in barba caprorum pili ſunt, quando capiti adhærent, & hæc omnia aſcendant.

tiguum fit, videlicet holocauſtum, quod penitus comburendum eſt, ſi contigua fuerint membra ſecundum naturalem cohæſionem.

ו וכולם שפקעו מעל גבי המזבח לא יחזיר וכן גחלת שפקעה מעל גבי המזבח אברים (ס"א) שפקעו מעל גבי המזבח קודם לחצות יחזיר ומועלין בהן לאחר חצות לא יחזיר ואין מועלין בהן :

6. Et omnia, quæ decidunt ab altari, nemo reſtituat. Sic & pruna, quæ decidit ab altari. Membra verò, quæ decidunt de altari ante dimidium (noctis,) reſtituit, & prævaricantur contra ea; at poſt dimidium (noctis) non reſtituit, nec prævaricantur contra ea.

R. OB. DE BARTENORA.

וכלן *Et omnia*, tam reproba quæ altare aſcenderunt, ſecundum Miſnam non deſcendent, quam oſſa & nervi quæ aſcenderunt corpori cohærentia, & ab igne conſumpta ſunt, non reponi debent ſi deciderint. Sic etiam neque prunæ quæ proſilierunt, reponi debent. אברים שפקעו *membra quæ deciderint &c.* ſi in illis remanſerit aliqua ſubſtantia, ita ut caro cognoſci poſſit, licet poſt mediam noctem, tamen reponat illa, quia nondum conſumpta ſunt. Si igitur penitus combuſta ſint ita ut facies illorum dignoſci non queat, ſed carbones facti ſint, licet ante mediam id factum ſit, non reſtituet illos. Sed hic ſermo eſt de membris igne corrugatis, & aduſtis, attamen carbones non protulerint, ſed inſtar lignorum ſiccorum ſunt.

קודם לחצות *Ante dimidium noctis &c.* hoc colligitur e loco Levit. 6, 2. ubi per *totam noctem* intelligere nonnemo potuiſſet ſpatium temporis eſſe uſque ad mane, cum tamen ſenſus ſit unum tempus matutinum alteri noctis addendum eſſe, nam non requiritur ut membra tam diu foco impoſita ſint; ſed quid ſibi velit id quod dicitur תן בקר לבקרו של לילה *adde tempus matutinum alteri noctis, quo non diutius foco imponi debent*? reſp. hæc media nox eſt, quia matutinum noctis tempus eſt columna auroræ. ומועלין בהן *& prævaricantur in illis*, nam adhuc ad altare pertinent. ואין מועלין בהן *& non prævaricantur in illis*, nam cum jam conſummata ſunt, præceptum eorum conſummatum eſt, & non prævaricantur in illis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

וכלן שפקעו *Et hæc omnia ſi deciderint*, ſenſus eſt quod omnia membra quæ aſcenderunt, deſcendere debent, etſi de altari deciderint, non reponenda ſunt. Sic etiam ſi pruna deſilierit, non reponet eam. Cæterum quod auctor dicit, *ante mediam noctem*, & non dicit, totam noctem, ratio eſt ex eo quod ſcriptum eſt Levit. 6, 2. Ubi Moſes dicit, *totam noctem uſque ad mane*; ſi vero tantum dixiſſet totam noctem, inde intelligi poſſet tempus iſtud eſſe uſque ad mane; cum vero Lex addit, *uſque ad mane*, dixerunt Sapientes, denotari ipſum tempus matutinum includendum eſſe; & hoc eſt quod dixerunt *uſque ad mane*, id eſt adde unum mane alteri noctis, idcirco tempus definierunt ad mediam noctem, ad ſeparandum hominem a peccato, ſicuti expoſitum eſt in principio Berachot.

ז כשם שהמזבח מקדש את הראוי לו כך הכבש מקדש כשם שהמזבח והכבש מקדשין את הראוי להן כך הכלים מקדשין כלי הלח מקדשין את הלח ומידות היבש מקדשות את היבש אין כלי הלח מקדשין את היבש ולא מדות היבש מקדשות את הלח כלי הקודש שנקבו אם עושים הם מעין מלאכתן שהיו עושין והן שלמים מקדשין ואם לאו אין מקדשין וכולן אין מקדשים אלא בקדש :

7. Quemadmodum altare conſecrat id, quod eſt conveniens ipſi; ſic clivulus conſecrat. Quomodo altare ac clivulus conſecrant ea, quæ conveniunt ipſis, ſimili modo vaſa conſecrant. (Sicuti) vaſa humidi conſecrant humidum, ita menſuræ aridi conſecrant aridum. (Sicut) vaſa humidi non conſecrant aridum, (ita) nec menſuræ aridi conſecrant humidum. Vaſa ſancta, quæ perforata ſunt, cum faciunt aliquid de opere ſuo, quod facere ſolebant, cum eſſent integra, conſecrant: ſin minus, non conſecrant. Non autem omnia iſta conſecrant, niſi in ſanctuario.

R. OB. DE BARTENORA.

הכבש מקדש *Clivus conſecrat*, quemadmodum ſcriptum eſt Exod. 40, 10. ומשחת את המזבח ubi particula את includit altaris clivum. הכלים מקדשים *vaſa conſecrant*, quia de illis ſcriptum eſt כל הנוגע במזבח יקדש *quicquid altare attigerit, id conſecrabitur.*

כלי הלח *Vaſa liquidorum*, ad ſanguinem, vinum, & oleum, excipiendum. מדות היבש *menſuræ ſiccorum*, duæ ſiccorum menſuræ efficiebant decimam & mediam decimam.

שהיו עושין והן שלמים *Quod facere ſolebant cum eſſent integra*, nihilominus tamen omnia vaſa miniſterii quæ perforata aut fracta fuerint, non debent reparari, ſed denuo confici. Pariter ſi culter depravatus fuerit, ne corrigatur, neque veſtes ſacerdotales pollutæ, laventur, ſed novæ conficiendæ, & veteres ellychniis deſtinandæ, & lætitiæ quæ in feſto tabernaculorum aquis hauriendis; & hæc omnia ita fiebant, quia in loco divitiarum non debet eſſe locus paupertati. Si vero altare fractum fuerit, tamen aptum eſt, nam omnis ruptura quæ in cultris mactatoriis reprobum reddit, etiam in altare reddit reprobum. Et quamdiu altare ruptum eſt, tam diu omnes ſanctitates in atrio mactatæ, ſunt reprobæ, eo quod ſcriptum eſt Exod. 20, 24. וזבחת עליו את עולותיך ואת שלמיך Sed dici nequit quod hicce verſus ſecundum literam intelligatur, quia ſanctarum rerum mactatio in atrio fieri debet, & non ſuper altare, ſed עליו *ſuper ipſum*, videlicet, quam-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quemadmodum de altari ſcriptum eſt Exod. 29, 36. כל הנוגע במזבח יקדש ita de omnibus vaſis ſcriptum eſt Exod. 30, 29. כל הנוגע בהם יקדש dummodo res illa convenerit cum tali vaſe, vel cum tali loco. Cæterum liquidorum vaſa ſunt ea in quibus recipitur ſanguis, vinum, & aqua, ac oleum. Siccorum vero menſuræ ſunt eæ quibus ſimilam metiuntur pro muneribus. Sed oportet ut ſcias quod vaſa miniſterii, ſi perforata vel fracta fuerint, non corrigantur, ſed denuo conficiantur. Sic etiam ſi cultri diſſoluti vel confracti fuerint, non corrigantur. Pariter neque ſacerdotum veſtes ſi ſordidæ factæ fuerint, laventur, ſed novæ faciendæ ſunt; iſtæ autem relinquendæ ſunt in uſum ellychniorum, quemadmodum in tractatu Succa expoſuimus. Omnium vero ratio hæc eſt, quod in locis divitiarum non debet eſſe locus paupertati.

quamdiu integrum fuerit altare, tam diu mactare licet, ſed non ita, ſi ruptum ſit. Omnia vero ſancta quæ in atrio ſunt dum altare ruptum eſt, etſi mactata ſint ut convenit, tamen reproba ſunt; etſi munerum reliquiæ non comedantur, uti ſcriptum eſt Levit. 10, 12. ואכלוה מצות אצל המזבח Hinc traditione colligimus, quod cum altare integrum ſit, tum in ipſo edentur azyma, ſed non, quum ruptum fuerit.

פרק י כל התדיר מחבירו קודם את חבירו התמידים קודמין למוספין מוספי שבת קודמין למוספי ראש חדש מוספי ראש חדש קודמין למוספי ראש השנה שנאמר מלבד עולת (הבוקר אשר לעולת התמיד תעשו את אלה ס"א) :

Caput 10. Quicquid altero frequentius eſt, id etiam præcedit alterum iſtud. Jugia præcedunt Muſaphim (Acceſſoria:) Acceſſoria Sabbati præcedunt acceſſoria novilunii: Acceſſoria novilunii præcedunt Acceſſoria principii anni: quia dictum, *præter holocauſtum matutinum, quod eſt in holocauſtum juge, faciatis iſta.*

R. OB. DE BARTENORA.

כל התדיר מחבירו קודם את חברו *Quicquid altero frequentius eſt, id etiam præcedit alterum iſtud*, quia ſcriptum eſt Num. 28, 23. מלבד עולת הבקר אשר לעולת התמיד Jam vero e verbis מלבד עולת הבקר colligitur holocauſtum jam paratum eſſe, & ſacrificia jugia præcedere addititia; ſed quare tum dicit Lex אשר לעולת התמיד? reſp. quia continuum holocauſtum præcedere debet, ut & reliqua ſacrificia continua omnia, nam holocauſti tantum gratia non requirebatur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Vocem תדיר exponit Targum per תמיד *jugiter*; porro totus hicce caſus eſt clarus, & in prologo noſtro jam adducta eſt explicatio illius.

ב וכל המקודש מחבירו קודם את חברו דם חטאת קודם לדם עולה מפני שהוא מרצה איברי עולה קודמין לאמורי חטאת מפני שהן כליל לאשים חטאת קודמת לאשם מפני שדמה נתן על ארבע קרנות ועל היסוד אשם קודם לתודה ולאיל נזיר מפני שהוא קדשי קדשים התודה ואיל נזיר קודמין לשלמים מפני שהן נאכלין ליום אחד וטעונים לחם שלמים קודמין לבכור מפני שהן טעונים מתן ארבע וסמיכה ונסכים ותנופת חזה ושוק :

2. Porrò quicquid ſanctius eſt altero, præcedit alterum iſtud. Sanguis ſacrificii pro peccato antecedit ſanguinem holocauſti, propterea quod expiat. Membra holocauſti præcedunt adipes ſacrificii pro peccato, propterea quod conſumuntur tota igne. Sacrificium pro peccato anteit ſacrificium pro reatu, quia ſanguis ejus effunditur ſuper quatuor cornua, & ſuper fundamentum. Sacrificium pro reatu præcedit ſacrificium euchariſticum & arietem Naſiræi, quoniam eſt ſanctum ſanctorum. Sacrificium euchariſticum atque aries Naſiræi antecedunt ſacrificia pacifica, propterea, quia edi ſolent die uno, & requirunt panem. Sacrificia pacifica antecedunt primogenitum, quoniam ſunt obſtricta ad quatuor effuſiones, impoſitionem manuum, libamina & agitationem pectoris atque armi.

R. OB. DE BARTENORA.

דם חטאת קודם לדם עולה *Sanguis ſacrificii pro peccato antecedit ſanguinem holocauſti*, ſi utrumque ſacrificium mactatum ſit, & ſanguis ſpargi debeat. מפני שהוא מרצה *quia id expiat*, eos qui excidii rei ſunt; & magna expiatione indigent. אברי עולה *membra holocauſti*, hæc præcedunt adipes ſacrificii pro peccato in combuſtione, ſi amborum ſanguis ſparſus eſt.

מפני שהן כליל לאשים *Eo quod tota igni deſtinata ſunt*, ita loquitur auctor in excellentiam altaris. על ארבע קרנות *ſuper quatuor cornua*, ſacrificium pro reatu duas requirit ſparſiones quæ ſunt quatuor, at non ſuper cornua. ועל היסוד *& ſuper fundamentum*, reliquiæ ſanguinis in id effundantur, ſed de ſacrificio pro reatu non invenimus hoc dicier. מתן ארבע *ſparſiones quatuor*, duæ ſparſiones quæ ſunt quatuor; primogenita autem unam ſparſionem requirunt, neque manuum impoſitionem, nec libationem, nec pectoris armique agitationem requirit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מרצה Eſt idem quod מכפר *expiat*; ceterum adipes ſacrificii pro peccato etſi penitus comburendi ſint ut holocauſti membra, nihilominus tamen holocauſtum totum comburitur, ſed de ſacrificio pro peccato tantum adipes comburuntur, & hoc eſt quod indigitatur quum dicit מפני שהן כליל לאשים nimirum quod totum holocauſtum igni deſtinatum ſit. Et quod Lex de pacificis dicit, מתן ארבע *quatuor ſparſiones*, intelligendum eſt de duabus ſanguinis aſperſionibus quæ ſunt quatuor. Sed omnia jura in hac Miſna occurrentia, jam expoſita ſunt capite quinto hujuſce tractatus. Præterea in tractatu Menachot exponemus quod primogenita & decimæ non requirunt libamina, nec agitationem pectoris.

ג הבכור קודם למעשר מפני שקדושתו מרחם ונאכל לכהנים המעשר קודם לעופות מפני שהוא זבח ויש בו קדשי קדשים דמו ואמוריו :

3. Primogenitum antecedit decimas, ideo quia ſanctitas ejus incipit ob utero, atque à ſacerdotibus comeditur. Decimæ antecedunt aves, quoniam ſunt ſacrificium, & ſunt in illis ſancta ſanctorum, ſanguis ſcil. eorum, & adipes eorum.

R. OB. DE BARTENORA.

ונאכל לכהנים *Et comeditur a ſacerdotibus*, decimarum vero ſacerdotes non fiunt participes, ſed omnes ad poſſeſſores pertinent. מפני שהוא זבח *quia ſunt ſacrificium*, quod ope cultri mactatorii mactatur, avium vero ſacrificium per ungue

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Licet avium ſacrificia ſint omnia ſancta ſanctorum, quia ſunt ſacrificia pro peccato, aut holocauſta, ſicuti jam expoſuimus. Sed ea quæ e pecude fiunt, in quibus nonnulla ſunt ſancta ſanctorum, majori gaudent dignitate, quam ea

ungue ſectionem; quæ vero mactantur, ea ſunt excellentiora.

ויש בו קדשי קדשים *Et ſunt in illis ſancta ſanctorum*, licet ſacrificium ſemper ſit ſanctum ſanctorum, aut ſacrificium pro peccato, aut holocauſtum, ea tamen quæ mactantur duo requirunt in cauſa Dei, ſanguinem ſcilicet & adipes, quod non ita comparatum eſt in ſacrificio pro peccato ex ave, e quo altare nihil præter ſanguinem accipit; ea quæ ex avibus fiunt, quæ omnia ſunt ſancta ſanctorum. Et quia ſanguinem & adipes vocavit ſancta ſanctorum, novimus quod ſi quis adipes ſanctorum levium extra atrium eduxerit, reproba facta ſunt. Sed ſanctitatum levium caro, ſi quis eam extra atrium ante ſanguinis ſparſionem eduxerit, non facta eſt reproba, quandoquidem tandem educi debet.

& quandoquidem id ſacrificio pro peccato ex ave præcedit, quanto magis holocauſto ex ave, quoniam ſacrificium pro peccato ex ave præcedit holocauſtum ex ave, quemadmodum auctor exponit.

ד העופות קודמין למנחות מפני שהן מיני דמים מנחת חוטא קודמת למנחת נדבה מפני שהיא באה על חטא חטאת העוף קודמת לעולת העוף וכן בהקדשה:

4. Aves præcedunt Minchas i. e. munera, quia ſunt ſpecies ſanguinum. Mincha peccantis præcedit Mincham voluntariam, quoniam offertur pro peccato. Sacrificium pro peccato ex ave offertur ante holocauſtum ex ave: & ſic ſe habet res in ſanctificatione.

R. OB. DE BARTENORA.

שהן מיני דמים *Quia ſunt ſpecies ſanguinum*, ſpecierum vero ſanguinum expiatio major eſt. *Sacrificium pro peccato ex ave præcedit holocauſtum*, eo quod ſcriptum eſt Levit. 5, 8. והקריב את אשר לחטא ראשונה ad hoc dixerunt, hocce ſacrificium pro peccato primum eſt cæterorum expiatoriorum omnium quæ holocauſta præcedunt, ſive ex ave ſive e pecude fiant.

וכן בהקדשה *Et ſic ſe res habet in ſanctificatione*, quum nidum ſuum ſeparaverit peccator, qui duos turtures, vel duos columbarum pullos continet, tum dicat neceſſe eſt prius nomen ſacrificii pro peccato, & deinceps holocauſti.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מנחת חוטא *Munus peccantis*, conſtat e decima Ephæ parte quam pauper offerebat pro immunditie ſanctuarii & ejuſdem ſanctitatum, aut pro jurejurando teſtimonii, quemadmodum in prologo noſtro diximus in hunc tractatum; Lex vero dicit Levit. 5, 8. והקריב את אשר לחטא ראשונה ad hæc Sapientes dixerunt, hoc omnium ſacrificiorum pro peccato primum & quaſi pater eſt, quæ holocauſta præcedunt illis cum venientia, ſive avibus ſive pecude conſtent. וכן בהקדשה *& ſic ſe res habet in ſanctificatione*, ſenſus eſt, quando ſacrificium ſuum ſeparaverit, dicet, hoc eſt ſacrificium pro peccato, & poſtea dicet, hoc eſt holocauſtum.

ה כל החטאות שבתורה קודמות לאשמות חוץ מאשם מצורע מפני שהוא בא על ידי הכשר כל האשמות שבתורה באין בני שתים ובאין בכסף שקלים חוץ מאשם נזיר ואשם מצורע שהן באין בני שנתן ואינן באין בכסף שקלים:

5. Omne ſacrificium pro peccatis, quod in lege eſt, præcedit ſacrificium pro reatu, excepto ſacrificio pro reatu leproſi, quia offertur in finem rectificationis. Omnia ſacrificia pro reatu, quæ ſunt in lege, offeruntur bimula, atque emuntur ex argento ſiclorum, excepta oblatione pro reatu Naſiræi, oblationeque pro reatu leproſi, quæ offeruntur anniculæ, nec emuntur ex ſiclorum argento.

R. OB. DE BARTENORA.

קודמות לאשמות *Præcedunt ſacrificia pro reatu*, ſi quis peccator debeat ſacrificium pro peccato, & pro reatu, eaque adducere velit, tum ſacrificium pro peccato antecedat, ſicuti dixit Miſna, eo quod ſanguis illius ſpargitur ad quatuor altaris cornua, & ſuper fundamentum. מפני שהוא בא להכשיר *quia id venit ut corrigat*, ad leproſum diſponendum ad ſancta, & ad ſanctuarium intro eundum, idcirco illa eſt excellentia illius apud Deum, quia purificatio ab eo dependet. ובאים בכסף שקלים *& emuntur ex ſiclorum argento*, uti ſcriptum eſt de ſacrificio pro reatu prævaricationum, Levit. 5, 15. בערכך כסף שקלים de ſacrificio pro reatu ſuſpenſo & pro reatu rapinæ colligimus per argumentum a pari ex duplici voce בערכך בערכך Cæterum reatum ſervæ deſponſæ & poſtea deſpectæ per argumentum a pari colligimus e repetitione vocis איל *aries*. חוץ מאשם נזיר *excepto ſacrificio pro reatu Nazyræi*, & ſacrificio pro reatu leproſi, de quibus ſcriptum eſt Levit. 12, 6. כבש בן שנתו Et quando aries biennis valeat duos ſiclos, agnus biennis non valet duos ſiclos.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia hæc in Lege continentur; at quando auctor dicit להכשיר *ad corrigendum*, ſenſus eſt, quod id ſacrificium hominem peccantem corrigit, & a peccatis purificat; atque hoc eſt quod ſcriptum invenies. *Et accipiet ſacerdos e ſanguine ſacrificii pro reatu, & auriculæ imponet.*

ו כשם שהן קודמין בהקרבתן כך הן קודמים באכילתן שלמים של אמש ושלמים של היום של אמש קודמין שלמים של אמש וחטאת ואשם של היום של אמש קודמין דברי רבי מאיר וחכמים אומרים החטאת קודמת מפני שהיא קדשי קדשים:

6. Quemadmodum iſta præcedunt in oblatione ſuâ, ſic (etiam) præcedunt in comeſtione ſua. Sacrificia pacifica præteritæ diei, & ſacrificia pacifica hujus diei quod attinet, heſternæ diei præcedunt. Sacrificia pacifica præteritæ diei ſacrificium pro peccato & oblationem pro reatu diei hujus præcedunt: ſunt verba R. Meir. Verum enimverò Sapientes dicunt, ſacrificium pro peccato antecedere, quia eſt ex ſanctis ſanctorum.

R. OB. DE BARTENORA,

כך הן קודמין באכילתן *Ita quoque in comeſtione præcedunt*, hoc referendum eſt ad omnia ſacrificia quæ comedi ſolent, ut ſacrificium pro peccato quod præcedit ſacrificium pro reatu, & ſacrificium pro reatu euchariſticum, & euchariſticum paci-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia hæc clara ſunt; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

pacifica. *Sapientes dicunt*, *ſacrificium pro peccato præcedit*, *quia eſt ex ſanctis ſanctorum*; deciſio eſt ſecundum Sapientes. Cæterum id quod frequentius eſt, & quod ſanctius attinet, ut holocauſti continui & ſacrificii pro peccato ſanguines qui ſpargendi ſunt, unus frequentior eſt, alter vero ſanctior; nam diximus quod ſanguis ſacrificii pro peccato præcedit ſanguinem holocauſti, quia expiat; hic vero caſus in Gemara propoſitus eſt, ſed non deciſus; ſed veriſimile eſt quod continuum præcedit.

ז ובכולם הכהנים רשאין לשנות באכילתן לאכלן צלויין שלוקין ומבושלין ולתת לתוכן תבלי חולין ותבלי תרומה דברי רבי שמעון רבי מאיר אומר לא יתן לתוכו תבלי תרומה שלא יביא את התרומה לידי פסול :

7. Et in omnibus iſtis licitum eſt ſacerdotibus variare in comeſtionibus iſtorum, ut comedant, vel aſſata, vel elixata, vel cocta, & ut dent in ea condimenta profana, vel condimenta Thrumæ; hæc dixit R. Schimeon. R. Meir (rectiùs) inquit; non det quis in ea condimenta Thrumæ, quia non debet Thrumam profanationi obnoxiam reddere.

R. OB. DE BARTENORA.

ובכלן *Et in omnibus iſtis*, de omnibus quæ comedi poſſunt, ſacerdotes comedere poſſunt aſſata, cocta, & elixata, nam de ſacerdotum donis ſcriptum eſt in Lege, לך נתתיה למשחה לגדולה ſcil. quemadmodum reges comedere ſolent, aſſatum, coctum, & elixum, atque cum condimentis. *Ne Trumam reddat profanationi obnoxiam*, nam condimenta quæ rerum ſanctarum guſtum attraxerint, ſi in occaſionem reliquiarum inciderint, præceptum negans incurrunt, ob guſtum iſtum e rebus ſanctis quem imbiberunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Scriptura de iis quæ a ſacerdotibus comeduntur, לגדולה *in magnificentiam*, nimirum in morem Regum, illi enim condimenta & id genus alia bene multa comedere ſolent; deciſio eſt ſecundum R. Meyr.

ח אמר רבי שמעון אם ראית שמן שהוא מתחלק בעזרה אין אתה צריך לשאול מה הוא אלא מותר רקיקי מנחות ישראל ולוג שמן של מצורע אם ראית שמן שהוא נתון על גבי האשים אין אתה צריך לשאול מה הוא אלא מותר רקיקי מנחות כהנים ומנחת כהן המשיח שאין מתנדבים שמן רבי טרפון אומר מתנדבים שמן :

8. Dixit R. Schimeon, ſi videris oleum, quod partiuntur inter ſe in atrio, non opus tibi eſt quærere, quid hoc ſit; ſed eſt reliquum lagani Mincharum Iſraëlitarum, & ſextarius olei leproſi. Si videris oleum effuſum ſuper ignito, non tibi opus erit, ut quæras, quid hoc ſit: ſed eſt reliquum lagani Mincharum ſacerdotum, & Minchæ Sacerdotis uncti, quoniam non voluntariè offerunt oleum. R. Tarphon tamen (rectiùs) ait; voluntariè offerunt oleum.

R. OB. DE BARTENORA.

שהוא מתחלק *Quod dividitur*, in cibum ſacerdotum. מותר רקיקי מנחת ישראל *reliquum laganorum munerum Iſraëlitæ*, munus coctum quum e placentis & laganis fit, placentæ convolvuntur, & lagana unguntur. Sed R. Simeon in tractatu Menachot dicit, quod ungi debent in figura literæ *chi*; reliquum vero oleum comedunt ſacerdotes.

מותר רקיקי מנחת כהנים *Reliquum laganorum munerum ſacerdotalium*, nam ſacerdotum munus totum comburi debet, oleum vero ei innatans, & reliquiæ quæ non imbibunt, comburuntur ſeorſim. ומותר מנחת כהן המשיח *& reliquum muneris ſacerdotis uncti*, nam oleum illius multum eſt, ſcil. tres Logi pro decima, & quandoquidem id primum coctum eſt, oleum non imbibit; reliquum vero olei ſeorſim comburi debet.

שאין מתנדבין שמן *Nam oleum non ſponte vovent*, idcirco non cogitabis quod oleum ſeparatum ſit oblatio voluntaria. רבי טרפון אומר מתנדבין שמן *R. Tarphon dicit*, *quod voluntarie offerunt oleum*, ſeorſum, & non minus quam Logum, & ſeorſim comburitur; deciſio eſt ſecundum R. Tarphon. Sic etiam jus illius qui ſeorſim promiſit vinum, ſaltem tres Logos requirit, quos in ignem effundunt, ut illic comburatur. Et quamvis ignem extinguat oleum, Lex tamen dicit, לא תכבה quoniam autem non intendit eum extinguere, idcirco licet. Nam hypotheſis nobis eſt ſecundum R. Simeon, rem abſque intentione factam, eſſe licitam. Sed non eſt opus quod neceſſario conſequitur, nam fieri poteſt ut magna ſit copia ignis, ut vinum in ipſum effuſum non extinguat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Lex quod de munere Iſraëlitæ offerunt pugillum, & quod ſacerdotes comedunt reliquum, ſive שירים *reliquias*. Sacerdotis vero munus comburendum eſt penitus, ſicuti dicitur Levit. 6, 16. Idcirco olei reliquias comburunt, quæ ſacerdotis muneri innatant; & olei reliquum Iſraëlitæ comedunt. Sed ſecundum opinionem illius qui dicit neminem oleum promiſſurum duntaxat, non eſt oleum quod comburitur, neque quod dividitur, ſed id de quo ſuperius dictum eſt; deciſio eſt ſecundum R. Tarphon, dicentem, quod oleum promittunt, ſed non minus quam Logum, de quo pugillum offerunt in ignem, reliquum vero comeditur ut reliqua munera, ſi munus Iſraëlitæ ſit, quemadmodum diximus. Sic etiam vinum ſolum promittere poteſt, ſed non minus quam tres Logos, ſicuti in fine Menachot exponetur; & hoc omne ſuper ignem ſpargebatur, licet ignem extingueret in altari, quod præceptum eſt negans, quia ſcriptum eſt, לא תכבה *non extinguetur*; dixerunt, ſi quis prunam unicam de altari ſumpſerit, eamque extinxerit, tenetur; hæc eſt res quæ præter intentionem fit, & licita eſt. Forſan nonnemo dixerit neceſſario conſequi, nam ſi quis vinum in ignem effuderit, neceſſario eum extinguet, at nobis hypotheſis eſt R. Simeonem concedere de opere id neceſſario conſequi. Scias autem quod non neceſſario extinguit vinum, nam exigua vini copia, vel aquæ, & ſimilium rerum liquidarum, ſi in ignem magnum effundantur, non extinguunt ipſum, ſed potius ab igne abſorbentur. Præterea, fieri poteſt ut in locum altaris effundatur, aut ſuper lignorum capita quæ nondum ardent. Et hoc modo addendum erat id quod dicitur, *libamina polluta in peculiari lignorum ſtrue comburenda ſunt.* Scias etiam quod euchariſticum ſacrificium præcedat arietem Nazyræi, quia in eo ſunt plures muneris ſpecies, quemadmodum exponemus in tractatu Menachot; ſic etiam ſacrificium pro peccato ex ave antecedit holocauſtum e pecude.

פרק יא דם חטאת שנתז על הבגד הרי זה טעון

Caput 11. Sanguis ſacrificii pro peccato quando effun-

טעון כבוס אף על פי שאין הכתוב מדבר אלא בנאכלות שנאמר במקום קדוש תאכל אחד הנאכלת ואחד הפנימית טעונות כבוס שנאמר תורת החטאת תורה אחד לכל החטאות :

effunditur ſuper veſtimentum; Ecce iſtud tenetur, ut lavetur. Etiamſi enim ſcriptura non loquitur, niſi de iis, quæ edi debent, quia dictum; in loco ſancto edas: attamen eodem modo ea, quæ comeduntur, & ea, quæ intrinſeca ſunt, obligantur ad lotionem; quia dicitur; Lex ſacrificii pro peccato. Ergò lex una eſt omnibus ſacrificiis pro peccato.

R. OB. DE BARTENORA.

טעון כבוס *Requirit lotionem*, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 6, 20. ואשר יזה מדמה תכבס במקום קדוש Quemadmodum dictum eſt, in loco ſancto comedetur, nam de hocce caſu ſcriptum eſt, ואחד הפנימית id ergo cujus ſanguis in loco ſanctiſſimo ſpargitur, non comedetur. *Quia dicitur*, *Lex ſacrificii pro peccato*, hoc de principio caſus iſtius conſcriptum eſt. *Ergo Lex una eſt omnibus ſacrificiis pro peccato*, hoc tantum intelligendum eſt de ſacrificio pro peccato ex pecude, ſed ſanguis ſacrificii pro peccato ex ave non requirit lotionem, nam de iſto caſu ſcriptum eſt, ואשר יזה מדמה quod ſacrificium pro peccato ex ave excipit, ne mactetur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Lex de ſacrificio comedendo Levit. 6, 20. ואשר יזה מדמה תכבס במקום קדוש Præterea de hoc dicitur תשחט *mactabitur*: dixerunt Sapientes, Lex loquitur de eo quod mactari debet, excipias igitur holocauſtum ex ave, in quo non obtinet lotio.

ב חטאת פסולה אין דמה טעון כבוס בין שהיה לה שעת הכושר בין שלא היה לה שעת הכושר איזה היא שהיה לה שעת הכושר שלנה שנטמאה ושיצאה ואי זו היא שלא היה לה שעת הכושר שנשחטת חוץ לזמנה וחוץ למקומה ושקבלו פסולין וזרקו (ס"א ל"ג) את דמה :

2. Sacrificium pro peccato ſi ineptum fuerit, ſanguis ejus non obligatur ad lotionem, ſive habuerit tempus correctionis; ſive non habuerit tempus correctionis. Quodnam (autem) eſt, quod tempus correctionis habet? quod factum eſt pernox, quod factum eſt pollutum, & quod egreſſum eſt. Quodnam verò iſtud, quod non habet tempus correctionis? quod mactatum eſt extra tempus ſuum, extraque locum ſuum, atque quod acceperunt, qui non debebant, ſparſeruntque ſanguinem ejus.

R. OB. DE BARTENORA.

אין דמה טעון כבוס *Sanguis illius non requirit lotionem*, ſicuti Lex dicit מדמה *e ſanguine ejus*, ergo e ſanguine legitimo, & non ex illegitimo. שעת הכושר *tempus correctionis*, in ſparſione. *Id quod pernoctavit*, cujus ſanguis pernoctavit. ושקבלו פסולים *& quem exceperint reprobi*, hoc ſenſu legendum eſt, & non, ושורקו *& quem ſparſerint*, nam ne quidem ſacrificium pro peccato legitimum, cujus ſanguis effuſus eſt ſuper veſtes poſt ſanguinis ſparſionem, requirit lotionem, quemadmodum diximus אשר יזה *quem ſparget*, excludit eum qui jam ſparſus eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scriptum eſt מדמה *e ſanguine illius*; ad hoc dixerunt, *e ſanguine ejus*, ſcriptum eſt, & non, e ſanguine reprobi; hæc Miſna ſatis clara eſt.

ג נתן מן הצואר על הבגד אינו טעון כבוס מן הקרן ומן היסוד אינו טעון כבוס נשפך על הרצפה ואספו אינו טעון כבוס (אינו טעון כבוס ס"א) אלא הדם שנתקבל בכלי וראוי להזיה נתן על העור עד שלא (ס"א) הופשט אינו טעון כבוס משהופשט טעון כבוס דברי רבי יהודה רבי אליעזר אומר אף משהופשט אינו טעון כבוס (אינו טעון כבוס ס"א) אלא מקום הדם ודבר שהוא ראוי לקבל טומאה וראוי לכבוס :

3. Si quid aſperſum fuerit de collo in veſtem, non obligatur ad lotionem. Si de cornu, aut de fundamento, lotio haud neceſſaria. Si effuſum (quid) fuerit ſuper pavimentum, collegeritque quis (illud,) ad lotionem non tenetur. Non enim tenetur ad lotionem, niſi ſanguis, qui exceptus fuerit in vas, & idoneus qui aſpergatur. Si quid ſparſum fuerit ſuper pellem, antequam excoriata fuerit, non neceſſe habet lotione. Sin excoriata, oportet lavare; hactenus R. Jehuda. R. Elieſer largitur & hoc, quod, ſi excoriata fuerit (cutis,) non opus habeat lotione. Non enim tenetur ad lotionem niſi locus ſanguinis, & res, quæ admittit immunditiem atque apta lotioni eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

נתן מן הצואר על הבגד אינו טעון כבוס *Si quid aſperſum fuerit de collo in veſtem, non obligatur ad lotionem*, quemadmodum ſcriptum eſt אשר יזה מדמה *quando e ſanguine ejus ſparget*, is nempe ſanguis intelligitur qui ad ſparſionem aptus eſt. מן הקרן *ſi de cornu*, ſcil. altaris. ומן היסוד *& de fundamento*, e ſanguinum reliquiis quæ aptæ ſunt ut effundantur ſuper fundamento, licet nondum effuſæ ſint; nam poſtquam ſanguis aſperſus eſt, reliquiæ illius non requirunt lotionem, quia ſcriptum eſt, אשר יזה, quod excipit id cujus ſanguis jam effuſus eſt.

אלא הדם שנתקבל בכלי *Niſi ſanguis qui in vaſe exceptus eſt*, dat rationem, quamobrem ſi ſanguis ſuper ſolum effuſus ſit,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnes in hoc conveniunt quod corium cum lana ipſius, quum ſacrificium excoriaverint ante ſectionem ipſius atque parationem, non polluit ut reliquæ immundities; ſed quum id diſſectum fuerit & paratum, diſpoſitum eſt ad polluendum. De ſacrificio pro peccato ſcriptum eſt Levit. 6, 20. אשר יזה מדמה על הבגד hæc R. Jehuda ita intelligit, quemadmodum veſtis recipere poteſt immunditiem, ita etiam comparatum eſt cum omni eo quod ad immunditiem recipiendam diſpoſitum eſt; pellis vero ſacrificio dextra diſpoſita eſt ad immunditiem recipiendam, etſi tunc nondum polluta eſſet; ſic etiam ſe res habet cum ſimilibus rebus quæ non pollutæ ſunt, niſi eas mutaverit ab illo ſtatu in quo tunc erant.

בקום

fit, & deinde collectus, non requirat lotionem, nempe quia ſanguis in vaſe receptus duntaxat lotionem requirit. וראוי להזיה *& idoneus ut ſpargatur*, excipias ſi minus in vaſe exceperit quam oportet, & in alio vaſe quoque minus, atque deinceps miſcuerit, non conſecrant, neque lotionem flagitant. *Antequam excoriata fuerit, non requirit lotionem*, quia ſcriptum eſt, על הבגד ſicuti ergo veſtis diſpoſita eſt ad immunditiem recipiendam, ita etiam omne id quod ad immunditiem recipiendam idoneum eſt; ſed ante excoriationem non idonea eſt ad immunditiem recipiendam; verum poſt excoriationem idonea eſt ad recipiendum immunditiem, ſi ſacerdos intenderit inde facere currus operculum, aut tegere illa lectum abſque diminutione. אף משהופשט *etiam quando excoriata eſt*, quamdiu nondum parata eſt in vas, non requirit lotionem; quia neceſſe eſt ut ſit res quæ immunditiem recipere poteſt, cui ne quidem intentio deeſt. *Niſi locus ſanguinis*, ſed non tota veſtis lavari debet. *Et res quæ apta eſt ad lotionem*, excipias vaſa lignea, nam etſi illa immunditiem recipiant, tamen non idonea ſunt ad lotionem, quia eſt res quæ abraditur & non lavari debet.

מקום הדם *Locus ſanguinis*, locus in quem ſanguis tantum inciderit, intelligendus eſt, non tota veſtis, ſicuti Lex dicit Levit. 6, 20. Cæterum quod auctor dicit, וראוי להזיה *atque apta lotioni*, exceptis vaſis ligneis, & id genus aliis, licet enim illa immunditiem recipiant, tamen non obligant ad lotionem ſanguinis ſacrificii pro peccato ſi inciderit in ea quicquam, quia illa non apta ſunt ut lavari poſſint, ſed diſſecari debeant; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ד אחר הבגד ואחד השק ואחד העור טעונין כבוס במקום קדוש ושבירת כלי חרס במקום קדוש ומריקה ושטיפה בכלי נחשת במקום קדוש זה חומר בחטאת מקדשי קדשים :

4. Tam veſtimenta, quam cilicia pelleſque ad lotionem obligantur in loco ſancto. Item fractura vaſorum teſtaceorum fit in loco ſancto. Item mundatio, ac immerſio vaſorum æneorum, in loco ſancto. Hoc eſt rigoroſius in ſacrificiis pro peccato, quam in ſanctis ſanctorum.

R. OB. DE BARTENORA.

במקום קדוש *In loco ſancto*, in atrio. ושבירת כלי חרס במקום קדוש *& confractio vaſis teſtacei in loco ſancto*, nam poſtquam Lex dixiſſet Levit. 6, 20. תכבס במקום קדוש deinceps addit וכלי חרס אשר תבושל בו ישבר comparat ergo vaſis teſtacei fractionem cum lotione, nimirum, quemadmodum lotio fieri debet in loco ſancto, ita quoque fractio vaſis teſtacei in loco ſancto fieri debet. זה חומר *hæc majoris momenti eſt*, ad lotionem hæc referenda ſunt.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Quod vas teſtaceum in quo ſacrificium pro peccato coctum eſt, frangendum ſit, ex præſcripto Legis eſt; ſed Lex non dicit quod in ſanctuario frangendum ſit. Verum Sapientes ſanciverunt de fractione quemadmodum Lex ſancivit de lotione quæ in ſanctuario fieri debet. Hoc autem jus Legis de ſacrificii pro peccato ſanguine in veſtem effuſo, abluendo in loco ſancto, & de vaſis teſtaceis frangendis, in quibus coctum eſt, non continet quicquam de ſanctis ſanctorum, præterquam in ſacrificio pro peccato duntaxat, & propterea dicit auctor Miſnicus, *hæc* (ſcil. lotio) *in ſacrificiis pro peccato majoris momenti eſt, quam in ſanctis ſanctorum.*

ה בגד שיצא חוץ לקלעים נכנס ומכבסו במקום קדוש נטמא חוץ לקלעים קורעו ונכנס ומכבסו במקום קדוש כלי חרס שיצא חוץ לקלעים נכנס ושוברו במקום קדוש נטמא חוץ לקלעים נוקבו ונכנס ושוברו במקום קדוש :

5. Veſtimentum ſi (pollutum ſanguine ſacrificii pro peccato) egreditur extra vela, tum ingreditur, & lavat iſtud in ſancto loco. Si pollutum fuerit extra vela, lacerat id, deinde ingreditur & lavat iſtud ſancto in loco. Vas teſtaceum quando egreditur extra vela, tum ingreditur, & frangit illud in loco ſancto; ſin immundatum fuerit extra vela, perforat illud, & ingreſſus frangit id in ſancto loco.

R. OB. DE BARTENORA.

בגד *Veſtis*, in quam ſanguis ſacrificii pro peccato inciderit, atque ea extra vela exierit. נטמאה חוץ לקלעים *ſi pollutum fuerit extra vela*, poſtquam exierit, immunditiеs ablui nequit in atrio. קורעו *excidat id*, maxima ex parte, & tum ab immunditia ſua purificata erit veſtis, & denuo intrare poteſt locum ſanctum. Etſi enim veſtimentum pollutum & ex maxima parte exciſum, adhuc ſit in immunditie ſua ſecundum Sapientes donec latitudo ſudarii non ſit reliqua in veſtimento ejus; hic tamen licet ad atrium adducere veſtimentum ad præceptum lotionis implendum, quandoquidem id purum habetur ſecundum Legem, ſi maxima ex parte exciſum ſit.

נוקבו *Si perforaverit id*, ad purificandum ab immunditie; hoc autem de exiguis foraminibus intelligendum eſt in quantitate radicis exiguæ, nam hoc modo ab immunditie ſua liberatur, ſed adhuc vas eſt, & præceptum de fractione in ſanctuario in ipſo perfici poteſt. Si vero magnum foramen perforaverit, tum exiit e Lege vaſis, & non continetur ſub obligatione fractionis, eo quod ſcriptum eſt Levit 6, 21. וכלי חרס אשר תבושל בו ישבר Ergo quando fractum fuiſſet, eſſet vas, hoc autem dum frangebatur, non erat vas.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si veſtimentum pollutum fuerit poſtquam egreſſum fuerit extra vela, quia veſtis polluta in ſanctuarium introduci nequit, idcirco locus veſtis ſanguine conſperſus, excidendus eſt, & tum veſtis in ſanctuarium intromitti poteſt, & lavari. Sed hoc ex inſtituto Sapientum; verum ex Lege non lavanda eſt veſtis poſt exciſionem loci polluti, quia ſcriptum eſt, על הבגד *ſuper veſtem*.

נוקבו *Si perforaverit eum locum*, ſi exigua foramina in veſte exciderit inſtar radicis exiguæ, ut ab impuritate ſua purificetur, quemadmodum in tractatu Kelim exponetur. Verum ſi exigua ei foramina fecerit, non amplius eſt vas, neque id in ſanctuario frangendum eſt, ſicuti ſcriptum eſt, *& vas teſtaceum frangetur*; at hoc jam fractum erat extra ſanctuarium, nam foramen magnum eſt ſimile fractioni.

ו כלי נחשת שיצא חוץ לקלעים נכנס ומורקו ושוטפו במקום קדוש נטמא חוץ לקלעים פוחתו ונכנס ומורקו ושוטפו במקום קדוש :

6. Vas ex ære, quod egreditur extra aulæa, ingreſſus expoliat; immergendoque abluat in loco ſancto; ſi impurum factum eſt extra aulæa, diminuat, ingreſſuſque tergat, ac immergat iſtud in ſancto loco.

R. OB. DE BARTENORA.

פוחתו *Diminuat id*, nam vas æneum non purum eſt ab immunditie ſua ope foraminis quantulæcunque quantitatis, ſed magni foraminis; nihilominus tamen poſtquam id diminuerit, percutiet id mortario, atque conjunget foramen ut redeat in vas, nam requiritur ut ſit vas dum frangebatur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Lex de vaſe æneo abluendo Levit. 6, 2. Cæterum quod auctor dicit, פוחתו *diminuet id*, vult id confringendum eſſe; ſed ad hoc non tenetur ex Lege, eo quod ſcriptum eſt כלי נחושת *vas æneum*, ſed vas æneum non differt ab aliis vaſis metallinis.

ז אחד שבישל בו ואחד שעירה לתוכו רותח אחד קדשי קדשים ואחד קדשים קלים טעונין מריקה ושטיפה רבי שמעון אומר קדשים קלים אינן טעונין מריקה ושטיפה רבי טרפון אומר אם בשל בו מתחלת הרגל יבשל בו את כל הרגל וחכמים אומרים עד זמן אכילה מריקה ושטיפה מריקה כמריקת הכוס ושטיפה כשטיפת הכוס מריקה בחמין (נ"א ל"ג) ושטיפה בצונן והשפוד והאסכלה מגעילן בחמין (נ"א ל"ג) :

7. Sive coxerit in eo; ſive evacuaverit in illud fervens, ſive etiam ſancta ſanctorum, ſive ſancta levia fuerint, obligatur ad abſterſionem & immerſionem in aquam. R. Schimeon dicit; ſancta levia non opus habere abſterſione, & immerſione in aquam. R. Tarphon inquit; ſi coxerit in eo ab initio feſti; coquat in eo per totum feſtum. Sed Sapientes dicunt; uſque ad tempus comeſtionis, abſterſio valet, & immerſio in aquam. Abſterſio fit juxta abſterſionem poculi, & immerſio in aquam ſecundum immerſionem poculi in aquam. At abſterſio fit in calidis, ac immerſio in aquam in frigidis. Veru & craticulam eluunt in aquis ferventibus.

R. OB. DE BARTENORA.

ואחר שעירה לתוכו רותח *Sive evacuaverit in illud fervens*, eo quod ſcriptum eſt Levit. 6, 21. וכלי חרס אשר תבושל בו ישבר ubi ישבר conjungitur cum voce בו, & non dicit Lex ואם בכלי חרס תבושל ישבר ad denotandum quod frangi debet, ſi vas imbiberit liquores.

קדשים קלים אינן טעונין מריקה *Sancta levia non abſtergenda ſunt*, concedit R. Simeon quod abſtergi debent in aqua fervente, quia ſapor quem vas imbibit, fit reſiduum quid, & deinceps ſaporem evomit in alios cibos licitos, idcirco id potius aqua fervente coquet, nam R. Simeon excipit ablutionem & abſterſionem a ſanctitatibus levibus, cum neceſſe ſit ut abſterſio & ablutio ſanctiſſimarum rerum fiat aqua, non vino, neque mixtura. Si vero coxerit ope vaſis, totum vas debet ablui in aqua calida, & abſtergi in frigida. Sed ſancta levia ſecundum R. Simeon abſtergere licet vel vino calido, & non requiritur abſterſio niſi in loco coctionis tantum, & poſt abſterſionem non requiritur denuo ablutio in aqua frigida, quia omnes hæ res decretum Legis continent de ſacrificio pro peccato & ſanctiſſimis rebus, non de levibus ſanctis; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon. Nam oblatio prima tantum excipitur ab omnibus aliis, eo quod ſcriptum eſt, *comedet eam*, excipe oblationem primam, quæ non ſubjicitur juri lotionis & abſterſionis, uti quidem ſanctitates. Verum ſancta levia ſunt ſimilia ſanctis ſanctorum in omni jure lotionis & abſterſionis, de quibus doctores Tannaim in Beraita diſſentiunt, nonnemo dicit, quod מריקה ſit abſterſio quæ fit in aquis calidis, שטיפה vero ablutio in aquis frigidis. Alii autem dicunt quod tam מריקה quam שטיפה in aquis frigidis fiat poſtquam in calidis res peracta fuit. Sed quod abſterſio fiat ſicuti abſterſio poculi, & immerſio ſicuti immerſio poculi, nam abſterſio fit in loco templi interiori, immerſio autem in exteriori; deciſio eſt ſecundum eum qui dicit abſterſionem fieri in calidis, immerſionem vero in frigidis.

בשל בו את הרגל *Si coquat in eo per totum feſtum*, ſine abſterſione & immerſione, poſtea vero abſterget & abluet, nam cum multa pacifica offerantur in feſto, id quod vaſa imbibebant, non habebatur נותר *reſiduum*, nam pacifica offerebantur per duos dies; ſi itaque hodie in vaſe coquerentur pacifica, & cras denuo pacifica in ipſo coquerentur quæ illo die mactata eſſent, vas eructabat humorem quem pridie imbiberat, & contra imbibebat ultimum, quomodo non fiebat נותר *reſiduum*. וחכמים אומרים עד זמן אכילה *Sapientes dicunt, uſque ad tempus comeſtionis*, nam inter coctionis finem & initium non eſt abſterſio, nec immerſio, niſi comeſtionis tempus duntaxat, non plus, nam Levit. 6, 22. ſcriptum eſt כל זכר בכהנים יאכל אותה & poſtea ſequitur ומורק ושוטף במים Hinc colligi licet quod tempus comeſtionis tantum expectandum eſt, & tum ſtatim eodem die abſterget, & immerget; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Vaſa quæ coctioni & edulibus apponendis inſerviunt, requirunt lotionem & abſterſionem, ſive in illis coquantur ſancta ſanctorum, ſive ſancta levia, & vaſa teſtacea hac in parte non differunt ab aliis vaſis; neque vaſa teſtacea frangenda ſunt, niſi ob ſacrificium pro peccato tantum, ſicuti exponimus. Quod autem R. Tarphon dicit, יבשל בו את כל הרגל *coquat in eo per totum feſtum*, ejus ſenſus eſt quod per omnes dies feſtales totum diem in eo coquere licet. Sed omnis res eo redit, quod ſi omnes iſtas ſanctitates in eo coxerit, vas lavari debeat, & tum ſanctitates in eo denuo coqui poſſunt. R. Tarphon dicit quod in feſto non tenentur vas lavare quando cibus conſumptus eſt, ſed quod in fine diei lavari debet, quia homines operam dant gaudiis feſtalibus; ſed omnino lavari debent ſecundum omnium conſenſum, & tum poſtridie in illis coquere licet, nam ſi non abſterſerint vaſa, pinguedines iis adhærentes fierent נותר *reſiduum*, & tum prohibitum eſſet poſtridie in illis coquere. Sapientes vero dicunt quod lotio non differenda ſit niſi ſecundum comeſtionis tempus duntaxat, comeſtione autem peracta lavari debent. Atque hoc collegerunt ex eo quod ſcriptum eſt Levit. 6, 22. כל זכר בכהנים יאכל אותה & poſtea ſequitur ומורק ושוטף במים ergo uſque ad comeſtionem & lotionem, ac abſterſionem tempus eſt. Cæterum abſterſio extrema qua abſtergitur id quod vaſi adhærebat, vocatur מריקה: ſed ablutio qua vas purum fit, vocatur שטיפה, quando nimirum aquam in vas immittit, atque id abluit ſine abſterſione; porro dixerunt, *abſterſio fit in calidis, & ablutio in frigidis aquis.*

כמריקת הכוס וכשטיפת הכוס *Ut abſterſio poculi, & ſicut ablutio poculi*, ſenſus eſt quod non requiritur vaſis fractio niſi dum omnem ſignaturam removerit. שפוד eſt veru. אסכלה eſt craticula. מגעילין *eluunt*, removent pinguedines quas veru imbibit; cæterum ordo calefaciendi hic eſt, vaſa iſta imponantur aquæ ferventi quæ ſuper ignem eſt, & de aqua iſta effundat in vaſa, atque ea deinceps aqua frigida abluat; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ח בישל בו קדשים וחולין או קדשי קדשים וקדשים (שם)

8. Si quis coxerit in eo ſancta ſimul & profana, aut

(שם) קלים אם יש בהן בנותן טעם הרי הקלים נאכלין כחמורין ואינן טעונין מריקה ושטיפה ואינן פוסלין במגע רקיק שנגע ברקיק וחתיכה בחתיכה לא כל הרקיק ולא כל החתיכות אסורין אינו אסור אלא מקום שבלע :

aut ſancta ſanctorum, atque ſancta levia, tum ſi eſt in illis tanquam dans ſaporem, levia debent edi uti graviora, nec opus habent abſterſione, & immerſione in aquam, nec profanant tactu. Laganum quando tangit Laganum, aut fruſtum fruſtum, tum non totum laganum, nec tota fruſta prohibita ſunt, ſed nihil eſt vetitum, niſi locus, qui abſorbet.

R. OB. DE BARTENORA.

הרי קדשים קלין נאכלין כחמורין וכוי *Utique ſancta levia comeduntur ut gravia &c.* huic Miſnæ quædam addenda ſunt, hoc ſenſu, ſi in illis tantum ſit quantum conferre poſſit ſaporem, levia comeduntur ut gravia, nempe intra vela, per unum diem noctemque, & abſterſione atque immerſione opus habent, tactuque inficiunt. Si vero in illis non ſit tantum quantum ad ſaporem conferendum ſufficit, levia non comeduntur ut graviora, neque abſterſio neque immerſio requiritur, neque tactu inficiunt. Miſna hæc ſe habet ſecundum ſententiam R. Simeonis, dicentis, quod ſanctitates leves non requirunt abſterſionem nec immerſionem, idcirco quando non contulerint ſaporem, non opus habent abſterſione, neque immerſione. רקיק *laganum*, laganum reprobum quod laganum legitimum attigerit, atque legitimum quod imbiberit liquores illegitimi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Gemara jam hujuſce Miſnæ ſenſum expoſuit, dixitque, ſi in illis tantum ſit quantum ad ſaporem conferendum ſufficit, leves ſanctitates comedantur ut graviores, & abſterſione atque immerſione opus habent, tactuque alias res inficiunt. Si vero illis non tantum ſit quantum ad ſaporem conferendum ſufficit, leves non comeduntur ut graves, neque abſterſione & immerſione opus habent, neque tactu inficiunt.

פוסלין במגע *Inficiunt tactu*, ſenſus eſt, quod ſanctis ſanctorum ſimilia ſunt, ita ut quicquid de cibis attigerit illa, inficiatur, ſi ſancta iſta fuerint reproba; vel iis in hoc ſimilia erunt, ita ut comedantur in ſanctitate, ſi legitima ſint, eo quod ſcriptum eſt Levit. 6, 20. כל אשר יגע בבשרה יקדש ad hæc dixerunt, conſecretur ut ſimile ſit iis, nempe ſi unum ſit reprobum, alterum quoque erit reprobum, ſin unum legitimum fuerit, alterum quoque legitimum erit, dummodo imbiberit humores; & hoc eſt quod dixerunt Sapientes, ex כל אשר יגע בבשרה intelligi poſſet, quaſi id infectum eſſet etſi non imbibiſſet, idcirco Lex addit בבשרה *ad carnem illius*, ergo neceſſe eſt ut imbiberit. Dixerunt porro, invenimus hoc in ſacrificiis pro peccato, ſed unde de cæteris ſanctitatibus rem colligimus? reſp. ex eo quod dicitur Levit. 6, 2. Miſna hæc ſecundum ſententiam R. Simeonis eſt, qui dicit ſancta levia non requirere abſterſionem, nec immerſionem; ſed jam diximus deciſionem non eſſe ſecundum R. Simeon.

פרק יב טבול יום ומחוסר כפורים אינן חולקין בקדשים לאכול לערב אונן נוגע ואינו מקריב ואינו חולק לאכול לערב בעלי מומין בין בעלי מומין קבועים בין בעלי מומין עוברים חולקים ואוכלים אבל לא מקריבים וכל שאינו ראוי לעבודה אינו חולק בבשר וכל שאין לו בבשר אין לו בעורות אפילו טמא בשעת זריקת דמים וטהור בשעת הקטר חלבים אינו חולק בבשר שנאמר המקריב את דם השלמים ואת החלב מבני אהרן לו תהיה שוק הימין למנה :

Caput 12. Lavandus eodem die, & egens expiationibus, non capiunt partem de ſanctis ad edendum circa veſperam. Plangens tangit, ſed non offert, nec capit partem ad comedendum in veſpera. Vitiati, ſive ſint vitia conſtantia, ſive vitia momentanea, participant ac edunt: ſed non offerunt. Quisquis non eſt aptus cultui, non participat de carne, & cuicunque non eſt (pars) in carne, (ei etiam) non eſt in pellibus. Etiamſi quis immundus ſit, hora ſparſionis ſanguinum, & purus in hora adolitionis pinguedinum; non participat de carne, quoniam dictum; *offerenti ſanguinem ſacrificiorum pacificorum & adipem e filiis Aharonis, erit crus dextrum in partem.*

R. OB. DE BARTENORA.

טבול יום Dicitur is qui de die quidem lotus eſt, ſed occaſum ſolis adhuc expectat. מחוסר כפורים *egens expiationibus*, ſeminifluus, leproſus, & puerpera, qui loti fuerint, & occaſum ſolis jam habuerint, attamen non adduxerint ſacrificium ſuum.

אינן חולקים בקדשים *Non capiunt partem de ſanctis*, quandoquidem ad edendum inepti ſunt, idcirco non capiunt partem ad edendum nocte, quando purificati fuerint, quia ſcriptum eſt Levit. 6, 19. הכהן המטמא אותה יאכלנה ſacerdos ergo is qui aptus eſt ad expiationem faciendam, capiat, qui vero non fuerit idoneus ad expiationem præſtandam, ne capiat. Nam dici nequit, quod ſacerdos inter offerendum inidoneus, non comedat, cum ſit minorennis ad expiationem inidoneus, qui comedat; niſi neceſſario dicendum ſit, id quod dicitur, *comedat*, intelligendum eſt quod participet ad comedendum. Et cum Lex participationem expreſſit voce אכילה *comeſtionis*, inde conſtat ſacerdotem ad edendum aptum, participare, ſin minus, non participare; idcirco ii qui vitio affecti ſunt, participare poſſunt, etſi enim non apti ſint ad expiationem præſtandam, tamen ad eſum apti ſunt, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 21, 22. *Et de ſanctis comedat.*

אונן נוגע *Lugens tangit*, ſi laverit ſe animumque non diſtraxe-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam aliquoties expoſuimus quod *eodem die lavandus*, & *expiationibus egens*, nequeunt comedere ſancta, neque eorum miniſteria obire, eo quod purificatio ipſorum nondum rite peracta eſt. Nam hypotheſis nobis eſt, quod quiſquis idoneus eſt ad comedendum, dividat ad comedendum; ſed quandoquidem hi tunc ad comedendum inidonei ſunt, non dant illis portionem ſuam ut eam ſervent uſque ad noctem, eandemque comedant dum purificatio perficitur, cum tamen vera intentio comedendi tantum ſit inter offerendum, ſicuti dicitur de munere Levit. 6, 7. & de ſacrificio pro peccato Levit. 6, 19. & de pacificis Levit. 7, 14. Hæc omnia dicere volunt, eum qui ad hoc opus eſt idoneus, edere poſſe, & non tantum eos qui miniſterio ſacro funguntur. Cæterum jura אונן *lugentis* jam expoſuimus capite ſecundo; huic prohibitum eſt attingere ſancta, niſi poſt lotionem, dummodo non confabuletur animumve ſuum abſtrahat, ſed ab immunditie ſibi caveat; ſi ſecus fecerit, ſancta infecit. Sic etiam *expiatione egens*, debet lavari ſi ad ſancta accedere velit, quemadmodum expoſuimus in tractatu Chagiga.

וכל שאינו ראוי לעבודה אינו חולק *Quiſquis non aptus eſt cultui, non participat*, hoc non colligitur ex eo qui vitio affectus eſt, quoniam hoc ſenſu de vitio affecto non ſolet fieri ſermo

ſtraxerit per omne luctus ſui tempus; nam ſi animum ſuum diſtraxerit, & tetigerit, etiam poſt lotionem, tamen inficit.

וכל שאינו ראוי לעבודה אינו חולק בבשר *Quisquis non aptus eſt cultui, is non participat de carne*, exceptis iis qui vitio affecti ſunt, nam etſi ad miniſterium ſacrum ſint inepti, tamen de carne participant, quoniam ii clare comprehendantur in eo quod dicitur Levit. 21, 22. & Levit. 6, 11. ubi ii ſermo, eo quod ſcriptum eſt Levit. 21, 22. לחם אלהיו מקדשי קדשים & poſtea. כל זכר בבני אהרון quibus includuntur vitio affecti, qui participant ſancta. Præterea nobis hypotheſis eſt quod non participant, niſi donec purificati fuerint ab eo tempore quo ſanguis ſparſus eſt donec adipes comburantur; ſi vero interim polluti fuerint, non participant. qui vitio affecti ſunt, includantur ad participationem, nam de comeſtione jam dictum eſt, *& de ſanctis comedet.* Sacerdos vero de ſanctis non participabit niſi donec purus ſit factus inde a ſparſione ſanguinis uſque ad combuſtionem adipum; ſi vero interim pollutus fuerit, non participabit.

ב כל שלא זכה המזבח בבשרה לא זכו הכהנים בעורה שנאמר עולת איש עולה איש שעלתה לאיש עולה שנשחטה שלא לשמה אף על פי שלא עלתה לבעלים עורה לכהנים אחד עולת האיש ואחד עולת האשה עורותיהן לכהנים:

2. In cujuſcunque carne nullum acquiſivit jus altare; in ejus cute etiam ſacerdotes nihil juris habent: dicitur namque; *holocauſtum viri*, h. e. holocauſtum, quod aſcendit viro. Holocauſtum quod mactatur abſque mentione nominis ſui, non quidem imputatur ſuo Domino, (tamen pertinet) pellis ad ſacerdotes. Sive holocauſtum viri ſit, ſive holocauſtum mulieris; cutes eorum ſacerdotibus (competunt.)

R. OB. DE BARTENORA.

כל שלא זכה המזבח בבשרה *In cujuſcunque carne nullum acquiſivit jus altare*, ſi ante ſanguinis aſperſionem quid reprobi ei acciderit, ita ut non fuerit ſatis temporis quo in ſacrificium altare ſuum jus acquirere poterat. עורה לכהנים *cutis illius ſacerdotibus cedit*, quandoquidem altare acquiſivit carnem illius, cum ea ſit legitima.

ואחד עולת אשה *Sive holocauſtum mulieris*, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 7, 8. Sed hic tantum viri mentio ſit; mulierum vero & ſervorum holocauſtum unde probatur? reſp. ex eo quod dicitur Levit. 7, 8. עור העולה quod includit utrumque; & quia Lex dicit *vir*, excipitur is qui holocauſtum ſuum ſancivit in templi reparationem, nam cutis ſancta eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Lex extat de holocauſto Levit. 7, 8. ad hæc Sapientes dixerunt quod in hocce caſu inter virum & mulierem nulla ſit diſtinctio; & quod Lex dicit, *vir*, excipit holocauſtum ſanctum, ſcil. ſi in templi ſumptum quis adduxerit holocauſtum, corium ſacrificii ſanctum eſt. Sed jam noſti quod holocauſtum ſub alieno titulo mactatum, legitimum ſit, etſi dominis non imputetur in debitum, nam cum altare acquirat carnem illius, ſacerdotes acquirunt corium.

ג עורות קדשים קלים לבעלים ועורות קדשי קדשים לכהנים קל וחומר מה אם עולה שלא זכו בבשרה זכו בעורה קדשי קדשים שזכו בבשרן אינו דין שיזכו בעורה אין מזבח יוכיח שאין לו עור מכל מקום:

3. Pelles ſanctorum levium, dominorum ſunt. Pelles verò ſanctorum ſanctorum, ſacerdotum: argumentando à minori ad majus; nam ſi in holocauſto, in cujus carne nihil juris habent, cutem tamen ſibi acquirunt, æquum non magis erit de ſanctis ſanctorum, quorum acquirunt carnem, ut acquirant etiam cutem eorum? (In contrarium) altare non præbet argumentum: quippe quod nihil omnino juris in cute habet.

R. OB. DE BARTENORA.

עורות קדשים קלים לבעלים *Pelles ſanctorum levium dominorum ſunt*, eo quod ſcriptum eſt Levit. 7, 8. עור העולה ſicuti ergo holocauſtum eſt ſanctum ſanctorum, ita quoque omnium ſanctiſſimorum pelles ad ſacerdotes pertinent. עורות קדשי קדשים *pelles ſanctorum ſanctorum*, ſacrificii pro peccato, & pro reatu, pellis ſacerdotibus cedit, quemadmodum auctor exponit deinceps.

אין המזבח מוכיח *Altare non demonſtrat*, nemo videlicet dicere poterit altare indigitare quaſi ad ipſum pertineat caro holocauſti, & non pellis; neque eſt ut quiſquam miretur ſancta ſanctorum, quod caro eorum ad ſacerdotes pertineat, ſecus autem pellis; nam hæc non eſt demonſtratio, cum altari non cedat pellis ullo modo; ſed ad ſacerdotes pertinere pellem holocauſti, compertum eſt, & eo magis ſanctiſſimarum rerum pelles.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Argumentati ſunt argumento a minori ad majus, dicendo, מזבח מוכיח *ara demonſtrat*, ſcil. id capere carnem, & non pellem; idcirco nolito mirari ſancta ſanctorum, nam etſi carnem eorum capiant, non tamen pellem capiet? reſpondetur ad argumentum; *altare non demonſtrat, quippe quod nihil omnino juris in cute habet.* Senſus eſt, quod in altare nullatenus offerri debet pellis, neque in holocauſticis, neque in aliis ſacrificiis pro peccatis; ſi vero aliquod ſacrificium cum pelle ſua oblatum ſit, dicamus de ſanctis ſanctorum, altare demonſtrat quod caro acquiratur, ſcil. adipes, ſed non pelles, ſicuti pelles in tali ſacrificio acquirunt. Sed cum altare nullo modo ſibi acquirat pelles, ne holocauſti quidem, non convenit ut doceamus id quod non acquirit ſanctiſſimarum rerum pellem; atque hoc argumentum confirmatur de ſacerdotibus, quibus cedit corium holocauſti, ſacrificii pro peccato, & pro reatu.

ד כל הקדשים שאירע בהם פסול קודם להפשיטן אין עורותיהם לכהנים לאחר הפשיטן עורותיהם לכהנים אמר רבי חנינא סגן הכהנים מימי לא ראיתי עור יוצא לבית השריפה אמר רבי עקיבא מדבריו למדנו שהמפשיט את הבכור ונמצא טרפה שיאותו

4. Nullorum ſanctorum, in quibus obtingit profanatio ante excoriationem, pelles ſunt ſacerdotum: ſin poſt excoriationem, pelles illorum ſunt ſacerdotum. Dixit R. Chanina præfectus ſacerdotum, à diebus vitæ meæ non vidi educi in locum combuſtionis. Inquit R. Akiba; ex ejus verbis diſcimus, quod ſi quis excoriat primogenitum, & reperitur diſcerptum, ſacerdotes cute ejus fruantur. Verum enimvero

שיאותו הכהנים בעורו וחכמים אומרים אין לא ראינו ראיה אלא יוצא לבית השריפה :

verò Sapientes ajunt; utique ita ſe habeat, attamen non videmus ullam demonſtrationem: igitur educitur in locum combuſtionis.

R. OB. DE BARTENORA.

אין עורותיהן לכהנים *Pelles eorum non cedunt ſacerdotibus*, ſed ſacrificia iſta reproba una cum pellibus ſuis comburi debent. לא ראיתי עור יוצא לבית השריפה *non vidi pellem educi in locum combuſtionis*, poſt excoriationem, ſi diſcerptum ſit inventum, etſi ante excoriationem hoc ei acciderit, quandoquidem vitium hocce non fuit conſpicuum ante excoriationem.

שהמפשיט את הבכור ונמצא טריפה *Si quis primogenitum excoriaverit, & poſtea diſcerptum deprehenſum fuerit*, hoc nos docet R. Akiba quod ſacerdotes fruantur pelle illius, licet primogenitum vitiatum ob ipſius vitium mactatum ſit extra Jeruſolymam, quod Lex tantum reſpectu comeſtionis permittit, ſicuti eſt Deut. 15, 22. בשעריך תאכלנו Verum ſi id ſponte obierit, pellis illius prohibita eſt, & ſepeliri debet; hocce in caſu nos docet R. Akiba, quod ſi non conſtiterit de laceratione illius niſi poſt excoriationem demum, mactatio & excoriatio pellem reddit licitam, perinde ac ſi in templo ſanguis conſperſus fuerit. *Sacerdotes pelle illius fruantur*, & non debet comburi. אין לא ראיתי ראיה *iſtud non vidi, nihil probat*, quia forſan id in tempore illius non contigit, ut poſt excoriationem diſcerptum ſit inventum; ſi vero id contigerit, atque combuſtum fuerit primogenitum, ipſe vero non viderit, ſed alii viderint, *educitur in locum combuſtionis*, quandoquidem ante excoriationem hoc ei vitium acciderit; deciſio eſt ſecundum R. Akibam de primogenito vitiato a Sapiente quodam permiſſo; ſi vero iſtud non permiſerit Sapiens, non licet: deciſio eſt ſecundum Sapientes de primogenito perfecto, quod nempe illius caro ſepeliri debeat, & pellis comburi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod R. Akiba dicit rem tantum intelligendam eſſe de primogenito vitiato, quod dicto Sapientis cujuſdam mactatum eſt, etiam per totam terram Iſraëlis, ſicuti exponitur in Berachot, & poſtea diſcerptum deprehenſum fuerit, illius ſcil. pelle frui licitum eſſe; deciſio eſt ſecundum R. Akibam. Cæterum quod Sapientes dicunt, primogeniti perfecti & in atrio mactati ut offeratur, & poſtea diſcerpti comperti, jus ſe habere ſecundum Sapientes ut caro ſepeliatur, & pellis comburatur; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ה פרים הנשרפים ושעירים הנשרפים בזמן שהן נשרפים כמצותם נשרפים בבית הדשן ומטמאים בגדים ואם אינן נשרפים כמצותם נשרפים בבית הבירה ואינם מטמאים בגדים :

5. Juvenci comburendi, & hirci comburendi, quo tempore comburuntur juxta præceptum eorum, comburuntur in loco cineris, atque impura reddunt veſtimenta. At ſi non juxta præſcriptam legem comburuntur, comburuntur in ſanctuario, & non immundant veſtes.

R. OB. DE BARTENORA.

פרים הנשרפים *Juvenci qui comburuntur*, uti ſunt juvencus ſacerdotis uncti, juvencus pro re occulta, & juvencus diei expiationis. ושעירים הנשרפים *& hirci qui comburendi ſunt*, hircus diei expiationis, & hirci pro idololatria offerendi. נשרפים בבית הדשן *comburuntur in loco cineris*, extra tria caſtra; ſtante autem Templo extra Jeruſolymam, quia de illis ſcriptum eſt Levit. 4, 12. אל מחוץ למחנה nimirum præter tria caſtra.

מטמאין בגדים *Polluunt veſtes*, eas in quibus occupati ſunt, ſicuti dicitur Levit. 16, 28. והשורף אותם יכבס בגדיו quoties autem dicitur, *lavet veſtes*, non tantum veſtes quas induit intelligendæ ſunt, quod lavari debent ſi pollutæ ſunt, ſed & omnis veſtis quæ eas tetigerit, polluitur, & lavari debet, ſi veſti pollutæ conjuncta ſit.

ואם אינן נשרפין כמצותן *Et ſi non ſecundum Legis præſcriptum comburuntur*, ſi reproba facta ſint veſtimenta, & comburi debuerint quemadmodum reliqua ſancta reproba. בבית הבירה *in Sanctuario*, ſi ante introitum iii atrium illis contigerit quid reprobi, ſive ante ſparſionem ſanguinis, ſive poſt illius ſparſionem, comburantur in atrio; ſi illis aliquid reprobi acciderit poſt exitum ex atrio, comburantur in loco combuſtionis, qui in monte Templi eſt, ubi eſt בית הבירה.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam aliquoties expoſuimus quod juvenci qui comburuntur, ſunt juvencus diei expiationis, juvencus qui offertur pro omnibus præceptis, & juvencus pro re occulta. Hirci autem ſunt, hircus diei expiationis, & hirci pro idololatria commiſſa offerendi. Combuſtionis vero loci ſunt tres, quorum primus eſt atrium Templi, illic enim ſancta reproba comburenda ſunt, & adipes ſanctorum levium quæ reproba facta ſunt, & juvenci hircique qui comburuntur, quibus aliquid reprobi accidit tam ante quam poſt ſparſionem ſanguinis. Secundus comburendi locus eſt mons Templi, ibique juvenci hircique comburuntur ſi quid reprobi illis acciderit poſt exitum ex atrio, qui locus vocatur בירה. Tertius comburendi locus vocatur מקום הדשן *locus cineris*, qui extra civitatem ſanctam ſitus eſt, qui reſpectu ſanctitatis ſe habet ut locus extra caſtra Iſraëlis cum tabernaculo conventus, nam illic comburebant juvencos & hircos qui comburebantur, quia de illis dictum eſt, *extra caſtra*; ad hæc dixerunt, extra tria caſtra, ſcil. caſtra tabernaculi, caſtra Levitarum, & caſtra Iſraëlitarum. De juvenco & hirco diei expiationis, nam illi polluunt veſtimenta illius qui iſtos comburit vel adducit, a Moſe dicitur Levit. 16, 28. והשורף אותם יכבס בגדיו nam ubi Lex dicit יכבס בגדיו intelligitur immundus & immunda, nam horum verborum ſcopus eſt, quod ſi immundus tetigerit veſtimenta in tempore immunditiei, ea polluit, ſi cum illis aliquo modo conjunctus ſit. Præterea dixerunt, omnibus quæ comburuntur unus eſt pater, ſcil. ut veſtes polluant; porro hujus immunditiei jura exponentur in tractatu Para.

ו היו סובלין אותן במוטות יצאו הראשונים חוץ לחומת העזרה והאחרונים לא יצאו הראשונים מטמאים בגדים והאחרונים אינן מטמאים בגדים עד שיצאו יצאו אלו ואלו מטמאים בגדים רבי שמעון אומר אלו ואלו אינן מטמאים בגדים עד שיצת האור ברובן ניתך הבשר אין השורף מטמא בגדים :

6. Quando exportant iſta ſuper vectibus, tum ſi egreſſi fuerint priores extra murum atrii, dum poſteriores non egreſſi ſunt: Priores immunda faciunt veſtimenta, ſed poſteriores non immundant veſtimenta, uſque dum egreſſi fuerint & ipſi. Sin egreſſi fuerint omnes, tunc etiam omnes immunda habebunt veſtimenta (ſua.) R. Schimeon (malè) negat, ullos polluere veſtimenta, uſque dum exortus fuerit ſol ſuper pleroſque eorum. Si diſciſſa fuerit caro, incendens veſtimenta haud maculat.

R. OB. DE BARTENORA.

היו סובלין אותן *Portabant iſta*, ea quæ comburenda erant ſecundum præcepta eorum, & hæc ferebant ad locum combuſtionis. הראשונים *priores*, ii qui ea vectibus ferebant, priores egrediebantur, poſteriores vero qui erant ab altera parte, non egrediebantur.

נתך הבשר *Si diſciſſa fuerit caro*, ſi aduſtio illius perfecta fuerit, is qui operam tulerit, non polluit veſtes; ſed antea, omnes qui combuſtioni operam dederint, veſtimenta polluunt, idcirco ſcriptum eſt Levit. 16, 28. והשורף אותם יכבס בגדיו nimirum inter comburendum. Ne vero quis diceret eum qui poſtquam animal in cinerem redactum eſſet, polluere veſtes, idcirco ſcriptum eſt אותם *illos*, illos igitur polluunt veſtes, at ſi in cinerem redacti fuerint, non polluunt veſtimenta. Cæterum juvenci & hirci qui comburendi ſunt, ipſi non polluunt homines, neque veſtimenta quæ eos tetigerint, quiſquis autem combuſtioni operam dederit, is ex conſtitutione Legis polluit; & ſecundum Sapientes, poſtquam egreſſi fuerint ii qui portant vectes; ſed ſecundum R. Simeon, quando ignis incenſus fuerit maxima ex parte; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scias quod juvenci & hirci qui comburuntur, ipſi non polluunt tactu, neque veſtimenta ipſa quæ illos tetigerint, polluunt; ſed edulia & liquores duntaxat polluunt, non hominem neque vaſa. Verum qui ea combuſſerit, eſt is qui veſtimenta polluit, & hoc ita ex Lege; qui vero ea portaverit etiam ad locum combuſtionis, polluit veſtimenta, & hoc ex Traditione. Hæc collegerunt ex eo quod ſcriptum eſt de juvenco pro re occulta offerendo Levit. 16, 28. והוציא את הפר אל מחוץ למחנה ad hæc dixerunt, quandoquidem extra una caſtra exierunt, idcirco is qui occupatur in illis, polluit veſtimenta; una caſtra comprehendunt tabernaculum, quibus poſtea ſucceſſit atrium templi; mons Templi ſucceſſit caſtris Levitarum; urbs vero Jeruſolyma ſucceſſit atrio Iſraëlitarum.

ניתך *Diſciſſa*, detrita, quemadmodum caro eſt in principio combuſtionis, quando humor illius defluxit. Sapientes vero R. Simeoni contradicentes, dicunt, *incendens veſtimenta non polluit*, inter comburendum; at ne quis inde intelligeret quaſi poſt combuſtionem, polluerentur veſtimenta, idcirco dicit Lex אותם *illos*, illos ergo veſtes polluunt; at ſi jam in cinerem redacti fuerint, non polluunt veſtes, videlicet is qui cinerem dimoverit, vel combuſtionem promoverit, vel portaverit, non polluitur a veſtibus, ob rationem quam dedimus; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

פרק יג השוחט והמעלה בחוץ חייב על השחיטה וחייב על העליה רבי יוסי הגלילי אומר שחט בפנים והעלה בחוץ חייב שחט בחוץ והעלה בחוץ פטור שלא העלה בחוץ אלא דבר פסול אמרו לו אף השוחט בפנים ומעלה בחוץ כיון שהוציאו פסלו:

Caput 13. Si quis mactaverit ſimulque obtulerit foris, reus eſt propter mactationem, reuſque propter oblationem. R. Joſe Galilæus dicit; ſi mactaverit intus, atque obtulerit foris, peccat. Si mactaverit foris, obtuleritque foris, liber eſt, quia non obtulit foris, niſi rem profanam. Objecerunt ei, etiam is qui mactat intus, & offert foris, poſtquam eduxit, profanavit illud.

R. OB. DE BARTENORA,

השוחט *Qui mactaverit*, ſancta foris, eaque foris adduxerit cum una actione ipſi occulta. *Tenetur ob mactationem, & oblationem*, quia duo ſunt peccata diſtincta, nam de utroque ſcriptum eſt, *qui mactaverit & qui obtulerit.* כיון שהוציאו פסלו *quandoquidem eduxit id, fecit id reprobum*, nihilominus tamen tenetur, perinde autem ſive quis mactaverit foris, ſive obtulerit foris. R. Joſe Galilæus dicit, qui mactaverit intus, & obtulerit foris, is habuit tempus quo ſacrificium fieri poterat legitimum; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen Galilæum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Lex eum qui extra ſanctuarium offert ſacrificia, teneri exciſione, quemadmodum ſcriptum eſt Levit. 17, 8. Controverſia autem R. Joſis Galilæi contra Sapientes, hæc eſt, R. Joſe dicit, qui intus mactaverit & foris obtulerit, licet reprobi quid obtulerit, tamen ſatis temporis habuit quo id legitimum fieri poterat; verum ſi quis mactaverit foris, non ſuperfuit tempus quo legitimum fieri poterat. Quod autem dicit, *liber eſt*, illius ſenſus eſt quod liber ſit propter oblationem; ſed de mactatione omnes conveniunt, quod tenetur, quia ſcriptum eſt Levit. 17, 9. ואל פתח אהל מועד לא יביאנו idcirco doctor primus dicit quod ſi mactaverit foris, & foris obtulerit, bis tenetur; R. Joſe dicit, ſemel; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

ב טמא שאכל בין קדש טמא ובין קדש טהור חייב רבי יוסי הגלילי אומר טמא שאכל טהור חייב וטמא שאכל טמא פטור שלא אכל אלא דבר טמא אמרו לו אף טמא שאכל טהור כיון שנגע בו טימאהו וטהור שאכל טמא פטור שאינו חייב אלא על טומאת הגוף:

2. Immundus ſi ederit, ſive ſanctum immundum, ſive ſanctum mundum, reus eſt. R. Joſe Galilæus dicit; Impurus ſi ederit purum, reus ſit: ſed impurus ſi ederit impurum, liber eſt, quia non edit, niſi rem pollutam. Objecerunt ei; etiam pollutus ſi ederit mundum, poſtquam tetigit illud, immundum fecit illud; verum purus ſi ederit impurum, liber eſt, quia non niſi ſuper immunditie corporis reus ſit.

R. OB. DE BARTENORA.

הטמא שאכל וכו׳ *Immundus ſi comederit, &c.* quia R. Joſe Galilæus & Sapientes in duobus caſibus contrarii ſunt, & duæ controverſiæ iſtæ inter ſe conveniunt, idcirco auctor Miſnicus eos una refert. *R. Joſe Galilæus dicit, impurus ſi ederit purum, reus ſit*, nempe ſi primum corpus pollutum fuerit, & caro deinceps, omnes concedunt quod excidio tenetur; diſſentiunt autem quando caro prius & deinde corpus pollutum fuerit, Sapientes dicunt obtinere *prohibitionem comprehendentem*, nam cum in ipſum ceciderit prohibitio immunditiei corporis ad prohibendum carnem puram,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnes in hoc conveniunt quod ſi pollutum fuerit corpus, & poſtea caro, tenetur excidio ſi de iſta carne comederit; idcirco nemo eſt qui contra R. Joſen argumentatur in eo quod dixerunt, quoniam ſi eam tetigerit, polluta eſt. Sed controverſia tantum eſt ſi caro polluta fuerit, & poſtea vir qui eam comederit. Sapientes dicunt, tenetur excidio, nam ii putant quod ſit prohibitio comprehendens, nimirum, ſicuti prohibita eſt caro pura, & homo propter eam tenetur, & hoc propter vim rerum ſanctarum. Sed R. Joſe non ſtatuit prohibitionem comprehendentem; quænam vero ſit

אסור

ram, quæ antea ei erat licita, etiam in ipſum cecidit caro immunda, etſi prohibita eſſet, ut illius cauſa reus fiat propter immunditiem corporis. R. Joſe Galilæus putat quod una prohibitio cadat in alteram in prohibitione comprehendente; ſed quod prohibitio immunditiei corporis non cadit in prohibitionem immunditiei carnis; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen Galilæum.

וטהור שאכל טמא פטור *At purus qui comedit impurum, liber eſt*, ab excidio liber eſt, attamen plagis tenetur propter præceptum quod extat Levit. 7, 19. *Quia non tenetur niſi ob immunditiem corporis*, quemadmodum ſcriptum eſt Levit. 7, 20. qui locus de immunditie corporis intelligendus eſt.

אסור כולל *prohibitio comprehendens*, exponetur ſuo loco in Keritot. Sed a parte corporis non tenetur excidio, niſi is ipſe pollutus fuerit, & tum immunditiei carnis non habetur ratio; atque hoc eſt quod ſcriptum eſt Levit. 7, 21. Cæterum quod auctor dicit פטור *liber eſt*, intelligendum eſt quod liber ſit ab excidio, attamen flagellis dignus. In Toſaphta ad codicem Zevachim ſcriptum eſt, mundus eſt qui comedit immundum, & qui de ſanctis comederit ante ſanguinis ſparſionem, quadraginta luet plagas; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

ג חומר בשחיטה מבעליה ובעליה מבשחיטה חומר בשחיטה שהשוחט להדיוט חיב והמעלה להדיוט פטור חומר בעליה שנים שאחזו בסכין ושחטו פטורים אחזו באבר והעלוהו חיבין העלה וחזר והעלה וחזר והעלה חיב על כל עליה ועליה ד״ר שמעון רבי יוסי אומר אינו חיב אלא אחת ואינו חיב עד שיעלה לראש המזבח רבי שמעון אומר אפילו העלה על הסלע או על האבן חיב :

3. Strictius jus eſt in mactatione quam in oblatione, & (viciſſim) in oblatione quam mactatione. Strictius jus eſt in mactatione; quia quando quis mactat pro Idiota, reus eſt; e contrario ſi offert pro Idiota, liber eſt. Strictius jus eſt in oblatione; Nam duo ſi acceperint cultrum, atque mactarint, liberi ſunt; ſi ſumſerint membrum & obtulerint illud, rei ſunt. Si quis obtulit & rediit, rurſuſque obtulit ac rediit, & tertium obtulit, reus eſt ſuper qualibet oblatione: hæc dixit R. Schimeon. R. Joſe verò (rectè) dicit; non reus ſit niſi unius oblationis, & non reus ſit, donec obtulerit in principio altaris. R. Schimeon licet inquiat, etiamſi obtulerit ſuper petra, aut ſuper lapide, reus ſit.

R. OB. DE BARTENORA.

שהשוחט להדיוט חייב *Nam is qui mactaverit pro Idiota, tenetur*, qui foris mactaverit ſancta in cibum idiotæ, is tenetur; qui vero obtulerit foris pro idiota, liber eſt propter oblationem foris peractam, nam de mactatione ſcriptum eſt Levit. 17, 4. דם יחשב לאיש ההוא licet mactaverit pro viro. De oblatione ſcriptum eſt Levit. 17, 9. לעשות אותו ליהוה ſed non tenetur ſi foris obtulerit niſi donec interdederit in Dominum.

ושחטו פטורים *Et ſi mactaverint, liberi ſunt*, quia ſcriptum eſt Levit. 17, 4. דם יחשב לאיש ההוא ſi unus ſit & non duo והעלוהו חייבים *& ſi obtulerint, tenentur*, eo quod ſcriptum eſt Levit. 17, 3. איש איש מבית ישראל וגו׳ ubi dicitur *vir vir* ad includendum duos qui uni membro dederint operam, idque obtulerunt, & hi tenentur. העלה *ſi obtulerit*, & poſtea hoc ei innotuerit. *Et denuo obtulerit*, de eodem animali, tum ob quamlibet oblationem tenetur.

עד שיעלה לראש המזבח *Donec ad verticem altaris adduxerit*, quemadmodum ſcriptum eſt Gen. 8, 20. Unde probatur quod ne quidem in במת יחיד *altare hominis privati*, quod foris eſt, obtineat oblatio abſque מזבח *ara*. *Etiamſi obtulerit in petra*, eo quod ſcriptum eſt Levit. 17, 6. Sed in altari hominis privati non obtinet jus aræ; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia hæcce jura Traditione recepta ſunt, quamvis locis aliquot Scripturæ nitantur; dixerunt itaque eum qui mactat pro idiota, teneri, quemadmodum ſcriptum eſt Levit. 17, 4. דם יחשב לאיש ההוא licet pro viro mactaverit. De oblatione dicit Lex Levit. 17, 9. לעשות אותו ליהוה Requiritur ergo intentio in Deum; & tum tenetur foris excidio; intus vero liber eſt. De eo qui foris mactaverit, loquitur Lex Levit. 17, 3. אשר ישחט שור כשב או עז unius itaque ſit mentio, non duorum. De oblatione foris peracta ſcriptum eſt Levit. 17, 3. איש איש מבית ישראל licet duo fuerint; præterea de oblatione foris peracta dicitur, *ad faciendum eam pro Domino*. Propterea dicit R. Simeon huncce caſum intelligendum eſſe de quolibet membro, idcirco ob quodlibet membrum tenetur, ſi foris obtulerit. R. Joſe dicit rem intelligendam eſſe de toto ſacrificio, idcirco dicit quod ob integrum tenetur, & non propter id quod deficit. R. Joſe dicit etiam quod nomen illius qui obtulerit foris, non vocetur, niſi in altari; deciſio eſt ſecundum R. Joſen in omnibus.

ד אחד קדשים כשרים ואחד קדשים פסולים שהיה פסולן בקודש והקריבן בחוץ חיב המעלה כזית מן העולה ומן האמורים בחוץ חיב הקומץ והלבונה והקטורת ומנחת כהנים ומנחת כהן המשיח ומנחת נסכים שהקריב מאחד מהן כזית בחוץ חיב רבי אלעזר פוטר עד שיקריב את כולו וכולם שהקריבן בפנים ושייר בהן כזית והקריבן בחוץ חיב וכולם שחסרו כל שהן והקריבן בחוץ פטור :

4. Sive ſancta proba, ſive ſancta reproba ſint; ſi reproba fuerint facta in ſancto & obtulerit quis ea foris; reus eſt. Si quis obtulerit inſtar olivæ de holocauſto, aut adipibus foris, reus eſt. Si quis collegerit in pugillum (farinam,) aut thus, aut ſuffitum, aut munus ſacerdotum, aut munus ſacerdotis uncti, aut munus libaminum, obtuleritque ex uno iſtorum ſicut olivam foris, reus eſt. R. Eleaſar liberum dicit, donec obtulerit totum. Quod ſi, quæcunque ſint, obtulerit intus, at reliquerit de iis tanquam olivam, obtuleritque foris, reus ſit: contrà, quibuſcunque quid defecerit, atque (poſtea) obtulerit ea foris, liber eſt

R. OB. DE BARTENORA.

שהיה פסולן בקדש *Si reproba fuerint facta in ſancto*, ut id quod

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

היה פסולן בקדש *Si reproba fuerint facta in ſancto*, ut, ſi quid

quod pernoctaverit, vel extra locum ſanctum exierit, vel extra legitimum tempus mactatum fuerit, ne deſcendat ſi intus aſcenderit, ſed acceptum ſit; attamen foris ejuſmodi ſacrificium ad reatum obligat, quia ſcriptum eſt Levit. 17, 9. לעשות אותו ליהוה Quidquid ergo pro Domino fieri debet, id obligat propter locum Templi exteriorem, & quicquid non fit pro Domino, id non obligat propter exteriorem templi locum. המעלה מן העולה ומן האמורים בחוץ *Si quis de holocauſto aut adipibus inſtar olivæ obtulerit foris*, dimidium quantitatis olivæ ex uno atque altero, tum tenetur, quia omnia comburi debent. ולבונה *aut thus*, doni ſpontanei. והקטרת *& ſuffitum*, quotidianum, unum dimidium mane, alterum vero veſperi. ומנחת כהנים *& munus ſacerdotum*, quod penitus comburendum eſt, & aptum ut offeratur, quemadmodum pugillus muneris Iſraëlitæ; ſed reliquiæ muneris Iſraëlitæ non obligant propter oblationem foris peractam. ומנחת כהן המשיח *& munus ſacerdotis uncti*, quod eſt decima pars Ephæ quotidie offerenda. כזית *olivæ quantitas*, hæc eſt quantitas quæ comburi debet. *Donec obtulerit totum*, nam R. Eleazar putat quod omnia permittentia faciunt reproba in defectu; quoties vero iſta omnia non offeruntur, toties non cenſetur combuſtio qua poſſeſſores officio ſuo ſatisfacere poſſunt. Secundum Sapientes combuſtio quoque ſtatuitur in quantitate olivæ, quando omnia adhuc exiſtunt, & ante combuſtionem nil deeſt. *Et reliquerit de illis olivæ quantitatem*, *tenetur*, quia iſta quantitate perficitur combuſtio. וכלן שחסרו כל שהן *& omnia quibus quantulacunque deeſt quantitas*, ante combuſtionem, per modum perditionis, tum defectu ipſorum fiunt reproba, quia ſcriptum eſt Levit. 2, 3. והנותרת מן המנחה quod excipit id cui aliquid deeſt, vel cui ante combuſtionem defuit pugillus.

quid pernoctaverit, vel extra locum ſanctum exierit, & qui mactaverit extra tempus ſuum, & extra locum ſuum; & ſacrificium pro peccato, & Paſcha alieno ſub titulo mactatum. Hæc vero omnia colliguntur ex eo quod ſcriptum eſt Levit. 17, 9. לעשות אותו ליהוה Ergo ob id omne quod fit pro Domino, obligantur exceſſu loci. Omnium vero rerum hic commemoratarum jus vult ut penitus comburantur, ſicuti expoſuimus capite quarto; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezerem.

ה המקריב קדשים ואמוריהם בחוץ חייב מנחה שלא נקמצה והקריבה בחוץ פטור קמצה וחזר קמצה לתוכה והקריבה בחוץ חייב :

5. Si quis obtulerit ſancta adipeſque eorum foris, reus fit. Si munus, quo de non ſumtus eſt pugillus, obtulerit foris, liber eſt. Si pugillum ex eo ſumſerit, & pugillus (hic) ejus in illud reciderit, tumque id obtulerit foris, reum ſe facit.

R. OB. DE BARTENORA.

קדשים ואמוריהם *Sancta & adipes eorum*, nam ſi carnem & adipes ſimul offerebant, tenebatur propter adipes; nam non dicimus quod caro inter adipes & ignem dividat, ſic etiam intus obtinet oblatio, quia ſcriptum eſt Levit. 1, 8. על העצים אשר על האש Pariter dici nequit, is qui foris illa extulerit, tenetur, quia res ejuſdem ſpeciei non dividunt. מנחת שלא נקמצה *munus de quo non ſumptus eſt pugillus*, hoc non aptum eſt ad ſacerdotes, idcirco liber eſt quiſquis obtulerit. *Si pugillum ex eo ſumpſerit*, *& iſte pugillus poſtea in illud reciderit*, *atque id obtulerit foris*, *reum ſe facit*, ſi vero ſimile quid fecerit intus, liber eſt, ſicuti Miſna dixit capite tertio tractatus Menachot, ſi pugillus mixtus fuerit cum reliquiis, non comburuntur, ſi tamen caſu comburitur, bene habet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קדשים ואמוריהם *Sancta & adipes eorum*, ſi hæc omnia obtulerit ſacerdos & inter adipes non diſtinxerit; nam dicere non poſſumus quod caro inter adipes ignemque dividat, quia nobis hypotheſis eſt quod res ejuſdem ſpeciei inter ſe non dividant. Munus autem ſine pugillatione, liberum eſt, quia pugillatio nota ſit inſtar adipum; vides itaque quod ſi pugillum ceperit, & poſtea denuo miſcuerit, ſimile ſit pugillo, idcirco tenetur.

ו הקומץ והלבונה שהקריב את אחד מהן בחוץ חייב רבי אלעזר פוטר עד שיקריב את השני אחד בפנים ואחד בחוץ חייב שני בזיכי לבונה שהקריב את אחד מהן בחוץ חייב רבי אלעזר פוטר עד שיקריב את השני אחד בפנים ואחד בחוץ חייב הזורק מקצת דמים בחוץ חייב רבי אלעזר אומר אף המנסך מי חג בחג בחוץ חייב רבי נחמיה אומר שירי הדם שהקריבן בחוץ חייב :

6. De manipulo (farinæ) & thure ſi obtulerit quis unum foris, reus eſt. R. Eleaſar remittit, donec obtulerit alterum. Si unum intus, alterumque foris, reus eſt. Si duarum acerrarum thuris obtulerit unam foris, reus eſt. R. Eleaſar liberum dimittit, uſque dum obtulerit alteram. Sin unam intus & alteram foris, reus eſt. Si quis ſparſerit partem ſanguinum foris, reus eſt. R. Eleaſar dicit, etiam ſi libat aquas feſti in feſto extrà, reus eſt. R. Nehemia inquit, ſi foris offert reliquias ſanguinis, reus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

הקומץ והלבונה *Pugillus & thus*, muneris ſpontanei; uterque permittit reliquias in cibum, idcirco R. Eleazar permittit, quia dicit quod combuſtio neceſſaria ſit ex omni eo quod permittit. אחד בפנים *unum intus*, prius, & poſtea alterum foris, tum tenetur, quia hæc eſt perfectio ipſius in qua omnia conſiſtunt.

שני בזיכי לבונה *Duæ thuris acerræ*, quæ panem reddunt licitum. מי החג *aquæ feſti tabernaculorum*, quæ in libamen aquæ effuſæ ſunt in feſto tabernaculorum; ſi foris eas libaverit, tenetur, nam putat quod libatio aquæ in feſto tabernaculorum obtineat ex Lege, idcirco foris ob illam tenetur; deciſio non eſt ſecundum R. Eleazar in tota hac Miſna. Cæterum aquæ libatio non eſt ex Lege, ſed ex traditione Moſis in Sinai.

שירי

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam noſti quod juxta verba Legis thus totum comburendum ſit, duæ autem acerræ thuris ſunt eæ quas ſuper ſtructura panis facierum ponunt, & hæ acerræ ambæ incendendæ ſunt ſingulis Sabbathis, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 24, 7. על המערכת לבונה זכה Cæterum in tractatu Succa jam expoſitum eſt, quod in feſto Tabernaculorum aquam in altari effundebant. R. Eleazar putat hoc fieri debere ex Lege, idcirco dicit, eum qui in feſto tabernaculorum libaverit, liberum eſſe. Sed res ita non eſt, cum ſit traditio Moſis e Sinai. Quod autem dicit R. Nehemia, id de ſanguinis reliquiis intelligendum eſt intus. Sed de reliquiis ſanguinis foris offerendis omnes concedunt, quod ſunt reliquiæ præcepti, & non impediunt, idcirco is qui foris ſparſerit, liber eſt; deciſio non eſt ſecundum

R. Elea-

שירי הדם שהקריבן בחוץ חייב *Si foris offerat ſanguinis reliquias, reus eſt*, ſermo eſt de ſanguinis reliquiis intus offerendis, & R. Nehemia putat quod reliquiæ ſanguinis impediunt in ſacrificiis, idcirco eſt cultus foris obligans ad reatum. Sed de reliquiis ſanguinis in altare exterius offerendis concedit R. Nehemia quod ea propter præceptum duntaxat veniunt, & non ad impediendum, propterea abſque dubio liber eſt is qui ſparſerit; deciſio non eſt ſecundum R. Nehemiam.

R. Eleazarem in eo quod dixit, nec ſecundum R. Nehemiam.

ז המולק את העוף בפנים והעלה בחוץ חייב מלק בחוץ והעלה בחוץ פטור השוחט את העוף בפנים והעלה בחוץ פטור שחט בחוץ והעלה בחוץ חייב נמצא דרך הכשרו מבפנים פטורו (נ"ל) בחוץ דרך הכשרו בחוץ פטורו בפנים רבי שמעון אומר כל שחייבין עליו בחוץ חייבין על כיוצא בו בפנים שהעלהו בחוץ חוץ מן השוחט בפנים ומעלה בחוץ:

7. Si quis ungue ſecat avem intus, & offert foris, reus eſt. Si diſcerpit foris, & offert foris, immunis eſt. Si mactat avem intus, atque offert foris, liber eſt. Si mactat foris, reus eſt. Reperitur modus, quo quod rectum eſt intus, liberum fit foris; (itemque) modus, quo quod rectum foris, eſt licitum intus. Rabbi Schimeon ait, ſuper quocunque rei fiunt foris, rei fiunt ſuper ſimili etiam intus, quando quis offert illud foris, excepto eo, qui mactat intus, & offert foris.

R. OB. DE BARTENORA.

מלק בחוץ *Si ungue ſecuerit foris*, tum pro cadavere habetur, quia nulla ungue ſectio legitima eſſe poteſt niſi intus, idcirco propter oblationem foris nemo tenetur; ſi vero dixeris, omnia quæ foris oblata ſunt, reproba facta ſunt exitu ſuo; ſic etiam ſi quis mactaverit foris, ſacrificium reprobum factum eſt, & tenetur propter oblationem illius? reſp. Legem illic incluſiſſe ſi foris mactaverit &c. ſed in reliquorum reproborum caſu, ſanguis intus excipi debet.

שחט בחוץ והעלה בחוץ חייב *Si mactaverit foris & obtulerit foris, tenetur*, etiam propter oblationem, idcirco omnis qui ob mactationem tenetur foris, ſi is vel alius quiſpiam obtulerit, tenetur. *Reperitur modus, quo quod rectum eſt intus, liberum fit foris*, in Gemara dicitur, modus obligationis intus eſt, liberatio ipſius foris, & modus obligationis foris eſt, liberatio ipſius intus, ut, ſi quis avem mactaverit intro, eamque obtulerit foris, liber eſt; ſi foris mactaverit, & foris quoque obtulerit, tenetur; ſi ungue ſecuerit, & foris obtulerit, tenetur; ſi foris ungue ſecuerit, & foris etiam obtulerit, liber eſt; quomodo fiet ut quum tenetur propter oblationem illius, ſi miniſterium primum factum ſit intro, uti eſt ungue ſectio intro, liber ſit propter oblationem, ſi ungue ſectio facta ſit foris. Modus vero obligationis qua propter oblationem tenetur, eſt, ſi miniſterium primum factum ſit foris, uti in mactatione: *R. Simeon ait, ſuper quocunque rei fiunt foris, ſuper ipſius ſimili etiam intus*, ad primi doctoris verba quædam addenda ſunt, hoc modo; ſic etiam is qui nocte mactavit animal intus, idque foris obtulerit, liber eſt, quia intus excipi nequit ſanguis, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 19, 6. ביום זבחכם ergo non nocte, quomodo fit ut nocte mactatum ſit reprobum, & propterea non tenetur ſacerdos propter oblationem ipſius. Verum ſi nocte mactaverit foris, & foris etiam obtulerit, tenetur, quia mactatio nocte peracta foris, fit proba, idcirco bis tenetur, ob mactationem ſcil. & oblationem. R. Simeon huic ſententiæ contradicit, & putat quod ſicuti is qui nocte mactaverit foris, & foris obtulerit, tenetur, ſic etiam ſi quis intus mactaverit nocte, & foris obtulerit, tenetur propter oblationem, præterquam ſi quis avem mactaverit intus, & foris obtulerit, nam tum liber eſt, licet reus ſit ſi mactaverit, & foris obtulerit; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Jam noſti ex iis quæ expoſuimus quod ungue ſectio fiat intus, & mactatio foris, ſi vero res aliter evenerit, male peracta cenſetur, & pro cadavere habetur; hoc poſito fundamento tibi exponetur id quod hoc loco dicitur. R. Simeon vero & Sapientes duntaxat de eo qui nocte mactat, diſſentiunt, Sapientes enim dicunt quod ſi intus mactaverit ſancta nocte, & foris obtulerit, liber ſit, ſacrificium vero reprobum, quia in templo non obtinebat mactatio nocte; idcirco propter hancce oblationem nullatenus tenetur. Verum ſi nocte mactaverit foris, & foris etiam obtulerit, tenetur, quia mactatio nocte peracta proba eſt, propterea ob mactationem & oblationem foris peractam tenetur. R. Simeon contrarium ſtatuit, dicitque quod ſicuti is qui nocte mactaverit foris, & obtulerit, tenetur, ita etiam ſi nocte mactaverit intus, & foris obtulerit, tenetur ob oblationem; & hoc eſt quod vult dum dicit, ob quod tenentur foris, ob illius ſimile tenentur intus, ſi obtulerit foris, præterquam ſi quis avem mactaverit intro, & obtulerit foris, liber eſt, etiamſi mactaverit & foris obtulerit, tamen tenetur, ſicuti diximus; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

ח החטאת שקבל דמה בכוס אחד נתן בחוץ וחזר ונתן בפנים בפנים וחזר ונתן בחוץ חייב שכלו ראוי לבוא בפנים קבל דמה בשתי כוסות נתן שתיהן בפנים פטור שניהן בחוץ חייב אחד בפנים ואחד בחוץ פטור אחד בחוץ ואחד בפנים חייב על החיצון והפנימי מכפר למה הדבר דומה למפריש חטאתו ואבדה והפריש אחרת תחתיה ואחר כך נמצאת הראשונה והרי שתיהן עומדות שחט שתיהן בפנים פטור שחט שתיהן בחוץ חייב א׳ בפנים וא׳ בחוץ פטור א׳ בחוץ וא׳ בפנים חייב על החיצונה והפנימית מכפרת כשם שדמה פוטר את בשרה כך הוא פוטר את בשר חברתה:

8. Sacrificii pro peccato ſanguinem ſi quis acceperit in poculo uno, obtuleritque foris, redierit autem, & obtulerit intus: Aut ſi intus, & redierit atque obtulerit foris, reus eſt: Quia omnia intus offerri debebant. Si acceperit ſanguinem ejus duobus in poculis, & obtulerit duo iſta intus, liber eſt; ſi vero duo iſta foris, reus eſt. Si unum intus, alterum foris, liber eſt: ſi unum foris, alterum intus, reus eſt ſuper exteriori, ſed interius expiat. Cui res ſimilis eſt? Separanti ſacrificium ſuum pro peccatis, ſed perit, atque ſeparat aliud pro illo, quando autem reperitur primum, ecce tunc ſeparatum manet utrumque. Quando tum mactat duo illa intus, liber eſt; quando mactat duo iſta foris, reus eſt. Si unum intus, & alterum foris, eſt liber. Sin unum foris, & alterum intus, reus eſt ſuper exteriori; ſed interius expiat; quemadmodum ſanguis ejus liberam facit carnem ejus, ſic liberam facit carnem alterius.

R. OB.

R. MO.

R. OB. DE BARTENORA.

נתן בחוץ וחזר ונתן בפנים חייב *Si aſperſerit foris , & poſtea denuo intus , tenetur*, hoc clarum eſt; ſed hoc attulit auctor propter ea quæ in fine dicuntur , ſi nimirum ſparſerit intus & poſtea denuo foris, nam reliquiæ ſanguinis duntaxat foris ſparguntur , tenetur ; & hoc ſecundum R. Nehemiam, qui putat reliquias impedire ſacrificium ; at non ita deciditur.

שניהם בחוץ חייב *Si ambos foris , tenetur* , ſemel tenetur; ſi vero inter utramque ſparſionem ei innotuerit, bis tenetur. אחד בפנים *unum intus*, & poſtea alium aſperſerit foris, tum liber eſt, etiam ſecundum R. Nehemiam, nam is putat quod unum poculum alterum reddat reprobum , ita ut ſanguis per canalem effundi debeat ; idcirco non ſunt reliquiæ , ut impedirent ſacrificium. והפנימי מכפר *interior expiat*, ad ſacrificium probum reddendum; nam ſanguis prius ſparſus foris reliquias non conſtituit ipſi ſimiles. שתיהן בחוץ חייב *ſi ambos ſparſerit foris*, *tenetur*, ob quemlibet, nam tempore mactationis , quilibet ſanguis intus rite poterat aſpergi. אחת בפנים *unus intus* , & alter ſanguis poſtea foris ſparſus fuerit, tum liber eſt , quia expiationem præſtitit qua ſacrificii poſſeſſores expiati ſunt, idcirco alterum pecus pereat, & non excipitur ſanguis intus. חייב על החיצונה *tenetur propter exteriorem*, quia ſanguis iſte intus rite poterat aſpergi, & quilibet ſine diſcrimine offerri. *Quemadmodum ſanguis ejus liberam facit carnem illius*, a prævaricatione , nam ſanguinis ſparſio carnem ſancti ſanctorum liberat a prævaricatione , quia ei dat tempus quo ſacerdotibus in commodum cedere poteſt ; ſic etiam alterius caro liberat , licet reproba ſit, & referri debet ad caſum quo quæritur an ambo ſacrificia intus mactata ſint. Præterea nos docet auctor , quod ſi ambo ſanguines poſiti ſint, ut & ſacerdos per anticipationem unius ſacrificii ſanguinem ſparſerit, alterum liberavit a prævaricatione, quia poſſeſſores eorum expiati erant ; hypotheſis enim nobis eſt de ſacrificiis expiatoriis , ſi mortua fuerint , non licitum eſſe quid commodi capere, neque in iis quem prævaricari poſſe.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si prius foris ſparſerit, & poſtea denuo intus, tum tenetur ob ſparſionem exteriorem , quia omnis ſanguis rite intus ſpargi debebat. Si vero prius intus ſparſerit & poſtea foris, liber eſt ſacerdos, & ſanguis bene ſe habet, quia reliquias quaſdam continet. Cæterum quod auctor dicit, *tenetur*, ſecundum R. Nehemiæ ſententiam eſt, qui dicit ob ſanguinis reliquias foris oblatas eum teneri ; ſed ſententia illius confutata eſt.

כשם שדמה פוטר את בשרה כך הוא פוטר את בשר חברתה *Quemadmodum ſanguis illius liberam facit carnem ejus , ſic liberam facit carnem alterius*, ſenſus eſt , ſi ambo ſacrificia mactaverit intus , & eorum unus ſanguis ſparſus ſit , amborum caro licita eſt in cibum ; ſicuti enim iſte ſanguis permittit unum, ſic etiam permittit alterum , & ambo pro uno habentur; omnis caſus clarus eſt.

פרק יד פרת חטאת ששרפה חוץ מגיתה וכן שעיר המשתלח שהקריבו בחוץ פטור שנאמר ואל פתח אהל מועד לא הביאו כל שאינו ראוי לבא אל פתח אהל מועד אין חייבין עליו :

Caput 14. Juvenca ſacrificii pro peccato, ſi comburitur extra ſtruem ſuam (lignorum;) Item ſi hircus emiſſarius offertur foris, culpa vacat ; quia dicitur, *& ad januam tentorii cœtus ne adducant:* (nimirum) quod non idoneum eſt, ut intret per januam tentorii conventus, propter illud non fiunt rei.

R. OB. DE BARTENORA.

פרת חטאת *Juvenca ſacrificii pro peccato*, ita vacca rufa vocatur , quia de ipſa in Lege dicitur חטאת *ſacrificium pro peccato* , חוץ מגיתה *præter torcular ipſius* , ita vocabatur lignorum ſtrues in foco altaris poſita in modum torcularis, quam pro vacca faciebant in loco ubi mactabant in monte Miſcha e regione portæ היכל *Palatii* , ſi vero extra locum iſtum mactaſſent ſacerdotes, res male ſe habebat; attamen iſtius rei gratia non tenebantur ut ii qui extra atrium mactaverant ſancta, quia locus Levit. 17, 4. eos ab hac pœna liberat, ubi ſermo eſt de ſacrificio quod offerri debet in ſanctuarium, quia multat eum qui in eo non obtulit. כל שאינו ראוי לבא אל פתח אהל מועד *quicquid non idoneum eſt ad januam tentorii intrandum* , id eſt , quod non aptum eſt ut offeratur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פרת חטאת *Juvenca ſacrificii pro peccato*, ita vocatur vacca rufa, quia Lex de ipſa dicit חטאת *ſacrificium pro peccato*; ſed illius jura prolixius exponentur in tractatu Para. Cæterum ipſius ritus hic eſt ut comburatur ſuper lignis in foco altaris diſpoſitis inſtar torcularis , ubi eam mactabant in monte Miſcha; ſi vero ſacerdotes eam alio in loco mactaverint, non ſe res bene habet , nam hicce locus ei aſſignatus eſt, quemadmodum atrium pro ſacrificiis. Ne vero quis putaret, ſi in alio loco mactata fuiſſet , ſacerdotem teneri perinde ac is qui foris obtulerit ſacrificium; idcirco docet autor rem non ita ſe habere , quia ſcriptum eſt Levit. 17, 4. ואל פתח אהל מועד

ב הרובע והנרבע והמוקצה והנעבד והאתנן והמחיר והכלאים והטריפה ויוצא דופן שהקריבן בחוץ פטור שנאמר לפני משכן ה' כל שאינו ראוי לפני משכן ה' אין חייבין עליו בעלי מומין בין בעלי מומין קבועים בין בעלי מומין עוברים שהקריבן בחוץ פטור רבי שמעון אומר בעלי מומין קבועין פטור ובעלי מומין עוברין עוברין בלא תעשה תורים שלא הגיעו זמנן ובני יונה שעבר זמנן שהקריבן בחוץ פטור רבי שמעון אומר בני יונה שעבר

2. Beſtiam, quæ vel coiit cum homine, vel inita eſt ab homine, item ſeparatam , & cultui idololatrico oblatam , nec non mercedem meretriciam, pretium, heterogeneam , diſcerptam , egredientem per coſtam (hæc, inquam) ſi quis obtulit foris, liber eſt ; Dicitur enim , coram tabernaculo Domini, unde quicquid non dignum (ut ſiſtatur) coram tabernaculo Dei, ſuper illo (etiam) non rei fiunt. Vitioſa, ſive ſint vitia durabilia , ſive vitia non durabilia, quando quis offert, immunis eſt. R. Schimeon dicit, ſi vitia habent durabilia, liber erit: ſin vitia non durabilia (ſeu tranſeuntia) tranſgrediuntur præceptum negativum. Turtures, quorum tempus nondum advenit , & pullos , quorum tempus (jam) præteriit , quando quis obtulit foris, liber eſt. R. Schimeon, Equidem, inquit, (ſi quis obtulit) pullos columbarum , quando jam tempus deſtinatum tranſierat, liber eſt; ſed turtures (ſi obtulerit,)

שעבר זמנן פטור ותורים שלא הגיע זמנן בלא תעשה אותו ואת בנו ומחוסר זמן פטור רבי שמעון אומר הרי זה בלא תעשה שהיה רבי שמעון אומר כל שהוא ראוי לבא לאחר זמן הרי זה בלא תעשה אין בו כרת וחכמים אומרים כל שאין בו כרת אין בו בלא תעשה :

tulerit,) quorum certum tempus nondum acceſſit (lædit) negativum præceptum illud; non offeres eam & filium ejus. Item ſi deficiens tempore, liber eſt. R. Schimeon ait; Atqui hic lædit præceptum negativum. Quia dixit R. Schimeon, omne, quod aptum eſt, ut poſſit alio tempore venire; Ecce hoc eſt ſub præcepto negativo; non tamen in eo eſt excіſio. Sed Sapientes dicunt, omne id, in quo non eſt excіſio, etiam non eſt ſub præcepto negativo.

R. OB. DE BARTENORA.

עוברין בלא תעשה *Tranſgrediuntur negativum*, ſed quandoquidem illi apti ſunt ut poſtea veniant, pœna excidii in ipſis non obtinet, ſed negativum tantum, quod extat præceptum Deut. 12, 8. תורים שלא הגיע זמנן *turtures quorum tempus certum nondum advenit*, nam requiritur ut hi turtures ſint majores, non parvuli.

בני יונה שעבר זמנן *Pulli columbarum quorum tempus tranſiit*, nam pulli columbarum natu majores eſſe debent, non parvuli. לא תעשה *negativum*, eo quod apti ſunt poſtea, idcirco negativum in iis obtinet pro eo qui eos mactaverit extra atrium. אותו ואת בנו *ipſum & illius filium*, quando unum ex iis mactaverit, & alterum conſervare voluerit iſto die, hoc ei prohibitum eſt ex Lege, Levit. 22, 28.

ומחוסר זמן *Et deficiens tempore*, ſive tempore deficiens ſit in corpore ipſius, quod nondum a nativitate ei ſint ſeptem dies apud matrem, ſive poſſeſſores ſint tempore deficientes, quemadmodum exponit deinceps. Requirebatur autem ut R. Simeonis atque Sapientum controverſiam nos doceret auctor in his omnibus caſibus; nam ſi de vitioſis tantum docuiſſet, diceremus Sapientes de illis loqui quia ſunt abominabiles, ſed de turturibus & columbarum pullis, qui non ſunt abominabiles, diceremus quod Sapientes conſentiunt cum R. Simeone; ſi vero duntaxat de turturibus columbarumque pullis docuiſſet, diceremus eos ineptos eſſe, & idcirco rejectos; ſed de vitioſis qui inepti ſunt & rejecti, diceremus quod R. Schimeon cum Sapientibus conſentit. Si vero duos tantum caſus propoſuiſſet auctor, diceremus, quia in ipſo corpore continetur quid reprobi, diſſentiunt, ſed cum in ipſo & filio ipſius non continetur quid reprobi, diceremus R. Simeonem concedere Sapientibus; idcirco requirebatur ut in omnibus oſtenderet controverſiam eorum; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אותו ואת בנו *Ipſum & filium ipſius*, ſi unus mactaverit duo ſacrificia, & unum remanſerit, atque id quod remanſit, fuerit ſacrificium quod offerre non licet niſi die craſtino, quia ſcriptum eſt Levit. 22, 28. *ipſum & filium ipſius non mactabis uno die.*

מחוסר זמן *Deficiens tempore*, is dicitur qui poſt nativitatem ſuam non habet ſeptem dies integros, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 23, 28. Hoſce tres caſus auctor neceſſario docere debebat, nam ſi de vitioſis tantum verba feciſſet, dixiſſemus Sapientes dixiſſe eum eſſe liberum ſi obtulerit, quia vitioſi iſti aſpectu ignominioſi ſunt, quoniam inidonei ſunt; ſed de turturibus quorum tempus nondum advenit, & in quibus nil vitii continetur, dixiſſemus quod Sapientes non diſſentiunt. Si vero auctor de turturibus, quorum nondum advenit tempus, verba feciſſet, dixiſſemus, quia poſtquam idonei ſunt, non fiunt inidonei, idcirco R. Simeon obligat. Cæterum de vitioſis in cultum ſacrum deſtinatis, ſed rejectis, dixiſſemus eum eſſe liberum ſi obtulerit iſtos. Sin autem nos duos docuiſſet caſus, dixiſſemus, quandoquidem quid reprobi continetur in ſubſtantia ſacrificii, diſſentiunt; ſed de eo cui tempus deeſt, & de ipſo & filio ipſius, qui inidonei ſunt cum caſus ſit extra corpus, dixiſſemus quod R. Simeon non diſſentit a Sapientibus, idcirco nos docet auctor eos in omnibus diſſentire. Negativum vero iſtud præceptum cujus hic mentio fit, eſt id quod extat Deut. 12, 8.

כל שאין בו כרת אין בו בלא תעשה *In quo non eſt excіſio, id non continetur ſub præcepto negativo*, eo non vult dicere, quod tranſgreſſor tenetur excidio & plagis, id enim nunquam fit, ſicuti in Ketuvot & Bava Cama, & Maccot expoſitum eſt; ſed mens illius eſt quod hoc præceptum negativum contineat admonitionem pro excidio, quod pro iſtius tranſgreſſione non afficiuntur flagellis; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon in hiſce omnibus.

ג מחוסר זמן בין בגופו בין בבעליו אי זה הוא מחוסר זמן בבעליו הזב והזבה ויולדת (ס"א ומצורע שהקריבו חטאתם ואשמם בחוץ פטורים עולותיהם ושלמיהם בחוץ חייבין המעלה מבשר חטאת מבשר אשם מבשר קדשי קדשים מבשר קדשים קלים ומותר העומר ושתי הלחם ולחם הפנים ושירי מנחות היוצק הבולל הפותת המולח המניף המגיש המסדר את השלחן והמטיב את הנרות והקומץ והמקבל דמים בחוץ פטור אין חייבין עליו לא משום זרות ולא משום טומאה ולא משום מחוסר בגדים ולא משום רחוץ ידים ורגלים :

3. Item (inquam) ſi deficiens tempore ſuo; ſive illud deficiat quoad ſeipſum, ſive quoad Dominum ſuum. Quodnam ergo eſt, quod deficit tempore quoad Dominos ſuos? (Hoc eſt:) quando vir aut fœmina fluxum patiens, puerpera, aut leproſus obtulerint ſacrificium pro peccato & oblationem pro reatu foris, liberi ſunt; ſi autem obtulerint holocauſta ſua, & ſacrificia pacifica ſua foris, rei ſunt. Si quis obtulerit de carne ſacrificii pro peccato de carne ſacrificii pro reatu, de carne ſanctiſſimorum, de carne ſanctorum levium, & reſiduum Homer, & duos panes, atque panem facierum, reliquiaſque munerum: (item) ſi effuderit, miſcuerit, fregerit, ſaliverit, agitaverit, obtulerit, diſpoſuerit menſam, & ornaverit lampadas, collegerit in pugillum, atque acceperit ſanguines foris, liber eſt. Non obligantur ſuper ullo (iſtorum) nec ratione alieni, nec ratione immunditiei, nec ratione deſtituti veſtibus, nec ratione lotionis manuum & pedum.

R. OB. DE BARTENORA.

הזב והזבה *Seminiſluus & ſeminiſlua*, qui obtulerint foris inter dies computationis eorum. והיולדת *& puerpera*, quæ inter ſeptem dies impletionis obtulit ſacrificium. פטורין *liberi ſunt*, quia ſacrificia iſta non recipiuntur pro obligatione, neque pro ſpontaneo promiſſo.

ואשמן *Et oblationem eorum pro reatu*, in Gemara hoc ſenſu argumentantur, ſeminifluus, ſeminiflua, & puerpera an obligantur ad ſacrificium pro reatu? reſp. inter illos referendum eſſe leproſum, eo quod leproſus ſacrificium pro reatu adducat.

עולותיהן ושלמיהן *Holocauſta & pacifica eorum*, in Gemara diſquiritur ſintne hi obligati ad pacifica? reſp. quod Nazyræi includendi ſint, quia Nazyræi adducunt pacifica. בחוץ חייבין *foris tenentur*, quia hæc intus accipiuntur ut oblatio ſpontanea in nomine ipſorum, poſtquam ſacrificium expiationis peccati ipſorum oblatum fuerit, & ſacrificium pro reatu a leproſo.

מבשר חטאת מבשר אשם וכו׳ *Si de carne ſacrificii pro peccato aut de carne ſacrificii pro reatu, &c.* nam hæc omnia a ſacerdotibus comeduntur, & in altare non offeruntur, eo quod ſcriptum eſt Levit. 17, 8. אשר יעלה עולה או זבח Quemadmodum igitur holocauſtum in altare offertur, ſic etiam ſe res habet cum omni eo quod in altari offertur.

מבשר קדשי קדשים *E carne ſancti ſanctorum*, ex agnis in feſto Pentecoſtes offerendis, qui ſunt pacifica eccleſiæ, quæ ſancti ſanctorum ritum habent. היוצק *qui effuderit*, nempe oleum in munus. הבולל והפותת *qui miſcuerit & fregerit*, qui munus cum oleo miſcuerit, & in fruſtula confregerit.

המניף והמגיש *Qui agitaverit & adduxerit*, qui munus agitaverit quod agitandum erat, idque foris mactaverit, quod eſt munus quod intro ferendum eſt ad altaris cornu meridionale occidentale, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 2, 8. *Is liber eſt*, quia Levit. 17, 8. ſcriptum eſt אשר יעלה עולה או זבח ſicuti igitur oblatio ſacrificii eſt cultus perfectio, ita etiam omne id quod cultus perfectio eſt, excipit ea quorum nullum eſt cultus perfectio.

אין חייבין עליו משום זרות *Non obligantur ſuper ullo* (iſtorum) *ratione alieni*, ſi extraneus aliquod ex miniſteriis iſtis fecerit, ut, ſi miſcuerit vel fregerit &c. Sic etiam neque immundus, vel deficiens veſtibus, vel qui nec manus nec pedes laverit, tenetur morte, licet miniſterium quo functus eſt, reprobum factum ſit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quia præcedenti Miſna dictum eſt quod ſi foris obtulerit quis ſacrificium tempore deficiens, non tenetur excidio, idcirco auctor hic exponit nil intereſſe ſive fuerit deficiens tempore in corpore ipſius, ſicuti expoſuimus quod ſeptem a nativitate dies non impleti fuerint, ſive fuerit deficiens tempore pro poſſeſſoribus ſuis, quod eſt illud tempus quo id poſſeſſoribus ineptum erat. Poſtea exponit auctor quomodo ſe res habet cum eo cui tempus deeſt pro dominis, & dicit rem intelligendam eſſe de viro & fœmina fluxum patiente, puerpera, & leproſo. In Gemara dicunt, doceat auctor de Nazyræo inter illos, & hoc neceſſarium eſt quemadmodum exponetur. Noſti autem ex iis quæ in prologo hujuſce tractatus expoſuimus, quod omnes perſonæ quarum hic ſit mentio, requirunt ſacrificium pro peccato & holocauſticum; leproſus vero tantum ſacrificium pro reatu, & Nazyræus duntaxat pacificum. Cæterum quod auctor dicit אשמו *ſacrificium illius pro reatu*, intelligit de eo qui obligatur ad ſacrificium pro reatu, ſive de leproſo; atque hæ perſonæ non ſunt liberæ niſi quatenus in immunditie verſantur, & in ſeparatione ab aliorum conſortio, atque ipſæ inidoneæ ſunt ad ſacrificium niſi donec ſacrificium pro peccato & pro reatu obtulerint, quæ intus in templo offerenda ſunt; poſtea vero aptæ ſunt ad ſacrificium holocauſticum, vel pacificum offerendum, ſi fuerint ex Nazyræis. Propterea, ſi præceſſerit ſacrificium aliquod quo iſti immundi præparantur, nimirum ſacrificium pro peccato aut pro reatu, atque iidem e ſtatu eorum quibus deeſt tempus, exierint, & poſtea oblatum fuerit id quod offerri debebat, holocauſta ſcil. & pacifica foris in atrio, tenetur ſacerdos, quia hujuſce ſacrificii poſſeſſores non deſtituuntur tempore, idcirco ſacrificium erat idoneum, & non tempore deſtitutum pro dominis ipſius.

בשר קדשי קדשים *Caro ſancti ſanctorum*, continet ſacrificia pacifica cœtus, & hæc una cum ſacrificiis pro peccato & reatu, & carne ſanctorum levium, reſiduo Homer, duobus panibus, pane facierum, & reliquiis munerum, omnia comedi poſſunt, ſed non offerri in altare; Lex autem de eo qui foris otulerit, dicit Levit. 17, 8. אשר יעשה עולה או זבח ad hæc dixerunt, quemadmodum holocauſtum idoneum eſt ut in altare offeratur, ſic etiam eſt omne id quod idoneum eſt ut in altare offeratur. היוצק *qui effuderit*, qui oleum in munera effuderit, & hoc eſt quod ſcriptum eſt Levit. 2, 6. ויצקת עליה שמן Cæterum vox בולל notat eum qui ſimilam intingit oleo, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 14, 21. בלולה בשמן למנחה Sed הפותת *qui frangit*, eſt is qui panem muneris in fruſta ſcindit, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 2, 6. פתות אותה פתים *contunde id in fruſta.* המולח *qui ſalit*, qui ſal in dona immittit, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 2, 13. על כל קרבנך תקריב מלח Per המניף *qui agitat*, notatur is qui agitationem armi perficit coram Domino, quemadmodum ſcriptum eſt Levit. 14, 12. והניף אותם תנופה Verum המגיש *qui adducit*, eſt is de quo in Lege dicitur והגישם Sed amplius exponentur illa quæ agitationem & adductionem requirunt, capite quinto tractatus Menachot. המסדר את השלחן *qui menſam diſponit*, qui panem facierum in menſa diſponit; porro Sapientes pro eo qui aliquod ex ejuſmodi miniſteriis peregerit foris, quod non tenetur excidio, collegerunt ex eo quod Levit. 17, 8. ſcriptum eſt de eo qui foris adduxerit ſacrificium, quod holocauſtum ſit perfectio miniſterii; quando autem hæc recte conſideraveris, omnia intellexeris. Propterea dicit, *non obligantur ſuper ullo* (*iſtorum*) *nec ratione alieni*, *nec ratione immunditiei &c.* ſenſus eſt quod ſi is qui non eſt ſacerdos, vel immundus, vel veſtibus ſacris deſtitutus, vel qui nec manus nec pedes laverit, peregerit aliquod ſacerdotis miniſterium, non tenetur morte, etſi iſtam rem fecerit reprobam. Sed capite nono tractatus Sanhedrin expoſuimus quod alienigena, immundus, deſtitutus veſtibus ſacris, & qui nec manus nec pedes laverit, ſi in Templo miniſterium obierint, tenentur morte a Deo infligenda, & unumquemque probavimus caſum. Hic vero exponit auctor rem ita non eſſe in omni miniſterio, verum in miniſterio perfecto tantum, quod tum morte a Deo infligenda tenetur; qui vero hic referuntur, ii non tenentur morte. Jam expoſita ſunt in tractatu Joma ea ob quæ homo morte plectendus eſt; & dixerunt doctores, ob quatuor miniſteria morte dignus eſt is qui non eſt ſacerdos, quæ hæc ſunt, ſparſio ſanguinis, combuſtio ſacrificii, aquarum libatio, & vini; in ſparſione continentur omnes ſparſiones, tam eæ quæ foris quam quæ intus fiunt. Sic etiam ſi quis præter ſacerdotem in altari lignorum ſtruem poſuerit, tenetur, & hoc eſt quod ſacrificia continua quotidie offerunt, quemadmodum capite ſecundo tractatus Joma expoſitum eſt, quia iſta cenſentur combuſtioni ſimilia.

ד עד שלא הוקם המשכן היו הבמות מותרות ועבודה בבכורות משהוקם המשכן נאסרו הבמות ועבודה בכהנים קדשי קדשים נאכלים לפנים מן הקלעים קדשים קלים בכל מחנה ישראל:

4. Antequam erectum eſſet tabernaculum, fuerunt excelſa licita, & cultus per primogenitos fiebat: poſtquam erectum eſt tabernaculum, prohibita fuerunt excelſa, & cultus per ſacerdotes factus eſt. Sancta ſanctorum edebantur intra vela; ſancta levia in totis caſtris Iſraëlis.

R. OB. DE BARTENORA.

והעבודה בבכורות *Et cultus per primogenita fiebat*, quemadmodum ſcriptum eſt Exod. 24, 5. וישלח את נערי בני ישראל hic intelliguntur primogeniti, quorum erat rerum ſacrarum adminiſtratio. משהוקם המשכן נאסרו הבמות *quando erectum fuit tabernaculum*, *excelſa prohibita fuerunt*, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 17, 3. ואל פתח אהל מועד לא הביאו ſequitur inde quod a tabernaculo conventus dependet prohibitio. Sed hæc de Iſraëlitis intelligenda ſunt; gentilibus autem ubique offerre licet, etiam hocce tempore, ſed eos adjuvare non licet Iſraëlitis in oblationibus offerendis; nihilominus tamen ritum offerendi gentiles docere licitum eſt Iſraëlitis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixerunt doctores id quod ſcriptum eſt Exod. 24, 5. וישלח את נערי בני ישראל intelligendum eſſe de primogenitis, nam miniſterium ſacrum ſemper ab Adamo uſque ad Moſen per primogenitos peractum eſt. Licet etiam gentilibus ubique locorum Deo holocauſta offerre, dummodo altare ædificent. Sapientes vero dixerunt, vetitum eſſe eos ullo modo juvare, vel menſam parare, quia nobis prohibitum eſt omni in loco offerre, ſed eos modum ſacrificandi docere licet nobis. Cæterum quod prohibitum ſit בבמה *in excelſo loco* offerre ab eo tempore quo Tabernaculum erectum fuit, probatur ex eo quod ſcriptum eſt Levit. 17, 4. Sic etiam ſacerdotum miniſteria ab iſto tempore conſtituta, colliguntur ex aliquot Legis locis.

ה באו לגלגל והותרו (ס"א הותרו) הבמות קדשי קדשים נאכלים לפנים מן הקלעים קדשים קלים בכל מקום :

5. Ubi venerunt in Gilgal, atque licita fuerunt excelſa, ſancta ſanctorum comedebantur intra vela; ſancta levia quolibet in loco.

R. OB. DE BARTENORA.

באו לגלגל *Venerunt in Gilgal*, illic domus Dei non ædificata fuit, ſed Tabernaculi vela, ut in deſerto. הותרו הבמות *licita fuerunt excelſa*, propter id quod ſcriptum eſt Levit. 17, 4. Excipitur ergo Gilgal ubi non fuerunt caſtra Iſraëlis, nam iſta jam ceſſabant & per totam terram tunc temporis ſe extendere incipiebant; idcirco ſancta levia ubique in terra Iſraëlis comedi poſſunt, quoniam non erant caſtra ſicuti in deſerto.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In Gilgale non ædificatum fuit domicilium, niſi ipſum Tabernaculum quod in deſerto fuit; ſed quia Scriptura prohibitionem excelſorum dedit reſpectu caſtrorum Iſraëlis, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 17, 3. Ubi continetur excelſorum prohibitio; nam ab eo tempore quo caſtra Iſraëlis ceſſarunt, & per totam terram diſperſa ſunt, nimirum quando in Gilgal venerunt, ceſſavit hocce præceptum negativum & licitum factum eſt, nam quiſquis in altare pro lubitu offerre poterat, quemadmodum ante erectum Tabernaculum, nam in deſerto tantum hoc prohibitum erat, ubi caſtra erant. Conſidera igitur id quod dixerunt, *ſancta levia in omni loco*, quia tunc temporis caſtra Iſraëlitarum non adeo conſpiciebantur, quia Iſraëlitæ hic illic habitabant in terra Cananæa.

ו באו לשילה נאסרו הבמות לא היה שם תקרה אלא בית של אבנים מלמטן ויריעות מלמעלן והיא היתה מנוחה קדשי קדשים נאכלים לפנים מן הקלעים קדשים קלים ומעשר שני בכל הרואה :

6. Cum venerunt in Schilo, prohibita eſſe cœperunt excelſa; Non tamen fuit illic contignatio; ſed ſtructura lapidum inferius, & aulæa ſuperius. Et ille fuit quietis locus. Tum ſancta ſanctorum edere ſolebant intra aulæa; ſancta levia, & decimas ſecundas quouſque proſpectus dabatur (vel exibat.)

R. OB. DE BARTENORA,

באו לשילה נאסרו הבמות *Cum venerint in Schilo*, *prohibita ſunt excelſa*, quia ſcriptum eſt Deut. 12, 9. כי לא באתם עד עתה אל המנוחה Hinc conſequitur quod cum Iſraëlitæ ad quietem redacti ſunt, excelſa fuerunt prohibita; per *quietem* vero intelligi debet Schilo, nam ibi ſubſtitit populus; & non amplius ex uno loco in alium migravit, ſicuti in deſerto.

בית של אבנים מלמטן ויריעות מלמעלן *Structura lapidum inferius*, *& aulæa ſuperius*, ſicuti ſcriptum eſt ותביאהו בית יהוה שילה vides itaque in Schilo fuiſſe בית *domum*: & Pſal. 78, 60. ſcriptum eſt ויטוש משכן שילה unde liquet ibidem fuiſſe aulæa, attamen non fuiſſe tectum, ſed ſtructuram lapidum duntaxat inferius, aulæa vero ſuperius.

ומעשר שני בכל הרואה *Et decimæ ſecundæ quouſque dabatur proſpectus*, ſuperius non fecit mentionem decimarum ſecundarum, nam omnes quatuordecim annos quibus Iſraëlitæ fuerunt in Gilgal, non obligabantur ad decimas, niſi donec terram ſubegerint, & inter ſe diviſerint; per בכל הרואה intelligitur ſpatium ex quo viſu attingere poterant uſque ad Schilo, quia Deut. 12, 13. ſcriptum eſt השמר לך פן תעלה עולותיך בכל מקום אשר תראה ergo non te conferes ad omnem locum quo viſus pertingat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שילה Vocatur domus, ita enim 1 Sam. 1, 24. ſcriptum eſt ותביאהו בית יהוה שילה Et vocatur etiam Tabernaculum ſicuti ſcriptum eſt Pſal. 78, 60. ויטוש משכן שילו quia illic erat quondam, ſicuti diximus; poſtquam vero illic eſſet בית domus, quies etiam ibidem obtinebat, quia Iſraëlitæ ibi conſederant, atque illinc ſe non moverant; Deus vero præcepit ne illic in excelſo quis offerret, poſt quam illic quies obtineret, & hoc eſt quod dicitur Deut. 12, 9. כי לא באתם עד עתה אל המנוחה Hinc probatur quod ſimulac populus Iſraëliticus perveniſſet ad quietem, ipſi prohibitum fuit in excelſis offerre. Præterea jam noſti quod decimæ ſecundæ adducendæ ſunt ad locum ſuum; ſed hujus rei non fecit mentionem dum loquebatur de Gilgale, quia tunc ad decimas non obligabantur, niſi donec terram Cananæam ſubegerant, eamque diviſerant, quatuordecim annos poſtquam terram ingreſſi fuerant, ſeptem quibus eam ſubegerunt, & ſeptem quibus eam diviſerunt, & hoc contigit eo tempore quo Tabernaculum conventus eſſet in Gilgal. Poſtea vero domum ædificarunt in Schilo, & divina majeſtas illic habitavit trecentos & ſexaginta novem annos. בכל הרואה *quouſque dabatur proſpectus*, ſenſus eſt, quamdiu ſubſtiterit Tabernaculum in uno loco, licet longinquo, & quis viderit quicquam de domo, licebat ei comedere in iſto loco ſancta levia & decimas ſecundas. Atque hæc ex Traditione accepimus; nam non dubium eſt quin prophetæ qui hæc viderunt, hæc fecerint, & docuerint; & hoc collegerunt ex iis quæ dicta ſunt Deut. 12, 13. פן תעלה עולותיך בכל מקום אשר תראה ergo non adduces holocauſta quouſque viſus attingit, ſed comedere poteris quouſque viſus pertingit.

ז באו לנוב ולגבעון הותרו הבמות קדשי קדשים נאכלים לפנים מן הקלעים קדשים קלים בכל ערי ישראל :

7. Cum veniſſent in Nob & Gibeon, permittebantur excelſa; ſancta autem ſanctorum comedere ſolebant intra aulæa: ſancta levia in omnibus urbibus Iſraëlis.

R. OB. DE BARTENORA.

באו לנוב ולגבעון *Cum veniſſent in Nob & in Gibeon*, quando deſtructa erat urbs Schilo ſub finem trecentorum & ſexaginta novem annorum, quibus illic Tabernaculum fuit, & arca capta tempore Eli, venit tandem in Nob tempore Saülis, & deinde in Gibeon; tempus vero iſtud quo fuit in Nob & Gibeon, quinquaginta & ſeptem annos continet, atque omni iſto tempore excelſa erant licita, nam de excelſorum prohibitione dixit Deus Deut. 12, 9. כי לא באתם עד עתה אל המנוחה ואל הנחלה per מנוחה intelligitur Schilo, & per נחלה Jeruſolyma; Lex vero iſtas voces duntaxat diſtinxit ad ſacrificia in excelſis licita pronuncianda.

קדשים קלים בכל ערי ישראל *Sancta levia in omnibus Iſraëlis urbibus*, ita quoque decimæ ſecundæ, nam Lex eas comparavit cum eo quod dicitur Deut. 12, 17. Quum igitur ſancta levia ad locum adducenda erant, tunc quoque decimæ ſecundæ erant ad locum adducendæ, & quum ſancta levia in omnibus Iſraëlis civitatibus comedi poterant, tunc quoque decimæ ſecundæ in omnibus Iſraëlis civitatibus comedi poterant.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Poſtquam ſanctuarium in Schilo erectum, deſtructum eſt ob patrum noſtrorum peccata, in Nob erexerunt Tabernaculum conventus quod olim in deſerto fuerat; poſtea deſtructum eſt in Nob, & tranſtulerunt id in Gibeon, fuitque in Nob & Gibeon quinquaginta & ſeptem annos. Interea temporis licebat in excelſis ſacrificia offerre; nam Schilo erat quies ſecundum Legem, & Jeruſolyma erat hæreditas, ſicuti expoſuimus. De Excelſorum prohibitione ſcriptum eſt Deut. 12, 9. כי לא באתם עד עתה אל המנוחה Si vero hujuſce loci ſcopus fuiſſet dicere, quod poſtquam ad quietem perveniſſent, excelſa fuerint prohibita in perpetuum, non addidiſſet אל הנחלה Sed ſcopus illius eſt quod excelſa ſint prohibita poſtquam ad quietem perveniſſent Iſraëlitæ, ſic etiam quum ad hæreditatem perveniſſent; unde probatur quod inter quietem & hæreditatem quoque prohibita erant; & hoc eſt quod dixerunt doctores, quare hæc diviſit Lex? ad licentiam concedendam inter unum atque alterum. Cæterum interea temporis dum Sanctuarium erat in Schilo, & dehinc Jeruſolymæ, divina majeſtas habitavit in Nob & in Gibeon. Decimarum vero ſecundarum auctor non fecit mentionem, quia iſtæ comeduntur ubi comeduntur ſancta levia, & quia iſto tempore licebat ubique offerre, etiam ubique eas comedere licebat, quemadmodum auctor dicit, ſancta levia edebantur in omnibus civitatibus Iſraëliticis. Sed in ſanctis ſanctorum hoc fieri non poterat, quia Levit. 6, 19. ſcriptum eſt quod illa in loco ſancto comedenda ſint. Quum vero non erat licitum ſancta levia comedere in omni loco, decimæ ad locum ſuum adducendæ erant, uti ſcriptum eſt Deut. 12, 17. Cæterum de tempore quo Tabernaculum erat in Gilgal, non dicit Lex, *in omnibus Iſraëlis civitatibus*, quia Iſraëlitæ nondum penitus ſubegerant omnes urbes, ſed adhuc in iis ſubigendis occupati erant.

ח באו לירושלם נאסרו הבמות ולא היה להם עוד היתר והיא היתה נהלה קדשי קדשים נאכלים לפנים מן הקלעים קדשים קלים ומעשר שני לפנים מן החומה:

8. Cum venerunt in Jeruſalem, prohibita ſunt excelſa, neque amplius fuerunt licita. Nam hæc erat poſſeſſio. Sancta autem ſanctorum manducare mos erat intra aulæa; ſancta levia & decimas ſecundas intra murum.

R. OB. DE BARTENORA.

שהיא היתה נחלה *Nam hæc erat hæreditas*, quæ dicta eſt in Lege Deut. 12, 9. כי לא באתם עד עתה אל המנוחה ואל הנחלה horum verborum hic ſenſus eſto, quando ad hæreditatem veneritis, tum prohibita erunt excelſa.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jeruſolyma vocatur נחלה *hæreditas*, ob ſanctitatem ſuam atque æternam ſubſiſtentiam, de qua dixit propheta Pſal. 84, 14. ונחלתו לא יעזוב Nam quia in principio dixit Deum elegiſſe Jeruſolymam in habitationem, & Iſraëlem in peculium ſuum, poſtea dicit, quod Deus benedictus cuſtodiet huncce populum quem ſibi elegit in loco iſto quem elegit, quemadmodum dicitur Pſal. 132, 13. Et declarat illius excellentiam 1 Sam. 12, 22. Cæterum quod doctor Miſnicus dicit לפנים מן הקלעים *intra aulæa*, intelligendum eſt de atrii parietibus, quemadmodum aliquoties expoſuimus.

ט כל הקדשים שהקדישן בשעת איסור הבמות והקריבן בשעת איסור במות בחוץ הרי אלו בעשה ולא תעשה וחייבין עליהן כרת הקדישן בשעת היתר במות והקריבן בשעת איסור במות הרי אלו בעשה ולא תעשה ואין חייבין עליהם כרת הקדישן בשעת איסור במות והקריבם בשעת היתר במות הרי אלו בעשה ואין בהן בלא תעשה:

9. Quæcunque ſancta quis conſecravit tempore prohibitorum excelſorum, & obtulit tempore prohibitorum excelſorum foris: iſta impegerunt in præceptum affirmativum, & in præceptum negativum, atque rei facti ſunt ſuper illis exciſionis. Sin quis conſecravit iſta tempore permiſſorum excelſorum, & obtulit tempore prohibitorum excelſorum, tum impegerunt in præceptum affirmativum, ſed non in præceptum negativum, nec rei facti ſunt ob illa exciſionis. Si quis conſecravit iſta tempore prohibitorum excelſorum, obtulitque tempore licitorum excelſorum: Tunc (iterum) impegerunt in præceptum affirmativum, nihil quicquam autem in præceptum negativum.

R. OB. DE BARTENORA.

הרי אלו בעשה *Ecce hi tranſgrediuntur præceptum affirmativum*, quia ſcriptum eſt Deut. 12, 11. שמה תביאו את עולותיכם illic ergo offeres, non in excelſis; cæterum negativum quod venit ex affirmativo, habetur pro affirmativo. Vel etiam affirmativum ſit id quod dicitur Levit. 17, 5. והביאום ליהוה Et negativum השמר פן תעשה עולותיך Deut. 12, 13.

ואין חייבין עליה כרת *Et ob illa non tenentur excidio*, quandoquidem iſta conſecravit quum excelſa erant licita, nam is qui foris obtulerit, non tenetur excidio, ſed ſacrificio; ſi enim foris obtulerit eo tempore quo conſecravit, tenetur, quem-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הרי אלו בעשה ולא בתעשה *Ecce hi incurrunt præceptum affirmativum, & non negativum*, utrumque præceptum tranſgreſſus eſt quemadmodum dicitur Deut. 12, 13. השמר לך פן תעלה עולותיך בכל מקום Et ex Deut. 12, 11. probatur quod non licet offerre niſi in loco quem elegit Deus; nam hypotheſis nobis eſt quod præceptum negativum ex affirmativo proveniens ſit habendum pro affirmativo; ſed hæc in tractatibus Jevammot & Maccot jam expoſita ſunt.

ואין חייבין עליהן כרת *Et non tenentur ob illa excidio*, quia iſta conſecraverat dum excelſa erant licita, etſi tunc temporis

quemadmodum in deſerto, nam de excidio eorum qui foris mactaverint, ſcriptum eſt Levit. 17, 7. חקת עולם תהיה זאת להם iſtis ergo erit ſtatutum æternum & non aliis.

הקדישן בשעת איסור הבמות *Si conſecraverit ea iſto tempore quo vigebat prohibitio excelſorum*, ab eo tempore tenentur ad Dominum adferre; quandoquidem autem expectavit donec non potuerit implere id quod conſecravit, ceſſat affirmativum præceptum. Sed negativum non obtinet, neque excidium, quia admonitio & pœna conſcriptæ ſunt eodem momento quo oblatio, atque tunc temporis excelſa erant licita.

poris quis foris obtuliſſet, nullatenus tenebatur. Cum autem quis obtulerit foris, non tenetur excidio, niſi ſacrificio, nam ſi obtuliſſet eo tempore quo id conſecraverat, excidio teneretur, quemadmodum ſe res habebat in deſerto, quum vetitum erat foris offerre.

הרי אלו בעשה *Ecce hi tenentur affirmativo*, quia obtulerant eo tempore quo excelſa erant vetita, & non in Sanctuario, quandoquidem igitur extra Sanctuarium obtulerunt, jam tranſgreſſi ſunt id quod dicitur Deut. 12, 11. שמה תביאו

י אלו קדשים קרבין במשכן קדשים שהוקדשו למשכן קרבנות הציבור קרבין במשכן וקרבנות היחיד בבמה קרבנות היחיד שהוקדשו למשכן יקרבו במשכן ואם הקריבן בבמה פטור מה בין במת יחיד לבמת ציבור סמיכה ושחיטת צפון ומתן סביב ותנופה והגשה רבי יהודה אומר אין מנחה בבמה וכיהון ובגדי שרת וכלי שרת וריח ניחוח ומחיצה בדמים ורחוץ ידים ורגלים אבל הזמן והנותר והטמא שוין בזה ובזה:

10. Hæc ſunt ſancta, quæ offerunt in tabernaculo; ſancta, quæ ſanctificantur pro tabernaculo, ſi oblationes fuerint cœtus, offeruntur in tabernaculo: At oblationes privati in excelſo. Oblationes privati, quæ conſecrantur pro tabernaculo, offeruntur in tabernaculo; ſi tamen offert quis ea in excelſo, liber eſt. Quid inter excelſum privati & inter excelſum cœtus intereſt? manuum impoſitio, & mactatio ad ſeptentrionem, ſparſio circumquaque, ventilatio, appropinquatio. R. Jehuda inquit, non Minchah locum habet in excelſo, aut officium ſacerdotale, aut veſtes miniſterii, aut vaſa miniſterii, aut odor quietis, aut ſepimentum inter ſanguines, aut lotio manuum, atque pedum; ſed tempus certum, & reſiduum atque pollutum tam in hoc quam in illo æqualiter ſe habent.

R. OB. DE BARTENORA.

אלו קדשים קרבים במשכן *Hæc ſunt ſancta quæ offerunt in Tabernaculo*, quando ſcil. Tabernaculum fuit in Gilgal, Nob, & Gibeon, quum excelſa erant licita, tum hæc ſancta in Tabernaculo offerri debebant, & non in excelſis. Per קדשים *ſancta*, intelligenda ſunt iſta quæ ſimpliciter in uſum Tabernaculi conſecrata ſunt, ſed quænam iſta ſunt? reſp. ſacrificia cœtus.

קרבנות יחיד *Sacrificia privata*, hæc ſimpliciter pro excelſis ſunt. קרבנות יחיד שהוקדשו למשכן *ſacrificia privata quæ conſecrata ſunt pro Tabernaculo*, nam proprietarius dixit dum ea ſanctificabantur, quod in Tabernaculo offerri debeut.

ואם הקריבן בבמה פטור *Et ſi obtulerit ea in excelſis, liber eſt*, liber eſt a tranſgreſſione præcepti negativi, quia excelſa ſunt licita; nihilominus tamen prohibitum eſt quicquam immutare, quia Deut. 23, 24. ſcriptum eſt מוצא שפתיך תשמור ועשית

במת צבור *Excelſum cœtus*, quod fuit in Gilgal, Nob, & Gibeon. סמיכה *manuum impoſitio*, quia ſcriptum eſt Levit. 2, 8. וסמך ידו לפני יהוה nam apud excelſa non obtinebat manuum impoſitio. ושחיטת צפון *& mactatio in ſeptentrione*; ſicuti ſcriptum eſt Levit. 1, 11. צפונה לפני יהוה Sed apud excelſa non determinata erat ſeptentrionalis plaga.

ומתנת סביב *Et ſparſio circumquaque*, intellige ſparſiones duas quæ ſunt quatuor, de quibus ſcriptum eſt Levit. 1, 5. וזרקו את הדם על המזבח סביב ergo circum altare ſpargendus eſt ſanguis, non vero circum excelſum. והתנופה *& agitatio*, ſicuti ſcriptum eſt Exod. 39, 24. תנופה לפני יהוה ſed apud excelſa agitationi non erat locus. והגשה *& adductio*, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 2, 8. והגישה אל המזבח ſed apud excelſa non requirebatur adductio.

אין מנחה בבמה *Non eſt munus in excelſo*, nam Lex quidem ſacrificia concedit excelſis, ſed non munera. וכיהון *aut officium ſacerdotale*, quia ſcriptum eſt Levit. 17, 6. וזרק הכהן את הדם על המזבח ergo altare ſacerdotis munus requirit, ſed excelſa non requirunt. ובגדי שרת *& veſtimenta miniſterii*, nam cum hic non obtineat ſacerdotium, neque veſtimenta ſacerdotalia requirantur, nam de veſtibus miniſterii ſcriptum eſt ילבשם הכהן Exod. 29, 30. וכלי שרת *aut vaſa miniſterii*, nam de vaſis miniſterii ſcriptum eſt Exod. 29, 30. לשרת בקדש ergo in loco ſancto ſerviendum eſt iis, non in excelſis. וריח ניחוח *aut odor quietis*, intellige membra quæ aſſavit, & adduxit, quæ non comprehendunt quicquam de odore quietis; & hoc intelligendum eſt de altaris oblationibus, quia ſcriptum eſt Levit. 1, 9. ריח ניחוח ליהוה Sed reſpectu excelſorum nihil intereſt etſi ea aſſaverit & obtulerit. ומחיצה לדמים *aut ſepimentum inter ſanguines*, intellige filum coccineum altare circa medium ungens ad dividendum inter ſanguines ſuperiores & inferiores; ſed in excelſis non obtinebat tale filum coccineum, eo quod ſcriptum eſt Exod. 27, 5. והיתה הרשת עד חצי המזבח ad altare, & non ad excelſum. *Et lotio manuum atque pedum*, quia ſcriptum eſt Exod. 28, 43. בבואם אל אהל מועד ירחצו מים ergo manus & pedes lavandi ſunt dum Sanctuarium intrant, & non in excelſis. *Sed tempus*, ſi cogitaverit de ſacrificio comedere extra tempus determinatum. *Et immundus*, etſi offerre in excelſis poſſit is qui non eſt ſacerdos, immundus tamen nequit offerre.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam diximus fuiſſe quondam tempus in quo Tabernaculum exiſtebat, & tum licitum fuiſſe in excelſis; hic vero nobis dicit auctor, quod iſto in tempore non offerebant in excelſis, niſi oblationes privatorum hominum, atque ea conditione ne quis ſuper iis conditionem iniret ad offerendum eas in Tabernaculo. Illa vero quæ hic memorantur, duntaxat intelligenda ſunt de ſacrificiis pro cœtu in excelſis offerendis, & de ſingulis dicitur מזבח *altare*, vel יהוה, vel קדש, aut אהל מועד: de manuum impoſitione ſcriptum eſt Levit. 1, 3. לרצונו לפני יהוה de mactatione in ſeptentrione ſcriptum eſt Levit. 1, 11. צפונה לפני יהוה de ſparſione ſanguinis circum altare ſcriptum eſt Levit. 1, 5. וזרקו את הדם על המזבח סביב de agitatione ſacrificii ſcriptum Exod. 39, 24. תנופה לפני יהוה de munere ſcriptum eſt Levit. 2, 8. והגישה אל המזבח de ſacerdote veſtimentis ſacris induto ſcriptum eſt Exod. 29, 30. לשרת בקדש de vaſis miniſterii ſcriptum eſt Num. 4, 12. אשר ישרתו בם בקדש & Exod. 29, 41. ſcriptum eſt ריח ניחוח אשה ליהוה & alibi ſcriptum eſt מחצה לדמים quatenus altare in medio ſignatur ut ſanguis ſurſum deorſum ſpargi poſſit, quemadmodum expoſitum eſt, & Exod. 27, 5. dicitur והיתה הרשת עד חצי המזבח de manuum pedumque lotione ſcriptum eſt Exod. 28, 43. בבאם אל אהל מועד ירחצו מים Cæterum quod auctor dicit, הזמן *in tempore*, intelligendum eſt ſi attentio ipſius depravata fuerit, abominandum eſſe ſacrificium, quemadmodum expoſuimus capite ſecundo hujuſce tractatus. Sed quod dicit, הטמא *immundum*, ita intelligendum ut ne offerat quiſquam aliquid immundi, licet is qui non eſt e genere ſacerdotali, aptus ſit ad ſacrificandum in excelſis privatis, quemadmodum Gemara colligit quum dicit כיהון בגדי שרת

Finis Tractatus de Sacrificiis.

MAIMONIDIS PRÆFATIO
IN
מסכת מנחות
Tractatum de Muneribus.

VIſum eſt mihi in huncce quoque tractatum quædam præfari, quemadmodum in præcedentem; dico itaque מנחות *munera* primo in duo dividi genera, quorum unum eſt munus quod una cum oblatione קרבן comburi ſolet, atque hoc vocatur מנחת נסכים *munus libaminum*, quod ab iſta oblatione divelli nequit. Alterum genus eſt quod ſeorſim venit, & non dicitur munus libaminum. Cæterum munus libaminum offerri poteſt a cœtu pariter & a privatis. Explicuimus jam in tractatu de Sacrificiis quod omnium ſacrificiorum genera tam a cœtu quam a privatis offerendorum, ſunt quatuor, nimirum, עולה חטאת אשם ושלמים *holocauſtum*, *ſacrificium pro peccato*, *pro reatu*, & *pacificum*, atque hæc quatuor ſacrificiorum genera offeruntur e quinque animantium generibus, quæ ſunt, הצאן והבקר והעזים והתורים ובני יונה *oves*, *jumentum*, *capræ*, *turtures*, & *columbarum pulli*. In Siphri quæritur an holocauſtum ex ave indigeat libamine, & reſpondetur quod non indiget, quia in principio Levitici dicitur מן הבקר ומן הצאן quæ phraſis quoque extat Num 15, 3. ubi de libaminibus. Præterea neque ſacrificium pro peccato, neque ſacrificium pro reatu requirunt munus libaminum, quia Num. 15, 3. de libaminibus dicitur נדר או נדבה או במועדיכם Dixerunt Sapientes, quicquid cum נדר vel cum נדבה accedit, id requirit libamen, & excipiuntur ſacrificia pro peccato & pro reatu, quæ non veniunt cum נדר *voto*, neque נדבה *oblatione ſpontanea*. Et propterea neque primogenitum, neque animantia cætera, neque ſacrificium Paſchale, quia neutrum ex iſtis venit cum voto neque cum oblatione ſpontanea. Liquet ergo tibi ex omnibus iis quæ præfati ſumus quod omnia e jumento holocauſta, omniaque pacifica requirunt libamina, ſive ſint ſacrificia pro cœtu, ſive pro privatis: ſed ſacrificium pro peccato & pro reatu non requirit libamina, præter ſacrificium pro peccato leproſi, vel pro ejuſdem reatu, quemadmodum jam explicui. Id autem quod מנחת נסכים *munus libaminum* vocatur, conſtat e ſimila cum oleo mixta: Sed נסכים *libamina* conſtant e vino, quæ cum holocauſtis & pacificis offeruntur, & hoc eſt quod ſcriptum eſt Num. 15, 5. ויין לנסך Cæterum aliquando omnia, nempe ſimilam mixtam & vinum, libamina vocant, per metaphoram, quia vinum non offertur abſque ſimila, nec ſimila abſque vino; & hic ſacrificiorum ordo eſto; holocauſtum & pacifica ſe habent uti diximus.

Menſura autem cum holocauſto offerenda e ſimila, e vino ſeorſim offerenda cum pacificis, variat ſecundum ſacrificiorum varietatem, & in tres præcipue dividi ſolet, quarum prima eſt, ut ſacrificium fiat e genere caprarum, tam minorum quam majorum; vel e tenui grege, nempe ex agno anniculo ſecundum munus libaminum, quorum unumquodque, ſive multa ſint ſive pauca, requirit decimam ſimilæ partem mixtam cum quarta parte Hin ex oleo, & vini pro libamine quartam partem, ſive holocauſtum ſit ſive ſacrificium pacificum. Si itaque holocauſtum ſive pacificum fiat e grege majori, vocatur איל *aries*, & tum muneri iſti adjicienda eſt decima pars dupla, mixta cum quarta parte Hin ex oleo; & e vino tertia pars Hin pro libamine atque hæc menſura ſecunda ſit pro libaminibus. Tertia vero hæc ſit menſura, ut holocauſtum aut pacificum fiat e jumenti genere, ſive e majore ſive e minori, nihil refert; munus autem unicuique ſacrificio conveniens, conſtat e tribus ac decem partibus cum oleo mixtis, dimidio Hin, & vini pro libamine dimidio Hin, atque hæcce menſura ſecundum ſacrificiornm numerum augetur, ſive iſta veniant pro cœtu, ſive pro privatis hominibus. Scriptum eſt Num. 15, 12. כמספר אשר תעשו ככה תעשו לאחד כמספרם Et ab hac regula nulla res excipitur, neque ei quicquam additur vel minuitur præter agnum, qui ſecundo Paſchatis die offertur, quo Omer agitatur, ex quo agno holocauſtum fit, ſicuti expoſuimus. Cæterum Lex de hocce ſacrificio dixit requiri munus decimæ partis cum triplici parte Hin ex oleo mixta, & libamina requiri quartæ partis Hin ex vino, ut in agno fieri ſolet. Sic etiam Sacrificium pro peccato & reatu leproſi ſe res habet, nam cum unoquoque offertur decima pars Hin, quia ſacrificium leproſi con-

conſtat e duobus agnis & agna, unde fit ſacrificium pro peccato, pro reatu, & holocauſtum; & de ipſius munere Lex dicit, ושלשה עשרונים *& tres decimæ*; atque hoc eſt munus libaminum quod cum ſacrificio comburitur, ſive cum holocauſto, ſive cum membris pacificorum, atque hæc ſunt libamina quæ ad quodque ſacrificium requiruntur. Horum vero jam mentionem fecimus capite quinto tractatus de Siclis, quæ hoc loco ulterius ordine perſecuti ſumus; atque hæc eſt diſtributio prima.

Secunda vero continet munera quæ non dependent a ſacrificiis, & in duo diſtribuuntur genera, nimirum in מנחת יחיד *munus privatum*, & מנחת צבור *munus publicum*; in munere publico quod pro tota Iſraëlitarum ſocietate venit, etiam comprehenditur Omer agitationis, qui offertur ſecundo feſti Paſchatis die, cujus ritus in hocce tractatu abſolvetur, & ex ipſo pugillus offertur in altare, reſiduum vero a ſacerdotibus comeditur. Secundum munus quod e duobus conſtat panibus quos in feſto Pentecoſtes offerunt, quorum jam meminimus in principio tractatus de Sacrificiis. Dicit Deus Levit. 23, 17. ממושבותיכם תביאו לחם תנופה & de munere dicit Num. 28, 26. בהקריבכם מנחה חדשה ליהוה בשבועותיכם Tertium vero munus conſtat e pane facierum quem comedunt ſacerdotes ſingulis Sabbaticis diebus, & hicce panis e duodecim placentis confectus eſt, quarum una continet duas farinæ decimas, & hi tres [illegible] Sabbato comedi poſſunt licet polluti ſint. Sed hic non comeditur panis, ſi is in immunditia acceſſerit, quemadmodum de hoc expoſuimus in tractatu Peſachim.

Munus Omer quod ſeorſim venit, propellit Sanctitatem Sabbati, quemadmodum in hocce tractatu expoſitum eſt. מנחת היחיד *munus privatum* dividitur in quinque genera; horum primum eſt quod offerri debet ob iniquitatem alicujus. Secundum, quum nonnemo peccaverit in re quam corrigere vellet. Tertium, quod offerendum eſt una cum quodam ſacrificio, quod vocamus מנחה דרך העברה *munus quod per tranſlationem offertur*, ſed hoc amplius exponendum. Quartum, quod pontifex maximus duntaxat offerre debet, vel ſemel idiota ſive vulgaris. Quintum genus eſt, quod ob votum vel oblationem ſpontaneam quis offerre debet. Præterea notandum eſt primum munus offerri quando quis erraſſet in immunditie Sanctuarii & rerum ſanctarum; vel ſi erraverit in jurejurando temere dicto; vel ſi jusjurandum teſtimonii ex arrogantia quadam ſive errore pronunciaverit. Quiſquis igitur unum ex hiſce quatuor commiſerit, is tenetur ſacrificio, ſicuti expoſuimus in principio prologi ad codicem de Sacrificiis; ſi vero alicujus opes non aſſequantur tale ſacrificium, offerat decimam Ephæ partem e ſimila abſque oleo & thure, atque hoc vocatur מנחת חוטא *munus peccatoris*; ſed in Lege etiam חטאת dicitur: & requiritur ut pugillus de eo offeratur, reliquum vero a ſacerdotibus comeditur. Secundum, eſt id quod offerre debet uxor adulterii ſuſpecta, & diſtinguitur a muneribus omnibus, & hoc e farina conſtat hordeacea ſine oleo & thure, & de hoc munere offertur pugillus in altare, & reſiduum a ſacerdotibus comeditur, ſicuti expoſuimus capite ſecundo tractatus Sota, & vocatur מנחת קנאת *munus zelotypiæ*, ſecundum Legem. Tertium, quo homo obligatur ad aliquod ſacrificium, ut, ſi ſacrificium euchariſticum quis promiſerit, vel Nazyræatum voverit, atque Nazyræatus tempus impleverit.

Cæterum jam expoſui capite quinto tractatus de Sacrificiis, quod cum ſacrificiis euchariſticis & ariete Nazyræi offerendæ ſunt aliquot panis ſpecies. Verum nullibi in Lege aries Nazyræi vocatur מנחה *munus*, neque ſub muneribus continetur; quod liquet ex eo quod ſi ſacerdos obtulerit euchariſticum, vel arietem Nazyræi, comedat panem quem cum iis obtulit, ac ſi eſſet vulgaris Iſraëlita; ſi vero id eſſet munus, comburendum fuiſſet, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 6, 16. וכל מנחת כהן כליל תהיה לא תאכל Sapientes vero id vocarunt דרך העברה *modum ſive viam tranſlationis*; & in hocce tractatu quoque de panis negotio inquiretur, quomodo ſcil. is conficiendus ſit, & quænam illius ſit menſura.

Quartum vocatur חביתי כהן גדול *ſartagines pontificis maximi*, quod decimam Ephæ partem continet, cujus dimidium unum offertur cum ſacrificio jugi matutino, alterum cum veſpertino, atque hoc totum comburendum eſt, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 6, 15. חק עולם כליל תקטר Et hoc eſt munus quod pontifex maximus quotidie debet offerre, vocaturque etiam *munus ſacerdotis uncti*, quia de ipſo dicitur Levit. 6, 13. אשר יקריב ליהוה ביום המשח אתו Quod autem ſacerdos ſemel ad hoc munus obligatur, iſtud ſè habet eo quo tibi dicam ſenſu, nimirum quando ſacerdos ſe accingit ad miniſterium ſuum, ſive pontifex maximus ſit, ſive gregarius ſacerdos, prius tenetur ex ſeipſo adducere decimas e ſimila, quas in munus offert, quod poſtea penitus comburitur, quia munus ſacerdotis eſt. Et hoc elicitur ex eo quod ſcriptum eſt Levit. 6, 13. זה קרבן אהרן ובניו אשר יקריבו ליהוה vides igitur in hoc loco

loco contineri munus pontificis maximi quotidie offerendum, & cujuſlibet ſacerdotis munus ad miniſterium ſe accingentis. Scias enim volo quod ſacerdos ab eo tempore quo præcepto tenetur, aptus ſit ad miniſterium; ſed alii ſacerdotes ipſum ad miniſterium non admittunt, niſi donec ad viginti annos pervenerit.

Quintum munus eſt quatenus quis in ſe recepit oblationem ſpontaneam, idque מנחה נדבה *munus ſpontaneum* vocatur, & e quinque conſtat ſimilæ ſpeciebus oleo commixtis, quod vocatur מנחת הסולת *munus ſimilagineum*, vel מאפה תנור *coctum fornacis*, & tum e duabus ſpeciebus conſtat, placentis ſcil. & Laganis; porro etiam vocatur מנחת על המחבת *munus ſartaginis*, aut מנחת מרחשת *munus aheni*, quæ nomina omnia in Lege occurrunt; & ad quamlibet horum ſpeciem & menſuram tenetur, ſi quid deliquerit, & non minus quam decimam partem ſolvere debet, ſicuti expoſitum eſt.

Hæc vero quinque munerum genera requirunt oleum, thus, & ſimilam, exinde pugilli plenitudo offertur, & quod reſtat, comeditur; quicquid autem poſt pugilli plenitudinem remanſerit, id vocatur שירי מנחות *reliquiæ munerum*, quæ a ſacerdotibus comeduntur; præterquam ſi eſſet munus ſacerdotis quod penitus comburi debet. Præterea omnium munerum rationes & ordines, necnon caſus infauſti qui illis accidere poſſunt, exponentur in hoc ipſo tractatu. Cæterum omnia munera requirunt ſimilam, excepto munere Omer, & munere zelotypiæ quod ex hordei farina fiebat, quorum neutrum comburitur, munere zelotypiæ & munere ſacerdotis exceptis quæ e quacunque fiunt re; & munere libaminum pro quocunque id fiat homine. Præterea de omni munere pugillus offerendus eſt, reliquum vero a ſacerdotibus comeditur. Hæc igitur omnium eorum quæ hic & ad tractatum de Sacrificiis diximus, ſumma eſto, & propterea nihil amplius dicendum reſtat, quam de menſura *decimæ* & *Hin*, hiſce enim duabus menſuris tota res conſtituta eſt in muneribus, libaminibuſque. Sed earum mentio jam dudum facta eſt in fine tractatus de Angulo; dicitur itaque in Gemara, quod ſpatium quatuor digitorum in longitudine, & quatuor in latitudine, in altitudine duorum digitorum ſeptemque decimarum digiti, dummodo digitus quo menſurantur, ſit pollex manus mediocris, vocatur לוג *Logus*, & illius quarta pars vocatur רביעית; cæterum menſura הין *Hin* cujus mentio facta eſt in Lege, & ſecundum quam Scriptura omnia menſurat munera & libamina, ut & ſecundum quartam tertiamque illius partem, ac dimidium, comprehendit duodecim Logos.

Jam monuimus quoque quod agnorum libamina contineant tres Logos, libamina arietis quatuor Logos, libamina bovis ſex Logos, his olei menſuris commiſcent atque convolvunt ſimilam, ſicuti meminimus. Cæterum in tractatu Ediot dixi me accurate perpendiſſe menſura in רביעית *quartarii*, & deprehendiſſe eam ferme viginti ſex Drachmas Ægyptias ex oleo continere; ſic etiam expertus ſum eam viginti & ſeptem Drachmas Ægyptias comprehendere ex oleo olivarum. Sed ad grana non attendi, propter minutias eorum. Logi vero menſura in oleo aut vino, eſt centum drachmarum & quatuor drachmarum Ægyptiarum.

עשרון Eſt decima pars Ephæ, quæ eſt menſura Omer, atque hæc menſura חלה *placentæ*; & hæc menſura jam a nobis expoſitum eſt capite ſecundo tractatus de Placenta, & in principio tractatus Ediot, ibique etiam expoſuimus nos deprehendiſſe menſuram Placentæ eſſe quingentarum & viginti drachmarum e farina triticea Ægyptiaca, atque hanc menſuram ſeorſim quingentas & viginti drachmas comprehendere e farina Ægyptiaca; drachmæ vero omnes quarum hic mentio facta eſt, ſunt Ægyptiacæ. Atque hæc a nobis præmittenda erant antequam ipſum tractatum exponeremus.

מסכת מנחות

Tractatus de Muneribus.

פרק א כל המנחות שנקמצו שלא לשמן כשרות אלא שלא עלו לבעלים משום חובה חוץ ממנחת חוטא ומנחת קנאות מנחת חוטא ומנחת קנאות שקמצן שלא לשמן נתן בכלי והלך והקטיר שלא לשמן או לשמן ושלא לשמן או שלא לשמן ולשמן פסולות כיצד לשמן ושלא לשמן לשם מנחת חוטא ולשם מנחת נדבה או שלא לשמן ולשמן לשם מנחת נדבה ולשם מנחת חוטא:

CAput 1. Omnia munera licet alieno nomine pugillo collecta, recta ſunt, niſi quod poſſeſſoribus ipſorum non imputentur ex debito, munere peccatoris & zelotypiæ excepto. Munera peccatoris & zelotypiæ alieno nomine pugillo collecta ſi in vaſculum repoſita fuerint, & incenſa, alieno nomine, vel proprio nomine & alieno nomine, vel proprio nomine & alieno nomine, reproba ſunt. Sed quid ſibi vult, *illud proprio nomine & alieno nomine?* nomine muneris peccatoris, & nomine muneris oblationis ſpontaneæ; vel *alieno nomine & proprio nomine*, eſt, in nomine muneris oblationis ſpontaneæ, & in nomine muneris peccatoris.

R. OB. DE BARTENORA.

כל המנחות שנקמצו שלא לשמן *Omnia munera nomine alieno pugillo collecta*, ut, ſi quis munus in ſartagine conficiendum promiſerit, atque adduxerit, ſacerdos vero id in nomine muneris in aheno conficiendi pugillo collegerit. *Hæc proba ſunt*, pugillus comburitur, & reliquum comeditur, nam pugilli collectio in muneribus valet id quod mactatio in ſacrificiis, ſicuti ergo omnia ſacrificia ſub alieno titulo mactata, ſunt legitima, quemadmodum in principio tractatus Zevachim oſtendimus, ita quoque omnia munera ſub alieno titulo pugillo collecta, ſunt legitima.

אלא שלא עלו לבעלים משום חובה *Niſi quod ea poſſeſſoribus non imputentur ex debito*, potuiſſet auctor ſimpliciter dicere לא עלו וכו׳ quare addit אלא, nam liquet totum illius jus eſſe ut muneris recti jus? reſp. ſed auctor ita locutus eſt ut nos doceret prohibitum eſſe in eo aliam inſtituere mutationem, nam ſi ſub alieno titulo pugillo collegerit, prohibitum eſt pugilli collectaneum ſub alieno nomine vaſi miniſterii indere.

שלא עלו לבעלים לשם חובה *Quia poſſeſſoribus non imputantur ex debito*, nam poſſeſſor non ſatisfecit debito ſui voti, ſed aliud munus adducere debet in nomine muneris ſartaginei. חוץ ממנחת חוטא *munere peccatoris excepto*, quod adducendum eſt ſi quis Templum ejuſdemve Sancta polluerit, niſi tantum in bonis non habeat ut duos turtures offerre poſſit. ומנחת קנאות & *munus zelotypiæ*, mulieris adulterii ſuſpectæ, quod non in nomine ſuo pugillo collectum eſt, ut, in nomine voti; aut, ſi id quod in alieno nomine pugillo collegerit, indiderit vaſi miniſterii, vel alieno nomine combuſſerit, vel ſi de aliquo miniſterio in nomine ſuo & non in nomine ſuo cogitaverit, hæc munera ſunt reproba, & reliquiæ illorum non comeduntur. Ratio eſt quia Lex munus peccatoris vocat חטאת *ſacrificium pro peccato*, de quo ſcriptum eſt Levit. 4, 23. fiat ergo mactatio & exceptio ſanguinis illius in nomine ſacrificii pro peccato. Et quandoquidem de zelotypiæ munere dicitur vox עון *iniquitas* Num. 5, 15. Idcirco Sapientes id aſſimilarunt ſacrificio pro peccato. Cæterum munus Omer, licet non ſit peccatoris munus, neque zelotypiæ, reprobum eſt ſi non in nomine ipſius pugillo collectum ſit, & reliquiæ illius non comeduntur, quandoquidem id offertur ad licitum reddendum novum proventum, idcirco Omer nondum reddidit licitum. Quod autem Miſna dicit omnia munera pugillo collecta ſub alieno titulo, eſſe legitima, intelligendum eſt de muneribus quibus non eſt tempus fixum, & non de munere manipuli, cui tempus aliquod fixum eſt. *Vel alieno nomine & proprio nomine*, ne quis putaret, illud *in proprio nomine & alieno* reprobum facere munus, quia ultima cogitatio aſſumenda eſt; ſed iſtud *in nomine alieno & in nomine proprio* facere munus probum, idcirco auctor hæc monere voluit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Pugilli collectio in munere fieri ſolet pro mactatione in ſacrificiis. Sed in tractatu de Sacrificiis jam expoſuimus quod omnia ſacrificia ſub alieno titulo mactata, tamen recta ſint, ſacrificio pro peccatis excepto. De munere zelotypiæ ſcriptum eſt Num. 5, 15. היא מנחת זכרון מזכרת עון Quia vero Lex meminit vocis עון *delicti*, hocce munus aſſimilarunt muneri peccatoris; ſed jam noſti quod de peccatoris munere dicitur, id in ſacrificium pro peccato offerendum eſſe. Quod auctor hic dicit, כשרין *recta ſunt*, illius ſenſus eſt, ſe recte ſacrificii ritum abſolviſſe, ſicuti exponitur in tractatu de Sacrificiis.

כל המנחות *Omnia munera*, hoc intelligendum eſt de muneribus quibus non eſt fixum tempus; ſed Omer ſive manipulus agitationis, ſi is ſub alieno titulo collectus ſit, reprobus eſt, quandoquidem ipſe venit ad permittendum, & nondum permiſſus eſt, id eſt, quod non licet de ipſo comedere novo, niſi donec manipulus iſte oblatus ſit, quemadmodum ſcriptum eſt Levit. 23, 14. Sed munera quibus non eſt tempus fixum, ſi ea in pugillum collegerit, recta ſunt, ut, ſi quis maſſam ſartaginis pugillaverit in nomine maſſa aheni, & contra. נתן בכלי *ſi dederit in vaſculum*, ſi id quod pugillo collegerit, in vas repoſuerit, nam in vas miniſterii reponi debet.

ב אחת מנחת חוטא ואחת כל המנחות שקמצן זר אונן טבול יום מחוסר בגדים מחוסר כפורים שלא רחוץ ידים ורגלים ערל טמא יושב עומד על גבי כלים על גבי בהמה על גבי רגלי חברו פסל קמץ בשמאל פסל בן בתירא אומר יחזיר ויחזור ויקמוץ בימין קמץ ועלה בידו צרור או גרגיר מלח או קורט של לבונה פסל מפני שאמרו הקומץ היתר והחסר פסול איזה הוא היתר שקמצו מבורץ והחסר שקמצו

2. Tam munus peccatoris quam omnia munera ab extraneo pugillo collecta, vel a lugente, vel a loto de die, vel a veſtibus ſacris deſtituto, vel expiatione egente, vel ab eo qui nec manus nec pedes lavit, vel a præputiato, vel ab immundo, vel ab eo qui ſedit ſtetitve ſuper vaſe, vel ſuper beſtia, vel ſuper pedibus proximi, reproba facta ſunt, ſi ſiniſtra pugillaverit, male egit. Beteræ filius dicit, iterum atque iterum pugillo colligit dextero; ſi vero inter pugillandum in manum ipſius inciderit lapillus, aut granum ſalis, aut fruſtulum thuris, reprobum fecit pugillum: Nam dixerunt, id quod redundat vel deficit ſi pugillo collectum ſit, reprobum eſt; ſed quidnam eſt reſiduum? quod accumulate

בראשי אצבעותיו כיצד הוא עושה פושט את
אצבעותיו על פס ידו :

pugillo collectum eſt; defectuoſum vero, quod digitorum extremitatibus collectum eſt. Sed quomodo faciet? digitos extendet ſuper volam manus.

R. OB. DE BARTENORA.

זר ואונן וכוי *Extraneus, & lugens &c.* de his omnibus jam expoſuimus capite ſecundo tractatus de Sacrificiis, & ex aliquot Scripturæ locis oſtendimus, eos omnes ad miniſterium ineptos eſſe. ערל *præputiatus*, eſt ſacerdos non circumciſus qui circumciſionem ferre non poſſe cenſetur, quia fratres ipſius omnes ex iſta mortui ſunt. יושב *qui ſedit*, quia ſcriptum eſt Deut. 18, 5. לעמוד ולשרת ſtando igitur miniſterium peragendum eſt.

על גבי כלים *Super vaſis*, quia inter ſacerdotem & atrii ſolum nihil intereſſe debet. Filius Beteræ ſtatuit iterum atque iterum pugillo colligendum eſſe, ut id quod pugillo collectum, redeat ad munus, & poſtea pugillatio fiat manu dextera. Sic etiam de omnibus ad miniſterium ineptis in hac Miſna memoratis putat Beteræ filius quod ſi nonnemo ex iis pugillo collegerit, id quod pugillo collectum eſt, redeat ad locum ſuum, & tum ſacerdos aptus denuo pugillo capiat; deciſio non eſt ſecundum filium Beteræ.

עלה בידו צרור *Si inciderit in manum illius lapillus*, ita fiet pugillus deficiens in loco lapilli. או גרגר מלח או קורט של לבונה *aut granum ſalis, aut thuris fruſtulum*, nam ante pugillationem omne thus ad unum colligere debet latus, & tum pugillare, poſteaque id colligere atque cum pugilli collectione conjungere, & totum comburere. Si vero in pugillo apparuerit ſalis granum, vel thuris fruſtulum, pugillus deficiens cenſetur in loco grani ſalis.

מבורץ Idem quod מלא *in cumulum colligere.* שקומצו בראשי אצעותיו *quando extremis colligit digitis*, quando omnes digitos ſuper volam extendit. פושט את אצבעותיו *extendit digitos ipſius*, omnes digitos ſuper farinam extendit, eamque intra manum comprehendit, & minimo abradit digito ut farina e pugillo ipſius prodeat, deinde vero pollice abradit, ne farina prodeat extra indicem. Atque hæc ratio requirebatur in munere ſartaginis & aheni, quod coquebatur, & poſtquam coctum eſſet, in fruſta comminuebatur, & deinde in pugillum colligebatur; ſed non poterat in tam exigua fruſta comminui, quin aliquid extra pugillum dilaberetur, propterea ſuperius abradebat pollice, & digito minimo inferius; atque hoc erat miniſterium difficillimum quod in Templo fiebat, nam vix fieri poterat quin aliquid ſupereſſet, vel deficeret. Maimonides ſcribit verba illius qui dicit hoc eſſe miniſterium difficile, eſſe refutata, & addit hancce pugillationem fieri a ſacerdote eo modo quo plerique homines pugillare ſolent. Ego autem ſtatuo rem ſingulari modo olim fieri, nempe quod ſacerdos digitorum ſuorum latera in farinam immittebat, eamque ad latera digitorum colligebat intra manum ſuam; ſed tribus tantum digitis comprehendebat quantum poterat, non pluribus; & ne in cumulum colligeret, vel quid foras prodiret, idcirco digito minimo radebat, & pollice ſuperius. Sed verba illius qui dixit hoc eſſe in Templo miniſterium difficile, non exploſa ſunt, ita exponente Gemara & omnibus Magiſtris meis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnes hoſce reprobos jam expoſuimus ſingulos capite ſecundo tractatus Zevachim, ubi illa invenies. Quemadmodum ergo Beteræ filius hic dicit de eo qui ope ſiniſtræ pugillo collegit, ita quoque de cæteris loquitur reprobis, nam ſi pugillo collegerit, id quod pugillo collectum eſt, redeat ad munus, atque tum accedat is qui idoneus eſt, & pugillo colligat. Cæterum quod auctor dicit, *ſi aſcenderit in manum illius ſalis granum*, illius ſenſus eſt perinde ac ſi dixiſſet, ſi cum ſimila aliqua res commixta fuerit atque in manum illius aſcenderit. Sed jam meminimus de pugillationis ordine, quod omne thus in unum locum colligere debet, & deinde pugillo capere, atque omnia ope pugilli in unum colligere ut comburantur penitus. Si vero in totum pugillum inciderit lapillus, aut ſalis granum, vel thuris, pugillus deficiet. Ordinem vero pugillandi rectum nos docet Gemara hoc ſenſu, pugillum ſuum impleat ſecundum communem pugillandi conſuetudinem; confutantur enim verba illius qui dicit, opus pugillandi eſſe miniſterium difficile. Nam ſcias volo quod vaſculum non elevandum ſit e terra, & deinceps pugillo capiendum; quia nobis hypotheſis eſt quod pugillatio peragi debet in vaſe ſolo contiguo, quemadmodum munus & tali vaſculo offerri ſolet. Præterea nobis quoque hypotheſis eſt plenitudinem pugilli in duo vaſa diſtincta, non rite conſecratam eſſe. Contra vero rectum eſſe munus quod in templo pugillo collectum eſt; dummodo nemo id ſciens fecerit. Vaſa vero miniſterii etiam ſine intentione conſecrant, nimirum, etſi ſacerdos non cogitaſſet ea eſſe ſancta, tamen id quod in ipſis continetur, conſecratum ſit.

ג ריבה שמנה וחסר שמנה חסר לבנתה פסולה
הקומץ את המנחה לאכול שיריה בחוץ או כזית
משיריה בחוץ להקטיר קומצה בחוץ או כזית
מקומצה בחוץ או להקריב לבנתה בחוץ פסול ואין
בו כרת לאכול שיריה למחר או כזית משיריה
למחר להקטיר קומצה למחר או כזית מקומצה
למחר או להקטיר לבונתה למחר פגול וחייבים
עליו כרת זה הכלל כל הקומץ והנותן בכלי והמהלך
(ס״א והמולך) והמקטיר לאכול דבר שדרכו לאכול
ולהקטיר דבר שדרכו להקטיר חוץ למקומו פסול
ואין בו כרת חוץ לזמנו פגול וחייבים עליו כרת
ובלבד שיקרב המתיר במצותו כיצד קרב המתיר
במצותו

3. Si ſuperabundaſſet oleum illius, vel defeciſſet, vel thus defeciſſet, reprobum erat. Si quis munus pugillo collegiſſet ut reliquias illius comederet foris, vel quantitatem olivæ reliquiarum foris. Vel ad pugilli collecta foris comburenda, vel quantitatem olivæ ex eo quod pugillo collectum eſt foris. Vel ad thus illius foris comburendum, reprobum eſt; attamen excidium non habet locum in ipſo. Vel ad reliquias ipſius die craſtino comedendas, vel olivæ quantitatem e reliquiis die craſtino. Vel ad pugillatum illius die craſtino comburendum, vel quantitatem olivæ de pugillato craſtino die. Vel ad thus illius die craſtino adolendum, tum abominatio eſt, & pœna excidii obtinet. Hæc regula ſit generalis, quiſquis pugillo collegerit, vel indiderit vaſculo, vel portaverit, vel incenderit ad comedendum id quod comedi ſolet, vel ad comburendum id quod comburi ſolet, extra locum ſuum, munus eſt reprobum. Sed in ipſo non obtinet pœna excidii; ſi extra tempus ſuum, tum abominatio eſt & excidii pœna obtinet, dummodo permittens offeratur ſecundum ipſius præceptum. Sed quomodo permittens offertur ſecundum præceptum ipſius? Si cum Silentio

כמצותו קמץ בשתיקה ונתן בכלי והלך והקטיר חוץ לזמנו או שקמץ חוץ לזמנו ונתן בכלי והלך והקטיר בשתיקה או שקמץ ונתן בכלי והלך והקטיר חוץ לזמנו זה הוא שקרב המתיר כמצותו :

lentio collegerit pugillo, indideritque vaſculo, & portaverit, ac extra tempus ſuum combuſſerit, vel extra tempus ſuum pugillo coll gerit, vaſi indi.e-rit, portaverit, & combuſſerit cum ſilentio; vel ſi pugillo collegerit, vaſi indiderit, portaverit, & combuſſerit extra tempus ſuum, id eſt, quod dicitur, *permittens offertur ſecundum præceptum ipſius.*

R. OB. DE BARTENORA.

ריבה שמנה *Si multiplicaverit oleum illius*, olei quantitas eſt Logus pro ſingulis decimis, עשרון dictis, ſi vero duos Logos dederit, aut plus, pro ſingulis decimis, qui veniunt pro duobus muneribus, res infecta eſt. חסר שמנה *ſi diminuerit oleum illius*, ſi pro decimis ſimilæ minus dederit quam olei Logum.

חסר לבונה *Si minuerit thus*, ſi granum thuris duntaxat dederit; ſi vero duo dederit, recte ſe habet, quia ſcriptum eſt Levit. 6, 8. את כל הלבונה ubi particula כל *omne* vel unicum granum thuris notat, nam כל notat quantulamcunque quantitatem, uti ſcriptum eſt 2 Reg. 4, 2. אין לשפחתך כל בבית ubi particula כל includit duo grana thuris. Et non tradit auctor, ſi quis adauxerit thus, quia res non infecta cenſetur niſi plus quam duos pugillos multiplicaverit, nam tum plus æquo multiplicavit.

לאכול שיריה בחוץ *Ad comedendum reliquias illius foris*, extra atrium Templi. או להקטיר קומצה בחוץ *aut ad incendendum pugillum illius foris*, nam intentio ſacerdotis reprobum reddit, ſive de edulibus, ſive de altaris cibis cogitaverit, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 7, 18. ואם האכל יאכל ubi Lex de utroque cibo loquitur, communi ſcil. & altaris cibo. Sed hic loci ſermo eſt de intentione, ubi dicit, המקריב אותו לא יחשב Inter offerendum abominatio fieri poteſt, ſed non die tertio, ſequitur ergo textum de intentione loqui, qua ſacerdos intendit de carne ſacrificii comedere die tertio.

פסולה *Reprobum eſt*, quia intentio extra locum ſuum pugilli collectionem reddit reprobam apud munera, ſicuti ea reprobam reddit mactationem ſacrificii; & quicquid in ſacrificii mactatione, in ſanguinis exceptione, in adductione, & in ſparſione ſanguinis reddit reprobum, id in pugillatione muneris, in impoſitione in vas, in adductione, & in adolitione thuris pugilli reprobum reddit, & hæ quatuor actiones ſibi invicem conveniunt. Cæterum pugilli collectio & thuris in muneribus ejuſdem ſenſus ſunt cujus ſanguis & adipes in ſacrificiis; reliquiæ muneris quæ comburuntur, ſunt inſtar carnis ſacrificii quod comeditur. Sed capite ſecundo tractatus Zevachim omnia hæcce reproba jam ſunt expoſita ſecundum aliquot Legis locos. לאכול דבר שדרכו לאכול *ad comedendum id quod comedi ſolet*, quales ſunt reliquiæ. דבר שדרכו להקטיר *id quod incendi ſolet*, uti eſt pugillus; verum ſi cogitaverit ſe comeſurum de pugillato, vel ſe combuſturum reliquias extra tempus ſuum, nihil fecit reprobum, quia iſta cogitatio reſpectu aliorum hominum cogitationum intercidit. ובלבד שיקריב המתיר כהלכתו *dummodo permittens offeratur more ſolito*, pugillum ſcil. offerat perinde ac ſi eſſet legitimus, & in ipſo non contineretur quid reprobi, ſed abominatio duntaxat. Si vero in ipſo fuerit quid aliud reprobi, non amplius cenſetur abominatio, neque pœna excidii in ipſo locum habet. קמץ בשתיקה *ſi cum ſilentio pugillo collegerit*, ita ut nihil reprobi cogitaverit dum pugillo colligebat. *Si vaſi indiderit, adduxerit, & extra tempus ſuum combuſſerit*, ſi inter tria iſta miniſteria cogitaverit ſacerdos ſe comeſurum reliquias foris intempeſtive.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Olei quantitas eſt Logus pro decimis, & thuris, pugillus; idcirco quod dicit auctor ריבה שמנה *ſi adauxerit oleum illius*, intelligendum eſt ſi ſacerdos ultra duos Logos ſingulis addiderit decimis. Sed חסר שמנה *ſi diminuerit oleum illius*, intelligi debet ſi minus quam Logum affuderit. חסר לבונתה *ſi diminuerit thus illius*, ſi nimirum unicum in eo contineatur granum, ſi vero duo thuris grana addiderit, bene habet. Pariter ſi adauxerit thus illius, id intelligendum eſt ſi ultra duos thuris pugillos addiderit ſingulis decimis, infecta res eſt. Præterea ſcias volo muneris pugillationem apud munera notare idem quod mactatio apud ſacrificia; & impoſitionem pugilli in vaſculum miniſterii in munere idem eſſe quod ſanguinis exceptio eſt in ſacrificiis; adductionem vero idem quod adductionem; & thuris incenſum idem quod ſanguinis ſparſio; & thus cum pugillatione eſſe inſtar ſanguinis & adipum ſacrificiorum; reliquiæ muneris inſtar reliquiarum carnis ſacrificii quod comeditur. Et quemadmodum de ſacrificiis dicitur, qui mactaverit, qui ſanguinem exceperit, qui adduxerit, & qui ſparſerit ſanguinem, ita quoque de munere dicitur, qui pugillo collegerit, qui vaſi indiderit, qui adduxerit, & qui incenderit, quælibet muneris actio reſpiciens ſacrificii actiones. Propterea infortunium quod ſacrificium contrahere poteſt intentione perverſa ſacerdotis inter quatuor iſta ſuperius memorata miniſteria, ſimile eſt infortunio quod munus contrahere poteſt perverſa ſacerdotis intentione inter ſimilia iſta quatuor miniſteria. Et cum ſe ita res habeat, capite hocce nihil exponendum erit amplius, cum hæc omnia occurrant capite ſecundo tractatus de Sacrificiis, ubi omnia quam perfectiſſime expoſuimus, unde cætera petas, nam omnia quæ hic diceremus, mere ſuperflua forent, & abſque utilitate. Ita quoque Gemara fecit, cum ea non locuta ſit de reliquis in hoc capite occurrentibus, quia omnia ſunt clara.

ד כיצד לא קרב המתיר כמצותו קמץ חוץ למקומו ונתן בכלי והלך והקטיר חוץ לזמנו או שקמץ חוץ לזמנו ונתן בכלי והלך והקטיר חוץ למקומו או שקמץ ונתן בכלי והלך והקטיר חוץ למקומו מנחת חוטא ומנחת קנאות שקמצן שלא לשמן ונתן בכלי והלך והקטיר חוץ לזמנן או שקמץ חוץ לזמנן ונתן בכלי והלך והקטיר שלא לשמן או שקמץ ונתן בכלי והלך והקטיר שלא לשמן זה הוא שלא קרב המתיר כמצותו לאכול כזית בחוץ וכזית למחר כזית למחר וכזית בחוץ כחצי זית בחוץ וכחצי זית למחר כחצי זית למחר וכחצי זית בחוץ פסול ואין

4. Quomodo permittens non offertur ſecundum præceptum ipſius? Si extra locum ſuum pugillo collegerit, & vaſi indiderit, adduxerit, atque intempeſtive combuſſerit. Vel ſi pugillo collegerit, vaſi indiderit, adduxerit, & extra locum ſuum combuſſerit. Si munus peccatoris & zelotypiæ ſub alieno titulo pugillo collegerit, vaſi indiderit, adduxerit, & combuſſerit intempeſtive. Vel ſi intempeſtive pugillo collegerit, vaſi indiderit, adduxerit, & combuſſerit ſub alieno titulo, vocatur *permittens quod non offertur ſetundum præceptum ipſius.* (Si cogitaverit ſacerdos) ſe eſurum olivæ quantitatem foris, & tantundem die craſtino; vel quantitatem olivæ die craſtino, & tantundem foris; vel dimidii olivæ quantitatem foris, & tantundem craſtino die; vel quantitatem dimidii olivæ die craſtino, & tantundem

בו כרת אמר רבי יהודה זה הכלל אם מחשבת הזמן קדמה למחשבת המקום פגול וחייבין עליו כרת ואם מחשבת המקום קדמה למחשבת הזמן פסול ואין בו כרת וחכמים אומרים זה וזה פסול ואין בו כרת לאכול כחצי זית ולהקטיר כחצי זית כשר שאין אכילה והקטרה מצטרפין :

tundem foris, reprobum eſt, ſed pœna excidii in ipſo non obtinet. Dixit R. Jehuda, hæc regula generalis eſt, ſi cogitatio loci antecedat cogitationem temporis, reprobum eſt, ſed in ipſo non obtinet excidium. Sapientes dicunt, utrumque reprobum eſt, ſed in ipſo non obtinet excidium. Si cogitaverit ſe eſurum dimidii olivæ quantitatem, & tantundem combuſturum, recte ſe habet, quia comeſtio & combuſtio non conjunguntur.

R. OB. DE BARTENORA.

קמץ חוץ למקומו *Si pugillo collegerit extra locum ſuum*, ſi inter pugillandum cogitaverit ſe comeſurum reliquias extra atrium. *Si indiderit vaſi, adduxerit, & intempeſtive combuſſerit*, & inter unum ex iſtis tribus miniſteriis cogitaverit ſe comeſurum reliquias extra tempus. מנחת חוטא וקנאות *munus peccatoris & zelotypiæ*, in iis continetur etiam aliud quid reprobi quod illa e poteſtate abominationis liberat, nempe quod non ſub alieno titulo oblatum cenſetur, uti diximus in principio hujuſce capitis, quod reprobum ſit, ſi id pugillatum ſit ſub alieno titulo, vel de ipſo intempeſtivam habuerit cogitationem inter tria miniſteria alia; & quamvis primam cogitationem habuerit intempeſtivam, & cæteras extra locum, tamen id liberat e poteſtate abominationis. *Vel ſi pugillaverit, vaſi indiderit, adduxerit, & ſub alieno titulo combuſſerit*, ſenſus eſt, ſi aliqua actio ex iſtis ſub alieno titulo peracta fuerit, reliquæ vero cum intentione comedendi reliquias intempeſtive, tum non offertur permittens ſecundum præceptum ipſius, neque excidium obtinet in reliquis. *Vel quantitatem olivæ foris, & tantundem craſtino die*, ſi inter aliquam actionem duas habuerit cogitationis intempeſtivas, & extra locum. Hactenus diximus de duabus actionibus, de quarum una cogitavit intempeſtive, de altera vero extra locum ſuum; jam vero loquitur de cogitatione duarum miniſterii actionum. Sed ſecundum R. Jehuda hoc requirebatur, ne quis diceret R. Jehudam diſſentire in duabus actionibus, & primi doctoris ſententiam nos ſequi debere, ſed ipſum de una actione hoc concedere, idcirco hæc nos monet auctor. *Vel quantitatem olivæ craſtino die, & tantundem foris*, etſi primo intempeſtive cogitaverit, ſecunda tamen cogitatio liberat e poteſtate abominationis. *Dixit R. Jehuda, hæc regula generalis eſt*; R. Jehuda contradicit doctori primo tam in una quam in duabus miniſterii actionibus; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc omnia jam expoſita ſunt capite ſecundo tractatus de Sacrificiis; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

פרק ב הקומץ את המנחה לאכול שיריה או להקטיר קמצה למחר מודה רבי יוסי בזה שהוא פגול וחייבין עליו כרת להקטיר לבונתה למחר רבי יוסי אומר פסול ואין בו כרת וחכמים אומרים פגול וחייבין עליו כרת אמרו לו מה שנה זו מן הזבח אמר להם שהזבח דמו ובשרו ואמוריו אחד ולבונה אינה מן המנחה :

Caput 2. Si quis munus pugillo collegerit ad comedendum reliquias ipſius, vel ad reliquias die craſtino comburendas, concedit R. Joſe id eſſe abominandum, & quod obligat ſub pœna excidii. Si ad comburendum thus ipſius craſtino die, R. Joſe dicit, reprobum eſt, attamen non obligat ſub pœna excidii. Sapientes, abominandum eſt, & ſub pœna excidii obligat. Porro ab ipſo quæſiverunt, quare hoc differt a Sacrificio? reſpondit iis, quod ſacrificii ſanguis, caro & adeps una res ſit, ſed quod thus non pertineat ad munus.

R. OB. DE BARTENORA.

מודה רבי יוסי שהוא פגול *Concedit R. Joſe id abominandum eſſe*, is enim in fine dicere volebat de combuſtione thuris craſtino die, R. Joſe dicit id quidem reprobum eſſe, ſed in ipſo non contineri pœnam excidii; hinc nonnemo cogitare poſſet quaſi R. Joſe ſtatueret non fieri munus abominandum dimidio permittentis, nimirum ſi cogitaverit ſacerdos ſe craſtino die dimidii permittentis miniſterium obiturum, non fieri abominandum. Thus vero dimidium permittentis eſt; nam combuſtio pugilli & thuris licitas reddit reliquias. Et præterea cogitare potuiſſet quod ſi ſacerdos cogitaſſet de combuſtione pugilli, miniſterium eſſet dimidii permittentis, & R. Joſe contradiceret; idcirco nos docet auctor quod R. Jehuda hac in parte concedit, & rationem propterea non adferri, ſed quia permittens non reddit abominandum aliud permittens.

מה שנה מן הזבח *Quid differt a ſacrificio*? nam id quod mactatum eſt ut comburantur adipes illius die craſtino, abominandum eſt. אינה מן המנחה *non pertinet ad munus*, non pertinet ad ſpecies munerum, ut pugillus. Et quamvis ad permittens muneris pertineat, R. Joſe tamen putat quod hujuſce permittentis miniſterium, nempe pugillatio, nihil confert ad aliud permittens abominandum reddendum, nempe thus, ope cogitationis quam de thure habuit inter pugillandum. Sapientes dicunt, quod permittens non reddit abominandum aliud permittens, quando nondum impoſuerint vaſi, quales ſunt duo agni Pentecoſtales, qui ambo permittunt panem; & ſi ſacerdos unum ex illis mactaverit ea intentione ut comedat die craſtino, ambo legitimi ſunt. Si vero vaſi impoſita fuerint, ut pugillus & thus, quæ ambo uni vaſi includuntur, tum intentio de uno permittente valet ad aliud abominandum faciendum; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam diximus ſuperius id quod pugillo collectum eſt, & thus eſſe inſtar adipis ſacrificii. R. Joſe dicit quod ſi cogitaverit ſacerdos ſe combuſturum thus craſtino die, adipibus ex parte ſimile ſit, quia iſtud munus non obligat ſub pœna excidii propter comeſtionem; ſed argumentati ſunt contra ipſum, quare munus differt a ſacrificio? reſpondit, thus non pertinere ad munus ut pugillo collectum, ſed id pertinere ad muneris permittentia. R. Joſe putat quod unum permittens alterum non reddat permittens, & propterea is non curat cogitationem Sacerdotis de thure inter pugillandum. Sapientes dicunt, unum permittens alterum non reddere abominandum, quum nondum vaſi impoſitum fuerit; idcirco ſi omnia vaſi impoſita fuerint, unius inſtar corporis ſunt, & unum alterum reddit abominandum, uti ſacrificiorum adipes. Totum vero abominandi caſum jam expoſuimus capite ſecundo tractatus de Sacrificiis; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ב שחט שני כבשים לאכול אחת מן החלות למחר

2. Si mactaverit duos agnos ad comedendum placentas

למחר הקטיר שני בזיכין לאכול אחד מן הסדרים למחר רבי יוסי אומר אותה החלה ואותו הסדר שחשב עליו פגול וחייבין עליו כרת והשני פסול אין בו כרת וחכמים אומרים זה וזה פגול וחייבין עליו כרת נטמאת אחת מן החלות או אחד מן הסדרים רבי יהודה אומר שניהם יצאו לבית השריפה שאין קרבן צבור חלוק וחכמים אומרים הטמא בטומאתו והטהור יאכל:

centas craſtino die; vel ſi adoleverit duas acerras ad comedendum unam ex ordine craſtino die, R. Joſe dicit, placenta iſta atque ordo iſte de qua cogitavit, abominatio eſt, & ob illum excidio tenentur, alter vero reprobus eſt, ſed in ipſo non obtinet excidium. Sapientes dicunt, unus atque alter eſt abominatio, & illius gratia tenentur excidio. Si una e placentis polluta fuerit, atque una ex ordinibus, R. Jehuda dicit, ambo comburi debent, quia ſacrificium cœtus non eſt diviſum. Sapientes dicunt, immundus in immunditie ſua, & mundus in munditie ſua comeditur.

R. OB. DE BARTENORA.

שחט שני כבשים *Si duos mactaverit agnos*, ſcil. feſti hebdomadum de quibus ſcriptum eſt Levit. 23, 19. שני כבשים בני שנה לזבח שלמים & hi agni permittunt atque conſecrant duos panes, nam panis nequit conſecrari niſi agitatione duorum agnorum, quandoquidem conjunguntur in agitatione; alii vero feſti hebdomadum agni pro additamentis veniunt.

לאכול אחת מן החלות למחר *Ad comedendum unam e placentis die craſtino*, tempus comedendi placentas tantum die noctuque ſtatutum eſt, ſicuti eſt jus muneris, de quo dicitur כחטאת כאשם *ſicut ſacrificium pro peccato, ita ſacrificium pro reatu.* הקטיר שני בזיכין *ſi adoleverit duas acerras*, pro duobus panis facierum ordinibus, uti ſcriptum eſt Levit. 24, 6. ושמת אותם שתים מערכות cuilibet vero ordini acerra thuris addita erat, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 24, 7. ונתת על המערכת לבונה זכה atque hi duo loci in quibus thuris acerra poſita erat, vocabantur שני בזיכים *duæ acerræ.* Thus vero adolebatur, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 24, 7. והיתה הלחם לאזכרה Panis autem comedebatur per totum Sabbati diem quo eum de menſa removebant tantum. Si igitur dum duas comburebat acerras, de uno ex ordinibus pane cogitaſſet ad comedendum ipſum die craſtino, hæc eſt intempeſtiva cogitatio.

שתי הלחם *Duo panes*, e panibus feſti hebdomadalium. ואותו הסדר *atque ordo iſte*, ex ordinibus panis facierum. זה וזה פגול *utrumque abominatio eſt*; quia omnes panes unum cenſentur corpus.

נטמאת אחת מן החלות *Si una e placentis polluta fuerit*, hoc duntaxat intelligendum eſt ſi unus e panibus ante ſparſionem ſanguinis agrorum pollutus fuerit, vel unus ex ordinibus ante adolitionem acerrarum, quod tum Sapientes & R. Jehuda diſſentiunt. Verum ſi poſt ſanguinis ſparſionem pollutus fuerit, vel poſt acerræ adolitionem, omnes conveniunt hunc eſſe pollutum in immunditie ſua; mundum vero comedi.

שאין קרבן צבור חלוק *Quia oblatio pro cœtu non diviſa eſt*, in Gemara dicunt quod R. Jehuda ſententiam ſuam neque de Lege, neque e ratione probare poteſt, ſed ex Traditione tantum a Magiſtris recepta, oblationem pro cœtu non dividi, ſed eam totam eſſe pollutam, ſi pars illius infecta fuerit.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

In prologo ad huncce tractatum jam expoſuimus, quod in feſto hebdomadarum adducant duas placentas cum tredecim animantibus, ſicuti in præfatione ad tractatum de Muneribus dictum eſt, & hoc eſt quod ſcriptum eſt Levit. 23, 18. והקרבתם על הלחם ſcil. cum pane offeres, & illius gratia. Cæterum inter hæc ſacrificia duo ſunt agni, qui pacifica ſunt ſacrificia, ſicuti expoſuimus in præfatione ad tractatum de Sacrificiis; atque hi duo agni adducuntur cum duobus panibus dum fit agitatio, de quibus Levit. 23, 20. Idcirco quum legeris de duobus feſti hebdomadarum agnis, intelligas duos agnos qui ſunt pacifica ſacrificia, quicquid autem præterea ſacrificabatur eo die, id ex holocauſtis & ſacrificiis pro peccatis conſtabat. Sic etiam quando legeris de duobus panibus, vel uno, qui cum agnis nominantur, quocunque id fiat loco, intelligas duas placentas, quarum unaquæque vocatur חלה *placenta.* Sed de pane facierum dicitur quod duorum ordinum eſſe debet, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 24, 6. Et cuilibet ordini appoſitum erat vaſculum in quo continebatur thus, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 24, 7.

בזך *Acerra* ſecundum Targum idem eſt quod כף, thus vero comburitur, & panis a ſacerdotibus comeditur. Cæterum hicce facierum panis die Sabbati duntaxat comeditur; & duæ placentæ comeduntur in feſto hebdomadarum, neque ex iis quicquam relinquebatur in diem craſtinum, quia munus ſunt, at de munere dicitur Levit. 6, 10. קדש קדשים היא כחטאת וכאשם Sed in tractatu de Sacrificiis capite quinto jam expoſitum eſt quod ſacrificium pro peccato & pro reatu non remanebunt in diem craſtinum, ſed quod iſto die atque iſta nocte comedi debent uſque ad mediam noctem. R. Joſe dicit, quod e duobus panibus atque e duobus ordinibus panis unus qui intempeſtiva cogitatione infectus eſt, ſit abominatio duntaxat. Controverſia autem R. Jehudæ & Sapientum de immunditia, duntaxat intelligenda ſi unus ex illis ante ſparſionem ſanguinis vel ante adolitionem acerrarum pollutus ſit. Sin autem poſt acerrarum adolitionem pollutus ſit, vel poſt ſanguinis agnorum ſparſionem, omnes conveniunt eum qui pollutus eſt verſari in immunditie ſua, mundum vero comedi. Dixerunt Sapientes, eſſe Traditionem R. Jehudæ quod oblatio cœtus non dividatur, ſcil. huncce caſum non eſſe vera Traditione receptum, neque eum niti Lege, neque colligi per conſequentiam; deciſio eſt ſecundum Sapientes in utroque caſu.

ג התודה מפגלת את הלחם והלחם אינו מפגל את התודה כיצד השוחט את התודה לאכול ממנה למחר היא והלחם מפוגלין לאכול מן הלחם למחר הלחם מפוגל והתודה אינה מפוגלת הכבשים מפגלין את הלחם והלחם אינו מפגל את הכבשים כיצד השוחט את הכבשים לאכול מהן למחר הם והלחם מפוגלין לאכול מן הלחם למחר הלחם מפוגל והכבשים אינם מפוגלין:

3. Sacrificium euchariſticum panem reddit abominandum, ſed non contra: quomodo? Si quis ſacrificium euchariſticum mactaverit ad comedendum de eo die craſtino, illud atque panis ſunt abominatio. Si ad panem comedendum die craſtino, tum panis eſt abominatio, ſed ſacrificium euchariſticum non eſt abominatio. Agni abominandum reddunt panem, at non contra: quomodo? ſi quis mactaverit agnos ad comedendum inde die craſtino, tum ii & panis ſunt abominatio. Si ad comedendum de pane die craſtino, tum panis eſt abominatio, ſed agni non item.

R. OB. DE BARTENORA.

התורה מפלגת את הלחם *Sacrificium euchariſticum panem reddit abominandum*, quia panis offertur propter euchariſticum, eique acceſſorius eſt; contra vero euchariſticum huic non eſt acceſſorium. Sic etiam ſe res habet cum duobus agnis in feſto hebdomadarum offerendis, nam duo panes iſti qui cum duobus agnis offeruntur, acceſſorii ſunt agnis; at non item agni ſunt acceſſorii panibus; & præterea res principalis abominandum facere ſolet acceſſorium, at non contra. Si igitur doctor Miſnicus nos tantum docuiſſet jus ſacrificii euchariſtici, & nos non docuiſſet quicquam de agnis hebdomadalium, dixiſſemus quod primo in caſu ubi panis abominatio facta eſt, euchariſticum non fit abominatio, quia in agitatione cum placentis non fuit unitum; ſed de agnis qui tempore agitationis uniti erant cum placentis, quemadmodum Levit. 23, 20. ſcriptum eſt, dixiſſemus quod dum panis fit abominatio, etiam agni fiunt abominatio. Si vero de agnis tantum docuiſſet, dixiſſemus, iſto in caſu ubi agni facti ſunt abominatio, panis quoque abominatio factus eſt propter unionem in agitatione; ſed de euchariſtico cum non conjunctum erat cum ipſis, dixiſſemus, quod ſi euchariſticum factum fuerit abominandum, placentæ non fiunt abominandæ, idcirco hi duo caſus exponendi erant.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam noſti quod ſacrificium pacificum quocum panis offertur, vocatur תודה *euchariſticum*, quemadmodum dicitur Levit. 7, 2. ſed hujuſce panis caſus porro exponetur in hoc tractatu. Hic vero panis ſacrificio euchariſtico acceſſorius eſt, ſic etiam duo panes acceſſorii ſunt duobus agnis, & ſi iſti reprobi facti ſint, radix ramum facit reprobum per id quod in ipſa reprobum eſt. Si vero acceſſorio contigerit quid reprobi, nimirum pani, panis duntaxat reprobus eſt, & ſacrificium manet in ſtatu ſuo legitimo. Docet autem nos auctor quod utriuſque jus æquale eſt hoc in caſu.

ד הזבח מפגל את הנסכין משקדשו בכלי דברי רבי מאיר והנסכין אינן מפגלין את הזבח כיצד השוחט את הזבח לאכול ממנו למחר הוא ונסכיו מפוגלין להקריב מן הנסכין למחר הנסכין מפוגלין והזבח אינו מפוגל:

4. Sacrificium abominanda reddit libamina poſtquam in vaſe conſecrata fuerint, ſunt verba R. Meyri; libamina vero non reddunt abominandum ſacrificium; quomodo? Si quis mactaverit ſacrificium ad comedendum de eo die craſtino, tum iſtud & libamina ipſius ſunt abominanda. Si ad offerendum libamina die craſtino, tum libamina ſunt abominanda, at ſacrificium non eſt abominandum.

R. OB. DE BARTENORA.

הזבח מפגל את הנסכים *Sacrificium abominandum reddit libamina*, & qui de illis biberit, is tenetur pœna excidii. משקדשו בכלי *poſtquam in vaſe conſecrata fuerint*, poſtquam vaſi miniſterii impoſita fuerint, nam vas ſemper conſecrat, & deinceps nulla valet redemptio. *Sunt verba R. Meyri*, nam R. Meyr putat quod libamina fieri poſſunt abominanda, quia ſacrificii ſanguis ea diſponit & altari licita reddit; & quandoquidem habent quod ipſa reddit licita, fiunt abominanda ope cogitationis intempeſtivæ. Sapientes vero ei contrarii ſunt capite quarto tractatus de Sacrificiis, & illi dicunt quod libamina non habent quod ipſa reddit licita, idcirco iſta non reddunt abominanda; deciſio non eſt ſecundum R. Meyr.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus Miſna tertia capitis quarti tractatus de Sacrificiis, quod ſacrificii libamina non obligant ad abominationem, & rationem illic addidimus, & diximus R. Meyrum eſſe eum qui dicit illa obligari ad abominationem, quia ſanguis ſacrificii offerri poteſt ſicuti illic expoſuimus; deciſionem non eſſe ſecundum R. Meyr, jam diximus ſuperius.

ה פיגל בקומץ ולא בלבונה בלבונה ולא בקומץ רבי מאיר אומר פיגול וחייבים עליו כרת וחכמים אומרים אין בו כרת עד שיפגל את כל המתיר מודים חכמים לרבי מאיר במנחת חוטא ובמנחת קנאות שאם פגל בקומץ שהוא פגול וחייבין עליו כרת שהקומץ הוא המתיר. שחט א' מן הכבשים לאכול שתי חלות למחר הקטיר א' מן הבזיכין לאכול שני סדרים למחר רבי מאיר אומר פגול וחייבין עליו כרת וחכמים אומרים אין פגול (ס"א כרת) עד שיפגל את כל המתיר שחט אחד מן הכבשים לאכול ממנו למחר הוא פיגול וחברו כשר לאכול מחברו למחר שניהם כשרים:

5. Si pugillum reddiderit abominandum & non thus, vel contra, R. Meyr dicit, abominatio eſt & ad excidii pœnam obligat. Sapientes dicunt, excidii pœna hic non obtinet niſi donec abominandum reddat permittens. Sapientes concedunt R. Meyro de munere peccatoris & zelotypiæ, ſi pugillum fecerit abominandum, eſſe abominandum, & ad pœnam excidii obligare, quia pugillus eſt permittens. Si unum ex agnis mactaverit ad comedendum duas placentas die craſtino, & unam ex acerris incenderit ad comedendum ex ordinibus die craſtino, R. Meyr dicit, abominatio eſt, & ad excidii pœnam obligat. Sapientes dicunt, pœna excidii in ipſo non obtinet niſi donec abominandum reddiderit totum permittens. Si unum ex agnis mactaverit ad comedendum exinde die craſtino; unus iſte abominatio eſt, & alter reprobus. Si ad comedendum de altero die craſtino, ambo ſe recte habent.

R. OB. DE BARTENORA.

פיגל בקומץ *Si pugillum reddiderit abominandum*, ſi in combuſtione pugilli cogitaverit ſe comeſurum reliquias extra fixum tempus. עד שיפגל בכל המתיר *donec totum permittens reddiderit abominandum*, ſi unius ex iſtis combuſtio facta eſt mediante permittente, quandoquidem alterius combuſtio quoque locum habet, nam reliquiæ muneris non ſunt

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פיגל בקומץ ולא בלבונה *Si pugillum reddiderit abominandum, & non thus*, ſi perverſe cogitaverit atque iſta cogitatione abominandum reddiderit dum pugillo capiebat, & non quum thus colligebat. Vel ſi de abominatione cogitaverit interea dum thus colligebat, & non quando pugillo capiebat. Sed jam expoſuimus quod pugillus, & thus reliquias

ſunt licita ut a ſacerdote comedantur, niſi donec pugillus & thus combuſta fuerint.

במנחת חוטא ובמנחת קנאות *De munere peccatoris, & de munere zelotypiæ*, nam illis non additur thus & pugillus ſolus reddit licitum. *Unum ex agnis*, in feſto hebdomadum offerendum; ſed panis non eſt licitus niſi donec ambo mactata fuerint.

אחד מן הבזיכין *Unam ex acerris*, panem enim non permiſſum reddit niſi utriuſque combuſtio. רבי מאיר אומר פגול *R. Meyr dicit, abominatio eſt*, nam is putat quod dimidium permittentis quoque abominandum reddit; deciſio non eſt ſecundum R. Meyr.

liquias muneris comeſu licitas reddere poſſunt, nimirum poſtquam pugillus & thus omnino combuſta fuerint. Cæterum capite ſecundo & quarto de Sacrificiis jam expoſuimus, eſſe e conditionibus, intentionem prohibitam locum habere in iis quæ ſacrificium reddere poſſunt licitum. Lex vero de munere peccatoris, & zelotypiæ dicit, quod id absque oleo & thure offerendum ſit, idque non habere quod ipſum reddat licitum præter pugillum. Et ſatis clarum eſt quod duorum agnorum in feſto hebdomadum offerendorum mactatio licitos reddit duos panes comeſu. Sic etiam combuſtio duarum acerrarum licitum reddit panem facierum ut comedi queat; idcirco agnus unus atque una acerra erit pars permittentis. Reliqua Miſnæ clara ſunt ei qui attenderit ad ea quæ diximus; deciſio non eſt ſecundum R. Meyr.

פרק ג הקומץ את המנחה לאכול דבר שאין דרכו לאכול להקטיר דבר שאין דרכו להקטיר כשר רבי אליעזר פוסל לאכול דבר שדרכו לאכול להקטיר דבר שדרכו להקטיר פחות מכזית כשר לאכול כחצי זית ולהקטיר כחצי זית כשר שאין אכילה והקטרה מצטרפין:

Caput 3. Si quis pugillo collegerit munus ut de ipſo comedat id quod comedi non ſolet, & ut comburat id quod comburi non ſolet, bene habet. R. Eliezer contra ſentit. Si ut comedat id quod comedi ſolet, & ut comburat id quod comburi ſolet, ſi olivæ quantitatem non conficiat, bene habet. Si ut dimidium olivæ comedat, & tantundem comburat, bene habet, quia comeſtio & combuſtio non uniuntur.

R. OB. DE BARTENORA.

דבר שאין דרכו לאכול *Ad comedendum id quod comedi non ſolet*, thus ſcil. & pugillum. *Id quod incendi non ſolet*, nempe reliquias, quæ edi quidem ſolent, ſed non comburi. כשר *bene habet*, quia hæc non cenſetur cogitatio qua intentio illius ceſſaret cum omnibus hominibus.

רבי אליעזר פוסל *R. Eliezer reprobum pronunciat*, ex eo quod ſcriptum eſt Levit. 7, 18. ubi de duplici comeſtione ſermo eſt, de hominis ſcil. & altaris comeſtione, ut conſtet, quod ſicuti hominis eſca reprobum reddit pro homine, reliquiæ ſcil. quas intempeſtive cogitavit comedere, & eſca altaris pro altari, ſcil. pugillus, ſi cogitaverit eum intempeſtive comedere; ita quoque cogitatio de eſca hominis reprobum reddit, nempe reliquiæ ſacrificii, ſi de illis cogitaverit pro altari, ad comburendum intempeſtive. Nam cum Lex de utroque locuta ſit voce eſcæ, colligitur inde quod æqualia ſunt, & cogitari poſſe de uno pro altero. Sapientes vero ſtatuunt Legem voce eſcæ expreſſiſſe combuſtionem, id eſt, ſicuti eſcæ menſura eſt olivæ quantitas, ita etiam cogitatio de combuſtione eſt ſicut olivæ quantitas. Eſca vero ſemper more ſolito intelligenda eſt de pugillo altaris & reliquiis pro homine; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

דבר שאין דרכו לאכול *Id quod comedi non ſolet*, ut pugillus & thus. דבר שאין דרכו להקטיר *id quod incendi non ſolet*, ut reliquiæ. Sed nos jam capite tertio tractatus de Sacrificiis attulimus ea quæ ad hujuſce Miſnæ ſcopum pertinent; & ſecundo capite ejuſdem tractatus diximus nullam rem facere abominandum niſi donec intentio ſacerdotis fuerit comedere id quod comedi ſolet, & comburere id quod comburi ſolet, & hoc intempeſtive; atque hoc eſt id quod dicitur Levit. 7, 18. *Si comedendo comederit de carne ſacrificii pacifici*; de iſta ſcil. carne quæ ad eſum apta eſt. R. Eliezer ex eo quod dicitur *ſi comedendo comederit*, rem colligit. Sed nos jam expoſuimus textum loqui de duplici comeſtione, de comeſtione hominis ſcil. & altaris; & idcirco R. Eliezer putat textum utramque non conjunxiſſe, niſi ut dicat ſacerdotem de cibo hominis cogitaſſe ut de cibo altaris, & contra Sapientes dicunt textum utrumque conjunxiſſe ad dicendum quod ſicuti eſca eſt inſtar olivæ, etiam combuſtio eſt inſtar olivæ; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ב לא יצק לא בלל לא פתת לא מלח לא הניף לא הגיש או שפתתן פתים מרובות ולא משחן כשרות נתערב קומצה בקומץ חברתה במנחת כהנים במנחת כהן המשיח במנחת נסכין כשרה רבי יהודה אומר במנחת כהן המשיח ובמנחת נסכין פסולה שזו בלילתה עבה וזו בלילתה רכה והן בולעות זו מזו:

2. Si non affuderit, miſcuerit, contuderit, ſaliverit, agitaverit, nec adduxerit, vel maximas partes contuderit, at eas non unxerit, recte ſe habent. Si pugillum ſuum miſcuerit cum pugillo alterius, vel cum munere ſacerdotis, vel cum munere ſacerdotis uncti, vel cum munere libaminum, bene habet. R. Jehuda dicit, ſi cum munere ſacerdotis uncti, & cum munere libaminum, male habet, quia unius commixtio craſſa eſt, alterius vero tenuis, unumque imbibit alterum.

R. OB. DE BARTENORA.

לא יצק *Si non affuderit*, muneris conficiendi hic eſt ordo, primo oleum imponatur vaſi, ac poſtea addatur ſimila, tum denuo affundat oleum atque commiſceat; capite vero ſexto ita exponitur, ſi non affuderit, neque commiſcuerit, bene habet, nempe ſi totum olei Logum prima vice ante parationem ei addiderit, nam ſi oleum illius deficiat, jam diximus capite primo, rem ſe male habere. In Gemara exponitur quod affuſio impedit, & id quod dicitur *ſi non affuderit*, non explicatur de ſacerdote qui non affuderit, ſed de Iſraëlita, nam a pugillatione & deinceps ſacerdotale præceptum obtinet; affuſio autem & commixtio recta ſunt, ſi per Iſraëlitam peractæ ſint.

ולא

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Lex Levit. 2, 16. מן המנחה מגרשה ומשמנה ad hæc doctores dixerunt, grana & oleum impediunt; ſic etiam pugillus absque ſale offerri nequit, ſicuti diximus. Porro dixerunt quod ſacrificium requirit ſal, at non totum munus; imo quicquid in altare offerendum eſt ut comburatur, absque ſale accedere nequit, niſi ligna tantum; atque hæc traditione recepta ſunt. De ſanguine ſcriptum eſt Levit. 2, 13. מעל מנחתך *de munere tuo* ſcriptum eſt, & non de ſanguine tuo. Cæterum בלילה *commiſtio* qua ſimila commiſcetur cum oleo ei affuſo, fit ad præceptum perficiendum, & non impedit.

לא יצק ולא בלל *Si non affuderit, neque miſcuerit*, ſi nempe

pe

ולא בלל *Si non commiſcuerit*, ſi ſcil. omnino non miſcuerit, nam commixtio non impedit. Cæterum hujuſce Miſnæ expoſitio talis eſt, ſi non affuderit ſacerdos, ſed vulgaris Iſraëlita, vel ſi nequaquam affuderit, bene habet. לא פתת *ſi non contuderit*, quemadmodum extat Levit. 2, 6. פתות אותה פתים etſi de munere ſartagineo hoc duntaxat ſcriptum ſit, idem tamen de omnibus muneribus quæ prius coquuntur, intelligendum eſt, ut munus ſartaginis, aheni, & coctum, quæ ex præcepto prius contundenda ſunt, & poſtea pugillo recolligenda; & ſi hæc contuſio duntaxat pro pugillatione facta fuerit, recte ſe habet.

מלח *Si non ſaliverit*, ſi totum munus non ſaliverit, ſed pugillum duntaxat, nam ſalitio pugilli rem impedit. לא הניף *ſi non agitaverit*, munus peccatoris & zelotypiæ, quæ agitari debent. לא הגיש *ſi non adduxerit*, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 2, 8. והגישה אל המזבח nam ſacerdos adducat illud ad altare circa cornu meridionalis occidentalis acumen.

פתים מרובות *Fruſta majora*, majora quam jus poſtulat; munus Iſraëlitæ duplicat unum in duo, & duo in quatuor, & tum ſeparat. Cæterum requirebatur ut auctor nos doceret duo fruſta magna, etſi nobis nondum dixiſſet, rem ſe bene habere, ſi non contuderit in fruſtai nam dixiſſemus, in iſtis quidem ita ſe rem habere, quia in illis obtinet Lex de placentis, ſed in his, in quibus non obtinet Lex de placentis, neque de contuſione in fruſta, dixiſſemus non ita ſe rem habere, idcirco nos auctor contrarium docet.

ולא משחן *Et non unxerit ea*, lagana ſcil. quæ ungi debent, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 2, 4. Poſt coctionem ungenda ſunt, & deinde iterum, donec totus olei Logus combuſtus ſit. *Si pugillus commixtus ſit cum ſacerdotis munere &c. bene ſe res habet*, quia omnia iſta munera cum pugillo comburuntur. *Cum munere ſacerdotis uncti, vel cum munere libaminum, male ſe habet*, quia pugilli muneris Iſraëlitæ commixtio craſſa eſt, & requirit Logum olei pro decima ſimilæ; muneris vero libaminis & ſacerdotis, uncti commixtio tenuis eſt, & tres Logos requirit pro qualibet decima, ſicuti de munere libaminum ſcriptum eſt Num. 15, 4. de munere ſacerdotis uncti ſcriptum eſt Levit. 6, 13. סולת מנחה תמיד erit igitur ſimile muneri continuo quod decimam ſimilæ continet cum quarta parte Hin olei mixtæ.

והן בולעות זו מזו *Et unum imbibit alterum*, pugillus imbibit e munere libaminum & e munere ſacerdotis uncti, atque iſtorum munerum oleum in pugillo multiplicatur, & pugillum deſtruit, atque adeo eſt munus cujus pugillus non comburitur, & ipſius pugillus reprobus eſt; libaminum vero munus rectum eſt, & non ſe res habet cum ipſo perinde ac ſi oleum ipſius multiplicatum eſſet; quandoquidem enim illud non de induſtria commixtum fuerit, idcirco oleum quod imbibit, ceſſat cum ipſo libamine, perinde ac ſi non extitiſſet; deciſio non eſt ſecundum R. Jehuda.

pe ſacerdos non affuderit, neque miſcuerit, ſi vero id fecerit vulgaris Iſraëlita, bene habet; hypotheſis enim nobis eſt quod ab actione pugillandi & deinceps ſacerdotii præceptum incipit. Sed in fine tractatus de Sacrificiis jam diximus quod hæcce miniſteria non requirunt ſacerdotem. Diximus etiam quod per הגשה *adductio* intelligendum ſit munus e regione cornu altaris meridionalis occidentalis adducendum.

פתים מרובות *Partes majores*, intellige fruſta panis magni, quæ non habuerunt formam panis integri, quia non diſſectus erat, neque formam panis confracti; quomodo autem ungebant panem muneris cum oleo, impoſterum exponetur. Præterea quoque expoſuimus quod omnes pugilli comburendi ſunt, ſacerdotis vero munus etiam omnino comburitur, ut & ſacerdotis uncti, libaminumque munus; idcirco licet unum cum altero mixtum ſit, bene habet, quia omnium jus poſtulat ut comburantur.

שזו בלילתה עבה *Quoniam hujus commixtio craſſa eſt*, munus ſacerdotis uncti, vel libaminum munus craſſe miſcetur. וזו בלילתה רכה *illius vero tenuis commixtio*, omnium ſcil. munerum commixtio tenuis eſt, ſi pugilli eorum cum pontificis maximi vel cum munere libaminum commiſti ſint. Totius vero rei hæc eſt expoſitio, munus ſacerdotis uncti tantum requirit olei ut in ipſo ſubmergatur, eique addendi ſunt tres Logi olei in quibus coctum eſt, ut oleo quaſi innatet; & hi tres Logi quartam menſuræ Hin partem conficiunt; atque hoc colligitur ex eo quod ſcriptum eſt Levit. 6, 13. סולת מנחת תמיד Dixerunt doctores, erat inſtar muneris continui quod quartam Hin pro qualibet decima continet. Munus vero libaminum eſt duorum Logorum pro qualibet decima in libaminibus arietis & bovis, ſicuti in prologo hujuſce tractatus expoſuimus; in cæteris vero muneribus requiritur Logus pro qualibet decima. Sin autem illius oleum adauxerit; male habet, ſicuti diximus capite primo. Sic etiam jam a nobis expoſitum eſt quod hujuſce pugilli commixtio minor ſit commixtione muneris libaminum; ſed muneris libaminis commixtio multo minor eſt commixtione muneris ſacerdotis uncti. Cæterum eo quod R. Jehuda dicit ſi cum munere ſacerdotis, munere ſacerdotis uncti, & cum munere libaminis, male habet, per munus ſacerdotis intelligi debet is qui obtulerit ut ſacris initietur, nempe munus ſacerdotis uncti, cujus commixtio craſſa eſt, quemadmodum in prologo hujuſce tractatus expoſuimus. Cæterum forſan dicere velit R. Jehuda, quodnam eſt munus ſacerdotis ſive id mixtum fuerit cum munere ſacerdotis uncti, aut cum munere libaminum? nam dixerat R. Jehuda quod oleum pugillationis, ſi id mixtum fuerit cum oleo ſacerdotis uncti, aut cum munere libaminum, non ceſſat in exigua ipſius quantitate, quia ejuſdem eſt ſpeciei; nam R. Jehuda tenet iſtud fundamentum quo ſpecies cum ſua ſpecie non intercidit, ſicuti expoſuimus in tractatu de Sacrificiis. Cæterum de ſimila ſtatuit quod ſimila cum ſimila ſit ejuſdem ſpeciei; idcirco exigua cum multa copia non intercidit. Sic etiam ſe res habet cum pontificis maximi munus commixtum fuerit cum libaminibus. Sapientes vero dicunt, quandoquidem omnium jus poſtulat ut comburantur, non enumeramus; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ג שתי מנחות שלא נקמצו ונתערבו זו בזו אם יכול לקמוץ מזו בפני עצמה ומזו בפני עצמה כשרות ואם לאו פסולות הקומץ שנתערב במנחה שלא נקמצה לא יקטיר ואם הקטיר זו שנקמצה עלתה לבעלים וזו שלא נקמצה לא עלתה לבעלים נתערב קומצה בשירים או בשיריה של חברתה לא יקטיר ואם הקטיר עלתה לבעלים נטמא הקומץ והקריבו הציץ מרצה יצא והקריבו אין הציץ מרצה שהציץ מרצה על הטמא ואינו מרצה על היוצא:

3. Duo munera quæ neque pugillo collecta, neque commixta ſunt inter ſe, ſi de utroque ſeorſim pugillo colligi poſſit, recte ſe habent; ſin minus, male ſe habent. Si pugillus cum munere mixtus ſit quod nondum pugillo collectum eſt, ne comburatur; ſi vero combuſtus ſit, id quod pugillo collectum eſt, poſſeſſoribus imputatur, alterum vero quod non pugillo collectum eſt, non imputatur poſſeſſoribus. Si pugillus cum reliquiis illius commixtus ſit, aut contra, ne comburatur; ſin autem combuſtum ſit, non imputatur poſſeſſoribus. Si pugillus pollutus oblatus ſit, tum frontalis lamina expiat; ſi exierit ſacerdos cum pugillo, & obtulerit, tum non expiat, nam lamina frontalis expiat immundum, & non eum qui foras eductus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

אם יכול לקמוץ מזו בפני עצמה ומזו בפני עצמה *Si de utroque ſeorſim pugillo capere poſſit*, ſi de utroque quicquam deciderit ab una & altera vaſis parte, & pugilli quantitas non mixta de illis remanſerit, bene ſe habet; ſin minus, male ſe habet, quemadmodum in libro Levitici dicitur מסלתה *e ſimila ejus*, & non e ſimila ſocii illius. לא יקטיר *non incendet*, non totam mixturam, quia illius incenſio non eſt ex præcepto, niſi tantum pugilli; neque duos pugillos conficiet, quia tum diceremus in quolibet pugillo contineri aliquid ex altero munere, & non contineri pugillum integrum unius muneris. ואם הקטיר *ſi vero incenderit*, totam ſcil. mixturam, tum munus iſtud quod pugillo non collectum eſt, non proprietariis imputatur, quia pugillo non collectum eſt; munus vero votivum non bene ſe habet abſque pugilli collectione. נתערב קומצה בשיריה *ſi pugillus illius mixtus fuerit cum reliquiis illius*, tum totum non comburetur, quia reliquias pugilli comburere non licet, quemadmodum dicitur Levit. 2, 11. לא תקטירו ממנו אשה ליהוה quicquid ergo ex eo pro igne eſt, id non incendes. נטמא הקומץ והקריבו הציץ מרצה *ſi pugillus ſit pollutus, iſque oblatus fuerit, lamina frontalis expiat*, quemadmodum dicitur Exod. 28, 38. ונשא אהרן את עון הקדשים nihil ergo expiabit præter impuritatis iniquitatem, in qua levior continetur conditio quæ cœtui permiſſa erat, ſicuti de ſacrificio jugi exponit Lex, במועדו *in loco fixo*, etiamſi id offeratur in immunditia. ואינו מרצה על היוצא *& non expiat pugillum eductum* licet in eo ſit levior conditio, cum is altari licitus fuerit, nam pugillus qui eductus eſt extra vela, prohibitus eſt Tabernaculo, ſed licitus ad altare, quod fuit in Nob & Gibeon, ubi non erant vela, nihilominus tamen lamina frontalis pontificis maximi non expiat pro pugillo qui extra vela exierit, quia ſcriptum eſt Exod. 28, 35. לרצון להם לפני יהוה illum igitur expiabit delictum quod coram Domino, at non ita delictum illius qui exierit, expiat lamina frontalis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si quis ea quæ diximus, intellexerit, ſimul hæc intelliget; quod autem lamina frontalis pontificis maximi expiat immundum, at non pugillum qui eductus eſt, hoc jam expoſuimus capite octavo tractatus de Sacrificiis.

ד נטמאו שיריה נשרפו שיריה אבדו שיריה כמדת רבי אליעזר כשרה וכמדת רבי יהושע פסולה שלא בכלי שרת פסולה רבי שמעון מכשיר הקטיר קומצה פעמים כשרה׃

4. Si pollutæ fuerint illius reliquiæ, vel ipſæ combuſtæ fuerint, vel perierint, ſecundum R. Eliezeris regulam, bene habet; at ſecundum R. Joſuæ regulam, male habet. Si non in vaſe miniſterii conſecratus ſit, male habet; at ſecundum R. Simeon bene. Si pugillum bis incenderit, bene habet.

R. OB. DE BARTENORA.

כמדת רבי אליעזר כשרה *Secundum R. Eliezeris regulam bene habet*, ſecundum ſententiam quam is capite ſeptimo tractatus de Paſchate attulit, ſcil. ſanguinem ſe bene habere etſi illic non comedatur caro; & ita quoque hic pugillum rite comburi, etſi non adſint reliquiæ.

וכמדת רבי יהושע פסולה *Et ſecundum mentem R. Joſuæ male habet*, qua dixit, ſi non comedatur caro, non eſt ſanguis, hic quoque non licet pugillum incendere; & hoc intelligendum eſt quando nihil remanſerit de reliquiis quod non pollutum eſt; deciſio eſt ſecundum R. Joſuam.

שלא בכלי שרת *Non in vaſe miniſtratorio*, ſi pugillus in vaſe non conſecratus eſt; ſed in muneris principio omnes concedunt vas neceſſarium eſſe, ſicuti dicit nono capite. *R. Simeon rectum pronunciat*, ratio R. Simeonis in Gemara exponitur, & ea colligitur ex eo quod ſcriptum eſt Levit. 7, 6. כחטאת כאשם & quandoquidem Lex munus comparavit cum ſacrificio pro peccato, cujus ſanguis ope digiti aſpergi debet, ſequitur quod muneris pugillus manu parari poteſt abſque vaſe, dummodo id fiat manu dextra, quemadmodum de ſacrificio pro peccato dicitur quod ope digiti fieri debet Levit. 4, 34. Cæterum quoties in Lege dicitur *digitus*, vel, *ſacerdotium*, dextra intelligenda eſt; deciſio non eſt juxta R. Simeon. הקטיר קומצה פעמים כשרה *ſi incenderit pugillum illius bis, bene habet*, una vice dimidium pugillum, & tantundem altera vice, duabus nimirum vicibus, non pluribus, pugillus enim duarum ſaltem olivarum quantitatem continet, hinc fiet ut non minus quam olivæ quantitas una vice incendatur, idcirco bene habet; verum ſi illum in tres vel quatuor portiones diviſerit, fiet ut pugillus non olivæ quantitatem habeat, & propterea male habet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sententia R. Eliezeris eſt, quod pugillus comburi debet licet reliquiæ ſint. R. Joſua dicit quod ſi quicquam de reliquiis remanſerit, tum pugillus comburatur; ſin minus, reprobus ſit. Si vero illic non remanſerit quicquam de reliquiis, vel quicquam de iis pollutum fuerit, etſi R. Joſua dicat pugillum totum comburendum eſſe, bene habet. R. Simeon dicit rem ſe bene habere etſi totum munus non ſit in vaſe miniſterii, neque pugillus in vaſe miniſterii; atque hoc colligit ex eo quod dicitur de munere Levit. 7, 6. כחטאת כאשם id eſt, quemadmodum is qui operatur in ſacrificio pro peccato, operatur manu ſua abſque vaſe, ſcil. in adipe comburendo, ita quoque in pugillo comburendo operari debet; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon, ſed juxta R. Joſuam.

ה הקומץ מעוטו מעכב את רובו העשרון מעוטו מעכב את רובו היין מעוטו מעכב את רובו השמן מעוטו מעכב את רובו הסולת והשמן מעכבין זה את זה הקומץ והלבונה מעכבין זה את זה׃

5. Illius quod pugillo collectum eſt exigua copia impedit magnam; decimarum quoque & vini exigua copia impedit magnam. Sic etiam olei exigua copia impedit magnam; ſimila vero & oleum inter ſe impediunt; pariter thus & pugillus inter ſe impediunt.

R. OB. DE BARTENORA,

מיעוטו מעכב את רובו *Exigua illius copia impedit magnam*, ſi ei quicquam defecerit, male habet; quia Lex dicit מלא קומצו *plenitudo pugilli*. העשרון *decima*, nam munus quod non decimam partem comprehendit, reprobum eſt, e quacunque id offeratur materia. יין *Vinum*, dimidium Hin pro juvenco, tertia pars Hin pro ariete, & quarta pars Hin pro agno. שמן *oleum*, tam pro munere libaminum, quod eſt vini quantitas, quam pro munere voti, quod eſt Logus olei. היין והשמן מעכבין זה את זה *vinum & oleum inter ſe* impe-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod Lex dicit Levit. 2, 2. מלא קומצו tam ſtricte intelligendum eſt, ut pugillus ſit reprobus ſi ei quicquam deficiat. Sic etiam ſi quis munus obtulerit quod non contineat decimam, id reprobum ſit, cum decima ſaltem requiratur. Porro quoque vinum libaminis, munerumque oleum impedimentum generant, ſi illis quicquam deficiat de quantitate ipſorum. Sed opus libaminum jam expoſuimus in prologo ad huncce tractatum. Et capite primo etiam expoſuimus quod ſaltem Logus olei requiratur pro decima ſimi-

impediunt, in munere inter ſe impediunt, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 2, 16. מגרשה ומשמנה Cæterum pugillus & thus inter ſe impediunt ſecundum id quod ſcriptum eſt Levit. 6, 8.

ו שני שעירי יום הכפורים מעכבין זה את זה שני כבשי עצרת מעכבין זה את זה שתי חלות מעכבות זו את זו שני סדרים מעכבין זה את זה שני בזיכים מעכבין זה את זה הסדרים והבזיכין מעכבין זה את זה שני מינים שבנזיר שלשה שבפרה ארבעה שבתודה ארבעה שבלולב ארבעה שבמצורע מעכבין זה את זה שבע הזיות שבפרה מעכבות זו את זו שבע הזיות של בין הבדים ושעל הפרוכת ושעל מזבח הזהב מעכבות זו את זו :

R. OB. DE BARTENORA.

שני שעירי יום הכפורים *Duo hirci diei expiationis*, hircus qui ex ſorte cedit Domino, & hircus emiſſarius in deſertum pro Azazel. שני כבשי עצרת *duo hirci hebdomadalium*, duo agni pacifici qui veniebant in debitum duorum panum. שתי חלות *duæ placentæ*, in feſto hebdomadarum. שני סדרים *duo ordines*, duo panis facierum ordines, ſex panes in unoquoque ordine. שני בזיכים *duæ acerræ*, in quibus erat thus, & hæ duobus apponebantur ordinibus.

הסדרים והבזיכין מעכבין זה את זה *Ordines & acerræ inter ſe impediunt*, & ſi ordines panis menſæ non impoſiti eſſent, tum neque acerræ thurariæ in eo a ponebantur; ſi vero non eſſent acerræ, non ponebantur panes.

שני מינים שבנזיר *Duæ ſpecies Nazyræatus*, placentæ azymæ, & lagana azyma. שלשה שבפרה *tres in vacca*, in vacca rufa, quæ ſunt lignum cedri, hyſſopus, & coccinum. ארבעה שבתודה *quatuor in euchariſtico*, quatuor panis ſpecies quæ adducebantur cum pacificis euchariſtici, ut placentæ azymæ, lagana azyma, ſimila ſubacta, & placentæ panis fermentati.

ארבעה שבלולב *Quatuor in ramo Lulab*, ut palma, malum citreum, myrtus, & ſalices; ſi quis haſce quatuor ſpecies per totum diem adhibuerit, etſi vero unam mane ſumpſerit, & unam poſt meridiem, tamen ſatisfecit; quia nobis hypotheſis eſt, quod Lulab abſolute non requirat harum rerum conjunctionem. Verum ſi una e quatuor iſtis ſpeciebus defecerit, non ſatisfecit præcepto. ארבעה שבמזורע *quatuor in leproſo*, quales ſunt lignum cedri, hyſſopus, coccinum, & avis viva.

שבע הזיות שבפרה *Septem ſparſiones vaccæ*, ſicuti ſcriptum eſt Num. 19, 4. Verum *ſeptem ſparſiones inter vectes*, ſunt iſtæ de quibus agitur Levit. 16, 14. ubi de die Expiationis. ושעל הפרוכת ושעל המזבח הזהב *& quæ ſuper velum & ſuper altare aureum fiebant*, die Expiationis, & e ſanguine juvenci ſacerdotis uncti, & juvenci pro dubio occulto in eccleſia offerendi, ut & hircorum pro idololatria offerendorum, quorum omnium ſanguis ſuper velum debet ſpargi, & ſuper altare aureum, ſicuti in Levitico expoſitum eſt. De hircis pro idololatria offerendis dicitur Levit. 4, 20. ועשה לפר כאשר עשה לפר החטאת ubi per פר intelligitur juvencus ſacerdotis uncti; per חטאת hircus pro idololatria offerendus. Cæterum quatuor ſparſiones ſuper quatuor cornua altaris aurei etiam inter ſe impediunt: etſi in Miſna non memoratæ ſint.

ſimilæ. Simila vero & muneris oleum inter ſe impediunt, uti ſcriptum eſt Levit. 2, 16. מגרשה ומשמנה Cæterum de pugillo & thure ſatis clare dicitur Levit. 6, 8. והרים ממנו בקמצו

6. Duorum diei Expiationis hircorum unus impedit alterum; duorum agnorum hebdomadalium unus impedit alterum; duorum panum unus impedit alterum; duorum ordinum unus impedit alterum: duarum acerrarum altera impedit alteram. Sic etiam duarum Nazyræatus ſpecierum altera impedit alteram, tres ſpecies in vacca uſitatæ, quatuor euchariſticorum, quatuor rami Lulab, & quatuor leproſorum inter ſe impediunt. Septem ſparſiones in vacca impediunt inter ſe: ſeptem ſparſiones inter vectes, ſuper velum, & ſuper altare aureum impediunt inter ſe.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שני שעירי יום הכפורים *Duo hirci diei expiationis*, hi ſunt hircus emiſſarius & ipſius ſocius, ſicuti jam expoſitum eſt in tractatu Joma. שני כבשי עצרת *duo agni hebdomadum*, ſunt duo agni Sacrificii pacifici; ſed hoc jam expoſitum eſt. שנים סדרים *duo ordines*, intelligas panes facierum. שני בזיכים *duæ acerræ*, duo vaſcula quibus thus impoſitum erat, & hæc apponebantur duobus ordinibus, uti diximus. שני מינים שבנזיר *duo Nazyræatus ſpecies*, ſunt duæ panis ſpecies una cum ariete ſacrificii pacifici venientes, quum tempus Nazyræatus impletum fuerit, de quibus Lex dicit Levit. 2, 4.

שלשה שבפרה *Tres in vacca*, puta vaccam rufam quam Deus comburi juſſit cum cedro, hyſſopo, & coccino. וארבעה שבתודה *& quatuor euchariſtici*, quæ ſunt quatuor muneris ſpecies ſacrificio euchariſtico convenientes, nempe placentæ azymæ, lagana azyma, & ſimila ſubacta cum placentis panis fermentati.

וארבע שבמצורע *Et quatuor leproſorum*, ſcil. lignum cedri, hyſſopus, & coccinum cum ave vivente. ארבעה שבלולב *quatuor rami Lulab*, ſcil. fructus ligni decori, palmidactylorum, ramus ligni implexi, & ſalices. Scias autem quod ſi in alicujus ſit poteſtate ut omnes quatuor Lulabi ſpecies habere poſſit, ſumat omnes, atque ita officio ſuo ſatisfaciat; nam hypotheſis nobis eſt quod Lulab non requirat faſciculum circum ipſum colligatum, ſicuti expoſuimus in tractatu de Tabernaculis.

שבע הזיות שבפרה *Septem ſparſiones in vacca*, ſunt ſeptem iſtæ ſparſiones ſanguinis vaccæ quæ e regione Templi fiebant, quemadmodum dicitur, ושבע הזיות של בין הבדים *& ſeptem ſparſiones inter vectes*, referam hoc loco omnes ſparſiones quæ intra vectes fiebant, tam eas quæ ex Traditione, quam eas quæ ex Lege obtinebant. Sparſiones igitur quæ die Expiationis fiebant intus, ſunt quadraginta & tres, ſedecim ſuper vectes arcæ, octo e ſanguine juvenci, & totidem e ſanguine hirci; ſic etiam ſuper velo octo fiebant e ſanguine juvenci, & totidem e ſanguine hirci, nam de hac ſparſione dicitur Levit. 16, 15. על הפרכת לפני הכפרת יזה שבע פעמים horum ſenſus eſt quod ſepties intus coram vectibus ſpargendum ſit, & toties ſuper propitiatorium, una autem e ſeptem ſparſionibus fiat ſurſum, ſicuti expoſuimus in tractatu Joma. Atque hoc colligitur ex eo quod dicitur, והזה באצבעו, quæ una eſt ſparſio, poſtea vero ſepties, quæ ſeptem ſunt ſparſiones. Poſtea vero ſi ſparget de ſanguine juvenci & hirci, ſparget utroque ſanguine mixto, quatuor ſparſiones ſuper quatuor cornua altaris aurei, & ſeptem ſuper medium illius, ſicuti exponitur in tractatu Joma; idcirco Lex quoque dicit Levit, 16, 18. ונתן על קרנות המזבח סביב & Levit. 16, 19. והזה עליו מן הדם באצבעו שבע פעמים Et hoc ſenſu de juvenco pro re occulta eccleſiæ offerendo. Et quemadmodum hæ ipſæ ſeorſim fiebant ſparſiones, & in iſtis locis ſpargebantur de ſanguine hircorum pro idololatria offerendorum, id ex Traditione hauſimus, & collecta ſunt ex eo quod de juvenco pro omnibus præceptis offerendo ſcriptum eſt פר חטאת, ad includendum hircos pro idololatria offerendos in omni eo quod in hocce caſu dictum eſt, ſicuti expoſuimus capite quarto tractatus Zevachim. Et de ſingulis hiſce quatuor ſparſionibus dicit Miſna, quod una impedit alteram. Hæc omnia doctores collegerunt e locis aliquot Legis innuentibus quod impediunt; negotium vero e Traditione ortum eſt.

ז שבעה קני מנורה מעכבין זה את זה ושבעה נרותיה

7. Septem candelabri calami impediunt inter ſe: ſeptem

נרותיה מעכבין זה את זה שתי פרשיות שבמזוזה מעכבות זו את זו ואפילו כתב א׳ מעכבן ארבעה פרשיות שבתפילין מעכבות זו את זו ואפילו כתב אחת מעכבן ארבע ציצות מעכבות זו את זו שארבעתן מצוה אחת רבי ישמעאל אומר ארבעתן ארבע מצות :

ſeptem candelæ illius inter ſe impediunt; duo Mezuzæ capita inter ſe impediunt; imo vel unica ſcriptura impedit. Quatuor phylacteriorum capita inter ſe impediunt, imo vel unica ſcriptura impedit; quatuor peniculamenta inter ſe impediunt, quia omnia quatuor unum comprehendunt præceptum. R. Iſmaël dicit, quatuor iſta cenſentur quatuor præcepta.

R. OB. DE BARTENORA.

שבעה קני מנורה *Septem calami candelabri*, uti ſcriptum eſt Exod. 25, 32. ששה קנים יוצאים מצדיה hi ſex cum medio calamo conficiunt ſeptem. שתי פרשיות שבמזוזה *duæ ſectiones in ſcheda poſtibus januæ affixa*, quæ extant Deut. 6. &c. ואפילו כתב אחד *imo vel unica ſcriptura*, ſi vel una litera alteri ſit annexa, & pergameno non undique cingatur ſecundum jus, facit reprobum in iſta ſcheda & phylacteriis, atque in libro Legis.

ארבעה פרשיות שבתפלין *Quatuor ſectiones phylacteriorum*, quæ deſumptæ ſunt omnes ex Lege, tam in phylacteriis capitis, quorum unaquæque ſectio in pergameno ſeorſim ſcribitur, quam in phylacteriis brachiorum, quæ omnes quatuor in uno conſcriptæ ſunt pergameno. ארבעתן ארבע מצות *quatuor ſunt quatuor præcepta*, quæ inter ſe non impediunt; deciſio non eſt ſecundum R. Iſmaël.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Viſum eſt mihi hoc loco candelabri figuram depingere integram; primo itaque dico nobis fundamentum eſſe e Traditione, id altum eſſe octodecim palmos, & columnam illius quatuor habuiſſe ſcyphos, duoque malogranata ſive ſphærulas, & tres flores, vide Exod. 25, 34. ſed in numero plurali duo ſaltem continentur, idcirco exponunt doctores duo fuiſſe malogranata, duos flores, tertium vero florem extremæ candelabri parti conjunctum fuiſſe, ſicuti Lex dicit Num. 8, 4. עד ירכה עד פרחה ſenſus eſt, fundamentum & florem ei conjunctum trium pedum quantitatem habuiſſe. הגביע *ſcyphus* vero habebat mortarii figuram, & inferius anguſte definebat; vel etiam ſimilis erat אסטונא pira alicui, cui ſuperius aliquid ademptum eſt. הכפתור *mologranatum*, erat figuræ pyræ, quæ non omnino rotunda eſt, ſed longiuſcula, fere in modum ovis avis. פרח *flos*, habebat roſæ figuram; ſed ego tibi depingam illius figuram, nam ſcyphi habebant figuram triangularem, malogranatum rotundam, & flos ſemirotundam, ut facili negotio comprehendi poſſet. Sed non eſt ſcopus meus ut hic ſcyphi formam tibi monſtrem exactiſſimam, quia id jam feci. Sed meus ſcopus eſt de ſcyphorum, malagronatorum, & florum numero dicere; ut & de ipſorum locis, & quantitate columnæ candelabri, ubi nihil exiſtebat; ſic etiam de locis in quibus erant flores & malogranata; atque hæc omnium figura ſit. Præterea ſcias quod omnia malogranata eandem habebant quantitatem, & ſic etiam omnes ſcyphi, & flores. Atque ex iſta tibi exponam figura quod viginti duo erant ſcyphi, novemque flores, ac duodecim malogranata; dixerunt autem, viginti duo ſcyphi, unde malogranata novemque flores inter ſe impediunt. De altitudine candelabri dixerunt eam octodecim fuiſſe palmorum, pedes vero & florem trium palmorum læyium, & unius palmi ubi erat ſcyphus; malogranatum & flos duorum palmorum lævium, & unius palmi malogranatum; duo autem calami e candelabro ſurſum prodibant, ab utraque parte unus, unius palmi lævis, & unius palmi malogranatum erat, atque exinde duo prodibant calami & ſurſum tendebant quouſque candelabri altitudo pertingebat. Præterea erat palmus lævis, & palmus pro malagranato, & exinde duo prodibant calami qui uſque ad candelabri altitudinem pertingebant; & tandem duo palmi læves, remanentibus illic tribus palmis ubi erant ſcyphi, malogranata, & flores: atque ex hac figura totius rei ratio conſtabit. *Duæ ſectiones ſchedæ januis affixæ*, iſtæ extant omnes in Lege. *Quatuor ſectiones Phylacteriorum*, videſis Deut. 6. & 11. Et Num. 15. Cæterum capitis phylacteriis inſcribunt quamlibet ſectionem ſeorſim in quatuor membranis; ſed in brachiorum ſive manuum Phylacteriis una membrana tota omnia conſcribuntur. Quod doctor Miſhnicus dicit, ואפילו כתב אחד מעכבן *imo vel unica ſcriptura impedit*, ejus ſenſus eſt, ſi vel unica litera non more ſolito ſcripta ſit, ea totam ſcripturam reprobam reddit; nam Phylacteria, liber Legis, & Mezuza ita ſcribi debent ne una litera alteri adhæreat, ſed ut membranæ ſuperficies literam undiquaque cingat; ſin ita ſe res non habeat, omnia infecta ſunt; deciſio non eſt ſecundum R. Iſmaël.

פרק ד התכלת אינה מעכבת את הלבן והלבן אינו מעכב את התכלת תפלה של יד אינה מעכבת של ראש ושל ראש אינה מעכבת של יד הסולת והשמן אינן מעכבין את היין ולא היין מעכבן המתנות שעל מזבח החיצון אינן מעכבות זו את זו :

Caput 4. Hyacinthinum non impedit album, nec contra. Manuum Phylacteria non impediunt capitis Phylacteria, nec contra. Simila & oleum non impediunt vinum, at non contra. Sparſiones ſanguinis ſuper altare exterius non impediunt inter ſe.

R. OB. DE BARTENORA.

התכלת אינה מעכבת את הלבן *Hyacinthinum non impedit album*, licet præceptum ſit quo fila hyacinthina duobus albis inmiſceri debent, vel unum filum hyacinthinum tribus filis albis, nihilominus tamen inter ſe non impediunt; ſi vero quis omnia quatuor fila ſumpſerit hyacinthina aut alba, tamen ſatisfecit.

תפלה של יד אינה מעכבת של ראש *Phylacteria manus non impediunt capitis*, Maimonides ſcribit hæc intelligenda eſſe quando quis utraque habuerit phylacteria, ſi vero unum duntaxat habuerit, non apponit ſibi unum niſi donec alterum habuerit, ne forte erret, & ſemper alteri confidat. Sed hoc non ſecundum jus ab ipſo dictum eſt, nam qui id in Gemara dixit, is id retractavit ex neceſſitate quod ei objecerant, dicendo, quare is qui non habet duo præcepta peragenda, non peraget unum? ſed deciſio eſt, quod ſive quis duo

R. MOSCHE FIL. MAIMON

Præceptum de peniculamento duo comprehendit, unum eſt quod peniculamenta extremæ veſtis partibus debeant conſui, ſicuti exponitur Num. 15, 38. ועשו להם ציצית על כנפי בגדיהם Et hoc vocatur לבן *album*, quia e lana conſtat alba, vel lino albo; quemadmodum jura Gemaræ de peniculamento teſtantur. Alterum præceptum eſt quo fila quædam hyacinthino tincta peniculamento inſeri debent, & hæc pars vocatur תכלת *hyacinthinum*; & hoc eſt quod Lex præcipit Num. 15, 38. ונתנו על ציצית הכנף פתיל תכלת Sed hæc ita non tenemus hodie, quia tali modo peniculamentum tingere neſcimus; nam non omnis hyacinthini ſpecies vocatur תכלת, niſi aliquod hyacinthinum quod hodie confici nequit, idcirco album duntaxat facere ſolemus.

תפלה של יד אינה מעכבת *Phylacteria manuum non impediunt*, ſi quis ambo habuerit, tum quodcunque ex iis voluerit,

duo habet præcepta peragenda, ſive unum, non impedient inter ſe; ita omnes doctores mei docuerunt.

הכלת והשמן *Simila & oleum*, muneris libaminum, non impediunt vinum libaminis, nam ſi vinum abſque ſimila & oleo adduxerint, tamen libabat illud. המתנות שעל מזבח החיצון אין מעכבות זו את זו *ſparſiones ſanguinis ſuper altare exterius non impediunt inter ſe*, cujuſmodi ſunt quatuor ſparſiones ſacrificii pacifici, quæ inter ſe non impediunt; nam ſi ſemel duntaxat ſparſerit ſacerdos, expiavit tamen, eo quod ſcriptum eſt Deut. 12, 27. ודם זבחיך ישפך ubi una effuſio intelligenda eſt.

luerit, ſeorſim ponere poterit quamdiu voluerit. Si vero capitis vel manus phylacteria duntaxat habuerit, tum unum non licet corpori applicare niſi donec alterum quoque confecerit, ne erret, & alteri ſemper nitatur. Sed nonnemo argumentari poſſet, cum Miſna de capitis & manus phylacteriis agit, quod illa non impediunt inter ſe, dummodo quis ambo habeat; ſin unum tantum habuerit, non impediunt inter ſe. Cæterum quod ſuperius dictum eſt de quatuor Lulabi ſpeciebus quod illæ inter ſe impediunt, id ea conditione intelligendum eſt ſi non omnes habuerit ſpecies, quemadmodum capite antecedenti expoſitum eſt. Quandoquidem igitur auctor quatuor ſpecies Lulabi comparavit cum phylacteriis capitis ac manus, quia de quatuor ſpeciebus dixit quod impediunt, quamobrem de phylacteriis dixit quod inter ſe non impediunt? reſponſio ad hanc quæſtionem facillima eſt, dico itaque quod Lulabi quatuor ſpecies ſi quis habuerit, etſi inter ſe non impediant, ſumere unamquamque poterit ſeorſim, cum tamen nec debito ſuo nec præcepto ſatisfecerit niſi donec manu ſua omnes quatuor ſumpſerit, etſi unam poſt alteram ſumpſerit; ſed ita non deciditur de phylacteriis capitis & manus, nam quamdiu unum e duobus corpori applicuerit, jam impletum eſt præceptum affirmativum, & phylacteriorum obligationi ſatisfactum eſt. Cæterum jus peniculamenti, phylacteriorum, Mezuzæ, eorumque ſtructuram, & benedictiones quæ ſuper illis recitantur, & omnia quæ ab hiſce ritibus dependent, non eſt loci hic explicare, quia hic commentatorem ago, at Miſna non locuta eſt de his præceptis ſingulatim, idcirco neque ego ea exponere coactus ſum. Hujuſce rei ratio hæc mihi videtur, quod hæ res omnes eo tempore quo Miſna componebatur, cuilibet manifeſtæ erant, idcirco de illis nihil dixit, ſicuti neque de precum ordine quicquam dixit, nec de Synagogæ miniſtro. *Simila & oleum non impediunt vinum*, ſenſus eſt quod ſimila & oleum muneris libaminis, & vinum libaminis non impediunt. Cæterum ſparſiones ſanguinis in altare exterius jam expoſuimus, & probavimus capite quarto tractatus Zevachim quod una ab altera non dependet.

ב הפרים והאילים והכבשים אינן מעכבין זה את זה רבי שמעון אומר אם היו להם פרים מרובים ולא היו להם נסכים יביאו פר אחד ונסכיו ולא יקרבו כולן בלא נסכים:

2. Juvenci, arietes, & agni inter ſe non impediunt. R. Simeon dicit, ſi multi fuerint juvenci, at non fuerint libamina, adferunt juvencum unum & libamina ipſius; ſed omnes non offeruntur abſque libaminibus.

R. OB. DE BARTENORA.

הפרים והאילים והכבשים אינן מעכבין זה את זה *Juvenci, arietes, & agni inter ſe non impediunt*, qui Levit. 23, 18. deſcripti ſunt; & qui offeruntur cum duobus panibus feſti hebdomadum, ii non impediunt duos arietes, nec agnum, nec ſeptem agnos additamenti in feſto hebdomadum in libro Numerorum deſignatos; nam duo additamenti arietes non impediunt arietem duorum panum; neque aries cum duobus panibus impedit duos additamenti arietes. Sic etiam neque duo juvenci cum duobus panibus impediunt juvencum additamenti, neque juvencus additamenti impedit duos juvencos cum duobus panibus venientes. Pariter neque agni inter ſe impediunt. *R. Simeon dicit, ſi multi fuerint juvenci, & non fuerint libamina*, vult dicere R. Simeon, ſi magna fuerit pecuniæ copia ad emendum juvencos; ſi vero iis non eſſent nummi ad emendum libamina, adducebant juvencum cum ejuſdem libaminibus; atque hoc colligitur ex eo quod ſcriptum eſt Ezech. 46, 24. ואיפה לפר ואיפה לאיל תעשה מנחה Nonne igitur munus æquiparatur juvencis & arietibus, at munus juvencorum conſtat e tribus decimis, & arietum munus e duabus decimis? Sed hoc docebit te, quod præſtat adducere juvencum, & arietem cum menſura ei conveniente, quam multos adducere juvencos & arietes abſque munere; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi in prologo ad huncce librum expoſui duas eſſe partes ſacrificii quas in feſto hebdomadum offerebant, quarum una eſt diei additamentum, conſtans e duobus juvencis, ariete, ſeptemque agnis, omnibus in holocauſta, & ex uno hirco in ſacrificium pro peccato; altera eſt ea quam cum duobus offerebant panibus, & conſtabat e juvenco, duobus arietibus, & ſeptem agnis, omnibus in holocauſto, & uno hœdo in ſacrificium pro peccato, & duobus agnis in pacifica, qui ſunt agni hebdomadum. Sed hæc omnia e Lege conſtant, & aliquoties etiam a nobis dicta ſunt; nam quod hoc loco dicitur, *Juvenci, arietes, & agni non impediunt inter ſe*, ejus ſenſus eſt, quod aries additamenti diei feſti non impediat duos arietes ſacrificii e pane, neque duo arietes impediant unum arietem. Sic etiam juvencus non impedit duos arietes, neque ſeptem agnos qui cum pane offerebantur. Neque duo juvenci impediunt arietem, nec ſeptem agnos additamenti; neque agni impediunt inter ſe; neque ſeptem agni additamenti impediunt ſeptem agnos cum pane offerendos, nec contra; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

ג הפר והאילים והכבשים והשעיר אינן מעכבין את הלחם ולא הלחם מעכבן הלחם מעכב את הכבשים והכבשים אינן מעכבין את הלחם דברי רבי עקיבא אמר רבי שמעון בן ננס לא כי אלא הכבשים מעכבין את הלחם והלחם אינו מעכב את (ס"א) הכבשים שכן מצינו כשהיו ישראל במדבר ארבעים שנה קרבו כבשים בלא לחם אף כאן (ס"א) יקרבו כבשים בלא לחם אמר רבי שמעון הלכה כדברי בן ננס אבל אין הטעם כדבריו שכל האמור בחומש הפקודים קרב במדבר וכל האמור בתורת כהנים לא קרב במדבר משבאו לארץ קרבו אלו ואלו ומפני

3. Juvencus, arietes, agni, & hircus non impediunt panem, nec contra. Panis impedit agnos, at non contra, ita R. Akiba. Dixit R. Simeon filius Nanæ, ita ſe res non habet, ſed agni impediunt panem, at panis non impedit agnos; invenimus enim quod cum Iſraël in deſerto quadraginta morabatur annos, agnos abſque pane offerebat; idcirco hic etiam ſine pane offerre poterant. Dixit R. Simeon, deciſio eſt ſecundum filium Nanæ; ſed ſenſus non eſt ſecundum ipſum, nam omnia quæ in libro Numerorum dicta ſunt, ea in deſerto offerebantur; at quicquid in Levitico, id non offerebatur in deſerto; poſtquam autem terram (ſanctam) ingreſſi ſunt, utrumque oblatum eſt. Sed quare ego

ומפני מה אני אומר יקרבו כבשים בלא לחם שהכבשים מתירים את עצמן בלא לחם לחם (ס"א) בלא כבשים אין לו מי יתירנו :

ego dixi quod agni abſque pane offerantur? quia agni per ſe abſque pane ipſos licitos reddere poſſunt, at panis abſque agnis non habet quod ipſum licitum reddat.

R. OB. DE BARTENORA.

הפר והאיל והכבשים *Juvencus, aries, & agni*, qui panis cauſa offeruntur, & hi omnes in holocauſta, excepto hirco in ſacrificium expiationis pro peccato. אין מעכבין את הלחם *non impediunt panem*, nam ſi duos panes adduxerint in feſto hebdomadum ſine iſtis ſacrificiis, conſecrati ſunt.

הלחם מעכב הכבשים *Panis impedit agnos*, hi duo agni ſunt pacifica ſacrificia, & conjungebantur ut ſimul cum pane agitarentur. והכבשים מעכבין את הלחם *& agni impediunt panem*, nam ſi non adeſſent agni, duos adducebant panes, & erant conſecrati, perinde ac ſi cum agnis oblati fuiſſent.

קרבו כבשים בלא לחם *Obtulerunt agnos ſine pane*, nam in deſerto non habebant panem, ſed Mannam duntaxat. *Deciſio eſt ſecundum filium Nanæ*, agni enim impediunt panem; ſed non fert ratio: nam is dicit quod in deſerto offerebant agnos in pacifica, quod non ita eſt; nam quicquid de ſacrificiis in libro Numerorum dicitur, intelligendum eſt de ſacrificiis addititiis in deſerto oblatis. Quæ vero in Levitico memorantur, ea non offerebantur in deſerto, uti ſunt ſeptem agni, juvencus, & arietes holocauſti cum pane, & duo agni pacifici non oblati ſunt in deſerto. *Panis ſine agnis a nemine licitus reddi poteſt*, quia panis non eſt licitus ut a ſacerdotibus comedatur, niſi donec agni oblati fuerint; deciſio eſt ſecundum R. Simeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Juvenci, duo arietes, & ſeptem agni hic memorati, ſunt pars ſecunda quæ ob panem offerebatur in feſto hebdomadum; ſed hæc animantia omnia offerebantur in holocauſta, hircus vero in ſacrificium pro peccato. Quod auctor poſtea dicit, *panis impedit agnos*, ejus ſenſus eſt, quod duo agni pacifici, qui in tempore agitationis cum pane adducebantur, non impediunt, quemadmodum in hocce tractatu exponetur.

הכבשים אין מעכבין את הלחם *Agni non impediunt panem*, nempe, ſi non ſint duo agni, nam duos adducunt panes, & jus eorum vult quod comedi debeant perinde ac ſi cum agnis adducti eſſent. Quod autem filius Nanæ dicit agnos ſine pane offerri, illius hæc eſt ratio quod in deſerto non habebant panem, ſed Manna. Diſſentit R. Simeon, & dicit quod in deſerto neque panis neque agni offerebantur, neque reliqua ſacrificia panis gratia oblata, & in Levitico memorata. Et hæc habemus ex traditione, quod in deſerto non niſi ſacrificia quæ in Levitico memorantur, offerebant, & addititia; deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

ד התמידין אינן מעכבין את המוספים ולא המוספין מעכבין את התמידים ולא המוספין מעכבין זה את זה לא הקריבו כבש בבקר יקריבו בין הערבים אמר רבי שמעון אימתי בזמן שהיו אנוסים או שוגגים אבל אם היו מזידים ולא הקריבו כבש בבקר לא יקריבו בין הערבים לא הקטירו קטרת בבקר יקטירו בין הערבעים אמר רבי שמעון וכולה היתה קרבה בין הערבים שאין מחנכים את מזבח הזהב אלא בקטורת הסמים (נ"א של בין הערבים) ולא מזבח העולה אלא בתמיד של שחר ולא את השלחן אלא בלחם הפנים בשבת ולא את המנורה אלא בשבעה נרותיה בין הערבים :

4. Jugia non impediunt additamenta, nec contra; neque addititia inter ſe impediunt. Si agnus non oblatus ſit mane, tamen eum veſperi offerant. Dixit R. Simeon, quando? quando cogebantur, vel errabant; at ſi de induſtria non obtuliſſent agnum mane, non offerebant veſperi: Si non adoleviſſent mane, adolebant veſperi. Dixit R. Simeon, omnia offerebantur veſperi, nam non initiabant altare aureum niſi per ſuffitum aromatum, nec altare holocauſticum niſi per juge matutinum ſacrificium; nec menſam niſi per panem facierum in Sabbato; nec candelabrum niſi per ſeptem candelas veſperi.

R. OB. DE BARTENORA.

התמידים אינן מעכבים את המוספין *Jugia non impediunt additamenta*, in Gemara exponitur hic rem intelligendam eſſe reſpectu antecedentium quod tum unum non impedit alterum; nam ſi ſacerdos voluerit, prius jugia offerat, & ſi libuerit, offerat prius additamenta, etſi Lex dicat Levit. 6, 5. וערך עליה העולה unde liquet holocauſtum, quod eſt holocauſtum continuum, omnium ſacrificiorum primum eſſe, & hoc quia præſtantiſſimum eſt duntaxat, & non ut impediat alia. *R. Simeon dicit &c.* In Gemara dicitur huic Miſnæ quædam verba addenda eſſe, hoc ſenſu, ſi agnum non offerant mane, non offerunt veſperi; quando hoc intelligendum eſt? quando altare nondum initiatum eſt, at quando jam initiatum eſt, offerre poſſunt veſperi. Dixit R. Simeon, quando? quum coacti fuerint, aut erraverint; at ſi de induſtria non obtulerint agnum mane, ne offerant veſperi; hæc ita intelligenda ſunt, ſi juge ſacrificium non obtulerint mane, ne offerant juge mane; ita enim Lex exponit, *unum agnum facies mane*; ſi unus mane oblatus fuerit agnus, alter rite offerri poteſt veſperi, ſin minus, nec alter offeratur. Quando hæc intelligenda ſunt? ſi altare nondum initiatum ſit, nam Exod. 29, 28. ejuſdem capitis dicitur, וזה אשר תעשה על מזבח Verum ſi altare jam

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuit Gemara quod in hac Miſna quædam ſupplenda ſunt, hoc ſenſu, ſi non offeratur agnus mane, nec offeratur veſperi; quomodo hæc verba intelligenda ſunt? ſi non initiatum ſit altare, at ſi initiatum ſit, offerre poſſunt veſperi. Dixit R. Simeon, quando? quando coacti fuerint vel erraverint, at ſi de induſtria non obtulerint mane, non offerunt veſperi, ſed ſi mane adoleverint, adolent etiam veſperi. Dixit R. Simeon, non offerunt, nempe iſti ſacerdotes qui de induſtria miniſterium ſuum intermiſerunt; ſed alii offerunt. Sed non ita de Suffitu dictum eſt, nam nemo de induſtria eum intermittet, cum is prima vice fiat ob rationem quam expoſuimus capite tertio tractatus Joma. Per חינוך *initiationem* intelligimus primum rei alicujus uſum; porro dicit id quod primo in altare exterius offertur, eſſe holocauſtum matutinum. Sic etiam primus iſte panis qui ponitur in menſa, duntaxat die Sabbati fit. Cæterum principium incendendi candelas in candelabro eſt inter duas veſperas, ſicuti dicitur Exod. 30, 5. Porro vox חינוך *initiatio* quoque uſurpatur de rerum primordiis, earumque primis actionibus, nam hæcce vaſa primo in miniſterio uſurpabantur, perinde ac ſi homo prima vice doctrina imbuatur, vel virtute, ut eas impoſterum exerceat;

jam initiatum ſit ſacrificiis, etſi ſacrificium juge matutinum non oblatum ſit, tamen offeratur juge veſpertinum, nam in libro Numerorum ſcriptum eſt, *& agnum ſecundum facies inter duas veſperas, ſicut munus matutinum, & ſicut ejus libamen*; ſed in hoc verſu non dicitur*, & agnum unum facies mane. Verum in libro Siphri quæritur quamobrem hic verſus proferat idem quod verſu alio jam dictum eſt? reſp. quia dictum erat, *unum agnum facies mane*, ex quo nonnemo colligere potuiſſet quaſi ſi mane non oblatus fuiſſet agnus unus, neque veſperi offerri poſſet alter, idcirco in poſteriori loco additur, *& agnum ſecundum facies veſperi*, quaſi diceret, ſi mane non obtulerit ſacerdos, offerat veſperi. *At ſi de induſtria non obtulerint agnum mane, ne offerant veſperi*, iſti temerarii ſacerdotes ne offerant de induſtria, ſed alii offerre poſſunt. *Si mane non fecerint ſuffitum, offerant veſperi*, nam ſuffitus faciendi opus non niſi ſemel uni homini permittebatur, & non ut aliquoties adoleat, ſicuti in holocauſto fit, quemadmodum in Joma dicitur, quod nemini permittitur ſecunda vice ſuffitum facere ne diteſcat (tanta enim ſuffumigandi benedictio erat) ſicuti dicitur Deut. 33, 10. ישימו קטורת באפך & poſtea ברך יהוה חילו idcirco nos ipſum non multamus, nam quandoquidem opus ſuffumigandi in magno eſt honore, idcirco in eo non ſolent prævaricari, neque de induſtria id intermittere; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon in duobus caſibus. *Non initiant altare aureum niſi per ſuffitum*, nempe per veſpertinum, ſicuti dicitur Exod. 30, 7. בבקר בהטיבו את הנרות יקטירנה ſcil. quando candelabrum a cinere purificatur propter candelas ardentes; ſi vero* candelæ non incenſæ fuerint nocte heſterna, non opus eſt mane eas corrigere. Idcirco initiatio candelabri fit veſperi, & quandoquidem candelabrum veſperi initiatur, ſuffitus etiam veſperi initiatur, quemadmodum dicitur, Exod. 30, 5. ceat; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon in duobus caſibus.

ה חביתי כהן גדול לא היו באות חציים אלא מביא עשרון שלם וחוצהו ומקריב מחצה בבקר ומחצה בין הערבים וכהן שהקריב מחצה בשחרית ומת ומינו כהן אחר תחתיו לא יביא חצי עשרון מביתו ולא חצי עשרונו של ראשון אלא מביא עשרון שלם וחוצהו ומקריב מחצה ומחצה אבד נמצאו שני חציים קרבים ושני חציים אובדים לא מינו כהן* אחר משל מי היתה קרבה רבי שמעון אומר משל צבור רבי יהודה אומר משל יורשים ושלימה היתה קרבה:

5. Sartagines pontificis maximi non offerebantur ex parte, ſed integra offerebatur decima quæ dividebatur, & unum dimidium mane, alterum vero veſperi offerebatur. Si ſacerdos qui dimidium obtulerat mane, mortuus fuiſſet, alius ei ſubſtituebatur, qui decimæ dimidium non e domicilio ſuo adducebat, nec dimidium decimæ prioris, ſed decimam integram, eamque diviſam media ex parte offerebat, & media ex parte perdebat, quomodo fiebat ut duæ partes mediæ offerentur, & duæ mediæ partes perirent. Si non alium eligerent ſacerdotem, undenam offeret? R. Simeon dicit, e bonis eccleſiæ? R. Jehuda dicit, e bonis hæredum, & integra offeretur.

R. OB. DE BARTENORA.

חביתי כהן גדול *Sartagines pontificis maximi*, ſcil. munus pontificis maximi quod quotidie offerendum eſt, quia de ipſo ſcriptum eſt Levit. 6, 14. על מחבת בשמן תעשה idcirco munus vocatur, חביתן *ſartagines*. לא היו באים חצאין *non offerebantur dimidia*, non offeret ſacerdos de bonis ſuis dimidium mane, & dimidium decimæ veſperi. לא חצי עשרונו של ראשון *neque dimidium decimæ prioris*, nam de decima integra a primo defuncto ſacerdote oblata dimidium remanſit, cum is dimidium tantum obtulit. *Et duo dimida pereunt*, dimidium decimæ prioris qui defunctus eſt, & dimidium decimæ illius qui in locum illius ſuffectus eſt. *E bonis eccleſiæ*, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 6, 15. חק עולם *ſtatutum mundi*, hoc igitur ſtatutum erit ex eo quod ad mundum pertinet, nimirum ad eccleſiam Iſraëlis, quod eſt oblationes primæ quæ in ærario aſſervabantur. R. Jehuda dicit, ex eo quod ad hæredes pertinet, quemadmodum ſcriptum eſt Levit. 6, 15. והכהן המשיח תחתיו מבניו nempe ſi ſacerdos unctus mortuus fuerit, unus e filiis ipſius ſacrificabit. *Et integra offerebatur*, quando offerebatur e bonis eccleſiæ ſecundum R. Simeon, aut ex eo quod ad ſacerdotes pertinet ſecundum R. Jehuda, integra offerebatur decima, & non dimidium illius. R. Simeon rem colligit ex eo quod ſcriptum eſt, כליל תקטר quod non comburunt dimidium, niſi quando ea offertur e bonis eccleſiæ. R. Jehuda ſententiam ſuam confirmare ſtudet ex eo quod ſcriptum eſt מבניו יעשה אותה nempe quando unus e filiis ſacerdotis uncti obtulerit poſt mortem patris, id notari *per hæredes*; & per יעשה אותה *faciet iſtud*, notari iſtud faciendum eſſe, & non dimidium iſtius; deciſio eſt ſecundum R. Jehuda, quod decima nimirum e bonis hæredum offerri debeat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Integram adducet decimam eamque dividet, ſicuti dicitur Levit. 6, 13. R. Jehuda probare conatur quod hæredes decimam adducere debent, ex eo quod ſcriptum eſt Levit. 6, 15. מבניו יעשה אותה unde probatur quod de ſuo adducere debent, & quia dicitur אותה *illud*, dixerunt, illud offeret, & non dimidium illius. R. Simeon rem colligit ex eo quod ſcriptum eſt Levit. 6, 15. חק עולם כליל תקטר ergo omnino comburi debet; deciſio eſt ſecundum R. Jehuda.

פרק ה כל המנחות באות מצה חוץ מחמץ שבתודה ושתי הלחם שאין באות חמץ רבי מאיר אומר שאור בודה (ס"א) להן מתוכן ומחמצן רבי יהודה אומר אף היא אינה מן המובחר אלא מביא את השאור ונותן לתוך המדה וממלא את המדה אמרו לו אף היא היתה חסירה או יתירה:

Caput 5. Omnia munera offeruntur ex azymis, excepto fermentato Sacrificii euchariſtici, & duobus panibus fermentatis. R. Meyr dicit, fermentum diffindebat eos in medio, atque fermentabat. R. Juda dicit, nec hoc ſelectiſſimum eſt, ſed fermentum adferet, & indet menſuræ, eamque implebit, reſponderunt ei, etiam ea deficiebat vel ſuperabundabat.

R. OB. DE BARTENORA.

חוץ מחמץ שבתודה *Excepto fermentato euchariſtico*, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 7, 13. על חלות לחם תודה: *Et duobus panibus fermentatis*, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 23, 17. חמץ תאפינה *fermen-*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Lex de muneribus dicit quod ea in altare debeant offerri azyma; ſicuti ſcriptum eſt Levit. 2, 11. קרבן ראשית תקריבו אותם ubi denotantur duo panes de quibus ſcriptum eſt Levit.

fermentatum coques. שאור היה בודה להן מתוכן *fermentatum eos ſeparabit in medio*, in medio decimæ panis euchariſtici, & duorum panum fermentum ſeparabat ſacerdos, nam aliquid e ſimila depſebat poſtquam diviſerat, idque ſi in ſimila abſconderit, & ſponte ſua fermentaverit, atque inde fermentatum fuerit reliquum, cum id ex alio loco adducere non poterat, ne eſſet munus ſuperfluum. אינה מן המובחר *non eſt e præſtantiſſimo*, cum non bene fermentet, quia non habet fermentum bene fermentatum. אלא מביא את השאור *ſed adducit fermentum*, e bonis ſuis, quod bene fermentatum eſt, idque imponet decimæ, & ſimila implebit. *Etiam ea deficiebat vel ſuperabundabat*, nam ſi fermentum eſſet craſſum, & maſſa dura cum exigua aquæ copia, tum non tam magnum ſpatium occuparet, perinde ac ſi farina eſſet, ergo decima eſt ſuperflua, nam ſi fermentum non eſſet ſubactum, ipſius major inflatio fuiſſet quam farina. Si vero non bene ſubactum fuiſſet, quia multa aquæ copia affuſa erat, inflatio illius fuiſſet major, quam ſi mera fuiſſet farina, & decima deficeret, nam ſi aqua non addita fuiſſet, non eſſet plenum; deciſio eſt ſecundum R. Jehuda.

Levit. 23, 17. סלת תהיינה חמץ תאפינה ſic etiam ſi res habet cum primitiis dactylorum, melle dactylorum, de quo melle Lex loquitur Deut. 8, 7. quemadmodum in tractatu Biccurim de Primitiis exponitur. Porro de pane euchariſtico dicitur Levit. 7, 13. על חלות לחם חמץ יקריב quæ eſt una e quatuor ſpeciebus panis, ſicuti impoſterum exponetur. חסירה או יתירה *deficiebat aut ſuperabundabat*, nam aliquando fermentum erat durum, & exiguum menſuræ ſpatium capiebat; aliquando vero abundabat, & tenue erat, atque ſpatium magnum capiebat, etſi quantitas quam de farina habebat, eadem omnino eſſet; deciſio non eſt ſecundum R. Jehuda.

ב כל המנחות נלושות בפושרים ומשמרן שלא יחמיצו ואם החמיצו שיריה עובר בלא תעשה (ס"א) שנאמר כל המנחה אשר תקריבו לי"י לא תעשה חמץ וחייבים על לישתה ועל עריכתה ועל הפייתה:

2. Omnia munera depſuntur aqua tepida, & cuſtodiuntur ne fermentent; ſi vero reliquiæ eorum fermentant, tranſgreſſus eſt præceptum negans, ſicuti dicitur Levit. 2, 11. *Omne munus quod Domino offeretis, non facies fermentatum.* Et obligant propter depſionem, diſpoſitionem, & coctionem ſuam.

R. OB. DE BARTENORA.

כל המנחה אשר תקריבו ליהוה לא תעשה חמץ *Omne munus quod offeretur Domino non facietis fermentatum*, ad principium hoc referendum eſt, ubi dicitur quod cuſtodi debeant, ne fermentent; ſuperius vero auctor de pugilli collectione locutus eſt, & de reliquiis munerum colligit ex eo quod ſcriptum eſt Levit. 12, 10. לא תאפה חמץ על הלחם Ergo partes eorum ad ſacerdotes pertinentes, quæ ſunt muneris reliquiæ quæ de munere ſuperſunt, non coquentur fermentatæ. Itaque de reliquiis tantum moniti ſumus reſpectu fermenti, ſed cum melle ſubigere & in eo coquere licet.

עריכה *Diſpoſitio*, eſt quatenus poſt depſionem manibus ſuis in eo operatur ſacerdos; quælibet enim impedit actio & ad reatum obligat, eo quod ſcriptum eſt Levit. 2, 11. לא תעשה חמץ Hinc nonnemo concludere potuiſſet quaſi ob unam actionem duntaxat reus fieri poſſet, idcirco dicit Levit. 12, 10. לא אפה חמץ coctio ergo in genere comprehendebatur, quare autem excipitur? ad comparandum cum eo, nimirum quemadmodum coctio eſt opus ſpeciale, quod in ſpecie obligat, idcirco nonnemo adducere poſſet depſionem & diſpoſitionem, ac omnia opera illius ſpecialia, idcirco auctor docet quod diſpoſitio ſive figuratio placentarum eſt opus particulare, quod ſeorſim obligat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לישה *Depſio* ſive *ſubactio*, ea eſt qua farina cum aqua ſubigitur: עריכה *diſpoſitio* eſt qua munus ope manuum in ordinem & juſtam conſtitutionem redigunt. Dicit Lex de munere Levit. 12, 10. לא תאפה חמץ, etſi Levit. 2, 11. dixerit לא תעשה חמץ ad hæc doctores dixerunt, quandoquidem in ſpecie vetat cocturam, ſicuti coctio eſt opus ſpeciale, quod in ſpecie obligat, ſic etiam ipſa maſſæ depſio ejuſdemque diſpoſitio, & totum illius opus ſpeciale indicant קיטוף, id eſt diſpoſitionem figuræ placentarum; nam propter unumquodque illorum opus homo poteſt fieri reus. Præterea dixerunt, *pars illius non coquetur*, ſcil. neque pars muneris fermentati coquetur, id eſt, reliquiæ, quæ cedant ſacerdotibus, ſicuti expoſuimus, eas inquam fermentare non licet. Verum licet ſubigere reliquias cum melle, & ita coquere; ſed fermentatio tantum prohibita eſt.

ג יש טעונות שמן ולבונה שמן ולא לבונה לבונה ולא שמן לא שמן ולא לבונה ואלו טעונות שמן ולבונה מנחת הסלת והמחבת והמרחשת והחלות והרקיקין מנחת כהנים ומנחת כהן משיח ומנחת עכ"ום ומנחת נשים ומנחת העומר מנחת נסכים טעונה שמן ואין טעונה לבונה לחם הפנים טעון לבונה ואין טעון שמן שתי הלחם ומנחת חוטא ומנחת קנאות לא שמן ולא לבונה:

3. Nonnulla requirunt oleum, & thus, oleum & non thus, thus & non oleum, neque oleum neque thus. Nonnulla oleum & thus requirunt, ut, munus ſimilaginis, ſartaginis, aheni, placentarum, & laganorum, & munus ſacerdotum, & ſacerdotis uncti; munus gentilium & mulierum, & munus Omer. Libaminum vero munus oleo indiget, at non thure. Panis facierum indiget thure, at non oleo. Duo panes, & munus peccatoris, ac zelotypiæ nec oleum, nec thus requirit.

R. OB. DE BARTENORA.

מנחת סלת *Munus ſimilæ*, ſi quis ſimpliciter voverit munus, adducat ſimilam, oleum, & thus, atque iſtam maſſam ſubiget, & ſicuti ea erat ante coctionem, tum eam pugillo colliget; & de hoc munere ſcriptum eſt oleum & thus requiri, ſed alia omnia colliguntur e munere ſimilagineo, de quo ſcripta eſt vox נפש *anima*, unde conſtat unumquodque munus particulare requirere oleum & thus. החלות והרקיקין *placentæ & lagana*, munus in fornace coctum vocatur placentæ & lagana, nam ſi lubuerit, adducat placentas, ſin minus, adducat lagana. מנחת כהנים *munus ſacerdotum*, ſi quis ſacerdos unum e quinque promiſerit muneribus. מנחת כהן המשיח *munus ſacerdotis uncti*, munus ſartaginis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Perinde ac ſi dixiſſet auctor Miſnicus, munus ſimilæ, ſartaginis, aheni, placentarum, & laganorum quodlibet indiget oleo, & thure, & de hac re non eſt ulla controverſia, ſive ſit munus Iſraëlitæ, ſive ſacerdotis, ſive gentilis, ſive viri, ſive mulieris. Cæterum de muneris libamine dictum eſt id oleum requirere, & non thus. De pane facierum dicitur Levit. 24, 7. ונתת על המערכת לבונה זכה non addebatur oleum. De munere peccatoris & zelotypiæ dicitur Levit. 5, 11. לא ישים עליה שמן & poſtea ibidem ולא יתן עליה לבונה

Munus gentilium, ſi gentilis votum muneris fecerit, quemadmodum colligitur ex eo quod ſcriptum eſt, איש איש *vir vir*, quod gentiles æque ac Iſraëlitæ oblationes ſpontaneas & votivas offerunt. *Munus mulierum*, ſi mulier munus voverit. *Munus libaminis non indiget thure*, quia de oleo ſcriptum eſt, at nihil de thure. *Panis facierum*, de quo ſcriptum eſt Levit. 24, 7. ונתת על המערכת לבונה זכה de thure meminit, ſed nihil de oleo. *Munus peccatoris & zelotypiæ*, de quibus clare ſcriptum eſt Levit. 3, 11. ולא יתן עליה לבונה

ד וחייב על השמן בפני עצמו ועל הלבונה בפני עצמה נתן עליה שמן פסלה. לבונה ילקטנה נתן שמן על שיריה אינו עובר בלא תעשה נתן כלי על גבי כלי לא פסלה :

4. Propter oleum ſeorſim & propter thus ſeorſim tenetur. Si ei oleum affuderit, id reprobum fecit, ſi thus, colligat id. Si reliquiis affuderit oleum, non tranſgreſſus eſt præceptum negativum. Si unum vas impoſuerit alteri, non fecit reprobum.

R. OB. DE BARTENORA.

וחייב על השמן *Et tenetur ob oleum*, ſi id muneri peccatoris addiderit, vel muneri zelotypiæ. נתן כלי על גבי כלי *ſi unum vas alteri impoſuerit*, ſi vas olei impoſuerit muneri peccatoris, id non fecit reprobum, nec dicimus eum tranſgreſſum eſſe præceptum, *non affundet ei oleum*, nam Lex nihil aliud curavit niſi ut non ponatur oleum ſimilæ vel farinæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נתן כלי על גבי כלי *Si unum vas impoſuerit alteri*, ſi vas in quo oleum continetur, impoſuerit vaſi in quo munus continetur, non fecit reprobum; nec dicimus eum tranſgreſſum eſſe præceptum illud negans, *non affundet ei oleum*, nam ſenſus eſt quod ſimila aut farina cum oleo non debent commiſceri.

ה יש טעונות הגשה ואינן טעונות תנופה תנופה ולא הגשה הגשה ותנופה (ס״א) לא תנופה ולא הגשה אלו טעונות הגשה ואינן טעונות תנופה מנחה (ס״א) הסלת והמחבת והמרחשת והחלות והרקיקים מנחת כהנים מנחת כהן משיח מנחת עכ״ום מנחת נשים מנחת חוטא רבי שמעון אומר מנחת כהנים מנחת כהן משיח אין בהן הגשה מפני שאין בהן קמיצה (ס״א) וכל שאין בהן קמיצה אין בהן הגשה :

5. Nonnulla requirunt adductionem, & non agitationem, vel contra, vel adductionem & agitationem ſimul, vel neutrum. Nonnulla requirunt adductionem & non agitationem, ut, munus ſimilaginis, ſartaginis, aheni, e placentis, & laganis, munus ſacerdotum, & ſacerdotis uncti, munus gentilium, mulierum, & peccatoris. R. Simeon dicit, munus ſacerdotum, & ſacerdotis uncti non requirunt adductionem, quia non requirunt pugilli collectionem; quæcunque enim non requirunt pugilli collectionem, ea nec adductionem requirunt.

R. OB. DE BARTENORA.

טעונות הגשה *Requirunt adductionem*, ad acumen cornu meridionale occidentale, uti ſcriptum eſt Levit. 2, 8. והגישה אל המזבח & *ad altare adducet*. החלות והרקיקין *placentæ & lagana*, munus quod in fornace coctum eſt. מנחת כהנים *munus ſacerdotum*, quod totum comburendum eſt. *Et omnia in quibus non obtinet pugilli collectio*, ad reliquias muneris ſacerdotibus reddendas licitas, non obtinet in iis agitationis ritus; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הגשה *Adductio*, eſt qua ſacrificium ad altaris cornu adduci debet, nempe ad acumen cornu meridionalis occidentalis, & hoc eſt quod dicitur Levit. 2, 8. והגישה אל המזבח & *adducet id ad altare*. תנופה *agitatio* eſt qua ſacrificium agitant in quatuor mundi plagas. Quod autem alia munera requirunt agitationem & adductionem, alia vero unam ex iis, hæc e Lege petita ſunt, illa autem e conſtitutionibus Sapientum, qui eas ex aliquot Legis locis collegerunt. Sed ſcopus noſter non eſt ea omnia hic referre multis; nam applicationes hujuſmodi & expoſitiones ab his dependentes præſtat aliis in locis referre quam hic. Porro notum eſt quod ſacerdotum munera, & ſacerdotis uncti munera penitus igne abſumenda ſunt. R. Simeon ſtatuit quod omnia iſta quæ ad ſacerdotes non pertinent, non requirunt adductionem, ſicuti dicitur ab auctore, *omnia quæ non requirunt pugilli collectionem* &c. deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

ו אלו טעונין תנופה ואין טעונין הגשה לוג שמן של מצורע ואשמו והבכורים כדברי רבי אליעזר בן יעקב ואמורי שלמי יחיד וחזה ושוק שלהן א׳ אנשים וא׳ נשים בישראל אבל לא באחרים ושתי הלחם ושני כבשי עצרת כיצד הוא עושה נותן שתי הלחם על גבי שני כבשים ומניח שתי ידיו מלמטן מוליך ומביא מעלה ומוריד שנאמר אשר הונף ואשר הורם תנופה היתה במזרח והגשה במערב ותנופות קודמות להגשות מנחת העמר ומנחת קנאות טעונות תנופה והגשה לחם הפנים ומנחת נסכים לא תנופה ולא הגשה :

6. Hæc requirunt agitationem, at non adductionem, Logus olei leproſi, ejuſdemque reatus, & primitiæ ſecundum R. Eliezer filium Jacobi. Sic etiam adipes ſacrificii pacifici pro privatis, pectus, & armus illius, ſive ad viros ſive ad mulieres Iſraëlitas pertineant; ſed non ad alios; item duo panes, atque duo agni feſti hebdomadum. Sed quomodo faciebat? duos panes duobus agnis imponebat, atque ambas manus inferius, & deducendo & adducendo ſurſum deorſum agitabat, ſicuti ſcriptum eſt Exod. 29, 27. *Quod agitatum & elevatum fuerit.* Agitatio fiebat verſus orientem, adductio ad occidentem. Agitationes antecedunt adductiones. Munus Omer, & zelotypiæ requirunt agitationem & adductionem. Panis facierum, munus libaminum neque agitationem, neque adductionem requirunt.

R. OB. DE BARTENORA.

De Logo olei & ſacrificii pro reatu leproſi ſcriptum eſt,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Lex de ſacrificio pro reatu leproſi ejuſdemque Lo-

והניף *& agitabit. Et primitiæ, ſecundum R. Eliezer filium Jacobi*, nam audivimus eum dicentem, quod primitiæ requirunt agitationem; deciſio eſt ſecundum ipſum. *Et adipes pacificorum privati alicujus, pectus, & armus*, de quibus ſcriptum eſt Levit. 10, 15.

אחד אנשים ואחד נשים *Sive ad viros ſive ad mulieres pertineant*, pacifica eorum agitanda ſunt per Iſraëlitam. אבל לא באחרים *ſed non per alios*, ita in Gemara exponitur, tam mulierum quam virorum ſacrificium agitandum eſt, & hoc per Iſraëlitam; at non per mulierem, quia dicitur, *filii Iſraëlis agitabunt*, at non gentiles, ergo filii Iſraëlis agitant, & non filiæ.

ושתי הלחם ושני כבשים של עצרת *& duo panes, duoque agni feſti hebdomadum*, de quibus ſcriptum eſt Levit. 23, 20. והניף הכהן אותם על הלחם Sed proprie non *ſupra panem* agitabit ſacerdos, ſed prope eos agnos ad latus panis, uti dixit Rabbi in Beraita; & ita deciſio eſt. אשר הונף ואשר הורם *quod agitatum & quod elevatum eſt*, de implementis ſacrificii hoc ſcriptum eſt, atque exinde colligimus cæteras agitationes. תנופה היתה במזרח *agitatio fiebat ad orientem*, etiam in latere altaris agitari poterat, & quanto magis in occidentali, quæ plaga Palatio templi propior eſt. *Agitationes præcedunt adductiones*, primo agitandum & poſtea adducendum eſt. Sed hic ſermo eſt de munere Omer ſive manipuli, & zelotypiæ, quæ agitari & adduci debent; & de zelotypiæ munere dicitur Num. 5, 25. והניף את המנחה לפני יהוה & poſtea Num. 5, 25. והקריב אותה אל המזבח

go olei Levit. 14, 12. והניף אותם תנופה לפני יהוה ad hæc dixerunt Sapientes, ergo *coram Domino* eſt ad orientem. De primitiis dicit Deut. 26, 14. ולקח הכהן הטנא מידך dixerunt Sapientes, hinc conſtat quod primitiæ agitari debent. Atque hæc eſt opinio R. Eliezeris filii Jacobi, & vera eſt, ſicuti capite ſecundo codicis de Primitiis exponitur. Cæterum quod dicit, *ſed non per alios*, nempe, ipſa agitatio reproba eſt ſi per mulieres fiat, & per gentiles; hoc autem ordine hæc Miſna in Gemara diſpoſita eſt, tam mulierum quam virorum oblatio requirit agitationem, atque ipſa agitatio per Iſraëlitam fiat, at non per mulierem. Præterea dixerunt, filii Iſraëlis agitant, at non gentiles, filii Iſraëlis agitant, & non mulieres. Dicit Lex Levit. 7, 30. ידיו תביאנה את אשה יהוה dixerunt doctores, hic de manibus dominorum mentio facta eſt, idcirco agitationis ordo hic eſt, adipes imponat manibus ſuis, & pectus cum armo ſupra, uti dicit Lex על אשי החלבים deinde ſacerdos manus ſuas ſub domini manibus ponat, atque ita agitet. Sed jam aliquoties diximus quod hi duo agni ſunt pacifici, quos offerunt panis gratia in feſto hebdomadum. In Beraita quoque a Rabbi dicitur de duobus panibus cum duobus agnis, hanc oblationem ponendam eſſe ad latus illius, iſtam vero ad iſtius, atque ita agitandum eſſe; & ita deciſio eſt. Nam hypotheſis nobis eſt ſecundum Rabbi, dicentem, *ſuper panem*, & non requiritur ut ſuperimponat, quia per id quod dicitur *ſuper panem*, notat cum pane, etſi ſeorſim veniat; cætera ſunt clara.

ז רבי שמעון אומר שלשה מינים טעונים שלש מצות שתים בכל אחת וא׳ והשלישית אין בהן ואלו הן זבחי שלמי יחיד וזבחי שלמי צבור ואשם מצורע זבחי שלמי יחיד טעונים סמיכה חיים ותנופה שחוטים ואין בהן תנופה חיים זבחי שלמי צבור טעונים תנופה חיים ושחוטים ואין בהן סמיכה ואשם מצורע טעון סמיכה ותנופה חי ואין בו תנופה שחוט :

7. R. Simeon dicit, tres Sacrificiorum ſpecies requirunt tria præcepta, quodque duo, ſed in illis non continetur tertium, & hæ ſunt; ſacrificia pacifica privati, & pacifica eccleſiæ, & ſacrificium pro reatu leproſi. Sacrificia pacifica privati requirunt impoſitionem manuum dum vivunt, & agitationem dum mactata ſunt, ſed in iis non obtinet manuum impoſitio dum vivunt. Pacifica cœtus agitari debent viva & mactata, at in iis non obtinet manuum impoſitio. Sacrificium pro reatu leproſi requirit impoſitionem manuum & agitationem dum vivit, ſed non agitationem quum mactatum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

שלשה מינין *Tres ſpecies*, nempe pacifica hominis privati, pacifica eccleſiæ ſive publica, quæ ſunt duo agni feſti hebdomadalium, & ſacrificium pro reatu leproſi, hæ tres ſpecies tria requirunt præcepta, quæ ſunt de impoſitione manuum, agitatione dum vivit, & agitatione poſt mactationem.

שתים בכל אחת ואחרת *Duo in unaquaque*, duo præcepta e tribus in unaquaque ſpecie, tertium vero in iis non continetur, quia in qualibet ſpecie duo tantum comprehenduntur.

שלמי יחיד *Pacifica privati*, de illis dicitur quod manus iis imponendæ ſunt, & agitanda poſtquam mactata ſunt, pectus ſcil. & armus. שלמי צבור *pacifica cœtus*, de quibus dicitur תנופה *agitatio*, dum adhuc vivunt, Levit. 23, 10. והניף הכהן אותם Cæterum agitationem pectoris & armi dum animal mactatum eſt, colligimus e Sanctis privatorum; ſed non requiritur impoſitio manuum, quia Traditione receptum eſt quod in omnibus ſacrificiis cœtus non obtinent niſi duæ manuum impoſitiones, nempe impoſitio manuum in hirco Azazel, & in juvenco pro re occulta in cœtu offerendo.

ואשם מזורע *Et ſacrificium pro reatu leproſi*, id vivum agitandum eſt juxta id quod ſcriptum eſt Levit. 23, 20. והניף הכהן Et præterea manus ei imponendæ ſunt a poſſeſſoribus, quia nullum fieri poteſt ſacrificium privatum cui non manus imponantur capiti animalis. ואין בו תנופה שחוט *ſed agitatio in eo non invenit locum poſtquam mactatum eſt*, quia Lex ſacrificiis pacificis exceptionem addit, dicendo, *pectus agitationis ad agitandum ipſum*, ubi vox ipſum excipit ſacrificium pro reatu leproſi, quod non agitandum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שלש מצוות *Tria præcepta*, nempe, impoſitio manuum, agitatio vivi animantis, & agitatio mactati. Cæterum tria iſta ſacrificia quorum unumquodque duo requirit ex tribus iſtis præceptis, ſunt pacifica eccleſiæ, & pacifica privati, & ſacrificium pro reatu leproſi, de quo Lex dicit quod id vivum ante mactationem agitari debet Levit. 14, 12. Et quandoquidem id eſt ſacrificium pro reatu, fieri nequit abſque manuum impoſitione ſuper caput ſacrificii. De pacificis privatarum perſonarum loquitur Lex, iis vivis imponendas eſſe manus, & ſic etiam pectoris armique agitationem fieri debere, vide Levit. 10, 15. idcirco dicit auctor Miſnicus, ותנופה שחוטים *& agitatio mactatorum.* Pacifica eccleſiæ comprehendunt duos agnos feſti hebdomadum, uti diximus, & præter hæc non ſunt pacifica eccleſiæ; dicit Lex, והניף אותם *& agitabit ea*; hoc intelligendum eſt ante & poſt mactationem, ita ex Traditione expoſitum eſt. Sed in iis non obtinet manuum impoſitio, quia ſacrificia eccleſiæ ſunt; at nobis hypotheſis eſt quod in ſacrificio Eccleſiæ duæ obtineant manuum impoſitiones, & non plures, nempe impoſitio manuum quæ fit in hirco Azazel, & in juvenco ob rem pro tempore occultam offerendo. Omnia vero hæcce fundamenta ſunt veriſſima, & non tantum ſecundum ſententiam R. Simeonis, ſed in eo quod is dixit in nomine illius qui illa dixit, nulli doctoris ſe oppoſuerunt.

ח האומר הרי עלי במחבת לא יביא במרחשת

8. Si quis dixerit, en in me recipio munus ſartaginis,

במרחשת לא יביא במחבת ומה בין מחבת למרחשת אלא שהמרחשת יש לה כיסוי והמחבת אין לה כסוי דברי רבי יוסי הגלילי רבי חנניה בן גמליאל אומר מרחשת עמוקה ומעשיה רוחשים (נ"א רכים) ומחבת צפה ומעשיה קשים :

ginis, non adducet aheni munus; ſi munus aheni, non adducet munus ſartaginis. Sed quid intereſt inter ſartaginis & aheni munus? ahenum habet operculum, at ſartago non habet operculum, ita R. Joſe Galilæus. R. Chanina filius Gamalielis dicit, ahenum profundum eſt, & opera illius ſe movent, ſartago vero extenſa eſt, & opera illius dura.

R. OB. DE BARTENORA.

מרחשת עמוקה *Ahenum eſt profundum*, ſicuti dicitur Levit. 7, 9. וכל נעשה במרחשת *& quicquid fit in aheno*, id eſt in medio illius, ſequitur ergo quod medium aliquod habet. ומעשיה רוחשים *& opera illius ſe movent*, oleum quod in eo continetur, huc illuc ſe movet. Nonnemo tradit, *& opera illius tenuia ſunt*, nempe maſſa quæ in ipſo coquitur. ומחבת צפה *at ſartago flaccida*, uti ſcriptum eſt Levit. 6, 14. על המחבת *ſuper ſartaginem*, inde ſequitur quod ea non habet aliquod medium profundum. *Et opera illius dura ſunt*, maſſa in ea ſubacta dura eſt, ne defluat exterius, nam vas non habet marginem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מרחשת *Ahenum*, eſt vas profundum, quod undique margine cingitur, & maſſa quæ in eo coquitur, ſolet eſſe tenuis, & hoc eſt quod dicitur, opera *illius ſe movent*, ſive fluida & tenuia ſunt. מחבת *ſartago*, eſt vas abſque margine, idcirco maſſa dura eſt ne defluat, idcirco dicit, *opera illius dura ſunt*; & hæc veriſſima Gemaræ ſententia eſt.

ט האומר (ס"א) הרי עלי בתנור לא יביא מאפה כופח ומאפה רעפים ומאפה יורדת הערביים רבי יהודה אומר אם רצה יביא מאפה כופח הרי עלי מנחת מאפה לא יביא מחצה חלות ומחצה רקיקין רבי שמעון מתיר מפני שהוא קרבן אחד :

9. Si dixerit, id quod in furno eſt, non adferet coctum in *Cupach*, neque coctum in *Reaphim*, neque e cocto in olla Arabum, R. Juda dicit, ſi voluerit, adducat coctum in *Cupach*. Si dixerit, recipio in me munus coctum, non adducet placentarum nec laganorum dimidium. R. Simeon permittit, quia unum eſt munus.

R. OB. DE BARTENORA.

כופח Eſt vas cui una olla imponi ſolet, quæ ope ignis in ea coquitur. מאפה רעפים *maſſa Reaphim*, eſt maſſa quæ ſuper tegulas furni coquitur. יורדת הערביין *olla Arabum*, eſt fovea quædam in ſolo facta quam luto oblinunt, & cui poſtea ignem indunt, ut maſſa in ipſa coquatur. *Si voluerit, adducat coctum in Cupach*, quia Cupach eſt ſpecies furni; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam. מנחת מאפה *munus coctum*, de quo ſcripta ſunt lagana & placentæ. *Non adducet dimidium placentarum*, nam omnia munera quotidie offeruntur, ſed is non adducit quinque placentas, & quinque lagana, ſed omnes placentas aut lagana. *Quia una eſt oblatio*, nam duæ ſpecies de uno munere deſignatæ ſunt, idcirco dimidium unius ſpeciei, vel alterius ſpeciei dimidium adferat; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כופח Eſt vas cui una olla imponi ſolet, removetur enim in aliquo loco ignis, ibique ponitur olla cum maſſa in ea contenta, & ita coquitur. מאפה רעפים *coctum Reaphim*, hoc modo, lapides duros calefaciunt, donec ii ſint inſtar prunarum, iiſque poſtea imponunt maſſam, quæ ita coquitur. *Olla Arabum*, intellige foveam aliquam in ſolo effoſſam, & luto oblitam in modum ollæ, & ei ignem indunt quo calefit & maſſa coquitur. De munere in furno cocto dicit Lex Levit. 2, 4. Hinc R. Jehuda putat quod hæ duæ ſpecies contineant duo munera, & unum poſt alterum adduci debeat. R. Simeon dicit, unum duntaxat munus eſſe, & muneris quantitatem adducendam eſſe e duabus ſpeciebus, ſi voluerit.

פרק ו אלו מנחות נקמצות ושיריהן לכהנים מנחת סלת והמחבת והמרחשת והחלות והרקיקין מנחת עכ"ום מנחת נשים מנחת העומר מנחת חוטא ומנחת קנאות רבי שמעון אומר מנחת חוטא של כהנים נקמצת והקומץ קרב לעצמו והשירים קרבים לעצמן :

Caput 6. Hæc munera pugillo capiuntur, & reliquiæ eorum cedunt ſacerdotibus, munus ſimilagineum, ſartaginis, & aheni, placentarum, & laganorum, munus gentilium, munus mulierum, munus manipuli, munus peccatoris, & zelotypiæ. R. Simeon dicit, munus peccatoris ſacerdotis pugillo colligitur, & pugillus ſeorſim offertur; ita & reliquiæ.

R. OB. DE BARTENORA.

אלו מנחות נקמצות *Hæc munera pugillo colliguntur*, munus ſimilagineum in maſſa pugillo colligitur, ita quoque munus ſartaginis, aheni, laganorum, & placentarum, quæ coctæ ſunt, ea inquam poſtquam cocta ſunt, in fruſtula comminuet. De ſimilagineo munere ſcriptum eſt ſatis clare de pugilli collectione; & de aliis ſcriptum eſt אזכרה *memoriale*, id eſt pugilli collectio. מנחת גוים ומנחת נשים *munus gentilium & munus mulierum*, quando unum ex iſtis promiſerint. *Munus peccatoris ſacerdotis pugillo colligitur*, etſi munus ſacerdotis penitus igne conſumendum ſit, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 6, 16. וכל מנחת כהן כליל תהיה nihilominus tamen pugilli collectio, & pugillus offertur ſeorſim, & reliquiæ ſeorſim. Verum ſecundum doctorem primum munus doctoris non capitur pugillo, ſed comburitur ſicuti eſt, nam is putat quod omne munus cujus reliquiæ colliguntur in pugillum, & id cujus reliquiæ non comeduntur, non debeat in pugillum colligi; deciſio eſt ſecundum doctorem primum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Lex de omnibus muneribus Levit. 6, 7. תורת המנחה & Levit. 6, 9. והנותר ממנה יאכלו אהרן ובניו Sed jam noſti quod Lex Levit. 6, 16. *& omne munus ſacerdotis erit integrum, non comedetur.* Dicit R. Simeon, munus ſacerdotis peccatoris, etſi penitus comburatur, quia ſacerdotis eſt munus, etiam pugillo colligi, quia peccatoris munus eſt. Sapientes dicunt, omne munus cujus reliquiæ comeduntur, non colligitur pugillo; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ב מנחת כהנים ומנחת כהן משיח ומנחת נסכים למזבח ואין בהם לכהנים בזה יפה כח המזבח מכח הכהנים שתי הלחם ולחם הפנים לכהנים ואין בהם למזבח ובזה יפה כח הכהנים מכח המזבח :

2. Munus ſacerdotum, munus ſacerdotis uncti, & munus libaminum cedunt altari, at nihil ex iis ſacerdotibus cedit, nam altare hic efficacius eſt quam ſacerdotes. Duo panes, & panis facierum cedunt ſacerdotibus, at non altari, quia ſacerdotes hac in parte efficaciores ſunt altari.

R. OB. DE BARTENORA.

בזה יפה כח המזבח *In hoc facultas altaris præſtat*, hæc dicere non erat neceſſe, quoniam ſatis conſtat quod altare hac in parte præſtat; vult igitur auctor hic indigitare eum qui vinum pro altari promiſerit abſque ſacrificio, ne quis diceret id ſpargendum eſſe ſuper focum & comburendum, & hoc ſenſu altare non præſtare; ſed quod vinum ſit libandum ut cætera libamina, & per foramina altaris effundendum, duo enim in altari erant foramina per quæ libamina deſcendebant per fundamenta illius.

ובזה יפה כח הכהנים *Et in hoc facultas ſacerdotum erat præſtantior*, ad indigitandum duos panes feſti hebdomadum, ſi illos ſeorſim ſine agnis adduxiſſent, ne quis diceret quod comburuntur, & non comeduntur, quandoquidem non offerebantur agni quos permittebant, idcirco nos docet auctor in hoc ſacerdotum conditionem præſtare, eoſque comedi, & non comburi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בזה יפה כח המזבח מכח הכהנים *Hac in parte altare plus valet quam ſacerdotes*, hoc denotat eſſe caſum in quo altare prævalet, ſcil. in libaminibus quæ altari cedunt, effundebantur enim iſta per altaris foramina, quemadmodum in tractatu Middot exponitur. Nam libamina non effundebant in focum, ne perirent, & altare ex iis nihil commodi caperet.

ובזה יפה כח הכהנים מכח המזבח *At in hoc præſtat ſacerdotum facultas altaris facultate*, indigitantur hic panes qui ſeorſim offerebantur, & comedebantur, ſed non comburebantur, quemadmodum capite quarto hujuſce codicis explicatum eſt.

ג כל המנחות הנעשות בכלי טעונות שלש מתנות שמן יציקה ובלילה ומתן שמן בכלי קודם לעשייתן והחלות (ס"א) בוללן דברי רבי והחכמים אומרים סלת (ס"א) החלות טעונות בלילה הרקיקין משוחין כיצד מושחן כמין כי ושאר השמן נאכל לכהנים :

3. Omnia munera in vaſe parata requirunt olei ſparſiones tres, effuſionem, mixtionem, & impoſitionem in vas ante confectionem eorum. Placentæ miſcendæ ſunt ſecundum Rabbi. Sapientes dicunt, ſimila miſcenda eſt, vel placentæ miſcendæ ſunt, & lagana ungenda; quomodo unget? in formam literæ *Chi*; reliquum vero oleum a ſacerdotibus comedetur.

R. OB. DE BARTENORA.

הנעשות בכלי *Quæ facta ſunt in vaſe*, ſicuti eſt munus quod in ſartagine, & aheno coctum eſt, cujuſmodi vaſa cenſentur. *Hæc tres requirunt olei ſparſiones*, excepto munere quod in furno coctum eſt, quod non requirit olei affuſionem. ומתן שמן קודם לעשייתן & *aſperſio olei ante præparationem eorum*, primo oleum vaſi miniſterii imponi debet, ſecundo additur ſimila, quia de munere aheni ſcriptum eſt, *e ſimila cum oleo facies*, nempe affundetur oleum, unde ſequitur quod ante præparationem eorum affundi debeat oleum. De munere ſartaginis ſcriptum eſt, de commixtione & affuſione, at nihil de ſparſione olei quæ in vaſe prius fiat; ſed de aheno ſcripta eſt adſperſio olei, ſed nihil de affuſione nec commixtione. Verum unum colligunt ex altero, nam de oblatione dicitur vox ahenum, & ſartago; at quomodo faciet? primo oleum in vas miniſterii immittat, & poſtea ſimilam addat, atque oleum affundat, & commiſceat; hæc igitur eſt impoſitio olei in vas ejuſdemque commixtio, poſtea cum aqua ſubacta coqui debet, & in fruſta comminui, & oleum denuo ei affundi, & hæc eſt יציקה *affuſio*, ecce itaque tres actiones, ſi accedat pugilli collectio, & adolitio illius; reliquum vero comeditur a ſacerdotibus.

והחלות בוללן דברי רבי *Placentas vero commiſcet, ſunt verba Rabbi*, ſermo eſt de munere in fornace cocto, placentæ ſcil. & lagana, nam de hocce munere ſcriptum eſt, *placentæ azymæ cum oleo mixtæ*. Rabbi intelligit per placentas mixtas, quod iſtæ commiſcendæ ſunt cum oleo dum jam placentæ ſunt factæ. Sapientes intelligunt ſimilam cum oleo mixtam; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

חלות טעונות בלילה והרקיקים משוחים *Placentæ requirunt mixtionem, lagana vero unctionem*, ſicuti ſcriptum eſt חלות בלולות *placentæ mixtæ*, at non lagana mixta: præterea ſcriptum eſt רקיקים משוחים *lagana uncta*, at non placentæ unctæ. *In formam Chi*, Græcæ, quæ literæ Hebraicæ *Tet* ſimilis eſt, perinde ac ſi quis pollicem ab indice extendat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הנעשות בכלי *Quæ facta ſunt in vaſe*, in ſartagine, aut in aheno; ſed in iis quæ in furno cocta, ut placentæ & lagana, non requiritur triplex olei aſperſio. De munere quodam ſcriptum eſt, *e ſimila cum oleo id facies*, inde colligitur quod oleum imponunt vaſi, ſed non coquunt in ipſo oleum. Quod autem de munere dicitur, & *affundet ei oleum*, illius ſenſus eſt quod id oleo miſceri debet. Et ex eo quod dicitur, *oleo commiſcebitur*, colligitur quod magna olei copia affundenda ſit quocum miſceatur; idcirco obligati ſumus ad omnes iſtas tres actiones in vaſe perficiendas. Ordo præparationis hic eſt, oleum inditur vaſi miniſterii, (ſed non requiritur idem illud vas in quo coctum eſt oleum) poſtea oleo iſti ſimila additur, deinde ſecunda vice oleum immittunt atque eo miſcent ſimilam, & hæc בלילה *commixtio* vocatur. His peractis ſequitur לישה *depſio* ſive *ſubactio*, poſtea coctio, & deinde comminutio in fruſta in vaſe miniſterii, & tum ei tertia vice affunditur oleum, & hæc actio dicitur יציקה *affuſio*; qua peracta ſequitur collectio in pugillum, & adolitio, reliquum vero a ſacerdotibus comeditur. Sin autem munus ſit quod in fornace coctum eſt, tum placentæ miſceantur cum oleo poſt coctionem, atque hæc eſt ſententia Rabbi. Sapientes vero dicunt quod ſimila oleo ſubigenda ſit antequam inde conficiantur placentæ, ſicuti dicitur, *placentæ azymæ cum oleo mixtæ*. Si igitur ſint lagana, ungenda ſunt oleo in modum *Chi* Græcæ. Reliquum vero olei Logum ſacerdotes comedunt, ſicut reliquias muneris, nam pro qualibet decima munerum requiritur Logus. Munus ſimilagineum quoque tres requirit olei affuſiones; ſed Lex non dixit omnia hæcce munera parari in vaſis, niſi ad excludendum munus quod in fornace coquitur, quemadmodum a nobis jam expoſitum eſt; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ד כל המנחות הנעשות בכלי טעונות פתיתה מנחת ישראל כופל אחד לשנים ושנים לארבעה ומבדיל

4. Omnia munera in vaſe parata requirunt contuſionem; munus Iſraëlitæ unum in duo conficiet, & duo in quatuor, & ſeparabit. Munus ſacerdotum

ומבדיל מנחת כהנים כופל א׳ לשנים ושנים לארבעה ואינו מבדיל מנחת כהן המשיח לא (ש״ס) היה מכפלה רבי שמעון אומר מנחת כהנים ומנחת כהן משיח אין בהם פתיתה מפני שאין בהם קמיצה וכל שאין בהם קמיצה אין בהם פתיתה וכלן כזיתים :

tum unum conficiet in duo, & duo in quatuor, ſed non ſeparabit. Munus ſacerdotis uncti non conficiet in duo. R. Simeon dicit, munus ſacerdotum, & munus ſacerdotis uncti non requirit contuſionem, quia pugilli collectio in eo non obtinet, at ea quæ non requirunt pugilli collectionem, ea nec contuſionem requirunt; omnia vero iſta olivæ quantitatem habent.

R. OB. DE BARTENORA.

כל המנחות הנעשות בכלי *Omnia munera quæ in vaſe parantur*, hæc non dicit ad munus in fornace coctum excipiendum, nam ſcriptum eſt Levit. 2, 6. פתות אותה פתים ut nos doceat quod omnia munera requirunt contuſionem; ſed eo excipiuntur duo panes, & pani facierum, quod iſti non contuſionem requirunt.

כופל אחד לשנים *Unum in duo conficiet*, uti ſcriptum eſt פתות אותה פתים ubi פתות *contunde* notat diviſionem in duo: & פתים *fruſta*, rem magis auget, ſcil. ut fruſta in fruſta minuantur, quæ ſunt quatuor. Hinc nonnemo intelligere potuiſſet, quaſi in minuta fruſta contundi deberet, idcirco dicit Lex אותה פתים *illud in fruſta*, & non fruſta in multa fruſta. Cæterum quod in fine dicit, *& omnia iſta in olivæ quantitate*, non ad R. Simeon pertinet, ſed ad omnes, poſtquam enim in fruſta diſſectum eſt, quamlibet olivæ quantitatem in duas ſecabit, & duas in quatuor. *Non id in duo conficiet*, non in quatuor conficiet, ſed in duo, quia de eo tantum dicitur *munus fruſtorum*, & non, fruſta; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Lex Levit. 2, 6. פתות אותה פתים *Contundes id in fruſta*, id igitur in fruſta contundes, & non fruſta illius in alia fruſta, nempe, non contundes in fruſta minuta, ſed non minora quam olivæ quantitas. Iſtud vero fruſtum quod olivæ quantitatem habet, in quatuor conficiet, at non ſeparabit, quia non requiritur ut fruſta denuo in alia fiant fruſta.

מנחת כהן המשיח לא היה מכפלה *Munus ſacerdotis non conficiebat in duo*, nimirum, fruſta non removebit cum quatuor, ſed in duo conficiet. Quod autem dicit ea in vaſe parari, id excipit duos panes, & panem facierum, quod eos non contundunt in fruſta; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

ה כל המנחות טעונות שלש מאות שיפה וחמש מאות בעיטה והשיפה והבעיטה בחטים רבי יוסי אומר אף בבצק כל המנחות באות עשר עשר חוץ מלחם הפנים וחביתי כהן גדול שהם באות שתים עשרה דברי רבי יהודה רבי מאיר אומר כלן באות שתים עשרה חוץ מחלות תודה והנזירות שהן באות עשר עשר :

5. Omnia munera requirunt trecentas contritiones, & quingentas calcationes, & contritiones calcationeſque in tritico. R. Joſe dicit, etiam in maſſa. Omnia munera offeruntur numero denario, excepto pane facierum, & pontificis maximi ſartaginis muneribus, qui duodenario, ita R. Jehuda. R. Meyr dicit, omnia duodena offeruntur, placentis euchariſticis exceptis, & Nazyræi, quæ dena offeruntur.

R. OB. DE BARTENORA.

שיפה Notat conterere triticum manu in vaſe, ut id a cortice purificetur. בעיטה notat calcationem quæ pugillo, aut palma fit, hoc modo: primo ſemel fiat contritio, & bis calcatio, bis contritio & ter calcatio, & tali modo procedebant donec quingentas calcationes & trecentas contritiones abſolviſſent; hoc autem ordine in Miſna legendum eſt, *R. Joſe dicit*, *in maſſa*, nempe, contritio & calcatio in maſſa fiant, & non in tritico; ſed deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

עשר עשר *Denariæ*, ſcil. placentæ; licet enim munus ſimilagineum ante coctionem illius pugillo collectum ſit, nihilominus tamen denariæ cum ipſo veniunt placentæ. לחם הפנים *panis facierum*, de hoc clare ſcriptum eſt, *duodecim placentæ*.

חביתי כהן גדול *Sartagines ſacerdotis maximi*, de pane facierum ſcriptum eſt, *ſtatutum perpetuum*, & de ſartaginibus pontificis maximi ſcriptum eſt, *ſtatutum perpetuum*. Quemadmodum ergo unus locus de duodecim placentis intelligendus eſt, ita etiam alter; ex iis ſex offeruntur mane, & totidem veſperi. *Exceptis placentis euchariſticis* &c. cujus rationem capite ſequenti exponemus; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שיפה Notat abraſionem quæ fit in tritico manu forti, donec a pulvere purificetur. בעיטה eſt actio qua quis triticum pede conterit donec frangatur. R. Joſe dicit, maſſa duntaxat talem manu contritionem requirit, quæ בעיטה dicitur; שיפה vero tam in tritico quam in maſſa locum habet. Quod autem numerus placentarum cum muneribus offerendarum debeat eſſe denarius, id e Lege colligimus, ſicuti ſequenti capite exponetur. Verum de pane facierum ſcriptum eſt Levit. 24, 5. שתים עשר חלות & præterea de eodem ſcriptum eſt Levit. 24, 9. קדש קדשים הוא מאשי יהוה חק עולם Sed de munere ſartaginis pontificis maximi ſcriptum eſt Levit. 6, 15. חק עולם ליהוה כליל תקטר ad hæc dixerunt doctores, ex eo quod bis dicitur חק *ſtatutum*, probatur munus ſartaginis pontificis maximi duodecim placentas requirere, quarum ſex offeruntur mane & ſex veſperi. R. Meyr colligit omnia munera de pane facierum, exceptis decem placentis euchariſticis, & placentis Nazyræorum, quia ſimiles pacificis ſunt, quemadmodum euchariſticæ, ſicuti diximus capite quarto tractatus de Sacrificiis; deciſio non eſt ſecundum R Joſe, nec ſecundum R. Jehudam.

ו העומר היה בא עשרון משלש סאין שתי הלחם שני עשרונים משלש סאין לחם הפנים עשרים וארבעה עשרונים מעשרים וארבע סאין :

6. Manipulus offerebatur cum decima trium Satorum; at duo panes cum duobus decimis trium Satorum. Panis facierum cum viginti quatuor decimis viginti quatuor Satorum.

R. OB. DE BARTENORA.

העומר היה בא עשרון משלש סאין *Manipulus offerebatur e decima trium Satorum*, munus manipuli quod ſecundo Paſchatis

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in prologo hujuſce tractatus quod עשרון requiritur in manipulo, ſive decima pars Ephæ, & illius quan-

ſchatis die offerebatur, metiebatur e tribus Satis, ſive una hordei Epha, idque commolebatur, & cribrabatur tredecies, donec farina illius decimam conficeret Ephæ. Quare autem decima manipuli tria hordei Sata conficere debebat, ejus ratio eſt quod is e proventu novo veniebat, & quia hordeum multum furfuris & parum farinæ confert, idcirco decima illius electa tantum e tribus Satis offerebatur.

שתי הלחם שני עשרונים משלש סאין *Duo panes e duabus decimis trium Satorum*, quandoquidem ii ſunt triticei, etſi e proventu novo venirent, nam in feſto hebdomadum proventus erat novus, nihilominus tamen duæ decimæ electæ fiebant e tribus Satis. *Panis facierum e viginti quatuor decimis*, ſicuti dicitur Levit. 24, 5. *Duodecim placentæ, duarum decimarum erit quæque placenta. Viginti quatuor Satorum*, quandoquidem tritico & proventu conſtabant veteri, idcirco una decima electa exibat.

quantitas cum quantitate Logi. Epha comprehendit ſex Sata, Satum vero viginti & quatuor Logos. Præterea dicit quod tria Sata ſumenda ſint hordei, eaque commolenda, poſtquam bene cribrata ſunt aliquoties, remanente decima farinæ, ratio eſt, quia hordeum eſt novum & brevis temporis, nam ea nocte qua metiebatur, etiam molebatur, ſicuti in hoc tractatu exponitur, idcirco exigua ſimilæ & farinæ copia eſt in iſto manipulo; decima igitur cocta non debet eſſe minor hac quantitate. Rem ita ſe habere, colligimus ex eo quod dicitur קצירכם *meſſis veſtra.* Scias quoque hordeum prius matureſcere quam triticum; duo autem panes cum ſint triticei, etiam ſimila in illis ſit, niſi quod illud ſit triticum quod omnium primum matureſcebat, quemadmodum dicitur Exod. 34, 22. Propterea duæ decimæ duobus Satis educendæ erant. Verum panis facierum qui e tritico conſtabat quod diu ante metebatur, quod jam aridum factum erat ſatis, & in quo abſque dubio multum ſimilæ continebatur, requirebat decimam Sati; de pane facierum ſcriptum eſt Levit. 24, 5. *Duodecim placentæ, duarum decimarum erit quæque placenta.*

ז העומר היה מנופה בשלש עשרה נפה ושתי הלחם בשתים עשרה ולחם הפנים באחד עשרה רבי שמעון אומר לא היה לה קצבה אלא סלת מנופה כל צרכה היה מביא שנאמר ולקחת סלת ואפית אותה עד שתהא מנופה כל צרכה:

7. Manipulus in tredecim cribris cribrabatur, & duo panes in duodecim, & panis facierum in undecim. R. Simeon dicit, non erat limitatio; ſed ſimila quantum neceſſe cribratum, offerebatur, uti ſcriptum eſt Levit. 24, 5. *Et ſumes ſimilam, eamque coques*, donec ſcil. cribrata fuerit quantum neceſſe eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

היה מנופה בשלשה עשר נפה *Cribrabatur in tredecim cribris*, omnibus gradu differentibus; ſed hæc omnia ad eo melius præceptum exequendum, & non ad impediendum, nam ſi manipulum e decima quatuor Satorum adduxerint, non factus eſt reprobus. *R. Simeon dicit, non eſt ei limitatio*, etiam ab initio, Sapientes enim non limitaverunt quantitatem Satorum tritici aut hordei, nec duorum panum & panis facierum, ſed curarunt ut ſimila cribraretur quantum ſatis eſt, & hoc ſufficiebat; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נפה *Cribrum*, notum eſt quid ſit; horum vero tredecim cribrorum unum minus erat altero ſecundum ordinem. Scias autem quod ſi non multum cribratus fuiſſet, vel manipulus e tredecim Satis non eductus fuiſſet, vel decima Sati, uti in præcedenti Miſna expoſuimus, tamen non eſſet reprobus; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon, dicentem, hic non requiri limitationem aliquam, etſi vel de induſtria quis in eo operetur, ad præceptum eo melius exequendum.

פרק ז התודה היתה באה חמש סאין ירושלמיות שהן שש מדבריות שתי איפות האיפה שלש סאין עשרים עשרון עשרה לחמץ ועשרה למצה עשרה לחמץ עשרון לחלה ועשרה למצה (ס"א) ובמצה שלשה מינין חלות ורקיקים ורבוכה נמצאו שלשה עשרנות ושליש לכל מין שלש (ס"א) חלות לעשרון במדה ירושלמית היו שלשים קב חמשה עשר לחמץ וחמשה עשר למצה חמשה עשר לחמץ קב וחצי לחלה וחמשה עשר למצה והמצה שלשה מינין חלות ורקיקים ורבכה נמצאו חמשת קבין לכל מין שתי חלות לקב

Caput 7. Euchariſticum conſtabat e quinque Satis Jeruſolymitanis, quæ ſunt ſex deſerti, duabus Ephis, Epha tribus Satis, viginti decimis, decem pro fermentato, & decem pro azymo, decem pro fermentato, decima pro qualibet placenta, & decem pro azymo, azymum vero e tribus ſpeciebus, ſcil. placentis, laganis, & frixo, quomodo erunt tres decimæ cum triente pro qualibet ſpecie, tres placentæ pro decima. Pro menſura Jeruſolymitana triginta erant Cabi, quindecim pro fermentato, & quindecim pro azymo, quindecim pro fermentato, Cabus cum dimidio pro quaque placenta, & quindecim pro azymo; azymum vero e tribus ſpeciebus conſtabat, placentis, laganis, & frixo, quomodo fiebat ut quinque eſſent Cabi pro qualibet ſpecie, duæ placentæ pro Cabo.

R. OB. DE BARTENORA.

חמש סאין ירושלמיות שהן שש מדבריות *Quinque Sata Jeruſolymitana, quæ ſunt ſex deſerti*, quinque Sata Jeruſolymitana ſunt ſex quæ tempore Moſis in deſerto vigebant, quoniam ſexta pars addenda foret iſto Moſis tempore, hypotheſis enim nobis eſt quod menſuræ quidem aliquid addi debeat, ſed non ultra ſextam. שתי איפות *duæ Ephæ*, hæc ſex Sata faciunt duas Ephas, quæ ſunt viginti decimæ, nam in qualibet Epha decem continentur decimæ.

עשרה חמץ *Decem pro fermentato*, decem decimæ pro decemplacentisfermentatis ſacrificii euchariſtici. רבוכה *elixum*, eſt id quod aquis ferventibus in modum collyræ coctum eſt. Mai-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Cum ſacrificio euchariſtico quatuor adducuntur munerum ſpecies, quarum una eſt fermentatum, quod ejuſdem eſt quantitatis cujus eſt azymum, e quo alias conficiunt ſpecies tres, ſicuti dicitur Levit. 7, 50. על חלות לחם חמץ præmiſſo Levit. 2, 4. חלות מצות ורקיקי מצות וסלת מורבכת ſenſus eſt, quod harum trium ſpecierum quantitas debet eſſe inſtar quantitatis fermentati. Cæterum nobis hypotheſis eſt Traditione recepta, neceſſe eſſe ut panis euchariſtici quantitas ſit inſtar iſtius. Præterea jam aliquoties expoſuimus Satum continere ſex Cabos. Quod autem decem debeant eſſe placentæ, quatuor ſpecierum unaquæque, colligimus

ex

Maimonides exponit de maſſa cum oleo mixta, & frixa, quia tantum olei in ea requirebatur quantum pro placentis & laganis ſatis erat. *Quomodo erunt tres decimæ & tertia pro qualibet ſpecie*, ex azymis; tres placentæ pro decima, nam ſunt decem placentæ pro tribus decimis cum triente.

במדה ירושלמית *Pro menſura Jeruſolymitana*, nam in illa non erant decimæ, ſed Cabi, erant autem quinque Sata triginta Caborum. In Gemara colligitur per argumentum a pari, quod quælibet ſpecies e quatuor ſpeciebus euchariſtici ſacrificii e decem placentis fiebat. Dicunt Sapientes, Levit. 7, 14. ſcriptum eſſe, *& offeret ex eo unam de qualibet oblatione Trumam Domino*, & alibi ſcriptum eſt de oblatione decimæ, *Truma Domino*, quemadmodum ergo in uno loco debet eſſe una pars de decem, ſic etiam in altero. Hinc colligimus quod una ſpecies fermentati conſtat e decem decimis, æque ac tres ſpecies azymi, ex eo quod ſcriptum eſt, *ſuper placentas panis fermentati*, dicit itaque Lex tam fermentatum quam azymum offerri.

ex eo quod dicitur Levit. 7, 14. והקריב ממנו אחד מכל קרבן תרומה ליהוה Et de oblatione decimæ dicitur Num. 18, 26. והרמותה ממנו תרומת יהוה Docemus ergo unius oblationis Trumæ ritum ab altera, nempe, ſicuti Truma decimæ eſt decima pars, ſic etiam altera. Idcirco placentarum numerus eſt denarius cujuſlibet ſpeciei, quæ ſunt quadraginta; & decem fermentatæ habent quantitatem triginta. Dixerunt Sapientes, illa verba, *ſuper placentas panis fermentati*, indigitare fermentatum quod azymum offertur; ſacerdos vero ſumet placentas cum pectore & armo, domini vero comedent reliquum de pane & de ſacrificio, ſcil. ſacrificio euchariſtico. Iſta autem quantitas quæ pro numero placentarum deſtinata eſt, ſatis clare expoſita eſt, ita ut nihil ei debeat addi.

ב המלואים היו באים כמצה שבתודה חלות ורקיקים ורבוכה הנזירות היתה באה שתי ידות במצה שבתודה חלות ורקיקים ואין בה רבוכה נמצאו עשרת קבים ירושלמיות שהן ששה עשרונות ועדוין ומכלן היה נוטל אחד מעשרה תרומה שנאמר והקריב ממנו אחד מכל קרבן תרומה לי״י אחד שלא יטול פרוס מכל קרבן שיהיו כל הקרבנות שוין ושלא יטול מקרבן לחבירו לכהן הזורק את דם השלמים לו יהיה והשאר נאכל לבעלים :

2. Complementa offerebantur ut azyma euchariſtica ſcil. placentæ, lagana, & frixa. Nazyræatus oblatio offerebatur in duabus partibus ut azymum euchariſticum, ſcil. placentæ, lagana, ſed non frixa. Decem ergo Cabi Jeruſolymitani ſunt ſex decimæ, & paulo plus; de his omnibus una decima ſumebatur pro oblatione prima, uti ſcriptum eſt Levit. 7, 14. *Et offeret inde unam de qualibet oblatione in Trumam Domino*; *unam* ergo ſumet, & non dimidium; *de qualibet oblatione*, ut omnes oblationes ſint æquales, & non una pro altera ſumatur: *Pro ſacerdote ſpargente pacificorum ſanguinem, pro eo erit*; reliquum vero comedetur a dominis.

R. OB. DE BARTENORA.

המלואים *Complementa*, quæ tempore Moſis obtinebant, quum Aharon ejuſque filii initiarentur. היו באים כמצה שבתודה *veniebant ut azyma euchariſtici*, ſicuti Lex dicit de complementis Levit. 8, 26. Hæ autem placentæ & placenta panis olei ſunt רבוכה *Frixum*, ei enim oleum additum eſt, ſicuti placentis & laganis. נזירות *Nazyræatus*, nempe panes a Nazyræo adducendi, de quibus Num. 6, 15. ſcriptum eſt; ſed illic non fit mentio רבוכה:

שתי ידות Idem quod שני חלקים *duæ partes*, nam in ſacrificio euchariſtico duæ ſpecierum azymi partes erant in Nazyræatu, quemadmodum exponitur. ונמצאו *erunt*, ſcil. in Nazyræatu; עשרת קבין *decem Cabi*, nam in tribus azymi euchariſtici ſpeciebus quindecim continebantur Cabi, decem vero ſunt duæ partes e quindecim.

ועדוין *Et paulo plus*, nempe quod ſuper iſtam menſuram abundat, nam tres erant decimæ & triens pro qualibet ſpecie, uti diximus ſuperius de azymis euchariſticis, quomodo fiet ut ſex decimæ ſint pro duobus ſpeciebus, & hoc eſt quod dicitur, *& paulo plus*. וכלן *& omnes*, nempe de omnibus quatuor ſpeciebus euchariſtici ſumebant ſacerdotes decimam in Trumam.

שלא יטול פרוס *Ne ſumat diviſam*, fractam & fiſſam. *Ut omnes oblationes ſint æquales*, ut omnes ſpecies ſint æquales, decem ſcil. placentæ pro unaquaque ſpecie. *Et ne de una oblatione ſumeret pro altera*, nam ſi una e quinque conſtaret ſpeciebus, altera vero e quindecim, promiſcue fieret oblatio, una pro altera.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

המלואים *Complementa*, hæc vigebant in principio quum Aharon eligebatur, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 8, 26. Cæterum רבוכה dicitur id quod oleo immerſum eſt; atque hoc colligi poteſt ex eo quod dicitur de munere ſartaginis ſacerdotis, Levit. 6, 14. Hinc exponimus in iſto loco duas contineri oblationes, ſcil. oblationem quam integram offert ſacerdos dum miniſterium ſuum ingreditur, quæ vocatur קרבן חינוך *oblatio initiationis*; & præterea oblationem quam pontifex maximus offerebat quotidie. Dixerunt Sapientes, initiatio aſſimilatur unctioni, nempe, quod oblatio in tempore initiationis ſit eadem cum oblatione quam in tempore unctionis offert, ſcil. in tempore complementorum. Cæterum jam expoſui id quod tempore initiationis offerebatur, eſſe רבוכה *elixum*; unde colligitur quod in tempore complementorum etiam elixum offerebatur. Scias autem quod ſi ſacerdos vulgaris pontifex maximus electus fuiſſet, prius decimam Ephæ offerebat ut rite initiaretur; deinde autem offerebat ſartagines pontificis maximi; ſi antea fuiſſet ſacerdos vulgaris; ſicuti in præfatione ad huncce tractatum diximus. Verum ſi pontifex maximus electus fuiſſet, quum nunquam antea ſacerdotale miniſterium obiiſſet, decimam Ephæ offerebat, quam omnis ſacerdos initiatus offerebat, uti diximus. Poſtea offerebat ſecundam decimam, quam offerebat omnis ſacerdos gregarius, poſtquam electus eſſet in pontificem maximum. Tandem quoque tertiam decimam, quæ eſt munus ſartaginis Pontificis maximi quotidie offerendum; omnium vero opus unum idemque eſt. Pacifica vero quum Nazyræus purus offerebat, cum omnibus Sacrificiis ſuis offerebat placentas azymas, & lagana azyma, uti dicit Lex. Cæterum quod auctor dicit שתי ידות *duas partes*, eo intelligit duas tertias. Jam dixi quod azymi euchariſtici quantitas ſit quindecim Caborum Jeruſolymitanorum qui ſunt decem decimæ deſerti, quorum duo trientes ſunt decem Cabi Jeruſolymitani, qui ſunt ſex decimæ & duo trientes decimæ, & de his duobus trientibus dicit, *& paulo plus*. Quod autem dicit, *ut omnes oblationes ſint æquales*, intelligendum eſt ut decem de quaque ſint ſpecie euchariſtici, & Nazyræatus, ſicuti capite ſuperiori expoſuimus.

ג השוחט את התודה בפנים ולחמה חוץ לחומה לא קדש הלחם שחטה עד שלא קרמו בתנור ואפילו קרמו כולן חוץ מאחד מהן לא קדש הלחם שחטה:

3. Si mactaverit euchariſticum intus, & panem illius paraverit extra mænia, non conſecratus eſt panis. Si mactaverit illud antequam incruſtatus ſit in fornace, etſi omnes incruſtati fuerint uno excepto, non

שחטה חוץ לזמנה וחוץ למקומה קדש הלחם
שחטה ונמצאת טרפה לא קדש הלחם שחטה
ונמצאת בעלת מום רבי אליעזר אומר קדש וחכמים
אומרים לא קדש שחטה שלא לשמה וכן איל
המלואים וכן שני כבשי עצרת ששחטן שלא לשמן
לא קדש הלחם :

non conſecratus eſt panis. Si intempeſtive illud mactaverit, & extra locum ſuum, conſecratus eſt panis. Si illud mactaverit, & poſtea laceratum compertum fuerit, non conſecratus eſt panis. Si id mactaverit & poſtea vitiatum compertum fuerit, R. Eliezer dicit, conſecratus eſt; Sapientes dicunt, non conſecratus eſt. Si in alieno nomine id mactaverit, ſic etiam ſi arietem complementorum, vel duos agnos feſti hebdomadum in alieno nomine mactaverit, non conſecratus eſt panis.

R. OB. DE BARTENORA.

השוחט את התודה בפנים *Si quis mactaverit euchariſticum intus*, intra atrium Templi. ולחמה חוץ לחומה *& panem illius extra mœnia illius*, in Gemara exponunt, extra muros Betphages; magiſtri mei expoſuerunt *extra mœnia* eſſe extra Jeruſolymam, at extra atrium conſecratus, etſi ſcriptum ſit Levit. 7, 12. והקריב על זבח התודה חלות unde alicui videri poſſet quaſi panis prope ſacrificium eſſe deberet inter mactandum, tamen particulam על non exponimus per קרוב *prope*. Maimonides exponit Betphagen de loco extra templi montem, attamen non procul inde diſſitum, ubi munera coquebant &c. vide ipſum. עד שלא קרמו בתנור *donec in fornace incruſtati fuerint*, tum non eſt panis, ſed ſimplex maſſa. *Ad comedendum eos extra tempus ſuum*, tum conſecratus eſt panis, & abominatio facta eſt, ſi quis eum extra locum ipſius comedat, quia in ſanctitate facta eſt iſtius reprobatio; at nobis hypotheſis eſt quod ſi alicujus reprobatio ſita eſt in ſancto, ſanctum eam recipiat. *Si id mactaverit & poſtea laceratum compertum fuerit, non conſecratus eſt panis*, quia reprobatio illius ante mactationem contigit. *Si id mactaverit & poſtea vitiatum compertum fuerit, R. Eliezer dicit, conſecratus eſt*, in Gemara id exponunt de feſtucis in oculo, nam de ſimilibus maculis dicit R. Eliezer quod ſacrificia non debeant deſcendere, ſi aſcenderint, quandoquidem macula iſta non facile cognoſcitur, idcirco panis conſecratuş eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer. *Si in alieno titulo, non conſecratus eſt panis*, eo quod ſcriptum eſt Levit. 7, 50. *Super placentas panis fermentati offeret oblationem ſuam, ſuper ſacrificium euchariſticum pacificorum ipſius*, ſcil. ſuper ſacrificio in nomine euchariſtici pacificorum ipſius mactato. *Ita quoque comparatum eſt cum ariete complementorum*, quia arietes fuerunt omnium ſacrificiorum principium, idcirco auctor arietis complementorum meminit, ſed eodem modo ſe res habet cum ariete Nazyræatus, nam complementa cenſentur eſſe ſacrificium privatum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

השוחט את התודה בפנים ולחמה חוץ לחומה *Si mactaverit euchariſticum intus, & panem illius paraverit extra mœnia*, dixerunt, hoc intelligendum eſſe de loco extra *Betbagis*, qui extra montem Templi ſitus eſt. Si vero panis fuiſſet prope atrium, etſi extra murum atrii ſit, conſecratus eſt, etſi Lex dicat על הלחם *ſuper panem*, tamen non requiritur ut particulam על ubique exponamus per קרוב *prope*. Ego autem puto quod *Betbagis* ſit locus in quo munera coquebant, & propterea vocari ביתבגים quod idem eſt quod פת בג *panis cibi*; & hic locus erat circa montem Templi, & ſine dubio extra illum.

איל המלואים *Aries complementorum*, ſed non dixit, aries Nazyræatus qui omni tempore obtinet, quia is poſtremus eſt pro principio debiti, & hoc eſt quod dicitur, utitur principio rei; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

ד נסכין שקדשו בכלי ונמצא הזבח פסול אם
יש שם זבח אחר יקרבו עמו ואם לאו יפסלו בלינה
ולד תודה ותמורתה והמפריש תודתו ואבדה והפריש
אחרת תחתיה אינן טעונים לחם שנאמר והקריב
על זבח התודה התודה טעונה לחם ולא ולדה
ולא חליפתה ולא תמורתה טעונין לחם :

4. Libamina ſi in vaſe conſecrentur, & ſacrificium reprobum compertum fuerit, & ibi aliud fuerit ſacrificium, offerunt cum ipſo, ſin minus, pernoctando reproba fiunt. Proles euchariſtici, illiusque mutatio, & ſi quis ſeparaverit euchariſticum, idque perierit, atque aliud pro ipſo ſeparatum fuerit, non opus eſt pane, uti ſcriptum eſt Levit. 7, 12. *Et offeret ſuper ſacrificio euchariſtico*, euchariſticum ergo pane indiget, at non proles ipſius, neque id quod pro ipſo venit, neque id quod cum ipſo mutatur.

R. OB. DE BARTENORA.

נסכים שקדשו בכלי *Libamina quæ in vaſe ſanctificantur*, hoc non ſtricte intelligendum eſt de vaſe, nam libamina non conſecrantur ut reproba fieri poſſent per exitum ex atrio, & pernoctando in alterum diem, licet in vaſe conſecrata fuerint, ſed tantum mactatione ſacrificii, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 23, 37. זבח ונסכים ergo libamina dependent a ſacrificio.

ונמצא הזבח פסול *Et ſacrificium reprobum factum fuerit*; quod ſanguinis ſparſione reprobum factum fuerit, nam ſi mactatione reprobum factum ſit, libamina non conſecrata ſunt.

אם יש שם זבח אחר יקרבו עמו *Si aliud ſit ſacrificium, offerunt cum ipſo*, de libaminibus cœtus ſermo eſt in hac Miſna, quia intentio Synedrii illa diſponit, ut, ſi neceſſaria ſint, huic ſacrificio jungantur, ſin minus, ut alii ſacrificio addantur; ſed libamina privata non apta ſunt ad aliud ſacrificium. Præterea neque libamina publica offeruntur cum alio ſacrificio, niſi mactatum fuerit illud ſacrificium, quum primum fiebat reprobum, tum non offerunt libamina cum

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אם יש זבח אחר יקריב עמו *Si aliud ſit ſacrificium, offerat cum ipſo*, hoc ſacrificium cœtus eſt duntaxat, quia nobis hypotheſis eſt Synedrium ſuper illis pactum fuiſſe; ſed de ſacrificio privato ſtatuimus, id pro alio ſacrificio legitimum eſſe. Præterea quoque alia eſt conditio, nempe, quod ſacrificium eo momento debeat eſſe mactatum, quo primum ſacrificium factum eſt reprobum, at ſi illic non fuerit ſacrificium mactatum, reproba facta ſunt perinde ac ſi pernoctaſſent. Cæterum hujuſce Miſnæ ordo hic eſt; & ſi illic non fuerit aliud ſacrificium mactatum eo momento, eſt perinde ac ſi reproba facta fuiſſent pernoctando, atque reproba ſunt. Sed hoc intelligendum eſt ſi in vaſe miniſterii conſecrata fuerint, & ſacrificium mactatum, nam hypotheſis nobis eſt, quod libamina non poſſunt conſecrari niſi mactatione ſacrificii, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 23, 37. זבח ונסכים *ſacrificium & libamina*.

נמצא הזבח פסול *Si ſacrificium reprobum factum fuerit*, ſi inter ſpargendum reprobum factum ſit, at ſi mactatione id factum ſit, non ſanctificantur libamina. Porro ſcias volo quod

cum ſecundo. Cæterum requiritur ut huic Miſnæ quædam addantur ſupplementa, hoc ſenſu; hoc intelligendum eſt ſi ſacrificium eo momento mactatum fuerit, ſin minus, perinde eſt ac ſi pernoctando reproba facta fuiſſent, ita Miſna in Gemara exponitur. Quando autem libamina in vaſe nondum conſecrata fuerint, etſi mactatum fuerit ſacrificium, tamen libamina poſt aliquot dies offerri poſſunt, tam privata quam publica; ſic etiam leproſus hodie ſuum ſacrificium pro reatu offerre poteſt, & libamina poſt aliquot dies. ולד תודה *proles euchariſtici*, hæc eſt, ſi animans aliquod in euchariſticum ſeparatum fuerit prægnans, idque interim pepererit.

ומן המפריש תודה ואבדה והפריש אחרת תחתיה *Et ſic etiam ſi quis ſegregaverit euchariſticum & perierit, atque aliud ſegregaverit*, tum primum ſacrificium non indiget pane, ſi id inventum denuo fuerit poſtquam ſecundum oblatum fuerit, ſic etiam nec ſecundum poſtquam inventum primum antequam ſecundum oblatum fuerit, & primum fuerit oblatum, panem requirit. חליפתה *quod ei ſubſtituitur*, quod ſeparatum eſt in locum ſacrificii perditi. תמורתה *permutatio illius*, ſi id coram ſtet, etſi dicat, hoc animal commutetur cum iſto, de quo ſcriptum eſt Levit. 27, 33. והיה הוא ותמורתו יהיה קדש

quod ſi libamina non conſecrata ſint, offerri poſſunt omni tempore, quia nobis hypotheſis eſt quod homo uno die ſacrificia, libamina vero vel poſt decem dies offerre poſſit; ſed non intereſt, ſive privatum ſive publicum ſit ſacrificium. Si leproſus ſacrificium pro reatu ſuo offerre poteſt uno die, & olei Logum poſt decem dies. Verum ſi in vaſe miniſterii conſecrata fuerint, tum ſtatim pernoctando reproba fiunt.

אינן טעונין לחם *Non opus habent pane*, hoc duntaxat poſt expiationem intelligendum eſt, nempe poſt oblationem primi ſacrificii euchariſtici, quod præcipuum eſt; at ſi neutrum oblatum fuerit, ſed ambo munera extiterint, iſtud & proles ipſius, aut quod in ejus locum venit, vel id quocum mutatum eſt, utrumque panem requirit. Sed hæc omnia de euchariſtico debiti, ſed euchariſticum votivum, id quod in locum illius venit, & quod cum ipſo permutatur, pane opus habent tam poſt quam ante expiationem, quia euchariſticum reliquum eſt. Sed jam noſti quod חובה *debitum ſit*, ſi quis dixerit, *recipio in me*; ſed נדבה *ſpontaneum, ecce hoc*; at hoc aliquoties explicatum eſt. Verum hic nobis exponenda eſt olei quantitas, quæ additur euchariſtico, & Nazyræi oblationi; & quamvis Lex non definiat quantitatem olei, eſt tamen traditio Moſis e Sinai dimidium Logi pro euchariſtico requiri, & quartarium olei pro Nazyræi ſacrificio. Sed jam dixi quod euchariſticum e tribus conſtat ſpeciebus azymi, & quod oleo indiget, ſcil. dimidio Logi, cujus dimidium eſt quartarius pro elixo, & alterum dimidium pro placentis & laganis. Quartarius vero olei panis Nazyræi eſt pro placentis & laganis, quia in oblatione tantum continentur placentæ & lagana, uti expoſuimus.

ה האומר הרי עלי תודה יביא היא ולחמה מן החולין תודה מן החולין ולחמה מן המעשר יביא לחמה מן החולין תודה מן המעשר ולחמה מן החולין יביא התודה היא ולחמה מן המעשר יביא ולא יביא מחטי מעשר שני אלא ממעות מעשר שני:

5. Si quis dixerit, *ecce ſuper me euchariſticum*, id adducat & panem e profanis. Si, *euchariſticum e profano, & panem ipſius e decimis*, adducat etiam panem ipſius e profano. Si, *euchariſticum e decimis, & panem ipſius e profano*, adducat. Si, *euchariſticum & panem ipſius e decimis*, adducat; ſed de tritico decimarum ſecundarum ne adducat, verum e pecuniis decimarum ſecundarum.

R. OB. DE BARTENORA.

יביא היא ולחמה מן החולין *Adducat id & panem illius e profano*, & non e decimis, nam quia dixit, *ecce ſuper me*, eſt debitum aliquod, at omne debitum tantum e profano offertur. Et ſi dixerit, *en ſuper me euchariſticum e profano, & panis illius e decimis*, tum id atque illius panem adducat e profano, quia panis ſequitur euchariſticum; at cum dixerit, *en ſuper me euchariſticum e profano*, omnino ad panem obligatur; idcirco illius verba qui dixerit, panem illius adducat e decimis, nullius ſunt momenti.

תודה מן המעשר ולחמה מן החולין *Euchariſticum e decimis & panis illius e profanis*, nempe, adducat quemadmodum promiſit; at id non eſt debitum, nam eo melius factum eſt ſi utrumque e profanis adduxerit, niſi adducere voluerit ſicuti promiſit. *Sed panem non adducat e tritico decimarum*, nam requiritur ut panis ſimilis ſit pacificis, & ſicuti igitur panes non e decimis ſecundis fiunt ipſis, ſed e pecuniis earum, ita quoque panis e pecuniis decimarum offertur, & non ex ipſis decimis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Præceptum ſecundum, quia de ipſo dicitur, תודה מן החולין *euchariſticum e profanis*, eſt debitum, idcirco ad panem obligatur; porro panis quoque debitum comprehendit, ſed de decimis ſecundis offerri nequit debitum, ſicuti impoſterum exponit. Quod autem de tertio & quarto dicit, *adducat*, eo dicere vult, quod voventi licet offerre ſicuti vovit, & ſi omnia de profanis adduxerit, optime egit. Sed non obligantur ad quartum, ſcil. ut panem ſuum adducat e pecuniis decimarum ſecundarum, & non e decimis ſecundis ipſis, ſed ut panis qui cum pacificis adducitur, fit inſtar eorum, nempe quod ſicuti pacifica non offeruntur e decimis ipſis, ſed e pecuniis decimarum, ita etiam panis e pecuniis decimarum offerri debet.

ו ומנין לאומר הרי עלי תודה לא יביא אלא מן החולין שנאמר וזבחת פסח לי״ אלהיך צאן ובקר והלא אין פסח בא אלא מן הכבשים ומן העזים אם כן למה נאמר צאן ובקר אלא להקיש כל הבא מן הצאן ומן הבקר לפסח מה הפסח שהוא בא בחובה אינו בא אלא מן החולין אף כל דבר שהוא בא בחובה לא יבוא אלא מן החולין לפיכך האומר (ש״ס) הרי עלי תודה הרי עלי שלמים הואיל והם באים חובה לא יביאו (נ״ל) אלא מן החולין והנסכים בכל מקום לא יביאו (נ״ל) אלא מן החולין:

6. Unde tenemus eum qui dixerit, *en ſuper me euchariſticum*, non offerre niſi de profano? ex eo quod dicitur Exod. 12, 2. *Et mactabis Paſcha Deo tuo ex ovibus & jumento.* Sed annon Paſcha duntaxat ex agnis & capris offertur, & cum res ita ſit, quare dicitur, *ex ovibus & jumento?* ad omne id quod ex ovibus & jumentis venit cum Paſchate comparandum, nempe, quemadmodum Paſcha ex debito veniens, e profano duntaxat venit; ita quoque omne id quod ex debito venit, e profano duntaxat venit. Propterea ſi quis dixerit, *en ſuper me euchariſticum, en ſuper me pacifica*, quandoquidem illa ex debito, e profano tantum veniunt. Libamina etiam ubique e profano tantum veniunt.

R. OB. R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

מה פסח שהוא בא בחובה אינו בא אלא מן החולין *Quemadmodum ſe res habet cum Paſchate ex debito veniente, & non niſi e profanis*, quia Paſcha Ægyptium duntaxat e profanis ovibus celebrabatur, nam tunc temporis nullus e decimis ſecundis erat reditus, cum decimæ demum exigi ceperint quum terra Canaan ſubacta eſſet; quemadmodum igitur Paſcha Ægyptium e profanis agnis celebrabatur, ita quoque omnia ſequentia Sabbata, nam Exod. 13, 5. dicitur ועבדתה את העבודה הזאת בחדש הזה fiant igitur omnia hujuſce menſis miniſteria ſicuti in Ægypto facta ſunt.

והנסכים בכל מקום *Et libamina ubique locorum*, etſi quis dixerit, *en ſuper me libamina ad decimas adducendas*, tamen de profanis duntaxat offeret; nam quando Deus permiſit pacifica e decimis offerre, id de pacificis ipſis intelligendum eſt, quia comedi debent, ſed libamina quæ omnia altari cedunt, non adducuntur e decimis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod Paſcha tantum de profanis offerri queat, colligimus e Paſchate Ægyptio, quod abſque dubio e profanis ovibus celebratum fuit, quia tunc temporis non erant ſanctitates, cum Lex nondum data eſſet. Dixerunt Sapientes, ex eo quod ſcriptum eſt Exod. 13, 5. ועברת את העבודה הזאת בחדש הזה colligimus quod omnia miniſteria peragi debeant ſecundum hoc, nempe, ſicuti Paſcha Ægyptium e profanis ovibus tantum veniebat, ita etiam Paſcha cujus deinceps mentio facta eſt. Cæterum jam noſti eum qui dixerit, *en ſuper me*, teneri illa re propter נדר aut נדבה, & amiſſi damnum compenſare debere.

והנסכים בכל מקום *Et libamina omni in loco*, eo ſcil. in caſu de quo ſupra diximus, quo permittimus aliquibus ut panis adducatur e decimis, at non adducantur libamina ex iſto euchariſtico decimarum; nam de libaminibus aliquot Legis loca teſtantur quod ea offerantur ex eo quod ſacrificii dominus pro facultate ſua aſſequi poteſt, uti dicitur Num. 15, 4. והקריב המקריב קרבנו ליהוה

פרק ח כל קרבנות הצבור והיחיד באים מן הארץ ומחוצה לארץ מן החדש ומן הישן חוץ מן העומר ושתי הלחם שאינן באים אלא מן החדש ומן הארץ וכלן אינן באים אלא מן המובחר ואיזהו מובחר מכמס ומזוניחה אלפא לסלת שנייה להם חפריים (ס"א עפריים) בבקעה כל הארצות היו כשרות אלא מכאן היו מביאים :

Caput 8. Omnes oblationes tam publicæ, quam privatæ, veniebant ex eo quod natum eſt in terra (Iſraëlis) & extra eam, tam e novo quam veteri proventu, manipulo duobuſque panibus exceptis, qui duntaxat e novo & ex eo quod in terra natum erat, offerebantur; omnia vero hæc ex optimo offerebantur. Sed quodnam eſt optimum? Mechmas & Mezonicha primas tenet partes in ſimila, ſecundas vero Chaphariim in valle; omnes autem terræ quidem aptæ erant, ſed tamen potiſſimum ex his offerebant.

R. OB. DE BARTENORA.

מן החדש ומן הישן *E novo & e veteri*, de muneribus loquitur auctor. שאינן באים אלא מן החדש *quæ e novo duntaxat veniunt*, de Omer ſive manipulo ſcriptum eſt Levit. 23, 16. מנחה חדשה *munus novum*. De duobus panibus ſcriptum eſt Exod. 34, 22. בכורי קציר חטים Porro dicit auctor, ומן הארץ *& ex terra iſta*, de manipulo ſcriptum eſt Exod. 12, 25. כי תבואו אל הארץ וקצרתם את קצירה De ambobus panibus ſcriptum eſt Levit. 23, 17. ממושבותיכם תביאו לחם Cæterum *Mechmas* & *Mezonicha* ſunt nomina propria regionum.

אלפא לסלת *Alpa* id eſt *primas tenet partes in ſimila*, ſenſus eſt, quod ea inter omnes ſimilas optima ſit, quemadmodum Aleph omnium literarum prima eſt. שניה להם *ſecunda ab illis*, iſtius terræ ſimila proxime accedit ad earum regionum, Mechmas ſcil. & Mezonicha. *Chaphariim in valle*, eſt duplex Chaphariim, una in monte, & altera in valle; hic vero ſermo eſt de ea quæ in vineis ſita eſt. *Omnes terræ*, omnes ſcilicet terræ Iſraëlis regiones erant idoneæ, ſed ex iſtis potiſſimum locis adducebantur oblationes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Lex de manipulo duobuſque panibus adducendis, quod ex eo quod in terra Iſraëlis natum fuerit, offerri debeant; manipulus autem e proventu novo Levit. 23, 16. Et de duobus panibus Exod. 34, 22. & Levit. 23, 16. & præterea Exod. 23, 16. Cæterum reliqua ſacrificia quæ ex animantibus fiebant, ſic etiam munera & libamina, offerri poterant ex eo quod intra vel extra terram Iſraëlis natum erat, tam e veteri quam e novo. Quod autem auctor Miſnicus dicit, שניה להם *ſecundas ab illis tenet partes*, ejus ſenſus eſt, quod hæc regio ſit iſtis dignitate inferior, & quod ex ea non deſumebantur oblationes, niſi in caſu neceſſitatis.

כל הארצות היו כשרות *Omnes terræ erant legitimæ*, aptæ ſcil. ut ex illis ſimila pro munere privato adduci poſſet, & libamina tam privata quam publica, quemadmodum in principio Miſnæ diximus.

ב אין מביאים לא מבית הזבלים ולא מבית השלחים ולא מבית האילן ואם הביא כשר כיצד הוא עושה נירה שנה ראשונה ובשנייה זורעה קודם לפסח שבעים יום והיא עושה סלת מרובה כיצד הוא בודק הגזבר מכניס את ידו לתוכה עלה בה אבק פסולה עד שינפנה ואם התליעה פסולה :

2. Non adducunt quicquam ex agro ſtercorato, neque ex agro ſiticuloſo, neque ex agro arboribus conſito; ſi vero quis adduxerit, bene habet. Quomodo? anno primo novellabit, ſecundo autem conſeret eum ante Paſcha ſeptuaginta dies, & tum multam feret ſimilam. Quomodo inquiret, quæſtor manum ſuam in eam immittet, tum ſi in ea aſcenderit pulvis, reproba eſt donec eam cibraverit, & ſi vermes produxerit, etiam reproba eſt,

R. OB. DE BARTENORA.

אין מביאין *Non adducunt*, manipulum & duos panes. לא מבית הזבלים *non e ſimetis*, ex agro ſtercorato, quia forſan non ſtercoratus eſt quantum neceſſe eſt, & fructus ſunt macri; vel etiam idcirco quod ſtercus nocet fructuum guſtui. ולא מבית השלחים *neque ex agro ſiticuloſo*, cujus fructus ob aquæ inopiam macri ſunt. ולא מבית האילן *neque ex arboreto*, neque e proventu qui inter arbores crevit, quia arbo- res

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Similam tritici de induſtria non licet offerre ſi id in fimeto creverit, vel in agro arboribus conſito, quia non eſt boni ſaporis. ניר eſt *novale*, quatenus terra exaratur & poſtea integrum relinquitur annum abſque cultura, ſecundo autem anno denuo exaratur & conſeritur.

מכנים ידו לתוכה *Immittit manum illius in eam*, ſcil. in ſimilam, & ſi in manum illius venerit pulvis, certum eſt in

res e ſolo ſuccum attrahunt, & ſemina reddunt macra. ניר *novellare*, exarare.

ובשניה זורעה *Secundo autem anno conſerat eum*, in Gemara concluditur quod anno primo totus debet exarari, & media ex parte conſeri, & media ex parte pro novali relinqui; ſic etiam anno ſecundo totus exarari debet, & conſeri id quod nondum conſitum fuerat antea; dimidium vero quod anno ſuperiori conſitum erat, relinquet in novali, atque hoc modo quotannis relinquet novale anni ſuperioris. כיצד הוא בודק *quomodo is inquirit?* de ſimila, ſcil. an iſta quantum neceſſe eſt cribrata ſit. *Si in ea aſcenderit pulvis*, farina minuta, & contrita eſt. *Donec eam cribraverit*, ad pulverem minutum in ea reſiduum abigendum. *Et ſi vermes produxerit*, ſimila ſcilicet aut triticum, tum reproba ſunt. Et hoc intelligendum eſt ſi maxima ex parte produxerit vermes, & hoc colligimus ex eo quod ſcriptum eſt Num. 28, 31. תמימים לכם ומנחתם תמימים יהיו לכם ונסכיהם ut nimirum etiam munera & libamina ſint perfecta.

in iſta ſimila remanere farinam, & propterea decribari debet, & pulvis removeri. De ſimila vero dicit auctor, ואם התליעה פסולה *& ſi vermes produxerit, reproba eſt*; ita etiam ſe res habet cum tritico e quo ſimilam moluerunt, dummodo maxima pars vermes produxerit, & hoc probatur ex eo quod dicitur Num. 28, 31. תמימים יהיו לכם ונסכיהם Nam libamina quoque e ſimila, oleo, & vino conſtantia in ſpeciebus ſuis debent eſſe perfectiſſima.

ג תקועה אלפא לשמן אבא שאול אומר שניה לה רגב בעבר הירדן כל הארצות היו כשרות אלא מכאן היו מביאין אין מביאין לא מבית הזבלים ולא מבית השלחים ולא ממה שנזרע ביניהם ואם הביא כשר אין מביאין אנפיקנון ואם הביא פסול אין מביאין מן הגרגרים שנשרו במים ולא מן הכבושים ולא מן השלוקים ואם הביא פסול :

3. Tecoa prima eſt in oleo; Aba Saul dicit, ſecunda eſt Ragab cis Jordanem. Omnes quidem erant idoneæ, ſed illinc potiſſimum adducebant. Non adducebant ex agro ſtercorato, neque e ſituculoſo, neque oleum ex oleis inter quas ſeminatum eſt, ſi vero quis adduxiſſet, tamen bene habebat. Non adducebant Anphicanon, ſi vero quis adduxiſſet, male actum erat. Non adducebant e granis in aqua maceratis, neque e conditis, neque ex elixis, ſi vero quis adduxiſſet, male egerat.

R. OB. DE BARTENORA.

תקוע *Tecoa*, eſt civitas quæ ita vocatur, uti ſcriptum eſt 2 Sam. 14, 2. וישלח יואב תקועה *& miſit Joab ad Tekoa.* אלפא לשמן *Alpha pro oleo*, id eſt, oleum ipſius omnium ſelectiſſimum eſt, quemadmodum Alpha eſt omnium literarum prima. אנפיקנון *oleum omphacinum*, eſt oleum quod ex olivis nondum tertia ex parte maturis expreſſum eſt, & amarum quoque eſt. שנשרו במים *quæ in aqua macerata ſunt*, eo quod aqua nocet oleo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Tecoa, hæc urbs oleo abundabat præſtantiſſimo; quemadmodum in principio capitis dictum eſt quod Michmas & Mezonicha ſimilam proferebant præſtantiſſimam. אנפיקנון *oleum omphacinum* eſt quoddam olei genus quod medici vocant purgativum, idque conficitur ex oleis viridibus atque immaturis, & propterea præ ſe fert ſaporem amariſſimum.

ד שלשה זיתים ובהן שלשה שלשה שמנים הזית הראשון מגרגרו בראש הזית וכותש ונותן לתוך הסל רבי יהודה אומר סביבות הסל זה ראשון טען בקורה רבי יהודה אומר באבנים זה שני חזר וטחן וטען זה שלישי הראשון למנורה והשאר למנחות הזית השני מגרגרו בראש הגג וכותש ונותן לתוך הסל רבי יהודה אומר סביבות הסל זה ראשון טען בקורה רבי יהודה אומר באבנים זה שני חזר וטחן וטען זה שלישי הראשון למנורה והשאר למנחות הזית השלישי עוטנו בתוך הבית (ש״ס בבית הבד) עד שילקה ומעלהו ומנגבו בראש הגג וכותש ונותן לתוך הסל רבי יהודה אומר סביבות הסל זה ראשון טען בקורה רבי יהודה אומר באבנים זה שני חזר וטחן וטען זה שלישי הראשון למנורה והשאר למנחות :

4. Tres ſunt olivarum ſpecies, & quælibet tres olei ſpecies profert. Harum prima ſpecies in cacumine oleæ colligitur, contunditur, & in caniſtrum conjicitur. R. Jehuda dicit, ponit circum caniſtrum; hæc prima eſt ſpecies olei: quum eas preſſerit trabe, R. Jehuda dicit lapidibus, hæc ſecunda eſt. Denuo ſi contuderit & oneraverit, hæc tertia eſt. Primum oleum eſt pro candelabro, reliqua duo pro muneribus. Secunda ſpecies colligitur in ſummitate tecti, contunditur, & in caniſtra colligitur. R. Jehuda dicit, circum caniſtrum; hæc prima eſt. Si eas oneraverit trabe, R. Jehuda dicit, ſi lapide; hæc ſecunda eſt. Poſtea denuo contundet & onerabit; hæc tertia eſt; prima eſt pro candelabro, & reliqua pro muneribus. Tertia ſpecies olivarum intra domum reponitur donec putrefacta fuerit, & exſiccatur in cacumine tecti, contunditur, & in caniſtrum reponitur; R. Jehuda dicit, circum caniſtrum; hæc prima eſt: ſi eas oneraverit trabe; R. Jehuda dicit, lapidibus; hæc ſecunda eſt: ſi eas denuo contuderit, & oneraverit; hæc tertia eſt; prima cedit candelabro, reliqua vero muneribus.

R. OB. DE BARTENORA.

שלשה זיתים *Tres oleæ*, ter in anno olivas colligunt, & quolibet ex iſtis tribus temporibus tres reperiuntur olei ſpecies; harum prima eſt quatenus olivæ colliguntur grana in cacumine oleæ, cum eæ prius matureſcunt ope radiorum ſolarium. לתוך הסל *in caniſtrum*, operarius enim hinc inde diſcurrit ad colligendum, & ſub caniſtro poſitum eſt vas ad recipiendum oleum.

רבי

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מגרגרו *Ipſius grana colligit*, nempe, quodlibet olivæ granum ſingulatim colligit, ut omnia ſint matura & integra, deinceps ea contundit & in caniſtrum reponit, & oleum inde expreſſum eſt oleum primum. Poſtea iis trabem torcularis imponit, quæ ſimpliciter קורה dicitur, ſicuti ex ſenſu conſtat; oleum vero quod inde expreſſum fuerit, eſt ſecundum. Deinde educet id, & exprimet ſub trabe, & contundet,

atque

רבי יהודה אומר סביבות הסל *R. Jehuda dicit, circum caniſtrum*, circa latera caniſtri ponet olivas, ut oleum per latera effluat, & in fundum defluat, ibique purificetur, nam ſcoria lateribus caniſtri adhærere ſolet. Sed non ponet eas in fundo caniſtri, quia tum oleum & fœces commiſcentur, oleumque turbatur; oleum vero quod exiit ex olivis ſua ſponte & abſque ulla neceſſitate, vocatur *oleum primum*.

טען בקורה *Si oneraverit trabe*, olivas quæ in caniſtro ſunt. *R. Jehuda dicit*, *lapidibus*, & non trabe, quia trabs nimis gravis eſt, & fœces educit. חזר וטוען *denuo onerabit*, in molis, olivas ſub trabe ponet, & poſtea onerabit trabe. הראשון למנורה *primum candelabro cedit*, quia oleum puriſſime contuſum eſſe debet; reliquum vero muneribus idoneum eſt, quia de hoc non exprimitur vox זך purum. הזית השני *oleum ſecundum*, quando ſecunda vice colliguntur uvæ maturæ. *Colliget grana in ſummitate tecti*, ea ſcil. quæ prope tectum pendent, & ſecunda vice matureſcunt. הראשון *primum*, oleum quod ante trabis onerationem ex uvis exierit, idoneum eſt pro candelabro. הזית השלישי *olivarum collectio tertia*, nam quum tertia vice olivæ colliguntur, nunquam ſatis maturæ fiunt, cum rami nonnulli ſe extendant ſubter tectum quo ſol non pertingit. עוטנו eſt idem quod מעטן in lingua Sapientum, nempe cupa cui imponuntur olivæ ut putrefiant. ומגגבו בראש הגג *& exſiccant in ſummitate tecti*, nam cum in unum locum quatuor aut quinque dies collectæ fuerint olivæ, provenit ex iis humor malus, idcirco exſiccari debent.

atque denuo trabe onerabit tertia vice. Eodem modo faciendum eſt cum oleo ſecundo, ſuccidunt enim omnes olivas ſimul, tam bonas quam malas, quas in ſolo expandunt & optimas ſeligunt. Ita quoque operantur in oleo tertio, baccas enim torcularis loco imponunt, qui מעטן dicitur, & convenit cum Hebraico מעטיניו Job. 21, 20. quæ ſunt oſſa in quibus eſt medulla ſanguinis; & ea cum מעטן comparantur, quia lata & magna ſunt oſſa, & hinc derivatur verbum עטן; deciſio non eſt ſecundum R. Jehuda.

ה ראשון שבראשון אין למעלה ממנו השני שבראשון והראשון שבשני שוין השלישי שבראשון והשני שבשני והראשון שבשלישי שוין השלישי שבשני והשני שבשלישי שוין השלישי שבשלישי אין למטה ממנו אף המנחות היו בדין שיטענו שמן זית זך מה אם המנורה שאינה לאכילה טעונה שמן זית זך המנחות שהן לאכילה אינו דין שיטענו שמן זית זך תלמוד לומר זך כתית למאור ולא זך כתית למנחות :

5. Oleum primum quod in prima ſpecie olivarum eſt, id optimum eſt. Secundum quod eſt in prima & primum quod in ſecunda, ſunt æqualia. Tertium quod in prima, & ſecundum quod in ſecunda, & primum quod in tertia, ſunt æqualia. Tertium quod in ſecunda, & ſecundum quod in tertia, ſunt æqualia. Tertium quod in tertia, viliſſimum eſt. Fas quoque erat ut munera haberent oleum olivarum purum, nam ſi candelabrum, quod non cedit in cibum, tamen requirat oleum olivarum purum, munera, quæ cedunt in cibum, nonne fas erat ut oleum olivarum clarum haberent? quia dicitur Exod. 26, 20. *Purum contuſum pro candelabro*: at non purum & contuſum pro muneribus.

R. OB. DE BARTENORA.

שוין *Æqualia ſunt*, non in omnibus rebus æqualia ſunt, nam de omnibus dicit Miſna, quod primum oleum ſit pro candelabro, reliqua vero pro muneribus, ſed dicit quod pro muneribus æqualia ſunt. Nam hypotheſis nobis eſt quod ubi de optimo adducunt, ibi de optimo adducant, idcirco nos hic docet auctor, quod oleum primum quod in ſpecie olivarum ſecunda eſt, & ſecundum quod in prima, æqualia ſunt, nam ſi munus adducendum ſit, & oleum ſit e duobus, adducet de quocunque lubitum fuerit. Verum ſi fuerit e tertio oleo quod in prima ſpecie, vel e primo quod in ſecunda, adducat munus ſuum e primo quod in ſecunda, quod optimum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando legeris שוין *æqualia ſunt*, id non intelligendum eſt de omnibus rebus, nam jam diximus ſuperius quod omnium trium primum eſt legitimum. Verum ſenſus, quod olea iſta pro muneribus æqualia ſunt, & quod nulla ſit excellentia inter unum atque alterum, niſi pro eo qui præceptum exequi voluerit e præſtantiſſimo; nam tertium quod in tertia, aptum eſt ad munera; verum ſi quis optimum adducere velit, nota eſt præſtantia illius.

ו ומניין (ס"א מאין) היו מביאין את היין קרותים והטולים אלפא ליין שנייה להן בית רימה ובית לבן בהר וכפר סגנה בבקעה כל הארצות היו כשרות אלא מכאן היו מביאין אין מביאין לא מבית הזבלים ולא מבית השלחין ולא ממה שנזרע ביניהם ואם הביא כשר אין מביאים אליוסטן ואם הביא כשר אין מביאים ישן דברי רבי וחכמים מכשירים אין מביאים לא מתוק ולא מעושן ולא מבושל ואם הביא פסול אין מביאים מן הדליות אלא מן הרוגליות ומן הכרמים העבודים :

6. Unde vinum adducebant? e Kerotim & Tolim quæ primæ ſunt pro vino, ipſis ſecunda eſt Bet-Rima & Bet-Laban in monte, & pagus Signa in valle. Omnes terræ erant idoneæ, ſed illinc potiſſimum adducebant. Non adducebant ex agro ſtercorato, neque e ſiticuloſo, neque ex iis locis inter quos ſeminatum eſt, ſi vero quis ex iis adduxerit, bene habet. Non adducunt ἡλίοσον, ſi vero quis adduxerit, bene habet. Non adducunt e veteri, ita Rabbi ſtatuit. Sapientes contra. Non adducunt dulce, nec fumatum, nec coctum; ſi vero quis adduxerit, male egit. Non adducunt e vitibus altis ſed depreſſis, & e vitibus arte excultis.

R. OB. DE BARTENORA.

קרותים והטולים *Kerotim & Tolim*, ſunt nomina propria locorum. אליוסטן eſt vinum dulce propter copiam ſolis, uvas enim ſoli opponere ſolent ut matureſcant eo magis, & ſol in lingua Græca יוסטן vocatur. יין ישן *vinum vetus*, quod duodecim eſt menſium, & cujus rubedo jam tranſiit, uti ſcri-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אליוסטן ἡλίοσον eſt ſole maturum factum, hoc modo, vitem imponunt cado cuidam ſub ſole, ſicuti moris eſt in Ægypto, ut vinum citius matureſcat, ſol enim ſecundum nonnullos interpretes vocatur Græce יוסטן Cæterum non adducebatur vinum vetus, nempe finitis duodecim menſibus,

ſcriptum eſt Prov. 23, 31. אל תרא יין כי יתאדם unde apparet vinum eſſe melius dum rubet.

לא מתוק *Neque dulce*, quando id e ſeipſo dulce eſt, nam ſi ope ſolis dulce factum ſit, jam diximus ſuperius, quod ſi quis ἡλίοςον adduxerit, bene habet; aliter, hinc oſtenditur quod quadraginta dies tranſigere non debent; ſed prima expoſitio præſtat.

כרמים העבודים *Vites excultæ*, quæ bis in anno excoluntur, nam circum vites terram effodere ſolent, ut radices in terram demittant, ut humores & ſuccum attrahant. דליות ſunt vites ſupra pergulam erectæ. רגליות ſunt vites circa ſolem conſtructæ, quaſi inter hominum pedes, & idcirco *pedeſtres* dictæ.

bus, quia calet, & amaritudines illius innovantur, idcirco dicitur Prov. 23, 31. אל תרא יין כי יתאדם. Porro dicit quod neque e מעושן *fumato* offerunt, nam ſi in vaſe fuerit quicquam ex odore iſtius vini, hoc vocatur מעושן & hoc vitium ſæpiſſime inter nos contigit in vinis occidentalibus. מבושל *coctum*, ope ignis.

דליות Sunt vites altæ ſupra terram erectæ, & in pergulas diductæ. רגליות ſunt cæpæ humiles, & in terram prorepentes, ut vites. כרמים העבודים *vites excultæ*, quæ bis in anno artificio hominum excoluntur, excavando terram circum vites, eaſque terræ imponunt ut eo melius ſuccum attrahant radices.

ז לא היו כונסים אותו בחצבים גדולים אלא בחביות קטנות ואינו ממלא את החביות עד פיהם כדי שיהא ריחו נודף אינו מביא לא מפיה מפני הקמחין ולא משוליה (ס"א) מפני השמרים אלא מביא משלישה ומאמצעה כיצד הוא בודק הגזבר יושב והקנה בידו זרק את הגיד והקיש בקנה רבי יוסי בר יהודה אומר יין שעלה בו קמחין פסול שנאמר תמימים יהיו לכם ומנחתם תמימים יהיו לכם ונסכיהם :

7. Non colligebant in dolia magna, ſed in parva; neque dolia uſque ad os implebantur, ut odor ipſorum abundaret. Non adducebant ex ore dolii, ob flores, neque ex fundo illius, ob fœces; ſed e tertianis & medianis adducebant. Quomodo inquirat? quæſtor ſedebat cum calamo in manu ſua, & ſi fœces ſparſiſſet, ponebat eas in calamo. R. Joſe filius Jehudæ dicit, vinum e quo flores aſcenderint, reprobum eſt, quia ſcriptum eſt, Num. 28, 31. *Perfecta erunt vobis, & munera eorum, perfecta erunt vobis, & libamina eorum.*

R. OB. DE BARTENORA.

בחצבים גדולים *In dolia magna*, quia vaſa magna nocent ſapori vini. כדי שיהא ריחו נודף *ut odor illius abundet*, quum dolium eſt plenum, ſapor exterius prodit, & non ſe adeo diffundit. קמחין *flores*, ſunt inſtar granorum minutorum & alborum, quæ ſuperficiei vini, innatant & ſimiles ſunt farinæ.

ומאמצעה *Et e medio illius*, cannam in medio ponet dolii. קנה vocatur menſura quam quæſtor manu tenet.

זרק את הגיד *Si ſparſerit fœces*, ſenſus eſt, quando vinum incipiebat evomere fœces ſuas, quatiebat quæſtor calamo quam manu tenebat, atque vinum percutiebat ne fœces in vaſculum intrarent in quod vinum diffluebat. Magiſtri autem mei declarant, quod percutiebat calamo, ad indigitandum dolium eſſe occluſum & obſignatum ſpiculo. Sed quæſtor nemini dicebat, occlude, quia ſermo officit vino; ita in Gemara exponunt. *R. Joſe filius R. Jehudæ dicit &c.* deciſio non eſt ſecundum ipſum. De omnibus vero quæ hic in Miſna dicuntur, quod reproba ſunt, ſi quis quicquam de ſimila, vel oleo, vel vino conſecraverit, meretur plagas ex decretis Sapientum, ſicuti is qui animal vitiatum altari conſecraverit, ex Lege vapulat; quia Lex de vitiato dicit, *non offeretis*. In Siphra dixerunt, non dicendum eſt, *non offeretis*, ſed, non conſecrabitis; nam ſicuti ſimilam, oleum certis e locis offerunt electis, ita ſacrificia certis e locis adducunt, ut, arietes e Moabiticis, agni ex Chebron, vituli e Saroniticis, turtures, & filii columbarum e monte Regio.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ריח נודף *Olor abundans*, qui odorem ſuum conſervat, quia vapor odorum in loco ubi ea collocavit, aſcendit in os vaſis, quomodo odor conſervatur, & cum ipſo nihil aliud miſcetur. Verum in vini ſuperficiem aſcendere ſolent fœces, quæ ſunt inſtar granorum; & hoc etiam vino peregrinantium contingere ſolet, quod vacatur קמחין, & ſimile eſt granis tritici, & Arabice dicitur קמחין ſed hoc inter nos non ſolet contingere niſi in vino optimo, & in terra Iſraëlis forſan vino peſſimo hoc contingere ſolet.

זרק את הגיד *Sparſiſſet fœces*, ſi vinum ſparſiſſet fœces, quæſtor calamo percutiebat, id eſt premebat & non impediebatur ut deſtillaret; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen. Scias autem volo quod ſi quis iſtis quæ diximus quicquam altari conſecraſſet, id reprobum ſit, ſive ſimila, ſive vinum, ſive oleum, ſive ligna oblata fuerint quæ reproba facta fuerunt pro altari, ex conſtitutionibus Sapientum verberatur, quemadmodum quis ex Lege vapulat ſi animal vitiatum obtulerit, quia hoc idem eſt negotium. Dicitur in Siphra, *vitiatum non offeretis*, ſi hoc prohibeatur per præceptum *non offeretis*, utique jam dictum eſt, *non mactabis*, quare ſtatim additur, *non offeretis*? ſed hoc ideo fit, ne conſecres. Hinc dixerunt, ſi quis conſecraverit vitiatum altari, is quinque præcepta tranſgreditur, ut, non conſecrabis, non mactabis, non combures de eo, non ſparges ſanguinem, non combures adipem. Hiſce negativis tenentur, quia toties duplicatur prohibitio in ſectione de animantibus vitiatis; rationem dixerunt Sapientes, quod iſta duplicatio non fiat ad præcepta confirmanda, ſed quia unumquodque prohibetur in ſingulari caſu. Scriptum eſt Levit. 22, 20. כל אשר בו מום תקריבו ad conſecrationem prohibendam. Et poſtea Levit. 22, 21. כל מום לא יהיה בו & hæc quoque cohibitio eſt ne mactetur, ita Levit. 22, 22. dicitur לא תקריבו אלה ליהוה hæc eſt cohibitio ſparſionis ſanguinis Levit. 22, 22. ואשה לא תתנו מהן hæc eſt cohibitio adipum adolendorum. Poſtea dicit ibidem, ומעוך וכתות ונתוק וכרות לא תקריבו ליהוה imo ne quidem partem adipum eorum, idcirco ſi quis conſecraverit vitiatum, is tranſgreſſus eſt omnia iſta negativa præcepta. Porro ſcias quod certa loca erant deſtinata unde ſacrificia animantium adducebant, & aves, etſi ex omni loco adduci poſſent, uti dixerunt, arietes e Moabiticis, agni e Chebron, vituli e Saroniticis, turtures & columbarum pulli e Monte Regio adducebantur.

פרק ט שתי מדות של יבש היו במקדש עשרון וחצי עשרון רבי מאיר אומר עשרון עשרון וחצי עשרון עשרון מה היה משמש שבו היה מודד לכל המנחות לא היה מודד לא בשל שלשה לפר ולא בשל שנים לאיל אלא מודדן עשרונות חצי עשרון מה היה

Caput 9. Duæ erant menſuræ aridorum in Sanctuario, decima, & media decima. R. Meyr dicit, decima, decima, & media decima. Quorſum inſerviebat decima? ea menſurabantur omnia munera, non menſurabat menſura trium decimarum pro juvenco, nec menſura duarum decimarum pro ariete, ſed menſurabant per decimas. Dimidium deci-

mæ

היה משמש שבו היה מודד חביתי כהן גדול מחצה בבקר ומחצה בין הערביים :

mæ quorſum ? eo menſurabant munera ſartaginum pontificis maximi, ſcil. dimidium mane, & dimidium veſperi.

R. OB. DE BARTENORA.

עשרון עשרון וחצי עשרון *Decima, decima, & dimidium decimæ*, duæ erant menſuræ decimarum, una erat parva, quæ accumulate metiebantur, ſed hæc quantumvis accumulata non plus quam unam decimam continebat, quam altera continebat licet abraſa eſſet; nam R. Meyr ex eo quod dicitur Levit. 28, 29. עשרון עשרון לכבש האחד putat quod duæ illic decimæ erant, & ſi ambæ eſſent æquales, una eſſet menſura, niſi quod una accumulata, altera vero abraſa erat, accumulatæ uſus erat in omnibus muneribus, abraſæ vero in munere ſartaginis pontificis maximi. Sapientes vero ſtatuunt unicam duntaxat fuiſſe decimam, ex eo quod ſcriptum eſt Levit. 28, 29. *Decima, decima pro agno uno*, iſta igitur qua menſurabant decima, erat abraſa, atque ope illius omnia menſurabant munera; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

לא בשל שלשה לפר *Non in tribus decimis pro juvenco*, pro libaminum muneribus cum juvenco offerendis, de quibus ſcriptum eſt Num. 28, 12. *Et tres decimæ pro uno juvenco*, hæ decimæ non menſurabantur in una menſura tres decimas continente, quia nulla erat menſura quæ plus quam unam decimam comprehenderet.

אלא מודדן עשרונות *Sed menſurabant eas in decimas*, quamlibet decimam ſeorſim. *Cum ea menſurabant*, pontificis maximi munera ſartaginis, is enim e bonis ſuis integram adducebat decimam, eaque poſtea dividebatur cum media decima in Sanctuario exiſtente; media vero decima in ſex placentas dividebatur, ita ut duodecim eſſent placentæ decimæ in duobus dimidiis, quæ omnes ſimul coquebantur; deinceps quælibet placenta dividebatur in duas, & duodecim dimidia offerebantur mane, & totidem veſperi. Sed antequam offerrentur, confringebantur in fruſta olivæ quantitatem exæquantia, & unumquodque fruſtum in duo conduplicabatur, & non ſeparabatur. Verum fruſta aliorum omnium munerum, etſi olivæ quantitatem duntaxat haberent, conduplicabat in duo, & duo in quatuor, atque ſeparabat, quemadmodum capite ſexto dictum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in præfatione ad huncce codicem quod juvenci munus trium ſit decimarum, aries vero duarum decimarum, agnus unius decimæ. Quod autem de pontificis maximi ſartaginis munere dicit, מודד *menſurabatur*, ejus ſenſus eſt quod dividebatur; nam in fine capitis quarti jam expoſuimus, quod a pontifice maximo integra adducebatur decima & quod ea dividebatur ab ipſo. Verum ſcias quod pontificis maximi ſartagines dividebantur poſtquam coctæ fuiſſent; diximus etiam quod duodecim erant placentæ, & in Gemara dicitur quod is unamquamque placentam manu dividebat ex conſideratione quadam. Sed jam expoſitum eſt quod eas partiebatur cum media decima, hinc nos colligimus eum ordinem præparationis eſſe, quatenus unam offerebat decimam, eamque dividebat mediam, ſi e ſimila conſtaret; & quamlibet decimam depſebat, atque ex iis ſex fiebant placentæ, quæ omnes ſimul coquebantur, poſtea quælibet placenta in duas dividebatur, & duodecim dimidia in quantitate olivæ offerebantur mane, ſicuti expoſuimus capite ſexto, & totidem dimidia veſperi; quælibet autem pars conduplicata erat, uti diximus. Omnium vero munerum fruſta, etſi vel olivæ quantitatem haberent, tamen duplicata erant in quatuor, quemadmodum capite ſexto oſtendimus. R. Meyr ſtatuit tres fuiſſe in Sanctuario menſuras, una comprehendebat dimidium decimæ, altera decimam abraſam, tertia minus quam unam decimam; at ſi in iſta menſura ſimila eſſet, unam decimam ad ſummum continebat. Et hoc colligitur ex eo quod dicitur, *decima, decima*, unde liquet in Sanctuario duas fuiſſe decimas, unam ſcilicet accumulatam pro omnibus muneribus, alteram vero abraſam pro ſartaginibus pontificis maximi. Sapientes dicunt, unam duntaxat decimam fuiſſe quæ menſuram abraſam habebat; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ב שבע מדות של לח היו במקדש הין וחצי ההין ושלישית ההין ורביעית ההין לוג וחצי לוג ורביעית לוג רבי אליעזר בר צדוק אומר שנתות היו בהין עד כאן לפר עד כאן לאיל עד כאן לכבש רבי שמעון אומר לא היה שם הין וכי מה היה ההין משמש אלא מדה יתירה של לוג ומחצה היתה שבה היה מודד למנחת כהן גדול לוג ומחצה בבקר ולוג ומחצה בין הערביים :

2. Septem menſuræ liquidorum in Sanctuario erant, ut Hin, & dimidium Hin, & triens Hin, & quartarius Hin. Logus, & quartarius Logi. R. Eliezer filius Zadoci dicit, dentes erant in Hin, huc uſque pro juvenco, huc uſque pro ariete, huc uſque pro agno. R. Simeon dicit, non erat Hin, quomodo igitur illius uſus obtineret? erat alia menſura Logi & dimidii illius, nam ope illius menſurabant pontificis maximi munus, Logus cum dimidio mane, & totidem veſperi.

R. OB. DE BARTENORA.

שנתות היו בהין *Signa erant in Hin*, illic non erat niſi *Hin*, atque in ipſo erant clavi ferrei, aut ſciſſuræ, hucuſque pro juvenco dimidium *Hin*, hucuſque pro ariete triens *Hin*; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer. וכי מה היה ההין משמש *& quorſum igitur Hin inſerviebat*? nam in Sanctuario nulla erat res ad quam menſurandam requirebatur Hin integra, nam Hin ad oleum unctionis menſurandum tantum neceſſaria erat in tempore Moſis, & hocce oleum adhuc exiſtebat in Sanctuario, & cum ſe res ita habet, non requirebatur Hin.

אלא מדה יתירה היתה *Sed menſura alia erat*, ad complendum ſeptem menſuras in Sanctuario. למנחת כהן גדול *munus ſacerdotis magni*, quod tres olei Logos requirebat, Logum cum dimidio mane, & totidem veſperi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hac menſura *Hin* nihil menſurabant, & hoc eſt quod R. Simeon dicit, *quorſum ergo Hin inſerviebat*? Moſes vero magiſter noſter eam fecit in deſerto, eaque oleum unctionis menſuravit, ſicuti dicitur Exod. 30, 24. ושמן זית הין Propterea Sapientes dixerunt, quandoquidem in Tabernaculo obtinebat menſura *Hin*, idcirco ea nunquam e Sanctuario exivit. R. Simeon dicit, quandoquidem ope illius nullam rem menſuramus, idcirco eam non facimus. Nam omnes in hoc conveniunt quod non aliud unctionis oleum facere licebat præter id quod fecerat Moſes, uti aliquoties expoſuimus. De libaminibus dicit Lex Num. 15, 10. *Dimidium Hin pro juvenco, & triens Hin pro ariete, & quartarius Hin pro agno.* Cæterum deinceps exponetur quamnam rem menſurabant ope Logi, & dimidio Logi, & quartario Logi. In præfatione hujuſce tractatus jam expoſuimus Logi quantitatem, & quod Hin duodecim contineat Logos. Pariter capite tertio hujuſce tractatus expoſuimus, quod abundans in ſartaginibus oleum pontificis maximi ſit trium Logorum; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

ג רביעית מה היתה משמשת רביעית מים למצורע ורביעית שמן לנזיר חצי לוג מה היה משמש חצי לוג מים לסוטה וחצי לוג שמן לתודה ובלוג היה מודד לכל המנחות אפילו מנחה של ששים עשרון נותן לה ששים לוג רבי אליעזר בן יעקב אומר אפילו מנחה של ששים עשרון אין לה אלא לוגה שנאמר למנחה ולוג שמן ששה לפר ארבע לאיל שלשה לכבש שלשה ומחצה למנורה מחצי לוג לכל נר :

3. Quorſum erat quartarius? pro quartario aquæ leproſi, & pro quartario olei Nazyræi. Dimidium Logi quorſum erat? pro dimidio Logi aquæ mulieris adulterii ſuſpectæ, & pro dimidio Logi olei ſacrificii euchariſtici. Porro eo menſurabat Logum pro muneribus, nam vel ſexaginta decimarum munus requirebat ſexaginta Logos. R. Eliezer filius Jacobi dicit, vel ſexaginta decimarum munus unum duntaxat Logum requirebat, ſicuti dicitur Levit. 14, 21. *Pro munere & Logo olei.* Sex igitur pro juvenco, quatuor pro ariete, tres pro agno, tres cum dimidio pro candelabro, & dimidium Logi pro omni lucerna.

R. OB. DE BARTENORA.

רביעית מים למצורע *Quartarius aquæ pro leproſo*, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 14, 5. *Et mactabit avem unam in vaſe teſtaceo ſuper aquis vivis*; ergo mactare debet in aquis in quibus avis ſanguis cognoſcitur, quarum menſuram Sapientes definierunt in quartario Logi.

רביעית שמן לנזיר *Quartarius olei pro Nazyræo*, pro pane Nazyræi, ſed hæc menſura quartarii Logi non conſecrata erat ut inter ſacrorum vaſorum numerum referri poſſet ob aquam leproſi ea menſurandam, quia is extra Templum erat, neque ob panem Nazyræi, quia panis Nazyræi non conſecrabatur niſi mactatione ſacrificii; ſed quia ope illius menſurabant pro ſartaginibus pontificis maximi quartarium Logi olei pro qualibet placenta, omnibus duodecim placentis; libamina vero tribus Logis conſiſtebant.

חצי לוג מים לסוטה *Dimidium Logi aquæ pro muliere adulterii ſuſpecta*, de quo ſcriptum eſt Num. 5, 17. ולקח הכהן מים קדושים בכלי חרש dimidium igitur Logi aquæ implebatur ex aqua quæ in labro erat. חצי לוג שמן לתודה *dimidium Logi olei pro euchariſtico*, hæc e traditione Moſis in Sinai accepimus; ſic etiam comparatum eſt cum quartario Nazyræi. Præterea ſcias, quod menſura dimidia Logi non conſecrata erat ut ea inter vaſa miniſterii referri poſſet ob dimidium Logi aquæ pro muliere adulterii ſuſpecta; neque ob dimidium Logi olei pro ſacrificio euchariſtico; ſed quia in ea metiebantur Logi dimidium olei pro quolibet lampade candelabri.

אין לה אלא לוגה *Non eſt ei præter Logum ipſius*, unus tantum Logus pro omnibus ſexaginta decimis; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer filium Jacobi. ששה לוגין לפר *ſex Logi pro juvenco*, qui eſt media pars Hin, ſicuti ſcriptum eſt Num. 15, 9. בלול בשמן חצי ההין Quatuor vero pro ariete, ſive triens Hin, & tres pro agno, ſive quartarius Hin, nam Hin conficit duodecim Logos.

מחצי לוג לכל נר *Dimidium Logi pro qualibet lucerna*, nam requiritur certa menſura pro omni lucerna ut a veſpera uſque ad mane ardeant, & hanc Sapientes limitarunt in medio Logo olei pro ſpatio nocturno menſis Tevet, cujus noctes ſunt longæ; & tantum ſingulis noctibus imponebatur ſingulis lucernis. Si enim aliqua extingueretur, ellychnium iſtud reprobum erat, atque pariter illius oleum, ut denuo incenderentur; & aliud ellychnium atque aliud oleum ſubſtituebatur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Lex de leproſo Levit. 14, 5. ושחט את הצפור האחת על כלי חרש ad hæc dixerunt, quod non minus quam aquæ quartarius eſſe debeat. Sed jam expoſuimus capite ſeptimo præparationem panis euchariſtici, & Nazyræi, & quod panis ungitur dimidio Logi euchariſtici, & quartario olei Nazyræi; & hoc ſecundum traditionem Moſis e monte Sinai. Dicit Lex de muliere adulterii ſuſpecta Num. 5, 17. ולקח הכהן מים קדושים בכלי חרש Hinc dixerunt aquæ menſuram fuiſſe dimidii Logi. Præterea neceſſe eſt ut ſcias, duas iſtas menſuras, ſcil. quartarium & dimidium Logi, non fuiſſe miniſterii vaſa, unctæ enim fuerunt oleo unctionis ob aquas leproſi, & aquas mulieris adulterii ſuſpectæ, quia hæc non continebantur inter miniſteria ſacra. Præterea panis euchariſtici, & panis Nazyræi conſecrabantur mactatione, & non oleo quo placentæ ungebantur. Medii vero Logi menſura referebatur inter miniſterii vaſa, quia eo menſurabatur dimidium Logi pro qualibet lucerna. Quartarii menſura etiam comprehendebatur inter vaſa miniſterii, quia ope illius menſurabant quartarium olei pro qualibet ſartaginis placenta a pontifice maximo offerenda, omnes duodecim placentæ. Libamina vero illius trium erant Logorum, ſicuti expoſuimus capite tertio, idcirco quartarius olei ſit pro qualibet placenta. Atque hæc confirmant id quod ſæpius mecum cogitavi, attamen ex Scripturæ loco probare non potui; ſed Lex de munere ſartaginis pontificis maximi dicit, Levit. 6, 14. מורבכת תביאנה *frixum id adduces*; ita quoque de euchariſtico dicitur Levit. 7, 11. סולת מורבכת *ſimila frixa*; & in lingua Sapientum vocatur רבוכה, ſed hæc vox non agnoſcit derivationem ſuam ex lingua ſancta. Mea vero de voce רבוכה ſententia eſt, quod ea notet olei magnam copiam, quando id ſartaginibus pontificis maximi inditum eſt, quæ non tanta eſt in reliquis ſacrificiis euchariſticis; videtur itaque mihi רבוכה eſſe id quod in oleo frixum eſt, quemadmodum aliquam rem frigere ſolent quæ Arabice זולאביה vocatur, ſcil. ea quæ innatat oleo in quo frigi ſolet; idcirco multum olei requirebatur, & hac de cauſa ſcriptum eſt Levit. 2, 7. בשמן תעשה *in oleo parabitur*. Quod me eo movit, eſt id quod in Siphra dicitur de voce מורבכת, quod opera illius omnia fiebant in oleo ferventi; & hæc eſt ratio quod omne ipſius oleum fervere debebat. Et cum ita ſe res habet, id quod de quartario dicitur, intelligas quod pro omni placenta requirebatur quartarius, in quo placenta frigebatur. Hin duodecim Logos conficit, ſicuti jam expoſuimus. Et quandoquidem auctor mentionem fecit Logi olei pro munere, idcirco etiam dixit, *ſex pro juvenco* &c. Sed ipſius mens non eſt quod libamina menſuranda ſint in menſura Logi, ſed in dimidio Hin, & in triente Hin, & quartario Hin, uti diximus. מחצי לוג לכל נר *dimidium Logi pro omni lucerna*, hoc intelligendum eſt de tempore veſpertino uſque ad matutinum; requiritur enim ut cuilibet lucernæ tantum olei indatur, quantum pro mediocri ellychnio ſufficit, nempe dimidium Logi. Scias oportet quod ſi una e lucernis extinguatur, oleum & ellychnium illius æſtimatur perinde ac ſi vinum eſſent, idcirco ambo removentur, & aliud novum oleum & ellychnium ſubſtituitur. Et hoc eſt quod doctores dixerunt, ſi lucerna extincta fuerit, oleum veteratum atque ellychnium, quomodo faciet? corriget & oleum denuo indet ſecundum menſuram primam, & tum incendet; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer filium Jacobi.

ד מערבין נסכי אילים בנסכי פרים נסכי כבשים בנסכי כבשים של יחיד בשל צבור של יום בשל אמש אבל אין מערבין נסכי כבשים בנסכי פרים ואילים

4. Libamina arietum miſcent cum libaminibus juvencorum; & agnorum libamina inter ſe, privata cum publicis, & hodierna cum heſternis. Sed libamina agnorum non miſcent cum juvencorum & arie-

ואילים ואם בללן אלו בפני עצמן ואלו בפני עצמן ונתערבו כשרין אם עד שלא בלל פסול הכבש הבא עם העומר אף על פי שמנחתו כפולה לא היו נסכיו כפולין :

arietum libaminibus. Et ſi quis hæc atque illa ſeorſim ſubegerit, eaque mixta fuerint, recte ſe habent; ſi vero ante ſubactionem mixta fuerint, reproba facta ſunt. Etſi agni cum manipulo offerendi munus conduplicatum ſit, libamina tamen ipſius non conduplicata ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

מערבין נסכי פרים *Commiſcent libamina juvencorum*, miſcent munus libaminum arietis cum munere libaminum juvenci, quia utriuſque ſubactio æqualis eſt, ſcil. duo Logi pro decima, ſicuti Miſna dixit ſuperius ſex Logi pro juvenco, ſimila vero trium erat decimarum quemadmodum ſcriptum eſt Num. 15, 9. *Et offeret cum jumento munus ſimilagineum trium decimarum, in oleo dimidii Hin ſubacto*, hoc eſt ſex Logorum. Quatuor vero Logi pro ariete, & duæ decimæ ſimilæ pro ariete. נסכי כבשים *libamina agnorum*, tres Logi pro decima, uti ſcriptum eſt Num. 29, 4. *Et una decima pro uno agno.* Et Num. 28, 5. dicitur *ſubactum oleo, contuſum, quartarius Hin*, ſive tres Logi. ושל היום בשל אמש *& hodierna cum heſternis*, ſi heri abſque libaminibus adduxerit ſacrificium, nam hypotheſis nobis eſt, hominem hodie poſſe adducere ſacrificium ſuum, & libamina poſt decem dies; ſi quis igitur unum adduxerit ſacrificium & cum eo duo libamina, unum eodem die & alterum poſtridie, tum ſimul commiſceri poſſunt. Si æqualia ſint ſacrificia, ſcil. ambo ex agnis, vel arietibus, vel juvencis, vel juvenco & ariete. *Sed non miſcentur libamina agnorum cum libaminibus juvencorum & arietum*, quia munus juvenci & arietis aridius eſt agnorum munere, & imbibit ex eo, quomodo fit ut agni munus deficiat, illud vero redundet. *Si vero ea ſubegerit*, nam jam præceptum fecit quod oleum attinet, idcirco legitima ſunt ſecundum Sapientes R. Jehudæ contradicentes capite tertio, & ſtatuentes id quod ſiccum eſt, ſi cum ſubacto mixtum ſit, offerri poſſe. *Si vero ante ſubactionem*, ſcil. commixta fuerint, tum reproba ſunt, quia requiritur ut idonea ſint ad ſubactionem; ſed non idonea ſunt, quia agni munus eſt minus, arietis vero majus. *Etſi munus illius conduplicatum ſit*, quemadmodum ſcriptum eſt Levit. 23, 13. ומנחתו שתי עשרונים

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fundamentum eſt hoc, quod ſi combuſtum fuerit munus libaminis, ei licet de induſtria miſcere libamina vinorum, dummodo libamina vini miſceantur cum libaminibus arietum, ſicuti dicit Miſna. Et ſi commixta fuerint libaminum dona inter ſe, etiam vina inter ſe commiſcere licet; ſed non licet de induſtria inter ſe miſcere libaminum dona; ſi itaque ſimila commixta ſit cum ſimila ante ſubactionem in oleo, reproba facta eſt, uti dicit, *ſi ante ſubactionem mixta fuerint, reproba facta ſunt.* Cæterum jam diximus quod libamina offerre licet longo tempore poſt ſacrificium, & propterea hodierna cum heſternis miſceri poſſunt. Dicit Lex de agno cum manipulo offerendo, *& munus illius duarum decimarum*; ſed hoc in prologo hujus tractatus jam expoſuimus.

ה כל המדות שהיו במקדש היו נגדשות חוץ משל כהן גדול שהיה גודשה לתוכה מדות הלח בירוציהן קדש ומדות היבש בירוציהן חול רבי עקיבא אומר מדות הלח קדש לפיכך בירוציהן קדש ומדות היבש חול לפיכך בירוציהן חול רבי יוסי אומר לא משום זה אלא שהלח נעכר (נ"א נעקר) והיבש אינו נעכר :

5. Omnes menſuræ in Sanctuario erant accumulatæ, pontificis maximi menſura excepta, nam cumulus ejus in iſta continebatur. Menſurarum in liquidis cumuli ſancti ſunt, in aridis vero profani ſunt. R. Akiba dicit, menſuræ in liquidis ſanctæ ſunt, idcirco cumuli earum ſancti ſunt; in aridis autem profanæ ſunt, idcirco cumuli eorum profani ſunt. R. Joſe dicit, non propterea, ſed quia liquida fiunt turbida, at non arida.

R. OB. DE BARTENORA.

שהיה גודשה בתוכה *Nam cumulus illius exuperans in iſta continebatur*, nam quamvis abradebatur, tamen hæc decima menſura tantum comprehendebat quantum alia decima accumulata. Miſna hæc eſt ſecundum mentem R. Meyr, qui in principio hujus capitis dixit, decimæ decimæ in Templo erant, una raſa & altera accumulata; deciſio non eſt ſecundum ipſum.

בירוצין *Cumuli exuperantes*, idem quod גודשים *accumulationes*. *Menſurarum in liquidis accumulationes ſanctæ ſunt*, in Gemara dicitur, quod hic doctor putat menſuras in liquidis eſſe conſecratas, tam intus quam extus, idcirco vaſculi margo conſecrat cumulum exuperantem. Sed menſuræ in aridis unctæ ſunt intus, at non extus, idcirco cumuli qui locum internum & unctum non attigerunt, non conſecrati ſunt.

רבי עקיבא אומר מדת הלח קדש *R. Akiba dicit, menſura liquidorum ſancta eſt*, nam is putat quod liquidorum menſuræ ungantur intus & extus, & menſuræ aridorum profanæ ſunt quia nullatenus ungantur, propterea ſanctum ſit ſanctificatione orali id quod in iis menſuratur, homo autem ore ſanctificat id quo opus habet; at non cumulationes quibus non indiget. *R. Joſe dicit, non propterea*, nam is putat quod hæ & iſtæ menſuræ intus, & non extus unctæ ſunt; hic autem ratio eſt, quia liquida turbulenta fiunt, id ſcil. quod in fundo vaſis eſt, quando ei aliquid additum fuerit, turbatur, & miſcetur, atque ſuperius aſcendit, quomodo fit ut accumulationes exuperantes vaſis conſecrati ſint. *Siccum vero non turbatur*, ſed in ſtatu & loco ſuo manet, propterea id quod intus eſt, conſecratum eſt, non vero id quod extus eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Miſna hæc ad R. Meyr pertinet, cujus ſententia in principio hujuſce capitis extat, ſcil. decimam decimam in Sanctuario fuiſſe, unam ſcil. accumulatam, & alteram abraſam. שהיה גודשה לתוכה *nam cumulus ejus in iſta continebatur*; ſenſus eſt, quod menſuræ decimæ fortiter inculcabant, quando abradebatur ſecundum menſuram unam decimam comprehendentem, dum accumulata erat; expoſitionem rei ſuperius jam dedimus; deciſio non eſt ſecundum R. Meyr. Senſus vocis נעכר *turbulentum* hic eſt, quando liquida menſurantur, tum fiunt turbulenta, & e menſura egreditur quod in ipſa continetur, atque ſine dubio conſecratum eſt. Cæterum iſtorum doctorum controverſia tantum de ordine conſecrationis eſt, qualis hæc eſſet menſura quum oleo unctionis nonnulli ungebantur; ſed de conſequentia eorum verborum nulla eſt controverſia, uti vides.

ו כל קרבנות הציבור והיחיד טעונין נסכים חוץ

6. Omnia ſacrificia publica & privata requirunt liba-

חוץ מן הבכור והמעשר והפסח והחטאת והאשם אלא שחטאתן של מצורע ואשמו טעונין נסכים :

libamina, primogenitis, decimis, Paſchate, ſacrificio pro peccato & pro reatu exceptis. Sed ſacrificium pro peccato & reatu leproſi requirit libamina.

R. OB. DE BARTENORA.

חוץ מן הבכור וכו׳ *Excepto primogenito &c.* nam de libaminibus ſcriptum eſt Levit. 22, 21. לפלא נדר או לנדבה ergo id quod propter oblationem ſpontaneam, vel votum offertur, opus habet libaminibus, exceptis primogenitis, decimis, Paſchate, & ſacrificio pro peccato, & pro reatu, quæ non offeruntur ex debito, neque ex oblatione ſpontanea, & non requirunt libamina. Hinc intelligi poſſet quaſi debita ſacrificia propter feſtum offerenda in feſto, ut holocauſta apparitionis, & pacifica lætitiæ feſtalis, non requirant libamina, idcirco dicitur Num. 15, 3. או במועדיכם Quidquid ergo in feſtis veſtris offertur, id requirit libamina. Cæterum hirci ſacrificii pro peccato qui in feſto offeruntur ex debito, non indigent libaminibus, quia de libaminibus dicitur Num. 15, 8. וכי תעשה בן בקר ergo, בן בקר comprehenditur ſub eo quod dicitur Num. 15, 50. ועשיתם אשה hinc colligitur omnem oblationem requirere libamen, excepta oblatione quæ excludit; ſed quare excipit? ad unum comparandum cum alio, nimirum, ſicuti filius jumenti ſive juvencus propter vota & oblationes ſpontaneas deſtinatur, ita etiam ſe res habet cum omni eo quod ob votum & ſpontaneas oblationes offertur, feſtorum hircis exceptis venientibus ob expiationem peccati; nam ſacrificium expiationis pro peccato non venit ob ſpontaneas oblationes & vota, quia non requirunt libamina. *Sacrificium expiationis pro peccato & reatu leproſi requirit libamina*, quia iſta non offeruntur ratione peccati, ut cætera ſacrificia pro peccato & pro reatu. Sed ſacrificium Nazyræi non requirit libamina, quia Nazyræus eſt peccator, quemadmodum de ipſo ſcriptum eſt Num. 6, 11. מאשר חטא מן הנפש quando nimirum ſe affligit propter vinum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam diximus hujuſce Miſnæ expoſitionem in prologo ad hunc tractatum. In Gemara tituli Sotæ dixerunt rationem quamobrem ſacrificium pro peccato & pro reatu non indigeant libaminibus, ſcil. ne iſta ſacrificia ſint pulchra. Et hæc eſt ratio quare peccatoris non requirit oleum nec thus. Et quod hic dicit auctor Miſnicus quod ſacrificium pro peccato & culpa leproſi requirit libamina, ejus ratio eſt quod hoc non ab ipſo offertur propter peccatum. Sed Nazyræi ſacrificium pro peccato non obligatur ad libamina, quia dixerunt Nazyræum eſſe peccatorem, ſicuti expoſuimus in tractatu de Capitibus patrum. Hujuſce rei fundamentum eſt, quod nimirum quicquid in nomine oblationis ſpontaneæ, & voti offertur, poſtulet libamina.

ז כל קרבנות הצבור אין בהם סמיכה חוץ מן הפר הבא על כל המצות ושעיר המשתלח רבי שמעון אומר אף שעירי עכ״ום כל קרבנות היחיד טעונין סמיכה חוץ מן הבכור והמעשר והפסח והיורש סומך ומביא נסכים וממיר :

7. Nulla ſacrificia publica requirunt impoſitionem manuum, juvenco excepto qui offertur pro omnibus præceptis, & hirco emiſſario. R. Simeon dicit, etiam hirco pro idololatria offerendo manus imponuntur. Omnia ſacrificia privata requirunt manuum impoſitionem, primogenito, decimis, Paſchate exceptis. Hæres etiam manus ſuas imponat, libamina offerat, & commutet.

R. OB. DE BARTENORA.

פר הבא על כל המצות *Juvencus qui offertur pro omnibus præceptis*, pro aliquo ex omnibus præceptis, ut, ſi ſenatus docuerit aliquam pinguedinem eſſe licitam, quæ illicita erat, tum offeratur juvencus pro re que eccleſiæ occulta eſt, de hoc ſcriptum eſt Levit. 4, 15. *Et imponent ſeniores eccleſiæ manus ſuas ſuper caput juvenci*; ſed tres duntaxat e ſenioribus ſacrificio manus imponebant.

ושעיר המשתלח *Et hircus emiſſarius*, de quo ſcriptum eſt Levit. 16, 21. *Et imponet Aharon ambas manus ſuas capiti hirci vivi.* שעיר עבודה זרה *hircus pro cultu peregrino*, pro idololatria commiſſa, de quo Levit. 16, 21. Deciſio non eſt ſecundum R. Simeon. *Omnia ſacrificia privata requirunt manuum impoſitionem*, nam fundamentum impoſitionis manuum principale de ſacrificiis privatis dictum eſt Levit. 3, 2. *Et manum imponet capiti ſacrificii.*

היורש סומך *Hæres imponat manus*, ſi pater alicujus promiſerit holocauſtum, aut pacificum, ac obierit, filius pro ipſo manus imponit ſacrificio, & libamen illius addet. וממיר *& commutet*, ſi unam cum alia pecude velit mutare, commutatio locum habeat, & ambæ conſecratæ erunt, perinde ac ſi ipſe pater commutaſſet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicitur in libro Siphre quod impoſitio manuum in ſacrificiis privatis duntaxat obtineat, & hoc eſt quod ſcriptum eſt Levit. 3, 2. וסמך ידו על ראש קרבנו Quod autem hic dicit auctor; *juvencus qui pro omnibus offertur præceptis*, intelligendum eſt de juvenco pro re occulta in Lege offerendo, quia is quoque offertur pro præceptis, quemadmodum expoſuimus in codice de Documentis, licet plerumque ita vocant juvencum pro re quæ ſacerdoti uncto occulta eſt. Sed in genere etiam vocatur juvencus qui offertur pro eo quod Eccleſiæ occultum, de quo agitur Levit. 4, 15. Ad hunc locum in Siphri notant, per *Seniores eccleſiæ* ſingulares quaſdam perſonas intelligi quæ manus imponant ſacrificio, quæ numero tres ſunt, & non omnes ſeniores. Lex quoque de hirco emiſſario dicit Levit. 16, 21. וסמך אהרן את שתי ידיו על ראש השעיר Sed nos jam diximus capite quinto hujuſce tractatus quod in ſacrificiis eccleſiæ duæ tantum ſunt manuum impoſitiones; dixerunt doctores, fundamentum nobis eſt quod in publicis ſacrificiis duæ ſunt manuum impoſitiones, quas tu ex ipſa Lege agnoveris. Sed nos ex iis non concludimus ad cætera ſacrificia publica ſecundum aliquam e tredecim regulis quarum ope nos Legem explicamus, quemadmodum jura hircorum pro idololatria docemus e jure juvenci ſacerdotis uncti. Præterea dixerunt quod primogenita, decimæ quadrupedum, & Paſcha non requirunt manuum impoſitionem, quia Lex dicit, קרבנו *oblatio ejus*, intelligit igitur id quod inſtar ſacrificii iſtius fieri debet, non primogenitum, nec decimas, nec Paſcha; deciſio eſt ſecundum R. Simeon.

ח הכל סומכין חוץ מחרש שוטה וקטן סומא ועכ״ום והעבד והשליח והאשה וסמיכה שירי מצוה על הראש בשתי ידים ובמקום שסומכין שוחטין ותכף לסמיכה שחיטה :

8. Omnes manus imponere poſſunt, excepto ſurdo, ſtulto, & minorenni, cæco, gentili, ſervo, legato, & muliere. Manuum impoſitio in reliquiis præcepti fiat in capite cum ambabus manibus; mactatio quoque fiat ubi impoſitio, nam mactatio ſequitur impoſitionem manuum.

R. OB.

R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

חוץ מחרש שוטה וקטן *Excepto ſurdo, ſtulto, & minorenni*, quia ii intellectu haud præditi ſunt. *Nec cœcus*, quia de juvenco pro re in Lege occulta ab eccleſia offerendo dicit, Levit. 4, 15. וסמכו זקני העדה ubi per Seniores eccleſiæ intelligitur ſynedrium magnum, at in eo nemo erat ſenator cœcus, ſicuti in tractatu Sanhedrin oſtenditur. Idem obtinet in reliquis manuum impoſitionibus omnibus, quod ſcil. cœcus imponere nequit manus.

ונכרי *Nec gentilis*, nam ſcriptum eſt Levit. 1, 2. *Loquere ad filios Iſraëlis*, ergo Iſraëlitarum filii imponant manus, non gentilium. *Nec ſervus*, *nec legatus*, quia ibidem dicitur, *& imponet manum ſuam*, ergo non manum ſervi, nec legati. *Nec mulier*, quia filiorum, & non filiarum Iſraëlis mentio fit.

וסמיכה שירי מצוה על הראש *Et impoſitio reliquiarum præcepti fiat in capite*, expiatio quidem non eſt impedimento, ſed imputatur ei perinde ac ſi non expiaſſet ſacrificium. בשתי ידים *cum duabus manibus*, nam de hirco emiſſario ſcriptum eſt, *Et imponet Aharon ambas manus ſuas*, hinc colligimus fundamentum pro omnibus ſacrificiis, quod ſcil. ambæ manus adhiberi debeant. ובמקום שסומכין שוחטין *ubi imponunt manus, ibi etiam mactant*, nam ſi quis manus extra atrium impoſuiſſet, denuo in atrio Templi imponere debebat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Deus de ſacrificiorum prima inſtitutione Levit. 1, 2. *Loquere ad filios Iſraëlis*, hinc dixerunt Sapientes, ergo filii Iſraëlis imponunt manus, at non gentiles. Et ex eo quod dicitur, *& imponet manum ſuam*, concludunt, quod ipſius domini ſacrificii manus imponendæ ſint, & non manus ſervi, nec legati, nec mulieris ipſius. Præterea dixerunt, Lex dicit quod *filii Iſraëlis* imponent manus, ergo non filiæ Iſraëlis. Surdus vero, ſtultus, & minorennis non imponunt manus, quia non pollent intellectu. De juvenco pro re occulta offerendo ſcriptum eſt, *& ſeniores eccleſiæ imponent manus*, quæ verba in tractatu de Documentis expoſita ſunt de ſynedrio magno; at indignum erat ut in ſynedrio quiſquam eſſet ſenator cœcus, ſicuti in tractatu Sanhedrin expoſitum eſt. Colligimus porro autem manuum impoſitionem ſacrificiorum privatorum ab impoſitione manuum publicorum ſacrificiorum, nempe, quemadmodum in uno non fit per cœcum, ita nec in altero.

שירי מצוה *Reliquiæ præcepti*, hæ impoſitionem manuum deſiderant, quia abſque ea non facta eſt expiatio. De hirco emiſſario ſcriptum eſt, *& imponet Aharon ambas manus ſuas*; hinc doctores collegerunt omnis manuum impoſitionis fundamentum, quod nimirum ea ope manuum fieri debet.

ותכף לסמיכה שחיטה *Et mactatio conſequitur impoſitionem manuum*, ei juncta eſt abſque ulla temporis mora, quia dicitur, *ubi manus imponunt, ibi mactabunt*; ſi vero quis manus extra atrium templi impoſuerit, denuo imponat in loco ubi mactatum eſt, ut manus impoſitio cum mactatione conjungatur, ne alia actio inter utramque intercedat, uti Lex præſcribit.

ט חומר בסמיכה מבתנופה ובתנופה מבסמיכה שאחד מניף לכל החברים ואין אחד סומך לכל החברים וחומר בתנופה שהתנופה נוהגת בקרבנות היחיד ובקרבנות הצבור בחיים ובשחוטין בדבר שיש בו רוח חיים ובדבר שאין בו רוח חיים מה שאין כן בסמיכה:

9. Impoſitio manuum in quibuſdam gravior eſt agitatione, & contra; nam unica agitatio ſufficit pro omnibus ſociis, ſed unus nequit imponere manus pro omnibus ſociis. Nec quicquam gravioris momenti in agitatione continetur, quia agitatio in ſacrificiis privatis & in publicis obtinet, tam in vivis quam in mactatis, tam in animatis quam non animatis, quod non ita eſt in manuum impoſitione.

R. OB. DE BARTENORA.

שאחד מניף לכל חברים *Nam unus agitare poteſt pro omnibus ſociis*, quando in ſocietate aliqua conjuncti ſunt ad ſacrificium ſpontaneum quoddam vovendum, nam omnia ſacrificia ſpontanea in ſocietate offerri poſſunt, & unus agitat pro cæteris omnibus, ſed hi omnes ſimul in ſocietate nequeunt agitare, quia inter unius atque alterius manum & ſacrificium eſt interſtitium. Quod autem ſacerdos ſuam manum ponat ſub manu domini ſacrificii, atque ita agitatio fiat, dominique manus interſtitium aliquod faciat, id nihil refert, quia fundamentum agitationis ſitum eſt in domino. *Agitatio obtinet in ſacrificio privato*, in pectore, & armo pacifico. *Et in ſacrificiis publicis*, in duobus agnis feſti Hebdomadalium, qui vel vivi vel mactati requirunt agitationem. *Et in animatis*, in ſacrificio ex animantibus deſumpto. *Et non animatis*, in panibus ſacrificii euchariſtici, & Nazyræi

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia hæc clara ſunt, & nos hæc fundamenta in hoc tractatu jam expoſuimus. Præterea ſcias quod nonnulla munera requirunt agitationem, etſi non conſtent ex animantibus.

פרק י רבי ישמעאל אומר העומר היה בא בשבת משלש סאין ובחול מחמש וחכמים אומרים אחד בשבת ואחד בחול משלש היה בא רבי חנניה סגן הכהנים אומר בשבת היה נקצר ביחיד ובמגל אחד ובקופה אחת ובחול בשלשה ובשלש קופות ובשלש מגלות וחכמים אומרים אחד בשבת ואחד בחול בשלשה ובשלש קופות ובשלש מגלות:

Caput 10. R. Iſmaël dicit, manipulus trium Satorum in Sabbato offerebatur, & in die profano quinque; Sapientes dicunt tam in Sabbato quam die profano offerebatur e tribus ſatis. R. Chanania ſacerdotum princeps dicit, in Sabbato eum metebat privatus ope unius falcis & unius caniſtri, ſed die profano tres metebant, cum tribus caniſtris & totidem falcibus. Sapientes vero dicunt, tam in Sabbato quam die profano tres metebant cum tribus caniſtris & totidem falcibus.

R. OB. DE BARTENORA.

רבי ישמעאל אומר העומר היה בא בשבת *R. Iſmaël dicit, manipulus veniebat in Sabbato*, quum decimus ſextus dies menſis Niſan in Sabbatum incideret, tum manipulus meſſis jura Sabbati propellere poterat, omne enim ſacrificium fixum tempus habens propellere poteſt quietem Sabbaticam, & immunditiem. Manipulus vero tria comprehendebat Sata, nam trium Satorum hordeum metebant, idque cribrabant donec decimam conficeret electiſſimæ farinæ. *Et die profano*, ſi decimus ſextus dies menſis Niſan in diem profanum inciderit, manipulum metebant quinque Satorum, quia R.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Manipulus decima ſexta nocte menſis Niſan duntaxat metebatur, ſicuti expoſitum eſt aliquoties in tractatu de Sabbato. Sic etiam dictum eſt quod omnia præcepta fixum aliquod tempus habentia Sabbatum & immunditiem deſtruere poſſint. Ratio vero quare manipulus a tribus demeti debeat, hæc eſt, ut opus illius cito abſolvatur; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

Iſmaël putat quod decima electa abſque multa opera, cum ea non multum cribrata ſit, quinque Sata conficiat; ſi vero in cribrando multum operis adhibeatur, e tribus Satis conſtet, & die profano offeratur quinque Satorum, nam ita melius habet, quia de quolibet Sato aliquantulum ſimilæ minutæ cribrant, quod electiſſimum eſt, deinde e quinque Satis decimam educunt. Die Sabbato offerebant tria Sata, quia melius habet ut multiplicet in uno opere, & tria Sata aliquoties cribret, at non multiplicet multa opera, ſcil. ut metat, purificet, & cribret plus quam duo Sata; deciſio non eſt ſecundum R. Iſmaël. *Tribus* ſcil. hominibus. *Et tribus caniſtris tribuſque falcibus*, ad negotium de manipulo demetendo publicandum, id fieri ſolebat decimo quinto die menſis Niſan, propter Sadducæos, dicentes manipulum primo die ſeptimanæ duntaxat demeti.

ב מצות העומר לבא מן הקרוב לא ביכר הקרוב לירושלם מביאים אותו מכל מקום מעשה שבא מגנות צריפין ושתי הלחם מבקעת עין סוכר :

2. Præceptum de manipulo vult ut is de proventu proximo metatur, ſi vero is qui Jeruſolymæ proximus eſt, nondum maturuerit, e quovis loco eum adducant. Contigit aliquando ut is ex *hortis Zeriphim* adductus fuerit, & duo panes e valle *En Socher*.

R. OB. DE BARTENORA.

מצות העומר לבא מן הקרוב *Præceptum de manipulo vult ut e loco proximo adducatur*, e loco Jeruſolymæ vicino, quia non tranſgrediuntur præcepta, idcirco quando Jeruſolymam ſe contulerint ad manipulum demetendum, proventus eligendus eſt ipſis magis propinquus. לא ביכר *ſi non maturuerit*, ſi non tantum maturuerit quantum neceſſe eſt. *Horti Zeriphim, & En Zocher*, hæc loca procul a Jeruſolymis diſtabant, & eo uſque progrediebantur, quia tunc temporis loca vicina ab hoſtibus deſtructa erant.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hypotheſis nobis eſt quod non tranſgrediuntur præcepta, nimirum ſi quis uni præcepto operam det, non intermittat illud ut alterum peragat. Et hoc reſpectu manipulus adducatur e loco Jeruſolymæ proximo, ne intermittat id quod præcepto dignius eſt, & ſe conferat ad aliud minus dignum, quia tum ab uno præcepto ſe ad alterum confert, at hoc non licitum eſt.

ג כיצד היו עושים שלוחי בית דין יוצאים מערב יום טוב ועושין אותו כריכות במחובר לקרקע כדי שיהא נוח לקצור וכל העיירות הסמוכות לשם מתכנסות לשם כדי שיהא נקצר בעסק גדול כיון שחשכה אומר להם בא השמש אומרים הין בא השמש אומרים הין מגל זו אומרים הין מגל זו אומרים הין קופה זו אומרים הין קופה זו אומרים הין בשבת אומר להם שבת זו אומרים הין שבת זו אומרים הין אקצור והם אומרים לו קצור אקצור והם אומרים לו קצור שלשה פעמים על כל דבר ודבר והם אומרים לו הין הין הין כל כך למה מפני הביתוסים שהיו אומרים אין קצירת העומר במוצאי יום טוב :

3. Quomodo faciebant? legati Synedrii veſperi ante diem feſtum exibant, & faſciculos colligebant ex eo quod terræ infixum erat, ut eo facilius demeti poſſet manipulus. Omnibus vero in urbibus vicinis congregabantur incolæ, ut res eo magis inclareſceret. Nocte adveniente nonnemo dicebat, *occiditne ſol?* & alii reſpondebant, *ita*; (iterum) *occiditne ſol?* reſpondebant, *ita*. Porro, *an hac falce? ita*; *an hac falce? ita*. *An hocce caniſtro? ita*; *an hocce caniſtro? ita*. Die Sabbati rogabat, *an hoc Sabbato? ita*; *an hoc Sabbato? ita*. Præterea; *an metam? mete*; *an metam? mete*. Ter enim in quolibet opere rogabat, & ter reſpondebant, *ita, ita, ita*. Quorſum hæc? Propter Baitoſæos, dicentes die feſto exeunte non eſſe manipuli meſſem.

R. OB. DE BARTENORA.

ועושים אותו כריכות *Et conficiebant eum* (manipulum) *in faſciculos*, flectebant & ligabant ſpicas pugilli quantitatem conficientes. מתכנסות *congregabantur*, tranſacto die feſto quando manipulum congregabant.

כדי שיהא נקצר בעסק גדול *Ut is magno cum ſtudio demeteretur*, magna adſtante caterva, ut Sadducæi cognoſcerent quod eum die feſto tranſacto metebant, illi enim hoc negabant. אומר להן *dicebat illis*, qui meteret manipulum dicebat urbanis qui illic aderant, *an ſol occidit*? & ii reſpondebant, dicentes *ita*. מגל זה *an hac falce*? id eſt an hac falce metam proventum? קופה זו *an hocce caniſtro*? an in hoc caniſtro colligam proventum? שבת זו *an hoc Sabbato*, an hoc Sabbato metam? alii reſpondebant, *ita*.

כל כך למה *Quorſum hæc*? quorſum hæc omnia interrogabat? ob Baitoſæos & Sadducæos qui dicebant manipuli meſſem non fieri in exitu diei feſti, ſed in exitu Sabbati, quia ſcriptum eſt Levit. 23, 15. וספרתם לכם ממחרת השבת ubi per Sabbatum intelligunt iſtud quod in principio creationis inſtitutum eſt. Sed nos a patribus noſtris accepimus iſtum locum de ſecundo die feſti Paſchatis intelligendum eſſe, ſive iſte dies in feſtum, ſive in profeſtum inciderit. Ita enim invenimus in libro Joſuæ 5, 11. *Et comederunt de proventu terræ a mane Paſchatis azymum & toſtum*, & Levit. 23, 14. *Panem, & toſtum, atque immaturum non comedetis uſque in hodiernum diem*. Et quoniam permiſſio proventus dependet ab altero die Paſchatis, & iſte dies meſſem manipuli reddit licitam, ſive iſte dies in Sabbatum ſive in diem profeſtum inciderit. Propterea meſſores alta voce clamabant ut Baitoſæi audirent negotium peragi, & ab opinione ſua deſiſterent.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Lex de manipuli agitatione Levit. 23, 12. ממחרת השבת ינופנו הכהן Cæterum ſententiam Sadducæorum & Baitoſæorum in principio tractatus de patrum Sententiis jam expoſuimus; ii namque credunt Sabbatum memoratum eſſe Sabbatum cujus mentio facta eſt in principio Geneſios, & manipuli meſſim fieri debere iſto egrediente Sabbato, oblationem vero neceſſario die primo ſeptimanæ, quemadmodum Cutæi aliique hæretici in hodiernum uſque diem ſtatuunt. Sapientes autem noſtri dixerunt id quod hoc loco dicitur ממחרת השבת *mane Sabbati*, intelligendum eſſe de ſecundo die poſt feſtum, & quod die primo feſti Paſchatis tranſacto manipulus meti debeat. Lex vero Levit. 23, 15. dicit וספרתם לכם ממחרת השבת & poſtea addit, תמימים תהיינה *perfecti erunt*, at non erunt perfecti niſi quis inceperit computare inde a principio noctis, quia dies incipit a principio noctis; præterea dicit Deut. 16, 9. *Quando falx in meſſe incipit, incipies computare*, hinc probatur meſſem manipuli fieri nocte, quemadmodum Traditione accepimus.

Præ-

Præterea die, & non nocte demeti debebat manipulus, quia ſcriptum eſt Levit. 23, 15. *Et ſeptem ſeptimanæ erunt integræ*, ſed integræ eſſe nequeunt niſi a principio noctis numerare incipiant, quia nox diei principium eſt. Et quia Deut. 16, 9. ſcriptum eſt, *Quando falcem in meſſem immittere incipiunt*, *tum incipies numerare*, idcirco meſſis communis nocte diei ſeptimi demeti ſolet, a quo numerare incipiunt.

ד קצרוהו ונתנוהו בקופות הביאוהו לעזרה היו מהבהבין אותו באור כדי לקיים בו מצות קלי דברי רבי מאיר וחכמים אומרים בקנים ובקליחות חובטים אותו כדי שלא יתמעך נתנוהו לאבוב ואבוב היה מנוקב כדי שיהא האור שולט בכולו שטחוהו בעזרה והרוח מנשבת בו נתנוהו בריחיים של גרוסות והוציאו ממנו עשרון שהוא מנופה בשלש עשרה נפה והשאר נפדה ונאכל לכל אדם וחייב בחלה ופטור מן המעשרות רבי עקיבא מחייב בחלה ובמעשרות בא לו לעשרון ונתן שמנו ולבונתו יצק ובלל הניף והגיש וקמץ והקטיר והשאר נאכל לכהנים :

4. Demetebant ipſum atque in caniſtra reponebant, deinde ad atrium Templi ferebant, ubi ipſum ad ignem torrebant, ad præceptum de toſto de ipſo adimplendum, ſunt verba R. Meyri. Sapientes vero dicunt, cannis trunciſque eum percutiebant ne comminueretur. Poſtea imponebatur vaſi *Avubh*, quod perforatum erat ut ignis undique penetrare poſſet, & ventus ignem afflare quum in atrium expanſus eſſet. Tandem molæ indebatur fabariæ, atque inde decimam educebant cribratam tredecim cribris; reliquum vero redimebatur, & ab unoquoque comedebatur, & placentæ obnoxium erat, ſed immune a decimis. R. Akiba dicit, placentæ & decimis obnoxium erat. His peractis decima miſcebatur cum oleo & thure, atque poſtea ei affundebatur, convolvebatur, agitabatur, adducebatur, pugillo colligebatur, & comburebatur; reliquum vero a ſacerdotibus comedebatur.

R. OB. DE BARTENORA.

מהבהבים אותו באור *Adurebant eum ad ignem*, dum adhuc erat in ſpicis, ad implendum præceptum de toſto, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 2, 14. אביב קלוי באש quæ verba de munere manipuli intelligenda ſunt. Sapientes ſtatuunt quod prius manipulum decutiebant, ſed non ut proventum ſiccum quem ope baculi percutiebant, verum cannis virentibus trunciſque braſſicæ, ne comprimeretur; poſtea vero præceptum torrendi in ipſo implebatur.

נתנוהו באבוב *Reponebant eum in vas Abubh*, Sapientes enim ſtatuunt quod ſi eum proprie ſuper ignem torruiſſet, non vocetur toſtum quid, quia nihil vocatur toſtum niſi id fiat aliqua re mediante, ſcil. mediante vaſe quodam Abubh, quod æneum eſt, & undique perforatum, in quo torreri debet; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

בריחיים של גרוסות *In molis fabaceis*, quæ molæ non tam minute, ſed craſſe molunt, nam ſi manipuli ſpicæ multum molitæ fuiſſent, furfures una cum farina penetraſſent cribrum. גרוסות notat fabarum commolitionem.

וחייב בחלה *Et tenetur ad placentam*, nam debitum de placenta ſeparanda in maſſa obtinet, at hujus maſſæ ſubactio eſt in poteſtate idiotæ, poſtquam eam redemerit. ופטור מן המעשרות *ſed liber eſt a decimis*, quia manipuli ventilatio ſive purificatio erat in poteſtate ſancta, at vero id quod in ſancta poteſtate purificatur, id a decimis liberum eſt. R. Akiba dicit farinam de manipulo reliquam obligari ad placentam & decimas; quia pecunia ſancta tantum data eſt ad emendum ea farinæ decimam; reliquum vero non cenſetur conſecratum, idcirco purificatio non peracta eſt in ſanctitate; deciſio non eſt ſecundum R. Akibam. *Commiſcebatur oleum ipſius & thus*, antequam ſimila addita fuiſſet. *Affundebat & convolvebat*, poſtquam addidiſſet ſimilam, ſicuti fit in omnibus muneribus, ubi oleum prius in vas immittitur, deinde ſimila, & tum affunditur oleum, atque omnia ſubiguntur. *Agitabat adducebatque*, quia munus manipuli agitari atque adduci debet, ſicuti diximus capite quinto.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Habemus expoſitionem traditione receptam de qua nulla eſt controverſia, nam id quod ſcriptum eſt Levit. 2, 14. כי תקריב מנחת בכורים ליהוה innuit munus manipuli, & particula אם *ſi*, non ſpontanea eſt, ſed obligationem comprehendit, ſenſus eſt, quum nonnemo adducit primitiarum munus, id conſtare debet e ſpicis virentibus ad ignem toſtis. R. Meyr dicit, quod non debet eſſe toſtum, ſed ignem attingere, idcirco dicit, quod ad ignem aduri debeant ſpicæ. Sapientes ſtatuunt ſpicas ad ignem non eſſe adhibendas antequam trituratæ ſint, quia tum hument; ſed quando trituratæ fuerint, diſſolutæ ſunt, idcirco poſt triturationem in vaſe aliquo eas torrent, quod perforatum eſt & אבוב vocatur. R. Akiba dicit, etſi omnes ſpicæ demeſſæ ſint, tamen meſſis iſtius ſcopum eſſe de manipulo, & propterea reliquias obligari ad decimas. Sapientes dicunt, quandoquidem opera manipuli perfecta ſunt, & is ſecundum quantitatem ſuam æſtimatur, non obligatur ad decimas, ſicuti in libro de Seminibus aliquoties expoſuimus.

ונתן שמנו ולבונתו *Et oleum ipſius atque thus commiſcebat*, die duntaxat, nempe decimo ſexto menſis Niſan. Scias autem huncce manipulum conſtare ex hordeo, uti diximus aliquoties, quod ex Lege elici poteſt. Porro manipulus *munus primitiarum* vocatur, & duo panes etiam vocantur *primitiæ*, atque hoc exponitur per id quod dicitur, *primitiæ meſſis tritici*, hinc enim colligitur quod primitiæ priores in menſe Niſan adducendæ, ſint primitiæ hordeaceæ; & hæc Traditione accepimus; deciſio non eſt ſecundum R. Meyr, nec ſecundum R. Akibam.

ה משקרב העומר יוצאין ומוצאין שוק ירושלם שהוא מלא קמח וקלי שלא ברצון חכמים דברי רבי מאיר רבי יהודה אומר ברצון חכמים היו עושים משקרב העומר הותר החדש מיד והרחוקים מותרים מחצות היום ולהלן משחרב בית המקדש התקין רבן יוחנן בן זכאי שיהא יום הניף כולו אסור אמר רבי יהודה

5. Quando adducebant manipulum, egrediebantur & inveniebant plateam Jeruſolymæ farina & toſtis plenam eſſe, vel ipſis Sapientibus invitis, ita R. Meyr. Sed R. Jehuda dicit, conſenſu Sapientum id fiebat. Quum manipulus oblatus eſſet, ſtatim proventus novus erat licitus; qui procul diſſitus erat, is licitus erat a meridie & deinceps. Templo deſtructo decrevit Rabban Jochanan filius Zachai ut dies agitationis totus prohibitus eſſet. Dixit R. Jehuda, certe ex Lege prohibitus eſt, ſicuti dicitur

יהודה והלא מן התורה הוא אסור שנאמר עד עצם היום הזה מפני מה הרחוקים מותרים מחצות היום ולהלן מפני שהן יודעין שאין בית דין מתעצלים בו:

Levit. 23, 14. *Uſque in hodiernum diem.* Quare ii qui procul diſſiti erant, liciti erant a meridie & deinceps? quia iſti ſciebant ſynedrium in hoc negotio non pigrum fore.

R. OB. DE BARTENORA.

שלא ברצון חכמים *Invitis Sapientibus*, nam illi decreverunt, ne quis de novo comedat proventu, quando meſſuerit ante manipuli oblationem, cum hæc jam ſit farina indubitata e proventu ante manipulum meſſo. ברצון חכמים *cum conſenſu Sapientum*, cum illi nihil decreverint de eo qui comederit quando meſſus fuerit manipulus; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam.

הרחוקים *Longinqui*, qui neſciebant an manipulus jam oblatus eſſet necne, ii de proventu novo edere poterant a meridie & deinceps, ob rationem inferius dictam. יום הנף *dies agitationis*, qui erat decimus ſextus dies menſis Niſan, quo agitabant manipulum, eo inquam prohibitum erat de proventu novo comedere. *Dixit R. Jehuda*, ad doctorem Miſnæ dixit, quid eſt quod Rabban Jochanan filius Zachæi inſtituit? utique e Lege prohibitum eſt Templo deſtructo, duo enim loci id teſtantur, quorum unus dicit Levit. 23, 14. *Uſque in hunc ipſum diem*, unde colligitur quod ipſe dies totus eſt prohibitus, cum particula *uſque* ſit incluſiva; alter locus Levit. 23, 14. dicit, *donec vos obtuleritis oblationem Dei veſtri:* hinc colligitur quod poſt oblationem manipuli licet de novo comedere, quomodo hæc intelligenda ſunt? unum intelligendum eſt de tempore quo erat Templum, alterum vero quo non erat; idcirco a templo deſtructo dum non offerebatur manipulus, toto die decimo ſexto ex Lege agitatio illius prohibita erat. Sed in Gemara reſpondent id quod in Miſna hic dicitur, *inſtituit Rabban Jochanan filius Zachæi ut dies agitationis totus eſſet prohibitus*, non intelligendum eſſe quaſi inſtituerit vel ſanciverit, ſed quod hæc Legis loca publice expoſuerit, docueritque deciſionem juris eſſe, quod Templo deſtructo ex Lege prohibitum ſit toto agitationis die comedere de proventu novo. Nonnemo in Gemara expoſuit quod ex Lege non prohibitum ſit decimo ſexto die menſis Niſan Templo deſtructo, niſi donec aurora diei decimi ſexti in oriente illuxerit, ſicuti ſcriptum eſt, *uſque in ipſum diem*, quia vocula *uſque* non eſt incluſiva. Sed Rabban Jochanan filius Zachæi inſtituit totum agitationis diem prohibitum eſſe, quia ſimulac Templum denuo exſtructum fuerit, dicere poterunt, anno præterito comedimus quum aurora in oriente illucebat, propterea nunc etiam eo tempore comedemus, neſcientes quod ſtante Templo prohibitum erat de novo proventu comedere, niſi donec manipulus oblatus fuiſſet, quemadmodum ſcriptum eſt, *donec obtuleritis oblationem Deo veſtro*; ita quoque expoſuimus capite tertio tractatus de Tabernaculis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Meyr dicit quod cum toſto & farina non licet in publicum prodire antequam manipulus oblatus fuerit, ne quis comedat ante manipuli oblationem, idcirco dixit, *invitis Sapientibus.* Sed R. Jehuda hæc non curat, idcirco dicit, *cum Sapientum conſenſu*; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam. Dicit Lex de prohibitione proventus novi Levit. 23, 14. עד עצם היום הזה & ibidem dicit עד הביאכם את קרבן אלהיכם ſtante Templo non prohibitus erat niſi ante manipuli oblationem, & poſtquam manipulus oblatus fuiſſet, ſtatim novum proventum comedere licebat; qui vero procul Jeruſolyma diſſiti erant, ii poſt meridiem & deinceps comedere potuerunt decimo ſexto die, quia ipſis indubitatum erat eo momento manipulum jam oblatum eſſe, ſicuti auctor Miſnicus dicit, *nam ii ſciebant Synedrium in hoc non cunctari.* Propterea nonnulli erant conſtituti qui meridiem Jeruſolymæ obſervabant iſto die, & non meridiem aliorum locorum, quia ſerius vel maturius advenire potuiſſet; nam ſecundum regulas aſtronomicas notum eſt, tempus reſpectu locorum differre. Templo autem deſtructo per totum agitationis manipuli diem proventus eſt prohibitus, ſcil. per totum decimum ſextum diem menſis Niſan, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 23, 14. *Uſque in hunc ipſum diem.* Sed nos tenemus quod vocula עד *uſque* ſit incluſiva; & nemo eſt qui hac in parte Rabban Jochanan filio Zachæi contradicat. Cæterum quod auctor dixit, התקין *inſtituit*, ejus ſenſus eſt quod diſcipulos ſuos hanc doctrinam ore traditam docuit, quæ & ab omnibus accepta fuit, quo fides ipſius atque auctoritas magis auctæ fuerunt. Propterea rogarunt, quid inſtituit? reſp. expoſuit & inſtituit. R. Jehuda putat ex Lege licitum eſſe, niſi quod prohibitio illius ex decretis Sapientum obtineat, propterea dicit, *certe ex Lege prohibitus eſt*; ſed non eſt deciſio ſecundum ipſius mentem. Omnes enim in hoc conveniunt, quod ſtante Templo totus dies ex Lege prohibitus ſit.

ו העומר היה מתיר במדינה ושתי הלחם במקדש אין מביאים מנחות ובכורים ומנחת בהמה קודם לעומר ואם הביא פסול קודם לשתי הלחם לא יביא ואם הביא כשר:

6. Manipulus in provincia permittebat, & duo panes in Templo. Non adducebantur munera, nec primitiæ, nec animantium munera ante manipulum, ſi vero quis adduxiſſet, male habebat. Ante panes non adducebant, ſi vero quis adduxiſſet, bene habebat.

R. OB. DE BARTENORA.

העומר היה מתיר במדינה *Manipulus permittebat in provincia*, dabat licentiam comedendi novum proventum ubique locorum. ושתי הלחם במקדש *& duo panes in Templo*, nam ante duos panes oblatos, non adducebat quiſquiam munus de proventu novo, quia de duobus panibus ſcriptum eſt, מנחה חדשה *munus novum*, nempe quod hoc omnium munerum noviſſimum ſit.

ומנחת הבהמה *Nec animantium munus*, munus libaminum quod una cum ſacrificio pecudum offerebatur; ſi vero quis ante manipuli oblationem adduxiſſet, male fecerat; quia novus proventus non erat licitus in genere ſuo, neque pro idiota. Sed ante duos panes nihil adducendum erat, ſi vero adduxiſſet quicquam, bene habebat, quia in genere jam permiſſum erat unicuique.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

היה מתיר במדינה *Permittebat in provincia*, ſenſus eſt quod manipuli oblatio efficiebat ut omnis proventus novus ubique locorum comedi poſſet; & hoc ex Lege, uti diximus. ושתי הלחם במקדש *& duo panes in Sanctuario*, nempe, permittebat manipulus adductionem novi proventus qui ad Sanctuarium deferebatur, nam duobus panibus oblatis, omnia munerum genera adducere licebat; ſed antea non licebat de induſtria adducere munus novum, quia de duobus panibus dicitur מנחה חדשה Quod autem dicat auctor, ſi tranſgreſſus fuerit & ante manipulum adduxerit, male habet, ſi vero ante duos panes adduxerit, bene habet, ejus hæc eſt ratio, quod nulli homini licet ante manipuli meſſem quicquam metere, ſicuti exponetur, ſed poſt manipuli meſſem omni homini licet metere quicquid voluerit.

ז החיטים והשעורים והכוסמים ושבולת שועל והשיפון

7. Triticum, hordeum, ſpelta, avena, & ſecale

והשיפון חייבין בחלה ומצטרפים זה עם זה ואסורים בחדש מלפני הפסח ומלקצור מלפני העומר ואם השרישו קודם לעומר העומר מתירם ואם לאו אסורים עד שיבא עומר הבא:

le ad placentam obligata ſunt, & inter ſe conjunguntur, atque ante Paſcha prohibita ſunt ob nova, & ob meſſem ante manipulum. Si vero radices egerint ante manipulum, manipulus ea permittit, ſin minus, prohibita ſunt donec veniat manipulus futurus.

R. OB. DE BARTENORA.

ומצטרפין זה עם זה *Et conjunguntur inter ſe*, ad maſſæ quantitatem implendam quæ ad placentam obligatur, ſed hæc omnia non ſimul conjunguntur, quia diverſæ ſpecies non conjunguntur, niſi quod triticum duntaxat cum ſpelta conjungitur, cum unius ſint ſpeciei. Hordei vero ſpecies inter ſe conjunguntur omnes, tritico excepto. Et quamvis ſpelta ſit tritici ſpecies, tamen proprie non eſt tritici ſpecies, ſed hordei & tritici ſimul, quo ſenſu ea cum tritico conjungitur & cum hordeo, ſed e Talmude Jeruſolymitano liquet ea ſimul conflari poſſe, licet diverſæ ſint ſpecies; at ſi non ſimul ſubactæ fuerint, ſed poſtea maſſæ inter ſe conflatæ fuerint, tum ejuſdem ſpeciei maſſæ conflari poſſunt, at non diverſæ.

ואסורין בחדש *Et prohibita ſunt ob novum*, quemadmodum ſcriptum eſt Levit. 23, 14. *Panem & toſtum non comedetis*, iſtum panem colligimus e pane Paſchali, nempe, quemadmodum unus e quinque proventus ſpeciebus conficitur, ſic etiam alter. מלקצור לפני העומר & *ne metantur ante manipulum*, nam ante manipuli meſſem non licet ullam e quinque proventuum ſpeciebus metere, quia de manipulo ſcriptum eſt, *principium meſſis veſtræ*, ſit ergo manipuli meſſis totius proventus demetendi prima; porro quoque vox *principium* exponitur ex eo quod de Placenta dicitur, *principium maſſarum veſtrarum*, quemadmodum ergo principium maſſarum e quinque proventus ſpeciebus conſtat, ita quoque principium meſſis manipuli e totidem ſpeciebus. Si vero una e quinque ſpeciebus ante manipuli meſſem radices egerit, manipulus permittit eas, & poſt manipuli meſſem eas licet demetere, ſicuti ſcriptum eſt Exod. 23, 16. אשר תזרע בשדה ſcil. poſtquam in agro ſata fuerit, & radices egerit iſta ſpecies. *Sin minus*, ſi proventus non egerit radices niſi poſt manipuli meſſem, tum is prohibitus eſt, uſque dum futuri anni manipulus offeratur.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Jam aliquoties expoſuimus quod כוסמין notet triticum ſylveſtre; & שבולת שועל atque שיפון eſſe duas hordei diverſas ſpecies. Præterea in tractatu de Placenta jam expoſuimus haſce duas eſſe duntaxat panis ſpecies, & conjungi inter ſe ut omnes ſint in placentæ quantitate; & Levit. 23, 14. ולחם וקלי וכרמל לא תאכלו ſicuti de placenta dicitur Num. 15, 19. והיה באכלכם מלחם הארץ in libro Siphri dicitur, Lex dicit, *principium meſſis veſtræ*, ad docendum quod manipulus totius meſſis primus eſſe debet, idcirco ante meſſem manipuli nihil de quinque proventuum ſpeciebus metere licet; & hoc eſt quod auctor intendit quando dicit, ואם השריש קודם לעומר העומר מתיר *ſi vero radices egerit ante manipulum, manipulus permittit*, nam poſt manipuli meſſem licet demetere proventum. Si vero grana aliqua per terram diſperſa fuerint dum meſſis manipuli erat, atque iſta grana in terra non egerint radices, at poſtea radices egerint, ea demetere non licet niſi donec anni futuri manipulum ſecuta fuerint. Sed hæc Miſna etiam expoſita eſt in tractatu de Placenta.

ח קוצרים בבית השלחים שבעמקים אבל לא גודשים אנשי יריחו קוצרים ברצון חכמים וגודשים שלא ברצון חכמים ולא מיחו בידם חכמים קוצר לשחת ומאכיל לבהמה אמר רבי יהודה אימתי בזמן שהתחיל עד שלא הביאה שליש ר' שמעון אומר אף יקצור ויאכיל (ש"ס) אף משהביאה שליש:

8. Demetunt agrum ſiticuloſum in valle, ſed non metas erigunt. Jerichontini metebant cum licentia Sapientum, ſed ipſis invitis metam erigebant; attamen Sapientes ipſis non prohibuerunt. Demetere licet ut animantibus pabulum præbeat; dixit R. Jehuda, quando? quum nondum tertia ex parte maturuerit. R. Simeon dicit, etiam demetat & pabulum præbeat etſi tertia ex parte maturuerit.

R. OB. DE BARTENORA.

קוצרים בית השלחים שבעמקים *Demetunt agrum ſiticuloſum in valle*, cujus agri fructus non valet, e quo non adducitur manipulus. In Beraita notant quod Levit. 23, 10. dicatur, *Et metetis meſſem & adducetis manipulum*, unde conſtare poſſet quaſi ante manipuli meſſem poſſet meti proventus; & Levit. 23, 10. dicitur, *principium meſſis veſtræ*, unde colligitur manipuli meſſem eſſe totius meſſis primam; at quomodo? hoc ſenſu, in loco ex quo manipulus adduci poteſt, non metes ante manipuli meſſem, ſed in loco ex quo nequit adduci manipulus, uti eſt ager ſiticuloſus in vallibus, cujus fructus non valent, ante manipulum metere potes.

אבל לא גודשין *Sed non erigunt frumenti metam*, ad cumulos faciendos, quia mutatio inſtituenda eſt, quanta fieri poſſit. *Jerichontini*, hi agros ſiticuloſos habebant. קוצר לשחת *ſi in pabulum meſſuerit*, licet ante manipuli meſſem in pabulum metere, idque beſtiis comedendum proponere. *Quando incepit*, metere pro pecude antequam tertia pars ſegetis perfecte maturuerit, etiam poſtquam ultima tertia maturuerit, metere poteſt. *R. Simeon dicit, etiam metet, & comedendum dabit*, incipiet pabulum metere ac pecudi comedendum dare poſtquam tertia frumenti pars maturuerit, quicquid enim metitur in pabulum, id non cenſetur meſſis; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam, qui primi doctoris verba declaravit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Lex Levit. 23, 10. *Et metetis meſſem &c.* igitur ex eo quod dicit *metetis*, colligimus quod ante manipuli meſſem non liceat quicquam demetere. Et ex eo quod Levit. 23, 10. dicitur, *principium meſſis veſtræ*, colligitur quod ante manipulum nihil demetitur, ad hæc duo repugnantia loca concilianda, dixerunt, in loco unde adducis, non metes, ſed in loco unde non adducis, metes. Et quia manipulus ex agro ſiticuloſo non debet adduci, uti capite octavo expoſitum eſt, idcirco loca iſta conſeri poſſunt ante manipuli meſſem, ſed proventum triturare non licet ante manipuli oblationem, & hoc eſt quod auctor intendit dum dicit, אבל לא גודשין *ſed frumenti metam non erigunt*.

עד שלא הביאה שליש *Donec nondum tertia ex parte maturuerit*, nempe, quando ultima pars tertia frumenti nondum maturuit; cæterum R. Jehuda primi Miſnæ verba declarat, propterea deciſio non eſt ſecundum ſententiam R. Simeonis.

ט קוצרים מפני הנטיעות מפני בית האבל מפני ביטול בית המדרש לא יעשה אותן כרוכות אבל מניחן

9. Metunt propter plantas ob domum luctus, & hoc propter Scholæ intermiſſionem. Non colliget in faſciculos, ſed in faſciculis minutis relinquet. Manipuli

120551

מניחן צבתים מצות העומר לבא מן הקמה לא מצא יביא מן העומרים מצותו לבא מן הלח לא מצא יביא מן היבש מצותו לקצור בלילה נקצר ביום כשר ודוחה את השבת :

nipuli præceptum eſt ut is e ſegete offeratur; ſi vero talem non invenerit, e manipulis offerat. Præceptum porro illius hoc eſt ut is ex humido adducatur, at ſi talis non inventus fuerit, e ſicco adducatur; & præceptum ipſius vult ut nocte metatur, ſi vero die meſſus fuerit, bene habet, & Sabbatum propellit.

R. OB. DE BARTENORA.

קוצרים *Metunt*, ante manipulum. מפני הנטיעות *ob plantas*, ne iis noceant, nam proventus iſte non valet ad manipulum, quemadmodum dictum eſt capite octavo, *non adducunt eum ex agro ſiticuloſo neque ex arboreto.* Supra autem diximus, in loco e quo non licet adducere, metas. Alia expoſitio, *ob plantas*, id eſt, ob mixturas, nam aliquando homines ferunt proventum ubi non ſunt plantæ, at poſtea illic creſcunt ſponte, idcirco ſemina demeti debent propter mixturam. *Propter domum luctus*, ſi non ſit locus ad benedictionem publice dicendam, quam in domo luctus dicunt. *Propter Scholam*, ſi non fuerit locus ubi diſcipuli ſedeant; omnium vero ratio eſt, quia meſſis præcepti eſt; at Lex dicit, *principium meſſis veſtræ*, id eſt, ut manipulus ſit principium meſſis veſtræ ſpontaneæ, & non principium meſſis præcepti, de qua hic actum eſt. כריכות notat faſciculos colligatos. צבתים notat faſciculos parvos. *Meſſis*, quæ ſcil. in nomine ſuo facta eſt. *Si non inveniatur*, quia omnis proventus jam demeſſus erat. מן הלח *ex humido*, ex recenti & tenero. לקצור בלילה *ut nocte metatur*, quemadmodum in principio hujuſce capitis jam collegimus ex eo quod dicitur Deut. 16, 9. מהחל חרמש בקמה תחל לספור ergo ab iſto momento quo numerare inceperis, metes, at enumeratio a nocte incipiat neceſſe eſt, quia Levit. 23, 15. ſcriptum eſt שבע שבתות תמימות

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מפני הנטיעות *Propter plantas*, puta in tempore meſſis, ut meſſores procul ſint ab arboribus, eaſque non lædant. Sic etiam metere licet ad domum luctus reficiendam, vel Scholam, quia hæc fiunt ex præſcripto Legis; Lex vero dicit, *meſſis veſtra*, & non, meſſis ex præcepto, nempe quod meſſis præcepti ante manipuli meſſem licita ſit. צבתים ſunt faſciculi parvi inter ſe conjuncti, e quibus fiunt faſciculi magni, & ii vocantur כריכות; ſed hæc jam expoſita ſunt capite decimo de Commiſtionibus Sabbaticis.

פרק יא שתי הלחם נילושות אחת אחת ונאפות אחת אחת לחם הפנים נילוש אחד אחד ונאפה שנים שנים ובטפוס היה עושה אותן וכשהוא רדן (ס"א רודן) נותנן בטפוס כדי שלא יתקלקלו :

Caput 11. Duo panes ſeorſim depſuntur, & coquuntur ſeorſim. Sic etiam panis facierum ſeorſim depſitur, & bini coquuntur, atque in formam rediguntur. Quum vero eos e furno detrudebant, in formam redigebantur, ne corrumperentur.

R. OB. DE BARTENORA.

לחם הפנים נילוש אחד אחד *Panis facierum depſitur ſeorſim*, quia de iſto ſcriptum eſt Levit. 24, 5. שני עשרונים יהיה החלה האחת unde conſtat quod ſinguli ſubigendi ſunt. Sed unde probatur quod duo ſinguli coquantur? quia ſcriptum eſt Exod. 28, 26. ושמת אותם prima igitur illius diſpoſitio eſt ea quæ fit in fornace: e voce אותם colligitur quod bini in duabus formis ſimul in furnum immitti debent. Ne quis autem inde colligat quaſi cum duobus panibus ita etiam ſe res haberet, idcirco dicit Lex ושמת אותם, nam dicere debuiſſet, una voce ושמתם quare duabus dicit ושמת אותם? reſp. iſtos igitur binos ponet in fornace, at non ita duos panes, ſed eos ſingulos. דפוס *typus*, forma, erat in forma ciſtæ aſſeribus ſuis contectæ cum duobus lateribus uno e regione alterius, ita panis facierum duos parietes habebat, margineſque latas. Maſſam vero diſponebant intra formam ut ipſius figuram acciperet. Quando autem eos e fornace educebant, formæ includebantur ne corrumperentur, vel confringerentur; hinc conſequitur eorum tres fuiſſe formas, unam pro ipſa maſſa, alteram pro coctione in furno, tertiam vero quum e furno educebatur, cui imponebatur ne figuram ſuam amitteret.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia hæc opera Traditione accepimus, dixeruntque doctores ea facta eſſe inde a tempore Moſis uſque ad ipſorum tempora. טופס *typus*, forma; tres autem pro pane facierum erant formæ, quarum una erat cui imponebatur dum conficiebatur, altera cui in furno imponebatur, tertia cui imponebatur dum e fornace educebatur.

ב א' שתי הלחם וא' לחם הפנים לישתן ועריכתן בחוץ ואפייתן בפנים ואינן דוחות את השבת רבי יהודה אומר כל מעשיהם בפנים רבי שמעון אומר לעולם הוי רגיל לומר שתי הלחם ולחם הפנים כשרות בעזרה וכשרות בבית פאגי :

2. Tam duorum panum quam panis faciei ſubactio & configuratio fit foris, ſed coctio intus, at Sabbatum non propulſant. R. Jehuda dicit, omnia opera illius intus fiunt. R. Simeon dicit, ſemper ſolebant dicere, duo panes & panis facierum in atrio Templi legitimi ſunt, ut & in Betphage.

R. OB. DE BARTENORA.

לישתן ועריכתן בחוץ ואפייתן בפנים *Subactio eorum & configuratio eorum foris, coctio vero intus*, hujuſce rei ratio in Gemara non eſt expoſita, quare ſcil. depſio & configuratio fiat extra atrium, coctio autem intus. ואינן דוחות השבת & *non propellunt quietem Sabbaticam*, coctio ſcil. eorum non propellit. *Betphage*, Maimonides notat fuiſſe locum atrio Templi vicinum, ubi munera coquebantur; deciſio non eſt ſecundum doctorem primum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ratio quare *foris* id eſt, extra Templi atrium ſubigere maſſam liceat, ſed non extra ipſum coquere, in Gemara non expoſita eſt; ſed quæritur quare in atrio neceſſario debeat coqui, ſed non depſi. Cæterum jam expoſuimus בית פאגי eſſe locum extra atrium Templi, qui muneribus coquendis deſtinatus erat; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam, neque ſecundum R. Simeon.

ג חביתי כהן גדול לישתן (נ"ל ועריכתן) ואפייתן בפנים ודוחות את השבת טחונן והרקדן אינן דוחות את השבת כלל אמר רבי עקיבא כל מלאכה שאפשר

3. Sartagines pontificis maximi depſuntur, configurantur, & coquuntur intus, Sabbatumque propellunt. Molitio autem & cribratio earum non propellit

שאפשר לה לעשות מערב שבת אינה דוחה את השבת ושאי אפשר לה לעשות מערב שבת דוחה את השבת:

pellit Sabbatum. Regulam generalem dixit R. Akiba, omnia opera quæ fieri poſſunt veſpera Sabbati, non propellunt Sabbatum, quæ vero veſpera Sabbati fieri nequeunt, ea Sabbatum propellunt.

R. OB. DE BARTENORA.

לישתן ועריכתן בפנים *Depſio & configuratio earum fit intro*, omnium conſenſu, nam media iſta decima cujus partem capit pontifex maximus, uncta, & conſecrata fuit, atque adeo donum conſecrat. ודוחות את השבת *& propellunt Sabbatum*, quia depſio, configuratio, & coctio earum fieri nequeunt pridie, nam quandoquidem vaſculum conſecratum eſt, id pernoctatione fit reprobum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam aliquoties expoſuimus hancce regulam generalem R. Akibæ eſſe veram, eamque in omnibus præceptis non pati exceptionem.

ד כל המנחות יש בהן מעשה כלי בפנים ואין בהן מעשה כלי בחוץ כיצד שתי הלחם ארכן שבעה ורחבן. ארבעה וקרנותיהן ארבע אצבעות לחם הפנים ארכן עשרה ורחבן חמשה וקרנותיו שבע אצבעות רבי יהודה אומר שלא תטעה זד״ד יה״ז בן זומא אומר ונתת על השלחן לחם הפנים לפני תמיד שיהיה לו פנים:

4. Omnium munerum opera in vaſe fiunt intus, & non foris; quomodo? duorum panum longitudo eſt ſeptem palmorum, latitudo autem quatuor, & cornua eorum quatuor digitorum. Panis facierum longitudo eſt palmorum decem, latitudo quinque, & cornua ſeptem digitorum. R. Jehuda dicit, ne erres זד״ד יה״ז Ben Zoma dicit, illud, *& pones ſuper menſam panem facierum*, notat ut habeant faciem.

R. OB. DE BARTENORA,

יש בהם מעשה כלי בפנים *Continetur in illis opus vaſis intus*, in operibus earum quæ intus fiunt, requiritur vas, quo excipitur confectio in tabula. Sed in operibus foris perficiendis non requiritur vaſculum, ſicuti eſt ſubactio & configuratio panis facierum. וקרנותיהן *& cornua earum*, conglutinabit maſſam ad omnia latera inſtar cornuum, cæterum longitudo cornu quatuor complet digitos.

רבי יהודה אומר שלא תטעה *R. Jehuda dicit, ne erres*, ſcil. inter duos panes & panem facierum, tam in longitudinis quam latitudinis menſura, quam in quantitate cornuum; in duobus panibus longitudo eſt palmorum ſeptem, latitudo quatuor, & cornua totidem digitorum, quorum numerus eſt זד״ד ſive 7, 4, 4. Sed panis facierum in longitudine palmos decem, in latitudine quinque, & in cornibus ſeptem digitos comprehendit, quorum numerus hic eſt יה״ז id eſt 10. 5, 7. Cæterum R. Jehuda numeros ponere ſolet, ut, רצ״ך עד״ש באח״ב qui notant numerum decem plagarum Ægypti. שיהא לו פנים *ut faciem habeat*, latera ſcil. quæ anguli ſunt & cornua.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

יש בהם מעשה כלי בפנים *Continetur in illis opus vaſis intus*, idcirco vaſa miniſterii intus duntaxat requiruntur, uti diximus. Hæc vero cohærent cum iis quæ dixit, ſcil. quod panis facierum ſubactio foris, coctio autem intus fieri debet. Cæterum quod dicit, *quomodo*? eſt quæſtio de pane facierum formando dum coctus eſt, & rationem addit eam ut ſex laterum ſuperficiem habeat; ſic etiam cum duobus panibus comparatum eſt. Per literas זד״ד deſignatur memoriale aliquod ſignum ad duos panes conformandos, ſcil. ut longitudo uniuſcujuſque ſeptem ſit palmorum, latitudo autem quatuor digitorum, & altitudo totidem. Sed panis facierum caracter memorialis eſt יה״ז ſive 10. 5, 7. Quod porro auctor dicit, שיהא לו פנים *ut ei ſit facies*, illius ſenſus eſt, quod is ſex habeat ſuperficiei latera, quemadmodum expoſuimus.

ה השלחן ארכו עשרה ורחבו חמשה לחם הפנים ארכן עשרה ורחבן ה׳ נותן ארכו כנגד רחבו של שלחן וכופל טפחיים ומחצ׳ מכאן וטפחיים ומחצ׳ מכאן נמצא ארכו ממלא כל רחבו של שלחן דברי רבי יהודה רבי מאיר אומר השלחן ארכו שנים עשר ורחבו ששה לחם הפנים ארכו עשרה ורחבו חמשה נותן ארכו כנגד רחבו של שלחן וכופל טפחיים מכאן וטפחיים מכאן וטפחיים ריוח באמצע כדי שתהא הרוח מנשבת ביניהם אבא שאול אומר שם היו נותנים שני בזיכי לבונה של לחם הפנים אמרו לו והלא כבר נאמר ונתת על המערכת לבונה זכה אמר להן והלא כבר נאמר ועליו מטה מנשה:

5. Menſa in longitudine palmorum decem, in latitudine quinque eſt. Panis facierum in longitudine eſt decem, in latitudine quinque palmorum; longitudinem ergo panis opponat latitudini menſæ, & duos palmos & dimidium duplicet, duos palmos & dimidium ab una parte, & duos palmos cum dimidio ab altera parte, hinc fiet ut longitudo panis totius menſæ latitudinem compleat, ita R. Jehuda. Sed R. Meyr ſtatuit, menſæ longitudinem eſſe duodecim, latitudinem ſex, & panis facierum longitudinem decem, latitudinem quinque palmorum, idcirco longitudinem panis opponendam eſſe latitudini menſæ, & duos palmos duplicandos ab una parte, totidemque ab altera parte; & porro duorum palmorum ſpatium in medio, ut inter panes penetrare poſſit ventus. Aba Saül dicit, ponebant illic duas thuris acerras ad panem facierum pertinentes. Reponſum eſt ei, utique jam dictum eſt Levit. 24, 7. *Et impones ordini thus purum.* Regeſſit is, dictum eſt Num. 2, 20. *Et ſuper ipſo tribus Manaſſe.*

R. OB. DE BARTENORA.

ארכו עשרה ורחבו חמשה *Longitudo decem, & latitudo quinque*,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Lex de menſa Exod. 25, 23. אמתים ארכו ואמה רחבו

R. Je-

que, uti ſcriptum eſt Exod. 25, 23. *duorum cubitorum erit longitudo ipſius, latitudo unius cubiti.* R. Jehuda ſequitur ſententiam ſuam qua dicit, quod unuſquiſque cubitus quinque palmos continet.

נותן ארכו של לחם הפנים כנגד רחבו של שלחן *Longitudinem panis facierum opponet latitudini menſæ*, & panis duplicari debet per duos palmos cum dimidio ſuperius in altitudine ab una & altera parte, qui ſunt cornua, hinc fiet ut ad menſæ marginem æqualiter elevata ſint cornua.

ונמצא ארכו כמלא רחבו של שלחן *Hinc fiet ut longitudo compleat latitudinem menſæ*, & latitudo occupabit dimidium longitudinis menſæ, & quum alter panis ei apponitur, tota menſa impleta erit panibus. ארכו שנים עשר *longitudo duodecim*, R. Meyr ſequitur ſuam ſententiam qua ſtatuit, quod omnis cubitus eſt ſex palmorum, altari aureo excepto, & cornu altaris exterioris, circuitu, & fundamento; deciſio eſt ſecundum R. Meyr. *Panis facierum decem eſt palmorum in longitudine*, hoc concedit R. Meyr. *Duorum palmorum* R. Jehuda dicit, אמה in vaſis conficit quinque palmos. R. Meyr dicit, omnis אמה ulna cujus in Lege fit mentio, vel apud Sapientes, eſt ſex palmorum, altari aureo excepto, & cornu altaris exterioris, circuitu, & fundamento, quæ ſunt quinque, uti expoſitum eſt capite tertio codicis Middot; Deciſio eſt ſecundum R. Meyr. Quum vero panis impoſitus fuerit menſæ, uti dicit, latitudo panis ad longitudinem menſæ, hinc fiet ut in menſa plena duo ſint panes, poſtquam extremitates duplicatæ fuerint. Poſtea bini ſuper binos ponantur donec e duodecim panibus duo fuerint ordines, ſed in quolibet ordine, unus ſuper alterum; & hoc eſt quod Miſna dicit, *duo ordines*, *ordo autem ſex* ſcil. panum. Quod probatur ex eo quod dicitur Num. 2, 20. *Et ſuper ipſo tribus Manaſſe*, ubi vox עליו notat בסמוך vel קרוב *prope*; ſic etiam id quod de thure dictum eſt עליו *ſuper*, eſt idem quod בסמוך *prope*; deciſio eſt ſecundum Aba Saul.

ſpatium in medio, inter duos ordines, nam latitudo non plurium eſt quinque, & duo ordines decem palmos occupant in longitudine menſæ; remanent duo palmi inter unum atque alterum ordinem, ut aër interveniat, ne putreſcant. *Aba Saül dicit, illic*, in iſto ſpatio quod inter unumquemque ordinem erat, duas ponebant acerras. Scriptum eſt Levit. 24, 7. ונתת על המערכת & *pones ſuper ordine*, ubi particula על ſimpliciter capienda eſt. ועליו מטה מנשה & *ſuper eo tribus Manaſſis*, ubi עליו eſt idem quod כמוך *prope*; deciſio eſt ſecundum R. Saül.

ו ארבעה סניפים של זהב היו שם מופצלים (ס״א מפוצלים) מראשיהם שהיו סומכים בהן שנים לסדר זה ושנים לסדר זה ועשרים ושמנה קנים כחצי קנה חלול ארבעה עשר לסדר זה וארבעה עשר לסדר זה לא סדור הקנים ולא נטילתן דוחה את השבת אלא נכנס מערב שבת ושומטן תותנן לאורכו של שלחן כל הכלים שהיו במקדש ארכן לארכו של בית:

6. Quatuor furculæ aureæ illic erant, fiſſæ in capitibus ſuis, nam illis ſuſtentabant, duæ erant pro hoc ordine, & duæ pro iſto. Viginti octo cannæ inſtar dimidii cannæ perforatæ, quatuordecim pro hoc, & quatuordecim pro iſto ordine. Sed neque diſpoſitio cannarum, neque ablatio earum propellit Sabbatum. Verum requiritur ut quis intret veſperâ Sabbati, & eas removeat, atque menſæ in longitudine ſua imponat. Omnium vaſorum in Sanctuario longitudo ponebatur in longitudine domus.

R. OB. DE BARTENORA.

מפוצלין *Fiſſæ*, ut cannarum extremitates iſtis furculis imponerentur, nam furculæ iſtæ & cannæ ejuſdem quantitatis erant. ארבעה עשר לסדר זה *quatuordecim pro iſto ordine*, ſex panes in uno ordine, pro quolibet e quatuor panibus erant tres cannæ, quæ ſunt duodecim cannæ; ſuperior vero duobus tantum opus habebat, quia nullum onus ei impoſitum erat, & ſic erant cannæ quatuordecim. Superior vero panis nullas cannas requirebat, quia impoſitus erat menſæ. לא סדור קנים *neque diſpoſitio cannarum*, in novo ordine, neque illius eductio ſuper veterem, propellebat Sabbatum. שומטן *removebat eas*, inter quemlibet panem, & ponebat in longitudinem menſæ; poſtridie vero panis diſponebatur, & Sabbato egrediente cannæ ponebantur inter unumquemque panem, uti convenit.

ארכן לארכו של בית *Longitudo illorum erat ſecundum longitudinem domus*, vaſa poſita erant in longitudine ſua ab oriente ad occidentem, arca excepta, cujus longitudo poſita erat ſecundum latitudinem domus, nam vectes arcæ prodibant in locum veli, in modum mammarum fœminearum, uti ſcriptum eſt 1 Reg. 8, 8. ויאריכו הבדים ויראו vectes autem protendebantur per arcæ latitudinem, nam ſi per longitudinem protenderentur, inter vectes tantum eſſet ſpatium latitudinis arcæ, ſcil. cubiti & dimidii. Duo vero homines qui arcam ferebant ab una & ab altera parte, inter vectes intrare non poterant, idcirco abſque dubio per latitudinem arcæ protendebantur, ab oriente ad occidentem, nam in Velo prolongabantur; ita conſequitur quod arcæ longitudo proportionata erat ad domus latitudinem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Lex Exod. 25, 28. de menſa ועשית קערותיו ubi intelliguntur typi ſive formæ; per כפותיו intelliguntur acerræ illius: קשותיו notantur סניפין, quorum in Miſna fit mentio: per מנקיותיו intelliguntur קנים: erantque quatuordecim pro omni ordine, ſicuti explicabo. Ponebant itaque unum panem in menſam eo quo diximus modo, poſtea ſuper iſtum ponebant tres cannas, atque alium panem ſuper iſtis, huic imponebant tres cannas, & his tertium panem. Deinceps tres cannas ponebant iiſque quartum panem imponebant; poſtea tres cannæ imponebantur quarto pani, atque iis imponebatur quintus panis; tum duæ cannæ quinto imponebantur pani, & ſextus panis imponebatur duabus cannis, nam unicus duntaxat illis imponebatur. Atque hæ cannæ veſpera ante Sabbatum removeri poterant, & in exitu Sabbati reponi, idcirco Sabbatum non propellunt, quandoquidem abſque Sabbato fieri poſſunt. Omnia vero hæc vaſa erant ſecundum longitudinem domus, altari excepto cujus longitudo ſecundum latitudinem domus proportionata, atque hæc poſita erant in loco ſanctiſſimo, in hac figura. Atque hæc figura tibi demonſtrabit quo in loco Templi menſa poſita erat, candelabrum, & altare aureum, & quod altare aureum erat extra menſæ ſpatium, & candelabri diſtantiam ab altari.

ז שני שולחנות היו באולם מבפנים על פתח הבית א׳ של שיש וא׳ של זהב על של שיש נותנים לחם הפנים בכניסתו ועל של זהב ביציאתו שמעלים בקדש ולא מורידים וא׳ של זהב מבפנים שעליו לחם הפנים תמיד ארבעה כהנים נכנסים שנים בידם שני סדרים ושנים בידם שני בזיכים וארבעה מקדימים

7. Duæ erant menſæ in porta Ulam intra portam Templi, una erat marmorea, altera aurea. Marmoreæ imponebatur panis facierum in introitu, aureæ vero in exitu, nam in ſanctis aſcendunt, & non deſcendunt. Præterea una aurea cui panis facierum imponebatur jugiter. Quatuor ſacerdotes intrabant, bini manu tenebant binos ordines panum; & bini

מקדימים לפניהם שנים ליטול שני סדרים ושנים ליטול שני בזיכים המכניסים עומדים בצפון ופניהם לדרום המוציאים עומדים בדרום ופניהם לצפון אלו מושכים ואלו מניחים וטפחו של זה כנגד טפחו של זה שנאמר לפני תמיד רבי יוסי אומר אפילו אלו נוטלים ואלו מניחים אף זו היתה תמיד יצאו ונתנו על השלחן של זהב שהיה באולם הקטירו הבזיכים והחלות מתחלקות לכהנים חל יום הכפורים להיות בשבת החלות מתחלקות לערב חל להיות ערב שבת שעיר של יום הכפורים נאכל לערב הבבליים אוכלים אותו כשהוא חי מפני שדעתם יפה :

bini duas acerras. Quatuor præibant ante hos, bini ad recipiendum duos panis ordines, & bini ad duas acerras recipiendas. Qui introducebant, ii ſtabant ad ſeptentrionem faciebus ipſorum ad meridiem converſis. Qui educebant, ii ſtabant ad meridiem faciebus ad ſeptentrionem converſis. Hi detrahebant, & illi reponebant, pugillo unius e regione pugilli alterius, eo quod ſcriptum eſt Exod. 23, 30. *coram me ſemper*. R. Joſe dicit, etſi hi removeant, & illi ponant, hoc etiam factum eſt in jugi ſacrificio. Exibant & ponebant ſuper menſam auream in Ulam. Incendebant acerras, & panes dividebant ſacerdotes. Si dies Expiationis incidiſſet in Sabbatum, panes nocte dividebantur; ſi is in veſperam Sabbati incidiſſet, hircus diei Expiationis comedebatur nocte, Babylonii eum comedebant crudum, quoniam eorum appetius fortis erat.

R. OB. DE BARTENORA.

על פתח הבית *Super porta domus*, prope Templi portam in introitu, ſed illic non ponebant panes in menſas, niſi ut indigitetur quod in ſanctis aſcendendum ſit, nam prius marmoreæ menſæ panes imponebant, & ſtatim poſtea in Templum inferebant, ubi ponebatur ſuper menſa aurea a Moſe facta.

ועל של זהב ביציאתו *Et aureæ in exitu illius*, donec acerræ incenſæ fuerint, quemadmodum Miſna ſuperius tradidit, *qui introducebant, ii ad ſeptentrionem ſtabant*, nam commodius eſt ut ii qui miniſterium conſtituebant, ſint in ſeptentrione. אלו מושכין *hi trahebant*, & antequam hi de menſa elevaſſent, alii reponebant. אפילו אלו נוטלין ואלו מניחין *etſi hi removeant, & illi ponant*, etſi hi removeant, atque ipſi poſtea denuo reponant panes alios.

אף זו היתה תמיד *Etiam hoc fuit juge*, nam R. Joſe putat quod vox תמיד duntaxat intelligenda ſit quum menſa per integram noctem pane caruit. *Placentæ diſtribuuntur inter ſacerdotes*, cuſtodia ſacerdotum exeuntium dividebat cum intrantibus.

חל יום הכפורים להיות בשבת *Si incidiſſet dies Expiationis in Sabbatum*, nam jus panis facierum hoc eſt ut is comedatur iſto Sabbato quo de menſa remotus fuerit, & tum eum comedere nequeunt propter jejunium. *Placentæ dividuntur nocte*, & non expectandum eſt ad dividendum eas poſtero die, quia pernoctando fit reprobus panis poſtquam ablatus eſt. השעיר של יום הכפורים *hircus diei Expiationis*, qui offertur in additamentum iſtius diei, eſtque ſacrificium pro peccato, & a ſacerdotibus comeditur. *Et nocte comeditur*, in nocte Sabbati, nam eodem die comedi debet uſque ad mediam noctem, etſi neque Sabbato neque die Expiationis comedi queat. *Babylonii*, hi non in Babylonia nati erant, ſed natione erant Alexandrini. Nam in Gemara exponunt quod hi homines Alexandrini erant, quia vero Sapientes ab Alexandrinis abhorrebant, idcirco eos vocarunt Babylonios, quia Babylonii erant voraciſſimi. *Comedebant eum crudum*, quum dies Expiationis in veſperam Sabbati incidiſſet. מפני שדעתן יפה *quia voraciſſimi erant*, cum ii non abhorrebant a carne cruda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scias autem quod panis diſpoſitio fieri poteſt in Sabbato, ſicuti dicitur Levit. 27, 28. Et die Sabbati quoque comedi poterat, niſi impediviſſet jejunium. Cuſtodia vero ſacerdotum quæ intrabat, & ea quæ exibat, inter ſe dividebat panem facierum, ſicuti invenimus in tractatu de Tabernaculis. Si recte conſideraveris omnia diei Expiationis, inter ea non invenies edulia, niſi hircum expiatorium qui paratur foris. Sed capite quinto tractatus de Sacrificiis jam expoſuimus, quod ſacrificium iſto die uſque ad mediam noctem comedi debet; ſi igitur dies Expiationis in veſperam Sabbati ſive in diem veneris inciderit, hircus iſte expiatorius comedi non poterat in nocte Sabbati coctus, quia nec die Expiationis, nec die Sabbati coqui poteſt. Dicit Miſna quod Babylonii eum crudum comedebant, quia ſtomachus eorum valebat, & hoc eſt quod auctor dicit מפני שדעתן יפה *quia natura voraciſſimi erant*. Et hoc refutat ſententiam illius qui negat, & credit quod dies expiationis numquam in diem ſextum neque in diem primum incidere poteſt; nam etſi quicquid in hac Miſna dicatur, in modum conditionis acciderit, tamen Miſna jam dixit caſum contigiſſe, ut Babylonii hircum comederint crudum; idcirco hic controverſiæ non erat locus. Præterea dici nequit hunc eſſe caſum abſque ſimili; nam multa in Gemara occurrunt quæ hoc confirmant. Cæterum concluſio rei jam tradita eſt quando Synedrium erat, ſicuti expoſuimus in tractatu de initio anni.

ח סדר את הלחם בשבת ואת הבזיכים לאחר שבת והקטיר את הבזיכים בשבת פסולה ואין חייבים עליהם משום פגול נותר וטמא סדר את הלחם ואת הבזיכים בשבת (ס"א) והקטיר את הבזיכים לאחר שבת פסול ואין חייבים עליהם משום פיגול ונותר וטמא סדר את הלחם ואת הבזיכים לאחר שבת והקטיר את הבזיכים בשבת פסול (נ"א ל"ג) כיצד יעשה יניחנה לשבת הבאה שאפילו היא על השלחן ימים רבים אין בכך כלום :

8. Si in Sabbato panem conſtituerit, acerras vero poſt Sabbatum, easque in Sabbato incenderit, male egit; ſed hujus rei obligatio non involvit abominationem, neque reſiduum neque immundum. Si panem conſtituerit & acerras in Sabbato, ſed acerras poſt Sabbatum incenderit, male egit, & ad abominationem obligatur, ut & ad reſiduum, & immundum. Si poſt Sabbatum panem & acerras conſtituerit, acerras autem in Sabbato incenderit, male egit; quomodo? linquet eum in Sabbatum futurum, nam etſi aliquot dies in menſa fuerit, tamen nihil refert.

R. OB. DE BARTENORA.

ואת הבזיכים לאחר השבת *Et acerras poſt Sabbatum*, quæ de jure poni debebant in Sabbato cum pane. *Easque in Sabbato*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jus panis facierum hoc eſt ut is die Sabbati conſtituatur in menſa, & tum ſimul duæ thuris acerræ ponendæ ſint, quæ

bato incenderit, *male egit*, quia tempus iis deeſt, cum ſex dies duntaxat ſuper menſam poſitæ eſſent. Nam hic pro remedio dici nequit, quod relinqui debent in ſequens Sabbatum, nam quia panis die Sabbati rite poſitus ſit, is menſam jam conſecravit, itaque diutius relinqui nequit niſi in primum Sabbatum, cum is pernoctando reprobus fiat.

אין חייבין עליה משום פגול ***Et illius cauſa non tenentur de abominando***, ſi incenderit eas illa cum intentione ut panem poſtridie comederet, non eſt caſus abominationis, quia permittens non oblatum eſt ſecundum præceptum ſuum.

ולא משום נותר *Neque de reſiduo*, nam caſus de reſiduo diei craſtini non obtinet in pane, quia non cedit in cibum. וטמא *& immundus*, ſi quis cum immundo corpore comederit, non tenetur excidio, uti diximus de pugillo reſiduo, quod permittitur mundis, de eo tenentur propter immunditiem, ſed hic nunquam permiſſus fuit mundis, quia acerræ ſunt permittentes illius, & non oblatæ ſunt ſecundum præceptum ipſorum. ינחנה לשבת הבאה *relinquet eum in Sabbatum futurum*, & ſuper menſa conſtitutus erit per duas ſeptimanas, nam quandoquidem die Sabbati non conſtitutus ſit, non eum conſecravit menſa donec Sabbatum attigerit, quæ omnia uſque ad aliud Sabbatum relinquenda ſunt, & tum removeri debent aliis ipſis ſubſtitutis; & acerræ etiam die Sabbati incendi debent, & panis comedi; atque hæc omnia ex Lege. Propterea auctor dicit, quod ſi die Sabbati panis rite in menſa poſitus ſit, atque integer remanſerit in aliud Sabbatum, acerris incenſis quæ primo pani appoſitæ fuerint, tum iſte reprobus factus eſt, licet conſecratus fuerit; ſed non ſubjectus eſt caſui abominationis, reſidui, & immundi, quia non eſt res ſancta. Sic etiam ſi panes & acerræ die Sabbati poſitæ fuerint, & acerræ inſequenti Sabbato incenſæ fuerint, panis non factus eſt reprobus, idcirco acerræ inſequenti Sabbato non incendendæ ſunt, ſed in aliud Sabbatum reſervandæ, ut Sabbatum ſuper acerris & pane tranſeat; & tum tertio Sabbato, ſive die decimo quarto a conſtitutione panis & acerrarum, reſervari debet, quia iſte eſt dies primus, & tum ſtatim comedere eum licet. Et ſi vel maxime in menſa remanſerit, tamen non fit illegitimus, & hoc eſt quod dicit Miſna, *licet multos dies in menſam conſtitutus fuerit*, *nihil refert*.

& ab iſto Sabbato eum ſeptem dies in menſa relinquere licet. Nam etſi multos dies in menſa relictus ſit panis ante Sabbatum, tamen hoc nihil refert, quia menſa eum non conſecravit niſi ad Sabbatum, idcirco pernoctando non fit reprobus poſt Sabbatum.

ט שתי הלחם נאכלות אין פחות משנים ולא יותר על שלשה כיצד נאפות מערב יום טוב ונאכלות ביום טוב לשנים חל יום טוב להיות אחר השבת נאכל לשלשה לחם הפנים נאכל אין פחות מתשעה ולא יתר על אחד עשר כיצד נאפה בערב שבת ונאכל בשבת לתשעה חל י״ט להיות ערב שבת נאכל לעשרה שני ימים טובים של ראש השנה נאכל לאחד עשר ואינו דוחה לא את השבת ולא את יום טוב רבן שמעון בן גמליאל אומר משום רבי שמעון בן הסגן דוחה את יום טוב ואינו דוחה את יום צום:

9. Bini panes non a paucioribus quam duobus, nec a pluribus quam a tribus, ex quibus cocti ſunt diebus comeduntur; quomodo? ſi coquantur a veſpera diei feſti, die feſto a duobus diebus comeduntur, ſi dies feſtus poſt Sabbatum inciderit, a tribus diebus comeditur. Panis facierum non prius quam nono die comeditur, neque poſterius quam undecimo die; quomodo? ſi coctus ſit in Sabbati veſpera, & comedatur die Sabbati, comeditur nono. Si dies feſtus in Sabbati veſperam inciderit, comeditur die decimo. Si in Sabbati veſperam inciderint duo feſti novi anni dies, die undecimo comeditur; & neque Sabbatum neque diem feſtum propellit. Rabban Simeon filius Gamalielis dicit, in nomine R. Simeonis filii inſpectoris, diem feſtum propellit, at non diem jejunii.

R. OB. DE BARTENORA.

אין פחות משנים *Non a pluribus quam a duobus*, a duobus diebus quibus cocti ſunt panes. נאכל לשלשה *comeduntur a tribus*, nam cocti ſunt die in veſpera Sabbati, quia coctio eorum neque Sabbatum neque diem feſtum propulſat. *A nono*, ſecundo Sabbato, qui dies nonus eſt a coctione eorum. *A decem*, quia die quinto ſeptimanæ cocti ſunt. *Per duos dies feſti novi anni*, ante Sabbatum, coquitur die quarto ſeptimanæ, & comeditur in Sabbato ſecundo, ſive undecimo die; ſi vero dixeris duodecim eſſe dies, cum Sabbatum iſtud ſit dies Expiationis, & quod panis non comeditur niſi uſque ad Sabbati exitum? in hoc non eſt ulla difficultas, nam in caſu ſanctorum comedendorum nox ſequitur diem præteritum, idcirco undecimus vocatur. *Neque Sabbatum*, *neque diem feſtum propellit*, quia die feſto nihil coquitur niſi id quod eodem die duntaxat comeditur; deciſio non eſt ſecundum Rabban Simeonem Gamalielis filium.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in tractatu de diebus feſti intermediis, quod bini dies feſti novi anni unius ſunt ſanctitatis, ſicuti jam diximus in tractatu de Commiſtionibus Sabbaticis. Præterea in tractatu de diebus feſti intermediis dicitur, quod nihil coqui nec elixari debet die feſto, niſi id duntaxat quod eodem die edendum eſt.

פרק יב המנחות והנסכים שנטמאו עד שלא קדשן בכלי יש להם פדיון משקדשו בכלי אין להם פדיון העופות והעצים והלבונה וכלי שרת אין להם פדיון שלא נאמר אלא בבהמה:

Caput 12. Munera & libamina ante conſecrationem in vaſe polluta, habent redemptionem; ſed poſtquam in vaſe conſecrata fuerint, non habent redemptionem. Aves, ligna, thus, & vaſa miniſterii non habent redemptionem, quia pecudis mentio duntaxat facta eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

המנחות והנסכים עד שלא קדשו *Munera & libamina donec nondum conſecrata fuerint*, quæ non ſanctitate corporali conſecrata ſunt, ſed pecuniæ ſanctitate, idcirco ea redimere licet, & nummi ſunt ſancti. Sed quum polluta fuerint, duntaxat redimenda ſunt, etſi in vaſe non conſecrata fuerint; & ſi non polluta fuerint, licet ſanctificata ſint in vaſe mini-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ex eo quod ſcriptum eſt Levit. 27, 9. Satis clare præcipitur redemptio. Verum Sapientes dixerunt huncce locum de vitioſis duntaxat loqui, quod ea pecora redimenda ſint, quia dicitur, *non offeret exinde ſacrificium*, nam ſi pecoris immundi meminiſſe voluiſſet, notum fuiſſet quod non offerenda eſſent; & præterea hæc quoque jam dicta ſunt de redem-

miniſterii, non poſſunt redimi. *Aves vero & ligna, ac thus &c.* ſi illa polluta fuerint, non poſſunt redimi, quia redemptio non dicta eſt de ſanctitate corporali, niſi de pecore vitioſo, quemadmodum ſcriptum eſt Levit. 27, 11. *Et omne pecus immundum de quo ſacrificium Domino non offerunt*, &c. ubi pecoris vitioſi mentio fit, quod redimendum eſt. Sed de immundo pecore jam dixit Lex Levit. 27, 9. Docet itaque nos auctor Miſnicus, quod etiamſi in id quod ſanctitate corporali conſecratum eſt, cadat vitium, tamen redimi debeat. Aves vero, ligna, & thus, necnon vaſa miniſterii corporea ſanctitate conſecrata, ſi polluta fuerint, redimi non poſſunt.

redemptione pecoris immundi, Levit. 27, 27. ואם בבהמה טמאה יפדה בערכך Et quia Deus in hoc loco vitioſum vocat immundum, ejuſdemque redemptionem permittit, inde nonnemo intelligere potuiſſet quaſi munera immunda etiam redimenda eſſent, & libamina, idcirco auctor docet hoc non licere, quia hic locus de pecore tantum dicitur vitioſo, ſicuti diximus. Cæterum ex eo quod dicitur hæcce redimi ſi polluta fuerint, antequam vaſi miniſterii impoſita fuerint, colliges quod ea redimere non licet niſi polluta fuerint, licet antequam vaſe conſecrata fuerint, polluta ſint.

ב האומר הרי עלי במחבת והביא במרחשת במרחשת והביא במחבת מה שהביא הביא וידי חובתו לא יצא זו להביא במחבת והביא במרחשת במרחשת והביא במחבת הרי זו פסולה הרי עלי שני עשרונים להביא בכלי א' והביא בשני כלים בשני כלים והביא בכלי א' מה שהביא הביא וידי חובתו לא יצא אלו להביא בכלי א' והביא בשני כלים בשני כלים והביא בכלי א' הרי אלו פסולים הרי עלי שני עשרונים להביא בכלי א' והביא בשני כלים אמרו לו בכלי א' נדרת הקריבם בכלי א' כשרים ובשני כלים פסולים הרי עלי שני עשרונים להביא בשני כלים והביא בכלי א' אמרו לו בשני כלים נדרת הקריבה בשני כלים כשרים נתנו בכלי א' כשתי מנחות שנתערבו:

2. Si quis dixerit, en recipio in me ſartagines, & ahenum adduxerit, vel contra, id quod adduxerit, adductum ſit, at non ſatisfecit officio ſuo. (Si dixerit) de hoc offeratur in ſartagine, & in aheno adduxerit, vel contra, male actum eſt. (Si dixerit) recipio in me duas decimas ad offerendum in uno vaſe, at in duobus obtulerit, vel contra, id quod obtulerit, oblatum eſt, attamen non ſatisfecit officio ſuo. (Si dixerit,) hæc offerantur in uno vaſe, ſed in duobus oblata fuerint, vel contra, iſta ſunt reproba. (Si dixerit,) recipio in me duas decimas in uno vaſe offerendas, at illæ in duobus oblatæ fuerint, & ipſi dictum fuerit, in uno vaſe promiſiſti, ſi itaque in uno adductæ fuiſſent, eſſent legitimæ, at cum in duobus adductæ ſint, illegitimæ ſunt. (Si dixerit,) recipio in me duas decimas in duobus vaſis adducendas, & in uno adductæ fuerint, eique dictum fuerit, in duobus vaſis promiſiſti, itaque legitimæ ſunt ſi in duobus adductæ fuerint; at ſi in uno vaſe, perinde eſt ac ſi duo eſſent dona commixta.

R. OB. DE BARTENORA.

מה שהביא הביא *Id quod adduxit, adductum ſit*, nam dicimus eum id non adduxiſſe ex iſto voto, ſed ex alia quadam promiſſione. זו להביא במחבת *hoc ut adducatur in ſartagine*, nam una decima coram ipſo erat, & tum dicebat, *hoc ut adducatur &c.* Tum iſtud eſt reprobum, quia id conſecravit pro dicto vaſe, idcirco pro alio vaſe mutari nequit. אלו להביא בכלי אחד *hæc ut adducantur in vaſe uno*, ea quæ coram ipſo erant, reproba ſunt, nam quum ea promiſerit in uno vaſe, & duobus adduxerit, duos pugillos inde ſeparavit, & unicum duntaxat pugillum promiſit. Præterea munus quoque deficiens eſt in quolibet vaſe; quando autem in duobus vaſis adducendum promiſit, & in uno vaſe adductum ſit, eſt munus redundans. Pugillos vero diminuit, nam is duos promiſit pugillos, ſed unum tantum collegit. *Et dixerint, in uno vaſe promiſiſti*, ſi is non curavit verba ipſius, & in duobus vaſis obtulerit, legitimæ ſunt, etſi non dixerit, hæc adducenda erunt in uno vaſe, nam hic dici nequit quod eas adduxit in nomine alius voti, nam quia ei dixerunt, in uno vaſe promiſiſti, reſpondere debuiſſet ipſis, ego adduci eas volo in nomine alius voti. *Ac ſi duo eſſent dona commixta*, nam capite tertio diximus, ſi ab una & altera parte in pugillum colligere potuiſſet, legitimæ ſunt, ſin minus, illegitimæ. Et quod ſuperius dictum eſt, hæc in duobus vaſis adducenda erunt, at illa in uno adducta fuerint, illegitimæ ſunt, intelligendum eſt quando unamquamque ſigillatim in pugillum colligere non potuerit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſita eſt in fine capitis quinti hujuſce tractatus differentia *quæ eſt inter ſartaginem & ahenum; præterea caſum de mixtis muneribus capite tertio jam expoſuimus.* Cætera hujus Miſnæ clara ſunt, & idcirco expoſitione haud indigent.

ג הרי עלי מנחה מן השעורים יביא מן החטים קמח יביא סלת בלא שמן ולבונה יביא עמה שמן ולבונה חצי עשרון יביא עשרון שלם ומחצה יביא שנים רבי שמעון פוטר שלא התנדב כדרך המתנדבים:

3. (Si dixerit,) recipio in me munus hordei, adducet triticum; ſi farinam, adducet ſimilam. Si citra oleum & thus, adducet oleum & thus. Si mediam decimam, adducet decimam integram. Si decimam cum dimidio, duas adducet. R. Simeon abſolvit, quia non vovit ſecundum voventium ritum.

R. OB. DE BARTENORA.

הרי עלי מנחה מן השעורים *Recipio in me munus ex hordeo*, nam munus votivum duntaxat e tritico adducitur; & hoc intelligas quum dixerit, ſi ego ſciviſſem e tritico non adduci munus, e tritico duntaxat voviſſem; at ſi dixerit, non vovi quicquam, nihil debet. יביא סלת *adducet ſimilam*, nam ſcriptum eſt Levit. 2, 1. *Simila erit oblatio ejus.* Cæterum *R. Simeon abſolvit*, nam is putat hominis mentem percipi e fine

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Simeon dicit quod hominis mens colligitur e fine verborum ipſius, quandoquidem vero iſte ſua verba non finivit uti conveniebat, nihil debet, & ſe res habet perinde ac ſi non voviſſet. Scias vero huncce hominem qui promiſit, ſi dixerit, mea erat intentio ut verba iſta quæ dixi, ſufficerent, nam ſi ita res non eſſet, ad nullam rem me obligarem; idcirco nihil debet. Verba Sapientum in hac Miſna

e fine verborum ipſius; & quandoquidem hic verba ſua non finivit ſecundum ritum munerum, non debet quicquam; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

Miſna tractant duntaxat de eo qui dixerit, ſi ego ſciviſſem in hoc ordine tantum eſſe munus, non promiſiſſem ita, ſed promiſiſſem uti conveniebat, iſte ſacrificium complere tenetur. Caſus hic eſt ſatis clarus de eo qui dixit, recipio in me munus, & poſtea conditionem illegitimam inierit; uti dictum eſt, irrita eſt conditio iſta, uti expoſitum eſt. Verum ſi addiderit, dixeritque, recipio in me munus hordei ſine oleo & thure, vel, recipio in me munus dimidii decimæ, nihil debet ſecundum omnium conſenſum, quia ſe ad præceptum non obligat; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

ד מתנדב אדם מנחה של ששים עשרון ומביא בכלי א׳ אם אמר הרי עלי ששים וא׳ מביא ששים בכלי א׳ וא׳ בכלי א׳ שכן צבור מביא ביום טוב הראשון של חג שחל להיות בשבת ששים וא׳ דיו ליחיד שיהא פחות מן הצבור א׳ אמר רבי שמעון והלא אלו לפרים ואלו לכבשים ואינם נבללים זה עם זה אלא עד ששים יכולים להבלל אמרו לו ששים נבללים ששים וא׳ אין נבללים אמר להם כל מדות חכמים כן בארבעים סאה הוא טובל בארבעים סאה חסר קרטוב אינו יכול לטבול בהם אין מתנדבים לוג שנים וחמשה אבל מתנדבים שלשה וארבעה וששה ומששה ולמעלה׃

4. Promittere poteſt homo munus ſexaginta decimarum, & in uno vaſe adducere. Si dixerit, recipio in me ſexaginta & unum, adducet ſexaginta in uno vaſe, & unum in uno vaſe, quia eccleſia adducit die primo feſti Tabernaculorum, qui in Sabbatum inciderit, ſexaginta & unam partem, tum privato ſufficit ut inferior ſit eccleſia in una decima. Dixit R. Simeon, nonne una pro juvencis, & altera pro agnis, & una cum altera non miſcetur, ſed ad ſexaginta uſque commiſceri poſſunt? reſponderunt ei, ſexaginta commiſceri poſſunt, at non ſexaginta & una? is regeſſit, omnes Sapientum regulæ ita ſe habent, nam in quadraginta Satis ſe lavare poteſt, & in quadraginta Satis excepto *Cartobo*, ſe lavare nequit. Non licet vovere Logum, nec duos, nec quinque, ſed tres quidem, quatuor, ſex, & ulterius.

R. OB. DE BARTENORA.

שכן צבור מביא וכו׳ *Quia ita adducit eccleſia &c.* nempe tres decimas pro quolibet juvenco, pro omnibus tredecim juvencis, quæ ſunt triginta novem decimæ; una decima pro agno, pro quatuordecim agnis decimæ quatuordecim. Duæ vero decimæ pro quolibet ariete, pro duobus quatuor, quæ ſunt quinquaginta & ſeptem; pro duobus jugibus ſacrificiis duæ, & duæ pro duobus agnis addititiis in Sabbato, & ita ſunt ſexaginta & una. Dixit ipſis R. Simeon, nonne omnes iſtius diei erant in uno vaſe, hæ pro juvencis, & illæ pro arietibus, & agnis, ſi vero eas miſcuiſſent, reproba facta fuiſſent, quia muneris juvencorum ſubactio craſſa erat, duo Logi pro qualibet decima, dimidium Hin pro tribus decimis; agnorum vero muneris ſubactio tenera erat, quarta pars Hin pro decima quæ eſt tres Logi, & una imbibebat alteram, hinc fiebat ut una deficiens, altera vera redundans eſſet? Ratio autem quare homo privatus ſexaginta & unam decimam adducere non poterat in uno vaſe, eſt, quia uſque ad ſexaginta in uno Logo ſubigi poteſt; & hic doctor eſt in ſententia R. Eliezeris filii Jacobi, qui capite nono dixit, etſi munus ſexaginta decimarum ſit, tamen unicum tantum habeat Logum, & licet tota maſſa non ſubigatur, tamen quia apta eſt ut ſubigatur, ſubactio ipſam non impedit.

אין מתנדבין לוג *Non promittunt Logum*, vini ſcil. pro libaminibus, quia munus libaminis unius Logi non invenimus, nec duorum, nec quinque; ſed tres Logos promittere licet, quia apti ſunt ad agnum; & quatuor etiam, quia arieti conveniunt; & ſex, quia juvenco conveniunt; & etiam a ſex & ulterius, quia e ſeptem conveniunt tres agno, & quatuor arieti. Ex octo autem duobus arietibus; novem pro agno & juvenco; decem pro ariete & juvenco, & undecim pro duobus arietibus & uno agno; & hoc modo ſemper.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si conſideraveris ea quæ in præfatione noſtra diximus ad tractatum de Sacrificiis, reperies ſacrificium primi diei feſti Tabernaculorum comprehendere tres juvencos, duos arietes, & quatuordecim agnos. Si vero dies Sabbati eſſet, præterea duo agni addebantur in additamentum Sabbaticum. Cæterum omnino erat neceſſarium, ut duo quotidie eſſent jugia, omnia vero holocauſta. Poſtquam autem libaminum munus computaveris, quod pro omnibus eſt neceſſarium, tres decimas pro juvenco, & duas pro ariete, unamque pro agno, omnium numerus conficiet ſexaginta & unam decimam. Cæterum lavacri ſpatium quadraginta eſt Satorum, ſicuti expoſitum eſt in tractatu Micvaot. Satum vero ſex Caborum, & Cabus quatuor Logorum, Logus quatuor quartariorum; קרטוב *Cartob* notat duas octonas quartarii. Ratio R. Simeonis eſt veriſſima, etſi eam jam attulimus capite tertio hujuſce tractatus, quod ſcil. commixtio non impedit, id intelligendum eſt ſi munus tam exiguum fuerit ut illud commiſcere poſſet ſi vellet. Verum ſi id tantum fuerit ut commiſceri non poſſet ſimul, omnino commiſceri ſive convolvi debet, & hoc eſt quod multis in locis Gemaræ dictum eſt, quicquid aptum eſt ut convolvatur, id ipſum non impedit convolutio, & contra, quicquid ineptum eſt ut convolvatur, convolutio id ipſum impedit. Præterea jam aliquoties expoſuimus agni libamina eſſe trium Logorum, arietis vero quatuor, & juvenci ſex. Idcirco nemo unum Logum in oblationem ſpontaneam adducere poteſt, neque duos, quia hanc menſuram ad altare non recipimus. Porro neque quinque Logos promittere poteſt, quia non poſſunt conficere libamina juvenci; neque libaminibus duorum animantium conveniunt. Sex autem Logi conveniunt juvenci libaminibus, & plures quam ſex duobus animantibus conveniunt, ſcil. agno & arieti, & octo duobus arietibus, & novem juvenco & agno, vel tribus agnis, & decem juvenco & arieti, vel duobus agnis & uni arieti, & undecim conveniunt duobus arietibus, atque uni agno, & Hin quæ eſt menſura duodecim Logorum, convenit libaminibus duorum juvencorum, vel trium arietum, vel quatuor agnorum. Et ita ſemper comperies, quemcunque numerum conſideraveris, quantumvis iſte aſcenderit, eum libaminum pecoris quantitati convenire, eo quo diximus ſenſu.

ה מתנדבים יין ואין מתנדבים שמן דברי רבי עקיבא רבי טרפון אומר מתנדבים שמן אמר רבי טרפון מה (ס״א) מצינו ביין שבא חובה ובא נדבה אף השמן בא חובה ובא נדבה אמר לו (ס״א) רבי עקיבא לא אם

5. Promittere poſſunt vinum, ſed non oleum, ſunt verba R. Akibæ. R. Tarphon dicit, promittere poſſunt oleum. Dixit R. Tarphon, quemadmodum invenimus quod ex debito offerri poteſt, & ex promiſſione ſpontanea, ita ſe res etiam habet cum

אם אמרת ביין שכן הוא קרב חובתו בפני עצמו תאמר בשמן שאינו קרב חובתו בפני עצמו אין שנים מתנדבים עשרון א' אבל מתנדבים עולה ושלמים ובעוף אפילו פרידה אחת :

cum oleo. Dixit ei R. Akiba, non ita ſe res habet; nam ſi ita dixeris de vino quod id ex debito offertur ſeorſim, etiam ſic dices de oleo quod non ex debito offertur ſeorſim? Porro nec duo unam promittunt decimam, ſed in holocauſtum quidem & pacifica, & in aves, licet vel unica ſit.

R. OB. DE BARTENORA.

מתנדבין יין *Promittunt vinum*, ſine ſimila & oleo, idque libatur in foramine altaris ſeorſim. *Sed non promittunt oleum*, abſque ſimila & vino. *Promittunt oleum*, quod in pugillum colligitur & ita comburitur; reſidua autem comeduntur. שכן הוא קרב חובתו בפני עצמו *nam ita illud ſeorſim ex debito offertur*, cum debito ſuo id ſeorſim offertur, etſi enim ex debito offeratur cum munere, tamen non impedit munus. *Dices etiam de oleo quod illius debitum ſeorſim non offertur*, nam quandoquidem invenimus id offerri in vaſe ſingulari, an hic quoque non offeratur?

אפילו פרידה אחת *Licet vel unica avis ſit*, turtur unus, vel columbarum pullus, a duobus promittitur; deciſio eſt quod vinum, & oleum ſeorſim promittunt, & munus libaminum, tam juvenci, quam arietis & agni. Omnia vero iſta ſacrificia offeruntur ex votis ſocietatis, munere excepto, quia vox נפש de ipſo uſurpatur, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 2, 2. ונפש כי תקריב קרבן מנחה

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

תאמר בשמן שאינו קרב בפני עצמו *An hoc etiam ſtatues de oleo quod ſeorſim non offertur*? nam id non offertur ſeorſim, ſed cum ſimila, uti diximus. Et Levit. 27, 9. dicitur, אשר יקריבו ממנה קרבן ליהוה ad hæc Sapientes dixerunt, omnia e bonis eccleſiæ veniunt, munere excepto, quia de eo dicitur vox נפש *anima*, ita Levit. 2, 2. ונפש כי תקריב מנחה Idcirco una decima in ſocietate cum aliis non adducenda eſt.

פרידה אחת *Avis unica*, ſcil. turtur, aut columbarum pullus, quos in pari offerunt, vel pluribus. Sed jam expoſuimus in tractatu de Sacrificiis capite quinto, quod vinum & oleum promittere licet. Sic etiam libaminum munus, quodcunque ex iſtis quantitatibus aptum fuerit; & quomodo vinum & oleum ſeorſim offerendum ſit, jam expoſuimus capite decimo tractatus de Sacrificiis.

פרק יג הרי עלי עשרון יביא א' עשרונים יביא שנים פירשתי ואיני יודע מה פירשתי יביא ששים עשרון הרי עלי מנחה יביא איזו שירצה רבי יהודה אומר יביא מנחת הסולת שהיא מיוחדת שבמנחות :

Caput 13. (Si dixerit,) recipio in me decimam, adducat unam; ſi decimas, duas adducat. (Si dixerit,) expoſui, ſed neſcio quid expoſui, adducat decimas ſexaginta. (Si dixerit,) recipio in me munus, adducat quodcunque lubuerit. R. Jehuda dicit, adducat munus ſimilæ, quod eſt nimirum abſolutiſſimum.

R. OB. DE BARTENORA.

פירשתי ואיני יודע מה פירשתי *Declaravi quidem, ſed ego neſcio quid declaravi*, quot decimæ adducendæ ſunt, neſcio, tum adducet decimas ſexaginta, nam ſi pauciores promiſerit, nihil refert, nam is ex pacto dicere poterit, quod promiſi, id pro voto meo erit, reliquum vero pro oblatione ſpontanea. De cæteris nemo eſt qui dubitat, quia nullum eſt munus quod ſexaginta decimas excedit. הרי עלי מנחה *en ſuper me munus*, ſi quis dixerit ſimpliciter, en ſuper me munus, quodcunque e quinque ſpeciebus munerum offerre voluerit, offerat. מיוחדת *abſolutiſſimum*, quod abſolute vocatur munus, ſed non habet conjuncta nomina cum aliis; reliqua munera omnia ſua habent cognomina adjuncta, ut, munus ſartaginis, munus aheni, munus in fornace coctum; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc intelligenda ſunt de omnibus placentis, etſi hoc clarum ſit ob caſum tertium, ſcil. ſi quis adduxerit ſexaginta, quia hoc viri privati munus eſt ampliſſimum, quemadmodum capite antecedenti expoſitum eſt. Cæterum quod auctor dicit, מיוחדת *abſolutiſſimum*; ejus ſenſus eſt quod id cum alio non habeat conjunctionem; Lex tamen id vocavit מנחת סלת *munus ſimilæ*, abſolute; ſed reliqua munera vocantur munus ſartaginis, munus aheni, & munus fornacis; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ב מנחה מין המנחה יביא א' מנחות מין המנחות יביא שתים פירשתי ואיני יודע מה פירשתי יביא חמשתן פירשתי מנחה (ס"א) של עשרונים ואיני יודע מה פירשתי יביא מנחה של ששים עשרון רבי אומר יביא מנחות של עשרונים מאחד ועד ששים :

2. (Si dixerit,) munus, vel ſpeciem muneris, adducat unum; ſi, munera, vel, ſpecies munerum, adducat duo. (Si dixerit,) declaravi quidem, ſed neſcio quid declaravi, adducat quinque. (Si dixerit,) definivi munus decimarum, ſed neſcio quodnam definivi, adducat munus ſexaginta decimarum. Rabbi dicit, munus decimarum adducat ab una uſque ad ſexaginta.

R. OB. DE BARTENORA.

מנחה או מין המנחה *Munus, vel, ſpecies muneris*, ſi quis dixerit, recipio in me aliquod munus, vel muneris ſpeciem, adducat unum e muneribus in Lege memoratis. מנחות *munera*, ſi dixerit, munera ſint in me, vel, ſpecies munerum ſint in me, duo munera unius ſpeciei adducat.

פירשתי ואיני יודע מה פירשתי *Expoſui, ſed neſcio quid expoſui*, definivi quidem munerum ſpecies quæ adducendæ erant, ſed neſcio quot ſpecies promiſerim, tum is quinque adducat ſpecies, nimirum, munus ſimilæ, ſartaginis, aheni, & coctum in fornace, duæ eſt ſpecies, placentæ, & lagana. *Definivi munus decimarum*, in uno vaſe, ſed neſcio quot decimas in eo definivi. *Is adducat ſexaginta decimas*, quia de majori numero non eſt dubium; & ſi minus promiſerit, nihil refert, quia ex conditione dicere poterit, quantum promiſi,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Per *quinque* intelliguntur quinque munerum ſpecies, ſcil. munus ſimilæ, ſartaginis, aheni, & quod in fornace coctum eſt, & hæ duæ ſunt ſpecies, placentæ, & lagana. *Ab una uſque ad ſexaginta*, nempe, unam decimam adducet in uno vaſe, & duas in altero vaſe, & ſic per ordinem addet unam donec ſexaginta munera in ſexaginta vaſis adduxerit, in vaſe primo unam decimam, & ſexaginta in poſtremo, hinc omnium decimarum numerus erit mille octingentarum & triginta; deciſio non eſt ſecundum Rabbi.

miſi, tantum erit in votum meum, reliquum vero in oblationem ſpontaneam. *Rabbi dicit, munus decimarum adducat ab una uſque ad ſexaginta*, nam quandoquidem vovens dixit, munus, quod de uno intelligendum eſt, in uno vaſe definito, & ſi in uno vaſe ſexaginta promiſerit, forſan minus promiſit, ita ut munus ſuperfluum ſit, nam Rabbi putat quod vaſis definitio ſit res, propterea ſexaginta adducet munera, ab una ad ſexaginta, unam ab altera, & alteram e duabus, vel e tribus, vel e quatuor, uſque ad ſexaginta, hinc fiet ut in omnibus adducat mille, octingentas, & triginta decimas, nam tum ſine dubio adducit unam ex illis quas promiſit; reliquæ erunt in oblationem ſpontaneam; deciſio non eſt ſecundum Rabbi.

ג הרי עלי עצים לא יפחות משני גזירין לבונה לא יפחות מקומץ חמשה קומצים הן האומר הרי עלי לבונה לא יפחות מקומץ המתנדב מנחה יביא עמה קומץ לבונה המעלה את הקומץ בחוץ חייב ושני בזיכין טעונים שני קמצים :

3. (Si dixerit) recipio in me ligna, non minus quam duo ſegmenta adducet. Si, thus, non minus quam pugillum offeret. Quinque pugilli ſunt, ſi quis dixerit, recipio in me thus, non minus quam pugillum offeret. Si quis promiſerit munus, cum eo adducat pugillum thuris. Si quis pugillum adduxerit foris, tenetur; duæ ſartagines requirunt duos pugillos.

R. OB. DE BARTENORA.

לא יפחות משני גזירין *Non diminuet de duobus ſegmentis*, non minus quam duo ſegmenta majora adducet, quia minima lignorum pars comprehendit duo fruſta. והמעלה את הקומץ בחוץ חייב *& qui adduxerit pugillum foris, is tenetur*, excidio ſcil. quia hæc העלאה *adductio* eſt. Sub hac regula etiam comprehenditur caſus illius qui pugillum adduxerit intus, quia recta adductio eſt; idcirco quinque meminit pugillorum, & non plurium; ſed non enumeravit auctor pugillum illius qui eum introduxit, pro ſexto pugillo.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Scriptum eſt Levit. 1, 2. אדם כי יקריב מכם קרבן & Nehem. 13, 31. dictum eſt ולקרבן העצים ubi ligna vocat munus, idcirco ſi quis in ſe receperit adducere ligna ad altare, tenetur ad illa quemadmodum ad cætera ſacrificia. Sed non pauciora quam duo ſegmenta adducenda ſunt, quia altaris focus ſine duobus fragmentis non conſervatur, nec ultra ci addendum eſt, uti ſcriptum eſt Levit. 1, 7. וערכו עצים על האש at minimus in plurali eſt binarius numerus. *Duæ Sartagines*, panis facierum.

ד הרי עלי זהב לא יפחות מדינר זהב כסף לא יפחות מדינר כסף נחשת לא יפחות ממעה כסף פירשתי ואיני יודע מה פירשתי הוא מביא עד שיאמר לא לכך נתכוונתי :

4. (Si dixerit,) recipio in me aurum, non minus quam denarium aureum offert; ſi argentum, non minus quam denarium argenteum offeret; ſi æs, non minus quam Meam æneam offeret. (Si dixerit,) definivi quidem, ſed neſcio quid definivi, adducat donec dixerit, non hoc intendi.

R. OB. DE BARTENORA.

לא יפחות מדינר זהב *Non diminuet de denario aureo*, ſi definiverit monetam auream, ſin minus, dicimus eum deſignaſſe auri fragmentum. *Si æs, non diminuet de Mea* mina ænea, adducet tantam æris copiam donec ea *Meam* argenteam valuerit. *Definivi quidem, ſed neſcio quid definivi*, hoc & illud aurum definivi, ſed non definivi quantum, tum adducet tantum donec ſciat ſecum quod nunquam tantam copiam intendit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Vota hæc in Templi refectionem fiunt; dummodo locutus fuerit de pecunia deſignata, at ſi pecuniam deſignatam non definiverit, dicere poſſumus ipſum obligatum eſſe ad auri vel argenti fragmentum aliquod.

ה הרי עלי יין לא יפחות משלשה לוגין שמן לא יפחות מלוג רבי אומר שלשה לוגין פירשתי ואיני יודע מה פירשתי יביא כיום המרובה :

5. (Si dixerit,) recipio in me vinum, non minus quam tres Logos adducat; Si oleum, non minus quam Logum. Rabbi dicit, tres Logos. (Si dixerit,) definivi, ſed neſcio quid definivi, tum adducet uti in die multiplicato.

R. OB. DE BARTENORA.

הרי עלי יין *En ſuper me vinum*, pro libaminibus, non minus quam tres Logos, quod omnium libaminum minimum eſt, quartarius Hin pro agno trium eſt Logorum, Hin enim duodecim eſt Logorum. *Si oleum voverit, non minus quam Logum offeret*, quia minimum munus conſtat e decima ſimilæ, & uno olei Logo opus habet.

רבי אומר שלשה לוגין *Rabbi dicit, tres Logos*, quod eſt omnium munerum minimum, decima pro quolibet agno ſubacta in quartario Hin olei; deciſio non eſt ſecundum Rabbi. כיום המרובה *ut dies multiplicatus*, qui eſt primus dies feſti Tabernaculorum, ſi is in Sabbatum inciderit, nam eo die libamina pro ſacrificiis multiplicantur magis quam ullo totius anni die, nam tum tredecim offerebantur juvenci, quatuordecim agni, & quatuor additamenta, duo in Sabbatum, & totidem in diem feſtum, duo agni, & unus hircus. Libamina vero pro omnibus iſtis oblationibus neceſſaria, ſunt centum & quadraginta Logi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam noſti quod omnium libaminum minimum eſt agni libamen, quod trium eſt Logorum. Munus vero minimum eſt decima unius, quod uno Logo olei indiget, uti aliquoties expoſuimus. Rabbi vero putat quod minimum libaminis munus ex oleo, ſit trium Logorum, quia in iſtis decimam pro agno ſubigunt.

כיום המרובה *Ut in die multiplicationis*, hic eſt dies feſti Tabernaculorum primus qui in Sabbatum inciderit. Si vero libamina contemplatus fueris, ob quæ ſacrificia ejuſdem diei offerri debent, invenies quod ſunt duodecim trientem menſuræ Hin nondum conficientia, quæ ſunt centum & quadraginta Logi, & illam vini quantitatem offerunt. Et quemadmodum in oleo ſexaginta & una decima ſubigi debent, quæ uno die offerendæ ſunt, uti ſuperiori capite expoſitum eſt; deciſio non eſt ſecundum Rabbi.

ו הרי עלי עולה יביא כבש רבי אלעזר בן עזריא אומר או (ס״א) תור או בן יונה פירשתי מן הבקר ואיני יודע מה פירשתי יביא פר ועגל מן הבהמה ואיני יודע מה פירשתי יביא פר ועגל איל גדי וטלה פירשתי ואיני יודע מה פירשתי מוסיף עליהם תור ובן יונה :

6. (Si dixerit,) recipio in me holocauſtum, adducat agnum. R. Eleazar filius Azariæ dicit, turturem vel columbæ filium adducat. Si, definivi quidem jumentum, ſed neſcio quod, tum adducat juvencum, & vitulum. Si, ex armento, ſed neſcio quid definivi, adducat juvencum, vitulum, & arietem, & agnum. Si, definivi, ſed neſcio quid definivi, addet iſtis turturem & columbæ pullum.

R. OB. DE BARTENORA.

הרי עלי עולה יביא כבש (Si dixerit,) *en ſuper me holocauſtum, adducet agnum*, in regione ubi degebat doctor primus *holocauſtum ſimplex* duntaxat vocabatur id quod ex בהמה conſtat, cujus minima pecus eſt ovis; idcirco agnus adducendus eſt ſecundum ipſum. Sed in loco ubi R. Eleazar filii Azariæ degebat, vocabatur holocauſtum ſimplex etiam id quod ex avibus offerebatur; idcirco turtur aut columbæ pullus adducendus eſt ex ipſius ſententia; idcirco quiſque ſecundum regionem ſuam locutus eſt.
יביא פר ועגל *Adducet juvencum & vitulum*, maſculos & non fœminas, quia holocauſtum ex maſculis duntaxat offertur. Sed Miſna hæc eſt ſecundum ſententiam Rabbi, nam is dixit ſuperius eum qui promiſit parvum & adduxerit magnum, non ſatisfeciſſe officio ſuo. Sapientes vero ei contradicunt, & ſtatuunt eum qui parvum promiſerit, & magnum adduxerit, ſatisfeciſſe officio ſuo, quia exiguum continetur in multo; deciſio eſt ſecundum Sapientes. *E jumento*, ſi dixerit, definivi quidem unum e pecoribus, ſed neſcio quid definivi, tum de omnibus jumenti ſpeciebus adducat magnum & parvum pecus, ſcil. juvencum, vitulum, arietem, capram, hircum & agnum. *Definivi, ſed neſcio quid definivi*, definivi ſpeciem, ſed neſcio quam definivi, an ſit pecoris, an vero avis ſpecies.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In regione iſta in qua degebat doctor primus, *holocauſtum abſolutum* duntaxat vocabatur quod ex jumento offerebatur, ſaltem ex ovibus. Sed in regione ubi degebat R. Eleazar filius Azariæ etiam *holocauſtum abſolutum* vocabatur id quod ex avibus offerebatur, idcirco is dicit, turturem & columbæ pullum adducet. Cæterum quod dicitur, ſi dubium exortum fuerit, tam de magnis quam parvis iſtius ſpeciei, id duntaxat dictum eſt ex ſententia Rabbi, dicentis, ſi quis promiſerit parvum & adduxerit magnum, non ſatisfecit officio ſuo, idcirco & parvum & magnum adducere debet. Sapientes vero dicunt, adducet magnum ex iſta ſpecie, ſi dubium aliquod inciderit; deciſio eſt ſecundum Sapientes. Sed non requiritur ut denuo dicamus holocauſtum jumenti non offerri niſi ex maribus, de quacunque id fiat ſpecie, quia id jam diximus ſuperius.

ז הרי עלי תודה ושלמים יביא כבש פירשתי מן הבקר ואיני יודע מה פירשתי יביא פר ופרה עגל ועגלה מן הבהמה ואיני יודע מה פירשתי יביא פר ופרה עגל ועגלה איל ורחל גדי וגדיה שעיר ושעירה טלה וטליה :

7. (Si dixerit,) recipio in me ſacrificium euchariſticum, & pacificum, adducat agnum. Si, definivi jumentum, ſed neſcio quod, adducat juvencum, vaccam, vitulum & vitulam. Si, ex armento, at neſcio quod definivi, adducat juvencum, vaccam, vitulum, vitulam, arietem, ovem, hœdum, hœdam, caprum, capram, agnum, & agnam.

R. OB. DE BARTENORA.

תודה ושלמים *Euchariſticum & pacificum*, euchariſticum aut pacificum. *Adducat agnum*, quod inter euchariſtica & pacifica minimum eſt. *Adducat juvencum & vaccam*, quia euchariſticum & pacificum e maſculis & fœminis offeruntur. *Caprum*, anniculum. *Capram*, biennem. *Agnam*, anniculum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ratio eſt quia pacifica e maſculis duntaxat offeruntur, & hæc quoque Rabbi ſententia eſt. Sapientum vero mens eſt, quod ſi quis dixerit, e jumento, ſed neſcio quid definivi, offerat juvencum, arietem, vaccam, agnam, caprum, & capram; deciſio non eſt ſecundum Sapientes.

ח הרי עלי שור יביא הוא ונסכיו במנה עגל יביא הוא ונסכיו בחמש איל יביא הוא ונסכיו בשתים כבש יביא הוא ונסכיו בסלע שור במנה יביא במנה חוץ מנסכיו עגל בחמש יביא בחמש חוץ מנסכיו איל בשתים יביא בשתים חוץ מנסכיו כבש בסלע יביא בסלע חוץ מנסכיו שור במנה והביא שנים במנה לא יצא אפילו זה במנה חסר דינר וזה במנה חסר דינר שחור והביא לבן לבן והביא שחור גדול והביא קטן לא יצא קטן והביא גדול יצא רבי אומר לא יצא :

8. (Si dixerit,) recipio in me bovem, ipſum & libamina ipſius Minæ pretio offerat. Si, vitulum, ipſum & libamina ipſius adducet pretio quinque Selarum. Si arietem, ipſum & libamina ipſius offeret pro Selis duabus. Si agnum, adducet ipſum & libamina ipſius pretio Selæ. Si bovem Minæ, offerat ipſum pro Mina præter libamina ipſius. Si, vitulum quintæ, offeret pro quinque Selis præter libamina ipſius. Si, arietem duarum Selarum, offeret pro duabus, præter libamina ipſius. Si agnum Selæ, adducet pro Sela præter libamina ipſius. Si bovem Minæ, & adduxerit duos Minæ, non ſatisfecit, etſi unus valeat Minam excepto denario, & alter tantundem. Si nigrum & adduxerit album, vel album, & adduxerit nigrum, vel magnum, & adduxerit parvum, non ſatisfecit, vel parvum & adduxerit magnum, ſatisfecit; Rabbi dicit, non ſatisfecit.

R. OB. R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

יביא הוא ונסכיו במנה *Adducat ipſum & libamina ipſius pretio Minæ*, ita exponitur in lege orali, ut ſcil. bovis & libaminum pretium ſit unius Minæ. בחמש *pro quinque*, ſcil. Selis. *Si bovem Minæ*, ſi dixerit, recipio in me bovem Minæ, adducat eum Minam valentem, præter libamina ipſius, quia ita definivit. *Si bovem Minæ, at duos unius Minæ adduxerit, non ſatisfecit*, quia bovem Minæ definivit. *Si parvum, & adduxerit magnum*, controverſiam quæ eſt inter Rabbi & Sapientes hic notat in fine, ut conſtet quod principium cum omnibus doctoribus non conveniat, ſed cum Rabbi, non cum Sapientibus; deciſio non eſt ſecundum Rabbi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Pretia hic memorata iſtis temporibus atque in iſtis regionibus vigebant; ſed jam diximus deciſionem non eſſe ſecundum Rabbi.

ט שור זה עולה ונסתאב אם רצה יביא בדמיו שנים שני שוורים אלו עולה ונסתאבו אם רצה יביא בדמיהם אחד רבי אוסר (ס"א) איל זה עולה ונסתאב אם רצה יביא בדמיו כבש כבש זה עולה ונסתאב אם רצה יביא בדמיו איל רבי אוסר (ס"א) האומר אחד מכבשי הקדש ואחד משוורי הקדש היו לו שנים הגדול (ס"א) שבהן הקדש שלשה הבנוני שבהן הקדש פירשתי ואיני יודע מה פירשתי או שאמר אמר לי אבא ואיני יודע הגדול שבהן הקדש :

9. (Si dixerit,) hic bos ſit in holocauſtum, & is vitium contraxerit, ſi tum iſto pretio duos adducere velit, adducat. Si, duo hi boves ſint in holocauſtum, & ii vitium contraxerint, pretio eorum adducat duos, ſi velit. Rabbi prohibet. Si dixerit, hic aries ſit in holocauſtum, & is vitium contraxerit, pretio iſtius adducat agnum, ſi velit. Si, hicce agnus ſit in holocauſtum, & is vitium contraxerit, pretio iſtius adducat arietem, ſi velit. Rabbi vetat. Si quis dixerit, unus ex agnis meis ſanctus ſit, atque unus e bobus meis, tum ſi duo ſint, major eorum ſanctus eſt. Si tres, mediocris eorum ſanctus eſt. (Si dixerit,) definivi, at neſcio quid definivi; vel ſi dixerit, dixit mihi pater meus, ſed neſcio, tum eorum maximus eſt ſanctus.

R. OB. DE BARTENORA.

ונסתאב *Si vitium contraxerit*, nam id quod vitium contraxerit, id vocatur immundum, ita Num. 18, 15. הבהמה הטמאה qui verſus loquitur de pecore vitiato, ſicuti expoſitum eſt capite ſuperiori. *Si voluerit, adducat pro pretio illius duos*, non ut ſupra dictum eſt, ſi bovem Minæ promiſerit, & duos unius Minæ adduxerit, non ſatisfecit, nam illic ubi dixit, *en ſuper me bos Minæ*, tenetur donec iſtum adduxerit; ſed hic ubi dixit, iſte bos, & is vitium contraxerit, aliter ſe res habet, nam cum dixit, iſte bos, & is vitium contraxerit, jam tranſiit votum illius, quod jam implere nequit. *Rabbi vetat*, de induſtria, at ſi caſu adduxerit, ſatisfecit, nam quia dixit *iſte*, non tenetur ad cautionem damni; deciſio non eſt ſecundum Rabbi. *Medianus ex iis ſanctus eſt*, nam ſi duo ſint, tum major conſecratus eſt, quiſquis enim ſanctificat, liberaliter ſanctificat, idcirco haud dubium eſt quin conſecraverit maximum, quia ſcriptum eſt Deut. 12, 11. מבחר נדריכם ſi vero tria fuerint pecora, de mediano ſuſpicio eſt, quia nobis non conſtat in quod ceciderit ſanctitas, an in maximum, an vero in medianum, propterea ambo ſunt reproba. Sed unum ex iſtis duntaxat in altare offerendum eſt; ſed quid faciendum ut unum ex ipſis fiat licitum? expectandum eſt donec medianum pecus vitium contraxerit, idque cum maximo commutabit; nam ſi in medianum, & non in maximum inciderit conſecratio, jam vitiatum eſt, & profanatum. Si vero in maximum inciderit conſecratio ab initio, fiet ut medianum ſit profanum ab initio. *Definivi*, definivi aliquod, ſed neſcio quodnam. *Vel ſi dixerit, dixit mihi pater meus*, ſcil. in agone mortis dixit, e bobus meis unum ſeparato in ſanctum, ſed neſcio quemnam eorum. *Maximus eorum ſanctus eſt*, quando enim dixit, definivi, non dubium eſt quin ſine dubio maximum definivit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Rabbi contradicit in omnibus caſibus hujuſce Miſnæ, nam is putat quod vota ipſa offerri debent, &, ſi vitium contraxerit, adducat pretio ipſius aliud; deciſio non eſt ſecundum Rabbi,

י הרי עלי עולה יקריבנה במקדש ואם הקריבה בבית חוניו לא יצא שאקריבנה בבית חוניו יקריבנה במקדש ואם הקריבה בבית חוניו יצא רבי שמעון אומר אין זו עולה הריני נזיר יגלח במקדש ואם גלח בבית חוניו לא יצא שאגלח בבית חוניו יגלח במקדש ואם גלח בבית חוניו יצא רבי שמעון אומר אין זה נזיר הכהנים ששמשו בבית חוניו לא ישמשו במקדש בירושלם ואין צריך לומר לדבר אחר שנאמר אף לו יעלו כהני הבמות אל מזבח ה' בירושלים כי אם אכלו מצות בתוך אחיהם הרי הן כבעלי מומין חולקין ואוכלין אבל לא מקריבין :

10. (Si dixerit,) en ſuper me holocauſtum, offerat id in Sanctuario; ſi vero iſtud in domo Chonionis obtulerit, non ſatisfecit. Si, in domo Chonionis iſtud offeram, in Sanctuario offerat; ſi vero iſtud in domo Chonionis obtulerit, tamen ſatisfecit. R. Simeon dicit, hoc non eſt holocauſticum. (Si dixerit,) en ſuper me Nazyræatus, non tondebitur in Sanctuario; ſi enim in domo Chonionis tonſus fuerit, non ſatisfecit. Si, tondebor in domo Chonionis, tum non ſatisfecit. Si, nam tondebo me in domo Chonionis, in Sanctuario tondebitur; ſi vero in domo Chonionis tonſus fuerit, tamen ſatisfecit. R. Simeon dicit, hic non eſt Nazyræus. Sacerdotes qui in domo Chonionis miniſtrant, ii in Sanctuario non miniſtrant Jeruſolymis, & eo minus ſi pro alia religione miniſtraverint, uti dicitur 2 Reg. 23, 9. *Sed non aſcendent ſacerdotes excelſorum in altare Domini Jeruſolymis, ſed comedunt azyma inter fratres.* Sicuti igitur vitioſi dividunt, & comedunt, ita & illi, ſed non offerunt.

R. OB.

R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

בית חוניו *Domus Chonionis*, nempe Templum aliquod ædificatum fuit a Chonione Simeonis juſti filio Alexandriæ in Ægypto; dum enim Simeon juſtus in agone mortis verſabatur, dixit, Chonio filius meus in locum meum ſufficietur, quia in miniſterio ſacerdotali magis verſatus eſt quam ipſius frater Simhi. Verum Chonio ad pontificatum non admiſſus fuit, eo quod Simhi frater ipſius duobus annis cum dimidio major natu erat, & propterea in locum patris ſui ad pontificatum electus fuit. Succeſſu autem temporis Chonio in fratrem ſuum Simhi iratus fuit, dixitque, docebo te miniſterii ſacerdotalis officia, & induam te lintea tunica ſubtiliſſima, quali mulieres ſuper carnem induuntur, & ſuper hanc cingulo anguſto & exiguo; atque hac in forma ipſum ad altare conſtituit. Cum vero Simhi ſe ſacerdotibus fratribus ſuis oſtendiſſet, Chonio dixit, videte quid is amicæ ſuæ promiſit, & implevit hoc momento; dixerat enim amicæ ſuæ, quum in ſummum pontificem electus fuero, induam me tunica tua, & cingulo tuo me cingam. Hinc evenit ut fratres ipſius ſacerdotes Chonionem interficere voluerint cum omni poſteritate, ſed is ad Regiam ſe contulit; & unuſquiſque qui ipſum vidit, dixit, hic eſt, poſtea aufugit Alexandriam in Ægypto, ubi erant myriades Iſraëlitarum, ibique Templum & altare conſtruxit, at in nomine Domini, de quo altari prophetavit Jeſaias 19, 19. ביום ההוא יהיה מזבח ליהוה בתוך ארץ מצרים Et hocce Templum prope ducentos annos ſtetit, & in nomine Chonionis vocatum fuit *domus Chonionis*. Sed omnes doctores in hoc conveniunt quod ſacrificia illic oblata non ſint recta ſacrificia; idcirco, ſi quis dixerit, en ſuper me holocauſtum, idque eo in loco obtulerit, non ſatisfecit.

שאקריבנה בבית חוניו *Nam offeram id in domo Chonionis*, perinde ac ſi dixiſſet, recipio in me holocauſtum ea conditione ut occidam illud, & tum ad cautionem futuri damni non tenetur. Propterea ſi quis in domo Chonionis obtuliſſet, promiſſionis ſuæ debito quidem ſatisfecerat, attamen excidio tenebatur, ob mactationem extra atrium Templi Jeruſolymitani, & quod nomen holocauſti ſuper illos vocatum fuit.

רבי שמעון אומר אין זו עולה *Rabbi Simeon dicit, hoc non eſt holocauſtum*, ſed omnino profanum eſt, quia nomen ſanctitatis non cecidit in ipſum, quando quis dixerit, offeram id in domo Chonionis; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon. *Et ſi in domo Chonionis tonſus ſit, non ſatisfecit*, ſed denuo in Templo Jeruſolymitano tondendus eſt, & ibidem ſacrificia adducenda.

שאגלח בבית חוניו אם גלח בבית חוניו יצא *Nam tondebor me in domo Chonionis, tum ſi domi Chonionis ſe totonderit, ſatisfecit*, quia is qui promiſerit ſe in domo Chonionis tonſurum in Nazyræum, intendit abſtinentiam rerum mundanarum. Quia autem procul erat a terra Iſraëlis & prope domum Chonionis, dixit, ſi in domo Chonionis ſufficiat, non amplius me macerabo, tum in ipſum non cecidit Nazyræatus, ſed ſe res habet perinde ac ſi juraſſet ipſum tamdiu non bibiturum vinum. *R. Simeon dicit, non eſt Nazyræus*, nequaquam, ſed ei licet vinum bibere; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon. *Sed non requiritur ut dicamus ſi in altare miniſtraverit*, nempe ſi idololatriæ miniſtraverint, quod non amplius Jeruſolymæ miniſtrabunt, & vitioſis ſimiles ſunt, quia non dividunt neque comedunt Sancta.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Simeon ille juſtus a quo recepimus omnem Traditionem, ſicuti in præfatione hujuſce libri expoſitum, poſtquam ei Deus vitam longævam tranquillitatemque conceſſiſſet, duos reliquit filios, quorum unus vocabatur Chonio, alter vero Schimgni, qui major natu erat, ſed Chonio doctior erat in caſibus miniſterii. Commendavit itaque Simeon ut Chonio natu minor eſſet pontifex maximus in locum ipſius. Chonio autem veſtimenta ſua exuit pontificalia, iiſque induit fratrem ſuum Schimgni, atque ipſum in patris locum ſuffecit pontificem maximum. Poſtea vero ipſum facti pœnituit, ſecumque cogitavit de occidenda Schimgni fratre ſuo, ut dignitatem ſuam recuperaret, quamvis fieri non poterat ut is ſufficeretur, ſicuti e fundamentis Legis noſtræ tibi conſtat, eum qui in aliqua dignitate juxta Legem conſtitutus fuerit, non poſſe ab illa detrudi niſi ob aliquam neceſſitatem, quia in ſanctis aſcendendum & non deſcendendum eſt; neque alius præter unum pontificem eſſe poteſt in toto mundo; idcirco quæſtionem inſtituit contra Schimgni fratrem ſuum, dixitque, veni ut te miniſterii ordinem doceam, interim induit ipſum veſtimento ſacerdotibus indigno, & cingulo quo iſto tempore ſacerdotes cingebantur, poſtea ipſum ad altare admovit ad ritum ſacrificandi diſcendum, ne ad quodque miniſterium accederet, nam qui caret veſtibus, is ad miniſterium ineptus eſt, uti dictum eſt. Poſtea reliquit fratrem ſuum, atque ad reliquos ſacerdotes ſe contulit in Sanctuario, dixit, hicce meus frater cinctura meretricis indutus eſt, & veſtimento ipſius, nam juravit ei ut ipſo die quo in ſummum pontificem eligeretur, veſtimenta ipſius indueret, & in iis ad altare accederet, ut eximium quo in eam ferebatur amorem, oſtenderet; videtis jam contigiſſe id quod dixi vobis. Hinc factum eſt ut gregarii ſacerdotes eum occidere conarentur ob inſigne illius peccatum in Sanctuario patratum, quia cinctura ſatis rem indicabat. Idcirco Shimgni loquendi veniam petiit, atque enarravit quibus dolis a fratre ſuo circumventus erat, & demonſtravit ſuam in toto negotio innocentiam, & Chonionem hæc omnia molitum eſſe, ut is in ſummum pontificem eligeretur, ipſumque hac in parte cum Sacris ita luſiſſe. Tum Chonionem occidere conati ſunt, ſed is aufugit ad Regiam, quia a toto populo evadere non poterat, omnes enim ipſum quærebant Iſraëlitæ, idcirco Jeruſolyma diſceſſit Alexandriam in Ægyptum, ibique ædificium aliquod exſtruxit cum ſuis miniſterii vaſis & altaribus, omnia ſecundum Templi Jeruſolymitani, ejuſdemque altarium & vaſorum figuram, ibique Deo ſacrificavit. Propterea dicitur, *domus Chonionis*, erat domus idololatrica, quia in ea tranſgrediebantur Legem Deut. 12, 13. פן תעלה עולתיך בכל מקום אשר תראה Poſtea ad Chonionem congregati ſunt ſacerdotes, quorum ſocietas dicta eſt קבטצר una cum omnibus qui ſe conjunxerunt illis, & miniſterium eorum vocatum eſt עבודת השם *cultus divinus*, tum cultus iſte ita inclaruit ut pontificem elegerint, domumque iſtam impenſe honorarint, atque ipſi Ægyptii in ea Deum coluerint, & ſacrificia offerrentur uti conveniebat. De hac re intelligendum eſt illud Jeſaiæ vaticinium capite 19, 19. Et hic cultus duravit per ducentos annos; omnes vero doctores in hoc conveniunt quod Sacrificia illic oblata, non ſunt ſacrificia recta, & animantia illic mactata cenſentur ſtrangulata, & hoc eſt quod auctor dicit, *ſatisfecit*; perinde ac ſi quis dixiſſet, recipio in me holocauſticum, ea conditione quod non obligatus ero ad cautionem damni. R. Simeon dicit, hoc non eſt holocauſtum, neque in ipſum cadit nomen ſanctitatis, quandoquidem in domo Chonionis conditionem inivit; idcirco licet ſacrificium iſtud comedere vel vendere. Sed jam expoſuimus in tractatu de Nazyræis, quod *Nazyræi tonſio* notat adductionem ſacrificiorum ipſius. Sic etiam id quod dicit, *ſatisfecit*, eſt perinde ac ſi dixiſſet, recipio in me Nazyræatum ſuper iſtis ſacrificiis, ea conditione quod non ero obligatus ad cautionem futuri damni. Idcirco hac in parte duntaxat abſtinentiæ ſcopus eſt, perinde ac ſi quis juraſſet ſe per aliquod tempus non bibiturum vinum, idcirco ad Nazyræatum obligatur. R. Simeon dicit, non eſt hic Nazyræus, ſed ei licet vinum bibere, & omnia agere quæ Nazyræo prohibita ſunt; deciſio eſt ſecundum R. Simeon in duobus caſibus.

יא נאמר בעולת הבהמה אשה ריח ניחוח (ובעולת העוף אשה ריח ניחוח ס״א) ובמנחה אשה ריח ניחוח

11. Dicitur de holocauſto pecoris, *ignitum odoris grati*, & de holocauſto avis dicitur idem, & de munere idem dicitur, quod indicio eſt perinde eſſe,

ניחוח ללמד שאחד המרבה ואחד הממעיט ובלבד שיכוין אדם את דעתו לשמים :

ſive multum ſive parum obtulerit, dummodo intenderit cognitionem Dei.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. Ex eo quod ſcriptum eſt Levit. 6, 2. *Hæc eſt Lex pro holocauſto, & pro munere, & pro ſacrificio expiationis &c.* dixerunt doctores, quiſquis in Lege meditatur, cum eo ſe res habet perinde ac ſi holocauſtum obtuliſſet, munus, & ſacrificium pro peccato, & præterea dixerunt, ſtudioſi Sapientes juri, miniſteriis, & ſacrificiorum ritibus operam dantes a Lege cenſentur ac ſi Templum ædificarent ſuo tempore. Propterea homo in ritibus ſacrificiorum meditari debet, ne dicat quod iſtæ ſunt res quæ hocce tempore haud neceſſariæ ſunt, uti homines dicere ſolent.

Finis Tractatus de Muneribus.

מסכת חולין

Tractatus de Profanis.

פרק א הכל שוחטין ושחיטתן כשרה חוץ מחרש שוטה וקטן שמא יקלקלו (ס"א) בשחיטתן וכולן ששחטו ואחרין רואין אותן שחיטתן כשרה שחיטת עכ"ום נבילה ומטמאה במשא השוחט בלילה וכן הסומא ששחט שחיטתו כשרה השוחט בשבת וביום הכפורים אף על פי שמתחייב בנפשו שחיטתו כשרה :

Caput I. Omnes mactare poſſunt, & mactatio ipſorum recta eſt, ſurdo, ſtulto, & minorenni excepto, ne perdant mactationem eorum. Horum vero omnium qui mactarunt, ſi alii viderint eos, mactatio recta eſt. Mactatio gentilis aſſimilatur cadaveri, & onere polluit. Si quis nocte mactaverit, vel ſi cœcus mactaverit, mactatio legitima eſt. Si quis in Sabbato mactaverit, & die Expiationis, etſi vitam debeat, mactatio ejus recta eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

הכל שוחטין *Omnes mactant*, in Gemara hæc ita diſcernuntur, omnes mactare poſſunt, ſcil. de induſtria, & mactatio eorum recta eſt, ſcil. ea quæ caſu facta eſt. Nam ab initio colligimus, quod omnes de induſtria mactare poſſunt; ſed ex eo quod deinceps dicitur, *omnes*, colligimus de mactatione caſu peracta, at non de induſtria. Nam dici nequit totam loqui Miſnam de mactatione de induſtria peracta; etenim quia auctor dixit, *omnes mactant*, clarum eſt quod mactatio eorum recta eſt. Cæterum in Gemara ita concluditur de hac Miſna; *omnes mactant*, id eſt omnes rituum mactandi periti mactant, etſi coram nobis non ter mactaſſent, unde conſtaret an mactandi peritiam habeant, & non deficiant in mactando, & in retardationem incidant. Quando hoc intelligendum quod periti ſunt? quando ii quibus mactandi provincia demandata eſt, de eo qui mactat certiores facti fuerint quod mactationis ritus intelligat, ſed ſi hoc de ipſo non conſtiterit, mactare nequit. Si vero mactaverit, examinant ipſum, ſi itaque intellexerit mactationis ritus, mactatio illius legitima eſt.

חוץ מחרש שוטה וקטן *Excepto ſurdo, ſtulto, & minorenni*, nam etſi mactatio caſu facta fuerit, & is mactandi ritus intellexerit, tamen vetitum eſt comedere de mactato, quia ſemper in ſuſpicione rei male actæ verſatur, cum non ſit integra mente.

וכולן ששחטו *Et omnium eorum qui mactarunt*, quoniam non dicit, ſi mactaverint, ſed omnes iſti qui mactarunt, colligitur inde quod iſta verba non tantum referenda ſint ad ſurdum, ſtultum, & minorennem, ſed etiam ad eum qui mactandi ritum non intelligit, quem examinant; nam ſi non fuerit præſens ut examinari poſſit, ſed alii ipſum viderint mactantem, mactatio ipſius tamen legitima eſt; deciſio igitur non eſt ſecundum hancce Miſnam, ſed, etſi alii eum non viderint mactantem, nec doctores eum examinaverint, tamen mactatio illius recta eſt, quia plurimi qui mactant, ſunt periti, quibus licet de induſtria mactare nemine conſpiciente.

שחיטת נכרי *Mactatio gentilis*, licet rite facta ſit, tamen ea cadaveri ſimilis eſt, & quamvis Iſraëlita adſtet; attamen non prohibitum eſt ex eo aliquid commodi capere, quia hæretici periti in idololatria res mactata duntaxat prohibita eſt, ne quis ex ea aliquid commodi capiat, eo quod hæretici cogi-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Miſna hæc a Sapientibus expoſita eſt e Gemara, nam multa in ea continentur dubia; quum itaque auctor dicit, *omnes mactare poſſunt*, inde manifeſtum eſt quod omni Iſraëlitæ permiſſum ſit de induſtria mactare ſacrificium. Et ex eo quod dicit, *& mactatio eorum recta eſt*, conſtat mactationem eorum licitam eſſe, ſi caſu mactaverit, at non de induſtria.

וכלן ששחטו *Et omnium eorum qui mactarunt*, hoc non ad ſurdum, neque ad ſtultum, neque ad minorennem duntaxat referendum eſt; nam ſi is auctoris ſcopus eſſet, dicere debuiſſet, *ſi mactaverint & alii eos viderint*. Neque hoc referendum eſt ad id quod in principio dicitur, *omnes mactant, ſurdus, ſtultus, & minorennis*, nam ab iis de quibus dixit quod de induſtria mactare poſſunt, non requiritur quod alii eos viderint mactantes. Cæterum reſponſionem ad has difficultates, ſecundum id quod in Gemara dicitur, brevibus hic tibi tradam; ſi quis igitur mactare velit, neceſſe eſt ut ſciat jura earum rerum quæ mactationi nocent, & hæ ſunt quinque, tardatio, conculcatio, occultatio, aberratio, & eradicatio, quæ omnes ſuo loco in hocce tractatu exponuntur. Requiritur ergo ut ritum mactandi omnino intelligat, & aliquoties coram Sapientibus mactet, antequam ſolus mactet, ne corrumpat mactationem; ſi vero ſit מומחה *probatus* quiſpiam, de induſtria mactare poteſt. Et quod auctor dicit, *omnes mactant*, id intelligendum eſt ſi periti fuerint, ſin minus, attamen mactaverint, examinandi ſunt an intelligant iſtas quinque res quæ mactationi nocent, & ſi deprehendantur eas intelligere, mactatio eorum recta eſt; ſurdo, ſtulto, & minorenni exceptis, ſi enim hi mactaverint, eorum mactatio reproba eſt, licet quinque res mactationem deſtruentes intelligant, quia ſtatuimus eos nihilominus mactationem perdere poſſe, quia non ſunt integra mente præditi.

Et omnium eorum qui mactarunt, ſenſus eſt, ſi non fuerint periti, ſic etiam ſurdi, ſtulti, & minorennis mactatio recta eſt ſi eam viderint alii. Sed hoc intelligendum eſt ſi is qui mactare debuiſſet, non eſſet præſens, quia non erat peritus rei mactatoriæ ad alium hac de cauſa interrogandum. Porro ſcias ea quæ mactationi nocent, vel non; verum ſi nobis adſint, nos confidimus reſponſioni illius, & non aliis qui mactationem viderint. Ratio autem quare mactatio genti-

cogitatio ſimplex ſit pro idololatria; ſed hic per gentilem intelligitur is qui opera patrum ſequitur.

ומטמא במשא *Et polluit onere*, uti ſcriptum eſt Levit. 11, 40. Imo licet non attigerit. Hæc non neceſſario dicenda erant, nam cum ſit cadaver, notum eſt quod cadaver onere polluat, niſi ut auctor ſignificaret, quod hæc mactatio duntaxat onere polluat, alia vero etiam in tentorio, quæ oblatio idololatrica eſt. *Si quis nocte mactaverit*, *vel cæcus*, vult dicere, qui nocte mactaverit, is ſimilis eſt cœco, nempe, ſicuti cœcus verſatur in tenebris, ita etiam is qui nocte mactaverit, & hoc ſenſu dicitur, *ſi quis mactaverit*, ſcil. caſu, ſed non de induſtria; verum ſi facem habeat, etiam de induſtria mactare licet nocte.

השוחט בשבת *Si quis in Sabbato mactaverit*, licet de induſtria factum ſit, & mortis condemnatus ſit, tamen mactatio illius eſt proba. Verum iſto die id comedere non licet, nam de Sabbato & die Expiationis locutus eſt ad Sabbatum cum die Expiationis comparandum, ſcil. ſicuti die Expiationis comedere non licet per totum diem, ob jejunium, ita in Sabbato per totum diem id comedere non licet; Sabbato autem finito tam huic quam aliis licet. Qui vero in Sabbato mactaverit pro ægroto, quia cum licentia mactat, idcirco ſanis de eo comedere licet iſto Sabbato carnem crudam, ſed non coctam*, ne plus paret pro ipſo.

gentilis eſt ſimilis cadaveri, licet peritus ſit, & ei aliquis adſit, hæc eſt quod ſimplex cogitatio gentilis in idololatriam fertur. Sed ratio ob quam non dicimus de hac mactatione, quod de ea nihil commodi percipere liceat; quemadmodum de eo quod idolis conſecratum eſt, ſicuti expoſitum eſt in Tractatu de cultu peregrino, eſt, quia idololatrarum duo ſunt genera, quorum unum eſt, qui ſigna obſervare ſolent operibus ipſorum adſpirantia, & ſpiritualitatem ab alto demittentia, cæteroſque influxus rationem inquinante, cujuſmodi ſunt qui iſtis fidem habent. Secundum genus eſt eorum qui ſecundum doctores ipſorum ſtellas cœlorumque ſigna colunt duntaxat. Et ſic ſe res habet cum plurimis idololatris; ſed de ultima hacce claſſe dixerunt Sapientes, idololatræ extra terram Iſraëlis commorantes, non ſerviunt idolis, ſed patrum ipſorum opera ſequuntur. Propterea dicit auctor quod eorum mactatio polluit onere; attamen quod ad uſum haud prohibita. Et quod dicit, *polluunt onere*, intelligendum eſt quatenus omne cadaver onere polluit, nam etiam ſecundum R. Eliezer filium Beteræ oblatio idololatrica polluit in tentorio, & mactatio gentilis duntaxat onere polluit. השוחט בלילה *ſi quis nocte mactaverit*, id eſt, in tenebris; ſed ad candelæ lumen mactare licet de induſtria. Scias quod mulierum ſervorumque mactatio de induſtria facta, ſit permiſſa, ſi periti fuerint, ſicuti jam expoſitum eſt in tractatu de Sacrificiis, ubi dicitur, mactatio rite fit per alienigenam, mulieres, & ſervos. *Si quis in Sabbato mactaverit*, ſi id ex errore factum fuerit, idcirco mactatio legitima eſt. Si vero dixeris, quare mactatio in Sabbato de induſtria facta non eſt legitima, quandoquidem ea non profanat Sabbatum, neque ea illegitima eſt niſi peracta demum; ſi vero poſtea mactaverit denuo, utique prohibita eſſet? reſp. ſcias ergo quod cum mactans inciderit cervicem animantis, jam profanavit Sabbatum, antequam inciderit æſophagum vel guttur. Præterea quærere poſſes, dicendo, quando fiſtulas gutturis aliquantulum inciderit, mactatione nondum peracta, profanavit Sabbatum, & peracta mactatione, ipſa eſt illegitima. Tandem tibi ſciendum eſt quod ſi quis in Sabbato ex errore mactaverit; ejus res mactata quidem eſu legitima ſit, ſed Sabbato demum finito. Verum ſi quis mactaverit in Sabbato pro ægroto, licet de ipſa comedere crudum in Sabbato, ſed de eo quod coctum in Sabbato pro ægroto, non licet ſano quicquam comedere, niſi finito Sabbato, ſicuti expoſitum eſt in tractatu de jure anni Septimi.

ב השוחט במגל יד בצור ובקנה שחיטתו כשרה הכל שוחטין ולעולם שוחטין ובכל שוחטין חוץ ממגל קציר והמגירה והשינים והציפורן מפני שהם חונקין השוחט במגל קציר בדרך הליכתה בית שמאי פוסלין ובית הלל מכשירין ואם החליקו שיניה הרי הוא כסכין

2. Si quis mactaverit falce manuali, lapide, vel canna, mactatio eſt legitima. Omnes mactant, & ſemper mactant, & cum omni re mactant, excepta falce meſſoria, ſerra, bidente, & unguibus, quia ſtrangulant. Si quis mactaverit falce meſſoria more ſuo, Schola Schamai improbat; Schola Hillelis approbat. Si dentes illius ſint læves, aſſimilatur cultro.

R. OB. DE BARTENORA.

מגל יד *Falx manualis*, quæ duo habet ora, quorum unum læve eſt inſtar cultri; alterum vero habet inciſuras; iſto igitur latere quod læve eſt, de induſtria non mactant, ne mactet eo latere quod inciſuras habet; idcirco dicit auctor, *ſi quis mactaverit*, unde conſtat ſi is caſu mactaverit, licitum eſſe, at non de induſtria. Inde colligimus, quod ſi culter habeat inciſuras, & in iſtis ſit ea quantitas quæ ad mactandum ſufficiens eſt, de induſtria mactare eo non licet, niſi inciſuram veſte contexerit, aut conjunxerit; nam tum non eſt ſuſpicio quod loco inciſuras habente mactabit.

בצור ובקנה *Lapide aut canna*, lapide aut canna prius ſeparatis & poſtea terræ affixis, ſi illis mactaverit ea, dum terræ affixa erant, inſcienti licet, at ſi de induſtria, non licet. Verum ſi ab initio affixa fuiſſent, etiamſi caſu facta ſit mactatio, reproba eſt; cum vero omnino ſeparata fuerint, tum etiam de induſtria licet. *Omnes mactant*, indicio eſt quod Iſraëlitæ apoſtatæ ob unum vel plura peccata res mactata ſit licita ut comedatur de ipſa, dummodo non ſit apoſtata idololatra, vel Sabbatum publice profanet, & Iſraëlita quiſpiam fide dignus examinaverit cultrum eumque exhibuerit, nam is in illa exiſtimatione verſatur quod eum inter examinandum non afficiet aliqua moleſtia; poſtea ei mactare licet vel ſoli, ſi Iſraëlita iſte poſt mactationem denuo examinaverit cultrum, an valeat, tum mactatio ejus legitima eſt. Verum Sadducæorum qui vocantur Caræi, quique non credunt Legem oralem, mactatio illegitima eſt,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מגל יד *Falx manualis*, quæ ab una parte habet latus falcis, ab altera vero cultri, iſto autem latere quod cultri eſt, de induſtria mactare non licet, ne altero mactet latere, & ſi iſto mactaverit, mactatio illius recta eſt; nam id quod dicit, *ſi quis mactaverit*, indigitat quod id fecerit caſu, & non de induſtria. Si vero lapis, vel canna adhæſerit ſolo, vel ab initio adhæſerit, etſi mactatio caſu peracta fuerit, tamen cadaver cenſetur. Verum ſi a ſolo ſeparati fuerint, de induſtria licet iis mactare.

הכל שוחטין *Omnes mactant*, etiam Iſraëlita apoſtata, poſitis quibuſdam conditionibus; & tum mactatio erit legitima. Harum prima conditio eſt, ne is idololatriæ ſerviat, nam dixerunt, qui idolis ſervit, is toti Legi Moſaicæ valedixit; Secunda eſt, ne publice profanet Sabbatum, quia nobis fundamentum eſt eum qui Sabbatum profanat, omnino idololatram eſſe, & non Epicuræum; Epicuræi autem qui & Sapientes vocantur, ſunt protervi homines in Iſraële, & ex gentilibus quoque hæretici dicti in Gemara מיני גואים *hæretici abſtracti*, quibus omne ingenii lumen ademptum eſt, & animam concupiſcentia inficiunt, tenebriſque obducunt, Moſen & Prophetas omnino abnegantes, vel non agnoſcentes, omnemque divinum cultum intermittentes, ex quorum claſſe fuit Döeg, Achitophel, Gehaſi, Eliza, Acher, ſimileſque. Scias itaque ſi quempiam Iſraëlitam viderint præceptum aliquod tranſgredientem ex contemptu quodam, & non ut exinde quid commodi & deliciarum capiat, ex hujus & ſimilium mactatione prohibitum eſt comedere quicquam. Id-

eſt, niſi eis præpoſitus ſit Iſraëlita, & mactationem ab initio ad finem conſpiciat.

ולעולם שוחטין *Et ſemper mactant*, tam die quam nocte ad lumen candelæ, & in ſummitate tabulati; nam non timemus ne illic cœlorum exercitui mactet. Sic etiam in ſuperiori navis parte mactare poſſunt, quia exinde conſtat eum id facere ad navim ſuam purificandam, non quod maris Domino mactet.

ובכל שוחטין *Et omni re mactant*, licet vel vitro, vel junco ad prata creſcente, qui inſtar cultri ſecat. Sed non ope cannæ de induſtria, propter fila quæ ſe ab iſta ſeparant, nam perforant gulam, hinc quaſi punget ſigna mactationis. מגל קציר *falx meſſoria*, qua proventum demetunt, cujus inciſuræ omnes ſe ad unum latus inclinant. והמגרה *& ſerra*, eſt culter inciſuris plenus, & quælibet inciſura ab una & altera parte acumen habet.

והשינים *Et bidente*, ſi dentes ſuperiores maxillæ adhæreant; & hoc, ſi duo vel plures fuerint. והצפורן *& ungue*, adhærente. מפני שהן חונקין *quia iſta ſtrangulant*, cum non excidant, ſed ope inciſurarum lacerent; hæc verba ad duo proxima referenda ſunt, & non tantum ad unguem, nam unguis hic conſideratur quatenus adhæret. *Meſſoria falx*, ejus extremitates ſive capita magis inflexa ſunt, idcirco ſecundum ductum ipſius non lacerat. *Schola Schamai illegitimam dicit*, Schola Schamai dicit eam eſſe cadaver, & polluere onere, quia de ipſius deductione timemus ob adductionem. Sed Hillelis Schola de hoc non eſt ſollicita, nam ea putat quod immunditiem non debemus augere ob ſollicitudinem aliquam. Sed quantum ad eſum attinet, concedit quod prohibita ſit ob ſollicitudinem de adductione, ſi deductio concedatur.

Idcirco dixerunt, ſi hæreticus mactaverit pro idololatria, panis ipſius eſt panis Cuthei, & vinum ipſius eſt libaminis vinum, libri ipſius ſunt libri hæreticorum, filii ipſius ſunt ſpurii, & fructus ipſius illibati. Præterea quoque ab iſto apoſtata, cujus ex mactatione comedere licet, requiritur, ne ſit Sadducæus vel Baitoſæus, qui omnem Traditionem negant, ſicuti expoſitum eſt in tractatu de patrum ſententiis, uſque adeo ut veritatem in mendacia convertant, & lucem in tenebras, qui hodierno die vocantur omnimodi hæretici, quamvis revera non ſint hæretici, ſed hæreticorum conditioni ſubjecti, quia hæreſeos cauſa ſunt. Cæterum ſi Iſraëlita ab his omnibus liber ſit, ſed ob unum vel plura peccata factus apoſtata, ut delicias ſuas ſequatur, & veritatem tamen confeſſus fuerit, de ipſius mactatione edere licet.

ולעולם שוחטין *Et ſemper mactant*, ſcil. die noctuque. ובכל שוחטין *& omni re mactant*, etiamſi id fiat vitro, ſimilibuſve rebus. השנים *bidente*, ſi dentes contigui ſint, ſed ſi unum dentem habeat, eo mactare licet. Sic etiam ope unius unguis abſciſſi & a manu ſeparati mactare licet. *Schola Hillelis legitimam dicit*, nempe quod mactatio ipſius non polluit ut cadaver; ſed de prohibitione comeſtionis non eſt controverſia inter doctores.

ג השוחט מתוך הטבעת ושייר בה מלא החוט על פני כולה שחיטתו כשרה רבי יוסי בר יהודה אומר מלא החוט על פני רובה:

3. Si quis mactaverit intra annulum, & plenitudinem fili in eo reliquerit ſuper faciem totius, mactatio illius legitima eſt. R. Joſe filius R. Jehudæ dicit plenitudo fili ſuper faciem maximæ partis illius.

R. OB. DE BARTENORA.

השוחט מתוך הטבעת *Si quis mactaverit intra annulum*, loquitur de annulo magno omnium ſupremo. ושייר מלא החוט על פני כולה *& reliquerit in eo plenitudinem fili ſuper faciem totius*, verſus caput, quum culter non aberrat inter ſcindendum verſus caput donec totus annulus tranſciſſus fuerit, tum proba mactatio eſt. מלא החוט *plenitudo fili*, quantulæcunque rei; verum ſi antequam finiverit, culter aberraverit verſus caput, & extra annulum exierit, mactatione ſupra annulum peracta, ubi non eſt locus mactationis, dicitur הגרמה *aberratio*. Et quamvis maximam cannæ partem abſciderit in loco mactationis, Sapientes tamen eam dicunt reprobam, quandoquidem finita ſit reproba. *R. Joſe filius R. Jehudæ dicit, plenitudo fili ſuper faciem maximæ illius partis*, ſi reliquerit in eo fili plenitudinem ab annulo ad caput ſuper maximam partem ſuperficiei annuli, nempe, ſi maximam cannæ partem intra annulum diſciderit, & in minori illius parte, facta fuerit cultri aberratio, & verſus caput ſe inclinaverit, mactatione ſuperius perfecta, legitima eſt, quia mactatio rite peracta cenſetur, ſi quod ad maximam partem ita facta ſit; & quum plus diſciderit, id vocatur ſimpliciter deſcindere carnem. Deciſio juris hæc eſt, ſi quis ſupra annulum mactaverit magnum inde ad galeam & ſuperius, reproba eſt, at ſi a galea, & inferius, proba eſt mactatio, & hoc quia in triticis aliquid reliquit, abſciſſis duobus triticis carnis quæ inveniuntur ſupra annulum magnum & infra galeam, relicta in illis quantulacunque quantitate verſus caput.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hicce annulus eſt magnus, eſtque corpus e multis partibus compoſitum, nam æſophagus, & canna pulmonis ei juncta ſunt; intra huncce annulum locus eſt inſtar duorum granorum e corpore tenui, & a Sapientibus vocatus חטי *tritica*, & illiſcum conjunguntur gutturis uvæ; & ſi intra hunc annulum quis mactaverit ſuper tritica, vocatur גרמה *aberratio cultri*; verum ſi in corpore triticorum mactaverit, & ex iis aliquantulum remanſerit, mactatio legitima eſt; & ita juris deciſio eſt.

ד השוחט מן הצדדין שחיטתו כשרה המולק מן הצדדין מליקתו פסולה השוחט מן העורף שחיטתו פסולה המולק מן העורף מליקתו כשרה השוחט מן הצואר שחיטתו כשרה המולק מן הצואר מליקתו פסולה שכל העורף כשר למליקה וכל הצואר כשר לשחיטה נמצא כשר בשחיטה פסול במליקה כשר במליקה פסול בשחיטה:

4. Si quis mactaverit a lateribus, mactatio illius recta eſt. Si ungue ſecuerit a lateribus, ungue ſectio illius reproba eſt. Si quis a cervice mactare inceperit, mactatio ejus reproba eſt. Si a cervice ſecuerit ungue, ungue ſectio illius recta eſt. Si quis mactaverit a collo, mactatio illius recta eſt; ſi a collo ungue ſecuerit, ungue ſectio illius reproba eſt; nam tota cervix recta eſt pro ungue ſectione, & totum collum eſt legitimum pro mactatione. Hinc fiet ut id quod in mactatione probum eſt, reprobum ſit in ungue ſectione, & contra.

R. OB. DE BARTENORA.

השוחט מן הצדדים *Si quis mactaverit a lateribus*, ad latera colli: Tum illius mactatio legitima eſt, etſi de induſtria mactaverit. Quia vero auctor in fine Miſnæ de ungue ſectione ad latera loqui volebat, propterea quoque dixit, ſi quis de induſtria mactaverit. *Si quis ad latera ungue ſecuerit*,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia hæc clara ſunt, quia nobis hypotheſis eſt ungue ſectionem in cervice duntaxat fieri, mactationem vero in collo tantum.

cuerit, *ungue ſectio illius illegitima eſt*, nam de ungue ſectione ſcriptum eſt Levit. 5, 8. ממול ערפו *e regione cervicis*, id eſt a poſteriori parte. *Si quis in cervice mactaverit, mactatio illius illegitima eſt*, hoc intelligi debet quum cannas non abjecerit poſt cervicem, ſed diſciderit cervicem donec ad cannas pervenerit; nam antequam ad cannas pervenerit, jam illegitima facta eſt fractione vertebrarum. Et quamvis bene ſe res habeat in ungue ſectione, illic ita ſe res habet, quia tota mactatio a principio ad finem ad ungue ſectionem pertinet, idcirco ſi quis mactet, perinde eſt ac ſi æſophagum pedetentim perforet, donec mactationem abſolvat. Si vero cervicem mactaverit, quandoquidem nos ita non recepimus mactationem, confractio vertebrarum non eſt mactatio, ſed reproba actio. Cæterum quod in principio dixit, *ſi quis ad latera mactaverit*, hoc intelligas ſi cannas non reduxerit ad latera, nam abſciſſio ſignorum mactationis recta eſt ante vertebrarum diſciſſionem, ſed quod cervicem abſciderit donec ad cannas perveniſſet; etenim antequam ad cannas perveniſſet, mactatio reproba facta erat confractione ſpinæ dorſi. Et quamvis in ungue ſectione hæc actio legitima ſit, ejus illic ratio eſt, quia tota ab initio ad finem ad ungue ſectionem pertinet, perinde ac ſi is qui gulam minutim perforavit, mactaſſet, donec perficiat mactationem ipſius. Verum ſi a cervice inceperit mactare, quia iſtam mactationem ita non recepimus, non eſt confractio ſpinæ dorſi a mactatione, idcirco reproba facta eſt. Quod in principio dicitur, *qui mactaverit a lateribus*, id intelligendum eſt, licet non reduxerit cannas, quia cannæ in gula recte abſcinduntur antequam pectus abſcinditur. *Si a collo mactaverit*, quod ſub gutture eſt id vocatur צואר *collum*, atque hic eſt plurimæ mactationis modus. *Totum collum eſt legitimum*, tota facies cervicem proſpiciens.

ה כשר בתורין פסול בבני יונה כשר בבני יונה פסול בתורים תחלת הציהוב בזה ובזה פסול:

5. Quod in turturibus legitimum eſt, id in columbæ pullis illegitimum eſt, & contra. Principium ſplendoris in utroque eſt illegitimum.

R. OB. DE BARTENORA.

כשר בתורים פסול בבני יונה *Quod legitimum eſt in turturibus, illegitimum eſt in pullis columbæ*, nam e voce *turtures* intelligi debet quod adulti & non parvuli eſſe debent. *Pulli columbæ*, parvuli & non adulti, nam cæteroquin Lex non omiſiſſet dicere, filii turturum, vel columbæ; ſed cum ubique dicit, turtures & columbæ filii, infertur inde quod impediunt.

תחלת הציהוב *Principium ſplendoris*, hoc eſt quando circa collum plumæ coloratæ incipiunt creſcere, tum utraque ſpecies vetita eſt, filii columbæ illegitimi ſunt quia adulti ſunt, turtures vero parvuli ſunt, quia parvuli excipiuntur & non ingrediuntur conditionem majorum. Sed filii columbarum minores, quorum alas deplumant ita ut non exeat ſanguis, illegitimi ſunt eo quod ſunt minores.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quia auctor ungue ſectionis ordinem & mactationis recenſuit, & utriuſque differentiam, nam ubi ungue ſectio, ibi nulla mactatio, & contra, jam de rebus inter ſe differentibus verba facit. Ego vero tibi omnium fundamentum dicam, & tum ſcies quod inter ſe repugnant; ungue ſectionis & mactationis fundamentum eſt, quod in cervice duntaxat ungue ſectio fiat, & mactatio tantum in collo. Sic etiam requiritur ut columbarum pulli ſint teneri, quia Lex dicit, *filii columbæ*. Sed turtures debent eſſe adulti, quia Lex dicit, *turtures*.

תחלת הציהוב *Principium ſplendoris*, hoc eſt principium iſtud quo plumæ varios circa collum recipiunt colores; ſi hoc contingat in ſpecie columbarum, jam e ſtatu parvulorum egreſſi ſunt, ideirco non licet. Si vero idem contingat in turturibus, nondum adulti ſunt, ut turtures vocentur, idcirco liciti ſunt.

ו כשר בפרה פסול בעגלה כשר בעגלה פסול בפרה כשר בכהנים פסול בלוים כשר בלוים פסול בכהנים טהור בכלי חרש טמא בכל הכלים טהור בכל הכלים טמא בכלי חרש טהור בכלי עץ טמא בכלי מתכות טהור בכלי מתכות טמא בכלי עץ החייב בשקדים המרים פטור במתוקים החייב במתוקים פטור במרים:

6. Quod in vacca illegitimum, id in vitula legitimum eſt, & contra. Quod in ſacerdotibus legitimum, id in Levitis illegitimum eſt, & contra. Quod in vaſe teſtaceo purum eſt, id in omnibus vaſis impurum eſt, & contra. Quod in vaſis ligneis mundum eſt, id in vaſis metallinis immundum eſt, & contra. Quod in amygdalis tenetur amaris, id in dulcibus liberum eſt, & contra.

R. OB. DE BARTENORA.

כשר בפרה פסול בעגלה *Quod legitimum in vacca, id illegitimum eſt in vitula*, ſcil. in vacca rufa & vitula decollanda, quarum ritus extra atrium perficitur, niſi quod vacca rufa rite mactari debeat, & reproba ſit ſi cervix ipſi amputetur; vitula autem decollanda legitima, ſi cervix ei amputetur, & illegitima ſi mactetur; hinc fit ut id quod in vacca legitimum, in vitula illegitimum ſit, & contra.

כשר בכהנים פסול בלוים *Quod legitimum in ſacerdotibus, id illegitimum eſt in Levitis*, nam ſacerdotes ob vitia ſunt illegitimi, & ſecundum annos legitimi ſunt, Levitæ vero reſpectu vitiorum legitimi ſunt, ſed reſpectu annorum illegitimi, ſicuti ſcriptum eſt Num. 8, 25. Sed dum Tabernaculum erat in Schilo & Templum Jeroſolymæ, ubi non requirebatur ut Levitæ humeris portarent Tabernaculum, Levitæ ob provectiorem ætatem non erant illegitimi, ſed propter vocem duntaxat; ſed vox ſacerdotes nunquam reddit reprobos. Hinc fit ut tam in deſerto quam in Schilo, & Jeruſolymæ ſtante Templo, id quod in ſacerdotibus legitimum, in Levitis illegitimum ſit, & contra.

טהור בכלי חרש טמא בכל הכלים *Quod in vaſe teſtaceo purum, id in omni vaſe impurum eſt*, aër vaſis teſtacei immundus eſt, nam ſi immundities aërem, & non ipſam vaſis ſubſtantiam

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In vacca rufa tantum obtinet ritus mactandi, ſicuti ſcriptum eſt Num. 3, 19. ושחט אותה לפניו ſed vitula decollanda debet decollari, uti dicitur Deut. 21, 4. וערפו שם את העגלה בנחל Sacerdotes vero ſunt reprobi ob vitia ſua, & non ob multos annos, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 21, 11, כל איש אשר בו מום Levitæ autem ob multos annos reprobi facti ſunt, non ob vitia, videſis Num. 8, 25. Sed hæc Lex non eſt omnium temporum, ſicuti in libro meo de præceptis exponam; Levitæ enim ad huncce ritum non obligabantur, niſi tempore Tabernaculi, ſed dum illud erat in urbe Schilo, & Templo ſtante Jeruſolymis, Levita ob multos annos non erat reprobus, ſed ob vocem duntaxat, nempe ſi vocem ſuam perdiderit; verum non ob aliud quod vitium. Sacerdos autem ob vitium reprobus eſt, ſed non ob vocem; ideirco omni tempore inter ſacerdotes & Levitas differentia eſt, & quod in his probum, id in illis reprobum eſt. Præterea nobis fundamentum eſt de vaſe teſtaceo, quod id non polluitur in ſuperficie ſua, & quamvis id attigerit ſerpens, vel aliud animal quod polluit, vas teſtaceum iis non polluitur in ſuperficie; ſi vero ſerpens intraverit concavitatem illius, tum pollutum eſt, etſi rem immundam in corpore ſuo non attigerit, tamen immundum factum eſt, quia ſerpens

ſtantiam attigerit, vas teſtaceum immundum eſt, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 11, 33. אשר יפול מהם אל תוכו Sed illius ſuperficies non polluitur, nam etſi immundities attigerit ſuperficiem, non pollutum eſt. Aër vero omnium vaſorum purus eſt, quamdiu immundities ea non attigerit, etſi in aëre illorum pendeat. Verum ſuperficies immunda eſt, quando immundities eam attigerit; hinc fit ut id quod in vaſe teſtaceo mundum eſt, in omnibus vaſis immundum ſit, & contra.

טהור בכלי עץ טמא בכלי מתכות *Quod mundum eſt in vaſe ligneo, immundum eſt in vaſe fuſili*, vaſorum ligneorum corpora, ſunt vaſa quæ nondum rite perfecta ſunt, ſed eo uſque duntaxat confecta ut uſui eſſe poſſint, & immunda ſunt; lignea vero vaſa munda ſunt, etſi omnino perfecta ſint, quia comparantur cum ſacco, quemadmodum ſcriptum eſt Levit. 11, 32. ſicuti ergo ſaccus plenus & vacuus fertur, ſic etiam comparatum eſt cum omni eo quod plenum & vacuum fertur. Sed metallinorum vaſorum corpora munda ſunt, & quandoquidem in honorem facta ſunt, non cenſentur in uſum facta, niſi donec omnino perfecta ſint. Extenſa vero immunda cenſentur, quia non comparantur ſacco, ut lignea vaſa; hinc fit ut id quod in vaſis ligneis mundum eſt, in vaſis metallinis immundum ſit, & contra.

החייב בשקדים המרים *Quod tenetur in amygdalis amaris*, amygdala amara, ſi minuta ſint, ad decimas obligantur, quia comedi ſolent antequam amara facta fuerint; ſed majora ſunt libera, quia inidonea ſunt ad eſum. Dulcia vero majora tenentur ad decimas, quia fructus eorum maturus eſt; ſed minora liberantur, quia comedi non ſolent, hinc fit, ut id quod in amygdalis amaris tenetur, liberum ſit in dulcibus, & contra.

pens in aërem interiorem ſe immiſerit, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 11, 33. וכלי חרש אשר יפול מהם אל תוכו Hoc jus ſpectat vas teſtaceum in immunditie; ſed in cæteris vaſis res contra ſe habet, nempe, ſi res immunda ceciderit in eorum aërem, etſi corpus ipſum non attigerit, non polluta ſunt. Nam de vaſe teſtaceo dictum eſt אל תוכו *intra medium illius*, ergo ſi in hujus medium inciderit, & non ſi in alterius. Si igitur res immunda talia attigerit vaſa, immunda ſunt, licet exterius attigerit. Quod autem omnia vaſa polluuntur, licet in ſuperficie ipſorum, colligimus ex eo quod ſcriptum eſt Num. 19, 16. Sed Traditione tenemus quod vas cujus hic eſt facta mentio, duntaxat vas teſtaceum ſit, quia dicitur, *apertum*; de quo ita quærunt, quodnam eſt vas cujus immundities præcedit apertionem illius? eſt vas teſtaceum, quandoquidem Lex de ipſo dicit אל תוכו Et Num. 19, 15. dicitur de ipſo אשר אין צמיד פתיל עליו טמא הוא Ergo ſimulac conjunctio fili in eo fuerit, purum eſt; & hoc de vaſe teſtaceo duntaxat intelligendum eſt. Reliqua vero vaſa, ſive filum habeant conjunctum, ſive non, immunda ſunt; inde colligimus quod exterius polluta ſunt; porro exponetur caſus inter vaſa teſtacea & reliqua. Cæterum ligna, ſi exſculpta ſint exterius, & vaſis figuram habeant licet ipſis deficiat formoſitas; ut abraſio, lævigatio, acuminatio, & exteriorum extremitatum amputatio, anſæque appoſitio, tamen ſunt corpora vaſis lignei, quæ immunditiem recipiunt. Sed nos jam expoſuimus in commentario noſtro ad Patrum ſententias, quod גולם ſit materia rei, & a Sapientibus vocata materia informis. Hæc vaſorum corpora immunditiem admittunt, uti diximus. Sed lignea inſtrumenta extenſa ſive flaccida, ſicuti ſunt ſellæ, & tabulæ ſcriptoriæ, & ſimilia quæ non habent locum quo recipiant aliquid liquidi, ex Lege non recipiunt immunditiem. Contra vero ſe res habet in vaſis fuſilibus, nam eorum corpora, ut vaſis aurei, argentei, æNei, & ſimilium quorum opera nondum perfecta ſunt, pura ſunt, ſcil. quod non polluuntur. Sed inſtrumenta fuſilia, ut ſpadæ, verua, & ſimilia, immunditiem admittunt. Scias quod hic non ſit Miſnæ ſcopus de munditie vel immunditie loqui, neque ea tibi dixit rerum fundamenta, præterquam id quod ſatis eſt ad exponendum differentiam; cæterum perfectior expoſitio de horum vaſorum unaquaque ſpecie, quomodo, & qua re polluuntur, & quomodo non polluuntur, & quibus impuritatibus non inquinentur, quidve ex Lege, & quid ex conſtitutione Sapientum fiat, dabitur in libro de Purificationibus. Verum in tractatu de Decimis jam expoſuimus ea quæ ad decimas obligantur, non prius obligari quam ad eſum apta ſunt, ſed non, quando adhuc virent; amygdala vero amara quando parvula ſunt ante maturitatem, apta ſunt ad eſum, quia non prius amara ſunt quam maturuerint, idcirco ad decimas obligantur dum virent. Sed non obligantur ad decimas quando matura ſunt. Contra amygdala dulcia, quia non ſunt apta ad eſum dum virent, ſed ad decimas non obligantur, niſi poſtquam omnino maturuerint.

ז התמד עד שלא החמיץ אינו ניקח בכסף מעשר ופוסל את המקוה משהחמיץ ניקח בכסף מעשר ואינו פוסל את המקוה האחין השותפים כשחייבין בקלבון פטורין ממעשר בהמה כשחייבין במעשר בהמה פטורין מן הקלבון כל מקום שיש מכר אין קנס וכל מקום שיש קנס אין מכר כל מקום שיש מיאון אין חליצה וכל מקום שיש חליצה אין מיאון כל מקום שיש תקיעה אין הבדלה וכל מקום שיש הבדלה אין תקיעה יום טוב שחל להיות בערב שבת תוקעין ולא מבדילין במוצאי שבת מבדילין ולא תוקעין כיצד מבדילין המבדיל בין קודש לקדש רבי יוסא אומר בין קדש חמור לקדש הקל׳ :

7. Lora antequam aceſcat, non emitur pecunia decimarum, ſed balneum reddit ineptum; ſed poſtquam aceſcat, emitur pecunia decimarum, & non inficit balneum. Fratres ſocii, quando tenentur ad collybum, a decimis pecudum liberi ſunt; & quum ad pecudum decimas tenentur, tum liberi ſunt a collybo. Ubi obtinet venditio, ibi non obtinet pœna, & contra. Ubi obtinet denegatio, ibi non obtinet diſcalceatio, & contra. Ubi obtinet buccinatio, ibi non obtinet ſeparatio, & contra. Si dies feſtus inciderit in veſperam Sabbati, buccinant & non ſeparant; ſi in exitum Sabbati, ſeparant & non buccinant; quomodo ſeparant? ſi quis inter unam atque alteram ſanctitatem ſeparet, R. Joſe dicit, inter levem & gravem ſanctitatem.

R. OB. DE BARTENORA.

Huc uſque locutus eſt de duabus rebus, nam quod in una obtinet, id in altera non obtinet; jam vero tractat de una re, in qua non obtinet altera, quando in ea obtinet una. תמד eſt aqua quam in uvarum cortices immittunt, unde fermentatur & fit acetum, ſi ferveſcat, fit inde vinum, vel immittitur in feces, & aqua iſta vini guſtum colligit. Si vero quis tres aquæ partes injecerit, & quatuor exhauſerit, ſecundum omnium ſententiam eſt vinum rectum; ſed hic ſermo eſt de caſu quo duntaxat hauſit, quantum immiſit, vel minus, aut paulo magis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Solent aquam immittere in vini feces, & in uvarum cortices quibus aquam tingunt, atque ſic inde fit tinctura quædam, ſed in eo non continetur vini ſapor, & hoc vocatur תמד: & poſt aliquod tempus id aceſcere ſolet, idcirco aqua cenſetur antequam aceſcat, & propterea id non licet emere pecunia decimarum ſecundarum; nam omnia emi poſſunt decimarum ſecundarum pecunia excepta aqua & ſale; ſed hoc ſuo loco exponetur. Propterea hæc lora balnea etiam inficit ope trium Logorum, quia aqua hauſta eſt, ſicuti diximus in principio tractatus de Teſtificationibus,

עד שלא החמיץ *Donec nondum aceſcat*, tum ſimpliciter aqua eſt, & non emitur decimarum nummis, quoniam vini mentio facta eſt in emtione decimarum pecuniis facta, videſis Deut. 14, 26. ſicuti ergo iſta particularia in Lege clare expreſſa ſunt de fructuum fructibus, & terræ proventibus, ſic etiam omne id quod emeritis, debet eſſe fructuum fructus & quod e terra provenit.

ופוסל את המקוה *Et inficit balneum*, nam aquæ hauſtæ tres Logi balneum inficiunt, ſi in id inciderint antequam id quadraginta contineat Sata; ſed vinum non inficit balneum niſi color mutetur. משהחמיץ *quum aceſcat*, tum cenſetur vinum eſſe, & decimarum pecuniis emi poteſt, ſed balneum non inficit.

האחין השותפין *Fratres ſocii*, fratres qui parentum bona in ſocietate poſſident, quum ii tenentur ad collybum, tum etiam ad decimationem pecoris tenentur. Si vero fratres hæreditatem paternam inter ſe diviſerint, & poſtea ſocietatem inierint, ad collybum tenentur; & ſi iſti ſiclos ſuos adducant, duo ſicli dimidia adducere debent, atque inſuper duo collyba. *Collybum* vero eſt additio quædam qua lances in æquilibrio non ſolum manent, ſed ſicli aliquantulum ſuperpondii habent; ſi igitur duo fratres pro ſe unum dederint ſiclum integrum, duo collyba addant, ut ea pro dimidiis expendantur. Sed a pecoris decimatione liberi ſunt, nempe ab omni pecore quod natum fuerit intra iſtud tempus quo ſocietatem iniverint, quia ſocietas a decimis pecoris libera eſt, uti expoſitum eſt capite ultimo codicis de primogenitis, יהיה לך *fuerit tibi*, at non ſociis tuis; & illic verſum iſtum ad decimas applicant, etſi de primogenitis loquatur. Et quum ad pecoris decimationem obligantur, ut, ſi nunquam diviſerint portiones, ad pecoris decimationem tenentur, ad decimandum quicquid fuerit in ſocietate; nam illic dicitur, intelligere potuiſſemus quaſi acquiſiviſſent in ſocietate, idcirco Lex dicit, *fuerit*, id eſt, quocunque id fiat modo. Sed omnino liberi ſunt a collybo quum ſiclum integrum expenderint ambo, quia bona paterna adhuc erant in poteſtate ſua, & pater expenderit pro filiis, vel pro oppidano aliquo, eumque ſiclo liberaverit, liber eſt a collybo, uti Miſna dixit in tractatu de Siclis, ſi quis expenderit pro paupere, aut pro oppidano, liber eſt, & liberi ipſius non tenentur adducere Siclum, & ii ſimiles ſunt vicinis & urbano. *Ubi obtinet venditio*, pater enim filiam ſuam vendere poteſt, dum illa parvula ſit. *Ibi non obtinet mulcta*, ſi ea vi compreſſa ſit, vel ſeducta, tum patri non cedunt quinquaginta argentei, quia Lex dicit נערה *puella*, Deut. 22, 29. Et addit, *dabitque vir iſte qui cum illa rem habuerit, patri puellæ quinquaginta argenteos.* וכל מקום שיש קנס & *ubi multa obtinet*, nempe quando puella fuerit. *Ibi non obtinet venditio*, nam pater nequit ſuam vendere filiam poſtquam puellæ ſigna acquiſiverit; Miſna hæc eſt ſecundum R. Meyr, parvula unius diei donec acquiſiverit duo pudendorum ſigna, vendi poteſt, ſed pœna comprimentis tum non obtinet; quum vero duos pilos acquiſiverit donec בוגרת *virgo* ſit, pœna compreſſionis obtinet, at non venditio patris. Sapientes vero dicunt, parvula ab anno tertio & uno die donec acquiſiverit duos pilos, vendi poteſt, & qui eam vi compreſſerit, vel ſeduxerit, tenetur; deciſio eſt ſecundum Sapientes. Sequitur ergo quod parvula inde a nativitate ſua uſque dum ad matrimonium apta ſit, vendi poſſit, ſed multam non infligi eam comprimenti; quum vero ad matrimonium apta & נערה *puellæ* ſigna acquiſiverit, vendi poteſt, & comprimens eam multatur; & quum acquiſiverit iſta ſigna uſque ad tempus quo בוגרת dicitur, multa quidem obtinet, at non venditio; tempus vero iſtud quod eſt inter בוגרת & נערה ſex duntaxat eſt menſium. כל מקום שיש מיאון *ubi obtinet denegatio*, pupilla antea a matre & fratribus ipſius, vel ipſa conſentiente in matrimonium elocata, poſtea matrimonium recuſare poteſt, atque ſine divortii literis exire, donec duo ad pudenda ipſi pili prodierint, & quamdiu minorennis eſt, tamdiu ad diſcalceationem inepta eſt, ſi fratria ſit quæ levirum expectat, quia ſcriptum eſt Deut. 25, 7. ואם לא יחפוץ האיש & *ſi noluerit vir*, ubi *vir* comparatur cum fœmina, nempe, quemadmodum vir debet eſſe ætatis adultæ, ita etiam fœmina; poſtquam vero ad diſcalceationem apta fuerit, renuere nequit. כל מקום שיש תקיעה *ubi obtinet buccinatio*, die Sabbati & feſtorum ter buccinabant, ut populus ab operibus abſtineret; & inter ſoles ſive inter duas veſperas buccinabant, clangebant, buccinabant, & tum erat Sabbatum. אין הבדלה *non obtinet ſeparatio*, non ſuper poculo Sabbatico nec ſuper precibus, quia ſeparationis oratio duntaxat ingrediente Sabbato & feſtis dicenda eſt, ad ſegregandum ſanctum a profanis. *Si dies feſtus incidiſſet in Sabbatum, buccinabant*, etſi dies feſtus eſſet iſte dies, & in ipſo non fierent opera, tamen ut populum arcerent ab edulium opere, buccinabant. *Sed non ſeparabant*, quia dies ingrediens major eſt die egrediente. *In exitum Sabbati*, ſi inciderit in Sabbati exitum. *Separant*, quia egrediens major eſt ingrediente; & tum hic non obtinet buccinatio. *Quomodo ſeparabit*? nempe inter Sabbatum & diem feſtum, quum dies feſtus in Sabbatum inciderit. Deciſio non eſt ſecundum R. Doſam, quia diem feſtum pluris æſtimamus quam ut eum vocaremus ſanctum leve.

bus, & in principio tractatus de aquarum receptaculis. Poſtquam vero aceſcat, cenſetur eſſe genus edulium ut reliqua edulia & potus, idcirco loram emere licet decimarum nummis, & balneum non inficit trium Logorum ope, ſed coloris mutatione, ſicuti exponetur ſuo loco.

קלבון *Collybum*, eſt dimidium Mehæ argenteæ quod ſiclo adjicitur, qui tum pro duobus hominibus recipitur; quilibet enim dimidium debet ſiclum, & hæc duo dimidia facilius hoc in caſu recipiuntur quam ipſi ſicli. Propterea ſi duo fratres ante paternorum bonorum diviſionem, ut & duo ſocii, unum dederint ſiclum pro duobus, recipiatur, & illi non tenentur ad collybum; ſed ad decimas pecudum. Sed bonis paternis vel ſocialibus diviſis, perinde ſe habet ac ſi unus ab altero emiſſet, & qui emerit, is non obligatur ad decimas pecudum, ſicuti exponitur in fine tractatus de Primogenitis. Sed ad collybum tenentur, quia non amplius in ſocietate verſantur, ſicuti expoſitum eſt in tractatu de Siclis. Cæterum jam aliquoties expoſuimus quod fœmina vocetur *parvula* donec duos ſibi ad pudenda acquiſiverit pilos, duodecim annis unoque die completis, & ab eo tempore quo iſtos pilos acquiſivit, vocatur *puella*, per ſex menſes, & deinceps *adulta*. R. Meyr dicit, ſi quis corpus ſuum cum parvula commiſcuerit, is non tenetur multa; verum ſi cum puella, tenetur. Sapientes dicunt, ſive cum parvula ſive cum puella rem habuerit, tenetur; ſed omnes in hoc conveniunt quod parvula vendi poteſt, & puella non item, nam pater eam vendere nequit idcirco dicit auctor, *ubi venditio obtinet, ibi non obtinet multa*, & hoc ſecundum R. Meyr; ſed ita non deciditur, ſicuti expoſitum eſt capite tertio tractatus de Dote Matrimoniali. Sed jam aliquoties dixi, quod deciſio juris ſit, filiam matrimonium poſſe recuſare uſque dum duos pilos ad pudenda acquiſiverit, attamen illam diſcealcationem non poſſe peragere; & hæc inter utrumque differentia eſt. Et in fine tractatus de Tabernaculis expoſitum eſt quod ſingulis veſperis Sabbatinis ter in Sabbato buccinabant, ad ſeparandum inter ſanctum & profanum; ſed hoc in exitu Sabbatico non faciebant, quia nihil agendum erat. Cæterum הבדלה *ſeparatio*, quam ſuper poculo Sabbatico dicunt, non eſt a die feſto ab Sabbatum obligatio, quia non eſt tranſitio ſancti ad profanum. Cæterum hujuſce caſus denotatio hæc eſt, quod buccinationes ſanctitatis introitum denotant, *ſeparatio* autem ejuſdem exitum; deciſio non eſt ſecundum R. Doſam.

פרק ב השוחט אחד בעוף ושנים בבהמה שחיטתו כשרה ורובו של אחד כמוהו רבי יהודה אומר עד שישחוט את הוורידין חצי אחד בעוף ואחד וחצי בבהמה

Caput 2. Si quis unam in ave duaſque in animanti cannas diſciderit, mactatio ipſius eſt legitima; huic ſimilis eſt ſi maxima pars unius diſciſſa ſit. R. Jehuda dicit, donec venas diſciderit; ſi unum dimidium in ave, & totam cum dimidio in animante,

בבהמה שחיטתו פסולה רוב אחד בעוף ורוב שנים בבהמה שחיטתו כשרה :

te, maſtatio ipſius illegitima eſt. Si maximam partem unius in ave diſciderit, & maximam partem duorum in animante, maſtatio eſt legitima.

R. OB. DE BARTENORA.

השוחט אחד בעוף *Si quis unam in ave abſciderit*, nam de induſtria maſtanti incumbit, ut duas cannas in ave findat, idcirco quod dicit, *ſi maſtaverit*, ita eſt ſi caſu unam in ave diſciderit cannam, at non, ſi de induſtria. Sed in animante duas de induſtria maſtare debet; nam quouſque maſtabit? vel quia auſtor dicere voluit, *maxima pars unius eſt ſimilis ei*; quod de caſu duntaxat intelligendum eſt, nam de induſtria attendi debet ut totam diſcindat cannam. Si vero unam in ave ſiderit, rite egit, hoc colligimus ex eo quod ſcriptum eſt Levit. 11, 46. Hæc eſt Lex de animantibus, avibus, & omni anima animantium ſe moventium in aqua, ut Lex avium meminit apud animantia & piſces, jam vero eas reſpeſtu maſtationis ad duas cannas abſcindendas obligare nequit, quia eas piſcibus aſſimilavit; ſed nec eas ab omni debito liberare poteſt, quia eas animantibus aſſimilavit; quomodo ergo? rite maſtantur ſi una duntaxat canna findatur; ſed in animantibus, ſi duæ cannæ diſcindantur. Quinque vero res quæ maſtationem deſtruunt, hæ ſunt, tardatio, conculcatio, occultatio, aberratio, & extirpatio, omnes e Traditione ſicuti in Beraita dicitur, *maſtabis ſicuti præcepi tibi*; unde conſtat Moſi ritus maſtandi ore tenus præceptos eſſe, quantum ad æſophagum, cannas, & maximam unius cannæ partem in avibus attinet, & maximam partem duarum in animantibus. ורידין *venæ*, ſunt quaſi fila ad duo cannæ latera; ſed hoc de avi duntaxat intelligendum eſt ad ſanguinem educendum, quandoquidem tota aſſatur. Sed doſtor non vult dicere, quod proprie maſtatur, ſed quod venas ipſius findit inter maſtandum, antequam ſanguis coaleſcat; nam poſtea non exit ſanguis, ſi vel ſaliatur; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam. *Si maximam partem unius in ave &c.* licet in principio dixerit auſtor, *maxima pars unius eſt ei ſimilis &c.* tamen hæc denuo dicit, ſemel pro profanis, & ſemel pro ſanſtis; nam ſi profanorum mentio duntaxat faſta fuiſſet, dixiſſemus in profanis ſufficere maximam partem, quia ſanguis non requiritur in iis; ſed de ſanſtis, in quibus requiritur effuſio ſanguinis, dixiſſemus maximam partem non ſufficere; idcirco utrumque dicendum erat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

השוחט *Si quis maſtaverit*, indigitat maſtationem caſu faſtam, uti dicitur in Lege אחד בעוף Nam ſi quis de induſtria maſtet, attendendum eſt ut duo ſigna abſcindat integra, etiam in ave. ורידין *venæ*, duæ ſunt venæ in collo ſuper duobus cannæ lateribus in pulmone. *Si maximam partem unius in ave, duorum vero maximam partem in animante*, hæc denuo auſtor dicit poſtquam dixiſſet, *maxima pars unius ei ſimilis eſt*, quia prius de maſtatione profana loquebatur; jam vero de ſanſtorum maſtatione loquitur; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ב השוחט שני ראשין כאחד שחיטתו כשרה שנים אוחזים בסכין ושוחטים אפילו אחד למעלה ואחד למטה שחיטתן כשרה :

2. Si quis duo ſimul capita abſciderit, maſtatio illius legitima eſt. Si duo unum cultrum apprehenderint, & maſtaverint, licet unus ſuperius & alter inferius, maſtatio illius legitima eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

שנים אוחזין בסכין ושוחטין *Si duo apprehenderint cultrum, & maſtaverint*, animans. *Si unus ſuperius & alter inferius*, ſi unus laboraverit ab una cultri parte, & alter ab altera extremitate cultri.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אחד מלמעלן ואחד מלמטן. *Unus ſuperius atque alter inferius*, quum unus operatus fuerit ab una cultri extremitate, alter vero ab altera.

ג התיז את הראש בבת אחת פסולה היה שוחט והתיז את הראש בבת אחת אם יש בסכין מלא צואר כשרה היה שוחט והתיז שני ראשין בבת אחת אם יש בסכין מלא צואר אחד כשרה במה דברים אמורים בזמן שהוליך ולא הביא או הביא ולא הוליך אבל אם הוליך והביא אפילו כל שהוא אפילו באיזמל כשרה נפלה סכין ושחטה אף על פי ששחטה כדרכה פסולה שנאמר וזבחת ואכלת מה שאתה זובח אתה אוכל נפלה סכין והגביהה נפלו כליו והגביהן השחיז את הסכין ועף ובא חבירו ושחט אם שהה כדי שחיטה פסולה רבי שמעון אומר אם שהה כדי ביקור :

3. Si caput una vice abſciderit, maſtatio reproba eſt; ſi maſtaverit & abſciderit caput una vice, & cultri longitudo reſponderit craſſitiei colli, bene habet. Si maſtaverit, & abſciderit duo capita una vice, & in cultro ſit plenitudo unius colli, bene habet. De quo diſta ſunt hæc verba? ſi deduxerit, & non reduxerit, vel contra; verum ſi deduxerit, & reduxerit, vel quantulæcunque quantitatis, licet vel cultello fiat, bene habet. Si culter ceciderit, & maſtaverit, licet more ſuo maſtaverit, male habet, quia ſcriptum eſt Deut. 27, 9. *Et maſtabis & comedes*, quod ergo tu maſtaveris, id comedes. Si culter ceciderit, & is eum elevaverit, & ſi veſtes ceciderint, iſque elevaverit eas; ſi cultrum acuerit, & delaſſatus fuerit, & poſtea ſocius ipſius advenerit, ac maſtaverit, & ſi maſtationis ſpatium tardaverit, male habet. R. Simeon dicit, ſi tardaverit inquiſitionis ſpatium.

R. OB. DE BARTENORA.

התיז את הראש *Si amputaverit caput*, ſicuti is qui unam abſcindit cannam, aut cucumerem, nam tum fortiter cultrum premendo abſcindit, atque hæc aſtio vocatur דרסה *preſſio*. היה שוחט *ſi maſtaverit*, ſi cultrum trahendo abſciderit caput in reduſtione duntaxat, aut in deduſtione duntaxat. Si quis porro abſciderit cannarum debitam quantitatem vocatur *qui abſciderit caput*.

אם

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

מלא צואר *Plenitudo colli*, id eſt, plenitudo colli extra collum; at quamdiu non duxerit neque reduxerit, ſed maſtaverit ſicuti is qui exſcidit cucumeres; & hæc aſtio vocatur דרסה *conculcatio*. Sed caſus שהיה *retardationis* eſt, ſi cultrum quis removerit a collo ubi maſtabat, antequam maſtationem perfeciſſet.

כדי שחיטה *Spatium maſtationis*, eſt alterius maſtationis ſpa-

אם יש בסכין מלא צואר *Si in cultro ſit plenitudo colli*, præter colli plenitudinem in pecore, vel in ave quam mactaverit, tum bene habet, nam culter tantus eſſe debet quantum ſufficit ad mactandum במשיכה *tractione*, ſed non בדרסה *preſſione*. Verum ſi cultri longitudo ſit inſtar craſſitiei colli duntaxat, vel paullo longior, eſt *preſſio*, quia cannæ non abſcinduntur abſque preſſione. *Si in cultro ſit plenitudo colli*, præter duo colla, quæ eſt trium collorum quantitas. איזמל eſt novacula tenuiſſima & minima; nam nihil timemus de hac novacula cui non ſunt cornua, propter eam cui ſunt cornua; ſed novacula quæ cornua habet, parari ſolet in formam cornuum pulchritudinis ergo, & hæc ad latus capitis ipſius inclinatur. Et cum iſta novacula ſit exigua, idcirco a collo remittit, & quum mactans novaculam ducit & reducit, timendum eſt ne cornua iſta abſcindant cannas. *Si culter ceciderit, & tamen mactaverit*, ſi ſponte ceciderit, at ſi mactans eum abjecerit, bene habet, etſi non intenderit mactare, nam ad mactationem requiritur attentio; nam de ſanctis Lex monuit, Levit. 19, 5. לרצונכם תזבחו id eſt, ſecundum intentionem veſtram; hinc conſequitur quod in profanis mactandis non requiritur intentio. *Si ceciderit culter, & is elevarit eum*, & inter elevandum aliquantulum moratus fuerit, nam hæc elevatio eſt inſtrumentorum & veſtium. *Si acuerit cultrum*, ante mactationem. Sed delaſſatus fuerit inter acuendum, ita ut non habuerit vires, & mactatio dilata fuerit, maxima parte abſciſſa quapropter acceſſerit alius qui mactationem abſolvit. כדי שחוטה *quantitas mactationis*, ſpatium alterius mactationis ſi tamdiu mactaverit ut maximam partem duorum ſignorum mactationis in alio pecore abſcindere poſſet, dum primum pecus proſtratum erat; nempe, ſi a mactatione pecoris magni tamdiu moratus fuerit ut interea aliud mactare poſſet magnum; eodem ſenſu ſe res habet cum pecore parvo, vel cum avibus. Maimonides vero decidit juxta eum qui dicit, ſpatium moræ eſſe inter mactationem parvi pecoris & avis, &c. Maimonides concludit ſecundum eum qui dicit, ſpatium mactandi parvi pecoris, vel pro ave; & poſtulat etiam ſpatium quod ad elevandum & deponendum animal ſufficit; ſed non ita moris eſt. כדי ביקור *ſpatium inquiſitionis*, quatenus is qui mactat, cultrum ſuum luſtrare poterit; decíſio non eſt ſecundum R. Simeon.

ſpatium, intra quod pecudem elevare, deponere, & mactare poſſit. Et quamvis avis ſit id quod mactatur, dixerunt tamen, ſpatium mactandi parvum pecus etiam pro ave. כדי ביקור *ſpatium inquiſitionis*, ſcil. mactationis inquirendæ ſpatium, ut cognoſcatur an mactata ſit ea quantitas quæ mactari debet; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

ד שחט את הוושט ופסק את הגרגרת או שחט את הגרגרת (ס"א) ופסק את הוושט או ששחט אחד מהן והמתין לה עד שמתה או שהחליד את הסכין תחת השני ופסקו רבי ישבב אומר נבילה רבי עקיבא אומר טריפה כלל אמר רבי ישבב משום רבי יהושע כל שנפסלה בשחיטתה נבלה כל ששחיטתה כראוי ודבר אחר גרם לה ליפסל טריפה והודה לו רבי עקיבא :

4. Si mactaverit æſophagum, & guttur abſciderit, vel contra; vel unum ex illis mactaverit, & tum expectaverit donec animal obierit; vel cultrum ſub ſecunda (canna) abſconderit, & poſtea abſciderit. R. Isbaf dicit, eſt cadaver. R. Akiba dicit, eſt diſcerptum. Regulam generalem dixit R. Isbaf in nomine R. Joſuæ, quicquid in mactatione reprobum factum fuerit, cadaver eſt, & cujuſcunque mactatio facta fuerit ſicuti convenit, aliaque res ei in cauſa fuerit reprobationis, diſcerptum eſt; conceſſit ei R. Akiba.

R. OB. DE BARTENORA.

ופסק את הגרגרת *Et abſciderit guttur*, hæc eſt עיקור *eradicatio*, & de pecore loquitur. תחת השני *ſub ſecunda*; ſub canna ſecunda, nam culter menſuratus erat inter cannam ſecundam & pectus. החליד *abſconderit*, hæc vox proprie de muſtela dicitur, quæ ſe in domuum foraminibus abſcondere ſolet. ופסקו *& abſciderit eam*, deorſum ſurſum. נבלה *cadaver eſt*, quod onere polluit. טרפה *diſcerptum*, quod onere non polluit. *Et ſi alia res ei in cauſa reprobationis fuerit*, ſicuti eſt unum e diſcerptis capite tertio memoratis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hi & ſimiles ſunt mactationis caſus quos diximus; ſi itaque culter abſconſus fuerit iſto mactandi tempore quod ad mactationem requiritur, ſive ſub veſte abſcondatur, ſive ſub pecoris lana, ſive ſub corio, quicquid huic ſimile eſt, prohibitum eſt, niſi totus culter tempore mactandi in aperto ſit. Sed non requirimus ut dicamus regulam R. Isbafi eſſe veram, quia R. Akiba ei contradicens, jam hoc ei conceſſit.

ז השוחט בהמה חיה ועוף ולא יצא מהן דם כשרים ונאכלים בידים מסואבות לפי שלא הוכשרו בדם רבי שמעון אומר הוכשרו בשחיטה :

5. Si quis pecus, animal, & avem mactaverit, & ex iis non exierit ſanguis, legitima ſunt, & comedi poſſunt manibus immundis, quia cum ſanguine non ſunt diſpoſita (ad immunditiem recipiendam) R. Simeon dicit, per mactationem ita diſpoſita ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

בידים מסואבות *Manibus inquinatis*, ſine lotione manuum; nam de manibus decreverunt quod ſunt ſecundus immunditiei gradus. Sed hic ſermo eſt de profanis in puritate ſanctitatis paratis, nam ſecundus in illis facit tertium immunditiei gradum. Si enim in profanis duntaxat operatus fuiſſet, etſi per ſanguinem ad immunditiem recipiendam, tamen in profanis ſecundus non facit tertium.

לפי שלא הוכשרו בדם *Quoniam per ſanguinem non facta ſunt legitima*, nam edulia non recipiunt immunditiem, niſi donec iis aqua affuſa ſit, vel unus e ſeptem liquoribus, aqua ſcil., vinum, oleum, lac, mel, ſanguis, & ros. הוכשרו בשחיטה *diſpoſita ſunt per mactationem*, quoniam mactatio legitimam reddit carnem prohibitionis membri ex animali vivente, idcirco mactatio quoque ipſum facit ut edulia in caſu

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Miſna hæc multis nititur fundamentis, quæ ſunt, omnia edulia, inter quæ caro recenſetur, non polluuntur, niſi poſt diſpoſitionem ad immunditiem; hæc autem diſpoſitio eſt, ſi in ea inciderit aliquis e ſeptem liquoribus inter quos & ſanguis continetur præter rei diſpoſitionem; ſed hoc in tractatu Machſchirin exponetur. Inter res immundas comprehenduntur aliquæ, quæ manus polluunt duntaxat, & non totum corpus, ut, ſi quis manum immiſerit in domum proximam, vel in aërem fornacis immundi, & id genus alia, ſicuti in tractatu Jadaim exponitur. Et quum manus pollutæ fuerint una e novem immunditiebus manus polluentibus, tum eæ ſemper ſunt ſecundus immunditiei gradus; & ſi manus iſtæ immundæ attigerint edulia diſpoſita ad immunditiem, denuo fiunt tertius gradus uti jam diximus

caſu immunditiei; deciſio non eſt ſecundum R. Simeonem. mus hac de re in tractatu de Paſchate. Sed tertium gradum in profanis nihil curant, ſicuti exponitur in tractatu de purificationibus. Sed hicce caſus non intelligi debet de animantibus ſanctis, nam in fine tractatus de Teſtificationibus jam expoſuimus, quod ſanctorum animantium ſanguis ad immunditiem non diſponit, quandoquidem ſanguis in ſacrificiis neceſſarius eſt; idcirco Miſnæ verba duntaxat de profanis agunt, quæ ſuper puritate ſanctorum parata ſunt. Verum horum omnium fundamenta prolixius exponentur in aliquot libri de Purificationibus locis; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

ו השוחט את המסוכנת רבן (נ"א ל"ג שמעון בן) גמליאל אומר עד שתפרכס ביד וברגל רבי אליעזר אומר די׳ה אם זינקה אמר רבי שמעון אף (ס"א) השוחט בלילה ולמחר השכים ומצא כתלים מלאים דם כשרה שזינקה וכמדת רבי אליעזר וחכמים אומרים עד שתפרכס או ביד או ברגל לו עד שתכשכש בזנבה אחד בהמה דקה ואחד בהמה גסה בהמה דקה שפשטה ידה ולא החזירה פסולה שאינה אלא הוצאת נפש בלבד במה דברים אמורים שהיתה בחזקת מסוכנת אבל אם היתה בחזקת בריאה אפילו אין בה אחד מכל הסימנים הללו כשרה :

6. Si quis mactaverit de vita periclitantem, Rabban Simeon filius Gamalielis dicit, donec tremorem ediderit armis aut pedibus. R. Eliezer dicit, ſufficit ſi efflaverit. Dixit R. Simeon, ſi quis nocte mactaverit, & poſtero die mature perfecerit, parieteſque ſanguine plenos invenerit, bene habet, nam pecus efflavit; & hoc eſt ſecundum R. Eliezerem. Sapientes vero dicunt, donec armis vel pedibus tremorem ediderit, vel donec caudam concuſſerit, ſive parvum ſive magnum pecus ſit. Si parvum pecus extenderit armum ſurſum, eumque non reduxerit, male habet, quia hic duntaxat animæ exitus eſt. Sed hoc intelligendum eſt ſi pecus ſit in ſuſpicione ægritudinis, at ſi in ſuſpicione ſanitatis ſit, etſi in ea non ſit aliquod horum omnium ſignum, bene habet.

R. OB. DE BARTENORA.

מסוכנת *Periclitans*, ita pecus dicitur quod ſe elevare nequit, nec in pedes conſiſtere, & præ infirmitate periclitatur, etſi dentibus ſuis lignum comedere poſſit. עד שתפרכס *donec tremorem ediderit*, nam ſi non tremuerit, timendum eſt ne anima ante perfectam mactationem exierit. אם זינקה *ſi efflaverit*, uti ſolent animalia gutture efflare & ſanguinem coagulatum magna vi effundere. *Si quis nocte mactaverit*, ſi mactaverit pecudem ægrotam quæ ſe motitare debet inter mactandum, at neſciverit an ſe motitaverit, at poſtero die mature ſurrexerit, & parietes loci mactati in collo invenerit ſanguine conſperſos, bene habet, quia efflavit. Sed ſecundum R. Eliezeris regulam qua eam legitimam pronunciat, ſi efflaverit, locutus eſt R. Simeon; deciſio non eſt ſecundum ipſum. *Tam parvum quam magnum pecu*, motitare ſe debet inter mactandum, ſi ægrotet. *Si manum extenderit*, ſi in fine mactationis extenderit armum eumque non reduxerit, male habet, ſi periclitetur, quia hæc non eſt motitatio, ſed ita ſe movere ſolent quum anima exit. Sed magnum pecus non ita agit, ſive armum extenderit, & non retraxerit, vel contra, bene habet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מסוכנת *Periclitans*, eſt animal quod in agone mortis verſatur, de quo dicitur, omne quod ſe non erigit, neque in pedes conſiſtit. *Parietes ſanguine plenos*, intellige collum animalis quod mactatum eſt; & hoc eſt quod dixerunt, de parietibus loci mactationis Miſna loquitur. In magno pecore non refert, ſive armum, ſive pedem extenderit, & non reduxerit, vel contra, & res bene ſe habet; & hæc deciſio eſt ſecundum jus.

ז השוחט לעכ"ום שחיטתו כשרה ורבי אליעזר פוסל אמר רבי אליעזר אפילו שחטה שיאכל העכ"ום מחצר כבד שלה פסולה שסתם מחשבת עכ"ום לעכ"ום אמר רבי יוסי קל וחומר הדברים ומה במקום שהמחשבה פוסלת במוקדשין אין הכל הולך אלא אחר העובד מקום שאין מחשבה פוסלת בחולין אינו דין שלא יהא הכל הולך אלא (ס"א) אחר השוחט :

7. Si quis pro gentili idololatra mactaverit, mactatio illius proba eſt; R. Eliezer dicit, reproba eſt. Dixit R. Eliezer, etſi mactaverit pecus ut a gentili comedat e jecore illius, reproba eſt, quia gentilis intentio ſimplex in idololatriam fertur. Dixit R. Joſe, eſt hæc conſequentia rei, nam ſi in loco ubi in ſacrificiis intentio reddit reprobum, omnia procedunt ſecundum eum qui miniſtrat, nonne etiam in loco ubi intentio non reddit reprobum in profanis, fas eſt ut omnia procedant ſecundum eum qui mactat?

R. OB. DE BARTENORA.

ורבי אליעזר פוסל *Sed R. Elieſer reprobum facit*, ſi animal ad gentilem pertinet, etſi Iſraëlita mactaverit, gentilis intentio tamen valet, quia ſimplex illius intentio in idololatriam fertur. אמר רבי יוסי קל וחומר הדברים *dixit R. Joſe, conſequentia rei eſt*, nempe quod dominorum intentio non valet, quandoquidem Iſraëlita mactavit. *In loco ubi in ſacrificiis intentio reddit reprobum*, ſicuti dicitur Levit. 17, 18. המקריב לא יחשב *non cogitabit*, id non cogitabit de ſacrificio comedere extra legitimum tempus, quia tum erit abominatio. *Nonne quoque omnia ſequuntur eum qui miniſtrat*, uti ſuperius ſcriptum eſt, *qui offert, is non cogitabit*; domini vero ſacrificii non reddunt id cogitando illegitimum, quia ſacerdos eſt qui ea Domino offert. *In loco ubi intentio non facit reprobum*, in Gemara exponitur ita, ſi in loco ubi intentio facit reprobum in ſacrificiis quatuor in miniſteriis, nonne igitur omnia procedere debent ſecundum eum qui miniſtrat, &, an non in loco ubi intentio non facit reprobum in profanis, niſi in duobus miniſteriis, fas eſt ut omnia procedant ſecundum eum qui mactavit? ſed ita ſenſus eſt, ubi intentio reprobum facit in ſacrificiis reſpectu quatuor miniſteriorum, mactationis ſcil. exceptionis ſanguinis, ſparſionis, & adductionis, ſi in aliquo

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sententia R. Eliezeris eſt quod domini abominationem efficere poſſunt in ſanctis, quod docemus foras; R. Joſæ opinio eſt ea quam dicit Miſna, qui miniſtrat, is abominationem efficit; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

quo horum quatuor cogitaverit ſe comeſſurum de ſacrificio inopportuno tempore, abominatio eſt; etſi hæc ſit difficultas, quod intentio ſequitur miniſtrantem, profana in caſu idololatriæ, nam in iis intentio non facit reprobum reſpectu quatuor miniſteriorum, ſed in duobus, mactatione ſcil. & ſparſione ſanguinis, nam de his ſcriptum eſt Levit. 22, 18. זבח לאלהים יחרם & Pſal. 16, 4. לא אסיך נסכיהם מדם. Sed exceptio ſanguinis & adductio non memoratæ ſunt de illis. Adolitio autem etſi in idololatria locum habeat ipſa tamen non eſt miniſterium ad pecus reprobum faciendum adolitionis adipum gratia pro idololatria, niſi mactaverit, & ſanguis idolo non ſparſus fuerit. Nam ne quidem intus ſacrificium fit reprobum, ſi de comeſtione carnis cogitaverit dum adipes adolebat. Et quandoquidem de cogitatione extra atrium mactandi invenimus faciliorem conditionem, fas eſt ut hac in parte allevemus, nam res dependet ab eo qui mactavit; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

ח השוחט לשם הרים לשם גבעות לשם ימים לשם נהרות לשם מדברות שחיטתו פסולה שנים אוחזין בסכין ושוחטין אחד לשם אחד מכל אלו ואחד לשם דבר כשר שחיטתו פסולה:

8. Si quis in nomine montium mactaverit, in nomine collium, in nomine marium, in nomine rivorum, vel in nomine deſertorum, mactatio illius reproba eſt. Si duo apprehenderint cultrum, & mactaverint, unus in nomine unius ex his omnibus, & alter in nomine rei legitimæ, mactatio illius eſt reproba.

R. OB. DE BARTENORA.

השוחט לשם הרים וכו׳ שחיטתו פסולה *Si quis mactaverit in nomine montium &c. mactatio illius legitima eſt*, quia non eſt oblatio idololatriæ, ut ex illa nihil commodi percipere liceret, quia omnia iſta non fiunt idolis, ſicuti ſcriptum eſt 1 Reg. 20, 23. אלהיהם על ההרים *dii ipſorum in montibus*, ſed montes ipſi non ſunt dii eorum. Verum iſta comedere non licet, quia ſimilia ſunt ei quod in nomine idololatriæ mactatum eſt, & commutaretur cum ipſo. Et hoc intelligendum, ſi dixerit in nomine montium, vel in nomine collium; at ſi in nomine angeli montibus aut collibus præpoſiti, tum cenſetur eſſe ſacrificium mortuorum, ex quo non licet quicquam percipere commodi. *In nomine rei legitimæ*, quæ eſt mactatio ſimplex, idcirco illa reproba cenſetur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שחיטתו פסולה *Mactatio ejus reproba eſt*, hinc liquet quod e mactato commodum percipere licet; ſed hoc intelligendum eſt ſi rivum, montem, & id genus alia intenderit. Verum ſi ſpiritibus vel planetis mactaverit ea intentione quod talis mons ſit in ditione illius; vel rei alicui ſuperiori cujus virtutes ſecundum opinionem ſacrificantis haſce res aſſequuntur, imprimendo illis aliquam imaginem, quemadmodum credunt ii qui cultum imaginum profitentur, & Arabice טלאסם dicti, tum iſta res mactata eſt oblatio idololatriæ, & mortuorum ſacrificium, de quibus non licet aliquam utilitatem capere. Cæterum in Gemara contra hanc Miſnam arguunt aliqua Beraita in qua dicitur, ſi quis in nomine montium, vel in nomine vallium, in nomine rivorum, in nomine deſertorum, in nomine ſolis, lunæ, planetarum, & prodigiorum, in nomine angeli primarii Michaëlis, in nomine piſcis marini mactaverit, hæc omnia ſunt ſimilia mortuorum ſacrificiis. Duo autem iſta dicta, *ſi unus dixerit, monti, & alter dixerit, planetæ montis*, ita conciliarunt ex iis quæ dicta ſunt.

ט אין שוחטין לא לתוך ימים ולא לתוך נהרות ולא לתוך כלים אבל שוחט הוא לתוך עוגא של מים ובספינה על גבי כלים אין שוחטין לגומא כל עיקר אבל עושה גומא בתוך ביתו בשביל שיכנס הדם לתוכה ובשוק לא יעשה כן שלא יחקה את המינין:

9. Non mactant in mari, neque in fluviis, neque in vaſis; ſed in fovea aquarum mactare licet, & in navigio vaſis impoſito. In fovea nequaquam mactant, ſed intra domicilium foveam effodere licet ut ſanguis in eam defluat; ſed in loco publico id facere non licet, ne hæreticos adjuvet.

R. OB. DE BARTENORA.

אין שוחטין לתוך ימים *Non mactant intra maria*, ne alii de mactante dicant, maris præſidi mactat. ולא לתוך הכלים *neque intra vaſa*, ne alii dicant quod id facit ad ſanguinem ſpargendum pro idolis. עוגה eſt idem quod גומא *foſſa*, quæ plena eſt aquis turbidis; at ſi claris plena, non ita, ne homines dicant eum colere figuras quæ in aqua conſpiciuntur. ובספינה *Neque in navigio*, nam tum ſuper vaſis mactare poteſt ut ſanguis defluat in mare, & quiſquis hoc viderit, dicet eum id facere ad navigium ipſius purgandum. אין שוחטין לגומא כל עקר *non mactant in foſſa ullo modo*, ne quidem domi, ratio eſt, quia gentium ſtatutum in ſe continet hic mactandi ritus. *Sed foveam licet effodere*, ita res in Gemara conficitur, in fovea nequaquam mactare licet, qui vero atrium ſuum purificare velit, quomodo faciet? præter foveam parabit locum, & tum mactabit, & ſanguis defluet in foveam. שלא יחקה *ne adjuvet*, ne hæreticos in ſtatutis ipſorum confirmet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ratio quare ſuper aquis mactare non licet, eſt, ne videatur aquarum elemento ſervire, & offerre planetæ in aquam dominanti ſecundum eorum opinionem qui talia credunt; & hoc eſt quod dixerunt, locuti ſunt ad maris dominum, ſcil. ad virtutes ſuperiores iſtas res gubernantes juxta eorum ſententiam. Sed ſuper aquis in aliquo exiguo ſpatio congregatis mactare licet, dummodo illæ ſint turbidæ, ſive coloratæ, in quibus non conſpiciuntur figuræ, ſcil. virtus quæ dominatur in figuras, quemadmodum dicunt nonnulli eorum qui ſtatuunt duas eſſe rerum cauſas, cum is qui materiam largitur, non ſit idem qui formam.

י השוחט לשם עולה לשם זבחים לשם אשם תלוי לשם פסח לשם תודה שחיטתו פסולה ורבי שמעון מכשיר שנים אוחזין בסכין ושוחטין אחד לשם אחד מכל אלו ואחד לשם דבר כשר שחיטתו פסולה השוחט לשם חטאת לשם אשם ודאי לשם בכור לשם

10. Si quis mactaverit in nomine holocauſti, vel in nomine ſacrificiorum, vel in nomine reatus ſuſpenſi, vel in nomine Paſchatis, vel in nomine euchariſtici, mactatio illius reproba eſt. R. Simeon dicit, proba eſt. Si duo apprehenderint cultrum, & mactaverint, unus in nomine alicujus ex iis quæ memorata ſunt, & alter in nomine rei legitimæ, mactatio ipſius reproba eſt. Si quis mactaverit in nomine ſacrificii pro peccato, vel ſacrificii pro reatu

לשם מעשר לשם תמורה שחיטתו כשרה זה הכלל כל דבר שנידר ונידב השוחט לשמו פסול ושאינו נידר ונידב השוחט לשמו כשר:

tu certo, vel in nomine primogeniti, vel in nomine decimarum, vel in nomine commutationis, mactatio illius recta eſt. Hæc regula generalis eſt, quicquid ſponte promittitur, & vovetur, ſi quis in nomine ipſius quid mactaverit, reprobum eſt; contra probum eſt id quod mactatum fuerit in nomine illius quod ſponte non promittitur nec vovetur.

R. OB. DE BARTENORA.

השוחט חולין בחוץ לשם עולה *Si quis foris mactaverit profana in nomine holocauſti*, nam holocauſtum offertur ex oblationibus ſpontaneis & votis; & quiſquis viderit, dicit, jam conſecravit & in holocauſtum mactavit, ſancta enim foris licita ſunt; idcirco Sapientes decreverunt, quod hæc mactatio ſit reproba; eodem ſenſu ſe res habet cum pacificis &c. Cæterum ſacrificium pro reatu ſuſpenſo offertur ex dubio excidii debito, ut, ſi duo ſint fruſta, unum adipum, & alterum pinguedinum, atque is comederit unum ex illis, at neſciverit quodnam comederit; aut, ſi uxor atque ſoror ipſius cum ipſo ſit in lecto, & cum alterutra corpus miſcuerit, ſed neſciverit cum quanam, adducat ſacrificium reatus ſuſpenſi ad pœnas repellendas, donec ſciverit an certo peccaverit, & tum ſacrificium pro peccato adducat; Miſna hæc ad R. Eliezer pertinet, dicentem quod homo promittere poteſt ſacrificium pro reatu ſuſpenſo, licet id quotidie faciat, quia ſemper in dubio eſt de peccato ſuo; hoc igitur ſenſu eſt res quæ ſponte voveri poteſt.

לשם פסח *In nomine Paſchatis*, Paſcha quoque vocatur id quod voveri poteſt, quandoquidem id per totum annum ſeparari poteſt, & ad tempus ſuum aſſervari; hinc diceret nonnemo eum qui id facit, mactare ſacrificium pacificum foris, quod poſtea comedet. *R. Simeon dicit, recte habet*, nam is non habet rationem eorum qui vident mactationem iſtam. זה הכלל *hæc regula generalis eſt*, hinc nos docet quod ſi dixerit, in nomine holocauſti. Nazyræi male habet, quia intelligere potuiſſemus quaſi de damno nihil timendum eſſet quicquam, quia ſciunt ipſum non vota feciſſe, idcirco nos docet alios forſan dicturos, fieri poſſe ut hic vota fecerit, & ea occultaverit triginta dies, & intra hoc tempus non poſſe innoteſcere. *Et quod non vovetur*, docet holocauſtum puerperæ, nam ſi clare dixerit, in nomine holocauſti puerperæ, bene habet, licet in nomine mulieris quæ non debet ſacrificium pro partu; nam intelligere potuiſſemus quod cum iſta mulier non debeat ſacrificium pro partu, hoc duntaxat votum ſpontaneum fuit, idcirco nos docet auctor quod dicere poſſumus eam forſan abortum feciſſe, nam abortus non habet tantum rumorem ut perfecta proles, hinc fiet ut hoc ſacrificium ſit debitum, & non votum ſpontaneum, idcirco mactatio ejus legitima eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod hæc Miſna dicat reatum ſuſpenſum vocari נדבה *oblationem voluntariam*, eſt opinio R. Eliezeris, ſicuti expoſitum eſt capite ultimo tractatus. Præterea Paſcha quoque inter oblationes ſpontaneas & vota numerarunt, quia id per totum annum ſeparatur. *Hæc eſt regula generalis &c.* ad holocauſtum Nazyræi eliciendum, nam ſi id in nomine ipſius mactatum ſit, reprobum eſt, quia Nazyræatus eſt votum. *In nomine illius quod non vovetur nec ſponte promittitur*, docet holocauſtum puerperæ, ſi mactaverit & dixerit, hoc ſit holocauſtum talis mulieris puerperæ, & ea mulier ad ſacrificium pro partu non obligata fuerit, intelligere poſſemus quaſi votum duntaxat contineret id quod dixit, quandoquidem hæcce mulier non debebat holocauſtum, & legitimum idcirco eſſe id quod mactaverit; propterea nos docet auctor quod proba ſit mactatio, quia dicere poſſemus eam forſan abortum feciſſe, ideoque ſacrificium debere, at nemo debitum promittere poteſt, propterea mactatio ejus legitima eſt, quia abortus nondum intelligit; neque dicere poſſumus eum intelligere dum exibat.

פרק ג אלו טרפות בבהמה נקובת הוושט ופסוקת הגרגרת ניקב קרום של מוח ניקב הלב לבית חללו נשברה השדרה ונפסק החוט שלה ניטל הכבד ולא נשתייר הימנו כלום הריאה שניקבה או שחסרה רבי שמעון אומר עד שתינקב לבית הסמפונות ניקבה הקבה ניקבה המרה ניקבו הדקין הכרס הפנימית שניקבה או שניקרע רוב החצונה רבי יהודה אומר הגדולה טפח והקטנה ברובה המסס ובית הכוסות שניקבו לחוץ נפלה מן הגג נשתברו רוב צלעותיה ודרוסת הזאב רבי יהודה אומר דרוסת הזאב בדקה ודרוסת הארי בגסה דרוסת הנץ בעוף הדק ודרוסת הגס בעוף הגס זה הכלל כל שאין כמוה חיה טרפה:

Caput 3. Hæc ſunt pecoris diſcerpta, æſophagus perforatus, & guttur abſciſſum, perforata cerebri medulla, & cor intra concavum ſuum perforatum, ſpina dorſi confracta, & abſciſſum illius filum, jecur ablatum ut nihil ſuperſit, pulmo perforatus, vel deficiens. R. Simeon dicit, uſque dum perforatus ſit in loco fiſtulæ ſuæ. Vel ſi ventriculus perforatus ſit, vel fel, vel inteſtina tenuia, vel interior venter; vel maxima pars exterior fiſſa ſit, R. Jehuda dicit, magnus in palmo, & exiguus in maxima ſua parte. Stomachus & fiſtula exterius perforata, ſi de tecto ceciderit, ſi maxima pars coſtarum confracta fuerit, & conculcata a lupo. R. Jehuda dicit, conculcatio lupi in exiguo, & leonis conculcatio in magno, conculcatio niſi in volucribus parvis, & conculcatio magnæ volucris in volucribus magnis. Hæc regula generalis eſt, cujus ſimile non vivit, id diſcerptum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

ניקב הושט *Si perforatus ſit æſophagus*, ventriculus duas habet cuticulas, exterior rubicunda eſt, interior alba; & ſi una abſque altera perforata ſit, bene habet; ſi vero ambæ perforatæ ſint, licet una non ſit e regione alterius, tamen diſcerptum eſt, & ſic totum foramen quantulæcunque menſuræ ſit.

ופסוקת הגרגרת *Et abſciſſio gutturis*, ſi in longitudine maxima pars abſciſſa ſit; & non cenſetur eſſe diſcerptum niſi donec maxima pars oſſis abſciſſa ſit, ſed craſſities auriculæ non

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ושט *Æſophagus*, duas habet pelliculas, quarum una ſi duntaxat perforata ſit, recte ſe habet; at ſi ambæ, licet in quantulacunque menſura, & licet foramen in una pellicula ſit e regione alterius in altera pellicula, diſcerptum quid eſt. גרגרת notat calamum pulmonis, & ſi abſciſſa ſit illius maxima pars in altitudine & latitudine, eſt diſcerptum quid. מוח *medulla cerebri* etiam duas habet pelliculas, quarum una adhæret capiti, & ſi ea perforata ſit, & altera quæ cerebro adhæret, manſerit integra, bene habet. Si vero inferior

non complet maximam partem. Verum ſi in latitudine illius abſciſſum ſit guttur, in maxima ſua parte tantum illegitima eſt mactatio. Si vero in longitudine calami, & duntaxat unus ordo ſuperius ad capitis latus remanſerit, & alter ordo inferius ad pulmonis alas, bene habet, nam quando animal collum attrahit, inciſura fit minor & non conſpicitur.

ניקב קרום של מוח *Si medullæ cærebri cuticula perforata ſit*, nam cerebrum duas habet cuticulas, ſuperior adhæret oſſi cranii, altera cerebro adhæret; ſi igitur perforata ſit ſuperior, & altera medullæ contigua manſerit integra, bene habet; ſi vero ea quæ medullæ contigua eſt, perforata ſit, etſi ſuperior integra ſit, tamen diſcerptum eſt, etſi os non perforatum ſit.

ניקב הלב לבית חללו *Si cor perforatum ſit intra concavum ſuum*, duo habet cor concava, magnum ad latus dextrum in animali, & parvum ad latus ſiniſtrum; ſi ergo cor ſit perforatum vel quantulumcunque, & foramen pertigerit ad unum ex iſtis oſſibus, diſcerptum cenſetur. Sic etiam ſi in cordis capite perforatio facta ſit, quod ſimile eſt marſupio, & קנה הלב *canna cordis* dicitur, diſcerptum eſt. *Si ſpina dorſi fracta ſit*, ordines coſtarum.

ונפסק החוט שלה *Et filum illius abſciſſum ſit*, inſtar fili albi e cerebro egreditur, & per longitudinem ſpinæ dorſi tranſit, & hoc filum a cuticula quadam alba circumdatur; & ſi maxima pars hujuſce cuticulæ abſciſſa ſit in latitudine, hoc dicitur *filum exciſum*; & diſcerptum eſt licet confracta fuerit ſpina dorſi. Sed auctor locutus eſt modo vulgariori, nam fili confractio facta eſt mediante ſpinæ dorſi confractione.

ניטל הכבד ולא נשתייר הימנה כלום *Si ablatum ſit jecur ita ut nihil ſuperſit*, tum diſcerptum eſt, donec pars illius remanſerit inſtar quantitatis olivæ in loco fellis, & tantundem in loco iſto ubi ſub renibus colligatum eſt. Si ergo in eo non remanſerit olivæ quantitas in quolibet loco, imo vel plus, dummodo id non ſit in duobus iſtis locis, diſcerptum eſſe cenſetur.

הריאה שניקבה *Pulmo perforatus*, pulmo duas habet pelliculas tenuiſſimas, & ſi una abſque altera perforata ſit, bene habet; ſi vero ambæ perforatæ ſint, & aër tranſierit dum inflabatur, diſcerptum eſt. Et perforati pulmonis gratia quoque omnia ei annexa prohibita ſunt, ſi ſint in loco ubi divelli poſſunt, quia nequit eſſe annexio abſque foramine, nam pulmo omnia liquorum genera attrahit, quæ in ipſo condenſantur, & in guttulis denuo egrediuntur per foramen, atque ita fit in cuticulam. Cæterum quando annexiones iſtæ ſint in loco ubi non ſolent divelli, ut ſi una auris annexa ſit alteri auri ſecundum ordinem, tum una auris alteram liberat, & tum ſanitati redditur, quia foramen non retegitur. Verum ſi illa ſint in loco ubi divelli ſolent, pellicula diſſolvitur, foramenque retegitur.

או שחסר *Vel ſi deficiat*, ſi quatuor duntaxat ſint e quinque auriculis quas habet pulmo, & ſi deficiat una e tribus auriculis ad latus dexterum, nonnemo dicit ענוניתא *membrana roſacea* complet, & bene ſe res habet; & ſi hæc membrana deficiat, nonnemo tamen rem legitimam pronunciat, cum hic non ſit defectus, quia multa animalia hanc membranam non poſſident; ita conſtat e Gemara.

עד שתינקב לבית הסמפונות *Donec perforatus ſit in fiſtula ſua*, omnes calami minores qui intra pulmonem ſe extendunt, in magnam fiſtulam vertuntur; itaque per בית סמפונות hic intelligitur fiſtula magna in qua aliæ omnes conjunguntur; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon. *Si jecur perforatum ſit*, ſi concavum interius perforatum ſit in quantulacunque quantitate. ניקבה המרה *ſi perforatum ſit fel*, ſi crumena ipſius perforata ſit, ubi jecur occluditur.

ניקבו הדקים *Si ilia exigua perforata fuerint*, in loco iſto ubi non ſunt alia inteſtina prope foramen ad tegendum illud, at ſi volvulus ſive inteſtinum minus ſit perforatum; aliud inteſtinum id conteget. כרס הפנימית *venter interior*, totus venter vocatur venter interior, & foramen illius eſt quantulæcunque quantitatis.

כרס החיצונה *Venter exterior*, eſt caro quæ maximam ventris partem contegit, eſtque membrum craſſum quod per totum pectoris concavum tranſit uſque ad clunes; ventris vero minore perforata ſit, quæ juncta eſt medullæ, etſi ſuperior integra ſit, tamen eſt diſcerptum, etſi os non perforatum ſit. Pariter cor duobus gaudet concavis, uno majori, altero minori, majus ſitum eſt ad ſiniſtrum animalis latus, ſi igitur cordis ſubſtantia perforata ſit, & foramen illud ad concavum dexterum vel ſiniſtrum pertigerit, diſcerptum eſt, quantumvis exiguum ſit foramen iſtud. Sic etiam ſi cordis acumen perforatum ſit, quod eſt ſimile marſupio, קנה הלב, pariter diſcerptum eſt.

שדרה *Spina dorſi*, ſive coſtarum ordines; & filum illius eſt infra cerebrum, habetque in latitudine ſua cuticulam ipſam circumdantem; ſi igitur maxima hujuſce cuticulæ pars abſciſſa ſit in latitudine, diſcerptum quid eſſe cenſetur. Si de ventriculo remanſerit olivæ quantitas in marſupio fellis, & eadem quantitas in arteria magna e ventriculo proveniente, nam exinde omnes arteriæ ſe diſpergunt per totum corpus, bene habet. Sin minus remanſerit, vel præter hæc duo loca remanſerit aliquid, diſcerptum eſt. Cæterum in extremitate pulmonis conſpiciuntur duæ pelliculæ tenuiſſimæ, harum una ſi perforata fuerit, tamen bene habet; ſi vero ambæ perforatæ fuerint, & foramen ad ipſum pulmonis corpus pertigerit, diſcerptum eſt, quantumvis exiguum ſit foramen. Sic etiam pulmonis calamus, & quicquid in eo eſt inter duas pulmonis partes, dum inflatur, eidem pulmonis juri obnoxium eſt, & diſcerptum eſt. Si vero de pulmonis corpore quicquam deficiat, etiam diſcerptum eſt, etſi infletur & non exeat aër. Cæterum caſus defectus eſt, quod auriculæ pulmonis tres ſunt ad dexterum latus, & duo ad ſiniſtrum, & ſi quicquam ex iis defecerit, diſcerptum eſt.

סמפונות ſunt calami ſive fiſtulæ pulmonis, quæ ſunt corpora confuſa ſubſtantiam pulmonis penetrantia; ſi igitur una ex iſtis fiſtulis perforata ſit, & ad alteram pertigerit, diſcerptum eſt. כרה eſt fellis crumena. דקים ſunt inteſtina parva. רוב החיצונה *maxima pars exterioris*, ſenſus eſt, maxima pars ventris exterioris, quæ eſt ſub pelle, nam quando ea laceratur, venter exit. Lacerationis quantitatem tibi dicam, in qua re palmi quantitas lacerata fuerit, & hæc non fuerit maxima illius pars; in parva vero maxima illius pars; hinc ſcies quod ſemper palmi quantitas, vel minus requiratur. Si vero circulus inde abſciſſus ſit in quantitate Selæ, vel *plus*, *diſcerptum eſt*; Selæ autem circulus ſimilis eſt minutiſſimæ Selæ, & maximos denarios Ægyptios fere exæquans.

מסס Eſt membrum quod malogranati figuram habet, & in ſe pelliculas comprehendit ſtercore plenas. בית הכוסות eſt ventris fiſtula in forma crumenæ, quæ magnas habet foveas, cujus figura nota eſt apud lanios. Nota quod omnia iſta foramina jam memorata, quantulæcunque ſunt quantitatis.

נפלה מן הגג *Si deciderit e tecto*, tum diſcerptis annumeratur, & his conditionibus juris obnoxium eſt, ſi poſt caſum ipſius incedere poſſit, tum id animal ſtatim mactare licet, & nihil amplius requiritur. Si vero incedere nequeat, attamen ſtare poſſit, licet id mactare, ſed inquiſitione opus eſt. Verum ſi in pedes ſtare nequeat, detinent ipſum per viginti quatuor horas, & tum mactari poteſt, adhibita prius inquiſitione. Hæc autem inquiſitio fiat per totum ventrem & pectus interius; & ſi in ipſo quicquam ex hiſce diſcerptis ſit, vel e membris confractis, diſcerptum eſt, etſi non habeat foramen, nec lacerationem, nec fractionem, ſed colliſionem tantum, quia confractio membrorum inter diſcerpta recenſetur, ſi ea contigerit propter caſum. Cæterum jam tibi conſtat quod coſtæ in animalibus ſunt undecim ad quodlibet latus, ideirco maxima coſtarum pars eſt ſex ab una & ſex ab altera parte; vel unum latus totum, & una coſta ab altero latere, dummodo confractio illius ſit in dimidio quod juncturis proximum eſt, & in coſtis quæ medullam comprehendunt.

דרוסה Eſt ſpina dorſi quæ ita dicitur quod eam animal aliquod diſcerptum conculcat, quum ungulis duntaxat id fecerit, & non pedibus, dummodo ungulas infixerit carni. Propterea interius inquiſitione opus eſt, ſi caro mutata fuerit prope inteſtina, & prohibita eſt. Scias etiam quod lupus & quod ſuperior ipſo eſt, conſtituat parvum pecus & magnum in ſpecie ſua דרוסה: Agni vero & hirci, etſi inferio-

minima pars abſconditur ſub pectoris coſtis, & maxima illius pars ſub iſta membranula. Cæterum quod auctor dicit, *ſi maxima illius pars lacerata ſit*, ita ſe habet, conſpiciendum eſt quantum ſit de membrana contra illam maximam ventris partem, & ſi maxima pars illic lacerata ſit ex eo quod e membrana reſtat coram ventre, tum diſcerptum eſt, & ſi membrana iſta lacerata ſit ab eo loco ubi venter inferius deſinit, bene ſe res habet.

הגדולה טפח *Magnum in palmo*, ſi in bove laceratio ſit quantitatis palmi, eſt diſcerptum, licet non ſit illius maxima pars; ſed in vitulo exiguo plerumque ſanatur, licet non habeat palmi quantitatem; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam. מסס ובית הכוסות ſtomachi extremitas ſimilis eſt galeæ, & vocatur בית הכוסות, & huic adhæret מסס; ſed circum conjunctionem illius, quando ſeparantur, ab utraque parte eſt latus, & in medio conjunguntur, & cibus ingreditur a בית הכוסות ad מסס, & hinc in ventriculum, & hinc rurſus in inteſtina.

שנקבו לחוץ *Si exterius perforata ſint*, ſi foramen ſit exterius, ut ſi alterutrum perforatum ſit in ſpatio iſto ubi non conjunguntur; excipias hinc ſi in loco ubi conjunguntur, tum enim bene ſe res habet, quia paries מסס ſc. liberat ſuper foramina בית הכוסות ſc. ut vivere poſſit, & contra.

feriores lupo ſint, ut felis & martes, ſi conculcaverint illud, fit דרוסה *conculcatio*, & inquiſitione opus eſt.

זה הכלל *Hæc regula generalis eſt*, ad includendum alia diſcerpta, ut fœmur promiſſum, & renes exarefacti, donec renum albedo intus exciſa ſit, & lienis perforatio, dummodo is perforatus ſit in loco ipſius craſſiſſimo, foramenque ingrediatur ſubſtantiam illius, donec non amplius ſuperſit quantitas denarii de craſſitie illius; ſi vero denarii quantitas remanſerit, ita ut non pertigerit ad foramen, bene ſe habet. Pariter ſi maxima cannarum pars remanſerit & attenuata fuerit, hæc non eſt extirpatio. Similiter ſi una coſta e radice ſua extirpata ſit, nempe, ſi vertebra quædam in ſpina dorſi extirpata ſit, diſcerptum eſt. Sic etiam ſi cranium attenuatum ſit, ita ut non eſſet foramen in pellicula, dummodo maxima pars macerata ſit. Pariter caro etiam maximam ventris partem contegens, ſi lacerata ſit, uti diximus. Præterea alia ſunt diſcerpta jam expoſita, ut pedis exciſio, pellis denudatio, & ſimilia jam enumerata, quæ omnia comprehenduntur ſub eo quod dicitur, hæc eſt regula generalis; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon; ſed juxta R. Jehudam.

Si de tecto ceciderit, tum ſtatim diſcerptum eſt, ſi poſt lapſum non inceſſerit in pedibus ſuis, nam ſuſpicamur fieri poſſe ut membra attenuata ſint; ſi vero pedibus inceſſerit, bene ſe habet, & non opus eſt inquiſitione. Si vero in pedibus conſiſtat, & non incedat, attamen illud quis mactet, inquiſitione opus eſt, ſic etiam ſi viginti & quatuor horas poſt lapſum mactaverit ipſum, etſi non inceſſerit neque in pedes ſe erexerit, bene habet, facta prius inquiſitione; atque hæcce inquiſitio in concavo vaſis fiat interius, ut liqueat an membra comminuta ſint. *Si maxima coſtarum pars confracta fuerit*, in pecore continentur viginti duæ coſtæ majores quæ medullam habent, ab unoquoque latere undecim, ſi confractæ fuerint ſeptem ab uno latere, & ſex ab altero, vel undecim ab uno latere, & totidem ab altero, tum locum habet id quod dicitur, ſi maxima coſtarum pars confracta fuerit. Sed hoc intelligendum eſt ſi confractæ fuerint in medio verſus ſpinam dorſi, quia inde ſpiritum trahunt vitalem, & non e pectore. ודרוסת הזאב & *conculcata a lupo*, ſi lupus ungulis ſuis beſtiam læſerit, & venenum injecerit, ita ut comburi debuerit; ſed proprie nulla ſit conculcatio niſi manu, & non pede; dummodo etiam ea de induſtria fiat. *Conculcata autem de qua diximus*, inquiſitione opus habet e regione inteſtinorum, ſi dubitetur an ſit conculcata, vel ſi quis lupi conculcationem viderit, at non conſtiterit in qua parte læſerit, tum de coſta & de ventre ejuſdemque lateribus & loco e regione inteſtinorum inquirendum eſt, & ſi illa caro rubedinem contraxerit, diſcerptum eſt. Si vero certo conculcata ſit, de loco conculcato inquirendum eſt an illic caro contraxerit rubedinem, & tum eſt diſcerptum, ſin minus, bene ſe res habet. *Si parvum pecus a lupo conculcatum ſit*, ſed in magnum non tantam habet poteſtatem conculcatio lupi, ut propterea pecus comburendum eſſet. *Si magnum pecus a leone conculcatum ſit*, quanto magis, ſi parvum. R. Jehuda expoſuit primi doctoris verba, iiſque non contradixit; deciſio eſt ſecundum ipſum. בעוף הדק *in volucri minori*, cujuſmodi ſunt columbæ & paſſeres. בעוף הגס *in volucri magna*, ut anſeres, & gallinæ. זה הכלל *hæc regula generalis eſto*, ita nos docet ſeptem diſcerptorum ſpecies in Miſna non memoratas, quæ ſunt, os juncturæ femoris quod e loco ſuo exſiliit, ſcil. e foramine oſſis caudæ cui vertebra eſt, ſi putruerit unus ren, quanto magis ſi duo. Porro, ſi lien perforatus ſit foramine quod tranſeat ab una parte ad alteram in loco qui ipſo craſſior eſt, & ſi de ipſo remanſerit quantitas quæ denarii aurei craſſitiem exæquet, tum bene habet. Si calami maxima ex parte attenuati fuerint, ſcil. multis in locis, in hac parte paullum conjunctiores, in iſta vero paullum diſſolutiores. Si una coſta e radice ſua dimota ſit, nam Miſna hæc de confractione duntaxat loquitur, quando maximæ partis meminit; at ſi coſta aliqua e radice ſua dimota ſit, uſque ad dimidium vertebræ ſuæ diſcerptum eſt. Si in carne contegatur maxima ventris pars, tum nonnemo dicit, hoc ſub generali hac regula comprehendi, & non clare in hac Miſna dictum eſſe; quoniam ventris exteriorem non expoſuerunt, de qua Miſna dicit, quod caro ſit quæ maximam ventris partem contegit, uti ſuperius expoſuimus, ſic etiam doctor ſub hac regula generali comprehendit pecora quorum pedes abſciſſi ſunt poſteriores, a genu & ſuperius, quod tum ſit diſcerptum. Et ſi deficiat aliquid in ſpina dorſi, nam ſi una deficiat vertebra, diſcerptum eſt. Si alicujus pellis deciderit, & tota detracta ſit, ſive propter vulnus ſive propter opus, diſcerptum eſt. Si pulmo illius exſiccatus ſit & dactyli ſimilis factus ſit propter terrorem, nam terror terret hominem. Miſna enim duntaxat loquitur de caſu quo ſe res bene habet ſi manu Dei res facta ſit, at non ſi manu hominum. כל שאין כמוה חיה quicquid non ut hoc vivit, ſi vulneratum ſit, nam alia animalia ſicut hoc vulnerata, vivere nequeunt.

ב ואלו כשרות בבהמה ניקבה הגרגרת או שניסדקה
עד כמה תחסר רבן שמעון בן גמליאל אומר עד
כאיסר האיטלקי נפחתה הגלגולת ולא ניקב קרום
של מוח ניקב הלב ולא לבית חללו נשברה השדרה
ולא נפסק החוט שלה ניטלה הכבד ונשתייר הימנה
כזית המסס ובית הכוסות שניקבו זה לתוך זה
ניטל הטחול ניטלו הכליות ניטל לחי התחתון
ניטלה האם שלה והרותח בידי שמים הגלודה רבי
מאיר מכשיר וחכמים פוסלין :

2. Hæc in pecore legitima ſunt, ſi guttur ſit perforatum, vel diſciſſum, quouſque deficiet? Rabban Simeon filius Gamalielis dicit, donec ſit inſtar aſſarii Italici. Si cranium diminutum ſit, at pellicula medullæ non perforata ſit. Si cor ſit perforatum, at non verſus concavum ipſius. Si ſpina dorſi confracta ſit, ſed ipſius filum non ſit abſciſſum. Si jecur remotum ſit, & paullum de ipſo remanſerit; ſi ſtomachus & fiſtula perforati ſint, ab hoc in illam. Si lien remotus ſit; ſi renes remoti ſint; ſi inferior maxilla remota ſit; ſi mater illius ablata ſit, & quod manu Dei arefactum eſt. Pelle nudatum R. Meyr pronunciat legitimum; ſecus Sapientes.

R. OB. DE BARTENORA.

נקבה הגרגרת *Si perforatum ſit guttur*, ſine defectu in quantitate aſſarii, ſicuti exponit. Si vero multa in eo ſint foramina aperta, abſque defectu aliquo, & ſi in iſtis omnibus dum conjuncta ſunt, inveniatur maxima gutturis pars, diſcerptum eſt. Si vero in foraminibus ſit defectus, vel corrigiæ longæ deſint ei, tum omne id quod deficit, conſideratur, & ſi id aſſarii quantitatem ſuperet, diſcerptum eſt. Si vero exæquet aſſarii quantitatem, vel non exæquet, bene ſe habet; deciſio eſt ſecundum doctorem primum.

או שנסדקה *Aut ſi diſciſſum ſit*, & ſi in calamo ipſius ſuperius atque inferius quid remanſerit. נפחתה הגלגלת *ſi diminutum ſit cranium*, ſi os diminutum ſit, tamen nobis videtur pelliculam medullæ non perforatam eſſe. *Si jecur ablatum, & de ipſo remaneat olivæ quantitas*, ſi in loco fellis ſit olivæ quantitas, & tantundem in loco ubi cohæret. זה לתוך זה *hoc in altero*, ſi utriuſque latera conſentur, & in medio unum ad alterum inclinet, & ſi in ſpatio conjunctionis perforata ſint, in lateribus, at foramen non patuerit foras, ſed unum inter alterum, bene habet, quia ex uno in alterum effundunt præter hoc foramen.

ניטל טחול *Si lien ablatus ſit*, at ſi modo perforatus ſit in craſſitie, attamen craſſities denarii aurei non remanſerit, diſcerptum eſt; uti ſuperius dictum. נטלו הכליות *ſi renes ablati fuerint*, ſi ambo remoti fuerint, vel unus duntaxat, bene ſe res habet. Verum ſi ren ob infirmitatem diminutus ſit in quantitate fabæ in pecore parvo, & in magno in quantitate grani mediocris uvæ, diſcerptum eſt; & ſi plenus ſit aqua fœtida, & turbida, etiam diſcerptum eſt; ſi in aqua clara, bene habet.

ניטל לחי התחתון *Si maxilla inferior ablata ſit*, ſupra carnem, & calami adhæſerint carni. Sed hoc intelligendum eſt duntaxat ſi vivere poſſit quum ei cibum in os ingeſſerint, ſin minus, diſcerptum eſt. ניטלה האם *ſi mater ablata ſit*, eſt matrix cui fœtus includitur.

וחרותה בידי שמים *Et exſiccatus manu Dei*, ſi pulmo ſit exſiccatus in quantitate dactyli propter tonitru, & fulgur, ſe res bene habet. Vel manu hominum, ut, ſi homine vel alia creatura, vel leonis rugitu pecus terrefacta ſit, tum diſcerptum eſt. Et ſi ſciamus quod manu Dei factum ſit, bene habet, ſi vero manu hominis, tum diſcerptum eſt. Cæterum æſtate ſumebant vas teſtaceum album, idque aqua frigida implebant, cui imponebatur pulmo per viginti quatuor horas, ſi tum ſanitati reddita ſit, manu Dei factum eſt, & ſe res bene habet; ſin minus, manu hominus factum eſt, & diſcerptum eſt. Sed in hyeme ſumendum eſt teſtaceum nigrum, quod non ſudat ut album, nec aqua frigeſcit in iſto. Nonnemo exponit quod vas æneum adducendum eſt, & aqua tepida implendum, & poſtea pulmo ei imponi debet per viginti quatuor horas; ſi tum ſanitati reſtituatur, bene habet, ſin minus, diſcerptum eſt.

הגלודה *Quod pelle denudatum eſt*, cui pellis detracta eſt, ſi tum pellis remanſerit in quantitate Selæ in latitudine ſuper totius ſpinæ dorſi ſuperficie, ita ut omnes ſpinæ dorſi vertebræ contectæ ſint, bene habet. Si vero ei detracta ſit latitudo Selæ per totam ſpinæ dorſi ſuperficiem, etſi reliqua pellis pars ſit in loco ſuo, diſcerptum eſt; & ita deciditur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si guttur perforatum ſit foraminibus apertis, at nihil de ſubſtantia ipſius reliquum ſit, ut, ſi quis acu perforet pellem, omnia foramina illa commiſcentur, & ſi in omnibus iſtis ſit maxima pars gutturis, diſcerptum eſt. Si vero in foraminibus iſtis deficiat quicquam, vel de gutturis longitudine, tum conſiderant an tota iſta contractio in eo quod ſubſtantiæ deeſt, ſuperet aſſarii quantitatem, & tum diſcerptum cenſetur. Si vero omnino aſſarii quantitatem efficiat, vel paullo minus, bene ſe habet. Si in longitudine ſua perforata ſit, at nihil de ſubſtantia deficiat, quantulumcunque id ſit ſuperius vel inferius, bene habet. Per id quod diximus, *quantulumcunque id ſit inferius*, intelligitur quod illud quantulumcunque adjectum ſit loco de gutture, quod eidem juri obnoxium eſt cui pulmo, uti diximus.

נפחתה הגלגלת *Si diminutum ſit cranium*, ſi quidem fiſſum ſit, at non contritum. Sed jam aliquoties diximus quod aſſarii quantitas ſit quatuor granorum hordeaceorum, & iſtius craſſitiei ut oportet, figura illius rotunda. Quod de jecore dicit, *& ſi remanſerit de ipſo*, illius quantitatem jam definivimus, & in loco ubi legitima ſit.

נטלו הכליות *Si renes ſublati ſint*, ſi ſimul deficiant; pariter, ſi unus duntaxat inveniatur ren, vel tres, bene ſe habet. Et ſi iſte unus vel duo inveniantur paulo minores quam granum uvæ in vacca, diſcerptum eſt; & quamvis non omnino perfecti ſint renes, tamen bene ſe res habet. De foramine renis non quærimus, & ſi materia quædam in eo reperta ſit, diſcerptum eſt; ſi vero aqua clara, non fœtida, bene ſe res habet.

וחרותה בידי שמים. *Et areſfactum manu Dei*, eſt ea quæ terrefacta eſt rebus naturalibus, ut, ſi audiverit tonitru, vel viderit fulgur; vel ſi infirmitate laboret quæ terrorem incutere ſolet, donec pulmo exſiccatus ſit, bene habet. Verum ſi ab homine terrefacta ſit, vel animal viderit mactari, unde expavefacta fuerit, uſque adeo ut in hunc ſtatum venerit; diſcerptum eſt. Si itaque timoris cauſa nota eſſet, tum vas teſtaceum implebant aqua frigida, dum id plumbo albo inſtructum erat, & tum pulmonem immittebant, & eum viginti quatuor horas illic relinquebant, ſi eſſet tempus verum; ſi vero hyemale, vas rubri coloris erat, & aqua calida implebatur, & tum pulmonem immittebant, & viginti quatuor horas illic relinquebant, ſi tum naturalem faciem ſuam recuperaſſet, manu Dei factum cenſebatur, & ſe res bene habebat; ſin minus, manu hominum factum eſſe ſtatuebant, & diſcerptum erat. Ratio quare requirebatur ut vas album eſſet, vel rubrum, hæc eſt, quod teſtaceum vas tum temporis ſecundum opera quæ faciebant, ſi album eſſet, humores exſudabat, at non rubrum. Sed notum eſt quod vas exſudans in aqua frigeſit, & quia in vere & æſtate requiritur aqua frigida, idcirco auctor vult ut vas exſudans album ſit; atque hoc eſt caput inſigne, quod bene intelligendum eſt. Et quandoquidem pulmonis ſiccitatis meminimus, dicendum eſt de coloribus; ſcias ergo quod pulmo niger ſit, inſtar atramenti, ruber vero inſtar coloris carnis; & viridis eſt inſtar croci, חריע enim Arabice עצפור dicitur, inſtar vitelli; & coccineus inſtar שחת, quæ eſt herba inter triticum creſcens. Horum vero quinque colorum diſcerptum eſt in quantulacunque quantitate. Et hyacinthinus inſtar limacis, rubri & praſini inſtar, vel viridis inſtar porri, ſicuti eſt facies hominis ægrotantis, bene habet, licet in totius ſit ſuperficie; ſed non eſt diſcerptum per iſtos colores, poſt inflationem pulmonis. Si vero manu confractus ſit, & colorem habeat prohibitum, prohibitus eſt. הגלודה *cui pellis detracta eſt*, quod omnino pelle denudatum eſt; quando de hacce pelle remanſerit latitudo Selæ in longitudine catenæ ſpinæ dorſi, ita ut omnes vertebræ contectæ ſint, bene habet. Sin autem tota pellis ſit in loco ſuo, & ei latitudo Selæ detracta ſit per totam ſpinæ dorſi ſuperficiem, prohibitum eſt animal. Hinc conſtat deciſionem eſſe ſecundum Rabban Simeonem filium Gamalielis; ſed non ſecundum R. Meyr.

ג ואלו טריפות בעוף נקובת הוושט פסוקת הגרגרת הכתה חולדה על ראשה מקום שעושה אותה טריפה ניקב הקורקבן ניקבו הדקין נפלה לאור ונחמרו בני מעיה אם ירוקים פסולים אם אדומים כשרין דרסה וטרפה

3. Hæc ſunt diſcerpta in volucribus, cui ventriculus perforatus eſt, cui guttur exciſum, quod a muſtela vulneratum eſt in capite, in loco ubi facit diſcerptum. Si ventriculus interior perforatus ſit; ſi ilia perforata ſint. Si in ignem inciderit, & viſcera illius aduſta fuerint, ſi viridia fuerint, reproba ſunt; ſi rubra, proba ſunt. Si conculcatum aut diſcer-

ptum

וטרפה בכותל או שריצתה בהמה ומפרכסת ושהתה מעט לעת ושחטה כשרה :

ptum ſit ad parietem, vel ſi a pecore detritum ſit, & tremorem edat, atque in dies expectatum ſit, & poſtea mactatum, bene habet.

R. OB. DE BARTENORA.

הכתה חולדה בראשה *Si muſtela percuſſerit in caput*, quum momorderit dentibus, nam ſi id pedibus anterioribus fecerit, dicitur *conculcatio muſtelæ in avibus*; quicquid autem e regione concavi corporis jacuerit, id facit diſcerptum. מקום שעושה אותה טרפה *in loco ubi facit diſcerptum*, quia timendum eſt ne forſan perforata ſit pellicula medullæ; at quomodo tum faciendum? manus in os avis ingerenda eſt, & digitus ſurſum movendus, ſi tum ſe moverit medulla, & prodierit, certum eſt quod pellicula ipſius perforata ſit, & tum diſcerptum cenſetur.

ניקב הקורקבן *Si perforatus ventriculus*, nempe ſi in carne ventriculi ſit foramen, atque in crumena interiori ubi tranſit cibus, hoc eſt ſi crumena & caro e regione ipſarum perforatæ fuerint. Sed ſi perforatus ſit ventriculus & os ipſius ſit integrum, vel ſi ambo perforata ſint, at non unum ex regione alterius, bene ſe res habet. ונחמרו בני מעיה *& aduſta fuerint ilia ipſius*, quando propter ignem contracta ſunt, & colorem ipſorum amiſerint.

ירוקים פסולים *Viridia ſunt reproba*, nempe, membra quæ rubere ſolent, ut cor, jecur, & ventriculus, quæ in gallinis, turturibus, & columbis ſolent rubere; ſi vero hæc propter ignem praſini coloris facta fuerint, reproba ſunt. Verum ſi rubra remanſerint ſicuti ab initio erant, proba ſunt. Idem notandum eſt de inteſtinis minoribus quæ rubra eſſe ſolent, ſi iſta naturalem colorem ſuum amiſerint, & rubra facta fuerint, reproba ſunt. Sic etiam aquatilium avium cor, jecur, & ventriculus viridia ſolent eſſe, ſi iſta in ignem inciderint & rubra facta fuerint, reproba ſunt, quia reprobum eſt quicquid colorem ſuum ob ignem mutavit. Hæc vero coloris immutatio fit in quantulacunque quantitate, quemadmodum foramen.

דרסה *Si conculcaverit ipſum*, nempe ſi homo pedibus volucre conculcaverit. או טרפה לכותל *vel diſcerpſerit ipſum ad parietem*. Si ipſum percuſſerit ad parietem. או שריצתה בהמה *aut ſi a pecore detritum ſit*, nam in iſtis tribus timendum eſt ob membrorum diminutionem, ave adhuc ſe commovente; ſi vero viginti quatuor horas expectaverit, & tum mactaverit, bene habet; ſed inquiſitione opus eſt, ſicuti ſuperius dictum eſt de pecore. Nam omnia diſcerpta a Sapientibus enumerata in pecore, ea ita quoque ſunt in volucribus, & ea quæ hic memorata ſunt, ut plurimum in avibus occurrunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נקובת הוושט ופסוקת הגרגרת *Perforatio ventriculi, & exciſio gutturis*, ſicuti de pecore expoſuimus, & ſecundum iſtas conditiones. חולדה *muſtela*, eſt ſpecies murium; quanto magis ſi majus animal nocuerit. שעושה אותה טרפה *ubi facit diſcerptum*, nempe, quia perforat medullæ pelliculam. Sed notum eſt quod digitum in os avis immittunt, atque ita eam ſuperius impellunt, ſi tum ſanguis prodierit e medulla, diſcerptum eſſe cenſetur.

קורקבן *Ventriculus*, notum eſt quid ſit, habet autem circum ſe crumenam quandam quæ circumdat cibum in eo contentum. Hoc vero foramen neceſſario tranſire debet carnem & crumenam in eo comprehenſas, quarum una jacet e regione alterius, donec foramen pertigerit ad cibum. נחמרו eſt idem quod נשרפו *comburuntur*, & ſic de eo quod diſcerpto tenetur, dicitur alicubi, וחמרות את בני מעיה Porro ſcias quod de colorum varietate non ſumus ſolliciti in membris avis interioribus, quando e colore rubro factus eſt viridis, niſi in corde, & in jecore, & in ventriculo duntaxat, quia horum trium membrorum color naturalis eſt in avibus quæ apud nos inveniuntur, ſcil. in gallinis, turturibus, columbis & perdicibus rubicundis. Si vero in illis reperiatur quicquam viride & praſinum, oportet ut id paullum elixetur, ſi tum in colore remanſerit aliquid viridis aut praſini, diſcerptum eſt, quod comedere non licet, ſi avis iſta in ignem inciderit. Si vero ſit genus avium aquaticarum quæ licitæ ſunt, & unum ex iſtis membris habent quod ex natura ſua praſinum & viride eſt, vel tali modo ſe habet maxima ex parte in ventriculo; ſi tum iſtud membrum quod ex natura ſua ſolet eſſe coloris praſini, aut viridis, vel rubicundi, diſcerptum eſt, quia eidem juri obnoxium eſt cui inteſtina in avibus. Nam color eorum naturalis ſolet eſſe praſinus, & ſi jam factus ruber, diſcerptum; quum enim rubrum fit praſinum, vel contra, & id propter ignem, diſcerptum eſt; ſed poſt elixationem, uti diximus. Præterquam quod ſi color natura ruber in viridem mutatus ſit, diſcerptum eſt, licet poſt elixationem factus ſit viridis. Sed jam notum eſt quod hi colores in quantulacunque poſſunt eſſe quantitate, ſicuti id quod perforatum eſt. Cæterum quod hic dicit, ſi trepidaverit, bene habet, id ea conditione intelligendum eſt, ſi poſt mactationem inquiſitum ſit, ſicuti in pecore fieri ſolet. Si vero in eo inveniatur res quæ prohibet, diſcerptum eſt; nam veriſſimum nobis eſt fundamentum, id quod in pecore eſt diſcerptum, id etiam in avibus diſcerptum eſſe; & ſic vides hæc avibus adſcribi in ſubſequenti Miſna.

ד ואלו כשרות בעוף ניקבה הגרגרת או שניסדקה הכתה חולדה על ראשה מקום שאינו עושה אותה טרפה ניקב הזפק רבי אומר אפילו ניטל יצאו בני מעיה ולא ניקבו נשתברו גפיה נשתברו רגליה נמרטו כנפיה רבי יהודה אומר אם נטלה הנוצה פסולה :

4. Hæc in avibus bene ſe habent, ſi guttur perforatum ſit vel fiſſum; vel ſi muſtela percuſſerit caput ejus, in loco ubi non facit diſcerptum. Si ingluvies perforata ſit, Rabbi dicit, etſi ablatus ſit. Si viſcera exierint, at non perforata fuerint. Si alæ fractæ fuerint, ut & pedes; vel ſi deplumatæ fuerint, R. Jehuda dicit, ſi plumæ remotæ ſint, male ſe res habet.

R. OB. DE BARTENORA.

ניקבה הגרגרת או שנסדקה *Si perforatum ſit guttur, vel diſſiſſum*, perforatio & fiſſio gutturis in ave eodem modo ſe habet ut in pecore, quod ſuperius a nobis expoſitum eſt. Si vero foramen ſit in eo cui aliquid deficit in quantitate maximæ partis oſſis calami iſtius avis, diſcerptum eſt, ſin minus, bene ſe habet. זפק eſt prope וושט & quicquid וושט attrahit dum avis extendit collum, tum jus זפק idem eſt cujus eſt וושט, & perforatio admittitur in quantulacunque quantitate; ſed cum reliqua pars ſtomachi perforata ſit, bene ſe res habet; deciſio non eſt ſecundum Rabbi.

יצאו בני מעיה *Si exierint inteſtina*, hoc tantum intelligendum eſt quod ſi ea introduxiſſet intus, ſuperiora non ſe ver-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jus de foramine cui non deficit quicquam, vel calami fiſſio in longitudine, tam in avibus quam in pecore obtinet. Verum ſi foramini deficiat quicquam, idque intret numerum illius quod deficit in corpore ipſius, tantum ſit ut maximam oſſis partem exæquet in calamo iſtius avis, tum diſcerptum eſt; ſi vero id dimidium calami exæquare poſſit, vel minus, bene ſe habet. זפק eſt ſtomachus in homine, cui adjacet וושט; quicquid autem a ſtomacho attrahitur, dum avis attrahit collum ſuum, tum eidem juri obnoxium eſt cui וושט, nam ſi vel in quantulacunque quantitate perforatus ſit, diſcerptum eſt. De cæteris ſtomachi partibus non quæſitum fuit reſpectu foraminis ipſius. Et quod dicit,

verterent inferius; vel ſi unum introduxerit e ſuperioribus ſecundum ordinem ſicuti antea erat, ita ut unum ſuperius, alterum inferius mutaverit. Verum ſi ilia mutaverit, diſcerptum eſt, nam cum unum ex ipſis introduxerit, reviviſcere nequit.

נשתברו גפיה *Si alæ ipſius confractæ ſint*, alarum oſſa; ſed hoc intelligendum eſt ſi confractæ ſint, verum ſi exciſæ ſint alæ, diſcerptum eſt, quia timemus ne pulmo perforatus ſit, quia pulmo inter coſtas abſconditur, & pellicula carnis alba eſt, & tenuis inter coſtas; ſi igitur ala exciſa ſit, ſimul pulmo extirpatur.

נשתברו רגליה *Si confracti ſint pedes*, a junctura deorſum, vel ſurſum, dummodo os non prodierit exterius; at ſi exterius prodierit, dicit Miſna capite quarto, quod ſit diſcerptum. נמרטו כנפיה *ſi deplumatæ ſint alæ*, ſi pluma omnium maxima ablata ſit. נוצה eſt pluma minuta ſuper carnem, cui non eſt calamus, & hæc cenſetur perinde ac ſi beſtia pelle denudata eſſet; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

cit, *ſi inteſtina exierint*, *bene habet*, intelligendum eſt ſub ea conditione quod ordo non immutatus ſit, nempe quod inteſtina manibus non diſſoluta ſint, nam ſi id factum fuerit, diſcerptum eſt, quia in priorem ſtatum redigi nequeunt. Fundamentum vero nobis eſt de pedis avis confractione, quod quilibet avis pes e tribus conſtat fulcris, præter pedis plantam, quæ e multis conſtat, ſi igitur confractum ſit fulcrum junctum femoris corpori, & fractura conſpicua & caro denudata, diſcerptum eſt. Si vero confractum ſit quidem, at caro contexerit fracturam, ita ut os dimoveatur dum fractum eſt, at non conſpiciatur, bene ſe res habet. Pariter ſe habet ſi pars oſſis confracti conſpicua ſit, & caro maximam partem contexerit. Sed duo fulcra quæ huic juncta ſunt, non curamus quicquam reſpectu fracturæ, & quamvis os conſpiciatur, bene tamen habet; & de his auctor dicit, *ſi pedes earum confracti fuerint, & alæ*, inter legitimas ſcil. Sic etiam ſi in ave femur exciſum ſit, bene habet; verum ſi alæ junctura exciſa ſit quæ corpori contigua eſt, de pulmone inquirendum eſt, & ſi is deprehendatur perforatus, diſcerptum eſt; ſi vero integer deprehendatur, licitus eſt. Scias autem quod pedi avis inſunt ſquamæ, ſcil. pedis cannæ, in quo ſunt multa corpora nervoſa pedem cingentia inſtar compedum; horum omnium extremitates adhærent corpori quod grano uvæ ſimile eſt in planta pedis avium, & hæc corpora etiam nervi vocantur, atque granum iſtud in quo conjunguntur, vocatur *junctura nervorum.* Si ergo avium pedes exciſi ſint in loco ubi ſunt nervi, vel maxima pars uniuſcujuſque, licet vel unicus exciſus ſit, diſcerptum eſt. Si vero ſub junctura nervorum exciſus ſit, & juncturam iſtam non attigerit, bene habet. Ne vero mireris hæc, nam ſi ab una parte exciſus ſit, vivere poteſt, ſin ab altera, morietur. Sic etiam ſi ſupra pedem exciſus ſit, in loco carnis, bene habet. נוצה eſt pellis tenuiſſima ſuper ſtomachum cum pluma ſua, dicit R. Jehuda quod ſi ea remota ſit, avis reproba eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam, neque ſecundum R. Meyr.

ה אחוזת הדם. והמעושנת והמצוננת ושאכלה הרדופני ושאכלה צואת תרנגולים או ששתה מים הרעים כשרה אכלה סם המות או שהכישה נחש מותרת משום טרפה ואסורה משום סכנת נפשות:

5. Si quæ avis ſanguine correpta fuerit, vel fumo affecta, vel frigefacta fuerit, vel Ardophni comederit, vel gallinarum excrementa, vel aquas malas imbiberit, bene habet. Si pecus aromata mortifera comederit, vel a ſerpente morſa ſit, ea licita eſt ob diſcerptum, ſed illicita propter animarum periculum.

R. OB. DE BARTENORA.

אחוזת הדם *Correpta ſanguine*, quæ a ſanguine correpta eſt, & ex eo morbum contraxerit. המעושנת *fumo affecta*, ſi fumus penetraverit illius corpus. המצוננת *frigida*, quæ frigore laborat. Maimonides אחוזת הדם exponit de ea cujus ſanguis abundat; & *frigida* de ea in qua flegma abundat; & *fumo affecta* de ea quæ melancholiæ humoribus abundat. Sed quarti humoris, qui eſt bilis rubra, nulla mentio facta eſt, cum is in beſtiis raro obtineat. הרדפני eſt beſtiarum venenum; ſic etiam beſtiæ moriuntur ex gallinarum excrementis, ſi ea comederint. *Aquæ malæ*, ſunt aquæ contectæ. סם המות *aroma mortis*, eſt genus aromatis quod hominibus, ſed non pecori nocivum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אחוזת הדם *Correpta ſanguine*, ſi in ipſa adeo abundaverit ſanguis, ut ſuffocata ſit. המעושנת *humectata*, in qua atra bilis ſive melancholia abundat. המצוננת *frigefacta*, in qua abundat flegma, uſque adeo ut ſenſus deficiat. Sed in Miſna nulla bilis rubræ mentio facta eſt, quia in pecore illius abundantia raro contingere ſolet, ſicuti e medicorum libris apparet.

הרדפני Eſt herba quædam mortifera, ſi a beſtia comedatur, ſed homini non nocet, uti gallinarum excrementa. סם המות *aroma mortis*, quod hominem necat ſi ab ipſo comedatur; ſunt enim nonnulla quæ aliis animalibus proſuit, aliis vero nocent; atque hoc medicis notum eſt.

ו סימני בהמה וחיה נאמרו מן התורה וסימני העוף לא נאמרו אבל אמרו חכמים כל עוף הדורס טמא כל שיש לו אצבע יתירה וזפק וקורקבנו נקלף טהור רבי אליעזר בר צדוק אומר כל עוף החולק את רגליו טמא:

6. Signa pecoris & animantium in Lege memorata ſunt, at non avium ſigna. Sapientes vero dixerunt, omnis avis quæ conculcat, immunda eſt; cui vero digitus redundat, & ingluvies ac ſtomachus decorticatus fuit, ea munda eſt. R. Eliezer filius Zadoci dicit, omnis avis quæ pedes dividit, immunda eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

הדורס *Quæ conculcat*, quæ unguibus ſuis aliquid e terra colligit; & ſurſum elevat id quod poſtea comedit. Nonnulli exponunt, quod non exſpectat avis donec animal ſit mortuum, ſed quod ipſum vivens comedit. אצבע יתירה *dictus ſuperfluus*, qui cæteris longior eſt.

וקורקבנו נקלף *Et cujus intimum decorticatum eſt*, nam crumena quæ in ſtomacho eſt, decorticatur carne ſtomachi. Sed non omnis avis pura iſta omnia habet ſigna, verum ſi modo unum habet, ſufficit; dummodo nobis conſtet eam unguibus non conculcare, & poſtea comedere. Cæterum excellentiores doctores ſcribunt quod avis quæ uno duntaxat

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הדורס *Quæ conculcat*, ſi manum ſuam impoſuerit ei quod comeditur, & poſtea de ipſo comederit; ita omnia animalia rapacia facere ſolent. Cæterum in ventriculo eſt pellicula quæ in ave pura decorticatur, at non in immunda. Sed nos omnia iſta ſigna non requirimus, nam ſi vel unicum puritatis ſignum habeat quod non cognoſcimus, tamen eſt avis pura, dummodo non conculcet & comedat, nam hæc regula generalis eſt. Quod R. Eliezer filius Zadoci dicit, id verum eſt, ejuſdemque ſenſus eſt quod avis immunda, dum funi vel bacillo inſidet, unam unguium ipſius partem varo iſti imponere ſolet ab una parte, & alteram

xat ſigno eſt inſtructa, non ſit legitima, etſi conſtet quod ea non conculcat & poſtea comedit; niſi ſignum illud ſit quod ſtomachus illius manu decorticetur; ſi vero manu non decorticetur, etſi habeat זפק *ingluviem*, aut digitum redundantem, tamen ea nunquam licita eſt.

החולק את רגליו *Ea quæ pedes ſuas dividit*, quum funiculi alicui impoſita ſit, digitos ſive pedum fulcra ponat ab una & altera parte. טמא *immunda eſt*, quia exinde certo conſtat quod conculcat.

teram alteri parti ita ut bacillus ſit inter illius pedes, ſicuti ſe res habet, dum aliquam rem apprehendit. Quando igitur cognoverimus quod hæc beſtia ope duorum ſignorum licita ſit ex Lege, ſciendum eſt an ſit animal, & adeps illius comedi debeat, & ſanguis contegi debeat; & ſi beſtia ſit, de adipe illius comedere non licet, & non opus eſt ut ſanguis illius contegatur. Cæterum differentia inter חיה & בהמה hæc eſt, ſi e capite בהמה prodierint cornua, & deinceps alia denuo accreverint, ut in ariete, tum cenſetur eſſe חיה abſque dubio, & non opus eſt ſigno alio. Verum ſi non alia denuo excreverint, inde ſciunt cornua num ſint corpus aliquod extenſum, quod habet certam altitudinem & quod bene diſpoſitum eſt in extremitatibus ſuis, & tum חיה eſt. Nam bovis cornua tortuoſa ſunt, & non habent luctationes, caprarum vero cornua tortuoſa ſunt & luctationes habent, ſed luctationes eorum ſunt ut res rotunda quæ inflectitur, ſed non habet os acutum; hoc intelligas volo.

ז ובחגבים כל שיש לו ארבע רגלים וארבע כנפים וקרסולים וכנפיו חופין את רובו רבי יוסי אומר ושמו חגב ובדגים כל שיש לו סנפיר וקשקשת רבי יהודה אומר שני קשקשין וסנפיר אחד ואלו הן קשקשין הקבועין בו וסנפירין הפורח בהן :

7. Quæ inter locuſtas quatuor habent pedes, & quatuor alas, crura, & alas quæ maximam corporis partem contegunt, ea ſecundum R Joſen vocantur חגב *locuſta*. Qui vero inter piſces habent alam & ſquamam; R. Jehuda dicit, duas ſquamas unamque alam, ſquamæ eis ſunt infixæ, alis vero volant.

R. OB. DE BARTENORA.

ובחגבים *Et inter locuſtas*, hoc ſignum puritatis eſt, quæ quatuor habet pedes, & quatuor alas, & crura, quæ ſunt duo pedes longi præter quatuor, & contigui ſunt collo; ſed ſupra pedes, nam quando ſalire inſtituit, ſe corroborat illis. ושמו חגב *& nomen illius eſt locuſta*, etſi quatuor iſta habeat ſigna, tamen non legitima eſt, niſi conſtiterit quod חגב vocetur; & ita deciditur. *Cui ſquama eſt*, etſi jam non habeat, ſed poſtea dum adoleverit, eas acceperit, vel ſi eas habuerit, ſed poſtea ejecerit, dum ex aqua prodibat, tum licita eſt. *Nam volat illis*, nam ope illarum ſuper aqua natat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חופות את רובו *Contegentia maximam illius partem*, ſi latitudo alarum contegat maximam craſſitiei corporis partem, & longitudo contegat maximam corporis partem, dummodo ſit חגב *locuſta*, ſicuti dixit R. Joſe. Verum ſi iſta adſint ſigna, & non vocetur חגב, vel iſto nomine quo in alia lingua vocant locuſtam, non licet eam comedere. Deciſio eſt ſecundum R. Joſen, in eo quod dicit, *duas ſquamas*. Scias porro quod ſi hæc ſpecies ſit ſquamarum, ſed non prodierint niſi poſtquam adoleverit, vel ſi eas abjecerit, quando ipſam ex aqua capiebant, multi enim tales ſunt, iſta ſpecies licita eſt etiam quum ei non ſunt ſquamæ.

פרק ד בהמה המקשה לילד והוציא העובר את ידו והחזירה מותר באכילה הוציא את ראשו אף על פי שהחזירו הרי זה כילוד חותך מעובר שבמעיה מותר באכילה מן הטחול ומן הכליות אסור באכילה זה הכלל דבר שגופה אסור ושאינו גופה מותר :

Caput 4. Si pecus aliquod difficile pariat, & lanio fœtum manu ſua educat, & reduxerit poſtea, comedi poteſt. Si eduxerit caput ipſius, etſi poſtea reduxerit, tamen ſe habet ut natum. Si de fœtu in inteſtinis quicquam exciderit, tamen comedi poteſt; ſi de liene & de renibus, de eo nihil comedere licet. Hæc regula generalis eſt, ſi ſit rei corpus, prohibita eſt, ſin minus, licita eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

מותר באכילה *Licitum eſt eſu*, totus fœtus eſu licitus eſt, imo etiam ipſe membri exciſi locus, nam ſi lanio eduxerit armum ejus, eumque non reduxerit, requiritur ut quod intus eſt, foras protrudat, excidatque, quia locus exciſionis diviſioniſque inter intimum atque extimum prohibitus eſt, quia fœtus ſuper ventris os ſitus eſt. Si vero fœtum reduxerit, non requiritur interitu quicquam excidere, ſed definiendum eſt ſpatium, & poſtea excidendum, locus exciſionis tum licitus eſt; nam ratio ob quam membrum quod foras prodierit, ſit prohibitum, eſt, quia ſcriptum eſt Exod. 22, 30. ובשר בשדה טרפה caro ergo iſta quæ e loco ſuo exierit; eſt quaſi e campo ſuo exierit, & propterea diſcerptum eſt. Sicuti igitur diſcerptum, poſtquam diſcerptum factum eſt, nihil in ſe liciti comprehendit, ita etiam caro, poſtquam e loco ſuo exierit, nihil liciti in ſe continet. Exciſionis vero locus non excedit terminum ſuum, idcirco is licitus eſt quum ante mactationem fœtus ſit reductus in locum ſuum, quia de ipſo dicitur, בבהמה תאכלו *de pecore comedetis*.

הרי זה כילוד *Ecce hic inſtar nati eſt*, nam nunc ei mactatio matris non prodeſt amplius, & fœtus mactandus eſt ſi vivus ſit; ſin mortuus, cadaver eſt. חותך מעובר שבמעיה *ſi exciderit aliquid de fœtu in inteſtinis illius*, & fruſtum reliquerit intus, tum licitus eſt cum mactatione pecoris, & non prohibitus ob membrum animalis vivi. *Si de liene & de renibus*,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מותר *Licitum eſt*, nempe, ſi iſtius fœtus mater mactata ſit, iſque e corpore eductus, tum de ipſo comedere licet. Membrum vero iſtud quod prodierit ante mactationem, comedi nequit, etſi lanio id in pecoris corpus reduxerit, quia ſcriptum eſt Exod. 22, 30. ובשר בשדה טרפה iſta ſcil. caro quæ extra locum ſuum exierit, qui pro ipſa eſt inſtar campi, diſcerptum cenſetur. Et quemadmodum diſcerptum, poſtquam diſcerptum factum eſt, jam non amplius quid liciti in ſe habet, ita etiam caro poſtquam e loco ſuo exierit, nihil in ſe habet liciti, etſi poſtea loco ſuo reddatur; idcirco tale membrum eſt prohibitum, verum ſi mactaverint pecus, excidunt membrum iſtud quod exierit, & ante mactationem duntaxat reduci poteſt; reliquum verum comeditur de fœtu. Si vero non reduxerit in locum ſuum iſtud membrum, & mater interim mactata fuerit, abſcindi debet membrum quod prodiit, ſed comedi non debet, & locus ubi exciſum eſt membrum, etiam eſu prohibitum eſt, quia is aëri expoſitus fuit, & poſtea paullum abſciderunt ſuperius prope corpus ipſius, idque abjecerunt.

הרי זה כילוד *Ecce hic fœtus nato ſimile eſt*, ſi vivus deprehenſus ſit in ventre matris poſt mactationem, non licet de ipſo quicquam comedere ante mactationem; nam non dicimus quod matris mactatio eum reddidit licitum. *Si exciſus ſit fœtus in utero materno, comedere de ipſo licet*, nimirum, iſta res de qua abſcidit, licita eſt eſui; nam non dicimus quod

ſit

renibus, de ipſo pecore, tum de ipſo nihil comedere licet; imo licet eum reliquerit quis in pecore, tamen ope mactationis non fit licitus; loquitur auctor de liene & renibus, ſit membrum animalis vivi, dummodo in corpore matris fuerit, donec ea mactata fuerit. quia tales res non inducunt diſcerptum.

ב המבכרת המקשה לילד מחתך אבר אבר ומשליך לכלבים יצא רובו הרי זה יקבר ונפטרה מן הבכורה:

2. Si quæ primogenitrix difficulter pariat, abſcindat quodque fœtus membrum, idque canibus projiciat. Si maxima illius pars exierit, ſepeliatur, & a primogenitura libera erit.

R. OB. DE BARTENORA.

המבכרת המקשה לילד *Si primogenitrix difficulter pariat*, tum in matricis ipſius apertura licet quodque fœtus membrum diſcindere ut prodeat, idque canibus projicere, nam quando maxima illius pars nondum prodiit, nondum conſecratus eſt fœtus.

יצא רובו *Si exierit maxima illius pars*, una vice, eamque abſciderit. *Sepeliatur*, nam ſi maxima illius pars prodierit, ſanctitas incidit in fœtum, quia de primogenito Lex dicit, *ſi natum fuerit. Et a primogenitura libera erit*, nam qui poſtea advenerit, dicet de ipſo, non eſt primogenitum, ſive membratim exierit, ſive maxima pars exierit una vice, quia hoc ſecundum genitum nequit dici *apertura matricis*, uti loquitur Lex.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jus primogeniti mortui poſtulat ut id ſepeliatur, ſed non licet id canibus comedendum præbere, quandoquidem conſecratum fuit. Sed in tractatu de primogenitis jam expoſitum eſt, quod ſi quodque fœtus membrum abſciſſum ſit, donec maxima illius pars abſciſſa ſit, non licet ipſum canibus comedendum præbere, ſed ſepeliendum eſt, idcirco dicit auctor, *abſcindat unumquodque membrum, & tum canibus præbeat comedendum.*

ג בהמה שמת עוברה בתוך מעיה והושיט הרועה את ידו ונגע בו בין בבהמה טמאה בין בבהמה טהורה טהור רבי יוסי הגלילי אומר בטמאה טמא בטהורה טהור האשה שמת ולדה בתוך מעיה ופשטה חיה את ידה ונגעה בו החיה טמאה טומאת שבעה והאשה טהורה עד שיצא הולד:

3. Si fœtus in pecoris viſcere obierit, & paſtor extenderit manum ſuam atque eum tetigerit, tam in pecore immundo quam mundo, mundus eſt. R. Joſe Galilæus dicit, in immundo eſt immundus, in mundo mundus. Si fœtus in uxoris viſceribus obierit, & obſtetrix manum extenderit, eumque tetigerit, tum obſtetrix ſeptem dies immunda eſt, & uxor munda erit donec fœtus exierit.

R. OB. DE BARTENORA.

בבהמה טהורה טהור *In pecore mundo eſt mundus*, ex conſequentia, nam ſi locus matricis fœtui proſit ad ipſum licitum reddendum ope mactationis, etſi mortuus ſit, nonne etiam ei proderit ſi vivat, ad impediendum ne polluat? reſp. de pecore immundo colligimus ex eo quod ſcriptum eſt Levit. 11, 39. וכי ימות מן הבהמה ubi indigitatur pecus immundum, & ex eo quod ibidem dicitur אשר היא לכם לאכלה nobis conſtat de pecore mundo, quomodo pecus immundum cum mundo comparatur, nempe, quemadmodum mundi pecoris fœtus eſt mundus, ita contra immundi pecoris fœtus eſt immundus.

רבי יוסי הגלילי אומר בטמאה טמא *R. Joſe Galilæus dicit, in immundo immundus eſt*, is hoc colligit ex eo quod ſcriptum eſt Levit. 5, 2. או בנבלת חיה טמאה ſi ergo cadaver pecoris immundi polluat, cadaver pecoris mundi non polluat? reſp. hic ergo eſt fœtus, nam is in immundo eſt immundus. *In mundo eſt mundus*, ex conſequentia, & in immundo eſt immundus, quia hæc non eſt conſequentia, neque nos ſimilitudinem inſtituimus; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen. *Obſtetrix immunda eſt immunditie ſeptem dierum*, ex conſtitutione Sapientum, ne fœtus caput ſuum educat extra locum ſuum, & nato ſimilis ſit, atque polluat. Nam obſtetrix putabit quod adhuc ſit in viſceribus illius, & quod purus ſit fœtus. Verum paſtor ſi manum ſuam extenderit in viſcera pecoris, dicit Miſna quod purus ſit; & de hac re nihil timendum eſt, quia matrix pecoris aperta eſt, idcirco videre poterit caput, ſi id eduxerit. *Mulier vero pura eſt donec fœtus prodierit*, nam mulier in ſe ſentit quum caput ſuum educit extra uterum, & idcirco nemo fœtum reddit mundum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixerunt, ſi mater conferat in fœtum ut is in cibum licitus fiat, tamen mater non conferet in eum ad ipſum licitum reddendum, quo minus ſit cadaver. Et quamvis hoc de pecore mundo duntaxat intelligatur, quod fœtus illius ope mactationis fit licitus, tamen immundi pecoris ſtatum colligimus a mundo e ſimilitudine quadam, idcirco dixerunt doctores, ſcriptum eſt Levit. 11, 39. וכי ימות מן הבהמה & ex eo quod ibidem ſcriptum eſt מן הבהמה hic denotatur beſtia ſive pecus immundum; quod porro dicitur אשר היא לכם לאכלה denotat pecus mundum. R. Joſe rem colligit ex eo quod dicitur Levit. 5, 2. או בנבלת בהמה טמאה Nam omnes concedunt doctores quod pecoris cadaver tam mundi quam immundi, polluat immunditie cadaveris, & non dici *cadaver pecoris immundi*, niſi ob fœtum pecoris immundi qui in viſceribus matris mortuus eſt, nam is polluit ſecundum R. Joſen; ſed deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

ד בהמה המקשה לילד והוציא עובר את ידו וחתכה ואחר כך שחט את אמו הבשר טהור שחט את אמו ואחר כך חתכה הבשר מגע נבילה דברי רבי מאיר וחכמים אומרים מגע טרפה שחוטה כמה מצינו בטריפה ששחיטתה מטהרתה אף שחיטת בהמה תטהר את האבר אמר להם רבי מאיר לא אם טיהרה שחיטת טריפה אותה דבר שגופה תטהר את האבר דבר שאינו גופה מנין לטרפה ששחיטתה

4. Si quod pecus difficulter pariat, & manum ſuam eduxerit fœtus, eamque exciderit is qui mactat, & poſtea mactaverit matrem ipſius, caro eſt munda. Si matrem mactaverit, & poſtea manum abſciderit, caro iſta eſt cadaveris contactio; ita R. Meyr. Sapientes ſtatuunt, eſſe contactionem diſcerpti mactati, ſicuti de diſcerpto invenimus quod illius mactatio munda ſit, ita etiam mactatio pecoris purificet membrum (fœtus.) Regeſſit R. Meyr, non, etſi enim mactatio diſcerpti ipſum purificet, utpote quod corpus ipſius eſt, tamen non purificet membrum, utpote quod corpus illius non eſt? unde

ששחיטתה מטהרתה בהמה טמאה אסורה באכילה אף טרפה אסורה באכילה מה בהמה טמאה אין שחיטתה מטהרתה אף טרפה לא תטהרנה שחיטתה אמרו לו לא אם אמרת בבהמה טמאה שלא היתה לה שעת הכושר תאמר בטריפה שהיתה לה שעת הכושר טול לך מה שהבאת הרי שנולדה טרפה מן הבטן מנין לא אם אמרת בבהמה טמאה שכן אין במינה שחיטה תאמר בטריפה שיש במינה שחיטה בן שמנה חי אין שחיטתו מטהרתו לפי שאין במינו שחיטה:

unde tenemus de diſcerpto quod ipſum purificet mactatio? pecus immundum eſui prohibitum, & diſcerptum quoque eſui prohibitum eſt, & quemadmodum pecus immundum mactatio non purificat, an etiam diſcerptum non purificat mactatio? non, ſi dixeris de pecore immundo, id tempus idoneum nunquam habuit, dices etiam de diſcerpto id habuiſſe idoneum tempus? accipe tibi id quod attuliſti; ſed ſi id a ventre diſcerptum natum ſit, unde de ipſo tenemus? non, ſi enim dixeris de pecore immundo quod in ſpecie ipſius non obtinet mactatio, dices etiam de diſcerpto quod in ſpecie ſua ejus obtineat mactatio? octo menſium vivum fœtum mactatio non purificat, quia in ſpecie ipſius non obtinet mactatio.

R. OB. DE BARTENORA.

הבשר טהור *Caro munda eſt*, fœtus caro munda eſt, nam pecus non recipit immunditiem dum vivit. הבשר מגע נבלה *caro eſt contactus cadaveris*, caro fœtus eſt contactus cadaveris membri vivi, quod polluit ipſum ut cadaver. מגע טריפה שחוטה *contactus diſcerpti mactati*, licet enim mactatio membrum non reddat licitum eſui, tamen id purificat ne ſit cadaver, ſed diſcerpti mactati ſimile eſt, nam ex Lege non polluit; ſed ex decreto Sapientum ſancta polluit. *Unde tenemus de diſcerpto, quod mactatio ipſum purificat?* nam forſan non purificat, & certe ex jure non purificat ipſum, nam pecus immundum prohibitum eſt &c. *Dices etiam de diſcerpto quod id tempus rectitudinis habet?* nam cum Lex mactationis in ipſum incidit, jam non divellendum eſt ab ipſo, & inter jumentum & gregem referri debet. *Accipito id quod adduxiſti*, capias hinc demonſtrationem quam attuliſti. *Si diſcerptum natum eſt a ventre, unde tenemus?* unde tu id purum declarabis? *Quando in ſpecie ipſius obtinet mactatio*, idcirco non eximitur a generali regula jumenti & gregis; deciſio eſt ſecundum Sapientes. Si vero natus ſit octo menſium vivax, eumque mactaverit, mactatio ipſum non purificat a cadavere, quia mactatio ei non prodeſt, ſed dum adhuc eſt in ventre matris, licitus ſit fœtus ope mactationis matris.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Contactus diſcerpti mactati carnem ſanctam polluit, etſi non polluat profanam, ita dixerunt, diſcerptum mactatum polluit ſancta; Cæterum quod R. Meyr dicit, *unde tenemus de diſcerpto, quòd mactatio ipſum purificet?* eo non vult contradicere, ſed ita argumentatur ad reſponſionem doctorum percipiendam, nam ii dixerant, quare id tempus rectitudinis habet, & non idem habebit hic fœtus, utique inſtar diſcerpti eſt a ventre ipſius, idcirco cadaveri ſimilis eſt, & mactatio matris ei non proderit; deciſio non eſt ſecundum R. Meyr. Porro ſcias quod ſi octo menſium fœtus vivax factus ſit diſcerptum, mactatio ipſum non liberat a cadavere.

ה השוחט את הבהמה ומצא בה בן שמנה חי או מת או בן תשעה מת קורעו ומוציא את דמו מצא בן תשעה חי טעון שחיטה וחייב באותו ואת בנו דברי רבי מאיר וחכמים אומרים שחיטת אמו מטהרתו רבי שמעון שזורי אומר אפילו בן שמנה שנים והורש בשדה שחיטת אמו מטהרתו קרעה ומצא בה בן תשעה חי טעון שחיטה לפי שלא נשחטה אמו:

5. Si quis pecus mactaverit atque in ea fœtum octo menſium vivacem invenerit, vel mortuum, vel novem menſium, [illegible] mortuum, diſcidat ipſam, & ſanguinem educat. Si in ea invenerit novem menſium vivacem, mactatio requiritur, & ad eam obligatur, filiumque ipſius, ſunt verba R. Meyri. Sapientes dicunt; mactatio matris eum purificat. R. Simeon Schezuri dicit, licet octo ſit annorum & in agro araverit, mactatio matris ipſum purificat. Si diſciderit eam, atque in ipſa novem menſium vivacem invenerit, mactatio requiritur, quia mater illius non mactata eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

ומוציא את דמו *Et educit ſanguinem ipſius*, nam adeps illius duntaxat licitus eſt, uti dicitur in Torat Cohanim, dicit Lex de adipe & duobus renibus, ubi de ſacrificio pro reatu loquitur, quod hæc non opus erat dicere, quia per conſequentiam id colligimus, ſcil. ſi pacifica quæ omnia non requirunt oblationem caudæ, adipem tamen, & duos renes, quanto magis ſacrificia pro reatu quæ omnia oblationem caudæ requirunt, quare hæc dixit? ut tibi ſignificet, quod ſicuti adeps & duo renes in ſacrificio pro memoratis excipiunt adipem ab embryone in ſacrificio pro reatu invento, quod nondum oblatum erat, quia nullum ſacrificium pro reatu fœmininum offerri poteſt; & omnes adipes in ſacrificiis memoratis, etiam in iis quæ e fœminis veniunt, excipiunt adipes embryonis. Et quoniam adipes embryonis in omnibus ſacrificiis non offeruntur; tamen eſu licitus eſt. Sanguis tamen ipſius non vilior eſt ſanguine membrorum in tractatu de Pœna Excidii memorato, nam ſanguinem membrorum ſi quis comederit, tranſgreditur præceptum negativum. *Mactatione opus habet*, quia menſes efficiunt ut ſit pecus ſingulare & non ingrediatur vim illius dicti, *de omni eo quod in pecore eſt comedetis.* וחייב באותו ואת בנו *& ad eam, filiumque ipſius tenetur*, quod fœtum non mactavit dum mactabat matrem. *Sapientes dicunt, mactatio matris ipſum purificat*, quia menſes & nativitas ipſum faciunt pecus ſingulare. *R. Simeon Schezuri dicit &c.* ſecundum Sapientes, ſi in terra inceſſerit, mactari debet ex decreto Sapientum, quia decipi poteſt, & pecus ſine mactatione comedere. R. Simeon Schezuri permittit, etiam poſtquam in terra inceſſerit; deciſio eſt ſecundum Sapientes. *Si diſciderit id*, pecus ſcil. abſque mactatione.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fœtus iſte novem menſium vivax, quem comedere licet ſine mactatione, ſecundum Sapientes, ejus caro & ſanguis non ſunt liciti. Scias porro quod non opus ſit inquiſitione, ſcil. quod diſcerptum eum non reddit reprobum, nam fœtum jam mactatum cenſemus, licet adhuc in matre vivat; deciſio eſt ſecundum Sapientes, dummodo in terra non incedat. Verum juxta R. Simeon Schezuri qui id concedit, licet in terra incedat, non deciditur.

ו בהמה שנחתכו רגליה מן הארכובה ולמטה כשרה מן הארכובה ולמעלה פסולה וכן שניטל צומת הגידין נשבר העצם אם רוב הבשר קיים שחיטתו מטהרתו ואם לאו אין שחיטתו מטהרתו :

6. Pecus cui pedes abſciſſi a genu & inferius, legitimum eſt; ſi a genu & ſuperius, illegitimum eſt. Sic etiam ſi nervorum junctura ſublata ſit; ſi os confractum ſit, ſi maxima carnis pars reliqua ſit, mactatio ipſum purificat; ſi vero maxima carnis pars non ſit, mactatio ipſum non purificat.

R. OB. DE BARTENORA.

מן הארכובה ולמטה *A genu & inferius*, in pede tria ſunt oſſa, inferius eſt os quod cum unguibus abſcinditur, quando pecus excoriant, & hoc genu vocatur *genu quod venditur cum capite*; Arabice רוקבא. Supra hoc eſt os medium, & nervorum junctura infra eſt prope juncturæ genu quod cum capite venditur. Superius vero eſt קולית *os medullare* quod caudæ junctum eſt, junctura vero quæ eſt in fine oſſis medullaris ad principium oſſis medii, ſatis conſpicua eſt, & in camelis apparet magis, quando cubant, quam in cæteris animantibus; a genu autem & inferius, ubi Miſna dicit quod ſe res bene habet, eſt ſpatium illud a principio genu quod venditur cum capite, & inferius. Cæterum genu & quod ipſo ſuperius eſt, nempe a fine oſſis medii, ubi eſt junctura nervorum, omni in loco ubi exciſus eſt pes, exinde & ſuperius, diſcerptum eſt.

שניטל צומת הגידין *Sic etiam ſi nervorum junctura abſciſſa ſit*, etſi pes non exciſus ſit, cum os non confractum ſit, ſed nervorum junctura ablata, diſcerptum eſt. Hoc ſenſu nonnulli doctores Emoræi hanc Miſnam in Gemara expoſuerunt, & hæc magiſtri mei pro fundamento principali receperunt, docueruntque, quod omni in loco ubi pes exciſus eſt, ſupra genu inferius, tam in loco ubi nervi conjunguntur, quam ſupra iſtum locum, diſcerptum ſit. Sed Maimonides & magiſter illius R. Alphes aliam interpretationem pro fundamento principali aſſumpſerunt, nempe, *inde a genu & inferius, legitimum eſt, inde a genu & ſuperius, illegitimum eſt*, id eſt, ſubter genu ſuperius ſive קולית quod caudæ contiguum eſt; at ſubter eo non eſt ſtatim id quod ei proximum eſt, verum ſubter os medium omnia legitima ſunt; ſed ſupra genu ſive in קולית certe totus locus exciſus diſcerptum quid eſt. Pariter, ſi nervorum junctura remota ſit, nam in medio oſſe eſt locus qui diſcerptum eſt, nempe in nervorum junctura, eſtque locus qui legitimus eſt, nempe ſupra nervorum juncturam. Ne vero mireris, quomodo, ſi ſupra juncturam nervorum exciſum ſit in medio oſſe, legitimum ſit, & ſi inferius in junctura exciderit, diſcerptum ſit, nam de diſcerpto non dicendum eſt, hoc ſimile eſt ei, nam ſi inde exciſum quid ſit, morietur, ſi vero illinc exciſum ſit, vivet; ſed hoc pecus non eſt prohibitum quia pes ex iſto loco exciſus eſt, verum quia nervi exciſi ſunt, quorum exciſio inter diſcerpta eſt referenda. Sed locus juncturæ nervorum incipit illic ubi nervi duri & albi videntur uſque ad locum ubi albi & rubicundi videntur. Porro nervorum junctura tribus conſtat filis albis in pecore inter ſe conjunctis, uno denſo atque duobus tenuibus, & ſi unum denſum ablatum ſit duntaxat, hæc non dicitur juncturæ nervorum remotio, quia duo remanent. Si vero duo tenuia ſint remota e loco ſuo, bene habet, quia unum denſum majus eſt duobus tenuibus, & tota junctura non remota eſt, ſed illius minima pars. Si maxima pars abſciſſa ſit unicuique eorum, diſcerptum eſt; nam non requiritur ut dicamus, ſi omnia exciſa ſint, vel omnia remota ſint. In ave ſedecim ſunt fila alba, & ſi vel unius maxima pars abſciſſa ſit, diſcerptum eſt. *Si os confractum ſit*, infra genu in loco ubi non facit diſcerptum. *Si maxima carnis pars exiſtat*, ſi pellis & caro contexerint maximam partem craſſitiei, & maximam circumferentiæ partem de confractione, nam interdum unum abſque altero reperitur, ut, ſi ab una parte dilatetur, ab altera vero coarctetur, nam os non eſt rotundum, idcirco duo requiruntur. *Mactatio ipſum purificat*, membrum confractum ſcil. & tum licitum eſt eſui. *Sin minus*, nam pellis & caro non contegunt illius maximam partem, idcirco mactatio non purificat ipſum, & quamvis pecus ſit licitum, membrum tamen eſt prohibitum propter id quod Lex dicit, *Et carnem in agro diſcerptam non comedes*, ſicuti dicimus, hinc docet membrum & carnem ei adhærentem eſſe prohibita. Si vero os confractum ſit a genu & ſuperius in loco ubi diſcerptum facit, ſi maxima carnis pars exiſtat, tum membrum & pecus permiſſa ſunt; ſin minus, utrumque prohibitum eſt. Cæterum jus avis ſimile eſt juri pecoris hac in parte.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Pecoris pes compoſitus eſt e multis fulcris quæ conſpiciuntur, ſuperius vero fulcrum corpori junctum brevius eſt eo quod infra ipſum eſt; & ſecunda fulcri extremitas quæ cruri conjuncta eſt pecoris, vocatur ארכובה, & hujus fulcri, cujus una extremitas juncta eſt toti corpori, altera vero cruri, caſus confractionis a nobis conſideratur, ejuſque abſciſſio; ſi igitur id exciſum vel confractum ſit ita ut conſpici poſſit os, diſcerptum eſt. Si vero ita confractum ſit ut pellis tegat maximam oſſis partem, nempe maximam partem nervorum oſſis confracti, ut & maximam partem longitudinis confractionis, bene habet. Si vero confractio facta ſit infra crus pecoris, omnino licitum id eſt. Sed iſtud membrum cujus os confractum eſt, ſi illius maxima pars conſpiciatur, prohibitum eſt. Sin autem caro maximam illius partem contegat, licitum eſt, & mactatio ejus pura eſt. Hoc jus quoque in avibus obtinet, nam ſi in ave confractum ſit quicquam, atque iis in locis ubi tota avis non ſit prohibita, ſi maxima pars oſſis in iſto membro prodierit foras, membrum iſtud eſt prohibitum. Jam expoſuimus quod vox גידים de venis & arteriis, nervis, & eorum ligamentis intelligi debeat, idcirco hic auctor per גידים intelligit nervos; nam ex anatomia conſtat quod venæ cum carne commiſcentur, unde generatur nervus qui Arabice אצלה vocatur. Poſtea ex ipſo caro ſeparatur, at deinde conjunguntur poſtquam a radice ipſorum ſeparati fuerint, & tum ex illis alii fiunt nervi. Cæterum junctura nervorum eſt eorum congregatio, nempe quatuor nervorum eſu nobis licitorum, trium nervorum unus eſt craſſus & duo tenues, & omnes tres conjunguntur ſuper juncturam ipſorum, idcirco ſi unus ex iis ſcil. craſſus ſit exciſus, & remanſerint duo tenues, vel contra, id licitum eſt in pecore. Si vero craſſus nervus diſſectus ſit cum uno e tenuibus, vel maxima utriuſque pars, vocatur חתוכת צומת הגידים *abſciſſio juncturæ nervorum*, & tum diſcerptum eſt. Sed hæc omnia intelligenda ſunt ſi diſſecti ſint nervi qui dignoſcuntur in אצל, quia nervi ſunt albi, & in ramis ipſorum, qui tres ſunt. Si vero pes exciſus ſit ſupra nervorum ramos, ita ut in אצל dignoſcantur, qui albeſcunt, & in ramis ipſorum ſive in corpore אצל צד, bene ſe res habet. Ne vero mireris quomodo excidatur nervorum junctura, ut diſcerptum ſit, & ſi amputetur fulcrum in nervorum junctura, bene ſe habeat, nam hi quidem exinde moriuntur, iſti vero nequaquam. Et hoc eſt quod dixerunt, non dicunt de diſcerptis, hoc ſimile eſt ei, nam hic nervus ab hac parte exciditur & tamen vivit, is vero ab iſta parte exciditur & moritur. Nervi vero pedem avis cingentes, qui his ſimiles ſunt, ſedecim ſunt, & ſi maxima unius pars abſciſſa ſit, diſcerptum eſt, uti diximus. Fit autem hujuſce caſus mentio potiſſimum in hoc capite, quia dixit mactationem ipſius purificare iſtud membrum, ſicuti de fœtu dicitur quod is purificatur mactatione matris.

ז השוחט את הבהמה ומצא בה שליא נפש היפה תאכלנה ואינה מטמאה לא טומאת אוכלין ולא טומאת

7. Si quis mactaverit pecudem & in ipſa invenerit ſecundinam, anima bona comedat de ipſa, & non

טומאת נבילות חישב עליה מטמאה טומאת אוכלין אבל לא טומאת נבילות שליא שיצתה מקצתה אסורה באכילה סימן ולד באשה וסימן ולד בבהמה המבכרת שהפילה שליא ישליכנה לכלבים ובמוקדשין תקבר ואין קוברין אותה בפרשת דרכים ואין תולין אותה באילן מפני דרכי האמורי :

non polluit immunditie edulium, nec immunditie cadaveris. Si cogitaverit de ipſa, polluit immunditie edulium, at non immunditie cadaveris. Si ſecundina ex parte prodierit, eſui prohibita eſt; hoc eſt ſignum fœtus in muliere, & in pecore. Si quæ primogenitrix abortum fecerit, conjiciatur canibus; ſi pecus conſecrata ſit, ſepeliatur, at non in compitis; neque arbori appendatur, propter Emoræorum mores.

R. OB. DE BARTENORA.

שליא Eſt pellicula inſtar crumenæ cui fœtus undique eſt incluſus. נפש היפה *anima bona*, quia mens non faſtidit eam carnem propter fœditatem illius, tum eam comedat; nam non dicimus eſſe membrum animalis viventis, ſed ipſa ſit licita ope mactationis matris.

ואינה מטמאה *Et non polluit*, quia non cenſetur eſſe ex edulibus. ולא טומאת נבלות *neque immunditie cadaveris*, ſi pecus mortua fuerit. *Et polluit immunditie edulium*, ſi immunditiem attigerit, quia cogitatio eam conſtituit in edulia; ſed non polluit immunditie cadaveris, quia non eſt caro, ſed ſimpliciter ſe habet ut edulia cætera.

אסורה באכילה *Prohibita eſt eſu*, etſi aliquantulum e ſecundina duntaxat prodierit, & certum fuerit integrum illic fœtum non eſſe; nihilominus tamen ne in illa parte fœtus exierit, & ſit inſtar nati. המבכרת *primogenitrix*, eſt ea quæ prius aperit matricem ſuam.

ישליכנה לכלבים *Projiciat eam canibus*, quia in ipſa nulla eſt ſanctitas, nam etſi nulla ſit ſecundina abſque fœtu, hic tamen maxima ex parte nequit conſecrari, quia forſan fœmininus eſt, vel menſtruoſus, & non ſanctificatus. ובמוקדשין *& in conſecratis*, ut, ſi pecus ſacrificii abortiverit ſecundinam, ſepeliatur, nam cum non ſit ſecundina abſque fœtu, conſecrata eſt, nam ſive ſit mas, ſive fœmina e pecude ſancta, conſecrata eſt. בפרשת דרכים *in compitis*, in loco bivio; ſolent enim incantatores eas illic ſepelire, ne amplius abortiat vacca. *Conſuetudines Amoræorum*, incantationes, de illis enim ſcriptum eſt Exod. 23, 24. ולא תעשה כמעשיהם

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc שליא *ſecundina*, quæ eſt inſtar marſupii alicujus cui fœtus includitur, cenſetur ut ſtercus & reſidua, idcirco ea non polluit uti cadaver polluit, ſi hæc ſecundina ſit mortua. Neque polluit ut edulia polluunt, niſi ſacerdos mactans cogitaverit de ipſa comedere, nam quicquid inidoneum eſt ut inter vulgus comedatur, id non polluit ut edulia, niſi donec de ipſo cogitaverit ad comedendum, quemadmodum exponitur in tractatu Taarot & Okezin. Notum eſt quod in primogenituram nihil conſecratur niſi maſculum ſit, neque omne maſculum; nam ſi maſculum iſtud in ſpecie ſua mutaverit figuram, non conſecratum eſt, quemadmodum in tractatu de Primogenitis exponitur. Hæc vero ſecundina tam ex maſculo, quam ex fœmina eſſe poteſt; & quamvis dicamus eam eſſe de maſculo, tamen fieri poteſt ut non ſanctificata ſit primogenitura, idcirco canibus projiciatur ſecundina illius. Si vero pecus ſanctum fuerit, & abortiverit ſecundinam, ſepeliatur, nam quicquid maſculum vel fœminam pepererit, ſanctum eſt, uti expoſitum eſt in tractatu Temura.

פרק ה אותו ואת בנו נוהג בין בארץ בין בחוצה לארץ בפני הבית ושלא בפני הבית בחולין ובמוקדשין כיצד השוחט אותו ואת בנו חולין בחוץ שניהם כשרים והשני סופג את הארבעים קדשים בחוץ הראשון חייב כרת ושניהם פסולים ושניהם סופגין את הארבעים חולין בפנים שניהם פסולין והשני סופג את הארבעים קדשים בפנים הראשון כשר ופטור והשני סופג את הארבעים ופסול :

Caput 5. Illius & filii illius ſimultanea mactatio prohibita obtinet in terra Iſraëlis, & extra eam, tam Templo ſtante quam non ſtante; in profanis & conſecratis; quomodo? ſi quis eam & filium ipſius mactaverit profanos foris, ambo legitimi ſunt; ſecundus vero qui mactaverit, quadraginta luet plagas. Si ſancta foris, tum prior tenetur excidio, & ambæ pecudes ſunt illegitimæ, qui vero mactaverint, ii ambo quadraginta luent plagas. Si profana intus, ambo reproba ſunt, ſecundus vero qui mactaverit, quadraginta luet. Si ſancta intus, primum eſt probum, & primus qui id mactavit, liber eſt; ſecundus vero quadraginta luet; at pecus reprobum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

אותו ואת בנו *Ipſam & filium ipſius*, ſcil. matrem & filium ipſius, vel contra; verum ſi patrem cum filio vel cum filia mactaverit, non eſt prohibitum, nam verba illa, *ipſam & filium ipſius*, intelligi debent de filio matri alligato, quo excipitur maſculus, cui filius non adhæret.

בין בארץ בין בחוצה לארץ *Sive in terra., ſive extra eam*, quandoquidem jam loqui vult *de profanis & conſecratis*, idcirco etiam dixit intra terram & extra eam, etſi non opus fuiſſet hæc dixiſſe, quia eſt obligatio corporea, ſed corporea obligatio tam extra quam intra terram Iſraëlis obtinet.

בפני הבית ושלא בפני הבית *Stante Templo & eo non ſtante*, ne quis diceret, quandoquidem de caſu ſanctarum rerum ſcriptum eſt, quod earum uſus duntaxat obtinet ſtante Templo, idcirco nos hac in parte contrarium docet auctor. בחולין ובמוקדשין *in profanis & ſanctis*, ſive ambo profana ſint, ſive ambo ſancta ſint, vel unum profanum, & alterum ſanctum; ſed unde tenemus quod in ſanctis obtinet? quia ſcriptum

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi dixi quod prohibitio illius & filii illius in conſecratis locum obtinet, quemadmodum Lex dicit Levit. 22, 27. Nam notum eſt ſi ipſam filiumque ipſius duo homines mactaverint uno die, poſtremum teneri flagellatione. Porro quoque notum eſt eſt id quod dixi in omnibus iſtis caſibus, *profana & ſancta*, id eſt, ſi unus mactaverit profanum, & ſecundus ſanctum. Et quod porro dicit, *intus & foris*, intelligendum eſt ſi unus mactaverit in atrio, & ſecundus extra illud, & poſtea, primus & poſtremus, uti in tota dicitur Miſna, ut, *ſancta & profana foris*, quia unum e duobus fuerit ſanctum, idque prius mactatum fuerit foris, alterumque profanum poſtea in atrio; ita hæc de omnibus intelligenda ſunt. Porro ſcias quod hæc omnibus rebus idoneis non conveniant hoc in caſu, & auctorem non meminiſſe, *ipſius & filii ipſius*, niſi quatenus ſunt æquales; mactationis vero locus inæqualis, ſi illi fuerint inæquales, & ſi mactationis locus fuerit æqualis, intus vel foris; & ex iſtis

ptum eſt Levit. 22, 27. *A die octavo & deinceps acceptum erit in ſacrificium*, & poſtea ſequitur, *bovem aut ovem, ipſam & filium ipſius non mactabis eodem die foris*, id eſt extra atrium. *Ambo legitimi ſunt*, quia auctor in fine dicere vult, ambo ſunt illegitimi, idcirco in principio dixit, ambo legitimi ſunt.

והשני סופג את הארבעים *Et ſecundus quadraginta luet plagas*, ob præceptum negativum de non mactanda matre cum filio, ſive prius matrem, ſive prius filium mactaverit, perinde eſt, dummodo homo unus eos mactaverit, vel duo.

הראשון חייב כרת *Primus tenetur excidio*, quia extra atrium mactavit; ſecundus vero ab excidio liber eſt. Nam quoniam mater ipſius mactata eſt, filius eodem die mactari nequit in atrio, quia hoc fieri non debet in deficiente temporis, cum mactari nequeat nec offerri iſto die, neque tenetur ob mactationem extra atrium, niſi ea intra atrium rite fiat, uti ſcriptum eſt in Lege, ואל פתח אהל מועד לא הביאו ſi ergo idoneum ſit animans ut ad portam tentorii conventus adduci queat, obligat ſi foras adduxerit, ſin minus, non obligat.

ושניהן סופגין את הארבעים *Et ambo quadraginta luunt plagas*, unus propterea quod foris mactavit, nam omnes qui excidio tenentur, luunt plagas; alter vero tenetur præcepto de non mactanda matre cum filio. חולין בפנים שניהם פסולין *profana intus, ambo illegitimi ſunt*, ob profana in atrio mactata. *Secundus luet quadraginta*, ob præceptum negativum de non mactanda matre cum filio, ſed ob profana in atrio mactata dicit affirmativum, Deut. 12, 21. *Quum locus tibi eſt longinquus &c.* ergo procul a loco mactare potes, at non prope eum. *Si ſancta intus, ſecundus luat*, propter negativum præceptum de non mactanda matre cum filio, quod illegitime fit, propterea quod deficiens eſt tempore.

iſtis rebus idoneis remanſerint profana & ſancta foris & intus, profana & ſancta intus & foris, & ſancta atque profana intus & foris. Omnium vero eorum jus tibi exponam, ſi modo in memoria teneas quatuor fundamenta; quorum primum eſt, ſi ipſa & filius illius mactati fuerint, & ſecundus remanſerit, fueritque conſecratus, tum is dicitur deficiens tempore, & mactari nequit niſi inſequenti die; qui vero tranſgreſſus fuerit & mactaverit, flagellatione tenetur ob ipſam & filium ipſius, ſive intus ſive foris mactaverit, quia non tenetur excidio ob mactationem ſuam, quia intus offerri nequeunt, ſicuti expoſitum eſt capite ultimo de Sacrificiis. Ratio autem quare ob mactationem illius & filii una flagellatione, & non duabus tenetur, eſt, quia tempore deficientem mactavit, uti dicitur Levit. 22, 27. ומיום השמיני והלאה ירצה ergo ſtatim ante tempus ſuum non acceptum erit intus, nempe, ſi deficiens tempore offeratur; qui vero obtulerit deficientem tempore, is propterea non tenetur flagellatione. Nam hypotheſis nobis eſt, quod præceptum negativum ex affirmativo collectum, ſit affirmativum, ſicuti in principio tractatus Maccot expoſuimus; & hoc eſt quod dixerunt, relinque deficientem tempore quem Lex in affirmativum tranſtulit. Secundum fundamentum eſt, quod ſi quis ſancta mactaverit foris, tenetur excidio, dummodo idoneus ſit ad offerendum, uti diximus in fine tractatus de Sacrificiis. Tertium eſt fundamentum, quod ſi quis profana in atrio mactaverit, ea comedere prohibitum ſit, quia e profanis in atrio mactatis nullum commodum percipere licet, quemadmodum exponimus in tractatu de Sponſalibus, ſed non tenetur flagellatione. Quartum fundamentum eſt, quod quiſquis excidio tenetur, quadraginta luat plagas, uti in principio tractatus Maccot expoſuimus. Quum hæc fundamenta perceperis, omnes juris caſus de mactatis & mactantibus tibi expoſiti erunt, ut & præcepta hac in parte allegata.

ב חולין וקדשים בחוץ הראשון כשר ופטור והשני סופג את הארבעים ופסול קדשים וחולין בחוץ הראשון חייב כרת ופסול והשני כשר ושניהם סופגין את הארבעים חולין וקדשים בפנים שניהם פסולים והשני סופג את הארבעים קדשים וחולין בפנים הראשון כשר ופטור והשני סופג את הארבעים ופסול חולין בחוץ ובפנים הראשון כשר ופטור והשני סופג את הארבעים ופסול קדשים בחוץ ובפנים הראשון חייב כרת ושניהם פסולין (ס"א) ושניהם סופגים את הארבעים חולין בפנים ובחוץ הראשון פסול ופטור והשני סופג את הארבעים וכשר קדשים בפנים ובחוץ הראשון כשר ופטור והשני סופג את הארבעים ופסול:

2. Si profana & ſancta foris mactata ſint, prima pecus licita eſt, & qui ipſam mactaverit, is liber eſt, ſecundus vero quadraginta luet, & ſecunda pecus reproba eſt. Si ſancta & profana foris, primus qui mactavit, tenetur excidio, & pecus prima reproba eſt; ſecunda vero legitima eſt. Sed ambo mactantes luent quadraginta. Si profana & ſancta intus, ambæ pecudes ſunt reprobæ, ſecundus vero mactans quadraginta luet. Si ſancta & profana intus, prima pecus legitima eſt, & mactans liber, ſecundus vero quadraginta luet, & pecus reproba eſt. Si profana foris & intus, pecus prima licita eſt, & qui mactaverit primus, is liber eſt, ſecundus vero quadraginta luet, & pecus reproba eſt. Si ſancta foris & intus, mactans primus tenetur excidio, ambæ vero pecudes reprobæ. Sed qui mactarunt, ii ambo quadraginta luent. Si profana intus & foris, pecus prima eſt illegitima, & mactans liber, ſecundus vero quadraginta luet, & legitima eſt pecus ſecunda. Si ſancta intus & foris, prima pecus proba eſt, & qui primus eam mactavit, liber eſt, ſecundus vero luit quadraginta, & pecus ſecunda reproba eſt.

R. OB. DE BARTENORA. חולין וקדשים בחוץ *Profana & ſancta foris*, proprie primum vocat profanum, & ſecundum ſanctum, & ſic de reliquis omnibus in Miſna memoratis. *Et ſecundus luet quadraginta*, ob mactationem matris & filii. *Sancta*, prius, & deinceps profana foris, tum ſecundum eſt legitimum ad eſum; & quia dicit, illegitimum eſt, idcirco quoque dicit legitimum. *Et ambo luent quadraginta*, primus luit ob mactationem foris, & ſecundus ob mactationem matris & filii. *Si profana & ſancta intus*, *ambo illegitima ſunt*, primum eſt illegitimum ob profana in atrio mactata, & ſecundum ob defectum temporis; ſecundus vero qui mactavit, quadraginta luet plagas, ob mactationem matris & filii ipſius. *Sancta foris, & intus*, primus tenetur excidio ob mactationem foris peractam. *Ambo illegitima ſunt*, primum quia foris mactatum eſt, & ſecundum ob defectum temporis. *Et ambo luent quadraginta*, primus ob mactationem foris peractam, ſecundus ob mactationem matris & filii. *Sancta intus & foris*, *tum ſecundus luet quadraginta*, ob mactationem matris & filii & ob mactationem foris factam non luet quadraginta, quia ſacrificium eſt deficiens tempore; idcirco non acceptum eſt intus.

ג השוחט ונמצא טרפה השוחט לעכ"ום והשוחט פרת

3. Si quis mactaverit, idque poſt diſcerptum depre-

פרת חטאת ושור הנסקל ועגלה ערופה רבי שמעון פוטר וחכמים מחייבין השוחט ונתנבלה בידו והנוחר והמעקר פטור משום אותו ואת בנו שנים שלקחו פרה ובנה איזה שלקח ראשון ישחט ראשון ואם קדם השני זכה שחט פרה ואחר כך שני בניה סופג שמונים שחט שני בניה ואחר כך שחטה סופג את הארבעים שחטה ואת בתה ואת בת בתה סופג שמונים שחטה ואת בת בתה ואחר כך שחט בתה סופג את הארבעים סומכוס אומר משום רבי מאיר סופג שמונים בארבעה פרקים בשנה המוכר בהמה לחברו צריך להודיעו אמה מכרתי לשחוט בתה מכרתי לשחוט ואלו הן ערב יום טוב האחרון של חג וערב יום טוב הראשון של פסח וערב עצרת וערב ראש השנה וכדברי רבי יוסי הגלילי אף ערב יום הכפורים בגליל אמר רבי יהודה אימתי בזמן שאין לו ריוח אבל יש לו ריוח אינו צריך להודיעו ומודה רבי יהודה במוכר את האם לחתן ואת הבת לכלה שצריך להודיע בידוע ששניהם שוחטין ביום אחד :

prehenſum fuerit; vel ſi quis idololatriæ mactaverit, & vaccam in ſacrificium pro peccato mactaverit, & bovem lapidandum, vitulumque decollandum, R. Simeon eum abſolvit, Sapientes vero condemnant. Si quis mactaverit, idque poſtea cadaver deprehenſum fuerit in manu ſua, & ſi quis perforaverit, atque extirpaverit, liber eſt a præcepto de non mactanda matre cum filio. Si duo emerint vaccam, & ipſius natum, is qui prius emerit, etiam prius mactabit, ſi vero ſecundus anteverterit, acquiſivit. Si vaccam mactaverit, & poſtea duos ipſius filios, octoginta luet plagas; ſi vero contra fecerit, quadraginta luet. Si vaccam & filiam ipſius mactaverit, atque ſimul filiam filiæ, octoginta luet. Si eam mactaverit, & filiam filiæ, & poſtea filiam ipſius, quadraginta luet; Symmachus dicit in nomine R. Meyr, octoginta luet. Quatuor anni temporibus ſi quis pecus vendiderit proximo ſuo, ei ſignificare debet, dicendo, matrem ipſius vendidi ut mactetur, & filiam ipſius ut mactetur, atque hoc in veſpera diei feſti Tabernaculorum ultimo, & in veſpera diei feſti primi Paſchatis, & in veſpera Pentecoſtis, & in veſpera novi anni. Secundum R. Joſen Galilæum etiam in veſpera diei Expiationis in Galilæa. Dixit R. Jehuda, quando? quando non interceſſit ſpatium, ſi ſecus, non eſt ut ſignificet. Concedit R. Jehuda de eo qui matrem ſponſo, filiamque vendidiſſet ſponſæ, quod ei ſignificare debuiſſet, quia certum eſt quod ambo eodem mactant die.

R. OB. DE BARTENORA.

פרת חטאת *Vacca expiationis pro peccato*, vacca rufa, quæ non comeditur. שור הנשקל *bos lapidandus*, poſtquam ſententia illius concluſa fuerit, nam fundamentum nobis eſt, quod ex ipſo quicquam utilitatis percipere non licet.

ועגלה ערופה *Et vitulus decollandus*, quia putat vitulum eſſe prohibitum dum vivit, & idcirco etiam prohibitum ſi mactaverit quis eum. In Gemara deciditur quod vacca expiationis pro peccato, & vitulus decollandus rite mactari poſſunt, quod neceſſario e Miſna colligi debet, quia R. Simeon eum qui mactavit, non liberat a præcepto de non mactanda matre cum nato.

וחכמים מחייבין *Sapientes vero condemnant*, quod Sapientes cum condemnant qui idololatriæ mactavit, intelligi debet quando is prius idololatriæ mactaverit, & alter deinde mactaverit in uſum ſuum; ſi vero contra factum ſit, tum ob ſecundam mactationem, qua tenetur præcepto de non mactanda matre cum filio, etiam morte dignus eſt, ſed liber a plagis, quia major ei pœna ſufficit. Cæterum interdum etiam tenetur, etſi primus in commodum ſuum, & alter deinceps idololatriæ mactaverit, ut, ſi ei minati fuerint quod tranſgreſſus eſt præceptum de non mactanda matre cum filio, & non de mactatione idololatrica, nam cum ei quæſtionem non moverint de mactatione idololatrica, non interficietur, ſed plagas luet quod matrem cum filia mactavit; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ונתנבלו בידו *Et ſi in manu ipſius cadaver factum ſint*, ſine ſcopo. *Et ſi quis perforaverit*, ſi cultrum in nares immiſerit, atque ita excoriaverit. והמעקר *& qui extirpaverit*, ſi calamos e loco ipſorum removerit, & non mactaverit, *tum liber eſt*, etiam ſecundum Sapientes, ſed hæc non eſt ſuperiori mactationi ſimilis, nam illic mentio fit bonæ mactationis, & alia quædam res eam fecit ineptam, ſed hic omnino nulla eſt mactatio. *Qui primus emit, is primus mactet*, ſi ad ſenatum venerint, cum unus voluerit mactare, & alter impedire, dixeritque, ego pluris indigeo quam tu, reſpondent ei, qui emit, is prius mactet, nam iſta conditione emit, nam ſi poſſeſſor pecudem non vendidiſſet ſecundo, atque pro ſe retinuiſſet, emtor prius mactet, quemadmodum in Toſephta dicitur, ſi quis a patrefamilias emerit, tum is præcedit patrifamilias, quia ſub iſta conditione emit. *Si vero ſecundus præceſſerit, acquiſivit*, nam ſi anteverterit ne in diſcrimen prohibitionis veniat; tum iſtud nanciſcitur lucrum quod

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Simeon non contradicit ei qui vaccam rufam mactavit, vel vitulum decollandum, quod tenetur præcepto de non mactanda matre cum filio. Si eos mactaverit; nam nos non dicimus de hoc negotio, quod in vitulo decollando, aut vacca rufa mutetur jus mactationis; & hoc eſt quod dixerant, vacca ſacrificii pro peccato, & vitulus decollandus non mutantur. Sed in bove lapidando R. Simeon contradicit, & ſtatuit quod ſicuti ſententia bovis pronunciata ſit ut lapidetur, mactatio ipſius non ſit recta mactatio.

השוחט לעבודה זרה *Si quis mactaverit idololatriæ*, non vult dicere, quod, ſi primum animal pro idololatria mactaverit, & ſecundum pro ſe, tenetur de non mactanda matre cum filio, nam hoc ſatis clarum eſt. Sed vult dicere, quod, ſi quis prius mactaverit ut comedat, & ſecundum pro idololatria, ob ſecundum tenetur de non mactanda matre cum filio. Et hoc duntaxat intelligendum quum ei quæſtionem moverint de non mactanda matre cum filio, & non de idololatria; nam ſi de idololatria ei quæſtionem moverint, lapidatione tenetur, & majori ſupplicio dignus eſt, ſicuti a nobis expoſitum eſt in tractatu de inſtrumento dotali.

והמעקר *Et qui extirpat*, ſi de cannis extirpaverit nonnullas, & non mactaverit eas, tum enim ſe res habet perinde ac ſi occidiſſet ſtrangulatione, vel decervicatione. Quoties autem vel unicam extirpaverit, toties cadaver cenſeri debet, tam in ave quam in pecore, & hæc eſt extirpatio quæ dicta eſt in quinque rebus quæ mactationem damnant. Sed extirpatio duntaxat fit a parte capitis, ſcil. quando de annulo quodam cui cannæ adhærent, extirpatæ ſunt; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

iſto

iſto die comedit carnem. *Octoginta luet plagas*, nam pro quolibet filio quem mactavit, tranſgreſſus eſt negativum. *Quadraginta luet*, quia hic eſt unica duntaxat mactationis prohibitio. *Si eam mactaverit, & filiam filiæ ipſius*, tum adhuc non obtinet prohibitio, & poſtea mactaverit filiam ipſius, in qua mactatione duæ continentur prohibitiones de non mactanda matre cum filio, & filio ac matre cum filia iſtius quæ jam mactata eſt. *Quadraginta luet*, quia in iſta re continetur præceptum negativum, admonitio, & actio. *Symmachus dicit, octoginta luet*, nam Symmachus putat quod ob admonitionem & negativum præceptum tenetur duabus plagis. Idem in principio intelligendum eſt, ubi dicit, ſi duos illius filios mactaverit, & poſtea matrem, quadraginta luet; at octoginta ſecundum Symmachum. Sic in Toſaphta dicitur, ſi quinque illius filios mactaverit, & poſtea illam, Symmachus in nomine R. Meyr dicit, tenetur quinque præceptis negativis. *Quatuor anni temporibus*, moris eſt in Iſraële iſtis quatuor temporibus convivia facere, quiſquis ergo ſimpliciter pecus emerit, id eo emit ſcopo ut ſtatim mactet; idcirco, ſi quis proximo ſuo vendiderit pecus, & prius vendiderit matrem vel filium iſto die, debet ſecundo dicere, ſcias quod ego hodie vendidi matrem illius ut mactetur, vel filiam vendidi ut mactetur, nam forſan jam mactata eſt. *Die feſti Tabernaculorum ultimo*, tum multa agebant gaudia, quia ſingulare erat feſtum ac dilectiſſimum omnibus Iſraëlitis; ſed auctor non meminit diei primi feſti Tabernaculorum, quia omnes in Lege, in tabernaculis & ramis conſtruendis occupantur, ita ut non ſit tempus multa mactandi. *Etiam in veſpera diei Expiationis in Galilæa*; non in Judæa, neque in cæteris terræ Iſraëlis locis, nam in veſpera diei Expiationis non comedebant niſi aves & piſces, quemadmodum oſtenditur in Bereſchit Rabba de Sartore iſto qui piſces emerit. *Quando non fuerit ſpatium*, tempus intermedium, quod mater eo die vendita ſit; at ſi intervallum aliquod ſit, ita ut primum animal heri, & ſecundum hodie venditum ſit, non eſt ut rem ſignificet, quia dicere poſſumus quod heri primum ſit mactatum. Aliter, *quando non fuerit ſpatium*, ita ut non ſit ſatis temporis emendi, unde liquet quod iſto vult mactare die; at ſi ſpatium temporis ſit, ita ut emptio non maturanda ſit, non eſt ut ſignificet, quia forſan in cibum emit pro altero die. R. Jehuda exponit verba doctoris primi, & non contradicit ei. Et concedit R. Jehuda, etſi unum die primo & alterum ſecundo die emerit. Verum ſecundum primam expoſitionem, etſi non feſtinet ad emendum. *Matrem ſponſo, & filiam ſponſæ*, uſitato loquitur dicendi modo, nam in domicilio ſponſi majus convivium fieri ſolet quam in domicilio ſponſæ, idcirco dicit, matrem ſponſo quæ natu major eſt, & filiam, quæ natu minor eſt, ſponſæ.

ד בארבעה פרקים אלו משחיטין את הטבח בעל כרחו אפילו שור שוה אלף דינרין ואין לו ללוקח אלא דינר כופין אותו לשחוט לפיכך אם מת מת ללוקח אבל בשאר ימות השנה אינו כן לפיכך אם מת מת למוכר :

4. Iſtis quatuor temporibus mactat lanius nolens, etſi bos ſit qui mille denarios valet, & emtor unicum modo habeat denarium, tamen ipſum obligant ad mactationem: Idcirco ſi mortuus fuerit, pro emtore mortuus eſt. Sed in reliquis anni temporibus ita ſe res non habet, idcirco ſi mortuus fuerit, pro venditore mortuus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

משחיטין את הטבח בעל כרחו *Lanio provinciam mactandi imponunt nolenti*, nam ſi is denarium ab emtore receperit ad reddendum ei pro denario carnem, tum bovem licet mille denarios valuerit, mactet invitus, etſi non habeat emtores pro reliqua carne. Nam ſecundum Legem acquirunt nummi, & ab eo tempore quo venditor acquiſivit, carnem acquiſivit emtor. Nam Sapientes non ſanciverunt quod attractio acquirit, neque nummi; ſed ne venditor diceret emtori, triticum tuum combuſtum eſt in tabulato, nam ſi commiſerimus fructus curæ emtoris ex quo dediſſet nummos, & in tabulato venditoris contigerit incendium, in quo fructus erant, non operam dabit ut eripiat illud. Sed ex quo emtor attraxerit, plerumque domum adducit, iſtis ergo quatuor temporibus Sapientes ſanciverunt ſecundum Legis præſcriptum, quod ſcil. nummi acquirunt; idcirco ſi animal mortuum fuerit, pro emtore mortuum eſt, & is nummos perdit, quia in poteſtate ipſius mortuum eſt. *Ita ſe res non habet*, quia attractio requiritur, at quia nondum attraxit, lanius ſententiam ſuam revocare poteſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hujuſce ritus caſus ſe habet hoc ſenſu, ſi lanio dederit pecuniam pro carne, iſque eam receperit, lanius obligatur animal iſtud mactare, & carnem dare emtori pro pecunia ſoluta, nam lanius dicere nequit, ecce tibi pecunia, ego in me recipio pœnam qua antediluviani multati ſunt, quandoquidem res emta prius non acquiritur quam ad ſe carnem attraxerit emtor, uti dictum eſt in codice de Sponſalibus, nam fundamentum juris eſt quod nummi ex Lege acquirunt. Sapientes vero ſanciverunt quod attractio acquirat, ne dicant ei, combuſtum eſt triticum tuum in tabulato, ſicuti in ſecundo Codice de damnis exponitur; & iſtis quatuor temporibus rem ſecundum Legem determinarunt.

ה יום אחד האמור באותו ואת בנו היום הולך אחר הלילה את זו דרש רבי שמעון (ס"א) בן זומא נאמר במעשה בראשית יום אחד ונאמר באותו ואת בנו יום אחד מה יום אחד האמור במעשה בראשית היום הולך אחר הלילה אף יום אחד האמור באותו ואת בנו היום הולך אחר הלילה :

5. Diem unum de ipſa & filio ipſius quod attinet, dies ſequitur noctem; hoc R. Simeon filius Zomæ expoſuit; de opere creationis dicitur, *dies unus*, & de ipſa & filio ipſius dicitur, *dies unus*, ſicuti ergo dies unus de opere creationis dictus, ſequitur noctem, ita quoque dies unus de ipſa & filio ipſius dictus, ſequitur noctem.

R. OB. DE BARTENORA.

יום האחד האמור באותו ואת בנו *Dies unus dictus de ipſo & filio ipſius*, nam præceptum de non mactanda matre cum filio prope ſacrificia extat, ubi ſcriptum eſt Levit. 22, 27. ירצה לקרבן אשה & ſtatim ſequitur, *ipſam & filium ipſius non mactabis*. Sed in ſacrificiis nox ſequitur diem, ſicuti dicitur Levit. 7, 15. *In die ſacrificii ipſius comedetur, non remanebit ad mane*; hinc ſequens non vocatur *dies ſacrificii uſque ad mane*; hinc intelligere poſſemus rem etiam hic ita ſe habere, ideo dicit auctor de opere creationis dicitur *dies unus* &c.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc omnia clara ſunt; ſed neceſſe eſt ut ſcias quod non curant præceptum negativum de ipſa & filio ipſius, niſi reſpectu matris duntaxat. De præcepto ipſam & ipſius non mactabis, dixerunt, per eum quem ſequitur filius, excipitur maſculus quem non ſequitur filius. Sed hoc jus duntaxat intelligi debet de iſtis tribus ſpeciebus, jumento ſcil. ovibus & capris.

פרק ו כסוי הדם נוהג בארץ ובחוצה לארץ בפני הבית ושלא בפני הבית בחולין אבל לא במוקדשין ונוהג בחיה ובעוף במזומן ובשאינו מזומן ונוהג בכוי מפני שהוא ספק ואין שוחטין אותו ביום טוב ואם שחטו אין מכסין את דמו :

Caput 6. Contectio ſanguinis in terra (Iſraëlis) obtinet, & extra eam, tam Templo ſtante quam non ſtante, & hoc in profanis, ſed non in ſanctis. Porro obtinet in animalibus & avibus, in iis quæ paratæ ſunt, & non paratæ, & in Coi, quia dubii generis eſt, idque non mactatur die feſto, & ſi mactaverit id, non contegunt ſanguinem illius.

R. OB. DE BARTENORA.

כסוי הדם נוהג בארץ וכו׳ *Contectio ſanguinis in terra* (Iſraëlis) *obtinet*, &c. quia dicere vult, *in profanis*, *& non in ſanctis*, ideo cætera adjungit. *In Sanctis*, in ave ſacrificii pro peccato, & in holocauſto ex avibus. Sic etiam ſi quis ex errore mactaverit ſancta in reparationem Templi, ſanguis eorum non eſt contegendus.

נוהג בחיה ובעוף *Obtinet in animali & in avibus*, excipe pecus, ne quis dicat pecus comprehendi ſub animali; & hoc colligitur ex eo quod de primogenito vitiato ſcriptum eſt Deut. 12, 17. על ארץ תשפכנו כמים ſicuti ergo aquæ contegi non debent, ita etiam ſanguis pecoris non debet contegi. במזומן *in parata*, eſt avis domi educata. *Et obtinet in Coi*, Coi eſt creatura ſingularis; Sapientes non determinarunt an ad animalia, an vero ad pecora referri debeat, & ſanguis contegi debeat, necne. *Neque ipſum mactant die feſto*, nam dubium eſt an contegendus ſit ſanguis, ſed ob dubium aliquod dies feſtus non profanatur. *Si mactaverit ipſum, non contegunt ſanguinem*, etſi pulvis aut cinis paratus ſit, ne dicat is, qui ipſum viderit, certe eſt animal, idcirco ſanguinem contegit die feſto, & adipem illius reddit licitum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Non eſt differentia inter ſancta altaris, & ſancta reparationis Templi, ſi quis ex errore mactaverit, non eſt obligatio contegendi ſanguinem. Sed nos jam diximus quod כוי *Coi* ſit animal ſingulare; Sapientes vero non deciderunt, an ſit animalis, an vero pecoris ſpecies, idcirco ſi die feſto ſanguis illius contectus ſit, homines putabunt quod ſit animal, & adipem comedent; propterea ſanguinem illius non contegunt, niſi donec dies feſtus tranſierit.

ב השוחט ונמצא טרפה והשוחט לעכ״ום והשוחט חולין בפנים וקדשים בחוץ חיה ועוף הנסקלים רבי מאיר מחייב וחכמים פוטרין השוחט ונתנבלה בידו הנוחר והמעקר פטור מלכסות :

2. Si quis mactaverit, & diſcerptum inventum fuerit, & ſi idololatriæ mactaverit. Vel profana intus, & ſancta foris mactaverit, animal & avis lapidantur. R. Meyr obligat, Sapientes liberant. Si mactaverit idque in manu ipſius cadaver factum fuerit, tum is qui perforaverit, & qui evulſerit, liber eſt a contectione.

R. OB. DE BARTENORA.

רבי מאיר מחייב *Rabbi Meyr obligat*, nam is putat quod mactatio illegitima vocetur mactatio. *Sapientes liberant*, quia putant quod talis mactatio non vocetur mactatio; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Meyr dicit quod mactatio illegitima vocari poſſit mactatio, Sapientes dicunt non vocari eam mactationem; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ג חרש שוטה וקטן ששחטו ואחרים רואין אותם חייב לכסות בינן לבין עצמן פטור מלכסות וכן לענין אותו ואת בנו ששחטו ואחרים רואין אותן אסור לשחוט אחריהם בינן לבין עצמן רבי מאיר מתיר לשחוט אחריהן וחכמים אוסרים ומודים שאם שחט שאינו סופג את הארבעים :

3. Surdus, ſtultus, & minorennis, ſi mactaverint & alii viderint, tenentur tegere. Inter ſeipſos ſi mactaverint, liberi ſunt a contectione. Pariter ſi mactaverit matrem aut filium ipſius atque alii id viderint, prohibitum eſt alterutrum mactare poſtea. Si inter ſeipſos mactaverint, R. Meyr permittit mactationem poſtea, Sapientes prohibent, concedunt autem quod ſi mactaverit, non luet quadraginta plagas.

R. OB. DE BARTENORA.

ואחרים רואים אותן *Et alii viderint eos*, nam hoc modo mactatio eorum legitima eſt, & alii tenentur contegere, qui eos viderunt, quemadmodum Miſna poſtea dicit, ſi mactaverit & non contexerit, cumque viderit alius, ipſe tenetur contegere. *Liber eſt a contectione*, id dicit R. Meyr, is enim putat quod mactatio ſurdi, ſtulti, & minorennis inter ipſos ſolum ſit cadaver. Sapientes vero ſtatuunt contra, tam in principio quam in fine, niſi quod expectent donec verba R. Meyr abſolviſſet, & tum ei contradicunt. Sapientes vero putant quod ſit dubium cadaveris, at non cadaveris certi; idcirco in caſu contectionis tenentur contegere, & non mactant poſt illos ipſam ſcilicet matrem aut filium, quia forſan bona eſt mactatio; deciſio eſt ſecundum R. Meyr.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod dicit eos a contectione ſanguinis liberas eſſe, etiam R. Meyri ſententia eſt. Sapientes vero dicunt quod ſanguinem avium contegere debent, vel animalis mactati. Sic etiam poſt illos non mactant, ſi id fiat in ipſa & filio ejus, quia mactatio illius dubia eſt an ſit perfecta, & in avibus ſanguinem contegere ſolent. Sed poſt illos pecus mactare prohibitum eſt; vel ſi cadaver eſt, non tenentur ad contectionem illius, & mactare licet poſt illos, ſicuti diximus; & quia dubia Sapientes aggravarunt. Sed ſecundum R. Meyr mactatio inter illos tantum cadaver eſt, pro omnibus rebus, tam ad levandum quam ad aggravandum, idcirco non contegunt, & poſt illos mactant; deciſio eſt ſecundum R. Meyr.

ד שחט מאה חיות במקום אחד כיסוי אחד לכולן מאה עופות במקום אחד כסוי אחד לכולן חיה ועוף

4. Si mactaverit centum animalia in uno loco, una contectio pro omnibus ſufficit. Si aves centum in uno loco, una contectio pro omnibus iſtis.

Si

ועוף במקום אחד כסוי אחד לכולן רבי יהודה אומר שחט חיה יכסנה ואחר כך ישחוט את העוף שחט ולא כסה וראהו אחד חייב לכסות כסהו ונתגלה פטור מלכסות כסהו הרוח חייב לכסות :

Si animal & avem in uno loco, una contectio pro omnibus iſtis. R. Jehuda dicit, ſi mactaverit animal, contegat id, & poſtea mactet avem. Si mactaverit & non contexerit, eumque alius quiſpiam viderit, tenetur contegere. Si contexerit ipſum, at poſt retectum fuerit, liber eſt a retectione. Si contexerit ipſum ventus, tamen tenetur contegere.

R. OB. DE BARTENORA.

שחט חיה יכסנה וכו׳ *Si mactaverit animal, contegat ipſum &c.* nam Lex dicit, *animal aut avem*, diviſit ergo unum ab altero, ut doceat unius & alterius ſanguinem contegendum eſſe. Sapientes vero putant quod conjunctio *aut* disjunctiva ſit, nempe, ſi Lex non dixiſſet, *aut*, dici poſſet non eſſe neceſſariam contectionem, niſi quis ambo mactaverit. Sed omnes concedunt quod in caſu benedicendi, unica duntaxat benedictio dicenda ſit, deciſio non eſt ſecundum R. Jehuda. *Si eum viderit alius, contegere tenetur*, nam Lex dicit, *ad filios Iſraëlis*, erit ergo præceptum pro omnibus filiis Iſraëlis. *Si retexerit eum ventus, tenetur contegere*, hoc duntaxat intelligendum eſt poſtquam retectus fuerit; at ſi poſtea non retectus fuerit, liber eſt a contectione.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnes concedunt quod unam dicet tantum benedictionem ſuper animalis & avis ſanguinem. *Si contexerit ipſum ventus, tenetur contegere*, nempe, ſi poſtea denuo retectus ſit ſanguis, ne ſimilis ſit ei qui tectus & poſtea retectus eſt, quum liber eſt a contectione; verum ſi ventus eum contexerit, & manſerit contectus, liber eſt a contectione; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ה דם שנתערב במים אם יש בו מראית דם חייב לכסות נתערב ביין רואין אותן כאלו הוא מים נתערב בדם הבהמה או בדם החיה (ס״א) רואין אותו כאלו הוא מים רבי יהודה אומר אין דם מבטל דם :

5. Si ſanguis cum aqua mixtus fuerit, ſanguiniſque colorem habuerit, tenetur contegere. Si cum vino mixtus fuerit, cenſetur eſſe aqua. Si cum ſanguine pecoris aut animalis commixtus fuerit, cenſetur eſſe aqua, R. Jehuda dicit, ſanguis ſanguinem non deſtruit.

R. OB. DE BARTENORA.

נתערב ביין *Si cum vino commixtus ſit*, quod rubrum eſt & non apparet in eo ſanguinis color, tum vinum conſiderant ac ſi aqua eſſet; ſi ſanguinis color in aqua cognoſcatur, in hac menſura, contegendus eſt ſanguis. בדם בהמה *cum ſanguine pecoris*, nam non tenetur eum contegere, & præter maximam ſanguinis pecoris partem. או בדם החיה *vel cum ſanguine animalis*, cum venæ ſectione animalis, tum conſiderant eum qui non contegi debet, quaſi eſſet aqua; & ſi ſanguis mactationis avis aut animalis in eo cognoſcatur, contegendus eſt. *Sanguis ſanguinem non reddit irritum*, & quamvis ſanguinis color non cognoſcatur in iſta aquæ menſura cujus eſt ſanguis pecoris, non deſtruitur animalis ſanguis; nam R. Jehuda putat quod ejuſdem ſpeciei res in mixtione non deſtruantur; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

או בדם החיה *Vel cum ſanguine animalis*, nempe, ex animali immundo, nam ſi cum ſanguine animalis mundi, omnium conſenſu contegendus eſt ſanguis. Cæterum quod R. Jehuda dicit, אין דם מבטל דם *ſanguis non deſtruit ſanguinem*, ita e. g. intelligendum eſt, ſi avis iſtius ſanguis habet menſuram grani hordeacei, & cum iſta menſura multæ ſanguinis libræ mixtæ ſint, avis ſanguis non deſtruitur, ſed totus contegendus eſt. Sed nos jam expoſuimus capite octavo codicis de Sacrificiis, quod deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ו דם הנתז ושעל הסכין חייב לכסות אמר רבי יהודה אימתי בזמן שאין שם דם אלא הוא אבל יש שם דם שלא הוא פטור מלכסות :

6. Sanguis diſperſus, & qui ſuper cultrum eſt, contegi debet. Dixit R. Jehuda, quando? ſi is ſanguis duntaxat ſit, at ſi alius ſit ſanguis, a contectione liber eſt.

R. OB. DE BARTENORA. דם הנתז *Sanguis diſperſus*, ſuper parietem. *Quando?* exponit, & non contradicit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. Jam noſti quod R. Jehuda verba Sapientum exponit; deciſio eſt ſecundum ipſum.

ז במה מכסין ובמה אין מכסין מכסין בזבל הדק ובחול הדק ובסיד ובחרסית ובלבנה ובמגופה שכתשן אבל אין מכסין לא בזבל הגס ולא בחול הגס ולא בלבנה ומגופה שלא כתשן ולא יכפה עליו את הכלי כלל אמר רבן שמעון בן גמליאל דבר שמגדל בו צמחין מכסין בו ושאינו מגדל צמחים אין מכסין בו :

7. Quo tegunt? & quo non tegunt? tegunt ſtercore minuto, & arena minuta, calce, teſta, latere, & operculo quod contuderit. Sed non contegunt ſtercore denſo, nec arena denſa, nec latere, nec operculo non contuſo. Neque conteget vaſe. Regulam generalem dixit Rabban Simeon filius Gamalielis, quo plantas propagant, eo contegant, ſin ſecus, non eo contegant.

R. OB. DE BARTENORA.

ובחול הדק *Et arena minuta*, omni eo quod figulus non debet comminuere, licet tegere. חרסית eſt teſtæ comminutio. ובמגופה *& operculo*, teſtaceo operculo quod dolii vel amphoræ os operit. *In quo non propagant plantas, eo non tegunt*, calce vero, teſta, & latere, ac operculo diminutis, de

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ne tibi difficile videatur id quod Rabban Simeon filius Gamalielis dicit de hoc fundamento ab ipſo allato, quod nempe calx, teſta, & operculum lapideum, & later non propagant plantas; ſcopus enim illius in eo quod dixit, contectionem fieri iſtius modi re cujus ope ab initio plantas pro-

de quibus Miſna dixit quod iis tegunt, etſi non propagent plantas, quia vero ab initio antequam in ipſis opera quædam facta fuiſſent, propagabant plantas, idcirco ope eorum tegunt. Sed regula generalis Rabban Simeonis filii Gamalielis proprie non ita ſe habet, quia ligni ſcobe, & lini ſtupa contegere licet, ſicuti in Beraita dicitur, etſi non propagent plantas. Contegunt etiam cinere, quia pulvis vocatur, uti ſcriptum eſt Num. 19, 16. מעפר שריפת החטאת ſic etiam auro commolito contegunt, quia Job. 28, 6. ſcriptum eſt. ובעפרת זהב לו

propagant, etſi ea mutetur ob opera in ipſa facta. Sed jam expoſui tibi quod nobis ſit fundamentum, ex regula generali nihil concludi. Vides quod ſcobe ligni linique ſtupa contegere licet, etſi nunquam plantas propagent. Scias vero quicquid ſacræ literæ vocant עפר *pulverem*, licitum eſſe ut eo contegatur; idcirco cinere licet contegere quicquid comburi poteſt, licet id veſte vel carne conſtet, quia Lex cinerem vaccæ rufæ vocat pulverem. Sic etiam omnia metalla duntaxat conſiderantur ut auri pulvis, & illis contegitur. Hæc omnia Traditione recepta ſunt, & quædam e Lege collecta, quædam vero ex Traditione.

פרק ז גיד הנשה נוהג בארץ ובחוצה לארץ בפני הבית ושלא בפני הבית בחולין ובמוקדשים ונוהג בבהמה ובחיה בירך של ימין ובירך של שמאל ואינו נוהג בעוף מפני שאין לו כף ונוהג בשליל רבי יהודה אומר אינו נוהג בשליל וחלבו מותר ואין הטבחין נאמנין על גיד הנשה דברי רבי מאיר וחכמים אומרים נאמנין עליו ועל החלב :

Caput 7. Nervus luxatus in terra (Iſraëlis) obtinet, & extra eam, Templo ſtante & non ſtante, in profanis, & in Sanctis. Præterea illius caſus obtinet in pecore, animali, & in femore dextro ac ſiniſtro. Sed in avibus non obtinet, quia non habent volam; at in embryone obtinet. R. Jehuda dicit, in embryone non obtinet, & adeps illius licitus eſt. Lanii non ſunt fide digni de nervo luxato, ita R. Meyr. Sapientes dicunt, fide digni ſunt de ipſo, & de adipe.

R. OB. DE BARTENORA.

במוקדשין *In ſanctis*, etiam in holocauſto quod penitus comburendum eſt, educat nervum, eumque in cinerem altaris conjiciunt in modum pomi illic accumulatum, quare locus iſte vocatur תפוח *pomum*; ſed non licet nervum cum carne offerre.

שאין לו כף *Quia ei non eſt planta*, quia non habet plantam femoris, uti homines ſolent habere, quæ rotunda eſt, ſed caro ſuper oſſe femoris avis in latitudinem ſe extendere ſolet. Si vero ſit avis quæ plantam femoris rotundam habet, illius nervus luxatus eſt prohibitus.

נוהג בשליל *Obtinet in embryone*, fœtus novem menſium in ventre beſtiæ. R. Jehuda contra ſentit, deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam. חלבו מותר *adeps illius eſt licitus*, embryonis ſcilicet. Aliter, adeps nervi licitus eſt, pinguedo ſcil. nervi licita eſt, ſecundum omnes; ſed Iſraëlitæ ſancti ſunt & idcirco conſuetudine ipſa adipem prohibent. *Lanii non fide digni ſunt de nervo luxato*, ſi dicant, removimus eum, quia multi laboris eſt remotio illius; deciſio non eſt ſecundum R. Meyr.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

במוקדשין *In conſecratis*, imo etiamſi holocauſtum ſit quod in altari comburitur, tamen nervum educunt, & in cinerem in medio altaris poſitum conjiciunt, quod ſpatium vocatur תפוח *pomum*. Quod vero dicit, *quia non habet plantam pedis*, ejus ſenſus eſt, quod ei non ſit vola femoris, quæ ſimilis eſt hominis volæ, quæ rotunda eſt. Si ergo aliqua avium ſpecies ſit, vel quæcunque alia ſit ſpecies, cujus planta femoris ſit rotunda, illius nervus luxatus eſt prohibitus.

חלבו מותר *Adeps illius eſt licitus*, id eſt, adeps nervi luxati licitus eſt, quia eſt pinguedo ipſius. Et hic omnium conſenſus eſt; ſed dixerunt, Iſraëlitæ ſunt ſancti, & ad prohibita aſſuefacti ſunt, ſcil. ad nervi luxati pinguedinem. שליל *embryo*, fœtus qui in utero reperitur antequam perfectus ſit; deciſio non eſt ſecundum R. Meyr, nec ſecundum R. Jehudam.

ב שולח אדם ירך לעכו"ם שגיד הנשה בתוכה מפני שמקומו ניכר הנוטל גיד הנשה צריך שיטול את כולו רבי יהודה אומר כדי לקיים בו מצות נטילה :

2. Femur in quo nervus luxatus continetur ad gentilem mittatur, nam locus illius eſt manifeſtus. Si quis nervum luxatum tollere velit, omnino eum tollat neceſſe eſt. R. Jehuda dicit, ad confirmandum præceptum remotionis.

R. OB. DE BARTENORA.

שולח אדם ירך לנכרי *Mittit homo femur ad gentilem*, nam non putamus fieri poſſe ut id videat Iſraëlita dum ad gentilem mittit, & ut id a gentili emat, idque comedat cum nervo ſuo; quandoquidem enim nervi luxati locus integer eſt, conſtare debuiſſet quod nervus ſublatus erat, & emtor videre poſſet quod nervus non ſublatus erat, & propterea eum removebit. *Ut penitus tollat*, quia magni laboris eſt. *Ad confirmandum præceptum remotionis*, ſuperius eum exſcindet, atque hoc ſufficit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ei qui gentili dederat femur, aderat Iſraëlita; ſed nos non timemus ne forſan de femore iſto quicquam ſumat Iſraëlita, & comedat de ipſo contra præceptum de non comedendo nervo; nam fœmur integrum eſt, & locus nervi manifeſtus Iſraëlitæ; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ג האוכל מגיד הנשה כזית סופג ארבעים אכלו ואין בו כזית חייב אכל מזה כזית ומזה כזית סופג שמונים רבי יהודה אומר אינו סופג אלא ארבעים :

3. Si quis comederit de nervo luxato in quantitate olivæ, luet quadraginta; ſi vero non comederit tantum, tenetur. Si de duobus comederit olivæ quantitatem, octoginta luet. R. Jehuda dicit, quadraginta duntaxat luet.

R. OB. DE BARTENORA.

אכל ואין בו כזית חייב *Si comederit, at in eo non fuerit oliva quantitas, tenetur*, quia creatura eſt nervus iſte, & propterea

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ex Lege fœmoris palma duntaxat prohibita eſt, cetera vero ex decreto Sapientum; idcirco is qui comederit,

pterea obligant in omni quantitate. *Si de uno comederit olivæ quantitatem*, de femore dextro quantitatem olivæ, & tantundem de ſiniſtro. *Quadraginta duntaxat luet*, nam R. Jehuda putat quod in dextro femore duntaxat obtineat ritus; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam. rit, vapulat ex decreto Sapientum; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ד ירך שנתבשל בה גיד הנשה אם יש בה בנותן טעם הרי זו אסורה כיצד משערין אותה כבשר בלפת:

4. Si in femore nervus luxatus coctus ſit, & in eo ſit quantum ſaporem conferre poteſt, prohibitum eſt; at quomodo id conſiderant? ut carnem cum rapa.

R. OB. DE BARTENORA.

כבשר בלפת *Sicut caro cum rapa*, quaſi femur eſſet rapa, & nervus caro, ſi igitur caro in quantitate nervi det guſtum aliquem rapis, ut femur, prohibita eſt, quia quantitatem traditionem recepimus a Moſe in Sinai. Et porro Traditione tenemus, quod res hoc ſenſu conſideranda ſit, etſi braſſica eſſet aut porrum capitatum, & plus minuſve neceſſarium eſſet. Et hæc Miſna reprobata eſt, quia nobis hypotheſis eſt quod in nervis non obtinet quantitas guſtum conferens, nam ſive coctum ſive ſalitum, ſive aſſatum ſit, abjiciat id, cum licet. Sed hoc in nervo ipſo obtinet, at in pinguedine illius quantitas ſaporem conferens conſideratur; ſi vero pinguedinem illius non removerit, prohibitus eſt. Et hoc quod dicitur de quantitate ſaporem conferente, intelligendum eſt, ſi una ſpecies cum altera mixta ſit, & ea mixtura probari nequeat, tum in ſexaginta eam conſiderant partibus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כבשר בלפת *Ut carnem cum rapa*, id eſt, ut ſaporem ei conferat, quem palato guſtare poterit, ac ſi quis rapam guſtet quæ cum carne cocta eſt, nam caro majorem in rapam ſaporem confert, quam in cæteras ſtirpes.

ה גיד הנשה שנתבשל עם הגידים בזמן שמכירו בנותן טעם ואם לאו כולן אסורין והרוטב בנותן טעם וכן חתיכה של נבלה וכן חתיכה של דג טמא שנתבשלו עם החתיכות בזמן שמכירן בנותן טעם ואם לאו כולן אסורות והרוטב בנותן טעם:

5. Si nervus luxatus cum aliis nervis coctus fuerit, ſi eum cognoverit quod guſtum conferre poſſet, ſin minus, omnes ſunt prohibiti; & decoctum, ſi guſtum conferat. Et ſic etiam fruſtum cadaveris, & piſcis immundi fruſtum ſi cum aliis fruſtis cocta ſint, ſi ea cognoverit in quantitate guſtum conferente, ſin minus, omnia iſta ſunt prohibita, & decoctum in quantitate guſtum conferente.

R. OB. DE BARTENORA.

גיד הנשה שנהבשל עם הנידים *Nervus luxatus cum nervis aliis coctus*, cum licentia, ſi eum vidiſſet, ipſum projeciſſet, idcirco hic duntaxat eſt evomitio quædam. בנותן טעם *in guſtu conferendo*, ſi in nervo prohibito ſit quantitas quæ guſtum conferat in hos omnes, hi omnes prohibiti ſunt. *Sin minus*, ſi nervum iſtum non cognoverit, omnes ſunt prohibiti, quia de unoquoque dici poteſt, hicce eſt nervus luxatus; & hoc ſenſu is non coincidet numero partis maximæ, quia creatura cenſetur, at creatura non coincidit ita ut illius ratio non habeatur in tot vel tot partibus.

בזמן שמכירן *Si ea cognoverit*, nempe fruſta prohibita, conſideramus ea in quantitate guſtum conferente, ſi vero non ſit tantum quantum guſtum aliquem largiri poſſit fruſtis licitis, reliqua ſunt licita. Verum ſi ea non cognoverit, omnia fruſta ſunt prohibita, quia de quolibet dicere poſſumus illud eſſe id quod incidit, & hoc modo non intercideret in maxima parte, quandoquidem id neceſſarium ſit ad hoſpites honore afficiendos.

והרוטב *Et decoctum*, hoc licitum eſt niſi in fruſto prohibito ſit quantitas quæ in decoctum confert guſtum, & in juſculum & fruſta. Jus vero prohibiti quod cum licito mixtum eſt, ita ſe habet, ſi diverſæ ſpecies commixtæ ſint, & ea quæ inciderit, guſtari potuerit, fueritque pars de oblatione prima cum profano mixta, ſacerdos eam guſtabit, ſi vero res prohibita ſit, coquus gentilis eam guſtabit, & ſi tum dixerit quod in mixtura nullus eſt oblationis primæ guſtus, nec rei prohibitæ, tota mixtura licita eſt. Sapientes enim hac in parte coquo gentili fidem habendam eſſe ſtatuerunt, quod is non mentitur eo quod hoc illius eſt officium ut res guſtet. Si vero eædem commixtæ fuerint ſpecies, & guſtus non perceptus fuerit a quoquam, vel diverſæ commixtæ fuerint, & non adfuerit ſacerdos aut coquus gentilis cui confidamus, ſi prohibitio ſit de adipe, ſanguine, cadavere, diſcerptis, reptilibus, pecore aut avibus piſcibuſque immundis, & ſimilibus, rem conſideramus in ſexaginta partibus, ſi igitur ſexaginta partes licitæ fuerint cum una parte prohibita, omnes ſunt licitæ, ſin minus, omnes prohibitæ. Sic etiam nervi luxati pinguedinem conſiderant cum ſexaginta partibus licitis. Verum ſi uber coctum fuerit cum carne, conſiderant ipſum in ſexaginta partibus, ubere numerum intrante, quia prohibitio illius eſt e conſtitutione Sapientum. Ovum autem quod pullum in ſe continet, ſi id cum aliis ovis licitis commixtum fuerit, cum ſexaginta & una parte conſiderandum eſt. Si vero res prohibita ſit oblatio Truma, placenta, aut Primitiæ, etſi eædem ſpecies mixtæ fuerint, vel diverſæ, & non adfuerit ſacerdos aut gentilis qui guſtet, conſiderant eam in

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sciendum eſt quod nobis ſit hypotheſis in nervis non eſſe tantum quantum ad guſtum efficiendum ſatis eſt, licet multi nervi cum exigua carnis quantitate cocti ſint. Sed pinguedo eorum prohibita eſt in quantitate guſtum conferente, ſi cum diverſa cocta ſit ſpecie, ſcil. cum nervo luxato. Verum ſi caro cocta ſit cum nervi luxati pinguedine, mixturam illam conſiderant ac ſi ſexaginta eſſent partes. Quapropter jus pinguedinis cadaveris, & piſcis immundi, vel ipſius adipis, conſiderari debet in ſexageſima parte; quia nobis hypotheſis eſt quod mixtura ejuſdem ſpeciei in ſexageſima parte inficit; ſi diverſarum ſpecierum, in quantitate guſtum præbente. Si illic non ſit gentilis qui guſtet, jus redit ad numerum ſexagenarium. Sed hoc fundamentum perfectius expoſuimus in tractatu de Cultu peregrino. Et ſupra jam expoſui tibi id quod femur quocum nervus luxatus coctus eſt, viſitandum ſit in quantitate ſaporem conferente, reprobatum eſſe, idque non viſitandum niſi in ſexageſima parte, in pinguedine nervi, ſic etiam ſi femur aſſatum ſit cum nervo, excidatur, & comedatur donec ad nervum pervenerit. Scias id quod nos conſideramus in ſexageſima, centeſima, aut ducenteſima parte, uti e tractatu de arborum præputiis conſtat, & permittimus propter exiguam quantitatem rei quæ prohibet, non fieri prius quam res prohibita non amplius exiſtat, ſi ea eſſet fruſtum inter alia fruſta, quod reperitur inter nervos, & id genus alia, omnia prohibita ſunt donec remota ſit res prohibita. Præterea ſcias quod de quantitatibus quas in ſexageſima parte conſideramus, omne id quod in olla fuerit, conſideramus, carnem ſcil. olera, & decocta; hoc memoriæ mandes volo.

in quinquaginta partibus profanis; & ſi e præputiatis vel vinearum mixturis conſtet materia, conſiderant eam in ducentis. Hæ vero omnes quantitates conſiderantur cum omni eo quod in olla continetur cum decocto, fruſtis, juſculo, atque ita earum calculum inimus. Sed non conſideramus id quod olla de licitis imbibit, quia de prohibitis etiam imbibit, ita ut diminutio aliqua facta ſit.

ו. נוהג בטהורה ואינו נוהג בטמאה רבי יהודה אומר אף בטמאה אמר רבי יהודה והלא מבני יעקב נאסר גיד הנשה ועדיין בהמה טמאה מותרת להן אמרו לו בסיני נאמר אלא שנכתב במקומו :

6. Obtinet in mundo, ſed non in immundo. R. Jehuda dicit, etiam in immundo. Dixit R. Jehuda, nonne Jacobi filiis prohibitus fuit nervus luxatus, & pecus immundum ipſis licitum erat? reſponderunt ei, in Sinai quidem dictum eſt, ſed in loco ſuo ſcriptum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

ואינו נוהג בטמאה *Sed non obtinet in immundo*, nam ſi quis comederit de nervo luxato pecoris immundi, ſecundum eum qui dicit in nervis tantum eſſe quantum ſufficit ad guſtum præbendum, vapulat quod immundum comedit, ſed non ob nervum luxatum. Sed juxta eum qui dicit in nervis non eſſe guſtum, ab omnibus immunis eſt, nam in mundo eſt lignum, & Lex illius gratia obligat; ſed hoc non obtinet in mundo.

מבני יעקב נאסר *Filiis Jacobi vetitum fuit*, etſi immundum ipſis prohibitum eſſet uſque ad legiſlationem. *Reſponderunt ei*, verſus iſte qui de hac materia loquitur, in Sinai dictus eſt; ſed uſque ad Sinai nihil præceptum eſt hac in parte; ſed in loco ſuo ſcriptum eſt, poſtquam id in Sinai dictum eſt, quando venit Moſes ad Legem in ordinem redigendam, adjunxit huncce verſum cum hiſtoria Jacobi cum Angelo luctantis; idcirco filiis Iſraëlis præceptum eſt ne comederent de nervo luxato; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Secundum R. Jehudam is qui olivæ quantitatem comederit de nervo luxato pecoris immundi, bis tenetur plagis, quod de pecore immundo, & de nervo luxato comederit; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam. Sed attendendum eſt ad magnum iſtud fundamentum quod hæc Miſna continet, dum dicitur, *in Sinai dictum eſt*, hinc tibi conſtare debet quod omne id quod nobis faciendum vel non faciendum eſt hodie, facimus ex mandato Dei per miniſterium Moſis magiſtri noſtri, non quod Deus unquam antea id alicui dixit, ut, quod non licet nobis comedere de animali vivo, non ſit quia Deus id Noacho prohibuit, ſed quia Moſes id nobis prohibuit, ſecundum id quod in monte Sinai ei præceptum erat. Neque nos circumcidimus quod Abraham pater noſter ſe ſuamque familiam circumcidit, ſed quod Deus nobis circumciſionem per Moſen præcepit, quemadmodum Abrahæ patri noſtro. Pariter præceptum de nervo luxato non comedendo non obſervamus ob caſum de Jacobo patre noſtro, ſed ob præceptum Moſis magiſtri noſtri. Vides ergo id quod dixerunt, ſexcenta & tredecim præcepta Moſi in Sinai dictata ſunt, & hæc omnia comprehenduntur ſub præceptis.

פרק ח כל בשר אסור לבשל בחלב חוץ מבשר דגים וחגבים ואסור להעלותו עם הגבינה על השלחן חוץ מבשר דגים וחגבים הנודר מן הבשר מותר בבשר דגים וחגבים העוף עולה עם הגבינה על השלחן ואינו נאכל דברי בית שמאי ובית הלל אומרים לא עולה ולא נאכל אמר רבי יוסי זו מקולי בית שמאי ומחומרי בית הלל באיזה שולחן אמרו בשולחן שאוכל עליו אבל בשולחן שסודר עליו את התבשיל נותן זה בצד זה ואינו חושש :

Caput 8. Nullam carnem cum lacte coquere licet, piſcium & locuſtarum carne excepta; neque eam cum caſeo in menſam apportare licet, excepta piſcium & locuſtarum carne. Si quis ſe voto excluſerit a carne, piſcium locuſtarumque caro ei licita eſt. Avis cum caſeo in menſam adduci poteſt, at non comedi, ſecundum Schammai. Verum ſecundum Hillelem neque adduci neque comedi poteſt. Dixit R. Joſe, hæc gravior conditio Schammai eſt, & Hillelis levior; ſed de qua menſa locuti ſunt? de menſa ſuper qua comedere ſolent, ſed in menſam cui coctilia imponi ſolent, unum ponatur prope alterum abſque ulla ſuſpicione.

R. OB. DE BARTENORA.

כל הבשר אסור לבשל בחלב *Nullam carnem coquere licet cum carne*, carnem quadrupedum vetat Lex, avium vero carnem Sapientes prohibent. *Piſcium locuſtarumque carne excepta*, quæ neque ex Lege, neque e Sapientum conſtitutione prohibita eſt.

ואסור להעלותו עם הגבינה *Et prohibitum eſt ea adducere in menſam cum caſeo*, ne quidem cum carne avium, quam ex decreto Sapientum comedere prohibitum eſt, ne quis caſeum cum carne quadrupedum adducat in menſam in aqua fervida, quod ex Lege vetitum eſt, quia coctura eſt.

הנודר מן הבשר *Si quis voto ſe excluſerit a carne*, in votis ſequimur formulas loquendi uſitatas, homines autem omnis generis carnem ſolent vocare carnem, piſcium locuſtarumque carne excepta. *Schola Hillelis putat quod non in menſam poni, neque comedi debeat*, dicere non poſſumus quod Schola Hillelis idem dicit quod doctor primus, qui ſupra dixit, quod prohibitum eſt ea adducere cum caſeo; ſed dicere poſſumus quod hic ſit controverſia Hillelis & Schamai; nam non eſt ſermo ſimplex quem ſequitur controverſia, quia ad Scholam Schammai non pertinet Miſna ubi inter ipſum & Hillelem quæſtio eſt. *Dixit R. Joſe*, hinc nos docet auctor quod doctor primus & R. Joſe in eadem ſunt ſententia, perinde ac ſi dixiſſet, quod avem in menſam adducere & non comedere liceat, eſt ſententia Schammai; quod non adduci neque comedi poteſt, eſt ſententia Hillelis, quod R. Joſe dixit, nam is dixit, &c. *In menſa ſuper qua comedere ſolent*, nam quandoquidem manus tangunt, idcirco unum imponunt alteri.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in aliquot codicis de Votis locis, quod in votis debemus ſequi loquendi formulas apud vulgus uſitatas; ſed eo tempore quo Miſna compoſita eſt, ſancitum eſt ut is qui voto ſe excluſerat a carne comedenda, etiam a piſcium carne excluſus eſſet, ſed locuſtarum caro duntaxat ei licita erat. Et quod hic dicitur ei carnem piſcium eſſe licitam, id intelligendum eſt ea ſub conditione, ſi ſit res aliqua e qua conſtat ipſum duntaxat ſe voto excluſiſſe a carne quadrupedis; hujuſce rei multa exempla adducta ſunt in tractatu de Votis. R. Joſe non contradicit doctori primo, ſed auctor nos docere voluit, id quod ſupra dictum eſt de conditione Scholæ Schammai & Hillelis, pertinere ad R. Joſen; deciſio eſt ſecundum Hillelem.

ב צורר אדם בשר וגבינה במטפחת אחת ובלבד שלא יהו נוגעין זה בזה רבן שמעון בן גמליאל אומר אף שני אכסנאין אוכלין על שלחן אחד זה בשר וזה גבינה ואין חוששין :

2. Carnem cum caſeo in mantili colligare licet, dummodo non tangant ſe. Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, etiam hoſpites duo comedere poſſunt unam carnem ſuper una menſa, & caſeum ſuper altera, & non ſolliciti ſunt hac in parte.

R. OB. DE BARTENORA.

ובלבד שלא יהיו נוגעים זה בזה *Dummodo unum non tangat alterum*, nam ſi tetigerint, licet frigida fuerint, tamen lavari debent. *Duo hoſpites ad unam menſam edere poſſunt*, hoc intelligendum eſt ſi unus non cognoverit alterum, ſin minus, prohibitum eſt, quia unus tum ab alio ſumet, & comedet; deciſio eſt juxta Rabban Simeon filium Gamalielis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod Rabban Simeon filius Gamalielis duntaxat de caſu hoſpitum loquitur, qui inter ſe ignoti ſunt, & nullam amicitiam colunt invicem ut extenderent manus ſuas ad id quod alii edunt; deciſio eſt ſecundum Rabban Simeon filium Gamalielis.

ג טיפת חלב שנפלה על החתיכה אם יש בה בנותן טעם באותה חתיכה אסור ניער את הקדרה אם יש בה בנותן טעם באותה קדרה אסור הכחל קורעו ומוציא את דמו לא קורעו אינו עובר עליו הלב קורעו ומוציא את דמו לא קורעו אינו עובר עליו המעלה את העוף עם הגבינה על השלחן אינו עובר בלא תעשה :

3. Si lactis gutta inciderit in fruſtum, & ea ſufficerit ad guſtum aliquem in fruſtum conferendum, prohibita eſt. Si olla dejecta ſit atque in ipſa fuerit copia quæ in olla guſtum adferre poſſit, prohibita eſt. Ubera diſcindere atque ex iis lac educere licet; ſi non diſciderit ea, non tranſgreſſus eſt eorum gratia. Cor diſcindere, & ex eo ſanguinem educere licet; ſi vero non diſciderit, illius gratia non tranſgreſſus eſt. Si quis avem cum caſeo appoſuerit in menſam, non tranſgreſſus eſt negativum præceptum.

R. OB. DE BARTENORA.

Si gutta lactis inciderit in ollam ſuper aliquod fruſtum quod omnino extra juſculum eſt, & nemo commoverit ollam, nec ipſum texerit, guſtus iſtius guttæ non diviſus eſt, ſed in fruſtum illud duntaxat. *Si in ea tantum ſit quantum ad guſtum in fruſtum illud conferendum ſatis eſt*, ſi in unico iſto fruſto non ſit ſexageſima pars ad guttam irritam reddendam, tum iſtud fruſtum ſtatim eſt licitum, & alia reddit licita, idcirco ſexaginta partes conſiderandæ ſunt contra totum fruſtum.

ניער את הקדרה *Si commoverit ollam*, ſi ſtatim eam commoverit antequam fruſtum a gutta imbiberit guſtum, jam enim cum omnibus partibus commixta eſt gutta. אם יש בנותן טעם באותה קדרה *ſi quantitas ſit quæ in iſtam ollam conferre poteſt guſtum*, nempe ſi gutta non habeat iſtam vim ad omnia illicita reddenda, ſed guſtum aliquem per totam ollam ſpargere poſſit.

הכחל קורעו ומוציא את חלבו *Ubera diſcindet & lac eorum educet*, in modum ſtaminis & ſubtegminis exſcindet, & ad parietem diſcutiet, poſtea ea cum lacte in olla coquere licet. *Si ea non diſciderit, eorum cauſa non tranſgreſſus eſt*, ſi ſeorſim illa in olla coxerit, quod de induſtria licet facere; attamen prohibitio locum habet, & quia de corde dixit, *non tranſgreſſus eſt ob illud*, idcirco de uberibus etiam dicit, *non tranſgreſſus eſt eorum gratia*, ſi vero abſque abſciſſione ea coxerit cum carne, conſiderant ea in ſexaginta partibus, & ipſa ubera huncce numerum ingrediuntur, & ſemper prohibita manent. *Cor diſcindet, & ſanguinem educet, ſi vero non diſciderit, non tranſgreſſus eſt propterea*, ut propterea excidio dignus eſſet. In Gemara ad tractatum de excidio exponitur rem intelligendam eſſe de avis corde, in cujus ſanguine non continetur olivæ quantitas. Sed cor quadrupedis ſub excidii pœna obligat, ſi quis id comederit, & poſt coctionem illius non diſciderit; caro autem cordis non prohibita eſt, quia cor læve eſt & non imbibit. *Non tranſgreſſus eſt negativum*, non venit in diſcrimen tranſgreſſionis præcepti negativi, nimirum, non cogitandum eſt quod comederit cor, & tranſgreſſus ſit, etſi enim id comederit, tamen non tranſgreſſus eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Uberum jus ita ſe habet, quando ea diſciderit in forma crucis, & ad parietem illiſerit, tum de induſtria talia ubera coquere licet cum carne; ſi vero quis ea ſeorſim abſque diſciſſione coxerit, etiam licitum eſt, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *ſi non diſciderit, eorum gratia non tranſgreſſus eſt*; & id licitum eſt. Si vero ea coxerit cum alia carne abſque diſciſſione, conſiderant ea in ſexaginta partibus. Dixerunt doctores, ubera ingrediuntur numerum ſexagenarium, atque ipſa ubera ſunt vetita. Sed notum eſt quod carnis cum lacte compoſitio ſit diverſarum ſpecierum compoſitio, idcirco eam mixturam conſiderant in quantitate guſtum conferente, idcirco eam ſecundum fundamenta conſiderant. Si vero illic non ſit gentilis, guſtus nequit guſtari, idcirco rem conſiderant ſecundum fundamenta in fine codicis de cultu peregrino a nobis propoſita.

לא קורעו אינו עובר עליו *Si id (cor) non diſciderit, illius gratia non tranſgreditur*, idcirco cor non licet comedere, niſi donec illud diſciderit, & ſanguinem omnem eduxerit. Non tranſgreſſus eſt præceptum negativum, id eſt, non venit in diſcrimen peccati contra præcepta negativa, quia carnis avium cum lacte coquendæ prohibitio eſt ex inſtitutis Sapientum, ſicuti exponitur.

ד בשר בהמה טהורה כחלב בהמה טהורה אסור לבשל ואסור בהנאה בשר בהמה טהורה בחלב בהמה טמאה בשר בהמה טמאה בחלב בהמה טהורה מותר לבשל ומותר בהנאה רבי עקיבא אומר חיה ועוף אינן מן התורה שנאמר לא תבשל גדי בחלב אמו שלש פעמים פרט לחיה ולעוף ולבהמה טמאה רבי יוסי הגלילי אומר נאמר לא תאכלו כל נבלה ונאמר לא תבשל גדי בחלב אמו

4. Carnem pecoris mundi cum pecoris mundi lacte coquere non debet, neque ex eo commodum percipere. Sed carnem pecoris mundi cum lacte pecoris immundi, & contra, coquere licet, & exinde commodum percipere. R. Akiba dicit, quantum ad animal & avem attinet, id non confirmatur e Lege, quia ter dictum eſt, *non coques hædum cum lacte materno*, quod animal, avem, & pecus immundum excipit. R. Joſe Galilæus dicit, dictum eſt, *non comedetis omne cadaver*, & dictum eſt, *non coques hædum cum lacte materno*, ergo quod prohibitum

אמו את שאסור משום נבלה אסור לבשל בחלב עוף שאסור משום נבלה יכול יהא אסור לבשל בחלב תלמוד לומר בחלב אמו יצא עוף שאין לו חלב אם :

tum eſt ob cadaver, id etiam cum lacte coquere prohibitum eſt. De ave ob cadaver prohibita dicere poſſemus, eam cum lacte non poſſe coqui, idcirco Lex dicit, *cum lacte matris ſuæ*, hic avis excipitur cui non eſt lac matris ſuæ.

R. OB. DE BARTENORA.

מותר לבשל ומותר בהנאה *Licita eſt ut coquatur & commodum ex ea percipiatur*, quia in iſta carne non continetur admonitio de carne cum lacte, nam ſcripta eſt vox *hœdus* de prohibitione carnis cum lacte non coquendæ, ſemel ad excipiendum immundum, ſi enim caro pecoris immundi coquatur, etſi cum lacte pecoris mundi, licet. Sed comedere eam non licet ob carnem immundam; ſic etiam ter dicitur *cum lacte matris ipſius*, ſemel ad excipiendum lac immundi, etſi caro ſit munda. *Excipit animal, avem, & pecus immundum*, vox *hœdus* excipit avem, quæ non eſt pecus; *hœdus* excipit animal, etſi enim animal comprehendatur ſub pecore, locus tamen ex abundantia adductus excludit ipſum; dicitur *hœdus*, & non pecus immundum, & hoc colligitur ex eo quod dicitur Gen. 27, 16. Hinc conſtat quod גדי *hœdus* veniebat e עזים *capris*, quod ſi non monuiſſet, etiam reliqua pecora ſub ſe comprehendiſſet vox hœdus; idcirco hæc voluit monere. Dictum eſt, *non comedetis omne cadaver*, ſed eodem verſu additur, *non coques hœdum cum lacte matris ipſius*, hoc ſenſu, quicquid in ſe comprehendit prohibitionem cadaveris, id etiam prohibitionem de carne cum lacte non coquenda comprehendit. Controverſia inter R. Joſen Galilæum & R. Akibam hæc eſt, R. Joſe Galilæus putat animal ex Lege prohibitum eſſe, quicquid enim ob cadaver prohibitum eſt, id in ſe comprehendit prohibitionem de carne cum lacte non conjungenda, ave excepta, quia non habet lac matris ſuæ. R. Akiba putat animal ex Lege non prohibitum eſſe. Vel etiam avis ſecundum Sapientes continetur inter illa, nam R. Akiba ex Lege prohibitionem non renuens, eam ex decretis Sapientum adſtruit; ſed R. Joſe Galilæus qui hanc phraſeologiam non exponit, omnino rem permittit; deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Putat R. Akiba quod animal & avem cum lacte comedere prohibitum ſit ex decreto Sapientum, ſed ea coqui poſſe ſimul, quia Lex tantum prohibuit coctionem pecoris mundi. R. Joſe Galilæus putat quod animalis carnem coquere non licet cum lacte ex præcepto Legis, uti e verbis illius conſtat; ſed avium carnem cum lacte coquere licet, etiam ex decreto Sapientum, quia de hac re nihil mali timendum eſt; deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

ה קבת עכ״ום ושל נבלה הרי זו אסורה המעמיד בעור של קבה כשרה אם יש בנותן טעם הרי זו אסורה כשרה שינקה מן הטרפה קבתה אסורה וטרפה שינקה מן הכשרה קבתה מותרת מפני שכנוס במיעיה :

5. Ingluvies gentilis & cadaveris prohibita eſt. Si quis coagulum fecerit ope pellis ingluviei legitimæ, & in ea fuerit tantum quantum ad guſtum conferendum ſatis eſt, prohibitum eſt. Legitimæ quæ e diſcerpto ſugit, coagulatio prohibita eſt. Diſcerptæ beſtiæ quæ e legitimo ſugit, coagulatio licita eſt, quia in inteſtinis ſuis recollectum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

הקיבה Ingluvies ſive ventriculus animalis, notatque adipem in ventriculo coagulatum. נכרי ושל נבלה *gentilis & cadaveris*, nempe, ventriculus animalis mactati a gentili, qui eſt cadaver, prohibitus eſt. המעמיד *qui coagulaverit*, ſcil. lac ope pellis ventriculi legitimi, ſi in ipſo ea ſit copia quæ lacti guſtum præbere poteſt, prohibitum eſt, ſin minus, licitum eſt; & licet coagulaverit, quandoquidem ipſa pellis eſt res licita, & prohibitio ipſius duntaxat obtinet ob aliam rem cum ipſa mixtam, tamen non dicimus quod in omnibus conditionem coagulantis ſequi debemus. Si vero caſeus coagulatus ſit ope pellis ventriculi cadaveris, etſi in eo non ſit copia quæ guſtum aliquem in lac conferat, prohibitus eſt, ob eum qui coagulavit, qui prohibitus eſt, & prohibitio illius per ſe eſt. Propterea gentilium caſeus eſt prohibitus, quia eum coagulant ope ventriculi cadaveris. Sed de lacte coagulato in ventriculo decidimus quod nulla in ipſo continetur prohibitio, quia ſimpliciter pro ſtercore habendus eſt; ita Rabbenu Moſis Maimonides exponit. Sed Raſchi exponit hoc ſenſu, lac in pelle ventriculi cadaveris coagulatum, quod ſaliunt cum pelle, ego uſu licitum declararem hucuſque, dummodo aliud lac ei non impoſuerint; ſed in hoc erravi, quia putaram, eo quod dicimus de ventriculo holocauſtorum, ſacerdos qui non abhorret, is eum crudum abſorbeat, inde intellexiſſem quod ſimpliciter pro ſtercore habendus ſit, & quod hoc non ſit prohibitum; ſed ita res non eſt, cum omnino ſit lac, quoniam Miſna dicit, ſi legitima pecus ſuxerit e diſcerpto, coagulatio illius prohibita eſt, inde ſequitur quod ſit lac. Sed quod holocauſti ventriculus ſit licitus, ideo eſt, quod non ſit corpus ipſius, ſed lac exſuctum e matre ipſius, & recollectum eſt intra viſcera illius, perinde ac ſi eſſet poſitum in ſcutella, & hoc licitum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קיבה Vox nota eſt, jam expoſuimus in tractatu de Cultu Peregrino quod deciſio juris ſit, ingluviem non pro ſtercore habendam eſſe, ſed licitam eſſe; præterea quoque coagulare licet lac ope ventriculi animalis gentilis, etſi id de induſtria fiat, & ope ventriculi cadaveris, quia ſimpliciter pro ſtercore habetur. Scias autem quod de induſtria non licet lac coagulare ope pellis ventriculi animalis mactati, ſi vero quis id fecerit, rem conſiderant in quantitate ſaporem conferente, ſicuti omnem carnem cum lacte conſiderant. Si non adſit gentilis, conſiderant eam in ſexaginta partibus, uti diximus. Nam non dicimus quod coagulantis naturam ſequi debemus, quia is qui coagulat, per ſe ad hoc licitus eſt, quia eſt caro animalis mactati; & quod prohibitio in ipſa innovata, duntaxat reſpectu mixturæ innovata ſit. Verum ſi lac ope pellis cadaveris coagulatum ſit, caſeus inde conflatus, eſt prohibitus, & non guſtandus a quoquam, quia res coagulans per ſe prohibita eſt, & omnino ſequi debemus id quod coagulat. Ita ſe habet res cum prohibitione caſei gentilium, ſicuti expoſitum eſt.

ו הומר בחלב מבדם וחומר בדם מבחלב חומר בחלב שהחלב מועלין בו וחייבין עליו משום פגול ונותר וטמא מה שאין כן בדם וחומר בדם שהדם נוהג בבהמה וחיה ועוף בין טמאים ובין טהורים והחלב אינו נוהג אלא בבהמה טהורה בלבד :

6. Gravior eſt conditio adipis quam ſanguinis, & contra, nam in adipe poſſunt prævaricari, & condemnari abominationis, reliquiarum, & immundi, quod non ita ſe habet in ſanguine. In ſanguine conditio gravior hæc eſt, quod is obtineat in pecore, animali, & ave, tam immundis quam mundis; adeps vero in pecore mundo duntaxat obtinet.

R. OB.

R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

שהחלב מועלין בו *Nam in adipe prævaricari poſſunt*, etiam in ſanctis levibus quæ ad poſſeſſores ſuos pertinent, ſed in illis non obtinet prævaricatio dum vivunt; in adipe prævaricari poſſunt poſt aſperſionem ſanguinis, etenim de ſanctis levibus dictum eſt, Levit. 3, 16. כל חלב ליהוה quaſi diceret quod ſunt ſanctitates pro Domino in caſu prævaricationis. *Et immundi*, ſi quis eum comederit in corporis immunditie, duobus tenetur ſacrificiis, uno ob comeſtionem adipis, & altero ob immunditiem corporis.

מה שאין כן בדם *Quod ita ſe non habet in ſanguine*, quia de ſanguine ſcriptum eſt Levit. 17, 11. *Super altare ad expiandum*; quaſi diceret ad expiandum, & non ad prævaricandum eum dedi vobis. Sed in ipſo non obtinet abominatio, nam in omni re quam alia reddit licitam, obtinet abominatio; verum ſanguis qui ipſe licitus eſt, non obligat ad abominationem; neque ad reſidua, neque ad immunditiem, quia de ſanguine duæ exceptiones conſcriptæ ſunt, una ad excipiendum reſidua in craſtinum, & altera ad immunditiem excipiendam. *Sed in pecore puro*, uti ſcriptum eſt in Lege, מן הבהמה אשר יקריבו ממנו

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Lex, *omnis adeps erit pro Domino*; ad hæc dixerunt Legem multiplicare adipes rerum ſanctarum reſpectu prævaricationis, nempe, ſi quis pretii Prutæ commodum ex iis perceperit, prævaricatus eſt. Sic etiam ſi adeps iſte in craſtinum remanſerit, condemnatur ex Lege ne quid remaneat in craſtinum. Pariter ſi quis immundus de adipe comederit, tenetur interdicti de immunditie. Item ſi ſacrificium abominandum factum fuerit, tenetur is qui comederit de ipſo. De ſanguine ſanctarum rerum dictum eſt, Levit. 17, 11. ואני נתתיו לכם על המזבח quaſi diceret ad expiandum eum dedi vobis, non ad prævaricandum. Cæterum ſanguis ſanctitatum nequit fierit abominandus, nam is ipſe permittit, licet alia res ipſum non reddat permiſſum, quemadmodum exponitur in tractatu Zevachim. Præterea alia exceptio dicta eſt de ſanguine, nempe, *& ego eum dedi vobis*; & tertia exceptio, *nam ſanguis eſt anima ipſius &c.* ſenſus eſt, ſanguinem ſe habere ſicuti per ſe eſt, & non aliam ei prohibitionem addendam eſſe. Dixerunt, una exceptio prævaricationem excipit, & altera immunditiem, tertia denique pœnam ob reſiduum diei craſtini. Cæterum jam expoſuimus eum qui rerum ſanctarum ſanguinem comederit, quocunque id factum fuerit modo, nunquam altero excidio teneri præter excidium ob eſum ſanguinis; hæc intelligas volo.

פרק ט העור והרוטב והקיפה והאלל והעצמות והגידין והקרנים והטלפים מצטרפין לטמא טומאת אוכלים אבל לא טומאת נבלות כיוצא בו השוחט בהמה טמאה לעכ"ום ומפרכסת מטמאה טומאת אוכלין אבל לא טומאת נבלות עד שתמות או עד שיתיז את ראשה ריבה לטמא טומאת אוכלין ממה שריבה לטמא טומאת נבלות רבי יהודה אומר האלל המכונס אם יש בו כזית במקום אחד חייב עליו :

Caput 9. Pellis, decoctum, juſculum, Alal, oſſa, nervi, cornua, & ungulæ conjunguntur ad polluendum immunditie edulium, ſed non immunditie cadaveris. Pariter, ſi quis immundum pecus pro gentili mactaverit, & id trepidaverit, polluit immunditie edulium, at non immunditie cadaveris donec mortuum fuerit, vel donec caput abſciderit, multiplicavit magis ad edulium immunditie polluendum, quam ad polluendum immunditie cadaveris. R. Jehuda dicit, ſi Alal collectam habeat olivæ quantitatem in uno loco, tenetur illius cauſa.

R. OB. DE BARTENORA.

העור והרוטב וכו׳ *Pellis & decoctum &c.* quia Miſna capite quarto dixit de ſecundina, *non polluit immunditie edulium, nec immunditie cadaveris*, idcirco hic denuo dicit, *pellis &c commiſcentur ad polluendum &c*, Interruperat itaque ſenſum quia capite quarto dixerat, ſi novem menſium fœtus ſit, mactari debet, & in ipſo peccari poteſt conr a præceptum de non mactanda matre cum filio, idcirco poſtea tractat de ipſa & filio ejus. Et quia egit de mactatione inepta, idcirco agit poſt ſanguinis contectionem; quia vero de ſanguinis contectione dixit, ejus jus obtinet in animali, & ave, idcirco etiam tractat de nervo luxato qui in animali obtinet, & non in ave; & quia de caſu femoris dixit, quocum nervus luxatus coctus eſt, etiam locutus eſt de imbibitione prohibita, dixitque, *omnis caro* &c. Poſtea redit ad propoſitum ſuum de ſecundinis, eaſque non polluere aſſerit cum immunditie cibi.

העור והרוטב *Pellis & decoctum*, pellis pecoris mactati, ut, ſi minus quam ovi quantitas e carne & corio adhæreat, conjungatur, quia pellis eſt carnis cuſtos, at cuſtodes conjunguntur in immunditie levi, ſive immunditie cibi, quia ſcriptum eſt, Levit. 11, 37. על כל זרע זרוע ſicuti homines triticum educere ſolent cum cortice ad ſerendum, & hordeum cum cortice ſuo, & lentes cum cortice ſuo, etſi in loco iſto conſcriptum ſit quod mundum ſit, & ratio quare non diſponit ad immunditiem, ſtatim ſequitur, וכי יתן מים על זרע igitur quum diſpoſitum eſt ad immunditiem recipiendam, jam immundum eſt.

והקיפה *Et juſculum*, ipſum non cenſetur eſſe edule, ſed conjungitur cum eo. אלל eſt nervus ſpinæ dorſi & colli, iſque latus eſt, albus, & durus, & barbare capillo vocatur, & mentio illius fit apud Jobum cap. 13, 4. nam ſi is amputatus ſit, non juvat remedium. Aliter, doctor Miſnicus אלל

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam diximus in tractatu de Sacrificiis quod רוטב ſit *decoctum*. קיפה eſt *juſculum*. אלל *Alal*, notat carnem pelli adhærentem quum pecus mactant. גידין uſurpatur de venis & arteriis, nervis, eorumque ligaturis. Et expoſuimus illic id quod dicitur, *cornua, & ungulæ*, de locis humidis, e quibus ſanguis provenit dum animal mactant, idem hic intelligendum eſt. Et quod auctor dicit, *quando commiſcentur*, intelligas quando inter ſe uniuntur; quando igitur ex omnibus fit mixtura, & ovi quantitas de ovo, pollutaque fuerit, alia polluit. Nam aliquoties jam diximus quod edulia immunda non polluunt edulia alia, niſi edulia iſta immunda habuerint ovi quantitatem. Cæterum jam expoſuimus hoc fundamentum in prologo ad tractatum Taarot.

אבל לא טומאת נבלות *Sed non immunditie cadaverum*, quia cadavera ſunt, ſicuti noſti, quæ tactu & onere polluunt, ſi igitur ſit ex his rebus olivæ quantitas, vel minus olivæ quantitate e cadavere, & una res eam compleat in olivæ quantitate, hæc non polluit ſicuti cadaver polluit. Cæterum quod R. Jehuda dicit de Alal collecto, non eſt ſecundum deciſionem. Ratio quare non polluunt ut cadaver, ſed ut edulium immundities, multis demonſtrationibus indiget, quæ jam allatæ ſunt in libro Taarot. Sed ego audivi fundamentum aliquod quod omnium horum rituum baſis eſt, nempe, de immunditie cadaveris dictum eſt, Levit. 11, 39. הנוגע בנבלתה In Siphra dicunt, ergo ſi quis cadaver illius attigerit, & non pellem illius, nec oſſa, nec nervos, nec cornua, nec ungulas, donec ipſam carnem attigerit. De edulium immunditie ſcriptum eſt Levit. 11, 34. מכל האכל אשר יאכל ſcil. ex omni eo quod idoneum eſt in cibum, uti ſuo loco exponetur. Quod autem requirit ut is qui mactat, ſit Iſraëlita, etſi pro gentili mactaverit; & ut pecus ſit immun-

אלל vocavit carnem quam culter ejicit dum excoriant pecus, culter enim interdum efficit ut caro ſit pelli contigua, ſed ea non cenſetur eſſe edulium genus, licet cum eo confletur. *Cornua & ungulæ*, omne id a quo inter excidendum prodit ſanguis inferius prope radicem, ubi albedo quædam eſt; ſed non cenſetur eſſe edule quid. מצטרפין *conflantur*, ob cuſtodem carnis, ad polluendum immunditie edulium, ſi ovi quantitas completa ſit, non polluunt in quantitate ovo minori. *Sed non immunditie cadaveris*, ſi ex cadavere ſint, non polluunt, neque junguntur in quantitate olivæ ad polluendum hominem & veſtimenta, quia ſcriptum eſt, *qui attigerit cadaver illius*, at non ſi attigerit pellem illius, quando ſuper ea non fuerit olivæ quantitas e carne, pellis vero compleverit olivæ quantitatem, is qui attigerit id, non pollutus eſt, quia cuſtos ſive pellis non conflatur ad immunditiem cadaverum. Pariter neque juſculum, neque decoctum ad cadaver, nec Alal & nervi ad carnem, ſed ſimpliciter pro cibo cum carne habentur. כיוצא בו *& id genus alia*, nam polluit immunditie cibi ad immunditiem ſerpentis recipiendam, & polluit alios cibos, ſed non polluitur per ſe immunditie cadaveris ad alios polluendos. *Si quis pro gentili mactaverit pecus immundum*, ſi Iſraëlita tale pecus pro gentili mactaverit, idque adhuc motitaverit, etſi pro gentili non ſit legitimum, quia Noachi filiis non conceditur mactandi officium, niſi donec beſtia moriatur; nihilominus tamen cum Iſraëlita mactaverit, mactatio bona eſt. Et quandoquidem vulgari Iſraëlitæ mactatio mundi pecoris quadrat, intentio ipſius conſtituit illud in cibum ope mactationis, etiam immundum pro gentili. Sed gentilis intentione ſua inter mactandum illud non conſtituit in cibum ſive edule, quia de ipſo non invenimus mactationem. Neque immundum pro Iſraëlita poteſt illud in cibum conſtituere, eo quod ceſſat illius cogitatio. *Sed non polluit immunditie cadaveris, niſi donec moriatur*, nam, כי ימות מן הבהמה ſcriptum eſt Levit. 11. 39. Porro dicit Miſna, *aut donec illius caput amputatum ſit*, in duas partes, & cadaver eſſe cenſetur dum vivit, nam mortuum eſſe cenſetur licet motitet ſe. *Multiplicavit*, Lex ſcil. multiplicavit ad polluendum immunditie edulium, nam omnia iſta quæ in edulia memorata ſunt, habenda ſunt edulia, & non vocantur cadaver. האלל המכונס *Alal collectum*, ſecundum omnium ſententiam hæc eſt caro quam culter ejecit ad pellem; & dicit *collectum*, quia in uno loco eſt; nam cum id æſtimet, non ceſſabit ab opere ſuo; caro autem habenda eſt pro cadavere, & ad pœnam obligat, ſi eam tetigerit atque ita in Templum intraverit, vel ſanctam rem comederit; deciſio eſt non ſecundum R. Jehudam.

mundum, ejus rei ratio eſt, quia omnibus iſtis conjunctis conditionibus polluit immunditie cibi abſque intentione & diſpoſitione, ſecundum fundamenta capite tertio tractatus Okezim expoſita.

ב אלו שעורותיהן כבשרן עור האדם ועור חזיר של ישוב רבי יוסי אומר אף עור חזיר הבר ועור הטוטרת של גמל הרכה ועור הראש של עגל הרך ועור הפרסות ועור בית הבושת ועור השליל ועור שתחת האליה ועור האינקה והכח והלטאה והחומט רבי יהודה אומר הלטאה כחולדה וכולן שעיבדן או שהילך בהן כדי עבודה טהורין חוץ מעור האדם רבי יוחנן בן נורי אומר שמונה שרצים יש להן עורות :

2. Horum pelles ſunt inſtar carnis; pellis hominis, & pellis porci domeſtici. R. Jehuda dicit, etiam pellis porci ſylveſtris; & pellis gibbi cameli tenetur, & pellis capitis vituli tenetur, & corium ungularum, & pellis pudendorum, & pellis embryonis, & pellis ſub cauda, & pellis attelabi ac lacertæ, & ſtellionis, & limacis. R. Jehuda dicit, ſtellio ſimilis eſt muſtelæ. Omnes vero pelles, ſi paratæ ſint, vel ſi ſuper illis iverit ut pararentur, puræ ſunt, hominis pelle excepta. R. Jochanan filius Nury dicit, octo ſerpentes habent pelles.

R. OB. DE BARTENORA.

אלו שעורותיהן כבשרן *Horum pelles ſimiles ſunt carni ipſorum*, in eo quod polluunt ut caro polluit. *Pellis porci domeſtici*, quia tenera eſt, & comedi ſolet. *Etiam pellis porci ſylveſtris*, nam is putat hanc quoque teneram eſſe, ſed deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

חטוטרת של גמל הרכה *Gibbus cameli teneri*, quamdiu nondum onus tulerit. *Vituli teneri*, quamdiu ſugit. *Et pellis ungularum*, quando pedes abſcindunt dum tener eſt. *Pellis quæ eſt ſub cauda*, in loco ubi non eſt pilus, quia tener eſt. *Stellio ſimilis eſt muſtelæ*, ejus pellis a carne ſeparata eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

וכלן שעיבדו *Et omnes ſi detractæ ſint*, omnes iſtæ de quibus dictum eſt quod polluunt ut caro, ſi detraxerit eas carni, fiunt pelles, & eximuntur a jure carnis, & puræ ſunt. *Vel ſi ambulaverit in illis*, ſi eas extenderit ad incedendum in illis, quod eſt pars parationis earum. *Hominis pelle excepta*, ex Lege humana pellis poſtquam parata fuerit, pura eſt; porro dixerunt quod humana pellis licet parata, immunda ſit, ne quis e pelle patris ſui & matris faciat ſtrata in lecto ad cubandum & ſedendum in illis. *Habeat pelles*, ſed in nullis pellis immunda eſt ſicuti caro, & hoc contra doctorem primum eſt qui quatuor enumerat quorum pellis eſt ſicuti caro; deciſio non eſt ſecundum R. Jochanan filium Nury.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חטוטרת *Gibbus*, vox nota eſt, & ſenſus hic eſt, quando camelus eſt tener, & nondum induruerit gibbus, ſcil. quamdiu nondum ei onus impoſitum fuerit. R. Jehuda dicit, ſicuti muſtelæ pellis a carne diviſa eſt, ſed non dicit quod cornua ipſius omnia cenſenda ſint in una quantitate reſpectu duritiei & teneritatis. Cæterum præparationis quantitas eſt, ſi in illis pedibus incedere poſſit ſicuti quis ſeptem milliaria mediocribus paſſibus conficeret. Cæterum quod dicit pellem hominis nunquam puram habendam eſſe, etſi quis eam detraxerit, id ob hominum honorem ſtatuitur, ne quis e pelle eorum quid commodi capiat, vel ullo modo utatur. R. Jochanan putat quod omnium octo ſerpentium ſunt pelles a carne ſeparatæ, iſque Sapientibus hac in parte contrariatur, qui de quatuor ſerpentibus ſtatuunt quod eorum pelles e carne ſeparatæ ſint; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen, nec ſecundum R. Jehudam, nec ſecundum R. Jochanan filium Nury.

ג המפשיט בבהמה ובחיה בטהורה ובטמאה בדקה ובגסה לשטיח כדי אחיזה ולחמת עד שיפשיט את החזה המרגיל כלו חבור לטומאה ליטמא ולטמא עור שעל הצואר רבי יוחנן בן נורי אומר אינו חבור וחכמים אומרים חבור עד שיפשיט את כולו :

3. Si quis pecus & animal ſuum excoriaverit, tam mundum quam immundum, tam parvum quam magnum ad extendendum quantitatem apprehenſionis, & pro utre donec pectus excoriaverit. Si quis excoriaverit pedes, omnino hæc eſt congregatio ad immunditiem, tam ut polluatur, quam ut polluat. De pelle ſuper collo R. Jochanan filius Nury dicit, non eſt conjunctio. Sapientes dicunt, eſt conjunctio donec penitus excoriatum ſit.

R. OB. R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

בטהורה ובטמאה *Mundum & immundum*, ſive purum ſit pecus quod mactavit immundus, ſive cadaver immundum ſit quod mactavit mundus, ſi id mactaverit ad conficiendum corium extenſum, in ſtragulam menſæ, vel in ſtratum lecti, nempe ſi findat & exſcindat pellem per omnem ſuam longitudinem, nempe a capite pecoris ad caudam ipſius, & tum incipiat excoriare, eſt conjunctio anſæ ad immunditiem cadaveris educendam, ſi homo mundus attigerit pellem; & ad immunditiem in carne recolligendam, ſi ea ſit munda.

כדי אחיזה *Quantitas prehenſionis*, quæ duorum eſt palmorum, ſi plus ſit, non eſt conjunctio anſæ ad introducendum & educendum immunditiem; & ſi caro fuerit pura, & immunditiem attigerit in quantitate duos palmos excedente, caro non polluta eſt, ſin autem caro fuerit cadaver, & purum quid tetigerit eam in quantitate duos palmos excedente, purum non pollutum eſt.

ולחמת *Et pro utero*, ſi pellis non diſciſſa ſit ab initio in longitudine ſua, & detracta ſit dupliciter ad utrem faciendum, incipiens a collo & abſolvens in cauda.

עד שיפשיט את החזה *Donec pectus denudaverit pelle*, tum חיבור *conjunctio* eſt, & ſi quis pellem attigerit, perinde eſt ac ſi attigerit carnem, tam ad polluendum, quam ut polluatur, quia pectus difficilius excoriatur. המרגיל eſt is qui excoriationem inceperit a pedibus pecoris, atque eam dupliciter detraxerit ad conficiendum inde utrem, talis actio omnino eſt conjunctio, quia tum pectus eſt excoriationis finis. Si quis vero tetigerit pellem corpori detractam, perinde eſt ac ſi carnem tetigerit, tam ut polluat, quam ut polluatur. *Pellis ſuper collum*, ubi ſponte ſua diſſolvitur fere, propterea dici nequit conjunctio ad prius conjunctionem conficiendam ex eo quod jam excoriatum eſt, quemadmodum fit in pectore. *Sapientes dicunt, eſt conjunctio donec penitus excoriatum fuerit*, deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ד עור שיש עליו כזית בשר הנוגע בציב היוצא ממנו ובשערה שכנגדו טמא היו עליו כשני חצאי זיתים מטמא במשא ולא במגע דברי רבי ישמעאל רבי עקיבא אומר לא במגע ולא במשא ומודה רבי עקיבא בשני חצאי זיתים שתחבן בקיסם והסיטן שהוא טמא ומפני מה רבי עקיבא מטהר בעור מפני שהעור מבטלו:

R. OB. DE BARTENORA.

עור שיש עליו כזית בשר *Si pelli adhæreat caro in quantitate olivæ*, in uno loco. ציב eſt corrigia ſive filum aliquod ex iſta carne prodiens, partim pendens, & partim adhærens; ſi in hoc ציב non ſit olivæ quantitas e carne, ſed cum ea quantitate annexum. *Et pilos*, e regione iſtius carnis, immundus eſt, quia caput illius eſt inſtar cuſtodis. *Polluit in onere*, nam olivæ quantitatem e cadavere portavit. *Sed* conjungi poteſt. *Nec tactu*, *nec onere*, ſicuti in fine ratio ı cet non ſit inſtar olivæ quantitas annexa uni loco, hoc mod verit, eſt immundus; deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

ה קולית המת וקולית המוקדשים הנוגע בהן בין סתומים בין נקובים טמא קולית נבלה וקולית השרץ הנוגע בהן סתומים טהורים נקובים כל שהוא מטמא במגע מנין שאף במשא תלמוד לומר הנוגע והנושא את שבא לכלל מגע בא לכלל משא לא בא לכלל מגע לא בא לכלל משא:

R. OB. DE BARTENORA.

קולית Omne os cui eſt medulla, vocatur קולית: Cæterum

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixerunt doctores, de cadavere, & non de pelle, neque de oſſibus &c. hinc intelligere poſſemus quaſi etiam in hora conjunctionis bene haberet, idcirco dicit auctor quod immunda ſit pellis. Et ſecundum hoc fundamentum hic dicitur, eum qui excoriaverit pecudem, & pellem diſciderit a cauda ad collum, inceperitque excoriare a collo, quia ſic inter ipſos mactare ſolebant, quando pellem in ſtratum parare ſolebant, ad ſedendum in eo, & hoc vocatur *ſtratum* מציע; antequam vero retentionis quantitas excoriata fuerit, חיבור *conjunctio* eſt. Verum ſi retentionis quantitas excoriata ſit, ſive duorum palmorum quantitas, non eſt conjunctio. Et ſi tetigerit homo iſtos duos palmos, vel plus, ex eo quod mactatum eſt, non polluit ſi excoriatio cadaveris ſit. Si mactatum fuerit pecus & pellis tetigerit immundum quid in quantitate retentionis, caro non polluta eſt; & hoc eſt quod auctor vult quando dicit, *ut polluatur*, *& polluat*, intellige omne id quod de ipſa dicitur, ſcil. conjunctionem; non quod conjunctio non habet locum. Secunda in excoriatione pecoris operatio eſt, ſi pellem inter ambos pedes diffiderit ab uno pede ad alium, & poſtea circumquaque exciderit ope cultri, vel ipſis manibus tantum, ita ut pellis integra in circuitu ſuo prodeat; & hoc modo excoriandum eſt ſi quis pellem in utrem facere velit, idcirco dicit conjunctionem eſſe donec pectus excoriatum fuerit. Tertia in excoriatione operatio multum ab aliis variat, nempe, ſi quis totum agnum ſuper pedem ſuum duntaxat excoriaverit, quam actionem vocant מרגיל, quæ eſt mactatio ſuper pede, & pellis integra educitur abſque laceratione & exciſione, ita ut ſi quis colligaret pellem quæ pedes tegit, & eam quæ collum, & poſtea inflaret, tota impleretur. Ita inter nos excoriare ſolent ii qui e pelle utrem conficere volunt ad aquam comprehendendam. Et auctor dicit quod hæc ſit conjunctio, donec de carne non amplius quid reſtet, etſi carni detracta ſit pellis.

4. Si pelli adhæreat olivæ quantitas e carne, is qui tetigerit filum carnis ex ipſa prodiens, & pilos e regione illius, immundus eſt. Si ei adhæreant duo olivæ dimidia, polluit onere, & non tactu, ita R. Iſmaël. R. Akiba dicit, nec tactu, nec onere; & concedit R. Akiba de duobus dimidiis olivæ, quæ infixit ligno tenui, eaque moverit, eum eſſe immundum. Sed quare R. Akiba puram declarat pellem? quia pellis illa ceſſare facit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ציב Eſt filium tenue, quod prope carnem ſe e pelle extendit. *Et pilus e regione illius*, ſunt pili in ſuperficie pellis e regione carnis. קיסם notat lignum tenue inſtar oſſis. *Si infixerit ea*, ſi ea in lignum iſtud tenue immiſerit; deciſio eſt ſecundum R. Akibam & Sapientes.

tactu, nam tactus ſimul fieri nequit, nec duplex tactus ditur, quia pellis ea deſtruit. *Concedit R. Akiba*, nam li- ſcil. ſi duo olivæ dimidia ligno tenui infixerit, eaque mo-

5. Os femoris in mortuo, & item os ſanctorum ſi quis attigerit, ſive occluſa, ſive perforata ſint, immundus eſt. Os femoris cadaveris, & item os ſerpentis ſi quis ea tetigerit, tum occluſa ſunt pura, & perforata a quantulacunque re tactu pollui poſſunt. Sed unde tenemus quod onere etiam polluit? ex eo quod dicitur, qui attigerit & qui portaverit, ergo cui tactus convenit, ei quoque onus; ſed cui non tactus, ei nec convenit onus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קולית Ita vocatur omne os cui medulla eſt in duabus extre-

rum ſi quis mortui alicujus קולית tetigerit, tam clauſum quam perforatum, immundus eſt. Nam os quantitatis grani hordeacei in homine mortuo, polluit tactu, & onere, ſicuti ſcriptum eſt in Lege, *Vel os hominis.* וקולית המוקדשים *& os medullæ rerum conſecratarum*, nam abominandum & rerum ſanctarum reliquiæ polluunt manus, nam Sapientes de ipſis decreverunt propter eos qui rerum ſacerdotalium ſuſpecti ſunt & negligentes; & decreverunt quoque de oſſibus quæ reliquiis inſerviunt. *Os medullæ cadaveris*, cadaveris oſſa non polluunt, quia ſcriptum eſt in Lege, בנבלה, & non ſi oſſa tetigerit; ita quoque ſe res habet de ſerpente. Idcirco occluſa ſunt munda, etiam ad polluendum onere, & quanto magis tactu non polluit, nam medullam interiorem attingere nequit. Et quamvis cuſtodia immunditiem introducit, & dimittit, hoc tamen intelligendum eſt de re quæ ipſam immunditiem attingere poteſt. Sed hic, ubi ipſam immunditiem attingere nequit, cuſtodia non polluit. *Perforata quantulacunque res polluit*, licet vel capilli quantitatem habeat, poterit enim per foramen capillum vel barbæ pilum immittere, ut hoc pacto polluatur. *Unde tenemus quod onere quoque polluit?* hoc ad cadaveris os medullæ referri debet, nam ſerpens non polluit onere.

tremitatibus ſuis. *E ſanctis*, id eſt e ſanctorum reliquiis, quæ polluunt, uti exponit. *Unde tenemus quod etiam onere?* hoc de medullæ oſſe intelligendum, ſed in ſerpente non obtinet immundities oneris, ſicuti exponitur in principio codicis de Vaſis.

ו ביצת השרץ המרוקמת טהורה נקבה כל שהוא טמאה עכבר שחציו בשר וחציו אדמה הנוגע בבשר טמא באדמה טהור רבי יהודה אומר אף הנוגע באדמה שכנגד הבשר טמא :

6. Ovum reptilis figuratum, mundum eſt; ſi quantulumcunque perforatum ſit, immundum eſt. Si quis muris partim carnoſi & partim terrei carnem tetigerit, immundus eſt, ſin terram illius, mundus eſt. R. Jehuda dicit, qui terram illius attigerit e regione carnis, immundus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

ביצת השרץ *Ovum reptilis*, ſunt nonnulla ex octo reptilibus quæ ova pariunt. מרוקמת *figuratum*, in quo fœtus jam eſt formatus. *Mundum eſt*, quia fœtum, qui in ipſo continetur, tangere nequit. *Si quantulumcunque perforatum ſit, immundum eſt*, etſi non tetigerit, quia cuſtodia alicujus rei introducit & emittit immunditiem, in ejuſmodi re quam tangere poteſt.

עכבר שחציו בשר *Mus qui media ex parte caro eſt*, dantur murium ſpecies quæ non generant, ſed e terra putrefacta generantur; ſi igitur mus nondum plene formatus ſit, ſed ab una parte duntaxat, tum is qui carneam tetigerit partem, immundus eſt; ſi vero terream partem tetigerit e regione carneæ, mundus eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מרוקמת *Figuratum*, in quo jam conſpicitur animalis figura, ejuſdemque membrorum, quemadmodum ſcriptum eſt Pſal. 139, 15. Cæterum muris generatio duntaxat e terra fit, & poſtea partim terrea partim carnoſa conflatur; & hæc res nota eſt & a plurimis mihi narrata qui ipſam rem conſpexerunt, etſi multa id genus animalia reperiantur hoc modo ſe habentia, quæ tamen non cognoſcuntur hoc in caſu.

ז האבר והבשר המדולדלין בבהמה מטמאין טומאת אוכלין במקומן וצריכין הכשר נשחטה בהמה הוכשרו בדמיה דברי רבי מאיר רבי שמעון אומר לא הוכשרו מתה הבהמה הבשר צריך הכשר האבר מטמא משום אבר מן החי ואינו מטמא משום אבר נבלה דברי רבי מאיר ורבי שמעון מטהר :

7. Membrum & caro a pecore pendula, polluunt immunditie cibi in loco ſuo, & diſpoſitionem requirunt. Si pecus mactatum ſit, diſponuntur ſanguine illius, ſunt verba R. Meyri. R. Simeon dicit, non diſponuntur. Si mortuum ſit pecus, caro diſponi debet, membrumque polluit ut membrum viventis, & non ut membrum cadaveris, ita R. Meyr. R. Simeon purum pronunciat.

R. OB. DE BARTENORA.

האבר והבשר המדולדלים בבהמה *Membrum & caro a pecore pendula*, ſi membrum aliquod evulſum ſit, quod e carne, nervis, & oſſibus conſtat, vel ſi caro evulſa duntaxat ei ſit, & adhuc dependeat a pecore. Verum inter membrum animalis vivi & carnem illius hoc intereſt; nam membrum polluit hominem & veſtimenta, ſicut cadaver; caro vero quæ non eſt membrum, pura eſt omnino, ſicuti colligimus ex eo quod ſcriptum eſt Levit. 11, 39. *Et quando e pecore mortuum fuerit*, nempe ſi pars aliqua mortua ſit, ſive membrum; & in fine verſus additur, *ſi quis cadaver illius tetigerit, immundus eſt.* Porro ex eo quod Lex dixit, *ſi mortuum fuerit*, colligitur quod mortuo ſimile ſit, quia non generat; hinc excipitur caro, nam ſi caro pecori evulſa ſit, aliam denuo carnem generat in locum ipſius.

מטמאין טומאת אוכלים *Polluunt immunditie cibi*, ſi in animo habuerit ea gentili comedenda proponere ut immunditiem contrahant, & alia polluant, nam non habent immunditiem ſuam niſi donec omnino avulſa ſint, verum reptilis immunditiem recipiunt, & ope illius alia denuo polluuntur.

וצריכין הכשר *Et requirunt diſpoſitionem*, ad immunditiem admittendam, nam ſi ad aquam accedant poſtquam pendula facta ſint, ſemper immunditiem contrahere poſſunt. *Si pecus mactatum ſit*, tum pura ſunt quo minus polluant ut cadaver; & quamvis eſu prohibita ſint, eo quod ſcriptum eſt, *carnem in agro diſcerptam non comedes*, tamen ope mactationis liberantur a poteſtate cadaveris. *Diſponuntur*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מדולדלים *Pendula*, quaſi ad beſtiam non pertinerent; & nullo modo ei adhærere, vel ſanari poſſint ſi abſcindantur. Jam aliquoties diximus quod cibi non polluuntur niſi poſtquam ad immunditiem recipiendam diſpoſiti fuerint. Sic etiam capite ſecundo hujuſce tractatus diximus, quod ſi pecus mactatum fuerit, & ſanguis prodierit, caro cum ſanguine iſto ad immunditiem diſponitur. In codice de Teſtificationibus dictum eſt, quod membrum animalis vivi immundum ſit, & quod caro quæ a vivo ſeparata eſt, non polluit; quæ vero e cadavere ſeparata eſt, ea polluit in quantitate olivæ; & hæc eſt differentia inter vivi & cadaveris membrum; idcirco id quod a cadaveris membro ſeparatum eſt, id polluit. Porro dicit auctor, quod ſi beſtia obierit, & ea reliquerit carnem pendulam, quæ ei applicari nequit, requirat diſpoſitionem, & tum pollui poteſt immunditie cibi, quandoquidem caro viventis eſt, quæ non polluit ut cadaver.

רבי שמעון מטהר *R. Simeon pronunciat purum*, de hac ſcil. carne pendula poſtquam obierit beſtia, de qua R. Meyr dicit quod ſi ad immunditiem diſpoſita ſit, polluitur, dicit R. Simeon quod non polluit ullo modo, quia dictum eſt Levit. 11, 34. מכל האכל אשר יאכל illud ergo cibi genus quod aliis proponi poteſt comedendum, excipit hoc, quia pendula eſt caro a pecore; deciſio in omnibus eſt ſecundum R. Meyr.

cum

cum ſanguine ipſorum, ad immunditiem recipiendam abſque alia diſpoſitione, ſicuti eſt jus pecoris mactati, e quo ſanguis prodiit, cujus caro cum iſto ſanguine ad immunditiem recipiendam diſpoſita eſt. *Si pecus obierit*, caro pendula diſponi debet ad immunditiem recipiendam e reptili, ſed jam diſpoſita eſt quum pendula facta eſt, quia immundities cadaveris in ipſa non continetur, quia morte cenſetur quaſi membrum iſtud cecidiſſet, vel caro iſta pendula, & quaſi cadaver non factum fuiſſet ope mortis; ſed cenſetur perinde ac ſi animali viventi jam ſeparatum fuiſſet, caro autem vivo animali detracta, eſt munda. *Membrum immundum eſt ob membrum vivum*, quia mors facit ipſum ut id quod cecidit, & non fit cadaver ope mortis, idcirco non polluit ut cadaver. Differentia inter membrum vivum & cadaveris membrum eſt hæc, caro e membro vivo ſeparata non polluit, nam ne quidem caro a vivo animali diſcreta, polluit, quanto magis caro quæ diſcreta eſt a membro animalis vivi. Cæterum caro quæ a cadaveris membro diſcreta eſt, polluit, ut caro quæ a cadavere ipſo diſcreta eſt. *R. Simeon declarat mundum*, R. Simeonis ſententiæ aſſentiri non poſſumus in fine Miſnæ, nam alterutrum debet valere, ſi mors effecerit ipſum deciduum, polluat ut membrum animalis vivi, ſin mors id non effecerit, polluit ut membrum cadaveris. Idcirco R. Simeonis verba ad principium Miſnæ referenda ſunt, nempe, membrum & caro pendula polluunt immunditie cibi; rationem adfert R. Simeon ex eo quod ſcriptum eſt Levit. 11, 34. *Ex omni cibo qui comeditur*, ergo cibus iſte qui gentili proponi poteſt, comedendus cum licentia, vocatur cibus, & polluit immunditie cibi, & excipitur membrum & caro pendula, quæ gentili prohibita ſunt ob membrum & carnem vivi animalis, quæ non vocantur מאכל *cibus*, & non polluunt cibi immunditie; deciſio eſt ſecundum R. Meyr in duabus cauſis.

ח האבר והבשר המדולדלין באדם טהורין מת האדם הבשר טהור האבר מטמא משום אבר מן החי וא'נו מטמא משום אבר מן המת דברי רבי מאיר ורבי שמעון מטהר :

8. Membrum & caro ab homine pendula, ſunt munda; ſi obierit homo, caro eſt munda. Membrum polluit ut membrum vivi, & non ut membrum mortui, ita R. Meyr. R. Simeon purum declarat.

R. OB. DE BARTENORA.

המדולדלים באדם טהורים *Pendula in homine ſunt munda*, quia conſcriptum eſt in Lege, *Homo ſi mortuus fuerit.* מת האדם הבשר טהור *ſi homo mortuus fuerit, caro munda eſt*, nam mors efficit ut pendula fiat decidua, & caro ab homine vivo ſeparata, ſit munda. האבר מטמא משום אבר מן החי *membrum polluit propter membrum vivi*, membri ab homine vivo ſeparati jus hoc eſt, quod id polluat quamdiu membrum eſt integrum, tactu, onere, & in tentorio. Verum ſi caro in olivæ quantitate ab illo ſeparata ſit, vel os in quantitate grani hordeacei, pura ſunt. Si membrum aliquod à mortuo ſeparatum ſit & poſtea de membro iſto olivæ quantitas e carne ſit ſeparata, vel os in quantitate olivæ; immunda ſunt. *R. Simeon declarat purum*, ſcil. tam mortui membrum quam vivi, putat enim quod ſicuti caro a membro animalis vivi ſeparata, vel os in grani hordei quantitate ab illo ſeparatum, pura ſunt, ita quoque ſe rem habere cum membro mortui; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus capite ſexto tractatus de Teſtificationibus quod animalis vivi membrum in quantitate olivæ e carne ab illo ſeparata, vel os in quantitate grani hordeacei ab illo ſeparati, mundum ſit, ſed totum polluit. Et quod cadaveris membrum, in quantitate olivæ e carne ab illo ſeparatum, vel os in quantitate grani hordeacei ſeparatum, immundum ſit. R. Simeon dicit, quod caro a membro mortui ſeparata, ſit munda, & ſic etiam os in quantitate grani hordeacei ſeparatum; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

פרק י הזרוע והלחים והקבה נוהגין בארץ ובחוצה לארץ בפני הבית ושלא בפני הבית בחולין אבל לא במוקדשין שהיה בדין ומה אם החולין שאינן חייבין בחזה ושוק חייבין במתנות קדשים שחייבין בחזה ושוק אינו דין שחייבין במתנות תלמוד לומר ואתן אותם לאהרן הכהן ולבניו לחק עולם אין לו אלא מה שאמור בענין :

Caput 10. Brachium, genæ, & ventriculus in terra (Iſraëlis) & extra eam obtinent, tam ſtante Templo quam non ſtante, in profanis, ſed non in conſecratis; nam ſi æquum ſit, ut profana quæ ad pectus & crus non obligantur, tam obligata ſint ad dona, nonne etiam æquum eſt ut conſecrata quæ ad pectus & crus tenentur, obligata ſint ad dona? idcirco Lex dicit Levit. 7, 34. *Dedi illa Aharoni ſacerdoti & filiis ipſius in ſtatutum perpetuum*, hinc nihil habemus præterquam id quod in hoc caſu dictum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

הזרוע והלחיים *Brachium & genæ*, quia auctor de profanis dicere vult, & non de conſecratis, idcirco alia omnia addidit. *Et dedi illa*, de pectore & crure ſcripta eſt vox *illa*, hinc excipiuntur alia præter pectus & crus, quæ non cedunt illis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Rei probatio petita eſt ex eo quod Lex Levit. 7, 34. dicit, *illa*, hinc excipiuntur alia quæ per conſequentias colligi poſſunt, ſcilicet pectus & crus.

ב כל הקדשים שקדם מום קבוע להקדשן ונפדו חייבין בבכורה ובמתנות ויוצאין לחולין להגזז ולהעבד וולדן והלבן מותר לאחר פדיונן והשוחטן בחוץ פטור ואין עושין תמורה ואם מתו יפדו חוץ מן הבכור ומן המעשר כל שקדם הקדשן את מומן או מום עובר להקדישן ולאחר מכאן נולד להם מום קבוע

2. Omnia ſancta quæ ante conſecrationem ipſorum habuerint vitium firmum, & poſtea redempta fuerint, ad primogenituram obligantur, & ad dona, profaniſque ſimilia fiunt in tonſura, miniſterio, & nati eorum atque adipes liciti ſunt poſt redemptionem. Si quis ea foris mactaverit, liber eſt; ſed non commutantur; ſi mortua fuerint, rediguntur, primogenito, & decimis exceptis. Omnia quæ conſecrata ſunt antequam vitium contraxerint, vel vitium tranſitorium ante conſecrationem co-

קבוע ונפדו פטורין מן הבכורה ומן המתנות ואינן יוצאין לחולין להגזז ולהעבד וולדן וחלבן אסור לאחר פריונן והשוחטן בחוץ חייב ועושין תמורה ואם מתו יקברו :

eorum, & poſtea acceſſerit vitium ſtabile, atque illa redempta fuerint, libera ſunt a primogenitura, & donis, ſed profanis non aſſimilantur in tonſura, nec cultu, & nati eorum atque adeps prohibiti ſunt poſt redemptionem; qui vero ea foris mactaverit, tenetur, & commutari poſſunt, & ſepeliri ſi obierint.

R. OB. DE BARTENORA.

כל הקדשים שקדם מום קבוע להקדשן *Omnia ſancta quæ ante conſecrationem maculam ſtabilem contraxerint*, ſimilia ſunt ei qui ligna & lapides conſecrat ſecundum pretium eorum, ſed in illis non continetur ſanctitas corporea. *Et ſi redempta fuerint, ad primogenituram obligantur*, ſi pepererint poſtquam redempta fuerint, ſed non antequam redempta fuerint, quia ſanctitas pretii propellit primogenituram, quia una ſanctitas non cadit in aliam. *Nati eorum & adeps liciti ſunt poſt redemptionem*, ſi vero perfecta animalia conſecraverit, atque ea poſtea vitium contraxerint, & redempta fuerint, nati eorum ſunt prohibiti, ſicuti dixit antea. Verum tam principium in quo dicit, licitum eſſe, quam finis in quo dicit prohibitum eſſe, intelligi debet quod conceptio facta ſit ante redemptionem, ſed nativitas poſt eam. Præterea adipem illius quod perfecte ſanctificatum eſt, & poſtea redemptum, prohibitum colligimus ex eo quod ſcriptum eſt de legitimis ſanctis quæ redempta ſunt, nempe, *mactabis & comedes ſanguinem*, *mactabis* ergo, ſed non tondebis, *comedes*, ſed non projicies canibus, *carnem*, & non adipem. *Neque commutantur*, licet ante redemptionem; bonum etiam ab initio commutari poteſt, licet depravatum fuerit poſteaquam ſanctificatum fuerit; ſed malum ab initio commutari nequit. *Si obierint, redimuntur*, etſi ad nullam rem apta ſint præterquam ut canibus projiciantur. Sed nobis hypotheſis eſt quod ſancta non redimantur ut canibus projiciantur, cum illa pro mero ligno habenda ſint, & in ipſa non cadat ſanctitas corporea. *Primogenito & opere excepto*, etſi enim vitium præcedat conſecrationem, tamen omnimoda in iſta cecidit ſanctitas pro omnibus ipſorum negotiis, niſi quod offerri non poſſint, quia Lex primogenitum cum matrice conjunxit, & in ea conſecratum cenſetur ſive perfectum ſive imperfectum ſive vitioſum ſit, perfectum offertur, & vitioſum comeditur a ſacerdote etſi vitium habeat. De pecorum decimatione dicit Lex Levit. 27, 34. *Decima erit ſancta, non diſcernet inter bonum & malum*, per *bonum* intelligitur perfectum, per *malum* vero vitio affectum. *Vel vitium tranſitorium ante conſecrationem*, quia tranſitorium & inſtabile vitium cenſetur perinde ac ſi non eſſet. *Liberi ſunt a primogenitura, ſicut caprea, & ſicut aries*, ſicuti igitur caprea & aries liberi ſunt a primogenitura, quia ſcriptum eſt Deut. 15, 19. *Omne primogenitum quod in jumento & grege tuo natum fuerit*. Propterea ſancta quæ illegitima facta fuerint & redempta, etſi pepererint poſt redemptionem, tamen a primogenitura prohibita ſunt. *Et dona*, brachium ſcil. genæ, & ventriculus. *Nati & adeps ipſorum prohibiti ſunt*, ſi concepti ſint ante redemptionem, & nati poſt eam, uti ſuperius expoſitum eſt. Nam ſi poſt redemptionem nati fuerint, aſſimilantur natis caprearum & arietum; ſin ante redemptionem, etſi ante conſecrationem vitium contraxerint, tamen nati ſunt prohibiti. *Et qui foris mactaverit, is tenetur*, etſi non apta ſint ut mactentur in tentorio conventus, quia vitioſa ſunt; Miſna autem dicit quod ob id quod aptum eſt ad portam tentorii conventus, tenentur de mactatione foris peracta, & quod ob id quod non aptum eſt intus, non tenentur foris. Explicemus ergo Miſnam quod ea intelligi debeat de oculi feſtucis, & hoc eſt ſecundum ſententiam R. Akibæ, dicentis, ſi aſcenderint in ſacrificia, non deſcendent, idcirco quandoquidem intus non deſcendunt, eorum gratia tenentur foris, ſi ante mactationem redempta fuerint. *Et commutantur*, ante redemptionem, ſicuti ſcriptum eſt, *bonum pro malo, aut malum pro bono*. *Et ſi mortua fuerint*, ex ſe ipſis, tum ſepeliri poſſunt, quia ſancta non redimuntur ut canibus projiciantur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Tota hæc Miſna ſatis clara eſt, & unumquodque horum rituum fundamentum expoſitum eſt capite ſecundo Tractatus de Primogenitis.

ג בכור שנתערב במאה בזמן שמאה שוחטין את כלן פוטרין את כלן אחד שוחט את כלן פוטרין לו אחד השוחט לכהן ולעכ״ום פטור מן המתנות והמשתתף עמהן צריך שירשום ואם אמר חוץ מן המתנות פטור מן המתנות אמר מכור לי בני מעיה של פרה והיו בהן מתנות נותנן לכהן ואינו מנכה לו מן הדמים לקח הימנו במשקל נותנן לכהן ומנכה לו מן הדמים :

3. Si primogenitum cum centum miſceatur, quando homines centum omnia mactaverint, liberant ea omnia. Si unus iſta omnia mactaverit, liberant unum. Si quis pro ſacerdote mactaverit, & pro gentili, liber eſt a donis. Si quis cum iis ſocietatem inierit, requiritur ut conſignet. Et ſi dixerit, *præter dona*, liber eſt a donis; ſi dixerit ei, *vende mihi viſcera vaccæ*, & dona in iis fuerint, dabit ea ſacerdoti, ſed nummos non detrahet. Si pondere illa emerit ab ipſo, dabit ea ſacerdoti, & de nummis detrahet.

R. OB. DE BARTENORA.

בכור שנתערב במאה *Primogenitum ſi cum centum fuerit mixtum*, de primogenito quod jam ad ſacerdotis manum pervenit, hæc Miſna tractat, apud quem hoc vitium contraxit, cujus gratia ſacerdos id Iſraëlitæ vendidit. Nam ſi ineſſet primogenito dum erat in poteſtate Iſraëlitæ antequam ſacerdoti traderetur, quare omnes liberarent ab omnibus donis ſacerdotalibus? dicit ei ſacerdos, ſi primogenitum eſt, totum ad me pertinet, ſi primogenitum eſt, da mihi omnia mea dona. Si vero jam ad ſacerdotis manus pervenerit, & is id vendiderit Iſraëlitæ ob vitium illius, idque mixtum fuerit cum centum, omnia iſta liberantur ab obligatione donorum ſacerdotalium, quia unuſquiſque excuſare ſe poteſt, & dicere ſacerdoti, meum eſt primogenitum quod ſacerdoti vendidi, & hoc modo liberari poteſt a donis, quia de primogenitis non dantur dona, quia una ſanctitas non cadit in alteram. *Liberantur ab uno*, quia abſque dubio alterutrum

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sermo eſt de primogenito quod ad manum ſacerdotis pervenit, quia primogenita ad ſacerdotem pertinent, uti in prologo in hunc librum expoſuimus, cui vitium obtigit in poteſtate ſacerdotis, & poſtea Iſraëlitæ venditum, tale primogenitum ad dona nullo modo tenetur. Et ſi id deinceps cum aliis mixtum fuerit in poteſtate Iſraëlitæ, tum jus illius ita eſt ſicuti diximus. *Liber eſt a donis*, nempe lanius, quia nobis hypotheſis eſt jus agere de lanio ſive eo qui mactat, qui ad dona ſeparanda tenetur. Et quamvis is ſit ſacerdos, tamen id e poteſtate illius educunt, & alii cuipiam tradunt. צריך שירשום *neceſſe eſt ut conſignet*, ipſius partem conſignet, & dona ſuo relinquat loco. Si conditionem inierit in principio ſocietatis de donis, non requiritur ut conſignet.

rutrum eſt primogenitum, de quo dici poteſt, hoc ipſum eſt. *Neceſſe eſt ut conſignet*, uti primogenito iſti ſignum aliquod imprimat, ut omnes intelligant quod ſacerdos vel gentilis de iſto participant. *Si dixerit ei*, ſi ſacerdos dixerit Iſraëlitæ, hanc tibi vaccam vendo præter dona ipſius, tum liber eſt Iſraëlita ab omnibus donis. *Si in ipſo comprehendantur dona*, ventriculum qui unum eſt e donis, emtor iſte tradet ſacerdoti. *Sed nihil detrahet nummis*, nam emtor ſciebat quod dona in illo comprehendebantur, idcirco ventriculus ei non venditus eſt. *Si pondere ab ipſo emerit*, pro tot libris, & is illi expenderit ventriculum, emtor eum dabit ſacerdoti, quia furtum eſt in poteſtate illius, quod reſtitui debet, & lanio detrahet de nummis, quia alienam rem vendidit. Si mactans tranſgreſſus fuerit & non tradiderit dona pecoris, caro tamen non eſt eſu prohibita, ſed lanium excommunicat. Imo etiam ſacerdos qui a donis liber eſt ſi fuerit lanius qui mactat, & publice vendit, duas vel tres ipſum expectant ſeptimanas, abhinc & deinceps ab ipſo educunt dona, eaque aliis dant ſacerdotibus. Et ſi lanius determinaverit locum mactationis, non exſpectant ipſum, ſed ſtatim dona educunt ab ipſo; & ſi is dare noluerit, ſeparant illud.

ד גר שנתגייר והיתה לו פרה נשחטה עד שלא נתגייר פטור משנתגייר חייב ספק פטור שהמוציא מחבירו עליו הראיה איזהו הזרוע מן הפרק של ארכובה עד כף של יד והוא של נזיר וכנגדו ברגל שוק רבי יהודה אומר שוק מן הפרק של ארכובה עד סובך של רגל איזהו לחי מן הפרק של לחי עד פיקה של גרגרת :

4. Peregrinus ſi proſelytus factus fuerit, vaccamque habuerit, & mactaverit antequam proſelytus factus fuerit, liber eſt; ſed poſtquam proſelytus factus fuerit, tenetur; ſi dubium ſit, liber eſt, quisquis enim e proximo quicquam educere voluerit, ei incumbit probatio. Quodnam eſt brachium? a junctura genu uſque ad manus volam; & ſic ſe res habet in Nazyræo; & prope ipſum in pede eſt crus. R. Jehuda dicit, crus incipit a junctura genu uſque ad talum pedis. Quænam eſt gena? a junctura genu uſque ad gurgulionem.

R. OB. DE BARTENORA.

מן הפרק של ארכובה *E junctura genu*, quod cum capite venditur. עד כף של יד *uſque ad volam manus*, os latum humeri, ſunt enim duo oſſa, os medium incipit a junctura genu quod cum capite venditur, uſque ad locum ſimilem qui in camelo cognoſcitur, & os ſuperius quod corpori adhæret. Armus dexter duntaxat ſacerdoti cedit, uti ſcriptum eſt in Lege. *Et dabit ſacerdoti armum*, ſcil. armum dextrum.

והוא של נזיר *Et ille qui ad Nazyræum pertinet*, hic eſt ſenſus, ſic etiam ipſe armus coctus a Nazyræo hoc modo pecori detrahebatur. וכנגדו ברגל *& prope ipſum in pede*, crus in pacificis memoratum etiam duo continet oſſa a junctura genu uſque ad os femoris, ſive totum genu.

סובך של רגל *Talus pedis*, & junctura quæ inter caudam & os medium eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam. הפרק של לחי *junctura genæ*, juxta tempora, & inferius abſcindet uſque ad gurgulionem, nempe genas inferiores cum lingua.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Per זרוע *armum*, intellige armum dextrum; ſed jam tibi expoſui e termino manus, & ex eo quod ſuperius expoſuimus de genu, quod nimirum duas juncturas capiebat ſacerdos, una inter homines nota eſt, quæ eſt pes qui cum capite venditur parvi pecoris, altera eſt junctura ſuperior, quæ a plebe vocatur armus, & cum carne venditur. Porro ſcias quod lingua cum duabus genis ſit munus ſacerdotale. In Gemara autem dicitur, dixit Rabba puero ſuo, acquire pro me dona, quia linguam comedere volebat cum ſinapi. Inſuper ſciendum tibi eſt, quod unicuique licet iſta dona tradere cuicunque voluerit ſacerdoti, etſi nondum ad manus pervenerit, quia in ipſis non continetur ſanctitas; imo etiam fœminæ ſacerdotali tradi poſſunt, & maritus comedere poteſt ob uxorem ſuam ſacerdotalem. Sed Levita non obligatur ad dona ſacerdotalia; ſi vero in civitate non ſit ſacerdos, partes iſtæ emi poſſunt a lanione, & pretium traditur ſacerdoti. Miſcellæ etiam ad dona obligantur. Si lanius ſacerdoti dona ſua non exhibuerit, caro tamen eſui non eſt interdicta, ſed ſeparanda, quemadmodum ſcriptum eſt in Gemara. Neque dona a ſacerdote emere licet, ne manus ſuas ad furtum extendat; ſi vero illa emerit, non interdicta ſunt eſui; nam hypotheſis nobis eſt quod ſacerdotalia dona furto ablata nequeunt a ſacerdote exigi, ſed a lanio, neque ab eo qui iſta comedit. Cæterum meo ſenſu, hoc intelligendum eſt in caſu juris quo nummos accipiet. Sed verorum donorum cibus in ſeipſo omnino furtum eſt, & non liquet ex auctore quod cibum iſtum ullo modo unicuique licitum reddere velit de induſtria. Scias id quod dixerunt doctores, dona ſacerdotalia aſſata duntaxat comeduntur, & cum ſinapi, ut magni æſtimentur, & more regio comedantur. *Dabit ſacerdoti*, non ut ſacerdos ſponte capiat dona, quia omnis contemptus hac in parte vitandus, neque convenit nobis eum cogere. Porro dixerunt, armus uni, & ventriculus uni, & genæ duobus. Si igitur bovis dona ſint, dividant ea, nulla dona ſacerdotalia uni homini dare licet; & hoc aliquoties prohibitum eſt. סובך של רגל *talus pedis*, puta nervorum ramos; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

פרק יא ראשית הגז נוהג בארץ ובחוצה לארץ בפני הבית ושלא בפני הבית בחולין אבל לא במוקדשין חומר בזרוע ובלחיים ובקיבה מראשית הגז שהזרוע והלחיים והקיבה נוהגים בבקר ובצאן במרובה ובמועט וראשית הגז אינו נוהג אלא ברחלות ואינו נוהג אלא במרובה :

Caput 11. Primitiæ velleris obtinent in terra (Iſraëlis,) & extra eam, ſtante Templo & non ſtante, in profanis, ſed non in ſanctis. In armo, in genis, & in ventriculo conditio obtinet gravior quam in primitiis velleris, nam armus, genæ, & ventriculus in jumento, & in grege obtinet, tam in multis quam in paucis. Sed velleris primitiæ non obtinent niſi in grege, & in multis.

R. OB. DE BARTENORA.

ראשית הגז *Primitiæ velleris*, quiſquis oves ſuas totonderit, licet centies totonderit, de tonſura dabit dona ſacerdoti. *Obtinet in terra Iſraëlis & extra eam*, & hodie obtinet uti R. Ilai exiſtimat, quod in terra Iſraëlis duntaxat locum habet, quod colligit ex oblatione prima, nempe, quemadmodum oblatio prima tantum in terra Iſraëlis obtinet, ita quoque

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Deciſio juris eſt quod primitiæ velleris in terra Iſraëlis duntaxat obtinent. *Sed non in ſanctis*, non vult dicere de altaris ſanctitatibus, eo quod hoc ſatis clarum eſt, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 15, 19. Verum ſermo eſt de ſanctis in Templi reparationem, quia hic dicit, *vellera gregis tui*, non de iis quæ ſancta ſunt. Sed hic ritus in grege duntaxat obtinet, ſicuti

quoque velleris primitiæ. Magiſtri vero mei docuerunt quod donorum obligatio in terra Iſraëlis duntaxat obtinet, quia velleris & donorum principium unum idemque eſt; ſed plurimi Sapientes illis conceſſerunt. *In conſecratis*, etiam iis quæ in reparationem Templi conſecrata ſunt, quia Lex dicit, *vellus gregis tui*, & non ſancta. *Obtinent in jumento & grege*, ſicuti Lex dicit, *ſi bos*, *ſi agnus*. *In paucis*, etſi unica modo pecus mactetur. *Sed in grege*, Lex dicit, *vellus gregis tui*, & a Jobo dicitur, *de vellere agnorum meorum*, ſicuti ergo in hoc agnorum fit mentio, ita quoque in iſto. ſicuti Lex dicit, *vellera gregis tui*, in Jobo hoc dicitur cap. 31, 20. ומגז כבשי יתחמם Alia autem lana præter agnorum lanam inepta erat ad veſtimenta, quia dura eſt, marium vero & fœminarum lana lævis eſt, & ad veſtitum apta. Et hoc colligimus e probabilibus quibuſdam, quemadmodum tibi conſtat e prologo hujuſce libri.

ב וכמה הוא מרובה בית שמאי אומרים שתי רחלות שנאמר יחיה איש עגלת בקר ושתי צאן ובית הלל אומרים חמש שנאמר חמש צאן עשוית רבי דוסא בן הרכינס אומר חמש רחלות גוזזות מנה מנה (ס"א) ופרס חייבות בראשית הגז וחכמים אומרים חמש רחלות גוזזות כל שהן וכמה נותנים לו משקל חמש סלעים ביהודה שהן עשר סלעים בגליל מלובן ולא צואי כדי לעשות ממנו בגד קטן שנאמר תתן לו שיהא בו כדי מתנה לא הספיק ליתנו לו עד שצבעו פטור לבנו ולא צבעו חייב הלוקח גז צאנו של עכ"ום פטור מראשית הגז הלוקח גז צאנו של חבירו אם שייר המוכר (ס"א) המוכר חייב לא שייר הלוקח חייב היו לו שני מינים שחופות ולבנות מכר לו שחופות אבל לא לבנות זכרים אבל לא נקבות זה נותן לעצמו וזה נותן לעצמו :

2. Sed quantum eſt illud *multum*? Schola Schamai dicit, duarum ovium, ſicuti ſcriptum Jeſ. 7, 21. *Et aſſervarit buculam jumenti & duas oves.* Schola Hillelis dicit, quinque, uti ſcriptum eſt 1 Sam. 23, 18. *Quinque oves tonſæ.* R. Doſa Harchinæ filius dicit, quinque oves unius Minæ & dimidii tonſæ tenentur ad primitias velleris. Sapientes dicunt, quinque oves tonſæ quantulæcunque fuerint. Sed quantum ei dabit? quinque ſiclorum pondus in Judæa, qui decem in Galilæa ſunt, albi, & non inquinati, ad conficiendum inde exiguam veſtem, uti ſcriptum eſt, *dabis ei*, ſit ergo doni quantitas in ipſo. Si vero non prius ei dederit qnam eam tinxerit, liber eſt. Si dealbaverit eam, at non tinxerit, tenetur. Si quis emerit vellus ovis a gentili, liber eſt a primitiis velleris. Si vero a proximo ſuo emerit vellus ovis, iſque reliquerit quid, venditor tenetur; ſin minus, emtor tenetur. Si duæ fuerint ſpecies, tabida & alba, & tabidam vendiderit, non albam, mares & non fœminas, quiſque dabit pro ſe.

R. OB. DE BARTENORA.

ושתי צאן *Et duæ oves*, hinc conſtat quod duæ oves vocantur צאן *grex*. חמש צאן עשוית *quinque oves paratæ*, nam cogunt poſſeſſorem & ei dicunt, ſurge & præceptum peragito novum ad quod non obligatus eras dum minus habebas, & hæ primitiæ ſunt velleris abſolutæ; de quibus conſcripta eſt vox צאן, quæ pluralem denotat numerum. Nam de primogenitura conſcriptum eſt, Num. 18, 15. בכור שור hinc apparet quod illius jus obtineat, etſi unicus ſit; & ita de donis dicitur in numero ſingulari, Deut. 18, 3. *Si bos*, *ſi agnus*.

Minæ cum dimidio, ſi unaquæque avis valeat Minam & dimidium, ſin minus, non obtinent primitiæ velleris, quia minima hæc eſt tonſura. *Quantulæcunque fuerint*, non ſtricte intelligendum eſt, ſi enim lana non valeat ſexaginta Selas, non eſt obligatio primitiarum velleris. Sed quia R. Doſa magnam dedit quantitatem, idcirco doctor minimam quantitatem Sapientum vocavit *quantulamcunque*. Selæ vero pondus eſt viginti quatuor Mearum, & Mea ſedecim continet grana hordeacea. *Quantum ei dabit*? ſi quis voluerit primitias velleris diſtribuere, non minus dabit quam quinque Selarum pondus de lana dealbata unicuique ſacerdoti. Sed ipſe Iſraëlita non tenetur eam dealbare, verum tantum ei dabit de lana inquinata abſque dealbatione, ita ut poſt dealbationem ſacerdotis in ipſa remaneat pondus quinque Selarum de lana dealbata, ut veſtis parva, & ad cultum apta confici poſſit, nimirum cingulum pro tunica; lex enim hæc ita conjunxit ſtatim poſt primitias velleris, Deut. 18, 5. Hinc nobis conſtat Legem dixiſſe; ſacerdoti dandas eſſe primitias velleris gregis in iſta quantitate e qua veſtis ad cultum ſacerdotalem confici poſſit; minima vero veſtis quæ ad cultum apta eſt, cingulum eſt, quod fit e quinque Selarum lana dealbata. Primitiis vero velleris e Lege non eſt præſcripta quantitas; Sapientes autem inſtituerunt non minus quam ſexageſimam partem dandam eſſe. Porro obligatio ad primitias demum obtinet quum oves quinque tonſæ fuerint, quarum unaquæque duodecim Selarum vellus habuerit, ſin minus, etſi omnes quinque plus quam ſexaginta Selarum velleris comprehenderint, liber eſt ab obligatione primitiarum. *Donec tinxerit eam*, ſi poſſeſſor lanam tinxerit antequam eam ſacerdoti tradiderit; *liber eſt*, ut ne tradat, quia ope illius mutationis eam acquiſivit, perinde ac ſi dona ſacerdotalia damnaſſet, vel ea comediſſet, tum liber eſt. *Si non tinxerit eam*, hæc non eſt mutatio, nam res manet in ſtatu ſuo. *Si quis vellus gregis a gentili emerit*, dum id adhuc ovi adhæret, tum liber eſt a primitiis, quia Lex dicit, *vellus tui gregis*, at hæ oves ad Iſraëlitam non pertinent, ita ut ipſius dici nequeant. *Si intermiſerit*, *venditor tenetur*, quia emtor ei dicet, donum ſacerdotis in poteſtate tua remanſit, ſin minus, emtor tenetur, quia venditor dicat, ego tibi non vendidi dona ſacerdotis. שחופות eſt color qui nec albus eſt, nec niger, ſed tabidus. *Quiſque dabit pro ſe*, emptor dabit ſeorſim pro eo quod emit, & venditor dabit ſeorſim, quia in poteſtate ſua reliquit eam, quia vellus album præſtat tabido, & maſculorum dura eſt, fœminarum lævis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כל שהן *Quantulæcunque*, quamcunque habuerint quantitatem, quæ eſt ſexaginta סלעים pondus; ſed nos jam expoſuimus in principio tractatus de Sponſalibus, quod סלע *Sela* viginti quatuor drachmas valet, cujuſmodi drachmæ ſedecim valent grana hordeacea; deciſio eſt ſecundum Sapientes, uti jam expoſuimus.

מלובן ולא צואי *Alba (lana) & non inquinata*, ſenſus eſt, quod ſacerdoti danda ſit iſta lanæ quantitas quæ in ipſa eſt poſtquam lota fuerit, & dealbata, nempe quinque Selarum, non minus. Sed in hoc Miſna de magna primitiarum velleris copia duntaxat loquitur, quod de iſta copia non minus dari debet cuilibet ſacerdoti. Sed hoc eſt quod jam dictum eſt in fine tractatus de Angulo Agri, *non minus dant pauperi in area &c.* videſis illic. Cæterum primitiarum velleris quantitas eſt centeſima illius pars. Diximus etiam quod minima quantitas quæ ad primitias velleris tenetur, ſit ſexaginta Selarum pondus, dummodo e quinque ovibus venerit, & unaquæque ex iſtis quinque non minus quam duodecim Selas protulerit; hinc conſtat quod primitiæ velleris non minores eſſe debent quam pondus Selæ.

פרק יב שלוח הקן נוהג בארץ ובחוצה לארץ בפני הבית ושלא בפני הבית בחולין אבל לא במוקדשין חומר בכסוי הדם משלוח הקן שכסוי הדם נוהג בחיה ובעוף במזומן ובשאין מזומן ושלוח הקן אינו נוהג אלא בעוף ואינו נוהג אלא בשאינו מזומן איזהו שאינו מזומן כגון אווזין ותרנגולים שקננו בפרדס אבל אם קננו בבית וכן יוני הרדסיאות פטור משלוח :

Caput 12. Emiſſio nidi in terra (Iſraëlis) obtinet & extra eam, tam ſtante Templo quam non ſtante, in profanis, at non in ſanctis. In ſanguine contegendo gravior eſt conditio quam in nido emittendo, nam ſanguinis contectio obtinet in animali, & in ave, in parato, & in eo quod non paratum eſt, ſed nidi emiſſio in ave duntaxat obtinet, ſed non in eo quod non paratum eſt. Quidnam eſt id non paratum? anſeres & gallinæ qui in horto nidum ſtruxerint; at ſi domi nidum fecerint, ita etiam domeſticæ columbæ, liber eſt ab emiſſione.

R. OB. DE BARTENORA.

אבל לא במוקדשין *Sed non in ſanctis*, de conſecratis invenimus quod ſi illa fuiſſent profana, ad dimiſſionem nidi obligata forent, nempe, ſi quis habuerit avem, eamque conſecraverit in Templi impenſas dum ea adhuc erat in poteſtate ipſius, ea vero aufugerit poſtea, ſed recepta in nido ſuo, & a poſſeſſore agnita. Vel, ſi columbarii ſui columbas conſecraverit altari in holocauſtum votivum, illæ vero avolaverint, & in alio loco nidum fecerint, tum in principio dum eas conſecrabat, ad ipſum pertinent, etſi in ipſas inciderit ſanctitas, jam non amplius ſunt paratum quid, & ſi profanæ fuiſſent, ad dimiſſionem obligatæ eſſent. *Niſi in eo quod paratum eſt*, ſicuti ſcriptum eſt Deut. 22, 6. כי יקרא hinc id quod paratum eſt, excipitur. *Quum nidum fecerint in horto*, quum e domo avolaverint, & non redierint; *hortus* autem non eſt paratus, quia ex ipſo avolare poſſunt. יוני הרדסיאות *columbæ Herodianæ*, ſunt columbæ quæ inter homines educari ſolent, & quia Rex Herodes iſtiuſmodi columbas prius educavit; idcirco a nomine ipſius ita cognominantur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc fieri poſſunt in conſecratis, ſicut tibi dicam, nempe, ſi quis avem conſecraverit in templi reparationem, & illa in poteſtate ipſius manſerit, ſed poſtea avolaverit, & cognita fuerit, deinde vero eam ovis incubantem invenerit, omnes ferendæ ſunt in poteſtatem præfecti ærarii, quia in conſecratis hæc non obtinent. Et hoc eſt quod in Gemara dicitur, & quod fieri poteſt hoc modo, ſed non alio, ſecundum iſtud fundamentum quod nemo conſecrare poteſt id quod ad ipſum non pertinet, uti in hoc capite expoſitum eſt. Columbæ הרדסיאות *Herodianæ* ſunt domeſticæ columbæ, & a Rege Herode primum educatæ.

ב עוף טמא פטור מלשלח עוף טמא רובץ על ביצי עוף טהור וטהור רובץ על ביצי עוף טמא פטור מלשלח קורא רבי אליעזר מחייב וחכמים פוטרין :

2. Avis immunda libera eſt a dimiſſione; ita etiam avis immunda ovis incubans avis mundæ, & munda ovis immundæ avis incubans, libera eſt a dimiſſione. Perdicem maſculum R. Eliezer obligat; Sapientes vero liberant.

R. OB. DE BARTENORA.

עוף טמא פטור מלשלח *Avis munda libera eſt a dimiſſione*, quia ſcriptum eſt קן צפור *nidus avis*; nam vox עוף tam de munda quam de immunda intelligi debet, ſed צפור de munda duntaxat. *Avis immunda quæ ovis mundæ avis incubat*, etſi pullorum ſpecies obligationem dimiſſionis contineat, tamen libera eſt, quia requiritur ut mater ovis incubans, ſit munda; ſed avis munda ovis incubans avis immundæ, libera eſt, quia Lex dicit, *& pullos ſumes tibi*, tibi ergo, & non pro canibus tuis. קורא Arabice dicitur פונר, & barbare *perdix*; mas autem tam ovis incubare ſolet quam fœmina, idcirco R. Eliezer marem dimittendum ſtatuit. Sed de aliis avibus concedit R. Eliezer quod mas liber ſit, quia Lex matris meminit, & non patris; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scriptum eſt Deut. 22, 6. כי יקרא קן צפור לפניך ſed vox צפור de avibus immundis duntaxat intelligi debet, quemadmodum dicit Lex Deut. 14, 11. כל צפור טהורה. Cæterum קורא *perdix* eſt avis nota; & de hac ſpecie maſculus incubare ſolet ovis, ſicuti fœmina. Propterea Sapientes de perdice maſculo contradixerunt ovis incubante; ſed de aliarum ſpecierum maſculo omnes concedunt, quod liber eſt a dimiſſione; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ג היתה מעופפת בזמן שכנפיה נוגעות בקן חייב לשלח אין כנפיה נוגעות בקן פטור מלשלח אין שם אלא אפרוח אחד או ביצה אחת חייב לשלח שנאמר קן קן מכל מקום היו שם אפרוחין מפריחין או ביצים מוזרות פטור מלשלח שנאמר והאם רובצת על האפרוחים או על הביצים מה אפרוחין בני קיימא אף ביצים בני קיימא יצאו מוזרות ומה הבצים צריכין לאמן אף האפרוחים צריכין לאמן יצאו מפריחין שלחה וחזרה שלחה וחזרה אפילו ארבע וחמשה פעמים חייב שנאמר שלח תשלח אמר הריני נוטל את האם ומשלח את הבנים חייב לשלח שנאמר

3. Si volaret quum alæ pertingerent ad nidum, dimittenda eſt, ſin minus, non tenetur eam dimittere. Si unicus tantum ſit pullus, vel unicum ovum, tenetur matrem dimittere, quia Lex dicit, *nidus*, quæ vox late ſumenda eſt. Si pulli eſſent volatiles, vel ova infecta, dimiſſio non obtinet, quia ſcriptum eſt Deut. 22, 6. *Et mater ſuper pullis, aut ſuper ovis*, ſicuti ergo pulli ſunt vivaces, ita etiam ova ſunt vivacia, & excipiuntur infecta. Sicuti igitur ova opus habent matre ſua, ita etiam per pullos matre indigentes, excluduntur volatiles. Si quis avem dimiſerit, & poſtea reduxerit, idque aliquoties, licet quater vel quinquies id fecerit, tenetur, ſicuti Lex dicit, *dimittendo dimittes*. Si quis dixerit, matrem ſumam, filioſque dimittam, tenetur dimittere, uti Lex dicit, *dimittendo dimittes matrem*, ſi pullos ſumpſerit eoſque in nidum reduxerit,

שלח תשלח את האם נטל הבנים והחזירן לקן ואחר כך חזרה האם עליהם פטור מלשלח :

xerit, & poſtea matrem iis reddiderit, liber eſt a dimiſſione.

R. OB. DE BARTENORA.

בזמן שכנפיה נוגעות בקן חייב *Quum alæ pertingunt ad nidum, tenetur*, quia Lex dicit רובצת *incubans*, & non volans; quia igitur dicit *incubans*, & non inſidens, inde colligitur quod ſi alæ pertigerint ad nidum, tenetur. *Dimittendo dimittes*, ergo omnino & ſemper dimittenda eſt. *Si ova ſumpſerit &c.* quia pullos ſumpſit, idcirco nidus paratus eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שלח Eſt infinitivus, ſed infinitivus uſurpatur de paucis & multis; idcirco obligatur eam dimittere, licet millies; tota hæc Miſna ſatis clara eſt.

ד הנוטל אם על הבנים רבי יהודה אומר לוקה ואינו משלח וחכמים אומרים משלח ואינו לוקה זה הכלל כל מצות לא תעשה שיש בה קום עשה אין לוקין עליה :

4. Si quis matrem ceperit cum pullis, R. Jehuda dicit, vapulat, & non dimittit. Sapientes dicunt, dimittit, & non vapulat. Hæc regula generalis eſt, omne præceptum negans quod affirmans comprehendit, non obligat ad plagas.

R. OB. DE BARTENORA.

לוקה ואינו משלם *Vapulat, ſed non ſolvit*, etſi negans præceptum quod affirmans incurrit, non obliget ad plagas, tamen hic putat R. Jehuda quod verbum *mittere*, in principio debet intelligi, hic enim ſenſus eſt verſus, non capies matrem, ſed quod faciendum eſt tibi quum inveneris nidum, eſt, ut dimittendo dimittas matrem, & tum non eſt negativum quod ſe diffundit in affirmativum, ſed transgreſſio affirmativi & negativi; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam. *Non vapulat propterea*, ſi præceptum affirmativum quod in nido comprehenditur, impleverit, ſin minus, ut, ſi quis matrem ceperit & eam mactaverit, vel ſi in poteſtate ipſius obierit, plagas luet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Præcepta negantia, quæ in affirmantia incurrunt, jam expoſuimus in codice Maccot; nam ſi affirmans quod in eo comprehenditur, non impleverit, vapulat, quia deciſio eſt ſecundum Sapientes. Si vero quis ceperit matrem, eique alas exciderit, ita ut volare nequeat, etſi dimiſerit eam, plagas luet ſecundum Sapientes; poſtea vero eam relinquet ſecum, donec alæ denuo accreverint, & tum dimittet eam, ad præceptum complendum.

ה לא יטול אדם אם על בנים אפילו לטהר את המצורע ומה אם מצוה קלה שהיא כאיסר אמרה תורה למען ייטב לך והארכת ימים קל וחומר על מצות חמורות שבתורה :

5. Non capiet matrem cum filiis, ne quidem ad leproſum purificandum. Sed cum de præcepto levi adinſtar aſſarii, dicat Lex, *uti tibi bene ſit, & dies tui prolongentur*, quanto magis id dixerit ob præceptorum Legis gravium obſervationem.

R. OB. DE BARTENORA.

Quod inſtar aſſarii eſt, rei admodum exiguæ, in qua non comprehenditur damnum pecuniæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Totus hicce caſus eſt clarus, & non requirit ulteriorem illuſtrationem.

Finis Tractatus de Profanis.

מסכת בכורות

Tractatus de Primogenitis.

פרק א הלוקח עובר חמורו של עכ"ום והמוכר לו אף על פי שאינו רשאי והמשתתף לו והמקבל ממנו והנותן לו בקבלה פטור מן הבכורה שנאמר בישראל אבל לא באחרים כהנים ולוים פטורין מקל וחומר אם פטרו של ישראל במדבר דין הוא שיפטרו של עצמן:

CAput 1. Si quis aſininum gentilis fœtum emerit, & vendiderit ei, etſi ipſi hoc non ſit licitum, & qui commercium cum ipſo habuerit, & qui ab ipſo receperit, & qui ei per receptionem quicquam dederit, liber eſt a primogenitura, quia Lex dicit, *In Iſraële*, ſed non in aliis. Sacerdotes, & Levitæ ſunt liberi omnino, nam ſi Iſraëlitas in deſerto liberaverint a primogenitura, æquum eſt ut ſeipſos liberent.

R. OB. DE BARTENORA.

הלוקח עובר חמורו של נכרי *Si quis emerit fœtum aſininum gentilis*, dum is adhuc in ventre matris eſt, iſque primogenitus fuerit. Cæterum auctor potiſſimum de aſinino fœtu locutus eſt, quia non eſt aliud animans quod primogenituræ conſecratum eſt præterquam aſinæ vulva. Præterea, quia pauca erant dicenda de aſini primogenitura, idcirco de hac prius loquitur; omnia vero ſequentia capita de mundi pecoris primogenitura tractant.

אף על פי שאינו רשאי *Etſi hoc ei non ſit licitum*, ut vendat gentili magnum pecus, quia is ope pecoris die Sabbati opus ſuum peragit. והמשתתף לו *& qui commercium contrahit cum ipſo*, etſi pars gentilis ſignata ſit, & nota, ut armus, aut pes primogeniti, ejuſdemve matris; & quoties membrum iſtud ei amputatum fuerit, toties animans eſt vitioſum, atque hoc eſt commercium gentile; & tum Iſraëlita liber eſt a primogenitura.

והמקבל ממנו *Et qui receperit ab ipſo*, ſi aſina ad gentilem pertinuerit, eamque Iſraëlita receperit, & ei operam dederit ut natos inter ſe dividant, licet ipſum aſinæ corpus ad gentilem pertinuerit.

פטור מן הבכורה *Liber eſt a jure primogenituræ*, fœtus iſte quem Iſraëlita emit a gentili, vel quem is gentili vendidit, non eſt ſanctus, quia gentilis de ipſo participatur, vel de matre ipſius, ſicuti Lex dicit Num. 3, 13. *Conſecravi mihi omne primogenitum Iſraëlis*; ergo non gentilium primogenita.

אם פטרו של ישראל במדבר *Si liberaverint Iſraëlitarum* (primogenita) *in deſerto*, Levitæ non liberarunt Iſraëlis primogenita in deſerto, nam pecoris primogenita liberantur per ipſa primogenita, ſicuti dicitur Num. 3, 41. *Et pecus Levitarum pro pecore ipſorum*. Itaque hic eſt ſenſus, Levitæ ſanctitatem primogenitorum Iſraëlis in deſerto ad ſe tranſtulerunt, ſicuti dictum eſt Num. 18, 18. *Et ſumam mihi Levitas pro omni primogenito*, ſi ergo ſanctitas ad Levitas a filiis Iſraëlitarum tranſlata ſit, æquum eſt ut filii ſacerdotum & Levitarum liberi ſint a jure primogenituræ. Et quandoquidem concludimus quod primogenituræ ſanctitas ab Levitis ipſis tranſlata eſt, concludamus etiam quod aſinorum ipſorum primogenitura non obligata eſt, quandoquidem Lex dicit, Num. 18, 15. *Sed redimendo redimes primogenitum hominis, & primogenitum pecoris immundi redimes*; quiſquis ergo ad primogenituram hominis tenetur, is etiam ad immundi pecoris primogenituram tenetur, qui vero non ad hanc, is neque ad illam tenetur. Nihilominus tamen ſacerdotes & Levitæ non ſunt liberi ab immundi pecoris primogenitura, uti dictum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Lex Exod. 34, 20. *Et aperturam aſinæ redimes hædo*; & Exod. 13, 20. dicit, *aperturam omnis matricis in filiis Iſraëlis, in homine & in quadrupedibus*; & Num. 18, 15. *Et primogenitum pecudis immundæ redimes*, ubi aſini primogeniti apertura deſignatur, nam primogenitura in immundis animantibus non habet locum, ſed in aſino.

והמקבל ממנו *Et qui receperit ab ipſo*, ſi aſini ad gentilem pertinuerint, eoſque Iſraëlita ab illo receperit ad alendum eos, & ad occupandum in ipſis, ea conditione ut ex æquo dividatur quicquid pepererint. Contra ſe res habet ſi quis gentili quicquam dederit per קבלה *receptionem*. Præterea nos docet auctor perinde ſe rem habere ſive quis primogenitum acquiſiverit quod ſanctitati conſecravit, ſive primogenitum vendiderit gentili, cui ſanctitas ablata eſt, quod is ſcil. non punitur. Pariter ſi ad ipſum pertinuerit pecus, idque in poteſtate gentilis pepererit, liber eſt a jure primogenituræ. Quantitas vero commercii, quam gentilis habuerit in primogenito, aut in matre ipſius, etſi pars ſignata ſit, ut armus, aut pes, dummodo animans vitioſum ſit, ſi ei membrum ſit amputatum, ita ſtabilit ſocietatem inter utrumque, ut Iſraëlita liber ſit ab obligatione primogenituræ.

אם פטרו את של ישראל במדבר *Si liberaverint* (primogenita) *Iſraëlitarum in deſerto*, ſicuti in Lege conſcriptum eſt Num. 3, 44. קח את הלוים תחת כל בכור בבני ישראל ad hæc dixerunt, ſanctitas Levitarum ad filios Iſraëlis in deſerto pertinet, idcirco æquum eſt ut illi ſuam ſanctitatem denuo Levitis concedant. Hinc enim adſtruitur quod Levitæ ſunt liberi ab hominum primogenitura, & non tenentur primogenita ſua redimere. Sic etiam ab aſinorum primogenitis liberi ſunt, uti ſcriptum eſt Num. 18, 15. *Sed redimendo redimes primogenitum hominis, & primogenitum pecoris immundi redimes*; quiſquis ergo ad hominis primogenita obligatur, is etiam ad immundi pecoris primogenita obligatur; quiſquis autem non tenetur ad prius, is nec ad poſterius. Verumtamen ad mundorum animantium primogenituram tam Levitæ quam vulgares Iſraëlitæ obligantur; hæc obſervato.

ב פרה שילדה כמין חמור וחמור שילדה כמין סוס פטור מן הבכורה שנאמר פטר חמור פטר חמור שני פעמים עד שיהא היולד חמור והנולד חמור מה הם באכילה בהמה טהורה שילדה כמין בהמה טמאה מותר באכילה וטמאה שילדה כמין בהמה טהורה אסור באכילה שהיוצא מהטמא טמא והיוצא מן הטהור טהור דג טמא שבלע דג טהור מותר באכילה וטהור שבלע דג טמא אסור באכילה לפי שאינו גדולין:

2. Si vacca ſpeciem aſini, vel aſina ſpeciem equi pepererit, primogenitura non obtinet, quia bis dictum eſt Exod. 34, 20. *Apertura aſinæ*, ergo mater & natus ipſius aſinus eſſe debet. Sed quomodo ſe res habet illiſcum in eſu? pecus mundum ſi pepererit ſpeciem immundam, eſu licita eſt; immundum vero ſi ſpeciem mundam pepererit, eſu prohibita eſt, nam quicquid ex immundo provenit, id immundum eſt, quod e mundo, id mundum eſt. Si piſcis immundus inglutiverit mundum, eſu licitus eſt; ſi mundus inglutiverit immundum, eſu prohibitus eſt, quia non eſt procreatio ipſius.

R. OB. DE BARTENORA.

פרה שילדה כמין חמור *Si vacca pepererit ſpeciem aſini*, ſi auctor

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Magna inter vaccam & aſinum eſt differentia, nam hæc habet

auctor tradidiſſet, ſi vacca pepererit aſini ſpeciem, & non tradidiſſet, ſi aſina pepererit equi ſpeciem, diceremus quod vacca quæ aſini ſpeciem peperit, libera ſit, quia nullo modo ſimiles ſunt; vaccæ enim cornua ſunt & ungulæ fiſſæ, aſino nihil ex utroque. Verum ſi aſina ſpeciem equi pepererit, diceremus eum eſſe rubrum & propterea ad primogenituram teneri, propterea dicit, aſinum rubrum, porro ſi nos finem Miſnæ tantum docuiſſet, & non principium, diceremus aſinam quæ equi ſpeciem peperit, liberam eſſe, quia equus non conſecratus eſt in primogenitura; ſed de vacca quæ aſini ſpeciem peperit, diceremus eam cum nato ſuo teneri ad primogenituram, idcirco auctor utrumque contra docet.

פטר חמור שני פעמים *Apertura aſini bis dicitur*, ſemel Exod. 13, 13. Et ſemel Exod. 34, 20. *Sed quomodo ſe res habet illiſcum in eſu?* nempe, quomodo ſe res habet cum eſu nati pecoris quod matri diſſimile eſt? *quia id quod ex immundo naſcitur, ſit immundum*, apum vero mel licitum eſt eſui, & non cenſetur eſſe id quod ex immundo provenit, quia id non exprimitur e carne apum, ſed ope eorum colligitur ex arborum floribus, unde fit mel. Lac mulieris quoque licitum eſt ſi id ab ipſa ſeparatum ſit, & non ſugatur e mammis, alioquin prohibitum eſt. Reliqui vero immundi pecoris lac, & animalium immundorum, prohibitum eſt, quia ex immundo provenit. *Piſcis immundus qui mundum inglutivit*, etſi non viderimus quod eum inglutivit, tamen quandoquidem plurimi piſces gignunt in ſpecie ſua, ſe res habet perinde ac ſi coram nobis inglutiviſſet.

habet ungulam fiſſam, & cornua, idcirco a primogenitura libera eſt. Si vero aſina pepererit ſpeciem equi, quandoquidem hæ duæ ſpecies ſunt ſibi valde ſimiles, intelligere poſſemus quaſi idcirco ad primogenituram obligaretur, idcirco nos auctor contrarium docet. Præterea ſi ultimi caſus tantum meminiſſet, dixiſſemus quod aſina quæ equi ſpeciem pepererit, libera ſit, quia ſpeciem protulit in quo nulla tenetur ſanctitas. Si vero vacca aſini ſpeciem produxerit, quoniam in ea obtinet ſanctitas, cum apertura matricis ſancta ſit, diceremus eam obligatam eſſe, idcirco nos iterum docet auctor eam non eſſe ſanctam, niſi donec aſinum pepererit in ſpecie aſini.

ומה הם באכילה *Sed quomodo ſe res habet illiſcum in eſu?* hujus ſenſus eſt ſecundum ſermonis ordinem, quomodo ſe habeat jus ſpeciei ſi ab hac diverſa nata ſit? ad hoc reſpondet dum dicit, *ſi pecus mundum pepererit ſpeciem immundam, eſu licita eſt*. Et quod porro addit, *quia id quod provenit ex immundo, id immundum eſt*, eo vult ſignificare quod lac in natis commiſcetur, & ova quoque, mulieris lacte excepto, quod licitum eſt dummodo e mammis extrahatur, & poſtea bibi poteſt. Sed lac e mammis ſugere poſtquam ablactatus eſt natus, non licet, ſicuti in Gemara de Inſtrumento dotali expoſitum eſt.

ג חמור שלא ביכרה וילדה שני זכרים נותן טלה אחד לכהן זכר ונקבה מפריש טלה אחד לעצמו שתי חמוריות שלא ביכרו וילדו שני זכרים נותן שני טליים לכהן זכר ונקבה או שני זכרים ונקבה נותן טלה אחד לכהן שתי נקבות וזכר או שני זכרים ושתי נקבות אין כאן לכהן כלום :

3. Si quæ aſina nondum primogenitum, ſed duos maſculos pepererit, unum agnum det ſacerdoti. Si maſculum & fœminam pepererit, unum ſeparet pro ſe. Si duæ aſinæ quæ nondum protulerunt primogenitum, duos maſculos pepererint, duos agnos det ſacerdoti; ſi maſculum & fœminam, aut duos maſculos unamque fœminam, unum det agnum ſacerdoti; ſi duas fœminas unumque maſculum vel, duos maſculos duaſque fœminas, ſacerdoti nihil cedit.

R. OB. DE BARTENORA.

נותן טלה אחד לכהן *Det agnum unum ſacerdoti*, quia unus eorum abſque dubio eſt primogenitus. *Maſculum & fœminam*, & poſſeſſor neſciverit an maſculus, an vero fœmina prius prodierit, tum hic non obtinet jus primogenituræ.

מפריש טלה *Separat agnum*, ob dubium, & ſanctitatem primogeniti aſini in ipſum transferet; & hoc pro ipſo, nam is ipſe comedet agnum, & eum non dabit ſacerdoti, ſacerdos enim is eſt qui rem educit e poteſtate proximi & propterea ei incumbit probatio, quod mas prodiit. Sed non obtinet hic prohibitio, nam ne quidem primogenitum aſini perfectum quod agno redemtum eſt, jam continet aliquam ſanctitatem, neque redemptio illius, ſed furtum eſt, niſi agnum dederit ſacerdoti, quia ipſius eſt facultas; ſed tum furto non eſt locus, quia dubium eſt. *Si duæ aſinæ &c. maſculum & fœminam, unum det ſacerdoti agnum*, pro maſculo. *Vel duos maſculos unamque fœminam*, ſi una maſculum atque altera pepererit maſculum & fœminam; vel ſi una duos pepererit maſculos & altera fœminam, unum ſacerdoti det agnum, quia alteruter maſculus certe primogenitus eſt. Pro altero autem, quia dubium eſt an fœmina prius prodierit, unum agnum pro ſeipſo ſeparabit.

שני זכרים ושתי נקבות *Duos maſculos duaſque fœminas*, de quibus dubium eſt, nam forſan unaquæque peperit maſculum, & fœminam, & fœmellæ prius prodierint, idcirco hic nihil ſacerdoti cedit; ſeparet ergo pro illis duos agnos ad prohibitionem illis eximendam, & tum cedunt ipſi; ita Magiſtri mei expoſuerunt. Sed Maimonides exponit, nullam partem ſacerdoti cedere, & quod ne quidem unus agnus ſeparandus ſit, quia in quolibet multa dubia continentur, quando pepererint duas fœmellas unumque maſculum, forſan alterutra pepererit duos maſculos, & altera maſculum. Vel forſan una pepererit fœminam, & altera maſculum, poſtea vero fœminam; vel fœminam & poſtea maſculum. Eodemque modo multa occurrunt dubia in duobus maſculis & duabus fœminis, idcirco ne quidem unus agnus ſeparandus eſt. Sed Magiſtrorum meorum expoſitio præſtat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מפריש טלה אחד לעצמו *Separat unum agnum pro ſe*, de hoc maſculo dubium eſt an prius natus ſit, & requiratur ut pro agno redimatur; an vero poſterius mortuus ſit, & non requiratur ut pro agno redimatur; is ipſe vero comedat agnum iſtum. Cæterum quæſiverunt, quare ſeparandus ſit, quandoquidem pro ipſo ſit? reſponſio eſt, quod prohibitio ab ipſo divelli debeat, ſcil. ad prohibitionem de utilitate capienda tollendam. Nam Miſna hæc ad R. Jehudam pertinet, qui de primogenito aſini dicit quod id uſui prohibitum ſit ante redemptionem; & idcirco redimi debeat ob dubium. Quod autem R. Jehuda dicit, de ipſo non licere quicquam commodi capere dum vivit, intelligendum eſt de utilitate pretii illius; ita etiam de utilitate corporis illius ante cervicis amputationem, & poſt eam; & ſic deciditur.

Si duas fœminas & unum maſculum, vel duos maſculos duaſque fœminas, nihil cedit ſacerdoti, nam ego dicerem in primo caſu, quod alterutra pepererit fœminam, & altera fœminam, & poſtea maſculum. In ſecundo caſu dicere poſſemus quod alterutra peperit fœminam, & poſtea maſculum. Et ſi dixeris, quare non ſeparabit agnum pro ſe in hocce dubio? reſp. quia in quolibet caſu duo ſunt dubia, & in caſu primo dicere poſſemus fieri poſſe ut alterutra duas pepererit fœminas, & altera maſculum; vel alterutra fœminam & poſtea maſculum, altera vero fœminam. Eodemque modo in ſecundo caſu; porro ob multa dubia hic occurrentia, non ſeparet agnum.

ד אחת ביכרה ואחת שלא ביכרה וילדו שני זכרים נותן טלה אחד לכהן זכר ונקבה מפריש טלה אחד לעצמו שנאמר ופטר חמור תפדה בשה מן הכבשים ומן העזים זכר ונקבה גדול וקטן תמים ובעל מום ופודה בו פעמים הרבה נכנס לדיר להתעשר ואם מת נהנים בו :

4. Si una primogenitum pepererit, non vero altera, atque duos maſculos pepererint, unum agnum ſacerdoti dabit. Si maſculum & fœminam, unum agnum pro ſe ſeparabit, ſicuti dicitur Exod. 34, 20. *Et aperturam aſinæ redimes pro agno*, ergo ex agnis & capris, maſculum & fœminam, magnum & parvum, perfectum & vitioſum, & multoties redimet eo, atque caulam intrabit ut decimet; ſi vero obierit, ex eo utilitatem capere licet.

R. OB. DE BARTENORA.

זכר ונקבה מפריש טלה לעצמו *Si marem & fœminam, ſeparet agnum pro ſeipſo*, quia forſan fœmellam peperit ea quæ nondum primogenitum protulit. *Sicuti ſcriptum eſt, primogenitum aſinum redimes pro agno*, omnis vox שה intelligi debet de agnis vel capris, magnis & parvis, maſculis & fœminis, perfectis aut vitioſis.

ופודה בו פעמים רבות *Et redimat eo aliquoties*, ſi ſacerdos ei primogenitum reddiderit. *Intrabit caulam ad decimandum*, ſi Iſraëlita decem habeat dubia aſinæ primogenita, & pro iis decem agnos ſeparaverit ad ipſum pertinentes, hi cogantur in caulam ubi reliqua ſunt pecora quæ decimanda ſunt, & tum iſti agni decimandi erunt eo modo quo reliquum pecus.

ואם מת נהנים בו *Et ſi obierit, licet ex eo utilitatem capere*, ſi agnus pro aſino primogenito deſtinatus obierit in poteſtate poſſeſſoris, antequam in ſacerdotis poteſtatem veniſſet, ſacerdos ex eo capiat utilitatem, etſi vivus non venerit ad ipſum, nam ab iſto tempore quo ſeparatus eſt agnus, ad ſacerdotem pertinere cenſetur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Notum eſt quod hicce maſculus comprehendit dubium aliquod, ſcil. an ſit natus matris primiparæ, an vero non, idcirco redimendus eſt pro agno, atque iſte agnus ipſi cedet, uti diximus. Poſtea dicit, aſinum primogenitum redimendum eſſe pro alterutra ſpecie ovium vel caprarum, tam maſculis quam fœminis, & nihil timendum eſſe de vitio. Poſtea dicit auctor quod ſacerdos aliquoties caulam ad decimandum intret, nempe ad redemptionem dubii primogeniti aſini, nam forſan decimatio facta eſt, uti in Gemara exponitur. Si igitur decem ſint maſculi, de quibus omnibus dubitatur de aſino primogenito, pro quo neceſſario agnus ſeparari debet, decem agnos ſeparet, qui omnes decimandi ſunt; poſtea unum ex illis pro decimatione, eumque comedet cum jure decimæ; novem vero reliqui ſunt profani. Dicit *multoties*, quia eſt res quæ facili negotio fit.

ואם מת נהנים בו *Si mortuus fuerit, ex ipſo utilitatem capiant*, ob aſini primogeniti redemptionem, nam ſi obierit, licet in poteſtate Iſraëlitæ, ſacerdos ex ipſo capiat utilitatem, quandoquidem enim ipſum ſeparavit, etſi non pervenerit ad poteſtatem ipſius, ad ſacerdotem pertinet.

ה אין פודים לא בעגל ולא בחיה ולא בשחוטה ולא בטריפה ולא בכלאים ולא בכוי רבי אליעזר (ס"א) מתיר בכלאים מפני שהוא שה ואוסר בכוי מפני שהוא ספק נתנו לכהן אין הכהן רשאי לקיימו עד שיפריש שה תחתיו :

5. Non redimunt vitulo, neque animanti, neque mactato, neque diſcerpto, neque heterogeneis, neque Coi. R. Eliezer permittit heterogeneis, quia agnus eſt; ſed Coi prohibet, quia de ipſo dubium eſt. Si dederit illud ſacerdoti, ſacerdos eum conſervare nequit, niſi donec agnum pro eo ſeparaverit.

R. OB. DE BARTENORA.

ולא בחיה *Neque ope animantis*, capreolo aut ariete. ולא בשחוטה *neque mactato*, agno mactato. ולא בטריפה *neque diſcerpto*, ut, ſi pedes a genu & ſuperius exciſi ſint. ולא בכלאים *neque heterogeneis*, ſi hircus coiverit cum ove. מפני שהוא שה *quia agnus eſt*, nam tam ovis quam hœdus vocantur שה; ſed deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer, כוי *Coi*, eſt creatura ſingularis, de qua dubitatur an animal, an vero pecus ſit. *Si dederit ipſum ſacerdoti*, ipſum aſinum primogenitum. *Donec agnum in locum ipſius ſeparaverit*, pro ſeipſo, & poſtea pro aſino primogenito. Cæterum quia ſacerdotes ſuſpecti ſunt de ſeparando agno pro aſino primogenito; idcirco Iſraëlita ſi primogenitum aſinum dederit ſacerdoti, non diſcedit illinc, niſi donec ſacerdos redemerit coram ipſo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נתנו לכהן *Si dederit id ſacerdoti*, ſi ipſum aſini primogenitum dederit ſacerdoti, ſacerdos pro agno id debet redimere, & iſtum agnum comedere; poſtea aſinus iſte primogenitus ut cæteri inſervire poteſt. Cæterum ſacerdotes de aſinis primogenitis redimendis ſuſpecti ſunt, nam aliquoties non ſeparant agnum in redemptionem; idcirco Iſraëlitæ non licet aſinum primogenitum dare ſacerdoti, niſi ſacerdos coram ipſo redemerit; deciſio non eſt ſecundum R. Elieſer.

ו המפריש פדיון פטר חמור ומת רבי אליעזר אומר חייבין באחריותו כחמש שלעים של בן והכמים אומרים אין חייבין באחריותו כפידיון מעשר שני העיד רבי יהושע ורבי צדוק על פדיון פטר חמור שמת שאין כאן לכהן כלום מת פטר חמור רבי אליעזר אומר יקבר ומותר בהנאתו של טלה וחכמים אומרים אינו צריך להקבר והטלה לכהן :

6. Si quis aſinum primogenitum redemerit, iſque obierit, R. Eliezer dicit, tenentur ad cautionem damni, ſicuti ſunt quinque Selæ filii. Sapientes dicunt, non tenentur ad cautionem damni, uti in redemptione decimæ ſecundæ. Teſtatus eſt R. Joſua, & R. Zadoc, de aſini primogeniti mortui redemptione, quod ſacerdoti nihil cedit. Si obierit primogenitus aſinus, R. Eliezer dicit, ſepeliatur, & licitus eſt uſui ex agno percipiendo. Sapientes dicunt, ne ſepeliatur, agnus autem ſacerdoti cedit.

R. OB. DE BARTENORA.

כחמש סלעים של פדיון הבן *Ut quinque Selæ redemptionis filii*,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חייב באחריותו *Tenetur ad cautionem damni*, tenetur enim Iſraë-

lii, non ad compenſationem damni illius tenetur. *Sicuti in redemptione decimarum ſecundarum*, nam ſi perierit, non tenetur ad compenſationem damni, quia Deus dixit ut nummi Jeruſolymis conſumerentur, licet jam ii perierint. Cæterum R. Eliezeris ratio eſt quod invenimus in Lege primogenitum aſinum cum homine primogenito comparari, uti dicitur Exod. 34, 15. & Exod. 34, 20. Sapientes vero putant illa verba, *redimendo redimes primogenitum hominem*, & *pecus immundum*, comparanda eſſe reſpectu redemptionis, & non alius rei. *Nihil cedit ſacerdoti*, quia nulla eſt obligatio ad compenſationem damni ſecundum Sapientes; & ita deciſio eſt. Si obierit primogenitum, ſepeliatur, quoniam enim ad damni agni compenſationem tenetur, perinde eſt ac ſi eum ſeparaſſet, nam Iſraëlitæ licet ex agno commodum capere, perinde ac ſi jam ſeparatus eſſet. *Ne ſepeliatur*, nam ab hora qua agnus ſeparatus eſt pro alieno, in poteſtate ſacerdotis eſt, & ſanctitas aſini primogeniti jam remota eſt; & ita deciditur.

Iſraëlita agnum ad ſacerdotem adducere, & ſi mortuus ſit agnus antequam ad poteſtatem ſacerdotis pervenerit, tenetur alterum ſacerdoti agnum ſolvere, ſecundum R. Eliezeris ſententiam, quia ipſum cum aſino primogenito comparat, ſicuti ſcriptum eſt Exod. 34, 20. Sapientes vero dicunt, illa verba, *redimendo redimes primogenitum hominem & primogenitum pecus immundum redimes*, dici ad redemptionem unam comparandam cum altera, & non cum alia re; & hoc eſt teſtimonium veriſſimum; deciſio eſt ſecundum Sapientes in omnibus.

ז לא רצה לפדותו עורפו בקופיץ מאחריו וקוברו מצות פדיה קודמת למצות עריפה שנאמר ואם לא תפדה וערפתו מצות יעידה קודמת למצות פדיה שנאמר אשר לא יעדה והפדה מצות יבום קודמת למצות חליצה בראשונה שהיו מתכונין לשם מצוה ועכשיו שאינן מתכונין לשם מצוה אמרו מצות חליצה קודמת למצות יבום מצות גאולה בארון הוא קודם לכל אדם שנאמר ואם לא יגאל ונמכר בערכך :

7. Si noluerit ipſum redimere, decollabit ipſum ab anteriori parte, & poſtea ſepeliet. Præceptum redemptionis præcedit decollationis præceptum Exod. 13, 13. *Si non redimes, decollabis id.* Præceptum deſponſationis antecedit præceptum redemptionis; uti dictum eſt Exod. 21, 8. *Si non deſponſaverit, redimat ipſam.* Præceptum leviratus antecedit præceptum diſcalceationis in principio ubi præceptum intendebant, jam vero non, idcirco dixerunt, præceptum diſcalceationis præcedit leviratus præceptum. Præceptum redemptionis in domino præcedit omni homini, uti dictum eſt Levit. 27, 27. *Si non redimatur, vendatur juxta æſtimationem tuam.*

R. OB. DE BARTENORA.

קופיץ Eſt exigua ſecuris, qua carnem diſcindunt lanii. ועורפו & *decollabit ipſum*, caput amputabit ab anteriori parte cervicis. *Atque ſepeliet ipſum*, quia non licet quicquam commodi ex ipſo capere poſt decollationem. מצות יעידה *præceptum deſponſationis* de ſerva Hebræa. *In principio ubi præceptum intendebant*, dixerunt eum qui leviratus conjugium contrahit pulchritudinis fratriæ ergo, vel facultatum augendarum, abſque occaſione præcepti adimplendi inceſtum committere. Sed non deciditur; nam poſtquam a fratria remota eſt prohibitio per mortem mariti abſque liberis defuncti, omnino leviro fit licita, etſi pulchritudinis ergo eam duxerit, vel opum amplificandarum. מצות גאולה בארון *præceptum redemptionis in domino.* Si quis in Templi reparationem quid conſecraverit, tum dominus ſive poſſeſſor in redemptione primus eſt, quia quintam addit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קופיץ Eſt culter magnus in forma gutturis, quo lanii carnem diſſecant. Cæterum quod auctor dicit, & *ſepeliet*, indicio eſt quod ex animante non licet quicquam commodi capere poſtquam decollatum fuerit. Et quod hic diſcalceationis & leviratus meminit, id fit ſecundum ſententiam illius qui dicit leviratus conjugium non rite contrahi, niſi quis intenderit obſervationem præcepti; ſi vero levir id fecerit ad facultates ſuas augendas, vel pulchritudine captus, perinde ſe res habet ac ſi inceſtum committeret. Sed hoc non eſt verum; nam poſtquam leviri frater abſque liberis obierit, prohibitio inceſtus ſublata eſt, & leviro licet cum ipſa conjugium contrahere, etſi præter præcepti prohibitionem id fecerit. Propterea jus ita eſt, quod leviratus præceptum omni tempore præcedit diſcalceationis præceptum; & ſic deciditur.

פרק ב הלוקח עובר פרתו של עכ״ום והמוכר לו אף על פי שאינו רשאי המשתתף לו והמקבל ממנו והנותן לו בקבלה פטור מן הבכורה שנאמר בישראל אבל לא באחרים כהנים ולוים חייבין לא (ס״א שלא) נפטרו מבכור בהמה טהורה ולא נפטרו (ס״א ל״ג) אלא מפדיון הבן ומפטר חמור :

Caput 2. Si quis vaccæ gentilis fœtum emerit, & vendiderit ei, etſi non liceat, & quis cum ipſo ſocietatem inierit, vel ab ipſo receperit quicquam, vel ei receptione dederit, liber eſt a primogenitura, quia dicitur in Lege *In Iſraëlitis*, ſed non in aliis. Sacerdotes & Levitæ obligati ſunt, ſed non ſunt liberi a primogenito pecore mundo, neque liberi ſunt niſi a filii redemptione, & aſini primogeniti.

R. OB. DE BARTENORA.

Miſna hæc omnino clara eſt ſi quis fundamenta primo capite data recte conſideraverit. Licet enim ſacerdos primogenitum comedere poſſit, tenetur tamen illud offerre & comedere in ſanctitate, ſecundum conditiones quinto capite tractatus de Sacrificiis traditas. Quia autem ſermo de aſino primogenito brevis eſt, præmiſit ipſum iis quæ de primogenitis mundi pecoris dicuntur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אף על פי שאינו רשאי *Etſi non licet ipſi*, ut vendat ei magnum pecus.

ב כל הקדשים שקדם מום קבוע להקדשן ונפדו חייבים בבכור ובמתנות ויוצאין להולין ליגזז ולהעבד וולדן והלבן מותר לאחר פריונן והשוחטן בחוין

2. Omnia pecora ſancta quæ ante conſecrationem eorum vitium ſtabile habuerint, & poſtea redempta, tenentur ad primogenituram, dona, & profanantur, ita ut tondeantur, & inſerviant; nati vero & lac poſt redemptionem uſui cedunt. Qui vero

בחוץ פטור ואין עושים תמורה ואם מתו יפדו חוץ מן הבכור ומן המעשר :

vero ea mactaverit foris, liber eſt. Sed commutari nequeunt, mortua vero redimi poſſunt; primogenito, & decimis exceptis.

R. OB. DE BARTENORA.

Omnia pecora ſancta quæ ante ipſorum conſecrationem habuerint vitium ſtabile &c. hæc duo Miſnæ membra jam expoſita ſunt ſuperius in tractatu de Profanis.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

מום קבוע *Vitium ſtabile*, ut membrum exciſum & a corpore ſeparatum; contra מום עובר *macula tranſitoria*, ut impetigo, ſcabies, & membrorum paralyſis, eorumque confractio ſanabilis. Cætera omnia vitia exponentur in hoc capite. *Poſt redemptionem eorum*, ſed ante redemptionem tenentur ad tonſionem & miniſterium, atque eorum nati & lac prohibita ſunt; natus vero ante redemptionem redimi poteſt, & profanari. *Qui foris mactaverit, is liber eſt*, etſi ante redemptionem id fecerit, nam intro offerri nequeunt, uti expoſuimus in fine tractatus de Sacrificiis. *Et non commutantur*, ante redemptionem, quia ſanctitas eorum duntaxat eſt pretii ſanctitas, non ſanctitas corporea, ob maculam quæ conſecrationem anteceſſit; idcirco ea ipſa non apta ſunt ad altare, ſed nummis eorum perfecta pecora emi & offerri poſſunt, propterea ſi obierint, poſt mortem redimi poſſunt, quia ſanctitatem pecuniariam comprehendunt, & aſſimilantur ſanctis reparationi Templi conſecratis. Cæterum ea quæ altari dicata ſunt in ſacrificium poſt ſanctificationem eorum, ſi mortua fuerint, ſepeliuntor. *Excepto primogenito & decimis*, quia in hæc duo, etſi ante conſecrationem ipſorum habuerint vitium ſtabile, ut, ſi primogenitum vitioſum natum fuerit, ſanctitas incidit, & profanari poſſunt reſpectu tonſuræ & miniſterii ad opera iis peragenda.

ג כל שקדם הקדשן את מומן או מום עובר להקדשן ולאחר מכאן נולד להם מום קבוע ונפדו (ס"א) פטורין מן הבכורה ומן המתנות ואינן יוצאין לחולין ליגזז ולהעבד וולדן והלבן אסור לאחר פדיונן והשוחטן בחוץ חייב ועושין תמורה ואם מתו יקברו :

3. Omnia iſta quæ vitium ſtabile ante ſanctificationem, vel vitium inſtabile poſt ſanctificationem contraxerint, & poſtea vitium ſtabile, atque redempta fuerint, libera ſunt a primogenitura, & donis, & non profanantur ad tonſuram & miniſterium. Nati vero & lac ipſorum prohibita ſunt poſt redemptionem. Qui vero mactaverit foris, is tenetur, ſed commutari poſſunt, & ſepeliri ſi obierint.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. De Sanctis reprobis dicit Lex Deut. 15, 21. *Si in ipſis vitium ſit aliquod* &c. poſtea dicit, *omni in urbe comedes illa, ut capreolum & arietem*, quemadmodum hæ duæ animantium ſpecies a primogenitura, doniſque liberæ ſunt, ita etiam ſancta reproba ab iſtis libera ſunt. Præterea ſancta reproba altari conſecrata prohibita ſunt, ut poſt redemptionem ne quidem tonderi poſſint nec ad miniſteria adhiberi. *Et natus illorum prohibitus eſt*, nempe quando ante redemptionem conceptus fuit, tum natus eſt profanus. Qui vero mactaverit foris ante redemptionem, liber eſt, quia intus illius uſus non eſt licitus. ועושין תמורה *& faciunt commutationem*, etiam poſt redemptionem, atque iſta commutatio nequit ſacrificari. Jus tamen illius poſtulat ut moriatur, nempe, ut relinquatur animans iſtud omni cibo deſtitutum, & ita fame moriatur, ut expiatoria ſacrificia. Cæterum animans commutatum cujus redemtio acquiſivit, conſecratum eſt, quemadmodum in tractatu Temura exponitur.

ה המקבל צאן ברזל מן העכו"ם וולדות פטורין וולדי וולדות חייבים העמיד ולדות תחת אמותיהם וולדי ולדות פטורים וולדי וולדי ולדות (ס"א) חייבין רבן שמעון בן גמליאל אומר אפילו עד עשרה דורות פטורים שאחריותן לעכו"ם :

4. Si quis gregem ferreum a gentili receperit, nati ſunt liberi, ſed nati natorum obligati ſunt. Si natos poſuerit in loco matrum ipſorum, tum nati natorum liberi ſunt; ſed ab his nati obligati ſunt. Rabban Simeon filius Gamalielis dicit, etiam ad decem generationes liberi ſunt, quia damni cautio incumbit gentili.

R. OB. DE BARTENORA.

המקבל צאן בזרל מן הגוי *Si quis receperit gregem ferreum a gentili*, ſi gentilis gregem ſuum pro certa pecuniæ ſumma æſtimaverit, ut iſtam ſummam ei det Iſraëlita in decem annos, ſive pecora quædam mortua ſive ſurrepta fuerint, annumeratis iis natis qui tunc temporis exiſtebant. *Nati ſunt liberi*, a primogenitura, iſti nimirum nati e grege dum pariebat, liberi ſunt a primogenitura; ſi enim gentilis non dediſſet nummos, pecudem repetat, quæ ſi non inveniatur, repetat natos, hinc fiet ut gentilis poteſtatem habeat in natos. Propterea nati primogeniti a primogenitura liberi ſunt; nam ſi gentilis in matrem habeat poteſtatem, ejus primogeniti ſunt liberi. Cæterum primogeniti e natorum natis, qui ſunt gregis ferrei quarta generatio, ſacerdoti exhibentur, quia gentilis poteſtas non eouſque extenditur, ut is natos natorum capiat. *Si natos conſtituerit in locum ipſorum matrum*, ſi gentili occaſionem dederit, ut in natos poteſtatem habeat, eique dixerit, ſi pecudes obierint, capies natos ad me pertinentes, tum gentilis poteſtas extenditur inſuper tam ad unam quam ad alteram generationem; idcirco nati natorum gregis ferrei primogeniti, liberi ſunt a jure primogenituræ, quoniam gentili in ea eſt poteſtas. Sed nati natorum & ab iis nati ſi generaverint, ipſorum generatio quinta eſt a grege ferreo, & ſacerdoti exhibentur. *Quia damni cautio incumbit gentili*, quia ſemper capiet quicquid gentilis repererit; deciſio non eſt ſecundum Rabban Simeon filium Gamalielis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

צאן ברזל *Grex ferreus*, intellige bona ſtabilia, de quibus nihil perdit gentilis, ſed quorum incrementum poſtulare poteſt cum integra ſumma principali, ita ut nunquam de iſtis quicquam diminui poſſit. Et hoc gentili licet, ſicuti expoſitum eſt in tractatu ſecundo de Damnis. Cæterum quando gentilis ab Iſraëlita petierit, & apud ipſum non invenerit pecuniam, pecudem ei traditam repetere poterit, quia ea ab initio ad ipſum pertinebat, quo ſenſu gentilis poteſtas in medio verſabatur; omnis vero pecus in quam gentilis poteſtas in medio verſatur, libera eſt a primogenitura; idcirco gentilis in hujuſce pecudis natum habet poteſtatem, & a jure primogenituræ liber eſt. Sed nati natorum ad jus primogenituræ obligantur. Sic etiam ſi natos poſuerit in locum matrum ipſorum, illique ſimiles facti fuerint gregi ferreo, ut ab initio, nati natorum tenentur ad primogenituram. Rabban Simeon filius Gamalielis dicit, quod in natis & natorum natis non obtinet obligatio, quia damni cautio in ipſis continetur, & in iis qui ex illis nati ſunt; deciſio non eſt ſecundum Rabban Simeon filium Gamalielis.

ה רחל שילדה כמין עז ועז שילדה כמין רחל פטור מן הבכורה ואם יש בו מקצת סימנים חייב :

5. Si ovis pepererit ſpeciem capræ, & capra ſpeciem ovis, tum liber eſt a jure primogenituræ; ſi partem ſignorum habuerit, tenetur.

R. OB. DE BARTENORA.

רחל שילדה כמין עז *Si ovis pepererit ſpeciem capræ*, etſi ambæ ſpecies ad primogenituram teneantur; nihilominus tamen ſi matri non ſint ſimiles, jus primogenituræ non obtinet, quia Lex dicit אך בכור שור oportet ergo ut mater & primogenitum habeant bovis ſpeciem. *Si partem ſignorum habuerit*, quibus primogenitum matri ſimile eſt, & quibus ſpecies cognoſcitur, tum primogenitura obtinet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Etiamſi utraque hæc ſpecies ad primogenituram teneatur quando una ſpecies pepererit alteri ſimilem, tamen primogenitura non obtinet, eo quod ſcriptum eſt Levit. 27, 26. אך בכור שור oportet ergo ut mater & ipſius primogenitum habeant ſpeciem bovis. מקצת סימנין *pars ſignorum*, pars figuræ ex qua conſtat ad quamnam ſpeciem referri debeat.

ו רחל שלא בכרה וילדה שני זכרים ויצאו שני ראשיהן כאחד רבי יוסי הגלילי אומר שניהן לכהן שנאמר הזכרים לה' וחכמים אומרים אי אפשר אלא אחד לו ואחד לכהן רבי טרפון אומר הכהן בורר לן את היפה רבי עקיבא אומר משמנים ביניהן והשני ירעה עד שיסתאב וחייב במתנות רבי יוסי פוטר מת אחד מהן רבי טרפון אומר יחלוקו רבי עקיבא האומר מוציא מחבירו עליו הראיה זכר ונקבה אין כאן לכהן כלום :

6. Si ovis nondum primogenitum protulerit, & duos maſculos pepererit, atque ambo eorum capita ſimul prodierint, R. Joſe Galilæus dicit, ambo cedant ſacerdoti, quia ſcriptum eſt, *Maſculi pro Domino.* Sapientes dicunt, fieri nequit, ſed unus ſacerdoti, alter proprietario ſit. R. Tarphon dicit, ſacerdos ſibi eligat optimum. R. Akiba dicit, de pinguiore conveniant; ſecundus vero paſcat donec vitium aliquod contraxerit; & ad dona obligatur. R. Joſe liberat. Si alteruter obierit, R. Tarphon dicit, dividant. R. Akiba dicit, ſi quis ex alterius poteſtate quicquam educere velit, tum ei probatio incumbit. Si maſculum & fœminam, ſacerdoti nihil cedit.

R. OB. DE BARTENORA.

הזכרים ליהוה *Maſculi ſunt pro Domino*, maſculi de duobus intelligi debent. *Fieri nequit*, nam plerumque duo capita non ſimul prodire ſolent, ſed unum poſt alterum; at nobis non conſtat quodnam prius prodit. בורר לו את היפה *eligat ſibi optimum*, quia optimus & pinguiſſimus plerumque prior prodit in lucem. משמנין ביניהן *conveniant de pinguiori inter ſe*, ſenſus eſt, quod proprietarius & ſacerdos inter ſe non accipiunt redundantiam aliquam in diviſione, niſi in pinguedine, nam Iſraëlita pinguiorem capiat, & macrum ſacerdoti relinquat; qui enim e poteſtate proximi quicquam educere velit, ei incumbit probatio; deciſio eſt ſecundum R. Akibam. *Et alter*, qui pro Iſraëlita eſt, paſcet donec vitium aliquod contraxerit, poſtea ipſum comedat, quia primogenitus dubius eſt, idcirco non mactabitur perfectus. Sed ſacerdoti hæc non dicenda ſunt, quia is non mactabit ipſum donec vitium contraxerit, nam auctor loquitur de hiſce temporibus, & non ut olim erant tempora. *Et ad dona tenetur*, quum Iſraëlita mactaverit, ſacerdoti dabit armum & maxillas cum ventriculo; nam ſi fœtus ſit primogenitus, integer ad ſacerdotem pertinet; ſin minus, ad dona iſta obligatur. *R. Joſe liberat*, quia ſe res habet perinde ac ſi pecus ad ſacerdotis poteſtatem veniſſet, & is Iſraëlitæ dediſſet quum vitium contraxiſſet, hinc fiet ut nulla ſit obligatio donorum, quandoquidem pecus conſideramus perinde ac ſi e poteſtate ſacerdotis ad Iſraëlitam veniſſet; deciſio eſt ſecundum R. Joſen. *R. Tarphon dicit, dividant*, retractat R. Tarphon id quod ſupra dixit, nempe quod ſacerdos optimam ſibi eligat pecudem; & is putat quod etiam dum vivunt, ambos natos æſtiment argento, quod poſtea dividunt, quia uterque partem habet in ambobus, idcirco vivum inter ſe dividunt, ſi unus obierit. Deciſio eſt ſecundum R. Akibam. *Si maſculum & fœminam, non cedit ſacerdoti quicquam*, quia fœmella forſan prius prodiit, qui vero e poteſtate proximi quicquam educere voluerit, ei incumbit probatio. Sed hic R. Tarphon etiam concedit, ſed illic contradicit, quia alteruter cedit ſacerdoti, idcirco ex æquo dividant; ſed hic forſan non obtinet primogenitura. Nihilominus tamen in paſcuum mittetur donec vitium contraxerit, & poſtea comedi poterit, quia dubium eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אי אפשר *Fieri nequit*, duo capita ſimul prodire nequeunt. R. Akiba dicit משמנין, id eſt ſacerdos capiet macrum, Iſraëlita autem pinguem. Propterea nulla inter utrumque eſt differentia niſi uter melior ſit, nam Iſraëlita capiet meliorem; qui enim e poteſtate proximi ſui quicquam educere velit, ei probatio incumbit. *Secundus ad dona tenetur*, nam ſi primogenitum ſit, totum ad ſacerdotem pertinet; ſi vero non ſit primogenitum, dona cedant ſacerdoti. Verum ſecundum R. Joſen, quoniam ſi vitium contraxerit, perinde eſt ac ſi ad poteſtatem ſacerdotis perveniſſet, & dediſſet illud Iſraëlitæ, in quo non obtinent dona, ſicuti exponitur capite decimo de Profanis; deciſio eſt ſecundum R. Akibam, & ſecundum R. Joſen.

ז שתי רחלות שלא בכרו וילדו שני זכרים נותן שניהן לכהן זכר ונקבה הזכר לכהן שני זכרים ונקבה אחד לו ואחד לכהן רבי טרפון אומר הכהן בורר לו את היפה רבי עקיבא אומר משמנים ביניהן והשני ירעה עד שיסתאב וחייב במתנות רבי יוסי פוטר מת אחד מהן רבי טרפון אומר יחלוקו רבי עקיבא אומר המוציא

7. Si duæ oves quæ nondum primogenita protulerint, duos maſculos pepererint, ambos tradat ſacerdoti. Si maſculum & fœminam, maſculus cedat ſacerdoti; ſi duos maſculos & fœmellam, unus proprietario, & alter ſacerdoti cedat. R. Tarphon dicit, ſacerdos ſibi optimum eligat. R. Akiba dicit, de pinguiori conveniant; ſecundus vero paſcet donec vitium contraxerit, & ad dona obligatur. R. Joſe liberat, ſi alteruter obierit. R. Tarphon dicit, dividant. R. Akiba dicit, qui e poteſtate proximi quicquam educere velit, ei incumbit proba-

המוציא מחבירו עליו הראיה שתי נקבות וזכר או שני זכרים ושתי נקבות אין כאן לכהן כלום :

probatio. Si duas fœmellas unumque maſculum, vel contra, ſacerdoti nihil cedit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. Hujuſce Miſnæ explicatio eadem eſt cum priori; notum vero eſt quod ſi duæ ſint fœminæ, dicamus unamquamque prius peperiſſe fœminam; idcirco ſacerdoti hic nihil cedit; deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

ח אחת בכרה ואחת שלא בכרה וילדו שני זכרים אחד לו ואחד לכהן רבי טרפון אומר הכהן בורר לו את היפה רבי עקיבא אומר משמנין ביניהם והשני ירעה עד שיסתאב וחייב במתנות רבי יוסי פוטר שהיה רבי יוסי אומר כל שחליפיו ביד כהן פטור מן המתנות רבי מאיר מחייב מת אחד מהן רבי טרפון אומר יחלוקו רבי עקיבא אומר המוציא מחבירו עליו הראיה זכר ונקבה אין כאן לכהן כלום :

8. Si una primogenitum protulerit, & non altera, atque iſtæ duos maſculos pepererint, tum unus cedit proprietario, alter vero ſacerdoti. R. Tarphon dicit, ſacerdos ſibi optimum eligat. R. Akiba dicit, de pinguiori conveniant; ſecundus autem paſcet donec vitium contraxerit; & tenetur ad dona. R. Joſe liberat, quia R. Joſe dicit, cujuſcunque nati in poteſtate ſacerdotis ſit commutatio, is a donis liber eſt. R. Meyr obligat. Si alteruter mortuus fuerit, R. Tarphon dicit, dividant. R. Akiba dicit, ſi quis ex alterius poteſtate quicquam educere voluerit, ei incumbit probatio. Si maſculum & fœminam, nihil cedit ſacerdoti.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. Docet nos R. Akibæ Traditio, & R. Tarphonis in prima Miſna, duos eſſe maſculos ex una ove; e ſecunda Miſna ubi tres natos duarum ovium poſuit, intelligere potuiſſemus quaſi melior & major ſolus natus fuiſſet, & ſacerdos eum capere debuiſſet, & quod R. Akiba hac in parte non contradiceret, idcirco nos hic docet auctor, quod is in hac Miſna quoque ſtatuit, ei qui aliquid e poteſtate proximi educere voluerit, incumbere probationem; & pinguiorem non cedere ſacerdoti, ſed macriorem. Poſtea nos docet Miſnam tertiam, ubi dicit, ſi una primogenitum protulerit, & non altera, quia inde potuiſſemus colligere eam quæ non protulerit primogenitum, peperiſſe minorem & macriorem, quia ita plerumque fieri ſolet, & quod R. Tarphon huic contradiceret, idcirco nos docet auctor quod R. Tarphon in hoc caſu etiam dicat, quod ſacerdos ſibi eligat meliorem. *R. Tarphon obligat*, ſenſus eſt, quod R. Tarphon in donis non obligat, præterquam in dubio primogenito. Sed decimæ dubiæ a donis liberæ ſunt, etiam ſecundum R. Meyr; & ita deciditur. Cæterum jam diximus quod deciſio in omnibus ſit ſecundum R. Akibam, & ſecundum R. Joſen.

ט יוצא דופן והבא אחריו רבי טרפון אומר שניהם ירעו עד שיסתאבו ויאכלו במומן לבעלים רבי עקיבא אומר שניהם אינן בכור הראשון משום שאינו פטר רחם והשני משום שקדמו אחר :

9. Si quis e latere natus ſit, vel poſt eum venerit, R. Tarphon dicit, ambo paſcant donec vitium contraxerint; & comedi poſſunt a proprietariis cum vitiis ſuis. R. Akiba dicit, ambo non ſunt primogeniti, non primus, quia non eſt apertura matricis; nec ſecundus, quia alter eum anteceſſit.

R. OB. DE BARTENORA.

יוצא דופן *E latere prodiens*, quando latera ilii matris inciderint, & fœtum ſic eduxerint. והבא אחריו *& qui venerit poſt ipſum*, natus qui prodierit poſt eum qui per latera hypochondriæ prodiit. *Paſcent donec vitium contraxerint*, dubitat enim R. Tarphon, an natorum primus ſit conſecratus, etſi non ſit apertura matricis, ut is qui per latera prodierit, & primus natus fuerit, etſi non ſit apertura matricis; vel an primogenitus per matricem conſecratus cenſeatur, etſi non ſit natorum primus, ut is qui natus fuerit poſt eum qui per latera prodierit, quia is eſt primus quem matrix aperuerit. Sed hic non eſt primogenitus natorum, nam qui per latera prodiit, is anteceſſit; itaque propter dubium ambo paſcent donec vitium contraxerint, & tum a dominis ſuis comedi poterunt. Duo enim requiruntur forſitan, nempe ut ſit natorum primus, & matricis, at neuter conſecratus; qui vero e poteſtate proximi educere velit, ei probatio incumbit. R. Akiba putat quod omnino duo requiruntur, & quod neuter conſecratus eſt; deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

יוצא דופן *Qui e latere prodiit*, ſi latera ilii perfoderint, atque ita fœtum eripuerint. Hoc etiam fieri ſolet in muliere quæ difficulter parit, & in diſcrimen mortis venerit; deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

פרק ג הלוקח בהמה מן העכ״ום ואין ידוע אם בכרה ואם לא בכרה רבי ישמעאל אומר עז בת שנתה ודאי לכהן מכאן ואילך ספק רחל בת שתים ודאי לכהן מכאן ואילך ספק פרה והמור בנות (ש״ס) שלש ודאי לכהן מכאן ואילך ספק אמר לו רבי עקיבא אילו בולד בלבד בהמה נפטרת היה כדבריך אלא אמרו סימן הולד בבהמה דקה טנוף ובגסה שליה ובאשה שפיר ושליה זה הכלל כל שידוע שבכרה אין כאן לכהן כלום וכל שלא בכרה הרי זה לכהן אם ספק יאכל במומו לבעלים רבי אליעזר בן

Caput 3. Si quis a gentili emerit pecus, at neſciverit an primogenitum protulerit necne, R. Iſmaël dicit, capra annicula certe ſacerdoti cedit; ſed deinceps dubium eſt. Ovis biennis certe ſacerdoti cedit, ſed deinceps dubium eſt. Dixit ei R. Akiba, ſi vacca ope nati duntaxat liberetur, ſe res habet ſecundum te; ſed dixerunt ſignum in parvo pecore eſſe inquinamentum, in magno autem ſecundinas; & in muliere pelliculam & ſecundinas. Hæc ſit generalis regula, de omni ea quæ certe primogenitum jam protulit, nihil ſacerdoti cedit, & de omni ea quæ certe non protulit, ſacerdoti cedit; ſin res in dubio ſit, a dominis comedatur cum vitio

בן יעקב אומר בהמה גסה ששפעה חררת דם הרי זו תקבר ונפטרה מן הבכורה :

tio ſuo. R. Eliezer filius Jacobi dicit, pecus magnum quod ſanguine redundat, ſepeliatur, & liberetur a primogenitura.

R. OB. DE BARTENORA.

עז בת שנתה *Capra annicula*, quæ intra annum peperit, tum illius natus abſque dubio ſacerdoti cedit, quia antea non peperit. ספק *dubium eſt*, idcirco paſcet donec vitium contraxerit, & tum a dominis ſuis comedetur cum iſto vitio. Si vero ſit aſinus primogenitus dubius, ſeparabit agnum, & tum ad ipſum pertinebit aſinus.

טינוף *Sordes*, colluvies ſanguinis quam emiſit pecus, quæ paſtori oſtendenda eſt experto, ut is rem inſpiciat, atque de ea judicet an ſit abortus aliquis propter conceptionem. Nam forſitan intra annum ejecit iſtud טינוף, & tum libera eſt a primogenitura, idcirco de capra annicula dubium eſt.

שליא Eſt operculum aliquod circum embryonem. שפיר ita vocatur pellicula iſta in qua continetur ſanguis coagulatus; ſed magiſtri mei vocem expoſuerunt de ſanguinis fruſto figuram habente. *Sepeliatur*, ad monſtrandum quod a primogenitura liberatur, inde enim ei qui ſepulturam viderit, conſtabit eum qui poſt hunc naſcetur, non conſecratum iri primogenitura; deciſio eſt ſecundum R. Akibam, & ſecundum R. Eliezer filium Jacobi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

טינוף *Inquinamentum*, notum eſt, ſcopus loci eſt de pecore ſi abortiverit quicquam, de quo paſtores ſentiunt quod ſit conceptio, niſi quod deperdita ſit, licet in ea nondum appareat figura. De hocce טינוף dixerunt doctores illud non fieri niſi triginta ſaltem dies præterlapſi ſint; atque tale טינוף neceſſario monſtrari debet paſtori experto, & tum a primogenitura liberabitur. Componitur autem ejuſmodi inquinamentum ex redundantia ſanguinis menſtrui, & ſemine, in modum operculi circum infantem quod שליא vocatur, & intra id continetur fœtus; verum ſupra שליא eſt pellicula in qua comprehenditur ſanguis coagulatus, qui vocatur שפיר. Porro dicit, ששפעה חררת דם *quod ſanguine redundat*, quod grumos ſanguinis ejicit, ſed ejuſmodi ſanguis non inficit, quia nullius eſt momenti, ſed ſepeliri debet, ad monſtrandum quod iſte ſanguis a primogenitura liber ſit; deciſio eſt ſecundum R. Eliezer filium Jacobi, & ſecundum R. Akibam.

ב רבי שמעון בן גמליאל אומר הלוקח בהמה מניקה מן העכ"ום אינו חושש שמא בנה של אחרת היה נכנס לתוך עדרו וראה את המבכירות מניקות ואת שאינן מבכירות מניקות אינו חושש שמא בנה של זו בא לו אצל זו או שמא בנה של זו בא לו אצל זו :

2. Rabban Simeon filius Gamalielis dicit, ſi quis pecudem lactantem a gentili emerit, non erit ſollicitus an ſit natus alius. Si inter gregem ſuum ſe contulerit, & viderit lactantes quaſdam pecudes quæ primogenita non pepererint, atque eas quæ lactabant, ſed jam primogenita pepererint, non ſollicitus erit an natus hujus venerit ad natum illius, & contra.

R. OB. DE BARTENORA.

אינו חושש שמא בנה של אחרת היה *Non erit ſollicitus an ſit natus alterius*, an ſit natus qui poſt primogenitum dubium venerit, nam diceremus hanc pecudem nunquam peperiſſe, ſed quod alterius natum amavit, & ſi hoc fiat quia lactat, dicere poſſumus quod nonnullæ ſunt pecudes quæ lactant, etſi non pepererint; ſed hoc certe non dicendum eſt, eo quod ſit natus illius, & quod a primogenitura liber ſit. מבכירות ſunt pecudes quæ prima vice non pepererunt. *Non erit ſollicitus an natus hujus venerit ad natum illius*, non de omnibus dubitabit an ſint primogeniti, ſed de iis duntaxat, qui ſequuntur pecudes iſtas quæ non pepererint primogenita, & de iis qui ſequuntur pecudes quæ jam pepererint primogenita, cogitabit quod non ſunt primogenita; deciſio eſt ſecundum Rabban Simeon filium Gamalielis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In caſu primo, quandoquidem pecudem emit lactantem, diceremus quod hic ſit natus illius quæ lactabat, & quod non ſit primogenitus is quem poſtea pepererit. Sed in ſecundo caſu quatenus ſe inter gregem contulit, atque in eo comperit pecudes quaſdam primogenita proferentes, quaſdam vero non, & deprehendit fœmellas lactantes iſtas quæ primogenita pepererant, maſculos vero lactantes eas quæ non pepererant primogenita, non erit ſollicitus quod res contra ſe habet in momento nativitatis; & quod iſtæ quæ primogenita pepererunt, & nunquam pepererint antea, ſint illæ quæ maſculos pepererunt, ſed potius rem relinquet eo in ſtatu in quo eam invenit; deciſio eſt ſecundum Rabban Simeon filius Gamalielis.

ג רבי יוסי בן משולם אומר השוחט את הבכור עושה מקום בקופיץ מכאן ומכאן ותולש השער ובלבד שלא יזיזנו ממקומו וכן התולש את השער לראות מקום המום :

3. R. Joſe filius Meſulami dicit, ſi quis primogenitum mactaverit, in ſecuri locum faciet ab utraque parte, & evellet pilos, dummodo e loco ſuo non removeat eam. Sic etiam evellet pilos ad locum vitioſum diſcernendum.

R. OB. DE BARTENORA.

עושה מקום בקופיץ *Locum faciet in ſecuri*, in Gemara traditur לקופיץ *pro ſecuri*, id eſt pro loco ſecuris. Pilos autem e pectore evellere licet, quia id non repugnat ei quod Lex dicit, *non tondebis primogenitum gregis tui*, quia evulſio ope manus duntaxat peracta non cenſetur tonſura; ſed ope inſtrumenti non licet. Sic etiam licet pilos evellere, etiam de induſtria, ad Sapienti demonſtrandum vitii locum; deciſio eſt ſecundum R. Joſen filium Meſullami.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Lex Deut. 13, 19. *Non tondebis gregis tui primogenitum*, ſed evellere non eſt tondere; inſtrumento autem non licet evellere, ſed manu duntaxat. Cæterum quod auctor dicit *in ſecuri locum faciet*, ejus ſenſus eſt quod pro ſecuri locum faciet. *Sic etiam evellet pilos*, etiam de induſtria ei licet evellere ad vitium diſcernendum, & pilos iſtos cum lana relinquet. Et hoc die feſto licet facere in omni mactatione. In Gemara dicitur, quicquid huic ſimile eſt, id die feſto agere licet, quia rem ex incremento ſuo removet extra uſum, ſenſus eſt, quod non ſit moris ita lanam vellere. Sed avis, quacum hoc modo agi ſolet, non licet evellere plumas pectoris die feſto. Et hæc monuit auctor, etſi ad propoſitum hujuſce tractatus pertineat, quia plerique homines hæc non curant; deciſio eſt ſecundum R. Joſen filium Meſullami.

ד שער בכור בעל מום שנשר והניחו בחלון ואחר כך שחטו עקביא בן מהללאל מתיר וחכמים אוסרין דברי רבי יהודה אמר רבי יוסי לא בזה התיר עקביא אלא בשער בכור בעל מום שנשר והניחו (ס"א) בחלון ואחר כך מת בזה עקביא בן מהללאל מתיר וחכמים אוסרין הצמר המדובלל (ס"א) בבכור את שהוא נראה מן הגזה מותר ואת שאינו נראה מן הגזה אסור :

4. Si pilus primogenito vitioſo exciderit, & quis eum in feneſtra poſuerit, atque poſtea mactaverit, Akabia filius Mahallelis permittit. Sapientes prohibent, ſunt verba R. Jehudæ. Dixit R. Joſe, hoc non permiſit Akabia, verum ſi pilus primogenito vitioſo exciderit, & in feneſtra poſitus ſit, & poſtea obierit pecus, tum permittit Akabia filius Mahallelis. Sapientes prohibent. Lana ſi dependeat a primogenito, tum licitum eſt id quod in tonſura conſpici poterit, quicquid autem in ipſa nequit conſpici, id prohibitum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

Acabia filius Mahallelis permittit lanam in uſum ſacerdotis. Sapientes vero prohibent, nam ſi ei concedamus uſum lanæ primogenito vivo exciſæ, eveniet ut primogenitum ipſum relinquat, ut ſemper ei pili excidant, & ut peccet dum ea utatur; verum ſancta reproba prohibita ſunt tonſura & miniſterio.

לא בזה התיר עקביא *Hoc non permiſit Acabia*, ſenſus eſt, hic non eſt iſte caſus quem Acabia permittit, & Sapientes prohibent, nam ſi mactaverit ipſum, omnium conſenſu id licet, quandoquidem enim lanæ uſus ope mactationis conceditur poſtquam pecus jam mactata eſt; eadem mactatio quoque efficit ut lana deciſa & feneſtræ impoſita, uſui licita ſit. Et non eſt diſſenſus niſi de lana quæ poſt mortem etiam pecudi adhæret, quæ ſepeliri debet; deciſio itaque hæc eſt, quod etiam poſt mactationem lana primogenito vivo exciſa, ſit prohibita.

צמר המדובלל *Lana dependens*, quæ non avulſa eſt nec exciſa, ſed quæ reliquæ lanæ adhæret. *Quæ non conſpicitur cum tonſura*, quando mactaverit pecudem, & poſtea totonderit, & mixta fuerit cum lana adhærente, ea una ſit cum reliqua tonſura, & non cenſetur ſeparata ab illa, & tum licita eſt ut reliqua tonſura, quicquid autem cum tonſura non conſpicitur, quum plus juſto prodierit foris, & unicuique conſtiterit quod id a tonſura dependet, tum prohibitum eſt, perinde ac ſi decidiſſet penitus ante mactationem. Simplex Miſna eſt ſecundum Sapientes impugnantes Acabiam, & ita deciditur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fundamentum hujuſce Traditionis id eſt quod tibi dicam, nempe, quod Lex lanam primogeniti prohibet, & ſtatuit ut comedatur intra annum in quo natum fuerit, ſicuti exponit ſi perfectum & vitioſum fuerit, ſicuti dicitur בשנה *in anno*. Et ſi ei acciderit vitium, non licet quicquam commodi capere e tonſione illius, quia mactationem diſtulit; ſed poſtquam mactaverit pecudem, licet ex lana utilitatem capere ei adhærente; ſed de exciſa, dum pecus adhuc erat in vivis ante mactationem, dicit R. Jehuda quod Akabia eam permittit poſt mactationem; Sapientes vero eam in prohibitione ſua relinquunt etiam poſt mactationem. R. Joſe dicit Sapientes permittere uſum illius poſt mactationem, & non diſſentire niſi mortua ſit pecus; Sapientes autem propterea prohibent ne quis eam relinquat lanam in uſum illius quod a lana avulſum eſt; Acabia permittit. Deciſio juris eſt quod controverſia ſit poſt mactationem; ſed poſt mortem, etiam ipſe Acabia prohibet. Cæterum ex eo quod dicit auctor, *quod in tonſura conſpicitur*, ſimile eſt decidui, & fas eſt ut uſu prohibitum ſit, etiam poſt mactationem ſecundum ſententiam Sapientum, dicentium, hinc apparet id quod cum lana non conſpicitur, eſſe cujus radices directæ ſunt verſus caput illius; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

פרק ד עד כמה ישראל חייבים להיטפל בבכור בבהמה דקה עד שלשים יום ובגסה חמשים יום רבי יוסי אומר בדקה שלשה חדשים אמר לו הכהן בתוך זמן זה תנהו לי הרי זה לא יתנו לו אם היה בעל מום אמר לו תן לי שאוכלנו מותר ובשעת המקדש אם היה תמים אמר לו תן לי שאקריבנו מותר הבכור נאכל שנה בשנה בן תמים בן בעל מום שנאמר לפני יי' אלהיך תאכלנו שנה בשנה :

Caput 4. Quamdiu Iſraëlitæ obligantur primogenitis operam dare? in pecore parvo uſque ad triginta dies, in magno quinquaginta. R. Joſe dicit in parvo pecore tres menſes. Si dixerit alicui ſacerdos in medio tempore iſto, dato ipſum mihi, tum non dabit ei. Si vitioſum ſit, atque ei dixerit, da mihi ipſum ut comedam, licet. Templo autem ſtante, ſi perfectum eſſet, & is dixerit, dato mihi ut ipſum offeram, licet. Primogenitum ab uno anno ad alterum comedi poteſt, tam perfectum quam vitioſum, uti ſcriptum eſt Deut. 12, 18. *Coram Domino Deo tuo comedes ipſum ab anno in annum.*

R. OB. DE BARTENORA.

עד כמה להיטפל *Quamdiu operam dabit?* quamdiu primogenitum educabit antequam illud ſacerdoti tradat? reſp. in pecore parvo triginta dies, in magno quinquaginta. Gemara hoc colligit ex eo quod Lex dicit Exod. 22, 29. מלאתך ודמעך לא תאחר בכור בניך תתן לי & ſtatim ſubjungit, *& ſic facies bovi tuo, & ovibus tuis*, ubi voces *bovi tuo*, quæ primæ in verſu occurrunt, comparamus cum vocibus *& plenitudinem & lachrymam tuam*, quæ primæ ſunt; voces *& oves tuas* poſtea occurrentes comparamus cum vocibus *primogenito & filiorum tuorum* ſequentibus. Per *plenitudo tua & lachryma tua* intelliguntur primitiæ quæ offeruntur quinquageſimo die, nam proventus in feſto Paſchatis maturus eſſe ſolet, primitiæ vero in feſto Pentecoſtes offerri ſolebant, ſicuti ſcriptum Exod. 23, 16. וחג הקציר בכורי מעשך quemadmo-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

להיטפל *Ad operam dandam*, educationi illius; ſcias porro quod nulla dona ſacerdotalia debent ſacerdotibus exhiberi niſi cum magnificentia, quemadmodum ea regibus & magnatibus offerri ſolent. Propterea eis nulla res datur in qua aliquod agendum reſtat, & quamvis ſacerdos in iſta occupari velit ad operam aliorum ſublevandam, tamen hoc ei non conceditur, ſicuti in Beraita exponitur, ſacerdotes, Levitæ, & pauperes qui opem tulerint paſtoribus, in areis, & in ritu mactandi, non accipiunt oblationes primas, nec decimas in præmium, & profanant ſi tale quid fecerint, de quibus dicit Lex Mal. 2, 8. שחתם ברית הלוי Et ſecundum hoc fundamentum ſi quis alicui dixerit ſacerdos in hoc tempore, da mihi hoc vel illud, non dabit ei, niſi vitioſum ſit, nam cum pecus mactari debeat, non diffe-

admodum ergo plenitudo & lachryma tua non offertur niſi demum quinquageſimo die, ita etiam bos tuus quinquageſimo die demum offerri debet, ut & primogeniti filiorum tuorum, de quibus Lex dicit Num. 18, 16. מבן חדש תפדה Sic etiam oves tuas triceſimo demum offeres die.

בדקה שלשה חדשים *In parvo tres menſes*, diu enim illud educare debent quia dentes illius minuti ſunt, ita ut herbam comedere nequeat, & moriatur ſi non manſerit apud matrem; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

לא יתנו לו *Non dabit illud ei*, nam quia Iſraëlita ipſum quinquaginta dies educare debet, ſi ſacerdos intra illud tempus ei dixerit, da mihi ipſum, ego illud paſcam ulterius, perinde eſt ac ſi conduxiſſet ipſum, nam ab opere ipſum liberat, ut ipſi & non alii ſacerdoti detur. Talis vero ſacerdos ſimilis eſt ei qui aream intraverit, & agricolæ in frumento purgando operam dederit, ut oblationem primam ſtatim accipiat. In Beraita dicitur, ſacerdotes & Levitæ qui in area opem tulerint, ii nec oblationem primam nec decimas accipere poſſunt in præmium. Si vero vitium contraxerit, & ſacerdos dixerit, da mihi illud ut comedam, quandoquidem tale pecus ei aptum eſt, non cenſetur ut ſacerdos qui in area opem tulerit. *Tam perfectum quam vitioſum*, tam ſtante Templo quam hodierno tempore, per totum annum retinere ipſum poteſt. Primogenitum vitioſum ſacerdoti dandum eſſe qui illud comedat ob vitium, colligimus ex eo quod ſcriptum eſt Num. 18, 18. *Et illorum caro pro te erit*, dicitur *illorum* in plurali, ad includendum tam primogenitum perfectum quam vitioſum.

differet opus. Præterea ſcias pecudem vitioſam quoque ſacerdoti cedere, quam vendere poterit cuicunque voluerit; ita dicitur in Siphri, *Et caro illius pro te erit*, ſcil. quod caro primogeniti vitioſi erit pro ſacerdote. Cæterum ſenſus triginta dierum pro pecore parvo, & quinquaginta pro magno, elicitur ex eo quod ſcriptum eſt Exod. 22, 29. מלאתך ודמעך לא תאחר & ſtatim ſequitur, כן תעשה לשורך ולצאנך de primogenito homine Lex dicit Num. 3, 15. מבן חדש ומעלה תפקדם ſed ſcias quod homo non tranſgreditur mandatum de retardatione niſi quum in ipſum inciderit obligatio, minimum vero ſpatium quod eſt inter unum atque alterum feſtum, comprehendit quinquaginta dies, qui veniunt inter feſtum Paſchatis & Pentecoſtes; idcirco parvum pecus primogenitum triginta dies educabit, magnum vero quinquaginta dies. R. Joſe dicit, quod parvum pecus diutius ſit educandum, quia dentes minutos habet, idcirco ei pabulum præbere debent donec dentes corroborati ſint & comedi poſſit; deciſio non eſt ſecundum R. Joſe.

ב נולד לו מום בתוך שנתו מותר לקיימו כל שנים עשר חדש לאחר שנתו אינו רשאי לקיימו אלא עד שלשים יום :

2. Si vitium contraxerit intra annum, licet id per integros duodecim menſes retinere; poſt annum, nequit id conſervare ultra triginta dies.

R. OB. DE BARTENORA.

Per integros duodecim menſes, a momento nativitatis. *Poſt annum ipſius*, hodierno ſcil. tempore, nam cæteroquin requiritur ut reſervetur donec vitium contraxerit. *Nequit retineri ultra triginta dies*, a momento quo vitium contraxit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod dicit auctor, *poſt annum ipſius*, id cum licentia intelligendum eſt quæ Templo deſtructo obtinet, cæteroquin jus de primogenito vult ut id reſervetur donec cum vitio ſuo comedatur.

ג השוחט הבכור ומראה את מומו רבי יהודה מתיר רבי מאיר אומר הואיל והוא נשחט שלא על פי מומחה אסור :

3. Si quis mactaverit primogenitum vitiumque illius monſtraverit, R. Jehuda permittit. R. Meyr dicit, quandoquidem mactatum eſt ab imperito, prohibitum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

רבי יהודה מתיר *R. Jehuda permittit*, de oculorum vitiis concedit R. Jehuda, quod prohibitum id ſit, quia iſtiuſmodi vitia poſt obitum immutari ſolent propter dolorem perpeſſum. Licet enim appareat quaſi vitium ſit ſtabile, tamen ſi id in pecore vivente conſpexerint, apparebit quod ſit inſtabile; is igitur nullum permittit vitium niſi corporeum, quod immutabile eſt. R. Meyr dicit quod de vitiis corporis decernatur immutabilibus propter oculorum vitia mutabilia; deciſio eſt ſecundum R. Meyr.

מומחה Eſt is qui a Principe ſive Synedrio terræ Iſraëlis accepit licentiam primogenita declarandi proba. Quamvis enim plerumque מומחה vocetur is qui legem oralem didicit, & illius veritates per conſequentias quaſdam ex aliis colligere novit, quia nomen illius inclaruit apud æquales ipſius, vocatur מומחה לרבים *probatus a multis*, atque talis controverſias decidere poterit, etſi non acceperit licentiam a præſide Synedrii quod in terra captivitatis ſtabilitum eſt. Sed in caſu primogenita legitima declarandi non vocatur מומחה *probatus*, nam primogenita nequit declarare legitima, niſi poſtquam licentiam acceperit a Synedrio in terra Iſraëlis fixo; nam licentia Synedrii in terra exilii hac in parte nihil ipſum juvabit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnes doctores concedunt quod ſi mactaverit ob vitium quod in oculis accidit, non requiritur ut id doctori alicui מומחה *expertiſſimo* monſtretur poſt mactationem, quia ejuſmodi vitium poſt mactationem ſolet immutarier; diſſentiunt igitur duntaxat de vitiis corporis reliquis, quæ non ſolent mutari. R. Jehuda dicit, quandoquidem non mutantur, idcirco poſt mactationem doctor quiſpiam expertus vitium luſtrare debet. R. Meyr dicit, quod de reliquis corporis vitiis decreverunt ob vitium oculi; deciſio eſt ſecundum R. Meyr. מומחה eſt ejuſmodi doctor qui eruditionis & ſcientiæ ſuæ multa dedit documenta, & a Synedrio examinatus eſt, & promotus, & idcirco מומחה בית דין *probatus a Synedrio* vocatur. Si vero alicujus ſcientia in publico inclaruerit ſponte, & non ex licentia & examine Synedrii, is vocatur מומחה לרבים *probatus a multis*. Et quamvis a Synedrio examinatus ſit, nihilominus tamen ei non licet primogenita dicere licita, niſi prius a Synedrio licentiam impetraverit, qua primogenita vitioſa declarare poteſt licita. Cæterum in principio Sanhedrin quoque expoſuimus, quod nullus ſenatus proprie dicatur בית דין niſi is cujus doctores in terra Iſraëlis promoti fuerint, ſive iſta promotio ore tenus facta ſit, ſive ſubſignatione quod eligi poſſit in eccleſiæ præſidem, nam terræ Iſraëliticæ incolæ vocantur קהל *cœtus*; & Deus uſus eſt phraſeologia *totius eccleſiæ*, licet modo decem adfuerint perſonæ; ſed cætera extra terram Iſraëliticam Synedria non curant in hocce caſu, ſicuti expoſitum eſt in tractatu Horajot. Nihil igitur doctorem quantumvis expertum juvabit Synedrium terræ exilii ad primogenita legitima dicenda, ſed Synedrii terræ Iſraëliticæ licentia inſuper accedat, uti in Gemara exponitur. Propterea ſi de מומחה aliquid audiveris in licentia primogenitorum, aut in aſpectu vitiorum, ſcias ipſum eſſe doctorem expertum cui a Synedrio de primogenitis decidendi poteſtas data eſt.

ד מי שאינו מומחה וראה את הבכור ונשחט על

4. Si quis non promotus primogenitum viderit,

פ׳ו הרי זה יקבר וישלם מביתו דן את הדין זיכה את החייב וחייב את הזכאי טמא את הטהור וטהר את הטמא מה שעשה עשוי וישלם מביתו ואם היה מומחה לבית דין פטור מלשלם מעשה בפרה שניטלה האם שלה והאכילה רבי טרפון לכלבים ובא מעשה לפני חכמים והתירוהו (ס׳א) אמר תודוס הרופא אין פרה וחזירה יוצאה מאלכסנדריא עד שהם חותכין את האם שלה בשביל שלא תלד אמר רבי טרפון הלכה חמורך טרפון אמר לו רבי עקיבא רבי טרפון פטור אתה שאתה מומחה לבית דין וכל המומחה לבית דין פטור מלשלם :

idque mactatum fuerit dicto ipſius, tum id ſepeliatur, & pretium illius e domo ipſius ſolvatur. Si jus dixerit, & reum abſolverit, vel contra, mundum dixerit immundum, vel contra, quod factum eſt infectum eſſe nequit, dummodo ſolverit e domo ipſius. Si vero a domo judicii promotus ſit, non tenetur ſolvere. Contigit aliquando ut R. Tarphon canibus objecerit vaccam cujus mater ablata erat, & is caſus poſtea ad Sapientes delatus eſt, qui eum approbaverunt. Dixit Todos ille medicus, non egrediebatur vacca nec porcus Alexandria niſi donec matrem diſcidiſſent, ne pareret Dixit R. Tarphon, aufugit tuus aſinus Tarphon; dixit ei R. Akiba, R. Tarphon tu liber eras, utpote a domo judicii promotus, quisquis autem a domo judicii promotus fuerit, is liber eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

וישלם מביתו *Et ſolvet e domo ſua*, quum ſacerdoti ſolvendum erit, tum ſolvet quartam pretii partem ſi pecus ſit parvum, ſin magnum, dimidium. Ratio autem quare dimidium ſolvat, eſt quia dividunt bona quæ in dubio verſantur, quia dici poteſt quod ſivit ut ea perirent. Si enim hoc ei non permitteretur, fuerit מומחה גמור *doctor conſummatus*, & ipſi liceret comedere illud; ſed jam requiritur ut ſepeliatur. Vel etiam dici poteſt quod non ſivit ut quicquam perierit, quia in ipſo forſan non fuerit vitium, ſed doctor conſummatus id non permiſiſſet ei, & fieri potuit ut non acceperit vitium ſtabile niſi donec obierit. Ratio autem quare in pecore parvo non ſolvendum eſt dimidium, ſicuti in magno, eſt quod multa opera requiritur in parvo pecore educando. Qui vero pecus primogenitum dixerit licitum, is ſacerdoti ademit magnam operam in educatione impendendam; fieri enim poteſt ut ſi monſtraverit id ſacerdoti, non licitum pronunciaſſet, & multam ei operam impendiſſet donec vitium contraxerit; idcirco quartæ partis ſolutionem ei duntaxat impoſuerunt. Maimonides ſummam capitalem ſolvendam docet.

מה שעשה עשוי וישלם מביתך *Fiat quod factum eſt, & ſolvat e domo ſua*, ſecundum ipſum qui dixit eum qui in cauſa fuit, teneri e *domo ſua*, id eſt e bonis ſuis ſolvere, quia damnum intulit proximo ſuo. Qui vero non ita jus dixit ut in cauſa damni ſit, de ipſo dicit Miſna noſtra, ſi ſumpſerit & in manum dederit. Si Judex reum abſolverit, nimirum, ſi creditor pignus ſumpſerit in poteſtatem ſuam, quo debitorem liberet, ſumendo pignus manu ſua e poteſtate creditoris, idque debitori reſtituendo. Sin autem immundum dixerit mundum, & manu quoque ſumpſerit ac dederit, ut, ſi coram doctore adduxerint res puras ad audiendam ſuper illis ſententiam illius, iſque eas pronunciaverit immundas, & reptile aliquod immundum ſumpſerit idque iis admoverit ne de immunditie earum dubitaretur amplius, & confirmarentur ipſius verba. Et contra ſi mundum dixerit immundum, ut, ſi fructus mundos commiſcuerit cum iſtis quos ipſe contra jus dixerit mundos, atque eos ita immundos reddiderit.

והיה מומחה לבית דין *Et promotus fuerit a Synedrio*, & a Synedrio ipſi facultas judicandi data fuerit, tum liber eſt ſi erraverit, quia nemo e plebe ei dicere poteſt, quare de re mea judicaſti? אם matrem puta רחם *matricem*. והאכילה רבי עקיבא לכלבים & *comedendam eam canibus propoſuit R. Akiba*, dum eum interrogabant de iſta vacca, declaravit eam diſcerptam, & canibus projecit.

שלא תלד *Ne pareret*, quia vaccæ & porci Alexandrini erant delicatiores aliis, & propterea pluris vendebantur, volueruntque Alexandrini ne in aliis regionibus parerent, ut ii duntaxat Alexandriæ quærerentur, quamobrem iis matricem abſcindebant, ita tamen ut non morerentur; propterea non erant diſcerpti quid. *Aufugit aſinus tuus R. Tarphon*, perdidiſti nempe aſinum tuum quem vendere volebas, ut proprietario pretium vaccæ ſolveres.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Primo tibi exponam errorem cadere in judicem duobus modis, horum primus eſt in eo quod in ſcriptis acceptum eſt, ut, ſi oblitus ſit traditionem aliquam, vel eam neſciverit, de hoc dicitur, erravit in negotio Miſnæ. Secundus eſt quum erraverit in difficultate quadam, ut, ſi res quædam ſit probabilis, etſi contra ſe habuerit, & hic vocatur *error in conſideratione intellectus*. Sed hæc omnia ita ſe habebant ante Gemaræ compoſitionem; hodierno autem tempore, raro admodum hoc contingere poteſt, nam ſi judex contra id quod in Gemara ſcriptum eſt, judicaverit, tum is eſt error in re Miſnica. Si vero non judicaverit contra Gemaram, & rem concluſerit ſecundum Legis conſequentias, etſi deciſio contra ſe habuerit, non tribuunt ei errorem, quia conſequentiæ ipſius erant probabiles. Veriſſimum autem hoc eſt fundamentum quod quiſquis in re Miſnica erraverit, ſententiam ſuam retractare debeat, quamvis liber ſit a ſolutione pecuniæ, ſive ſit judex rite promotus, ſive non, etſi erraverit in tali re quæ deſtrui nequit, quemadmodum eſt R. Tarphonis jus de iſta vacca, is enim illam dixerat diſcerptam, & propterea canibus edendam objecerat, ſecundum quod non tenetur ſolvere, quia erravit in re Miſnica; nam is neſciebat hoc non referri inter diſcerpta, nimirum id quod e matrice diſſectum eſt, etſi quis doctor non rite promotus id ipſum ſtatuerit; & hoc eſt quod dixerunt, *unum & plura loquuntur*, nempe una ratio, quia erravit in re Miſnica; *& plura*, etſi enim error conſtiterit in conſideratione intellectus, tu nihilominus tamen a Synedrio promotus es. Porro ſcias quod ſi judex erraverit in conſideratione intellectus, ipſe vero nihil ſumpſerit neque dederit in manu, neque ea res perierit niſi donec eſſet ſolvendo, non debet ſolvere, ſed deciſio illius deſtruitur. Verum ſi acceperit & in manum dederit, vel de aliqua re judicaverit quæ perire poteſt, eaque perierit, ut, ſi aliquam rem pollutam vel prohibitam pronunciaverit, quæ contra ſe habebat, & ita proprietarius rem ſuam perdiderit, tum magna eſt judicum differentia, nam ſi ſit judex promotus cui licentia data eſt, etſi partes litigantes eo non contentæ ſint, vel ſi deciſionem juris non recipiant, vel ſi promotus quidem, ſed ei non data ſit licentia, licet partes litigantes ipſo contentæ ſint, vel deciſionem ipſius volentes acceperint, non tenetur ſolvere; & dicimus, fiat quod factum eſt ſi res perierit; vel deciſio retractetur ſi retractationem poſtulaverit. Si vero מומחה *doctor promotus* ſit, ſed non ſumpſerit licentiam, neque partes litigantes ipſo contentæ fuerint; vel ſi non fuerit מומחה, attamen partes litigantes ipſo contentæ fuerint, dicendo, jus Legis judica pro nobis, iſque erraverit, de iſtis duobus caſibus Miſna dicit, fiat quod factum eſt & ſolvat e domo ſua. Si vero non fuerit מומחה, neque partes litigantes ipſo contentæ fuerint, habeatur tyrannus, & non decet de ipſo diſſerere, atque illius judicium nullius eſt momenti; pariter illius jus in caſu quo aliquid accepit vel in manum dedit, eſt jus violenti alicujus tyranni. Et ſi is in cauſa fuerit ut aliquid perierit

שאתה מומחה *Quia tu promotus eras*, ſemel & amplius dixit ei, *ſemel*, quia erravit in re Miſnica, capite enim tertio tractatus de Profanis dicitur, ſi ei mater ablata ſit, vacca legitima eſt, nam hypotheſis nobis eſt, quod ſi quis in re Miſnica erraverit, illius jus deſtruatur, ipſe vero condemnatur ſicuti convenit, ſed non ſolvit. *Amplius*, quando in conſideratione intellectus erraverit, prohibitio illius confirmetur, & non deſtruetur, licet in cauſa damni fueris, nihilominus tamen liber eris, quia a Synedrio promotus es. *Conſideratio intellectus* hæc eſt, ſi duo doctores Tannaim vel Emoraim diſſentiant, & nondum pronunciatum ſit ſecundum quemnam eorum ſit deciſio, plerique autem homines fecerit ſecundum ſententiam unius, & unus iſta denuo fecerit ut alter, fiat quod factum eſt, & ſolvat e domo ſua.

quod contra prohibitum pronunciavit, etiam tyrannus perhibetur & omnia ſolvere debet. Neque quiſquam e controverſia remanebit, niſi is qui non ſit מומחה, attamen licentiam ſumpſerit judicandi, quia talis nullo modo inter probatos doctores referri poteſt, cum nullum ſynedrium unquam alicui doctori non promoto ſive לא מומחה hanc judicandi poteſtatem dabit, quia nihil prodeſt. Et non tantum hoc, ſed ejuſmodi Synedrium aſſimilatur ei qui ſylvam plantavit, & ſtatuam in Iſraële erexit, ſicuti exponitur in tractatu de Synedriis. Præterea in Gemara Chagiga codicis Jeruſolymitani exponitur quod ipſum ad alias res eligere non licet, niſi donec omnes totius juris caſus intellexerit. Jam explicandum reſtat, quiſnam ille ſit qui dare poteſt hanc judicandi licentiam, & cuinam cum fructu dari poſſit. Dico itaque eum qui licentiam iſtam concedere poteſt, eſſe præſidem Senatus terræ Babylonicæ, ubi nos captivi verſamur, & non tantum præſidem ſenatus in terra Iſraëlis, dummodo verſatiſſimus ſit in Lege, uſque adeo ut ipſis in terra Iſraëlis doctoribus æquiparari poſſit, dum eligebatur, ſi igitur talis judex licentiam ceperit a præſide ſynedrii in terra Iſraëlitica, iſta licentia pro terra Iſraëlis tantum valet, & non pro exteris regionibus. Si vero quis licentiam ceperit a præſide in terra exilii, ubique locorum iſta valet licentia, tam in terra Iſraëlis quam extra eam; nam jus præſidis in terra exilii valet in toto Iſraële, uti jus Regium abſolutum. Et hoc Sapientes noſtri dixerunt de שבט *ſceptro*, ſicuti dicitur Gen. 49, 10. לא יסור שבט מיהודה Sceptrum ſcil. non recedet e tribu Judæ, quod præſides Senatus notat in captivitate Babylonica, qui Iſraëlitas ſceptro regunt, ſcil. potentia & vi. Nonne igitur vides quod nos ſcientiam ipſius non curamus, ſed familiam, dummodo electus ſit conterraneis ſuis ipſum approbantibus. Cæterum terræ Iſraëliticæ præſides ſunt Sapientes, quemadmodum dicitur Gen. 49, 10. ומחוקק מבין רגליו Sed ſi qui examinarunt ipſum, & poſtea ei in terra Iſraëlis, vel in Babylonia licentiam dederint, tum iſta licentia ei prodeſt, & is cenſetur Sapiens in cognitione Legis excellentiſſimus, ſicuti in Gemara Horajot exponitur. Si vero totius Talmudis cognitionem habuerit, ſed in aliquo Tractatu imprimis verſatus fuerit, ita ut ad quamlibet ipſi propoſitam quæſtionem prompte poſſit reſpondere ut decet, dignus eſt ut in præſidem civitatis eligatur, & decidendi jus licentiam habeat. Qui vero ad omnes totius Talmudis quæſtiones reſpondere poterit ſicuti convenit, is dignus eſt ut in Synedrii præſidem eligatur, & ut ſuprêmus magiſter omnes controverſias decidat. Si vero is qui eum in præſidem elegerit, ſit præſes alicujus conſeſſus in terra exilii, tum univerſi orbis Judaici judex eſſe poterit. Si vero a præſide Synedrii in terra Iſraëlis ei data ſit hæc licentia, ubique per terram Iſraëlis doceat & judicia pœnarum quoque extra terram Iſraëlis exerceat, ſicuti in principio codicis de Synedriis expoſuimus. In Gemara quæritur hoc ſenſu quis perhibeatur תלמיד חכם *ſtudioſus Sapiens*? reſp. quem de Conſtitutionibus conſulere poſſunt, ſi quæſiveris, quo ſcopo hoc dicitur? reſp. ad eligendum ipſum in civitate ſua, ſi in uno codice Talmudico verſatus ſit, ſi vero in toto Talmude, in ראש ישבישה præſidem conſeſſus eligi poteſt. Sed ne perverſe ſenſeris de omnibus iſtis quæ in medium attuli, quantum attinet iſtos titulos ראש ישיבה *præſes conſeſſus*, vel אב בית דין *pater domus judicii*, quæ in terra Iſraëlis & plagis occidentalibus obtinent; nam nonnulli diſtinguunt inter præſidem conſeſſus excellentiſſimi Jacobi & inter præſidem conſeſſus ſupremi, & ejuſmodi titulos adſcribunt iis quos nunquam cognoverunt, ſed iſtiuſmodi tituli perquam ſunt fallaces & adulatorii. Ego autem in terra Iſraëlis vidi aliquos qui חברים *ſocii* dicebantur, in aliis vero locis *conſeſſus præſides* vocabantur, etſi ne quidem unius diei diſcipuli fuiſſent; ſed nobis non eſt res cum hominibus, ſed cum ipſis juris caſibus. Cæterum jam tibi explicui quod examinandus ſit is qui ad controverſiæ jus decidendum miſſus eſt; & tum ei ſecundum ſcientiam ipſius conceditur licentia. Jam redeamus ad Miſnam, dicentem, *ſepeliatur, & is ſolvat e domo ſua*, quia non eſt doctor probatus; nam ſi rei judicatæ tempus jam tranſierit, & deciſio deſtrui non potuerit, fas eſt ut ſolvat, uti diximus. Nam in pecore parvo quartam ſolvet, dimidium in magno; ratio eſt, quia in parvo pecore paulum perdidit, ſed in magno multum. Sed ipſi non imponimus ut tantum ſolvat quantum perdidit, ordinis ergo, nempe, ne in terra Iſraëlis parvum pecus alatur, quod vetitum eſt propter rapinam; idcirco levior imponitur conditio doctori de mactatione perverſe judicanti, gravior autem pecoris proprietario, quia parvum pecus in terra Iſraëlis aluit.

ה הנוטל שכרו להיות רואה בכורות אין שוחטין על פיו (ס"א) אלא אם כן היה מומחה כאילא ביבנה שהתירו לו חכמים להיות נוטל ארבעה איסרות בבהמה דקה וששה בגסה בין תמים בין בעל מום :

5. Si quis mercedem ſumpſerit ad primogenita inſpicienda, non mactant dicto illius, niſi fuerit doctor probatus ut Ela in Jabne; etenim Sapientes ei permiſerunt quatuor aſſarios ſumere pro parvo pecore inſpiciendo, & ſex pro magno, tam perfecto quam vitioſo.

R. OB. DE BARTENORA.

אין שוחטין על פיו *Non mactant dicto illius*, quia alii diceret ſe id ei permittere mercedis gratia. *Ut Ela*, eſt Sapientis cujuſdam Jabnenſis nomen, & pii, qui hac in parte non habebatur ſuſpectus; & is integram capiebat pro pecore inſpiciendo mercedem, tam perfecto quam vitioſo. *Quatuor aſſarios pro parvo pecore*, in magno pecore major requiritur opera ut illud in terram deponant, ligent, & inſpiciant vitium, idcirco major illius ſtatuitur merces.

בין תמים בין בעל מום *Tam perfectis quam vitioſis*, etſi enim doctor dixerit ei, vitioſum eſt, nihil juvat, quam ut mercedem ſuam capiat, nam ſi mercedem ſuam non cepiſſet, in ſuſpicionem incidiſſet, quum dixiſſet, vitioſum eſt. Hinc Maimonides de mactatione judicat, quod vel nequaquam merces capienda ſit, vel quod merces capiatur tam pro cadaveris & diſcerpti mactatione, quam pro integri pecoris, uti in primogenitis vitioſis fit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sanciverunt Sapientes ut doctori probato tam pro perfecto quam pro vitioſo pecore inſpiciendo cederet aliqua merces, ad ſuſpicionem evitandam, ſcil. ne diceret quiſpiam, hoc primogenitum eſt perfectum, ſed is id vitioſum pronunciavit mercedis gratia. Pariter ei non conceditur hæc licentia mercedem capiendi, niſi ſemel pro hoc pecore, ne quis dicat, quod is hoc pecus dixit vitioſum & non perfectum, ne diu moretur apud ipſum & vitium contrahat aliud, & inſuper aliam pro inſpectione mercedem capiat; idcirco nullatenus ei licet mercedem ſumere. Ex hac Miſna tibi innoteſcet eſſe lanios quoſdam qui certa mercede mactant, ſi pecus ſit integrum, ſi vitioſum, abſque mercede; ſed hoc non eſt fas, & hicce ritus nemini niſi perito convenit, nam fas eſt ut mactatio ſine mercede peragatur, vel ut mercedem capiat pro omni mactatione tam cadaveris quam diſcerpti, vel integri, ad ſuſpicionem tollendam, ſicuti Sapientes de primogenitis ſanciverunt.

ו הנוטל שכרו לדון דיניו בטלים להעיד עדותיו (ש"ס) בטלים להזות ולקדש מימיו מי מערה ואפרו אפר מקלה אם היה כהן וטמאהו מתרומתו מאכילו ומשקו וסכו ואם היה זקן מרכיבו על החמור ונותן לו שכרו כפועל :

6. Si quis pro judicio ſuo mercedem ſumpſerit, ejus judicium irritum eſt. Si pro teſtimonio, teſtimonium illius irritum eſt. Si pro aſperſione ſanguinis & conſecratione, illius aquæ ſimiles ſunt aquis ciſternæ, & cinis combuſtionis. Si ſacerdos ſit & polluerit ſe ab oblatione prima ipſius, det ei comedendum & bibendum, & ungat ipſum. Si ſenex ſit, in aſinum attollet ipſum, ſoluta ei mercede operarii.

R. OB. DE BARTENORA.

הנוטל שכר לדון דיניו בטלין *Si quis pro judicio ſumpſerit mercedem, judicium illius eſt fruſtraneum*, quemadmodum ſcriptum eſt Deut. 4, 5. *Ecce docui vos ſtatuta & judicia, ſicuti mihi præcepit Dominus*; ſicuti ergo vos gratis docui, ita vos gratis docebitis. Ego vero inter doctores in Germania hac in parte quiddam iniqui animadverti, quod aliquem conſeſſus præſidem non pudebat decem aureos ſumere pro ſemihoræ occupatione in ſcriptione & traditione divortii. Teſtes autem divortio ſubſcribentes, duos aureos, vel quisque ſaltem unum. Talis itaque conſeſſus præſes mea ſententia raptor & tyrannus habendus eſt; is enim novit quod nemo præter ipſum in civitate licentiam habet divortii rite inſtituendi, & quod idcirco omnes divortiorum libelli ipſo approbante conſcribi & confirmari debent. Cæterum ego de tali divortio dubito an ſit rite inſtitutum, eo quod Miſna noſtra dicit, *qui pro judicio ſuo mercedem ſumpſerit, ejus judicia ſunt irrita, & teſtimonium illius ad teſtandum eſt irritum.*

להזות *Ad ſpargendum*, ad aquas expiatorias ſuper mortuo ſpargendas. לקדש *ad conſecrandum*, ad cinerem vaccæ rufæ expiatorium commiſcendum cum aqua viva in vaſculo. אפר מקלה *pulvis aduſtionis*, ita vocatur fornacis cinis, ſenſus eſt, hunc eſſe communem cinerem, non conſecratum. Si vero is qui de promogenito inquiſivit, ſive judex, ſive teſtis, ſive is qui conſecravit, fuerit ſacerdos, & proximus quiſpiam eum ſecum duxerit in locum immundum, iſque ibi pollutus fuerit ut de oblatione prima comedere nequeat, & ei damnum illatum fuerit ita ut de profano comedere debeat, quod ei carius eſt quam oblatio prima, quia profanum unicuique convenit, oblatio prima duntaxat ſacerdotibus mundis. Sed ei comedendum & bibendum proponi poteſt id quod ſumpſit, & is poſtea ungi.

ונותן לו שכרו כפועל *Et dabit ei mercedem ſuam ut operario*, ſi magni momenti opus perfeciſſet, & multum lucratus fuiſſet, conſiderabant quantum homo talis ſumere vellet præter id quod lucrabatur in opere gravi, & in opere facili, & tum ei tantum dabatur. Et ſic omni judici licet pro vacatione ab opere ſuo ſumere mercedem, quando res alicujus eſt momenti, dummodo ab utroque adverſario æquabiliter ſumat, non ultra, quod licitum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מי מערה *Aquæ ciſternæ*, non valent ad rem aliquam conſecrandam, ſed *aquæ vivæ* id eſt fluviatiles & ſcaturientes requiruntur, idcirco dicit auctor, haſce aquas eſſe ſimiles aquis ciſternæ, & cinerem eſſe ut eſt cinis combuſtionis, ſcil. ut fornacis cinis, & non ut cinis vaccæ rufæ. Conſecratio in hoc conſiſtebat, quod cinis vaccæ rufæ in aquam conjiciebatur, quod pro mercede non licebat facere; & ſi quis hoc feciſſet ſacerdos, ineptus erat ad aquas expiatorias ſpargendas. Si vero judex palam mercedem cepiſſet ab ambabus partibus litigantibus, ſicuti publice fieri ſolet, tum tantum capiet, quantum temporis ſpatium ab opere ſuo ceſſavit, non plus, & hoc ubique manifeſtum erit, ut, ſi ſit opifex manualis qui diurnam in mercedem lucratur duas argenti drachmas, & is per quartam diei partem ab opere ſuo ceſſaverit, ab utroque adverſario capiet dimidium drachmæ, ab uno quartam & ab altero quartam; & hoc licitum eſt, & factum ab excellentiſſimis Sapientibus.

אם היה כהן *Si ſacerdos ſit*, ſi is qui judicare voluerit, ſit ſacerdos, & hæc lis protrahatur donec is pollutus fuerit, & impeditus ab ablatione prima comedenda, ut, ſi aliquo profectus fuerit ubi in itinere pollutus fuerit aliqua immunditiei ſpecie, demonſtratum illic aliquam difficultatem, ſive ad prohibendum ſive ad permittendum. Huic licitum eſt de ſuo comedendum & bibendum dare, eique equitatum præbere ſi neceſſarium ſit, quia hæc eſt ſolutio oblationis primæ, quam comedere impedivit.

כפועל *Ut operario*, nimirum, quod ei tantum dari debet quantum operario ab opere ſuo vacanti ſolvitur. Sed ego hujus dicti ſententiam exponam, nam audivi de iſto quædam prolata quæ non admittenda ſunt, & nullum omnino habent ſenſum; hoc ſenſu, aliquando homo unus ſolet eſſe altero robuſtior & diligentior, & quotidie multum pecuniæ lucrari, & tum non dicimus ei tantum dari debere quantum hicce homo temporis ſpatium ab opere ceſſavit, ſed opus maxima ex parte conſideramus, & quantum homo in iſto opere quotidie lucrari poſſit; atque hæc conſideratio in iſto eſt opere. Sed conſideratio ceſſationis ab iſto opere, expendenda eſt ſecundum laborem & ceſſationem iſtius operis, ſunt enim opera quæ multo cum labore fiunt, ut opus fabri ferrarii, & eorum qui in metallis occupantur; idcirco ſi alieni dederint licentiam eligendi opus aliquod laborioſum, vel ut totum diem quieſcat, ſine dubio potius eliget quietem, etſi parum modo lucretur, quam opus iſtud difficile, licet certam quantitatem lucretur. Sed numularii, & ſimilium quorum opus non eſt difficile, qui pecunias pro certo lucro commutant, conditio parum differt ab otioſi alicujus conditione, ſi vero faber ferrarius quotidie lucretur duas drachmas, & numularius tantundem, judex autem iſte fuerit faber ferrarius, iſque totum diem ab opere ſuo ceſſaverit propter judicium, dabitur ei dimidium drachmæ, etſi enim ceſſaverit, nihilominus tamen a difficili ſuo labore requievit. Si vero numularius fuerit, dabitur ei una drachma cum dimidio, quia ceſſavit ab opere facili; hunc intelligas caſum volo, quia ille inſignis & verus eſt.

ז החשוד על הבכורות אין לוקחים ממנו בשר צבאים ולא עורות שאינן עבודין רבי אליעזר אומר לוקחים ממנו עורות של נקבה ואין לוקחים ממנו צמר מלובן וצואי אבל לוקחים ממנו טווי ובגדים (נ"א וארוג) :

7. Ab eo qui de primogenitis ſuſpectus eſt, non emunt carnem caprearum, neque coria non parata. R. Eliezer ſtatuit quod fœminarum coria ab ipſo emi poſſunt. Sed non emunt ab ipſo lanam dealbatam & inquinatam, ſed netum & pannos.

R. OB. DE BARTENORA.

החשוד על הבכורות *Suſpectus de primogenitis*, eſt ſacerdos qui ſuſpectus eſt quod primogenita pronunciat vitioſa. בשר צבאים

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Caro caprearum ſimilis eſt carni vitulorum; ratio autem quare auctor permittit ab illo emere pelles paratas, eſt, quia

צבאים *carnem caprarum*, quæ rubicunda eſt & ſimilis carni vitulorum; primogenitum autem vendere poteſt perfectum vitulum, & dicere quod ſit caro capreæ, cum nulla ſit de primogenitis ſuſpicio.

ולא עורות שאינן עבודין *Neque pelles non paratas*, ſed paratas ab ipſo emere licet, nam ſi e primogenitis eſſent, non laboraſſet in illis, quia putaſſet Sapientes id non reſciviſſe, quod ei in damnum foret. *Emunt ab ipſo pellem fœmellarum*, quia illæ dignoſci poſſunt; doctor primus qui id prohibuit, putat fieri poſſe ut ſigna maſcula excidantur, & ita pro pellibus fœmineis vendantur, & ſi quis ipſum interrogaverit quomodo parata ſint, dixerit glires comediſſe illas; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer. *Dealbatam & inquinatam*, in Gemara exponunt, *a ſordibus dealbatam*, nempe quæ lota eſt a ſordibus ſuis; nam non dicimus quod ſi e primogenitis eſſet, non perdidiſſet operam illius, & non dealbaſſet eam, ne Sapientes id reſcirent, & hoc ei in damnum cederet; nam ſicuti exigua eſt illius opera, dealbabit eam, & hæc non curabit. *Sed textum & pannos ab ipſo emunt*, nam ſi e primogenito eſſent, tantam in illis operam non adhibuiſſet, quia in opere ipſius curaſſet ut hæc non perderentur. Per בגדים hic non ſimpliciter veſtes intelligendæ ſunt, cum textum ab ipſo emere liceat, eo magis veſtes textas; ſed intelligenda ſunt לבדים (Italice Feltero) e lana confecta, & non texta.

quia pelles primogenitorum perfectorum non parari ſolent, quia is qui id fecerit, timet ne a Sapientibus ſuſpectus habeatur, & hoc ei officiat. Pellem vero fœminarum Sapientes prohibuerunt, ne excidatur locus maſculorum pudendorum, dicatque eſſe pellem fœminæ a gliribus comeſam, & idcirco exciſam eſſe.

מלובן וצואי *Dealbatam & ſordidam*, in Gemara dicunt, *a ſordibus dealbatam*, id eſt a ſordibus purgatam; quanto magis eam quæ a ſordibus ſuis non lota eſt, non licet ab illo emere. טוי *netum*, non veſtem textam intelligit, quia jam permiſit fila ab ipſo emere, & quanto magis textum; ſed mens illius eſt de re quadam texto juncta, nempe לבדים (Belgice vilten) quæ e lana fiunt; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

ח החשוד על השביעית אין לוקחים ממנו פשתן ואפילו סרק אבל לוקחים ממנו טוי ואריג (נ"א ובגדים):

8. Si quis de anno ſeptimo ſuſpectus ſit, non emunt ab ipſo linum, ne quidem pectinatum; ſed netum & textum ab ipſo emunt.

R. OB. DE BARTENORA.

החשוד על השביעית *Suſpectus de anno ſeptimo*, quod ſerit, vel quod negotiatur fructibus anni ſeptimi. סרק eſt linum pectinatum, ſive pectine paratum; quandoquidem enim hujus labor exiguus eſt, eum non curat. אריג *textum*, non proprie textum, nam ſi netum ſit, licitum eſt, quanto magis textum quod prius netum erat; ſed per textum intelliguntur ſpecies catenularum quæ conficiuntur e lino & nunquam e neto fiunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Textum cujus hic meminit eſt id quod in modum texti paratum eſt, uti ſunt funiculi contorti qui ex ipſo fiunt lino, & non ex eo quod netum eſt; nam quia emtionem neti conceſſit, eo magis texti concedet emtionem.

ט החשוד להיות מוכר תרומה לשם חולין אין לוקחים ממנו אפילו מים או מלח דברי רבי יהודה רבי שמעון אומר כל שיש בו זיקת תרומות ומעשרות אין לוקחים ממנו:

9. Ab eo qui de emtione oblationis primæ in nomine profani ſuſpectus eſt, non emunt, ne quidem aquam & ſal, ita R. Jehuda. R. Simeon dicit, cui incumbit obligatio oblationis primæ & decimarum, id non emunt ab ipſo.

R. OB. DE BARTENORA.

Neque aquam, aut ſal, propter pœnam. *Omne id quod obligationem oblationis primæ in ſe comprehendit*, omnis res in quæ oblatio prima locum habet; & dicit *omne*, ad viſcera piſcium includenda, quibuſcum oleum olivarum miſcere ſolent, in quo obligatio oblationis primæ locum habet; deciſio eſt ſecundum R. Simeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

זיקת Eſt obligatio, ſed eam in tractatu de Leviratu jam expoſuimus, R. Jehuda hæc tantum per modum decreti ſtatuit; deciſio eſt ſecundum R. Simeon.

י החשוד על השביעית אין חשוד על המעשרות החשוד על המעשרות אינו חשוד על השביעית החשוד על זה ועל זה חשוד על הטהרות ויש שהוא חשוד על הטהרות ואינו חשוד לא על זה ולא על זה זה הכלל כל החשוד על הדבר לא דנו ולא מעידו:

10. Qui de anno ſeptimo eſt ſuſpectus, is de decimis non eſt ſuſpectus, nec contra. Qui vero de ambobus ſuſpectus eſt, is etiam de puris ſuſpectus eſt; eſt tamen nonnemo qui de puris eſt ſuſpectus, ſed de neutro amborum. Hæc ſit generalis regula, quiſquis de aliqua re ſuſpectus eſt, ne teſtetur, neque ei teſtimonium perhibeatur.

R. OB. DE BARTENORA.

אין חשוד על המעשרות *Non ſuſpectus eſt de decimis*, idcirco ab ipſo proventum emere licet reliquis in annis; ſed eum non decimant certe, ſed dubie. Ratio autem quare is qui de anno ſeptimo eſt ſuſpectus, etiam ſuſpectus ſit de decimis, & contra, hæc eſt, quod una res habet conditionem aliquam graviorem, quam non habet altera. Nam anni ſeptimi fructus intra muros Jeruſolymitanos non neceſſario comedi debent, contra vero decimæ ſecundæ duntaxat Jeruſolymæ. Idcirco nonnemo decimarum ſecundarum pœnam ſtatuit graviorem quam anni ſeptimi. Decimæ vero redimi poſſunt, at non anni ſeptimi fructus, quandoquidem prohibitum eſt, idcirco nonnemo anni ſeptimi fructibus graviorem adſcribit conditionem quam decimis.

החשוד

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Anni ſeptimi prohibitio ex Lege eſt, ita quoque decimarum prohibitio, ſed in una conditio quædam gravior eſt quæ non in altero; decimæ enim ad locum deſtinatum adducendæ ſunt, ſcil. decimæ ſecundæ; ſed non ita anni ſeptimi fructus; contra, anni ſeptimi fructus redimi nequeunt, ſed non ita decimæ. Verum hæc fundamenta ſuis in locis jam expoſita; idcirco is qui de his eſt ſuſpectus, non item de illis ſuſpectus eſt. Sed ſi quis de ambobus ſit ſuſpectus, etiam de rebus mundis ſuſpectus eſt, & interdum etiam de illis quæ ex decretis Sapientum obtinent, cujuſmodi ſunt ciborum impuritates, manuumque, & ſimilium. Sed non eſt ſuſpectus de anni ſeptimi fructibus & decimis, quorum obligatio eſt ex Lege, quia is qui ſuſpectus eſt de rebus a Sapien-

pien-

החשוד על זה ועל זה *Qui ſuſpectus eſt de utroque*, quandoquidem de re Legis ſuſpectus eſt, quanto magis de rebus puris ſuſpectus eſt, nam ex Sapientum conſtitutione eſt quod homo profana comedere debeat cum munditie; & qui ſuſpectus eſt de puris ex conſtitutione Sapientum, is non de anno ſeptimo, nec decimis, quia is qui de rebus ex conſtitutione Sapientum ſuſpectus eſt, non eſt ſuſpectus de iis quæ ex Lege prohibita ſunt.

pientibus ſancitis, non item de rebus ex Lege inſtitutis ſuſpectus eſt. Verum ſi is de immundis e Lege prohibitis ſuſpectus ſit, etiam ſuſpectus habetur de anno ſeptimo & decimis. Et ſecundum huncce caſum dicit, *nonnemo de mundis ſuſpectus eſt.* זה הכלל *hæc generalis regula eſt*, nempe, quod tibi dixi de eo qui ſuſpectus eſt tam de rebus e conſtitutione Sapientum quam e Lege prohibitis, etiam intelligi debet de eo qui ſuſpectus eſt de alia prohibitione hiſce ſimili, vel minori, ſed non de prohibitione graviori, ſicuti dictum eſt de decimis, & anno ſeptimo.

פרק ה כל פסולי המוקדשין נמכרים באיטליז ונשחטין באיטליז ונשקלין בלטרא חוץ מן הבכור ומן המעשר שהנייתן לבעלים פסולי המוקדשין הנייתן להקדש ושוקלין מנה כנגד מנה בבכור :

Caput 5. Omnia ſancta reproba in macello vendi poſſunt, ibique mactari, & libra ponderari, primogenito decimiſque exceptis, quorum commodum cedit proprietariis; reproborum vero ſanctorum commodum uſui ſacro cedit. In primogenitis una pars contra alteram ponderatur.

R. OB. DE BARTENORA.

כל פסולי המוקדשים *Omnia ſancta reproba*, quæ vitium aliquod contraxerunt, ſi quis ea pluris vendiderit, emolumentum iſtud ſacris cedit, idcirco in macello venduntur, ubi pluris vendi ſolent. ונשקלין בליטרא *& libra ponderantur*, ut eo modo vendantur ſicuti laniis in macello vendi ſolent profana, & quia ſic pluris vendi poſſunt, idcirco incrementum nummorum cedit rationibus ſacris.

חוץ מן הבכור והמעשר *Excepto primogenito & decimis*, quæ pluris venduntur, illius incrementum cedit proprietariis, primogeniti ſcil. ſacerdotibus, nam caro primogenitorum ab omni homine comedi poteſt, & ſacerdos illorum pecuniam accipit ſi vendita ſint. Sed propter commodum hominis privati non licet minoris facere ſancta, ut in iis obtineat uſus profanus quo in macello venduntur, ſed in domo privata, etſi eo non veniant multi homines emtum, & illic non vendantur pondere ſed æſtimatione; ſi vero perierint, nihil refert.

ושוקלין מנה כנגד מנה בבכור *Et ponderant unam partem contra alteram*, ſi una pars profana impoſita ſit lanci uni quæ ponderat contra partem primogeniti. Sed decimarum portiones ita non ponderantur, quia inde apparet ac ſi quis eas vendat, ſed pecoris decimas omnino non licet vendere, quia de illis ſcriptum eſt לא יגאל, ſed de primogenito ſcriptum eſt, לא יפרה, quæ ita in Siphri exponunt, ex eo quod de primogenito dicitur, *non redimetur*, colligimus quod vendi poſſint; & ex eo quod de decima dicitur, *non vindicabitur*, colligimus quod illa nec viva, nec mactata, nec perfecta, nec imperfecta vendi queat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

איטליז *Macellum*, in quo caro venditur, & quum permittitur ſancta reproba in foro vendere ut carnem profanam, pecuniæ aliquid addi debet, quando a ſacris emuntur, idcirco commodum additamenti eſt pro ſacris, quoniam nummi illius ſancti ſunt. Sed primogenitum quod cum vitio ſuo venditur, in domo privata tantum vendi debet, non in publica.

ושוקלין מנה כנגד מנה *Et ponderant unam portionem contra aliam*, ut, dividunt primogenitum in ſex vel ſeptem fruſta, & tum unum fruſtum uni lanci, alterum alteri imponit lanci; & hoc duntaxat in primogenitis licitum eſt, & non in decimis, quia tum homo videtur ac ſi vendat, & unam partem ut alteram diſtribuat; ſed tu noſti quod omnino non licet decimas vendere, etſi vitium contraxerint, ſed cum vitiis ſuis mactari debent. Neque in macello vendi debent, neque in domo privata, quia de decima Lex dicit, לא יגאל *non vindicabitur*, ſed non dicit לא יפרה *non redimetur*, ſicuti de primogenito dicit. In Siphri dicitur, de primogenito Lex ſcribit לא יפרה, idcirco vendatur; at de decima ſcribit לא יגאל idcirco nec vivum, nec mactatum, nec perfectum, nec vitioſum pecus vendetur; ſed hoc jam expoſuimus in tractatu de decimis ſecundis.

ב בית שמאי אומרים לא ימנה ישראל עם הכהן על הבכור בית הלל מתירים ואפילו עכ"ום בכור שאחזו דם אפילו הוא מת אין מקיזין לו דם דברי רבי יהודה וחכמים אומרים יקיז ובלבד שלא יעשה בו מום ואם עשה בו מום הרי זה לא ישחט עליו רבי שמעון אומר יקיז אף על פי שהוא עושה בו מום :

2. Schola Schamai dicit, Iſraëlita ne annumeretur ſacerdoti in primogenitis. Schola Hillelis permittit, etſi gentilis ſit, ſi primogenitum ſanguine correptum ſit, etſi mori debeat, tamen ipſi non ſecant venam, ita R. Jehuda. Sapientes dicunt, venam ei ſecant, dummodo ei vitium non addat, quod ſi fecerit, id ne mactetur per ipſum. R. Simeon dicit, venam ſecat, etſi vitium ei intulerit.

R. OB. DE BARTENORA.

לא ימנה ישראל עם הכהן *Iſraëlita non annumeratur ſacerdoti*, ad comedendum cum ſacerdotibus in ſodalitio e carne primogeniti vitioſi, quia ſacerdotale ſadolitium id duntaxat comedit, quia ſcriptum eſt Num. 18, 18. *Et caro eorum tibi cedet &c.* quemadmodum ergo pectus & crus ſacerdoti cedunt, & non Iſraëlitæ, ita quoque primogenita tam perfecta quam vitioſa a ſolis ſacerdotibus, & non ab Iſraëlitis comedi debent. *Schola Hillelis permittit, etſi gentilis ſit*, uti ſcriptum eſt Deut. 15, 22. כצבי וכאיל quemadmodum ergo capream & arietem gentili licet proponere, ita quoque primogenitum: Et Lex ſupra allegata, *& caro eorum tibi cedet &c.* de primogenito perfecto duntaxat intelligenda eſt.

אוחז דם *Correptum ſanguine*, eſt morbus qui e nimia ſanguinis abundantia profluit. אין מקיזין לו *non venam ei ſecant*,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Schola Schamai dicit, quod ne quidem primogenitum vitioſum comedi poſſit, niſi in ſocietate ſacerdotum, quia ſcriptum eſt Num. 18, 18. ובשרם יהיה לך וגו׳ Quandoquidem ergo hoc eſt e donis ſacerdotalibus, ſacerdos duntaxat de primogenito comedat. Schola Hillelis putat quod hæc verba de perfecto primogenito tantum intelligenda ſunt, ſed quod vitioſum vendere poteſt, & comedendum dare cuicunque voluerit, etiam gentili; nam de vitioſo ſcriptum eſt Deut. 15, 22. כצבי וכאיל Cæterum jam noſti opinionem R. Simeonis, nam id cujus nulla eſt intentio, licitum eſt; in Gemara dicunt quod ſecundum ipſum deciſio eſt. Nam illius mens non eſt in eo quod dicit, *etſi ei vitium intulerit*, quod vitium ei vi intulit, nam hac in parte R. Simeon concedit; uti aliquoties jam expoſuimus. Sed controverſiæ caſus hic eſt, quod R. Jehuda dicit, venæ ſectionem nullo

cant, non in loco ubi ei vitium adferri poteſt, nam cum homo iſte facile turbetur de bonis ipſius, ſi ei actio hæc permittatur in loco ubi non inferet vitium, peraget eam in loco ubi macula infertur.

ובלבד שלא יעשה בו מום *Dummodo ei non inferat vitium*, ne extremitatem auris illius perforet, vel labia ubi ſanari nequeunt. Nam Sapientes putant quod ſi ei non permittatur venæ ſectio in loco ubi non fit vitium, inferet illud in loco ubi fieri poteſt. Non mactatur per ipſum quandoquidem is vitium intulit, donec ei aliud acciderit vitium. *Venam ſecet, etſi ei vitium inferat*, ſi in iſto membro neceſſario venæ ſectio fieri debet, non permittet ut moriatur; & quamvis manibus ſuis vitium intulerit, tamen mactabitur per ipſum; deciſio eſt ſecundum R. Simeon.

nullo modo fieri debere, ne forſan vitium inferatur, etſi id non intenderit, nam res cui non eſt aliqua intentio, prohibita eſt. Sapientes concedunt venæ ſectionem dummodo pecori non inferatur vitium. R. Simeon dicit venæ ſectionem abſque ulla ſollicitudine admittendam eſſe, quia eſt actio quæ non requirit intentionem, cui vitium non accidit e venæ ſectione. R. Simeon dicit quod mactari debeat ob vitium ei venæ ſectione illatum; deciſio eſt ſecundum R. Simeon, quod ſcil. mactari debeat ob vitium ipſius.

ג הצורם באוזן הבכור הרי זה לא ישחט עולמית דברי רבי אליעזר וחכמים אומרים כשיולד לו מום אחר ישחט עליו מעשה בזכר של רחלים זקן ושערו מדולדל ראהו קסדור אחד אמר מה טיבו של זה אמרו לו בכור הוא ואינו נשחט אלא אם כן היה בו מום נטל פיגיון וצרם באזנו ובא מעשה לפני חכמים והתירוהו ראה שהתירו והלך וצרם באזני בכורות אחרים ואסרו פעם אחת היו תנוקות משחקין בשדה וקשרו זנבות טלאים זה לזה ונפסקה זנבו של אחד מהם והרי הוא בכור ובא מעשה לפני חכמים והתירוהו ראו שהתירו והלכו וקשרו זנבות בכורות אחרים ואסרו זה הכלל כל שהוא לדעתו אסור ושלא לדעתו מותר :

3. Si quis primogeniti alicujus aurem perforaverit, id nunquam mactetur, ita R. Eliezer. Sapientes dicunt, quum ei aliud acciderit vitium, mactetur cum ipſo. Aliquando præfectus ovem maſculum veterem vidit cum capillis pendulis, & dixit, quid hoc eſt? dixerunt ei, primogenitum eſt, & non mactatur niſi vitium habeat. Aliquando perfoſſorio quodam aurem perforavit, & caſus ad Sapientes delatus eſt, qui ipſum permiſerunt; poſtquam is vidiſſet Sapientes hoc ei permiſiſſe, etiam ovium primogenitorum aures perforavit, ſed tum ei prohibitum eſt. Aliquando pueri in campo ludentes ovium caudas colligarunt, hinc factum eſt ut primogeniti alicujus cauda evulſa fuerit, qui caſus ad Sapientes delatus, & ab ipſis permiſſus fuit; quod cum alii vidiſſent permiſſum fuiſſe, aliorum quoque primogenitorum caudas colligarunt, ſed ipſis prohibitum fuit. Hæc regula generalis eſt, quicquid ſcienter factum fuerit, id prohibitum eſt, quod ſecus, id licitum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

הצורם Eſt idem quod הפוגם *qui perforat*, hic ſermo eſt de ſacerdote qui primogeniti aurem perforavit ut profanum ſit in poteſtate ipſius. הרי זה ישחט עולמית *en hoc nunquam mactabitur*, etſi aliud ei vitium acciderit, in pœnam, quia pecori ſancto nocuit, qui enim rei ſanctæ nocuerit, is vapulat, etſi vitioſum vitiaverit, uti Lex dicit Levit. 22, 21, כל מום לא יהיה בו Lege לא ישיל בו Quia autem Lex voluit ſcribere מום idcirco dixit כל מום Hoc nos docere voluit quod includendum ſit vitioſum cui non eſt vitium illatum.

כשיולד לו מום אחר ישחט עליו *Quum ei aliud vitium acceſſerit, mactabit pro illo*, etiam ob illud ipſum vitium, ſi obierit is qui vitium intulerit, filius ipſius mactabit pro illo; nam ipſum Sapientes mulctarunt, ſed non filium illius; & ita deciditur. ושערו מדולדל *& capilli ejus penduli*, quia nunquam tonſum erat. כסדור notat præfectum regium.

מה טיבו של זה *Cui bono hoc*? quod tamdiu pilos acreſcere permiſerant. פיגיון eſt culter biceps. *Et hoc permiſerunt*, etſi gentilis intenderit primogenitum vitiare, quia id fecit inſcio Iſraëlita, & non ad illius voluntatem perſequendam. *Vidit quod perforaverant, idcirco & aliorum primogenitorum aures perforavit*, ad Iſraëlitæ morem gerendum, ac ſi Iſraëlita ei dixiſſet ut id faceret; tum prohibitum eſt.

פעם אחת היו תנוקות משחקין בשדה *Aliquando pueri in agro ludebant*, requirebatur ut auctor nos utriuſque caſum doceret, ſcil. præfecti gentilis & parvulorum, nam ſi præfecti caſum duntaxat meminiſſet, diceremus in gentili licitum eſſe, quia de ipſo non timendum eſt quod ſancta vitiabit. Verum ſi parvulis permitteretur, timendum eſſet, & diceremus non licitum eſſe, ſi vero puerorum caſum nos tantum docuiſſet, diceremus Sapientes parvulis permiſiſſe, quia nemo inde eliceret quaſi adultis idem facere liceat, quia parvulus cum adulto commutari nequit; ſed cum gentilis adulti cum Iſraëlitæ adulti jure commutari queat, diceremus caſum de pueris ita non eſſe, idcirco de ambobus caſibus nos monere voluit auctor. *Quicquid de induſtria factum eſt, id prohibitum eſt*, licet id alia re mediante factum ſit, ut, ſi quis

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כסדור Notat regis ærarii præfectum; מה טיבו *cui bono*, phraſeologia hæc aliquoties expoſita eſt. פיגיון eſt nomen inſtrumenti foſſorii quo foramen pro inauribus perforant. Porro nos docet jus gentilis, puerorumque Iſraëliticorum, de ambobus enim caſus confirmatur; nam ſi gentilis caſum duntaxat docuiſſet, diceremus id fieri ne ſecundo id faciat, ſed puerum id ſecundo non facturum, & non licitum eſſe ut comedat is qui ei vitium intulerit, licet inſciens id fecerit; ſi vero nos puerorum caſum duntaxat docuiſſet, diceremus, quia parvum cum magno pecore non mixtum eſt, idcirco vitium inſcienter illatum eſt licitum; ſed cum gentilis ſit aduſtus, fieri poteſt ut pecus illius cum pecore Iſraëlitæ confundatur, & tum primogenitum illud prohibitum erit, etſi proprietarius nihil intenderit, propterea nos docet quod inter ambos nulla ſit differentia. Præterea clarum eſt hunc præfectum non intendiſſe dum primogeniti aurem perforabat, niſi ut ei vitium inferret. Sed cum id ſponte fecerit, ſine præcepto, idcirco nobis id mactare liceet. Si vero continuo id fecerit ſciens, perinde eſt ac ſi nos Iſraëlitæ ipſi præcepiſſemus ut ei vitium inferret.

כל שהוא לדעתו אסור *Quicquid ſcienter factum eſt, id prohibitum eſt*, etſi id mediante aliqua re factum ſit, ut, ſi quis pecus adduxerit ad locum ubi erat ferrum depoſitum, ut eo offenderet, & vitium contraheret, ſimilibuſque modis. *Sed quicquid inſcienter factum fuerit, id licitum eſt*, etſi in conſervationem illius dixerit, ſi huic primogenito vitium acceſſerit, comedam ipſum, & non intenderit vitium deſtruere, audiveritque id gentilis & Iſraëlita inſcio primogenito vitium intulerit, licet. Scias autem eum qui rebus ſanctis nocuerit, vapulare. In Toſaphta Bechorot dicitur, qui vitium intulerit vitio, is vapulat. Porro ſcias quod ſi quis primogenitum vitiaverit, idque inde obierit, filius ipſius mactet primogenitum iſtud cum iſto vitio, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, ipſum Sapientes multarunt, & non filium ipſius; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

ſi quis pecus duxerit in locum ubi ferro lædi poterat, & vitium contrahere. *Et quicquid inſciens factum ſit, id licitum eſt*, inde conſtat quod Iſraëlita coram gentili in ſimplicitate ſua locutus fuerit, dixeritque, hoc primogenitum comedam ſi ei vitium acciderit, & ſi gentilis id audiverit, vitiumque intulerit, licet.

ד היה בכור רודפו (ס"א) ובעטו ועשה בו מום הרי זה ישחט (ס"א) עליו כל המומין הראויין לבא בידי אדם רועים ישראל נאמנים ורועים כהנים אינן נאמנים רבן שמעון בן גמליאל אומר נאמן הוא על של חברו ואינו נאמן על של עצמו רבי מאיר אומר החשוד על הדבר לא דנו ולא מעידו :

4. Si primogenitum perſequatur ipſum, impulerit, & vitium intulerit, hoc mactetur cum ipſo. De omnibus vitiis quæ hominum manu accidere poſſunt, paſtores Iſraëlitæ fide digni ſunt, at non paſtores ſacerdotes. Rabban Simeon filius Gamalielis dicit, de bonis proximi fide dignus eſt, at non de ſuis. R. Meyr dicit, qui de aliqua re ſuſpectus eſt, is ne judicet neque teſtetur.

R. OB. DE BARTENORA.

הרי זה ישחט עליו *Ecce hoc mactatur cum illo*, ſcil. vitio, duntaxat intelligendum eſt ſi aliud pecus recalcitraverit dum primogenitum iſtud perſequebatur. *Quæ manu hominum accidere poſſunt*, nam dici poteſt quod homo ei pecori vitium intulit, ut, ſi oculum ejus occœcaverit, vel armum amputaverit, vel aurem perforaverit.

רועים ישראל נאמנים *Paſtores Iſraëlitæ ſunt fide digni*, ſi Iſraëlita ſit paſtor pecoris ſacerdotis, fide dignus eſt de vitiis quæ pecori ſacerdotis acciderunt ſponte, & tum proprietarius illius ſacerdos id comedat ob vitium illius; nam nobis non eſt ſuſpicio quod vitium iſtud forſan de induſtria a quodam illatum ſit, & quod hic paſtor mentiatur, & ſtudeat efficere ut iſtud pecus a proprietario ipſius mactetur, & ei de iſto comedendum det; Iſraëlitæ enim licet de primogenito vitioſo comedere, ſi ei ſacerdos propoſuerit quicquam. Sed non eſt credibile quod paſtor ob unicum carnis guſtum tantum committeret peccatum, ut mentiretur.

רועים כוהנים אינן נאמנים *Paſtores ſacerdotes non ſunt fide digni*, paſtores ſacerdotes non ſunt fide digni dum Iſraëlitarum pecus paſcunt, quia hic ſacerdos paſtor ſuſpectus eſt quod ipſe pecori vitium intulit, quia dicet hic paſtor, herus meus non prætermittet me, ut alii ſacerdoti id ipſum tradat. Sic etiam paſtor ſacerdos non eſt fide dignus ad teſtandum de primogenito alterius ſacerdotis, quia timemus ne ſibi ſolvant, nam is rationes inire poterit, & dicere, ego jam tibi teſtabor, atque is mihi ſolvet quum Iſraëlita mihi dederit primogenitum perfectum, inferam ei vitium, & tum veniet iſte ſacerdos qui mihi teſtabitur quod vitium ſponte natum ſit. *Fide dignus eſt de pecore proximi & non de ſuo*, Rabban Simeon filius Gemalielis ſtatuit contra doctorem primum, quod ſacerdos de ſuo primogenito duntaxat ſuſpectus eſt, quod Iſraëlita jam tradidit; ſed quod de pecore proximi tam proprietarius quam alius quiſpiam non ſuſpectus ſit. *Qui de quadam re ſuſpectus eſt, is ne judicet, neque teſtetur*, controverſia inter R. Meyr & doctorem primum hæc eſt, ſecundum R. Meyr requiritur ut de primogenito ſacerdotis vitioſo duo plebeji teſtentur, unus vero non teſtabitur licet ſacerdos ſit. Verum juxta doctorem primum ſacerdos ſolus non eſt fide dignus ad teſtandum de primogenito ſacerdotis, quia timemus ne unus alteri retribuat; ſed ſi ſacerdos ſit, etiam unus teſtis fide dignus eſt ad ipſum licitum reddendum. Rabban Simeon filius Gamalielis dicit quod ſacerdotis filii & domeſtici ſint fide digni, nam ipſe ſolus de ſuo non eſt fide dignus, neque uxor ipſius, quia illa eſt inſtar corporis illius; deciſio eſt ſecundum Rabban Simeonem filium Gamalielis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam diximus quod ſacerdotes primogenita pecora munda dare debent juxta ac cæteri homines, & ſi illis vitium aliquod acciderit, comedat id proprietarius ipſius ſacerdos cum immunditie, ſicuti Iſraëlitæ primogenitum comedit, cui vitium acceſſit. Porro dicit auctor quod ſi hic paſtor ſit Iſraëlita, & ſacerdotis pecora paſcat, dicatque hoc vitium pecori accidiſſe caſu, fide dignus eſt, quia nullum ei commodum accedit ſi id vitiaverit. Si dixeris eum id feciſſe ut ſacerdos ei de iſto pecore comedendum det, quando mactatur, quia Iſraëlitæ licet de primogenito vitioſo comedere; id non credendum eſt, quia exigua eſt quantitas, ob quam tantum peccatum non committet; & hoc eſt quod dixerunt, de unico guſtu non timemus. Si vero contra ſe res habeat, ut paſtor ſit ſacerdos, & pecus ad Iſraëlitam pertineat, paſtor non eſt fide dignus, quia primogenitum vitioſum ſit donum ſacerdotis, paſtor vero ſecum cogitabit quod id non relinquet, ſed alii ſacerdoti dabit, idcirco timendum eſt ne is vitium intulerit primogenito, quamobrem id comederet. Sic etiam non requiritur ut alius ſacerdos teſtetur an vitium inciderit in primogenitum, quia ſuſpicamur unum ſolvere alteri. Rabban Simeon filius Gamalielis dicit, quod fide dignus ſit paſtor de bonis proximi, & non de bonis ſuis. Controverſia R. Meyri & doctoris primi controverſia hæc eſt, R. Meyr ſtatuit, quod de primogenito ſacerdotis duo de foro teſtari debent; doctor primus putat quod unus ſacerdos de alterius primogenito teſtari nequeat; ſed vel unicus Iſraëlita. Rabban Simeon filius Gamalielis dicit, quod etiam poſteri ſacerdotales fide digni ſunt, at non fœmina, quia illa eſt ſacerdotis corpus; deciſio eſt ſecundum Rabban Simeon filium Gamalielis.

ה נאמן הכהן לומר הראיתי בכור זה ובעל מום הוא הכל נאמנים על מומי המעשר בכור שנסמת עינו שנקטעה ידו שנשברה רגלו הרי זה ישחט על פי שלשה בני הכנסת (ש"ס) רבי יושי אומר אפילו יש שם עשרים ושלשה לא ישחט אלא על פי מומחה :

5. Fide dignus eſt ſacerdos ſi dixerit, monſtravi hocce primogenitum, ipſum vero vitioſum eſt. Omnes fide digni ſunt de vitiis decimarum. Si primogeniti oculus effoſſus ſit, vel manus amputata, vel pes confractus, id non mactabitur trium teſtium eccleſiaſticorum dicto. R. Joſe dicit, etſi viginti tres ſunt, tamen non mactabitur niſi dicto alicujus promoti.

R. OB. DE BARTENORA.

הראיתי בכור *Oſtendi primogenitum*, Sapienti, qui mihi dicit id habere vitium ſtabile, & propterea mactandum eſſe, dummodo adduxerit teſtes quod is non fuit in cauſa vitii, quia ſacerdotes ſuſpecti ſunt de vitiis inferendis primogenito, ut ipſum ut profanum comedant & vendant, ſed non ſuſpecti ſunt de perfectarum rerum ſanctarum eſu extra atrium, neque ut vitium inſtabile dicerent ſtabile. Sacerdos

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sacerdos non fit ſuſpectus niſi donec forſan de induſtria vitium intulerit primogenito, ut ei liceat ipſum comedere, & vendere, ac ſi profanum eſſet; ſed non eſt ſuſpectus quod ſancta comedet extra Jeruſolymam, idcirco ſi dixerit, ego judico quod hoc ſit vitium ob quod primogenitum debeat mactari, fide dignus eſt. Sic etiam fide dignus eſt ad dicendum, hoc primogenitum mihi dedit Iſraëlita cum ſuo vitio,

cerdos vero qui eſt מומחה *promotus* & peritus, eſt fide dignus ut de vitio primogeniti dicat quod id ſtabile ſit, ut id permittatur. Sic etiam fide dignus eſt ſacerdos, ſi dixerit, hoc primogenitum mihi dedit Iſraëlita cum vitio ſuo, quia res eſt quæ poſtea detegetur, idcirco non mentietur.

הכל נאמנים על מומי המעשר *Omnes fide digni ſunt de vitiis decimarum*, ſacerdos æque ac Iſraëlitæ obligati ſunt decimas pecoris ſeparare, & illi omnes fide digni ſunt ad dicendum de vitiis decimarum quod ea caſu acciderunt, etiam ipſe proprietarius; nam ſi voluiſſet, totum ovile vitiare potuiſſet ante decimationem, & ſic omnes decimæ vitiatæ eſſent. *Si oculus effoſſus ſit &c.* quæ omnia ſunt vitia cognoſcibilia.

בני הכנסת *Filii Eccleſiæ*, qui non ſunt Sapientes. Sed hoc intelligendum eſt de loco in quo non eſt מומחה *promotus*, ſed ubi talis doctor extat, ipſius duntaxat dicto mactetur primogenitum, etſi vitium ſit cognoſcibile. *Etſi fuerint viginti & tres*, etſi in iſto loco aliquod Synedrium ſit, & nemo illic ſit qui licentiam cepit ad vitia primogeniti permittenda, non debet mactari etſi vitium cognoſcibile ſit, niſi donec illic fuerit מומחה quiſpiam; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

vitio, quia erat res quæ detegenda erat, cum rogabant eum qui primogenitum ei dediſſet, an cum vitio dediſſet, vel ſine vitio, vel an vitium acceſſerit dum erat in poteſtate ſacerdotis, qui de hoc non eſt fide dignus uti diximus. Porro ſcias teſtem ex ore teſtis legitimum eſſe ad teſtandum de primogenito; & pariter mulierem teſtari poſſe hoc vitium coram ipſa accidiſſe præter intentionem. Inſuper ſciendum eſt quod ſacerdotes quoque pecorum decimas ſeparare debent. Ratio autem quare omnes fide digni ſunt de vitiis decimarum, dicendo ea ſponte accidiſſe, etſi proprietarii ſint, eſt, quia ſi quis omnibus ſuis ovibus vitia inferre velit, & poſtea eas decimare, atque decimam vitioſam ſeparare, dicendo poſtea quod vitia iſta nota de quibus nullum eſt dubium, exhibebit tres homines ordinarios, & eorum dicto mactabit. Sed hæc ita intelligenda ſunt quando in urbe non ſit quiſquam מומחה *promotus*; at ſi talis in ea ſit, ne mactetur niſi dicto illius. Sic etiam votorum diſſolutio ne fiat per tres plebejos, niſi in loco ubi non eſt doctor promotus. R. Joſe dicit, etſi illic ſit Synedrium, & non doctor promotus ad vitia pecoris luſtranda, ne mactetur, niſi donec ſit talis מומחה; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

ו השוחט את הבכור ומכרו ונודע שלא הראהו מה שאכלו אכלו והוא יחזיר להם את הדמים ומה שלא אכלו הבשר יקבר והוא יחזיר להם את הדמים וכן השוחט את הפרה ומכרה ונודע שהיא טרפה מה שאכלו אכלו ויחזיר להם את הדמים ומה שלא אכלו הן יחזירו לו את הבשר והוא יחזיר להם את הדמים מכרוהו לעכ'ום או הטילוהו לכלבים ישלמו לו דמי הטרפה :

6. Si quis primogenitum mactaverit, idque vendiderit, at reſciverit ſe ipſum non oſtendiſſe cuiquam, id quod comederint, non comederunt, dummodo pretium reddat, & quod non comederint, caro ſepelietur; pretium vero reddet. Sic etiam ſi quis vaccam mactaverit, eamque vendiderit, atque dein reſciverit quod diſcerptum erat, id quod comederint, comederunt, dummodo pretium reddatur, & id quod non comederunt, illi reddant ei carnem, iſte vero pretium. Si eam gentili, vel canibus projecerint, ſolvant ei pretium diſcerpti.

R. OB. DE BARTENORA.

Si quis primogenitum mactaverit & carnem ejus vendiderit, poſtea vero reſciverit quod ipſum non monſtraverit alicui Sapienti, quod comederint ii qui emerunt, comeſum eſto, ipſe vero eis nummos reddat pro illis in pœnam, quia ipſis carnem prohibitam dedit comedendam. *Si eam gentili vendiderint*, ſi emtores eam vendiderint, quandoquidem illis non intulit prohibitionem, idcirco ei ſolvunt pretium diſcerpti, & ita minoris venditur; reliquum vero is reddet ipſis. De primogenito non dicit, ſi illud vendiderint gentili, quia e primogenito perfecto non licet uſum profanum percipere.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ישלמו לו דמי הטרפה *Solvant ei pretium diſcerpti*, computabunt cum eo diſcerpti pretium, & tum nummis quos dederunt, detrahent, & reddent ipſis quod reſtat.

פרק ו על אלו מומין שוחטין את הבכור נפגמה אזנו מן הסחוס אבל לא מן העור נסדקה אף על פי שלא חסרה נקבה מלא כרשינה או שיבשה איזו היא יבשה כל שתנקב ואינה מוציאה טיפת דם רבי יוסי בן משלם אומר יבשה שתהא נפרכת :

Caput 6. Ob hæc vitia mactantur primogenita, ſi auris illius cartilago ſit læſa, at non ſi pellis illius; ſi fiſſa ſit, etſi non diminuta, ſi perforata ſit plenitudo viciæ, vel exſiccata; ſed quid eſt exſiccatum? quod non perforatum eſt, nec ſanguinis guttam emiſerit. R. Joſe filius Mezulam dicit, exſiccatum eſt quod conteri poteſt.

R. OB. DE BARTENORA.

נפגמה *Læſa*, nulla ſit læſio abſque diminutione, ſic etiam nec fiſſio; cæterum læſionis quantitas ea eſt quam unguicula ingredi poteſt. סחוס eſt idem quod חנוך *cartilago*, barbare Tanaris. *At non ſi e pelle*, nam pellis iterum ſanatur, idcirco non eſt vitium. עור eſt tenuis auris. *Si perforata ſit plenitudo viciæ*, ſi in cavitate foraminis ſit quantitas grani viciæ, ſive foramen iſtud longum ſit, ſive rotundum, dummodo in ea ſit quantitas quæ viciæ granum comprehendat; tum omnino vitioſum eſt pecus. שתהא נפרכת *ut conteri poſſit*, quod manuum tactu diſſolvitur; deciſio non eſt ſecundum. R. Joſen. Omnia autem vitia in Miſna memorata, ob quæ primogenita mactari debent, colligimus ex iis quæ dicuntur Deut. 13, 21. וכי יהיה בו מום quod in genere dicitur: פסח או עור *claudum aut cæcum*, quod in ſpecie; *omne vitium malum*, quod denuo in genere, ſed generale & particulare cum alio generali pronunciatur in ſpecie; & quemadmodum particulare expoſitum eſt de vitio aperto, & quod non redit ad ſanitatem, ita quoque eſt omne vitium apertum quod non redit ad ſanitatem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נפגמה Idem quod חסרה *diminuta*, nempe ſi de cartilagine quicquam diminutum ſit vel abſciſſum, & non de extremitate ſuperiori, quæ corio ſimilis eſt. מלא כרשינה *plenitudo viciæ*, quantitas grani viciæ, ſive foramen iſtud ſit in longitudine ſive in quacunque alia figura, quæ viciæ quantitatem efficere poteſt, tum vitium eſt. שתהא נפרכת *ut conteratur*, manibus confricetur; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

ב ריס של עין שנקב שנפגם שנסדק הרי בעינו

2. Palpebræ oculi perforatæ, læſæ, & diffiſſæ; ſi in

רק תבלול חלזון נחש ועינב ואיזהו תבלול לבן הפוסק בסירא ונכנס בשחור ונכנס בלבן אינו מום שאין מומין בלבן :

in oculis illius ſit feſtuca, ſuffuſio, lippitudo, & uva. Sed quænam eſt ſuffuſio? album quod ſe diffundit in Sira, & nigrum intrat; ſi vero in nigro ſit & album ingrediatur, non eſt vitium, quia in albo non ſolent eſſe maculæ.

R. OB. DE BARTENORA.

ריס Idem eſt quod עפעף palpebra: רק barbare *tela.* חלזון נחש *albugo ſerpentis*, ita vocatur lippitudo quia inſtar maculati ſerpentis accidere ſolet, eſtque caro quædam ſuperflua quæ ſe dilatat, & nigredinem oculi ex parte contegit, & Arabice dicitur טפרה, quemadmodum unguem vocant, quia ita contegit oculum, ut unguis contegit digitum. ענב *uva*, quæ in oculo creſcit inſtar grani uvæ.

לבן הפוסק בסירא *Album ſe diffundens in Sira*, Sira vocatur linea oculi circum nigredinem illius, ubi viſio perficitur; ſi vero filum aliquod album ex albedine oculi, atque talis linea ſubſtiterit, & in nigredinem intraverit, מום *vitium* dicitur. *Si in nigro, & intraverit album*, ſi filum nigrum e nigredine oculi prodierit, & in linea ſubſtiterit, & in albumen intraverit, non eſt vitium, quia in albumine non ſunt vitia, quia proprie non eſt oculus ſed pinguedo oculi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ריס של עין *Palpebra oculi*, idem eſt quod עפעף: לבן eſt idem quod לובן *albumen*: רק *tela* eſt idem quod רושם *ſignum*. Sed tibi jam dixi id quod acciderit albumini oculi, non eſſe vitium; idcirco ſi hæc tela ſit תבלול *ſuffuſio* alba in nigredine oculi, atque in oculo ſit fovea, quia is appareat depreſſus, legitimum eſt pecus, & non vitioſum. Si vero hæc tela promineat ſuper oculi ſuperficiem, vitioſum eſt. Sin autem grani nigri ſimilis ſit, & in nigredinem oculi diſperſa, etiam hæc vocatur רק *tela*: ſed non dicitur מום *vitium*; attamen ſi in oculi nigredine aliqua depreſſio ſit, tum vitium vocatur.

חלזון נחש Hæ duæ voces unum habent ſenſum, hoc modo, ſi in oculo creverit caro ſuperflua, & ſe dilataverit eo uſque ut oculi nigredine contexerit, ejuſmodi acceſſus Arabice apud medicos טפרה dicitur. Sed תבלול eſt *ſuffuſio*, quatenus album cum nigro commiſcetur, & hoc ſenſu duo in hoc obtinent jura, ſi nempe videatur quaſi ex albo quicquam intret in nigredinem oculi, tum vitium eſt, & hic eſt ſenſus illius quod auctor dicit, *ſi album in Sira ſe diffuderit, & in nigrum intraverit.* Si vero quicquam in nigredine creverit & albumen intraverit, non eſt vitium, & hoc eſt quod dicit, *ſi in nigro, & intraverit album, non eſt vitium.* סירא eſt albedinis margo, nam oculi pelliculæ omnem comprehendunt oculum atque circumdant, albedine excepta quæ pelliculam lucidam nigredinis undiquaque circumdat, nempe locum iſtum ubi præcipua oculi viſio eſt, & redit in colorem nigrum vel cæruleum, ſed non circumdat totum oculum. Sed obſerves, quod auctor non ſtrictim locutus eſt de infirmitatum cauſis, neque de locis earum in qualibet pellicula, & quænam earum vere dicatur infirmitas quædam. Quod autem nos ſequimur חולי *infirmitatem*, ideo fit, quod ſcopus hic ſit ut eam vitium eſſe dicant, quum eam viderint. Et id hoc loco conſiderandum eſt, non ad iſtas infirmitates curandas, & propterea cauſas earum inveſtigandas.

ג הורור והמים הקבועים איזהו חורור הקבוע כל ששהה שמונים יום רבי חנינא בן אנטיגנוס אומר בודקין אותו שלשה פעמים בתוך שמונים יום ואלו הם מים (ש"ס) הקבועים אכל לח ויבש של גשמים לח ויבש של שלחים אכל היבש ואחר כך אכל הלח אינו מום עד שיאכל היבש אחר הלח :

3. Albugo, & aquæ fixæ; ſed quid eſt albugo fixa? omne id quod octoginta eſt dierum. R. Chanina filius Antigoni dicit, ter id intra octoginta dies viſitatur. Sed quænam ſunt aquæ firmæ? ſi comederit humidum & ſiccum pluviarum, humidum & ſiccum agri ſiticuloſi Si comederit ſiccum & poſtea humidum, non eſt vitium, niſi donec comederit ſiccum poſt humidum.

R. OB. DE BARTENORA.

חורור Eſt veluti macula alba in oculo, ita in Targum לבן חיור: cæterum per aquas intelligendæ ſunt ejuſmodi quæ in oculum incidunt viſumque impediunt. *Fixæ*, hæ ſunt referendæ ad albuginem & aquas. *Viſitant eam ter intra octoginta dies*, ſingulis viginti ſeptem diebus, qui ſunt prope tertia pars octoginta dierum, viſitant, ſi tum abierit albugo, etſi poſtea redeat, octoginta dies ei numerant ab eo momento quo rediit, nam albugo ſtabilis dici nequit, niſi poſt octoginta dies. Sed ſi non viſitaverint eam intra octoginta dies, etſi octogeſimo die inciderit albugo, non eſt vitium, quia fieri poteſt ut interea abeat, & poſtea redeat; deciſio eſt ſecundum R. Chaninam filium Antigoni.

ואילו הם מים הקבועים *Sed quænam ſunt aquæ fixæ*, ac ſi diceret, undenam ſciemus an fixæ ſint aquæ, an vero tranſitoriæ. אכל לח ויבש של גשמים *ſi comederit humidum & ſiccum pluviarum*, ſi pecori ſtramen propoſuerit in medicinam, & gramen quod barbari vocant *fœnum*, idque humidum in menſe Adar creverit, & partim in menſe Niſan, & ſiccum quod in menſe Elul, & in medio Tiſri crevit: גשמים *pluviarum*, ſi in agro humido creverit; deſunt huic Miſnæ quædam, hoc ſenſu ſupplenda, ſi comederit humidum & poſtea fœnum ſiccum pluvia productum, vitium habet; ſi creverit in agro ſiticuloſo, non habet vitium; ſi vero pluvia creverit, & ſi prius comederit ſiccum & poſtea humidum, non habet vitium, niſi donec ſiccum poſt humidum comederit.

אכל יבש ואחר כך לח *Si comederit aridum & poſtea ſiccum*, in medicinam, etſi hæc non ſit illius medicina & ea non ſanetur,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חורור *Albugo*, eſt ſuffuſio quædam oculi qua viſus ſubito contrahitur. Per *aquas* hic intelliguntur aquæ in oculum incidentes; חורור autem aliquando diſſolvitur, & aquæ removentur, atque ita diſperguntur ut nihil amplius ſuperſit; interdum enim viſus deeſt ob alias cauſas, & poſtea ſanitati redditur. Propterea dicit auctor quod neceſſario ſciendum ſit, albuginem fixam eſſe octoginta dierum ſine viſu. Dicit R. Chanina, requiritur ut illa viſitetur ſingulis viginti ſex diebus ab eo momento quo quis eam ſenſerit; & ſi experiatur quod vidit & poſtea non, a poſtero die viſitationis, e. g. enumerant octoginta dies a momento quo defecerit viſus, & tum viſitant quolibet die tertio ab iſto momento. Præterea dicit auctor quod aquæ etiam fixæ ſunt ſi certo tempore conſtiterint, & poſtea definit tempus, idque eſſe certum aliquod anni tempus, & non ut octoginta dies ſupra dictos; propterea dicit, ſi comederit herbam humidam & ſiccam hyberno tempore, & non ſanam; vel ſi humidam comederit & ſiccam, quæ in terra ſiticuloſa eſt, & non ſanatum ſit; vel ſi comederit ſiccam in vere, & poſtea humidam quæ crevit in principio æſtatis, & non ſanatum ſit, cum his omnibus non pronunciatur vitioſum, quia vitium nondum ſtabile factum eſt, & forſan pecus ſanatum. Si vero herbam comederit humidam in menſe Adar & Niſan, atque hoc modo pecus ſine viſitatione manſerit, poſtea vero comederit herbam hyberno tempore menſis Elul & medio Tiſri exſiccatam, at ſanitati nondum redditum, tum has dicimus eſſe *aquas fixas*, & pecus primogenitum ob hoc vitium mactabitur. Minima vero quantitas quam ei come-

netur, tamen vitium non eſt, niſi donec ſiccum poſt humidum comederit; & hic eſt modus medicinæ illius; ſtramen & fœnum quod in menſe Adar & in medio Niſan crevit, ei comedendum proponunt in menſe Adar & medio Niſan, & ſtramen ac herba quæ crevit in Elul & medio Tiſri comedenda ei proponuntur in Elul & medio Tiſri, quia id non mactamus niſi donec tranſierint omnes dies verni, & ambobus temporibus probatum fuerit, & ſi tum non ſanatum fuerit pecus, vitioſum eſt. Cæterum requiritur ut de iſtis herbis non minus quam ficus quantitatem comedat ſingulis vicibus in iſtis tribus menſibus, & hoc in principio eſus & poſt potum, dummodo ſolutum ſit & primogenitum herbas in medicinam comedat in ſodalitio aliorum, in agro, & non in civitate. Si omnia iſta media adhibita fuerint, attamen ſanitati nondum redditum fuerit, vitioſum eſt, & propterea mactari debet.

dendam proponunt, eſt ficus quantitas, & quanto magis prodeſt ſi quid addatur, quia iſtæ herbæ virides & ſiccæ proſunt huic morbo. Hodierno autem tempore quantitatem ficus vel plus comedendam proponunt ex iſtis herbis, ante eſum & poſt potum, dummodo ſolutum ſit, quando comedet, & ſimul in ſocietate aliorum pecorum in agro, & non in civitate. Si igitur hoc modo illis dictis temporibus fecerint, aquæ ſunt fixæ; deciſio eſt ſecundum R. Chaninam Antigoni filium.

ד חוטמו שנקב שנפגם שנסדק שפתו שנקבה שנפגמה שנסדקה חוטיו החיצונות שנפגמו או שנגממו והפנימיות שנעקרו רבי חנינא בן אנטיגנוס אומר אין בודקים מן המתאימות ולפנים אף לא את המתאימות :

4. Si nares perforatæ ſint, læſæ, vel fiſſæ; ſi labium perforatum ſit, læſum, vel fiſſum; ſi dentes exteriores læſi fuerint vel proſilierint, & interiores eradicati fuerint: R. Chanina filius Antigoni dicit, a molaribus & interius non viſitant, nec ipſos molares.

R. OB. DE BARTENORA.

חוטמו שנקב *Si nares illius perforatæ fuerint*, ſi interſtitia naſi exteriora perforata ſint, ita ut foramina exterius conſpiciantur; ſi vero interius duntaxat conſpiciantur, ut, ſi interſtitium inter utraſque nares diviſum ſit, tum non eſt vitium, quia contectio quædam eſt, nam e generali, particulari, & generali concludimus neceſſe eſſe ut macula ſit in contectione. שנפגם *læſæ*, tum aliquid deeſſe ſolet. שנסדק *fiſſæ*, tum nihil deeſſe ſolet. שפתו *labium illius*, linea labii ſuperioris, ſcil. ſuperior extremitas. חוטיו החיצונות *dentes exteriores*, ſunt dentes in medio ore. *Qui læſi ſunt*, & defectum acceperunt. או שנגממו *aut qui proſilierint*, & exiguum eorum ſignum remanſerit, non prominentes uti plerumque ſolent. *Inferiores* autem ſunt dentes *maxillares*, qui omnino extirpati ſunt; at ſi læſi fuerint vel proſilierint, non dicitur vitium. *Non viſitant molares interius*, majores dentes quorum unus ſimilis eſt duobus, illinc & interius non cenſetur vitium eſſe, quia contectum eſt; ipſi vero qui extirpati ſunt, non cenſentur vitiati; deciſio non eſt ſecundum R. Chaninam filium Antigoni.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חוטמו שנקב *Si nares perforatæ fuerint*, ſic etiam ſi caro perforata fuerit ea quæ nares dividit in duo foramina interſtitio, ſi vitium ſit in parte viſionis, vitium eſt. חוטיו החיצונות ſunt dentes exterius prominentes in corpore uvæ faucis, & illi conſpiciuntur quum animal aperit os ſuum. Inferiores vero dentes a R. Chanina vocantur molares. Sed omnes concedunt quod ab uva faucis & inferius, non habenda ſit ratio defectus, nec vitium dicendum ſit; dixerunt, quum Lex dicit *vitium*, generale eſt, *claudus aut cæcus*, eſt particulare, *omne vitium malum*, denuo generale eſt, quæ omnia ſenſu particulari duntaxat pronunciantur. Et quemadmodum vitia detecta ſunt particularia, & non redeuntia, ita quoque cum omnibus vitiis apertis ſe res habet; idcirco non vocamus *vitium* id quod in gula & inteſtinis acciderit. Sed controverſia eſt de ipſis uvis faucis; Sapientes enim dicunt, quod ſi uva e loco eradicata ſit, vitium dicatur. R. Chanina dicit, quod uvæ ſunt ut locus interior; deciſio non eſt ſecundum R. Chaninam filium Antigoni.

ה נפגם הזובן או עריה של נקבה במוקדשים נפגם הזנב מן העצם אבל לא מן הפרק או שהיה ראש הזנב מפציל עצם או (ש"ס) שיש בשר בין חוליא לחוליא מלא אצבע :

5. Si pellicula aut fœmellæ ſanctæ pudenda læſa fuerint; vel ſi cauda ex oſſe, & non e vertebris læſa fuerit, vel extremitas caudæ diviſa fuerit cum oſſe, vel ſuper eam caro creverit, atque inter unam & alteram vertebram fuerit plenitudo digiti.

R. OB. DE BARTENORA.

זובן Notat ſacculum quo membrum pecoris maſculini continetur; ſi is læſus ſit, vitium eſt, quia ſanari nequit. Si vero omnino remotus ſit, non eſt vitium, quia redit in ſtatum ſuum. עריה של נקבה *pudenda fœminea*, quæ foris prominent, & conſpiciuntur ſuper corporis ſuperficie. במוקדשין *in conſecratis*, in aliis pecoribus conſecratis, inter quæ & fœminea continentur, ſcil pacifica, nam in primogenitis non numerantur fœminea. אבל לא מן הפרק *ſed non e junctura*, quum cauda inter juncturas læſa ſit, ſanari poteſt, niſi tota exciſa ſit. *Vel ſi caudæ extremitas diviſa ſit cum oſſe*, ſi extremitatis caudæ deorſum dependentis pellis decorticata ſit, & carnis, atque os reliquum retectum fuerit, ſanari nequit, quoniam in extremitate caudæ eſt. Aliter, ſi caudæ extremitas in duas diviſa fuerit, & in unaquaque fuerit os. *Atque inter unam vertebram & alteram fuerit plenitudo digiti*, ſi caudæ vertebræ fuerint ſeparatæ in ſpatio digiti, quæ eſt latitudo pollicis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

זובן Eſt pellicula pudendorum pecoris maſculini, unde membrum provenit; ſi igitur ſacculus e radice ſua extirpatus ſit, non tamen eſt vitioſum pecus, neque ſi ipſum membrum aliquo modo læſum ſit, quia in pecore nihil prominet, uti jam diximus; idcirco defectus ratio non habetur in hoc caſu. במוקדשין *in ſanctis*, nam primogenita tantum maſculina ſunt; commodum vero noſtrum ex eo quod ſcimus in fœmella vitium illud particulare, eſt pro cæteris pecoribus ſanctis. מפציל עצם *ſi os diviſum ſit*, ſi extremitas caudæ fuerit inſtar duarum candarum, & in qualibet fuerit os; vel ſi vertebræ inter ſe diviſæ fuerint.

ו אין לו ביצים או (ש"ס) אין לו אלא ביצה אחת רבי ישמעאל אומר אם יש לו שני כיסין יש לו שני ביצים אין לו אלא כיס אחד אין לו אלא ביצה אחת

6. Si unicus duntaxat teſticulus ſit, R. Iſmaël dicit, ſi duo ſint ſacculi, duo quoque ſunt teſticuli; ſi plus ſit quam unus ſacculus, unus duntaxat teſticulus. R. Akiba dicit, ponit illud in nates ſuas,

&

אחת רבי עקיבא אומר מושיבו על עכוזו וממעך אם יש שם ביצה סופה לצאת מעשה שמיעך ולא יצאת ונשחט ונמצאת דבוקה בכסלים והתיר רבי עקיבא ואסר רבי יוחנן בן נורי :

& comprimit, ſi illic ſit teſticulus, prodibit tandem. Contigit aliquando ut compreſſerit & non prodierit, mactaverit, & adhæſerit iliis teſticulus: R. Akiba licitum, ſed R. Jochanan filius Nuri illicitum pronunciavit.

R. OB. DE BARTENORA.

אין לו ביצים *Si ei non ſint teſticuli*, deſunt quædam huic Miſnæ, quæ ita ſupplenda ſunt, ſi in duobus ſacculis non ſint duo teſticuli, ſed in uno ſacculo, vel ſi duo fuerint ſacculi, & unus teſticulus, vitium eſt. *R. Iſmaël dicit, ſi duo ſint ſacculi*, is contradicit fini illius quod primus doctor dixit, ſi non plus quam unus ſit teſticulus, duoque ſacculi, vitium eſt, cui is contradicit, quia omne pecus cui duo ſunt ſacculi, ſine dubio quoque duos habet teſticulos, ſed de principio concedit, nam ſi non magis quam unus ſit ſacculus, perinde eſt ac ſi unus modo ſit teſticulus. *R. Akiba licitum pronunciat*, nam macula eſt cum non invenerit illud in loco ſuo quando ſacculum comprimebat, & palpabat; ita deciſio eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hujuſce Miſnæ ordo hic eſt, ſi in ambobus ſacculis non fuerint teſticuli. Sed duo teſticuli in uno ſacculo, vel ſi duo fuerint ſacculi, & unus teſticulus, vitium eſt. Adduxit auctor hunc caſum, ad docendum te quod cum compreſſerit & non exierit, etſi teſticulum interius inveniamus, vitium eſt, ſed licet comedere pecus; ita deciſio eſt.

ו בעל חמש רגלים או שאין לו אלא שלש ושרגליו קלוטות כשל חמור והשחול והכסול איזה הוא שחול שנשמטה ירכו וכסול שאחד מירכותיו גבוהה :

7. Si (primogenito) ſint quinque pedes, vel tres tantum, vel pedes rotundi ut aſino, vel extractum & levatum; ſed quodnam eſt *extractum?* ſi femur illius diſſolutum ſit; *levatum*, ſi femur ſit altum.

R. OB. DE BARTENORA.

בעל חמש רגלים *Quod quinque pedes habet*; id vitioſum dicimus, non diſcerptum; & hoc intelligendum eſt quando in armis eſt defectus vel redundantia, qui reſpiciunt caput. Si vero in pedibus poſterioribus ſit defectus vel redundantia, tum diſcerptum eſt, & eſu prohibitum. קלוטות *rotundi*, etſi fiſſi ſint, tamen vitium cenſetur, quia ungues pecoris mundi non ſunt rotundi. שחול *extractum*, ſi femur luxatum ſit. כסול *levatum*, pecora aliquando ſolent habere femur quod caudæ prope iliis adhæret, ſed non ſupra ea, hoc vero femur habet ſupra ilia.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hoc ſuperfluum vel defectus de quo auctor dicit, quod vitium ſit, ob quod primogenitum comedi debet, intelligendum eſt quando ſuperfluum aut defectus eſt verſus caput; at ſi unus ſit pes, vel tres pedes, etiam diſcerptum eſt. כסול derivatur a כסלים *ilia*; dixerunt, כסול eſt primogenitum pecus quod unum habet pedem in iliis. קלוטות *rotundi*, in forma pedum rotundorum aſini, etſi fiſſi ſint.

ח נשבר עצם ידו ועצם רגלו אף על פי שאינו ניכר מומין אלו מנה אילא ביבנה והודו לו חכמים ועוד שלשה הוסיף אמרו לו לא שמענו את אלו את שגלגל עינו עגול כשל אדם ופיו דומה לשל חזיר ושניטל רוב המדבר של לשונו ובית דין של אחריהם אמרו הרי אלו מומין :

8. Si os armi illius fractum ſit, & os pedis poſterioris, etſi non cognoſcatur, hæc vitia computavit Ela in Jabne, & Sapientes ei conceſſerunt. Porro tria is addidit, & dixerunt ei, non audivimus iſta, nempe, ſi alicujus pecoris oculi rota ſit rotunda ut hominis, & os ſimile ori porci, & quando maxima pars elocutionis linguæ ſublata eſt. Poſtea dixit ſenatus, hæc ſunt vitia.

R. OB. DE BARTENORA.

אף על פי שאינו ניכר *Etſi non cognoſcatur*, quum ſtat, non conſpicitur confractio, ſed quum incedit, & claudicat, nam ſi nullo modo conſpiciatur, non eſt vitium. *Hæc vitia*, ſi os pedis anterioris fractum ſit, & poſterioris, ut ſuperius dictum eſt. *Ela* eſt nomen alicujus Sapientis. *Rotunda ut hominis*, cui rota in pecore eſſe non ſolet, rotunda ut in homine. רוב המדבר ita dicitur iſta linguæ pars quæ non adhæret faucibus; deciſio eſt ſecundum Senatum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אף על פי שאינו נכר *Etſi non cognoſcatur*; etſi non cognoſcatur, dum ſtet, ſed dum incedat; ſed quamdiu non cognoſcitur inter incedendum, non eſt vitium; deciſio eſt ſecundum Senatus dictum.

ט מעשה שהלחי התחתון עודף על העליון ושלח רבן שמעון בן גמליאל לחכמים ואמרו הרי זה מום אין הגדי שהיתה כפולה אמרו חכמים בזמן שהיא עצם אחד מום ואם אינה עצם אחד אינה מום רבי חנניא בן גמליאל אומר זנב הגדי שהיא דומה לשל חזיר ושאין בה שלש חוליות הרי זה מום :

9. Contigit aliquando ut maxilla inferior fuerit major ſuperiori; quæſivit autem Rabban Simeon filius Gamalielis a Sapientibus, qui ei reſponderunt, id eſſe vitium. Si auris hœdi conduplicata ſit, dixerunt Sapientes. Si unum ſit membrum, vitium eſt, ſin minus, non eſt vitium. R. Chanina filius Gamalielis dicit, cauda hœdi ſimilis porci, & ea quæ non habet tres vertebras eſt vitium.

R. OB. DE BARTENORA.

מעשה הלחי התחתון עודף העליון *Contigit aliquando ut maxilla inferior fuerit major ſuperiori*, nam ſupra dixit Miſna quod ſi os pecoris ſimile ſit ori porci, Sapientes contradicunt

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עצם Eſt idem quod גוף *carpus*, ſive membrum, ut, ſi quis corpus aliquod tenue ſumpſerit, idque conduplicaverit. *Cui non ſunt tres vertebræ*, quod de cauda agni intelligen-

cunt Elæ; jam vero nos docet auctor Sapientes non repugnare ei niſi dum labium ſuperius ſit majus inferiori, ſin contra, Sapientes concedunt quod ſit macula. Sic etiam aliquando maxilla inferior fuit major ſuperiori, & Sapientes hoc vitium eſſe dixerunt. Hoc intelligendum eſt quando os maxillæ inferioris majus fuerit ſuperiori, tum enim in pecoribus quoque vitium eſt. Verum ſi non ſit os, ſed labium inferius fuerit longius, & id ſuperius receperit, vitium eſt in homine, ſed non in pecore. *Si auris hœdi ſit conduplicata*, ſi duæ ſint aures ad unum latus, una infra alteram. *Si fuerit unum membrum*, cui unica modo ſit auricula, nam ſi ſuperior auricula conduplicata ſit inferiori, & inferius colligetur, vitium eſt. *Cauda hœdi quæ ſimilis eſt porci*, ſi auriculæ ſuperius diviſæ ſint, etſi non ſint tenues. *Tres vertebras*, ſermo eſt de cauda agni, ſed in cauda hœdi una vertebra duntaxat eſt vitium, ſed non duo; ita deciſio eſt.

ligendum eſt; at ſi de hœdo dicatur, una vertebra eſt in cauſa vitii, at non duæ, & ita ſentiunt omnes; deciſio eſt ſecundum R. Chaninam filium Gamalielis.

י רבי חנינא בן אנטיגנוס אומר את שיבלת בעינו ושנפגם עצם ידו ועצם רגלו ושנפסק עצמו שבפיו עינו אחת גדולה ואחת קטנה אזנו אחת גדולה ואחת קטנה במראה אבל לא במדה רבי יהודה אומר אחת מביציו גדולה כשתים בחברתה ולא הודו לו חכמים :

10. R. Chanina filius Antigoni dicit, ſi cui verruca ſit in oculo, vel os armi læſum, vel os pedis, vel os oris exciſum, parvum unum, & alterum magnum; vel una auris magna, & altera parva, cum viſu, at non cum menſura. R. Jehuda dicit, ſi unus teſticulus tantus ſit quanti duo, non conceſſerunt ei Sapientes.

R. OB. DE BARTENORA.

יבלת *Verruca*, etſi in albumine oculi ſit, ſi pilus ſit, tum vitium eſt. *Si alicujus os armi confractum ſit*, ſi vitium ſit cognoſcibile; at ſupra locutus eſt auctor de confractione. ושנפסק עצמו שבפיו *& ſi exciſum ſit os oris illius*, cui dentes infixi ſunt, ſed hic locus ſupra dentes intelligi debet, nam de ipſis dentibus mediis, Miſna locuta eſt ſuperius, quod vitium ſit, ſi iſti læſi ſint, vel proſilierint. *Unus oculus magnus*, ut vituli oculus. *Alter parvus*, ut anſeris. במראה *cum viſu*, quo cuilibet manifeſtum eſt unum majorem eſſe altero; ſed non cum menſura, nam ſi ope menſuræ duntaxat conſpiciatur, non eſt vitium. *Sapientes ei non conceſſerunt*, R. Jehudæ non conceſſerunt; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

יבלת *Verruca*, quum vero non eſt verruca, etſi in albumine oculi ſit, & in eo ſit pilus, vitium eſt ſecundum omnes. Sed ſecundum Sapientes etiam una auris duplicata eſt legitima· Quamdiu autem oculus non tam magnus ſit quam vituli auris, & alter tam parvus quam anſeris, tum vitium eſt; deciſio eſt ſecundum Sapientes duntaxat.

יא זנב העגל שאינה מגעת לערקוב אמרו חכמים כל מרבית העגלים כן כל זמן שהן מגדילין הם נמתחות לאיזה ערקוב אמרו רבי חנינא בן אנטיגנוס אומר לערקוב שבאמצע הירך על אלו מומין שוחטין את הבכור ופסולי המוקדשין נפדין עליהן :

11. De cauda vituli quæ non pertingit ad vertebram ſuperiorem, dixerunt Sapientes, ita omnium vitulorum creatio eſt, & quamdiu creſcunt, tamdiu extenduntur. De qua vertebra locuti ſunt? R. Chanina filius Antigoni dicit, de vertebra medii femoris. Propter hæc vitia primogenitum mactant, & ſancta reproba illis redimuntur.

R. OB. DE BARTENORA.

לערקוב Eſt vertebra ſuperior, ubi conjunctura femoris eſt cum crure, & ſimile quid cognoſcitur in camelo reſpectu femoris ſuperioris, nempe os exterius prominens. *Ita omnium vitulorum creatio eſt*, omnium vitulorum caudæ ſolent pertingere ad vertebram, & quando iſtæ creſcunt, deorſum ſe extendunt. *E medio femore*, eſt os ſuperius quod expoſui, cujuſmodi in camelo cognoſcitur. *Ob hæc vitia primogenita mactant*, etſi in principio capitis dictum ſit, ob hæc vitia primogenita mactant, tamen idem hic denuo dicit, quia ſuperius dixit, *præterea tria addidit*, & reſponderunt ei, non audivimus ea, idcirco hæc denuo includit, ut dicat quod ob hæc vitia quoque mactant.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod auctor hic denuo dicit, *propter hæc vitia non mactant primogenitum*, poſtquam ſuperius dixit, *ob hæc vitia*, ad includendum eum vitiis tria quæ addiderunt. Cæterum quod Sapientes dicunt, *ita omnium vitulorum creatio eſt*, verum eſt, & non eſt vitium, quia poſtea accreſcunt.

יב אלו שאין שוחטין עליהן לא במקדש ולא במדינה חורור והמים שאינן קבועין וחוטין הפנימיות שנפגמו אבל לא (ס"א) שנעקרו ובעל גרב ובעל יבלת ובעל חזזית וזקן ותולה ומזוהם ושנעבדה בו עברה ושהמית את האדם על פי עד אחד (ס"א) או על פי הבעלים וטומטום ואנדרוגינוס לא במקדש ולא במדינה רבי ישמעאל אומר אין מום גדול מזה וחכמים אומרים אינו בכור אלא נגזז ונעבד :

12. Hæc ſunt ob quæ non mactant, neque in Sanctuario, neque in provincia, albugo, aquæ inſtabiles, molares interiores læſæ, at non eradicatæ, pſora, verruca, impetigo, ſenium, infirmitas, inquinamentum, & ſi cum eo peccatum factum fuerit; vel hominem occiderit, obturatum, hermaphrodita, neque in Templo, neque in provincia. R. Iſmaël dicit, non eſt vitium majus quam hoc. Sapientes dicunt, non eſt primogenitum, niſi tondeatur, & ipſum operetur.

R. OB. DE BARTENORA.

לא במקדש *Non in Sanctuario*, quia in Templo optima quæque duntaxat offerebantur. ולא במדינה *neque in provincia*, ſcil. extra Jeruſolymam, quia hæc non ſunt vitia ſtabilia ad ſanctitatem exuendam; idcirco relinquebantur talia primogenita donec alia vitia ſtabilia contraxiſſent, ob quæ

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Non mactabant olim in Sanctuario ejuſmodi res quæ iſtis vitiis affectæ erant, quia vitioſæ habebantur; ſed non niſi ſumme perfecta offerebantur. Sic etiam nec in provincia, quia non ſunt vitia ſtabilia. בעל גרב. *Pſora affectum*, ſcil. humida; at ſicca pſora eſt vitium; de qua Lex locuta eſt.

quæ mactabantur. בעל גרב *Pſora affectum*, eſt ſpecies vulneris, non foris neque intus; ſed in Lege duntaxat pſoræ ſiccæ mentio facta eſt. בעל יבלת *verrucoſum*, quod verrucam habet in albumine oculi, cui non eſt pilus; ſupra vero ubi mentio facta eſt de vitiis ob quæ mactanda ſunt primogenita, etiam pilus inerat. ובעל חזזית & *impetiginoſum*, duo genera ſunt impetiginoſorum ſcil. impetiginoſum Ægyptium, quod eſt verrucoſum, de quo in Lege, extus humidum & intus ſiccum, atque eſt vitium, quia ſanari nequit; ſed impetigo cujus hic mentio fit, eſt pſoræ ſpecies quæ ſanari poteſt. מזוהם *eſt fœtidum.* ונעברה בו עברה & *quocum peccatum eſt*, quod coivit cum muliere, vel hominem occiderit,

eſt. יבלת *verruca*, vox nota eſt; dummodo os habeat, ſin minus, vocatur דלדולים: Sapientes dicunt, *non eſt primogenitum*, hermaphrodita ſcil. ſed obturatum ſecundum omnes eſt ſanctum propter dubium, & comeditur a proprietariis ſuis ob vitia, qui enim e poteſtate proximi quidquam educere velit, oſtendat jus ſuum; ſed ſacerdos e poteſtate poſſeſſoris educere nequit. ושנעברה בו עברה והמית את האדם *quocum peccatum fuerit, vel quod hominem occiderit*, etſi unus ſit teſtis, vel ipſe proprietarius, at ſi duo ſint teſtes, mortis condemnatus eſt. מזוהם *inquinatum*, eſt fœtidum & male olens; deciſio eſt ſecundum R. Iſmaël.

dicto unius teſtis vel proprietarii. *Obturatum & hermaphrodita*, quia de illis dubium eſt an fœmella & non ſancta, an vero maſcula ſint, & ſancta. *Non eſt vitium majus quam hoc*, ad hermaphroditam hoc referendum eſt, nam ob ſigna fœminea quaſi vitioſum eſt primogenitum, & mactatur in provincia, atque nec tonderi, nec ad miniſterium ſacrum adhiberi debet. *Sapientes dicunt, non eſt primogenitum*, quia creatura ſingularis eſt, idcirco tonderi & operibus deſtinari poteſt, deciſio eſt ſecundum Sapientes.

פרק ז מומין אלו בין קבועין בין עוברין פוסלין באדם יותר עליהן באדם הכלון והלפתן והמקבן ושראשו שקוע ושקיפס ובעלי החטוטרת רבי יהודה מכשיר וחכמים פוסלין׃

Caput 7. Hæc vitia tam ſtabilia quam inſtabilia hominem reprobum faciunt; præterea in homine hæc ſunt, ut, Cilon, Liphtan, & Macban, & ſi caput ſit profundum, & Sakiphas, & gibbus, R. Jehuda ea probat, Sapientes reprobant.

R. OB. DE BARTENORA.

מומין אלו בין קבועין בין עוברין *Vitia hæc ſunt tam ſtabilia quam inſtabilia*, hæc ſunt vitia quæ inficiunt primogenitum, & quæ ſacerdotem ad miniſterium ineptum reddunt, ſive ſtabilia ſive inſtabilia ſint, quamdiu illa extiterint in ipſo. כילון *Cilon* dicitur capitis acuminatio ſurſum, & deorſum in latitudinem deſinens; & comparatur cum operculo dolii, quod אכלה dicitur.

לפתן *Liphtan*, eſt ſimile raphano, quia ſurſum late aſſurgit, & deorſum recta deſinit. מקבן *Macban* eſt is qui habet caput inſtar mallei, quod anterius & poſterius prominet.

וראשו שקוע (*Ita eigimus*) *Et caput illius remiſſum*, nonnulli tradunt, cujus caput prominet multum, & ſurſum prodit ſecundum faciem; alii tradunt quod nequaquam exterius prominet ſecundum faciem ut שקיפס poſterius, nam illius caput non tendit poſterius, ſed deficere videtur, quaſi a poſteriori parte aliquid abſciſſum ſit. *Gibbum R. Jehuda legitimum pronunciat*, ſi in gibbo ſit os, omnes concedunt quod ſit vitium; ſed quando diſſentiunt, id intelligendum eſt quum non eſt os. R. Jehuda dicit, quod ſimpliciter carnis fruſtum ſit. Sapientes dicunt, Lex dicit, *ſi cui viro e ſemine Aharonis ſit vitium*, qui igitur ſemini Aharonis ſimilis eſt, is miniſtrabit, qui vero ſemini Aharonis non eſt ſimilis, is non miniſtrabit; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כילון Derivatur ab אכלה, & hoc eſt quod in Gemara dicunt, caput illius ſimile eſt אכלה; Cæterum אכלה eſt vas quod oblongum habet collum, quo vinum e dolio hauriunt; ſenſus hujus ſimilitudinis hic eſt, quod media pars capitis iſtius hominis promineat ſurſum. לפתן *Liphtan*, derivatur a לפות, & denotat eum qui caput habet in collo in forma capitis raphani ſuper foliis; & hoc eſt quod in Gemara dicunt, collum illius eſt in medio capitis. מקבן *Macban* derivatur a מקבות, denotat igitur eum qui caput malleo ſimile habet, & cranium ſurſum aſſurgens.

ושראשו שקיע *Et cujus caput profundum eſt*, perinde ac ſi quis manum ſuam poſuiſſet in capite, & extendiſſet donec protuberent latera illius in utramque partem; qui vero tale caput habet, is Arabice קובי vocatur. שקיפס dicitur is cujus extrema pars capitis prominet verſus cervicem, ſicuti latera prominent in eo qui קובי vocatur.

בעל חטוטרות Notat eum qui remiſſas habet vertebras, quocunque id fiat modo, ſive a poſteriori parte, ſive ad latera. Sic etiam licet, etſi vertebræ non ſint remiſſæ, ſed puſtula dura nota fuerit in tergo in forma gibbi, ſecundum Sapientes talis primogenitus filius eſt reprobus; & ita deciditur.

ב הקרח פסול איזה הוא קרח כל שאין לו שטה של שער מקפת מאזן לאזן ואם יש לו הרי זה כשר אין לו גבינים אין לו אלא גבין אחד הוא גבן האמור בתורה רבי דוסא אומר כל שגביניו שוכבין רבי חנניה בן אנטיגנוס אומר מי שיש לו שני גבים ושתי שדראות׃

2. Calvus eſt reprobus; ſed quiſnam eſt calvus? cui non eſt linea pilorum ab una aure ad alteram cingens, ſi vero ei ſit, legitimus eſt. Si ei non ſint palpebræ, vel unicum duntaxat ſupercilium, is eſt gibbus de quo Lex loquitur. R. Doſa dicit, ſi alicujus ſupercilia deſideant. R. Chanania filius Antigoni dicit, ſi cui duo ſint dorſa, & duæ ſpinæ dorſi.

R. OB. DE BARTENORA.

ואם יש לו הרי זה כשר *Si vero ei ſunt, ecce legitimus eſt*, ſi pilorum ſuperficies in ſuperciliis ab una aure ad alteram poſterius dependerit, & non anterius, quia ita pulchrius eſt ſi poſterius dependeat, nam ſi circum caput dependerint, in medio ejus calvus eſt, & quanto magis ſi anterius, & non poſterius dependerint, tum reprobus eſt.

גבינים *Supercilia*; גבינים שוכבים *ſupercilia demiſſa*, ſi ſuperciliorum pili tam longi ſint ut viſum impediant. *Si cui ſint duo dorſa, & duæ ſpinæ dorſi*, non quod proprie ſunt duæ palpebræ, nam talis vivere nequit, ſed quod ſpina

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ואם יש לו כשר *Et ſi ei ſit, legitimus eſt*, dummodo pili ſuperficies dependeat a poſteriori capitis parte in cervicem, & hoc ab una aure ad alteram. כל שגביניו שוכבין *cujus ſupercilia deſideant*, ſi palpebrarum pili adeo abundent, ut oculorum palpebras contegant. שני גבים *duæ palpebræ*, ſi palpebra ita ſit diviſa ut videatur eſſe duplex, ut, ſi quælibet palpebra duram habeat catenulam. R. Doſa, doctor primæ partis Miſnicæ, & R. Chanania filius Antigoni non repugnant inter ſe, an hæc ſint vitia, necne; ſed omnes concedunt quod vitia ſunt;

dorſi ſit contorta, & quaſi multæ coſtæ videantur in ea. Omnes vero concedunt quod vitia omnia a doctoribus enumerata, ſint vitia habenda, & diſſentiunt tantum inter ſe de ſenſu Legis, quiſque enim putat vitium גבן *gibbi* in Miſna memoratum eſſe id quod in Lege memoratur. illi vero diſſentiunt de tribus vitiis quæ גבן gibbum faciunt, de quo in Lege.

ג החרום פסול איזהו חרום הכוחל שתי עיניו באחד שתי עיניו למעלה ושתי עיניו למטה ועינו אחת למעלן ועינו אחת למטן רואה את החדר ואת העליה כאחד סכי שמש זוגדס והצירן ושנשרו ריסי עיניו פסול מפני מראית העין :

3. Qui inæqualibus eſt membris, is reprobus eſt; ſed quiſnam eſt inæqualibus membris? Qui ambos oculos fucaverit ſimul; ſi ambos oculos ſuperius, & ambos oculos inferius, unum vero ſuperius & alterum inferius; & qui concl.ve & tabulatum videt ſimul, qui oculos comprimit præ ſole, impar oculis, & lippus, & is cui pili exciderint e palpebris, reprobus eſt ob oculi viſum.

R. OB. DE BARTENORA.

כוחל שתי עיניו כאחת *Qui ambos oculos ipſius ſimul fucaverit*, ſi naſus illius inter oculos depreſſus ſit, ſed non prominuerit, ita ut quando fucum adhibere velit ad oculos, ſtibium inter oculos trahere poſſit abſque naſi impedimento. *Duos oculos ſuperius*, in altitudine frontis, non ut aliis in hominibus. *Et duos oculos inferius*, infra locum ubi eſſe ſolent, *Unum oculum ſuperius*, infra locum ubi eſſe ſolent, & alterum oculum infra locum ordinarium.

רואה את החדר ואת העליה כאחת *Si viderit cameram & tabulatum ſimul*, ſi oculi ſint in loco apto, ſed unus viderit ſuperius, & alter inferius, cameram inferius, & tabulatum ſuperius, quiſquis autem contorto eſt viſu, is ita facit, nam loquitur cum uno, & videtur quaſi alterum hominem aſpiciat.

סכי שמש *Tegentes ſe pro ſole*, qui cum ſolem velint aſpicere, comprimunt oculos & palpebras claudunt. זוגדס *par*, & duos notat in lingua Latina, indigitat ergo par oculorum, vel par palpebrarum in quo differentia, ut, unus oculus niger & alter albus, vel hyacinthinus, vel ſi una palpebra multos habeat pilos, altera vero paucos; & ſic de cæteris membris paribus.

סירן *Lippus*, eſt is qui ſemper liquores admittit. מפני מראית העין *ob oculi viſum*, ſed non eſt macula integra; ſed hoc intelligendum eſt, ſi in palpebris remanſerit ſignum pili, ſin minus, tum vitium integrum eſt. Sic etiam ſe res habet ſi multi ſint pili in ſuperciliis, ut ſit integrum vitium. Sed notandum eſt quod tria ſunt diſtincta jura in vitiis hominis, cujuſmodi ſunt vitia in homine & in pecore, & ſi ſacerdos iſtis vitiis miniſtraverit, vapulabit, & miniſterium illius profanatum eſt; ſed ob vitia quæ reliqui habent homines, at non pecora, vapulabit, ſi cum iis miniſtravit, & miniſterium ipſius non profanatum erit. Si cum vitiis oculi miniſtraverit, non vapulabit, & non opus eſt ut dicamus quod miniſterium ipſius non eſt profanatum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חרום Eſt is cui naſis altitudo nimis depreſſa eſt; cæterum quod auctor dicit, *ambos oculos ſuperius atque inferius*, ejus ſenſus eſt, quod ambo oculi in facie ſunt inferiores vel ſuperiores quam oportet; vel ſi ambo quidem ſint in loco apto, ſed homo videat cameram & tabulatum eodem momento, quia viſum habet contortum.

סכי שמש *Tegentes oculos coram ſole*, jam dixi eſſe eos qui ſolem abhorrent, atque lunam; ſenſus itaque hic eſt de eo qui dum ſolem, aut lunam, aut ſplendentia vult intueri, vi comprimit oculorum palpebras. Notum vero eſt in corpore eſſe quædam membra ſimilia, ut oculi, aures, palpebræ, & id genus alia, quando autem inter illa fuerit aliqua mutatio, ut, ſi in una palpebra multi ſint pili, in altera pauci, in una nigri, in altera albi, vel contra, vel unus oculus ſit magnus, alter parvus, vel una palpebra nigra, altera vero alba, & ita in reliquis membris paribus, tum vitium iſtius hominis vocatur זוגדס *par impar*, quia in duobus paribus impar eſt.

סירן *Lippus*, qui ex oculis eorumve extremitatibus ſemper emittit liquorem. ושנשרו ריסי עיניו *& cujus pili exciderint e palpebris*, & talis eſt illegitimus factus ob viſum oculi, ſi de pilis quicquam remanſerit in radicibus; at ſi nullum pili ſignum remanſerit, vel ſi pili palpebrarum in magna copia fuerint, hæc ſunt duo magna vitia; & ita in Beraita docuerunt, הליפן והתימן: ad hoc in Gemara dicunt quod ליפן ſit is cui in palpebris multi ſunt pili, תימן autem is cujus palpebræ conſumptæ ſunt. Cæterum differentia quæ eſt inter vitia quibus homines & pecora, atque inter illa quibus tantum homines affici ſolent, & inter illa quæ ob viſum oculi prohibita ſunt, hæc eſt, ſi quis affectus fuerit vitio quo tam homines quam pecora afficiuntur, & cum iis miniſtraverit, miniſterium illius profanatum eſt; qui vero vitio affectus quod in homines duntaxat cadit, illius miniſterium non profanatum eſt, attamen vapulat; & qui ob oculi vitium reprobus factus eſt, non profanavit, neque vapulat, etſi cum eo miniſtraverit.

ד עיניו גדולות כשל עגל או קטנות כשל אווז גופו גדול מאבריו או קטן מאבריו חוטמו גדול מאבריו או קטן מאבריו הצמם והצמע איזהו צמע שאזניו קטנות והצמם שאזניו דומות לספוג :

4. Si oculi ſint magni ut vitulini, vel parvi ut anſerini; ſi corpus majus ſit membris ipſius, vel minus. Si naſus major ſit membris, vel minor. Sed quis eſt צמע? cui oculi ſunt parvi; צמם vero is eſt cui ſunt oculi in forma ſpongiæ.

R. OB. DE BARTENORA.

גופו גדול מאבריו *Si corpus ſit majus membris*, ſi corpus ſit majus quam reliquorum membrorum quantitas poſtulat, cujuſmodi ſunt manus, pedes, & crura. חוטמו *Naſus illius*, naſi quantitas cum digiti parvi quantitate convenire debet; ſi vero major ſit vel minor, vitium eſt. *Similis ſpongiæ*, quæ attrahit & poſtea claudit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Colligimus hinc quod membra corporis proportioni convenire debeant, unum juxta alterum. Naſi quantitas digiti manus parvi quantitati ſimilis eſſe debet, quia naſus reſpectu membrorum longitudinem digiti habet parvi; ſi vero longior ſit vel brevior, vitium eſt. In Siphri jam expoſitum eſt, quod ſi in naſo ſit gibbus, vel aliquid contorti aut exciſi in extremitate illius, vitium ſit.

ה שפתו העליונה עודפת על התחתונה והתחתונה עודפת על העליונה הרי זה מום ושניטלו שיניו פסול מפני מראית העין דדיו שוכבים כשל אשה כרסו

5. Si alicujus labium ſuperius fuerit inferiori majus, vel contra, vitium eſt. Si dentes non habeat, reprobus eſt ob viſum oculi. Si illius mammæ dependeant ut mulierum, venter prominens, umbilicus

כרסו צבה טבורו יוצא נכפה אפילו אחד לימים רוח
קצרית באה עליו המאושכן ובעל גבר אין לו ביצים
או אין לו אלא ביצה אחת זהו מרוח אשך האמור
בתורה רבי ישמעאל אומר כל שנמרחו אשכיו
רבי עקיבא אומר כל שרוח באשכיו רבי חנינא בן
אנטיגנוס אומר כל שמראיו חשוכים :

cus prodiens, epilepticus, etſi ſemel duntaxat, ſi inciderit in ipſum ſpiritus melancholiæ, teſticuloſus, & qui membrum nimis magnum habet, qui non habet teſticulos, vel unum duntaxat, is vocatur מרוח אשך de quo in Lege. R. Iſmaël dicit, cui teſticuli attriti ſunt. R. Akiba dicit, cui ventus eſt in teſticulis ipſius. R. Chanina filius Antigoni dicit, cui color eſt obſcurus.

R. OB. DE BARTENORA.

דדיו שוכבים *Cujus mammæ pendulæ ſunt*, ſi tam magnæ ut inſtar fœminarum in pectore dependeant. נכפה *epilepticus*, qui præ ægritudine interdum decidit. אפילו אחת לימים *licet ſemel in diebus*, qui non ſæpius, ſed ſemel duntaxat intra longum temporis ſpatium cecidit. רוח קצרית *ſpiritus melancholiæ*, qui difficulter anhelat, propter humores melancholiæ, qui aliquando prædominantur, ita ut æger iſte ſit abſque ſenſibus. מאושכן *teſticuloſus*, quum ſcrotum dependerit uſque ad femora, ſive id propter ventum, ſive propter humores inflatum ſit.

ובעל גבר *Et qui magnum habet virile membrum*, quod ad femora uſque dependet. שהרוח באשכיו *cui ventus eſt in teſticulis ſuis*, & teſticuli propterea inflati fuerint. שמראיו חשוכין *cujus colores obſcuri ſunt*, nigri, etſi non tam nigri ſint quam Æthiopes; Lex non loquitur de teſticulis. Doctores de fundamento juris non diſſentiunt, nam omnes concedunt quod vitium ejuſmodi quod ſocius ipſius numerat, ſit vitium, & diſſentiunt duntaxat de ſenſu Legis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כריסו צבה *Si venter illius promineat*, ſi venter præ magnitudine ſua promineat exterius. Nonnulli ſunt homines quorum umbilicus in profundum deſidet, alii vero quorum umbilicus e ventre protuberat inſtar verrucæ quæ טבור יוצא vocatur, *umbilicus prodiens*, & hoc modo vitium habendum eſt. נכפה *epilepticus*, is ita vocatur quod nolens transfertur in aliam perſonam, dum morbo iſto præ nimia melancholia corripitur & Arabice dicitur מכלבנין.

מאושכן *Teſticulatus*, eſt is qui ſcrotum habet uſque ad fœmora dependens; & non intereſt, ſive vento ſit plena ſive humoribus ut vocetur מרוח אשך *exſectus virilibus*, ſive ſcrotum ſit longum & tenue abſque vento & ulcere ſanioſo, nam omni modo vitium eſt.

ובעל גבר *Et qui membrum virile habet nimis magnum*, cujus membrum virile dependet uſque ad femora, & hæc eſt infirmitas membrorum, quarum infirmitatum mentio a medicis jam facta eſt. *Cui non ſunt teſticuli, vel cui unicus modo eſt teſticulus*, diſſentiunt doctores de dicto Legis מרוח אשך *diſſecto teſticulis*. *Cui color eſt obſcurus*, niger, etſi non ſit valde niger.

ו המקיש בקרסוליו ובארכבותיו ובעל פיקה והעיקל
איזהו עיקל כל שמקיף פרסותיו ואין ארכבותיו נושקות
זו לזו פיקה יוצאה מגודלו עקבו יוצא לאחוריו פרסתו
רחבה כשל אווז אצבעותיו מורכבות זו על זו או
קלוטות עד הפרק כשר למטה מן הפרק וחתכה כשר
היתה בו יתרת (ש"ס) וחתכה אם יש בה עצם פסול
ואם לאו כשר יתר בידיו וברגליו שש ושש עשרים
וארבע רבי יהודה מכשיר וחכמים פוסלים השולט
בשתי ידיו רבי פוסל וחכמים מכשירין הכושי והגיחור
והלבקן והקפח והננס והחרש והשוטה והשכור
ובעלי נגעים טהורים פסולים באדם וכשרים בבהמה
רבי שמעון בן גמליאל אומר שוטה בבהמה אינה
מן המובחר רבי אליעזר אומר אף בעלי דלדולין
פסולים באדם וכשרים בבהמה :

6. Cujus crura & genua colliſa ſunt, qui magnum calcaneum habet, & tortuoſus: ſed quis eſt tortuoſus? qui plantas conjungit, & genua illius inter ſe non collidunt. Si Pica prodierit ex pollice illius, ſi calx exierit poſterius, ſi planta illius tam lata ſit quam anſeris, ſi digiti illius ſibi inſideant, vel coaleſcant uſque ad juncturam, legitimus eſt; ſi infra juncturam ſint, & quis abſciderit eos, etiam legitimus eſt. Si quid ſuperfluum ſit in aliquo, at is exciderit illud, & os in eo fuerit, illegitimus eſt, ſin minus, legitimus. Si ſint in manibus peditusque ſeni digiti, qui ſunt viginti & quatuor, R. Jehuda illum dicit legitimum, Sapientes vero illegitimum. Qui ambabus dominatur manibus, Rabbi eum dicit illegitimum, Sapientes legitimum. Niger, ruber, albus, gigas, nanus, ſurdus, ſtultus, & ebrius, & ii qui plagas habent puras, illegitimi ſunt homines; pecora autem legitima. Rabban Simeon filius Gamalielis, pecus ſtultum non eſt e ſelectiſſimo. R. Eliezer dicit, etiam qui carnem habent pendulam in hominibus illegitimi ſunt, ſed in pecore legitimi.

R. OB. DE BARTENORA.

המקיש בקרסוליו *Qui colliſerit crura*, ſi genua exterius incurvata fuerint, & crura interius, atque unum collidat alterum inter incedendum. Contra vero ſe res habet cum eo qui genua colliſerit, illius enim pedes exterius contorti ſunt, & a ſe invicem ſeparati donec genua ſuperius ſint curvata interius, & collidant inter ſe.

בעל פיקה והעיקל *Qui magnum habet calcaneum, & qui tortuoſus eſt*, ſed auctor prius vocem עיקל exponit, & dicit eſſe eum *qui plantas habet cohærentes*, hoc ſenſu, ſi is conſideat & plantam unam cum altera conjungat, attamen genua ſe invicem attingere nequeant, quia exterius tortuoſa ſunt. בעל פיקה eſt is e cujus pollice ſuperfluum aliquid carnis prodierit, vel e pedis talis.

עקבו יוצא מאחוריו *Si calcaneum illius exierit a poſteriori* par-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

המקיש בקרסוליו *Qui crura ſua collidit inter incedendum*; ſic etiam is qui genua ſua collidit. ובעל פיקה *magno calcaneo præditus*, eſt is qui calcem habet a poſteriori pedis parte prominentem ultra id quod convenit. ועיקל *& tortuoſus*, cujus crura ſunt incurvata in modum arcus; hujuſce autem curvaturæ quantitas eſt, ſi genua non conjungantur quum pedem unum appoſuerit alteri.

ופיקה יוצאה מגודלו *Et Pica e pollice ejus egrediens*, ſi fruſtulum aliquod ſuperfluum e manu vel e pede exeat, ita ut pollex coarctetur dum reponitur. קלוטות עד הפרק *coaleſcant uſque ad juncturam*, ita ut duo digiti videantur unus; porro dicit auctor, etſi ſint ſeni digiti in manibus, & totidem in pedibus, tamen hanc non eſſe differentiam membrorum; ſed vitium ſecundum Sapientes. Et quamvis in uno e qua-

tuor

parte, ſi crus illius ſit in medio pedis, ita ut unum dimidium prodeat anterius, alterum vero poſterius. רחבה כשל אוז *lata ut anſeris*, ſi plantæ pedum tam latæ fuerint quam anſeris, & non longiores quam latæ ſunt. קלוטות eſt idem quod מדובקות *cohærentes*; עד הפרק *uſque ad juncturam*, uſque ad medii digiti juncturam. למטה מן הפרק *infra juncturam*, verſus unguem; ſi vero cohærentes digitos diffiderit, legitimus factus eſt. יתירה *ſuperfluum*, digitus ſuperfluus.

אם יש בו עצם פסול *Si in eo ſit os, illegitimus eſt*, nam cum id amputaverit, eſt deficiens membris. שש ושש עשרים וארבע *ſeni & ſeni, qui ſunt viginti quatuor*, nempe etſi manuum atque pedum digiti ſint æquales, ita ut in qualibet manu & pede ſint ſeni digiti, nihilominus tamen Sapientes eum dicunt legitimum; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

השולט בשתי ידיו *Qui dominatur ambabus manibus*, is ſecundum Rabbi illegitimus eſt, quia putat debilitatem quandam in dextra ei innatam eſſe. *Sapientes eum legitimum pronunciant*, nam illi putant quod ſiniſtræ debilitas innata ſit; deciſio eſt ſecundum Sapientes. כושי *Æthiops*. גיחור *rufus*, inſtar purpuræ. לבקן *albiſſimus*. קפח *gigas*, longus & macer cujus craſſities non reſpondet longitudini, & propterea deformis atque deficiens. השכור *ebrius*, non ope vini; enumerat hic auctor vitia ob quæ homo miniſterio ſacro indignus eſt, & vapulat, ſi cum iis miniſtraverit, miniſterio tamen non profanato; at ſi is qui vino inebriatus eſt, miniſtraverit, miniſterium profanatum eſt, nam de ebriis vino ſcriptum eſt Ezech. 42, 20. *Ad diſtinguendum inter ſanctum & profanum*, quod ebrius facere nequit. Hic igitur ſermo eſt de eo qui multum lactis, vel mellis biberit, vel palathas ficuum comederit quibus cerebrum perturbatum fuerit; talis ergo vitioſus eſt, attamen non profanat miniſterium ſacrum. *Qui vitiis mundis affectus eſt*, ut בוהק *vitiligo*, & cæteræ albæ puſtulæ; nam non requiritur ut de plagis immundis hic dicamus quicquam, quia is qui talibus affectus eſt vitiis, excidio tenetur ſi atrium intraverit. דלדולין ſunt fruſtula carnis dependentia; deciſio eſt ſecundum R. Eliezer filium Jacobi.

tuor horum membrorum ſint ſeni digiti, & quini in reliquis, tamen ſecundum R. Jehuda non cenſetur vitium. כושי eſt *Æthiops*. גיחור *ruber*. לבקן *albus*, albiſſimus; nam ſicuti nigredo eſt vitium, ita quoque rubedo inſtar purpuræ, aut albedo inſtar lactis, eſt vitium; ita docet Gemara. Ne autem putes quod hæc nomina dicta ſunt propter colores, quia multi ſunt homines qui iſtos habent colores. קפח *gigas*, eſt homo proceræ adeo ſtaturæ, ut is propterea ab aliis abominetur. ננס *nanus*.

בעלי דלדולין Sunt ii a quorum corpore dependet pellis; deciſio eſt ſecundum R. Eliezer filium Jacobi. Ratio autem quod ebrius hic inter vitia hominis particularia enumeratur, jam data eſt, nimirum, quod qui iſtiuſmodi vitiis affecti ſunt, inepti ſunt ad miniſterium ſacrum, idcirco nec ebrius ad miniſterium ineptus eſt; & hoc veriſſimum eſt. Præterea nonnulla ſunt quæ cerebrum perturbant, præter vinum, ut, ſi biberit lac, vel multum mellis comederit, vel herbam quæ Arabice vocatur שיכראן *ſicera*; at tali in caſu non judicamus ſecundum jus ſuperius; nam miniſterium ſacrum duntaxat profanatur, ſi vino inebriatus ſit.

ז אלו כשרין באדם ופסולים בבהמה אותו ואת בנו וטרפה ויוצא דופן (ושנעבדה בהן עבירה ושהמית את האדם נ״א ל״ג) הנושא נשים בעבירה פסול עד שידיר הנייה המטמא למתים פסול עד שיקבל עלין שלא יהא מטמא למתים :

7. Hæc in homine legitima, ſed in pecore illegitima ſunt, in ipſo & filio ipſius, diſcerptum, & quod e latere exſectum fuerit, quocum peccatum eſt, vel hominem occiderit. Qui uxores duxerit cum peccato, is illegitimus eſt donec voto ſe excluſerit ab uſu rerum. Qui mortuis pollutus eſt, is illegitimus eſt donec in ſe receperit quod ſe non polluet ob mortuos.

R. OB. DE BARTENORA.

אותו ואת בנו *In ipſo & filio ipſius*, nam patri licet & filio uno eodemque die miniſtrare, ſed non idem pecus eodem die ſacrificare. וטריפה *& diſcerptum*, ſi in ipſo ſit ſignum diſcerpti, de quo capite tertio de profanis, nequit offerri in altare.

ויוצא דופן *Et quod per latera exierit*, ſi matri ventris latus exciderint, & per id eduxerint prolem vivam, tum iſta proles ad ſacrificium inepta eſt, quia ſcriptum eſt ילד *nata fuerit*, hinc excipitur ea quæ exciſa eſt; ſed proles ſacerdotalis propterea non inepta ſit ad ſacerdotium.

הנושא נשים בעבירה *Qui uxores duxerit cum peccato*, ſi ſacerdos repudiatam vel profanatam duxerit, votum faciet & poſtea miniſtrabit, etſi enim nondum dederit ei divortium, tamen miniſtret ſi voverit ſe nullam utilitatem ab illa percepturum, neque illam ab ipſo, niſi donec eam repudiaverit. Sed ſciendum eſt quod ſi votum fecerit ſecundum intentionem multorum, non poſſit diſſolvi niſi ob aliquod præceptum. Etenim non timendum eſt ne ad Sapientem ſe conferat, & ei dicat quod ob præceptum aliquod votum ſuum vult reſcindi; nam cum nobis fundamentum ſit eum qui votum ſuum vult reſcindi, in ſpecie debere nominare ſuper qua re nominavit, idcirco non eſt dubium quin Sapiens iſte non ſolvat illius votum, ſi audiverit id factum eſſe ſuper repudiata aut meretrice. *Donec in ſe receperit quod mortuo ſe non polluet*, hic ſufficit ſi modo id in ſe receperit, nam non obligamus ipſum ut votum faciat, ut eum qui uxores cum peccato duxerit, quia hic major peccandi eſt cupido quam in immunditie mortui, idcirco ſimpliciter in ſe recepiſſe ſufficit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אותו ואת בנו *In ipſo & filio ejus*, ſenſus eſt quod ſacerdoti, & filio miniſtrare licet eodem tempore, ſed non patri & filio ſimul ſacrificare licet. וטריפה *& diſcerptum*, ſi alicui contigerit infirmitas mortifera, ſi perforata ſint inteſtina, & ſimiles quas capite tertio tractatus de profanis expoſuimus. Ratio autem quare in uxoribus ducendis requiratur votum, cum tamen in impuritatibus ſufficiat ſi quis duntaxat in ſe receperit, hæc eſt, quod in conjuge cupido ad peccatum allicit, idcirco votum erat neceſſarium, dummodo ſecundum ſententiam multorum, ſcil. quod votum non reddet irritum niſi propter præceptum, ſicuti in Gemara exponitur. Enimvero nos non timemus ne ad Sapientem aliquem ſe conferat, dicatque, fac mihi votum ſecundum ſententiam multorum, nam res præcepti mihi contigit cujus perficiendi gratia votum reſcindi volo; nam Sapiens iſte ei reſpondebit, quærendo, ſuper qua re feciſti votum? nam fundamentum nobis eſt quod votum in ſpecie nuncupandum ſit.

פרק ח יש בכור לנחלה ואינו בכור לכהן בכור לכהן ואינו בכור לנחלה בכור לנחלה ולכהן ויש שאינו בכור לא לנחלה ולא לכהן איזהו בכור לנחלה ואינו בכור לכהן הבא אחר הנפלים שיצא ראשו חי

Caput 8. Sunt primogeniti in hæreditate qui non ſunt in ſacerdotio, & contra; alii vero qui tam in hæreditate quam ſacerdotio ſunt primogeniti, contra vero alii qui neutro reſpectu primogeniti ſunt. Quiſnam eſt primogenitus in hæreditate, & non in ſacerdotio? qui natus eſt poſt abortum, & cujus caput exierit vivum, & qui novem eſt menſium

חי ובן תשעה שיצא ראשו מת והמפלת כמין בהמה חיה ועוף דברי רבי מאיר וחכמים אומרים עד שיהא בו מצורת האדם המפלת סנדל או שליא ושפיר מרוקם והיוצא מחותך הבא אחריהן בכור לנחלה ואינו בכור לכהן מי שלא היו לו בנים ונשא אשה שכבר ילדה עודה שפחה ונשתחררה עודה עכ״ום ונתגיירה משבאת לישראל ילדה בכור לנחלה ואינו בכור לכהן רבי יוסי הגלילי אומר בכור לנחלה ולכהן שנאמר פטר רחם בישראל עד שיפטרו רחם מישראל מי שהיו לו בנים ונשא אשה שלא ילדה נתגיירה מעוברת נשתחררה מעוברת ילדה היא וכהנת היא ולויה היא ואשה שכבר ילדה וכן מי שלא שהתה אחר בעלה שלשה חדשים ונשאת וילדה אין ידוע אם בן תשעה לראשון או בן שבעה לאחרון בכור לכהן ואינו בכור לנחלה איזהו בכור לנחלה ולכהן המפלת שפיר מלא דם מלא מים מלא גנינים המפלת כמין דגים וחגבים שקצים ורמשים המפלת יום ארבעים הבא אחריהם בכור לנחלה ולכהן :

ſium atque cum capite mortuo prodierit, necnon is qui more quadrupedum ejectus eſt, vel avium, ita R. Meyr. Sapientes dicunt, donec in eo ſit forma humana. Si quæ mulier abortiverit *Sandal* vel ſecundinam, vel abortum acupictum, & qui mutilus prodierit, & qui poſt hos prodierit, is eſt primogenitus in hæreditate, at non in ſacerdotio. Si cui non ſunt filii, & uxorem duxerit quæ jam peperit dum adhuc ſerva erat, & poſtea manumiſſa, vel dum gentilis erat, & poſtea proſelyta facta, atque poſtea quam ab Iſraëlita ducta fuerit, pepererit, is primogenitus eſt in hæreditate, at non in ſacerdotio. R. Joſe Galilæus dicit eum in utroque eſſe primogenitum, ſicuti dicitur Num. 3, 12. *Apertura matris in Iſraële*, ergo donec aperuerint matrem in Iſraële. Si cui ſint filii, & uxorem duxerit quæ non pepererit, & illa proſelyta facta dum impregnata erat, vel manumiſſa dum imprægnata erat, ſi illa pepererit & ſacerdos, vel illa & Levita, vel illa & mulier quæ jam peperit, ita quoque illa quæ poſt maritum ipſius non expectaverit tres menſes, & poſtea nupſerit ac pepererit, & non conſtiterit an hæcce proles ſit novem menſium e primo, an vero ſeptem ex ultimo marito, is primogenitus eſt in ſacerdotio, at non in hæreditate. Quiſnam eſt primogenitus in ſacerdotio & in hæreditate? ſi mater abortiverit abortum ſanguine plenum, vel aqua aut carne minuta plenum; & ſi abortiverit ſpeciem piſcis, locuſtæ, abominationis, vel reptilis, & ſi quadrageſimo die abortiverit, tum qui poſt hos natus fuerit, is eſt primogenitus in hæreditate & ſacerdotio.

R. OB. DE BARTENORA.

יש בכור לנחלה *Eſt primogenitus pro hæreditate*, ad duas portiones auferendas ex hæreditate. ואינו בכור לכהן *ſed non primogenitus pro ſacerdote*, ad quinque Siclos ſacerdoti ſolvendos pro redemptione ſua. הבא אחר הנפלים *qui prodierit poſt abortum*, ſi gemini fuerint, alteruter abortus eſt cujus menſes non exacti ſunt, alterius vero menſes ſunt exacti. יצא ראשו חי *ſi caput exierit vivum*, at poſtea receſſerit & ei præceſſerit frater, atque prius exierit, poſterior iſte primogenitus eſt in hæreditate, quia prior ei nihil damni intulit, etſi prioris exitus habeatur nativitas; ratio eſt, quia ſcriptum eſt Gen. 49, 3. ראשית אוני Si patris alicujus cor langueſcat, ſi proles obeat, excipitur abortus primus qui caput prius eduxit, qui non eſt vitæ perennis, idcirco patris cor non langueſcit propter ipſum. Sed in caſu aperturæ matricis filius hicce liber eſt, nam Lex totam rem adſcribit aperturæ matricis, ſed prior natus jam aperuit matricem. Si novem menſium fœtus mortuus caput ſuum in lucem protruſerit, at deinde receſſerit, frater autem prius exierit, is eſt primogenitus pro hæreditate, quia non cenſetur eſſe prior, ob quem patri ei non languet cor. Sed in caſu ſacerdotii non eſt apertura matricis. At vero ſi novem menſium fœtus caput vivum prodierit, & poſtea receſſerit, & obierit, tum non eſt primogenitus pro hæreditate is qui poſt hunc in lucem prodierit. *Nec non is qui more quadrupedum vel avium ejectus eſt*, talis non cenſetur ab hæreditate liberare, quia cor patris ob illos non languet, ſed illi ſaltem ſunt matricis apertura.

וחכמים אומרים עד שיהא בו מצורת אדם *At Sapientes dicunt, donec in eo ſit forma humana*, prius non cenſetur matricis apertura; qui vero poſtea prodierit, is primogenitus eſt pro ſacerdotio; deciſio eſt ſecundum Sapientes. סנדל notat carnis fruſtum in figura ſandalii, cui non eſt figura alicujus membri; atque id una cum fœtu in lucem prodire ſolet. או שליא *aut ſecundinæ*, nam non eſt fœtus abſque ſecundinis, niſi is diſſolutus fuerit, attamen eſt apertura matricis.

שפיר

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בכור לנחלה *Primogenitus pro hæreditate*, eſt primogenitus e muliere Judæa, ſed nos non curamus an mulier iſta antehac pepererit, necne, quemadmodum Lex dicit Gen. 49, 3. ראשית אוני *primitiæ virium mearum*. Cæterum בכור לכהן *primogenitus pro ſacerdote*, eſt primogenitus filius mulieris, & nos non curamus an pater illius antea genuerit filios necne, uti Lex dicit Num. 3, 12. פטר רחם *apertura matricis*. Sed auctoris ſcopus de iſtis quatuor diſtinctionibus ex hoc fundamento provenientibus non eſt de eo quem aliquid præceſſerit primogeniti, hoc enim ſatis clarum eſt. Verum illius dicendi ſcopus de primogenito licet ipſum aliquis præceſſerit fœtus, nam nos non moramur præcedentes proles.

שיצא ראשו חי *Si caput illius prodierit vivum*, ſenſus eſt quod non integer prodierit natus niſi donec mortuus fuerit, & ſic de reliquis hic memoratis. Poſtea nos docet quod ſi mulier pepererit poſtquam Iſraëlita facta fuerit, & poſtea pepererit e viro Iſraëlita, filius ſecundus non vocetur *apertura matricis*; ſed res ſe habet ſecundum ſententiam R. Joſis, ob rationem modo dictam. *Si proſelyta facta ſit dum imprægnata erat, vel ſi manumiſſa fuerit dum imprægnata erat*, ita ſenſus eſt, aut ſi proſelyta facta fuerit dum imprægnata erat, & pepererit, vel ſi manumiſſa fuerit, & pepererit, vel mulier quæ non pepererat, at poſtea pepererit dum ſacerdos erat, vel Levita, vel mulier quæ jam pepererat. Et quod auctor dicit, *ſacerdos & Levita*, illius ſenſus eſt quod mulieris ſacerdotalis & Leviticæ licet ab Iſraëlita imprægnatæ filius liber ſit a quinque ſiclorum tributo perſolvendo, ſicuti dicitur Num. 3, 12. פטר רחם בבני ישראל Res ergo dependet a matricis apertura. Scias ergo quod ſi Levitica imprægnata ſit a gentili, filius illius liber eſt a quinque ſiclis ſolvendis, quia illa manet in ſanctitate ſua. Scriptum eſt in Beraita, ſi Levitica in captivitatem abducta fuerit, vel illegitimo conjugio juncta, ipſi proponitur decima comedenda. Si vero ſacerdotalis fœmina imprægnata ſit a gentili, filius illius obligatus eſt, quia illa profanata eſt,

ſicuti

שפיר מרוקם Notat carnis fruſtum in qua fœtus depictus eſt in figura humana, & quia in modum teſtæ ovi conſtructus eſt, idcirco שפיר vocatur. והיוצא מחותך *& qui exciſus prodierit*, qui membratim in lucem prodierit; at ſi caput exciſum ſit, non liber eſt a redemptione, ſi frater ei prævenerit, atque ante maximam membrorum partem iſtius exciſi exitum prodierit, tum eſt quoque primogenitus pro ſacerdotio. *Quia jam peperit*, nam in caſu hæreditatis paternæ ſcriptum eſt, *primitiæ virium illius*; Lex autem in caſu primogeniti pro ſacerdotio rem attribuit aperturæ matricis. *Dum adhuc ſerva erat*, etſi in primo partu eſſet ſerva, at jam manumiſſa, vel gentilis, & jam proſelyta, & pepererit poſtquam ad Iſraëlitæ poteſtatem perveniſſet, etiam eſt primogenitus pro hæreditate, nam huic matri non fuerunt filii. *R. Joſe filius Gamalielis dicit, primogenitus eſt pro hæreditate, & pro ſacerdotio*, quia filii in ethniciſmo non liberarunt ſequentem infantem; deciſio non eſt ſecundum R. Joſe filium Galilæi. *Si proſelyta facta fuerit dum imprægnata erat*, & ſimul maritus cum illa, & illa pepererit, tum filius iſte primogenitus eſt pro ſacerdotio, quia eſt apertura matricis in Iſraële; ſed non pro hæreditate, nam cum illius conceptio in ſanctitate non facta ſit, non eſt aptus ad hæreditatem. *Si illa & ſacerdotalis fœmina pepererit*, ſi Iſraëlitica fœmina ſimul cum ſacerdotali primogenitum pepererit, & non conſtiterit quinam ſit Iſraëliticæ fœmellæ filius. *Illa & Levitica*, nam filius Leviticæ quoque liber eſt a quinque ſiclis ſolvendis, quemadmodum capite primo expoſuimus. *Aut illa & mulier quæ jam pepererit*, & non conſtiterit quiſnam ſit illius filius. *Eſt primogenitus pro ſacerdote*, & maritus primiparæ quinque ſacerdoti debet Siclos, nam natum habet maſculum quiſquis ille ſit. *Sed non eſt primogenitus pro hæreditate*, quia non conſtat cujuſnam ſit filius. *Sic etiam ſe res habet cum ea quæ poſt mariti obitum non expectavit tres menſes*, ſcil. ſi ea pepererit primogenitum, eſt primogenitus pro ſacerdotio, & redimi debet; at non pro hæreditate, quia pater neſcit cuinam relinquat hæreditatem, idcirco tali primogenito non eſt hæreditas. Miſna autem hæc dicit, *non eſt primogenitus hæreditate*, ſcil. pro eo qui poſt ipſum prodierit, is non eſt primogenitus pro hæreditate, quia dubius filius forſitan eſt e poſteriori marito. מלא גונים id eſt plenus multis coloribus; alia expoſitio, abortus qui plenus eſt vermibus, nam שפיר eſt abortus qui inſtar vermium e minutiſſimis partibus prodit in lucem. *Piſcis vel locuſtæ*, hæ non ſunt creaturæ, nam de illis non dicitur, *& creavit*, quemadmodum de homine. *Die quadrageſima*, quo concepit, tum mera eſt aqua, & nondum creatura eſt niſi poſtero die, quia ad creaturæ formationem quadraginta integri dies requiruntur.

ב יוצא דופן והבא אחריו שניהם אינן בכור לא לנחלה ולא לכהן רבי שמעון אומר הראשון לנחלה והשני לחמש סלעים :

2. Si quis e latere prodierit, & quis poſt illum venerit, neuter primogenitus eſt, neque pro hæreditate neque pro ſacerdotio. R. Simeon dicit, prior eſt primogenitus pro hæreditate, poſterior pro quinque Siclis.

R. OB. DE BARTENORA.

יוצא דופן והבא אחריו *Qui exierit e latere, & qui poſt ipſum venerit*, per viam matricis, hoc ſenſu, ſi mulieris venter gemellis plenus in latere perfodiatur, ut primus exeat per foramen lateris, ſecundus vero per viam matricis ordinariam. Sed Maimonides ſcribit fieri non poſſe ſi mulieris venter rumpatur, ut illa pariat, & poſtea ſanetur. שניהם אינן בכור *neuter eorum primogenitus eſt*, primus non eſt primogenitus pro hæreditate, quia Lex dicit וילדו לו Neque ſecundus eſt principium virium ipſius. Neque ſunt primogeniti pro ſacerdotio, non primus, quia non eſt apertura matricis; ſecundus non eſt primogenitus pro ſacerdotio, quia primogenitus matricis eſt, & non primogenitus filiorum, ut is quem præceſſerint filii, idcirco non eſt primogenitus. *R. Simeon dicit, primus eſt pro hæreditate*, is putat id quod Lex dicit וילדו לו etiam de eo qui per latus ventris exierit, intelligendum eſſe. *Secundus pro quinque Siclis*, nam is putat quod primogenitus matricis, etſi non ſit primogenitus filiorum, ſit primogenitus; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fieri poteſt ut hæc mulier duplici progenie gravida ſit, atque unus prodeat poſtquam ventris latus inciſum ſit, & poſtea prodeat alter per viam ordinariam, & prior moriatur poſtquam ſecundus exierit. Sed quod nonnulli dicunt, mulierem poſſe vivere poſtquam latus illius exciſum ſit, & deinde parere, non eſt rationi conſentaneum, ſed valde abſurdum; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

ג מי שלא בכרה אשתו וילדה שני זכרים נותן חמש סלעים לכהן מת אחד מהן בתוך שלשים יום האב פטור מת האב והבנים קיימים רבי מאיר אומר אם נתנו עד שלא חלקו נתנו ואם לאו פטורין רבי יהודה אומר נתחייבו נכסים (ס"א) זכר ונקבה אין כאן לכהן כלום :

3. Si alicujus uxor nondum primogenitum pepererit, & duos pepererit maſculos, quinque ſiclos ſolvat ſacerdoti. Si unus eorum obierit intra dies triginta, tum pater eſt liber. Si pater obierit, & filii vixerint, R. Meyr dicit, ſi ante diviſionem ſolverint, fiat, ſin minus, ne fiat. R. Jehuda dicit, bona ſunt obligata. Si maſculum & fœminam pepererit, nihil ſacerdoti cedit.

R. OB. DE BARTENORA.

נותן חמש סלעים *Solvat quinque ſiclos*, quia alteruter eſt primogenitus. *Pater liber eſt*, quia dici poteſt primogenitum eſſe mortuum; ſi vero ante triginta dies obierit filius, non obtinet redemptio patris, cum vero hic res ſit in dubio an remanſerit primogenitus an vero obierit, liber eſt pater a redemptione; & ſi quis ſacerdos ab ipſo pretium redemptionis educere velit, requiritur ut oſtendat quo id faciat jure. Idem intelligendum eſt quod nimirum filius ſuperſtes non ſit redimendus quando adoleverit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Obſerva hæc fundamenta, nam illis innituntur omnes caſus qui de hac materia agunt, quorum primum eſt quod primogenitus hominis non redimendus eſt, niſi poſt triginta demum dies, ſicuti Lex dicit Num. 18, 16. ופדויו מבן חדש תפדה Si vero mortuus ſit filius ante triginta dies, non obtinet redemptio. Secundum hoc eſt fundamentum, quod quamdiu in dubio res eſt, an ſit primogenitus necne, quinque ſicli non ſolvendi ſint propter dubium, quia nobis hypotheſis eſt quod ei qui e poteſtate proximi quicquam e-

מת האב *Si obierit pater*, poſt triginta dies. *Sin minus, liber eſt*, nam R. Meyr putat quod fratres iſti qui bona patris diviſerint, cenſendi ſint jus emtoris habere, quia unicuique non amplius licet bona paterna eligere, ſed quod ſe res illiſcum habet perinde ac ſi bonorum paternorum quisque emiſſet partem ſuam; hi autem quinque Sicli a patre ſolvendi erant, ut debitum aliquod orale, at orale debitum exigi nequit ab emtoribus; idcirco ſi hæreditatem diviſerint antequam ſicli expenſi fuerint, liberi ſunt. *R. Jehuda dicit, bona ſunt obligata*, is putat quod ſi fratres diviſerint bona, ſint hæredes, & quod eligere poſſunt & quiſque ſuam acquirere partem, & quod orale debitum ab hæredibus exigi poſſit; deciſio eſt ſecundum P.. Jehudam. *Si maſculum & fœminam, ſacerdoti nihil cedit*, quia ſacerdoti dicere poteſt, fœmina exiit prius, qui vero ex aliena poteſtate quicquam educere velit, ei incumbit probatio.

ducere velit, incumbit ut oſtendat quo jure id faciat. מת האב והבנים קיימים *Si pater obierit & filii vixerint*, ſi pater poſt triginta dies obierit; tum clarum eſt. Ratio autem quare R. Meyr & R. Jehuda diſſentiunt, hæc eſt, R. Meyr putat quod fratres qui bona diviſerunt, cenſendi ſint ut emtores, nempe, ut ii qui bona paterna e..erunt, & hi quinque ſicli ſunt ut debitum orale, at debitum ab emtoribus exigi nequit. R. Jehuda putat, quod fratres qui diviſerunt, ſunt hæredes, ſed orale debitum exigi poteſt ab emtoribus; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ד שתי נשים שלא ביכרו וילדו שני זכרים נותן עשר סלעים לכהן מת אחד מהן בתוך שלשים יום אם לכהן אחד נתן יחזיר לו חמש סלעים אם לשני כהנים נתן אינו יכול להוציא מידם זכר ונקבה או שני זכרים ונקבה נותן חמש סלעים לכהן שתי נקבות וזכר או שני זכרים ושתי נקבות אין כאן לכהן כלום אחת בכרה ואחת שלא בכרה וילדו שני זכרים נותן חמש סלעים לכהן מת אחד מהן בתוך שלשים יום האב פטור מת האב והבנים קיימין רבי מאיר אומר אם נתנו עד שלא חלקו נתנו ואם לאו פטורין רבי יהודה אומר נתחייבו נכסים זכר ונקבה אין כאן לכהן כלום :

4. Si duæ mulieres primiparæ duos pepererint maſculos, decem Selæ porrigantur ſacerdoti, & alteruter intra triginta dies obierit, atque omnes uni ſacerdoti exhibitæ fuerint, is quinque reddito Selas, ſi vero duobus exhibitæ fuerint, e poteſtate ipſorum repeti nequeunt. Si maſculum & fœminam, vel duos maſculos & unam fœmellam pepererint, quinque ſiclos ſacerdoti ſolvant. Si duas femellas & unum maſculum, vel duos meſculos & duas femellas, ſacerdoti nihil cedit. Si una jam primipara fuerit, & non altera, atque duos pepererint maſculos, quinque Selæ ſolvantur ſacerdoti. Si alteruter intra triginta dies obierit, pater liber eſt; ſi obierit pater, & filii ſuperſtites manſerint. R. Meyr dicit, ſi ſolutæ ſint ante diviſionem, fiat, ſin minus, liberi ſunt. R. Jehuda dicit, obligata ſunt bona. Si maſculum & fœmellam, nil cedit ſacerdoti.

R. OB. DE BARTENORA.

שתי נשים *Duæ mulieres*, uni viro nuptæ. וילדו שני זכרים *& illæ pepererint duos maſculos*, clanculum, & illi commixti fuerint. *Si uni ſolverit ſacerdoti*, ſi amborum redemptionis pretium uni ſolverit ſacerdoti tum ſacerdos quinque reddat Selas, quia enim alteruter obierit intra triginta dies, & non conſliterit quod abortus erat & contra jus receptus. *E poteſtate eorum nihil educere poterit*, nam quisque repugnare poterit, dicendo, ego eos poſſedi ob redemptionem viventis. *Duos maſculos & fœminam*, ſi mulieres in loco ſecreto duos pepererint maſculos, unamque fœminam. *Quinque ſacerdoti ſolvet Siclos*, quia omni modo unus eſt primogenitus, ſi una mulier duos pepererit maſculos, tum unus eſt primogenitus; ſi vero una pepererit maſculum & fœminam, fiet ut altera maſculum pepererit duntaxat, qui eſt primogenitus; qui vero cum maſculo natus fuerit, is liber eſt, quia fœmina forſan prius exierit. *Nihil ſacerdoti cedit*, quia dici poteſt fœminas exiiſſe prius, & hic non eſſe primogenitum. *Pater eſt liber*, quia dici poteſt primogenitum eſſe mortuum. *Si ſolverint ante diviſionem &c.* quemadmodum ſuperius expoſuimus; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam. *Maſculum & fœminam*, dici enim poteſt eam quæ nondum primipara fuit, peperiſſe fœminam, & idcirco nullum eſſe primogenitum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Tota hæcce Miſna ſatis clara eſt iſtis quæ diximus fundamentis; ſenſus controverſiæ R. Meyri & R. Jehudæ quoque jam dictus eſt; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam.

ה שתי נשים של שני אנשים שלא בכרו וילדו שני זכרים זה נותן חמש סלעים לכהן וזה נותן חמש סלעים לכהן מת אחד מהן בתוך שלשים יום אם לכהן אחד נתנו יחזיר להן חמש סלעים אם לשני כהנים נתנו אינן יכולין להוציא מידם זכר ונקבה האבות פטורין והבן חייב לפדות את עצמו שתי נקבות וזכר או שני זכרים ושתי נקבות אין כאן (ס"א) לכהן כלום :

5. Si duæ ſint mulieres duorum virorum quæ nondum primogenita enixæ ſunt, & duos maſculos pepererint, unus ſolvet quinque Selas ſacerdoti, & alter totidem. Si alteruter obierit intra triginta dies, & omnes Selas uni dederint ſacerdoti, reddet quinque; ſi vero duobus, ex ipſorum poteſtate nihil educi poteſt. Si maſculum & fœminam, patres ſunt liberi, & filius redimere debet ſeipſum. Si duas fœminas & maſculum, vel duos maſculos & duas fœminas, nihil ſacerdoti cedit.

R. OB. DE BARTENORA.

מת אחד מהם *Si unus eorum obierit*, unus e filiis. *Reddet ipſis quinque Selas*, & duo patres eas divident; & hoc intelligendum eſt ſi unus conſcripſerit alteri literas licentiæ. Si vero id non factum fuerit, & unus eorum ad ſacerdotem ſe contulerit ut eas ab ipſo repetat, ſacerdos veniet, & dicet, filius tuus vivit; atque eodem modo dicet alteri. *Si maſculum & fœminam, patres liberi ſunt*, nam unuſquiſque ſacerdoti dicere poterit, fœmina ad me pertinet. *Filius ſeipſum redi-*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אם לכהן אחד יחזיר להם חמש סלעים *Si uni ſacerdoti, reddet quinque Selas*, requiritur ut unus conſcribat alteri הרשאה *literas licentiæ*; ſi vero hoc non factum fuerit, unicuique amborum dicere poterit, tuo ſocio debeo quinque Selas, at non tibi, niſi donec mihi probaveris quod ſit filius tuus is qui obiit.

redimere tenetur, quia is omni modo eſt primogenitus. *Si duas fœminas*, *& maſculum*, dici poteſt unam peperiſſe fœmellam, alteram vero maſculum & fœmellam, & fœmellam prius in lucem prodiiſſe, idcirco hic nihil cedit ſacerdoti; ita quoque ſe res habet ſi duo ſint maſculi & duæ fœmellæ.

ו אחת בכרה ואחרת שלא בכרה של שני אנשים וילדו שני זכרים זה שלא בכרה אשתו נותן חמש סלעים לכהן זכר ונקבה אין כאן לכהן כלום מת הבן בתוך שלשים יום אף על פי שנתן לכהן יחזיר לו חמש סלעים (ש"ס) לאחר שלשים יום אף על פי שלא נתן יתן מת ביום שלשים ביום שלפניו רבי עקיבא אומר אם נתן לא יטול ואם לא נתן לא יתן מת האב בתוך שלשים יום בחזקת שלא נפדה עד שיביא ראיה שנפדה לאחר שלשים יום בחזקת שנפדה עד שיביא ראיה (נ"א שיאמרו לו) שלא נפדה הוא לפדות ובנו לפדות הוא קודם את בנו רבי יהודה אומר בנו קודמו שמצותו על אביו ומצות בנו עליו :

6. Si una ſit primipara & altera non, atque ambæ ſint duorum virorum, duoſque pepererint maſculos, vir cujus fœmina non eſt primipara, quinque ſacerdoti dabit Selas. Si maſculum & fœminam pepererint, nihil ſacerdoti cedit. Si filius intra triginta dies obierit, etſi ſacerdoti ſolverit, reddet tamen quinque Selas; ſi poſt triginta dies, etſi non ſolverit, ſolvet. Si triceſimo die obierit, die nono & viceſimo obiiſſe cenſetur; R. Akiba dicit, ſi ſolverit, non accipiet, ſi vero non ſolverit, non ſolvet. Si pater obierit intra triginta dies, cenſetur non redemptus, niſi donec probatum fuerit eum redemptum eſſe; ſi poſt triginta dies, cenſetur redemptus, niſi donec probaverit eum non redemptum eſſe. Si is redimendus ſit, & filius illius, is præcedit filium; R. Jehuda dicit, filius ipſum præcedit, quia præceptum illius eſt ſuper patre, & præceptum filii eſt ſuper ipſo.

R. OB. DE BARTENORA.

אין כאן לכהן כלום *Non cedit hic quicquam ſacerdoti*, quia dici poteſt quod primipara fœmellam peperit. *Si obierit filius*, ſermo eſt de primogenitis certis. *Reddet ei*, quia fuit abortus, & quia redemptionis obligatio poſt triceſimum diem duntaxat obtinet. כיום שלפניו *ut dies antecedens*, licet ſacerdoti ſolverit, tamen is reddet, quia unam vocem *menſis* colligimus ab altera, nam Num. 18, 18. ſcriptum eſt ופדויו מבן חדש תפדה, & ſcriptum eſt Num. 3, 40. כל בכור זכר מבן חדש quod poſt triginta dies intelligendum eſt. *R. Akiba dicit*, *ſi ſolverit*, *non accipiet*, dubitat R. Akiba, quia dicendum fuit ומעלה *& ultra*, de rerum æſtimatione, & non collegerunt rem ex eo quod dictum Num. 3, 40. duo igitur loca ſunt conſona, e quibus unum ex altero non docent; idcirco non accipiet ſacerdos quod ei ſolutum eſt, & ſi ei non ſolutum ſit, non ſolvetur ei; nam qui e proximo ſuo quicquam educere velit, ei incumbit probatio; deciſio eſt ſecundum Sapientes. *Cenſetur non redemptus*, quia intra triginta dies non ſolet quiſquam redimere. *Is præcedit filium ſuum*, omnes concedunt quod ſi non plus quam quinque fuerint ſicli, tum is præcedat filium; & quando contradicunt, id de quinque Selis intelligendum eſt e bonis ſubjectis, & e quinque liberis; R. Jehuda putat quod debitum in Lege deſcriptum ſimile ſit debito in literis conſcripto, & quinque Selas quas debet pater, ſacerdos ſumere poſſit de bonis ſubjectis, quia ſacerdotis ſubjectio præcedit, & hic ſenſus eſt illius quod dicitur, *quia præceptum illius incumbit patri*, nempe quod inde a patre bona ſubjecta fuerunt; & filium ſtatim ſibi redimere debet quinque Selis, nam ſi liberas ſolverit pro redemptione, non redimendus eſſet filius, quia fieri potuit ut emtorum ſubjectio nativitatem filii ipſius præceſſerit. Sapientes ſtatuunt quod ſit debitum conſcriptum duntaxat, & quod ſacerdotes conſcriptum debitum ſumere nequeunt e bonis ſubjectis, idcirco is præcedit; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sapientes non dubitant quin dies triceſimus ſit habendus ut viceſimus nonus, quia hoc colligi poteſt ex annis rerum æſtimatarum, nam hoc reſpectu annus viceſimus ſimilis eſt anno decimo nono, & annus ſexageſimus ſimilis quinquageſimo nono, ſicuti dicitur Levit. 27, 7. מבן ששים שנה ומעלה Verum ſecundum R. Akibam dies triceſimus eſt dubius, & propterea ita de ipſo judicat uti vides; deciſio eſt ſecundum Sapientes. Quum vero non plus quam quinque habuerit Selas, ſecundum omnes doctores pater præcedit filium; & non diſſentiunt niſi de quinque Selis liberis, & totidem ſubjectis. R. Jehuda dicit quod debitum cujus meminit Lex cenſendum ſit ac ſi conſcriptum eſſet in literis debiti; & ſacerdotem poſſe ſumere de bonis ſubjectis; hunc vero ei ſolvere debere quinque Selas pro filio, quæ in poteſtate ipſius ſunt. Sapientes putant eſſe merum debitum conſcriptum, & ſacerdotem de bonis ſubjectis nil poſſe accipere, idcirco ſolvet eas quæ ſunt in poteſtate ipſius; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ז חמש סלעים של בן במנה צורי שלשים של עבד וחמשים של אונס ושל מפתה ומאה של מוציא שם רע כולם בשקל הקדש במנה צורי וכולם נפדין בכסף ובשוה כסף חוץ מן השקלים :

7. Quinque Selæ filii ſunt inſtar minæ Tyriæ. Triginta ſervi, & quinquaginta illius qui vi comprimit vel ſeducit virginem, & centum illius qui malam ſpargit de aliqua famam, hæ omnes cum Siclo ſacro ſunt inſtar minæ Tyriæ, atque omnes redimuntur argento, ejuſve pretio, ſiclis exceptis.

R. OB. DE BARTENORA.

חמש סלעים של בן *Quinque Selæ filii*, Selæ cujus in Miſna fit mentio, eſt ſiclus de quo ubique in Lege, & aliquoties vocatur כסף *argenteus*; ita legimus *quinquaginta argentei*, *centum argentei*. Is igitur temporibus Maimonidis erat trecentorum & viginti granorum hordeaceorum; Templo autem ſecundo ſtante trecentorum & octoginta quatuor granorum hordeaceorum pondus erat; & ita hic numerantur quinque Selæ filii, quæ efficiunt pondus mille, & nongentorum &

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam aliquoties expoſuimus quod סלע *Sela*, cujus in Lege fit mentio, vocetur שקל *Siclus*, atque etiam כסף *argentum*, ſicuti dicitur Deut. 22, 29. חמישים כסף & Deut. 22, 19. dicitur ומאה כסף & Exod. 21, 32. כסף שלשים שקלים pondus illius eſt viginti quatuor drachmarum, drachma autem ſedecim granorum. Et ita ſe res habet ſecundum aliquot Gemaræ loca, atque hac in parte nihil occurrit dubii. Cæterum ego recepi a domino meo patre felicis memoriæ, &

& viginti granorum hordeaceorum mediocrium ex argento puro.

בְּמנה צורי *Cum mina Tyria*, in urbe quæ Tyrus dicitur. Cæterum omnis argenteus in Lege memoratus, ut, quinque Selæ filii, triginta ſervi, quinquaginta illius qui vi compreſſerit vel ſeduxerit virginem, & centum illius qui malam famam de aliquo ſparſerit, omnes hæ Selæ ſive argentei ſimiles ſunt minæ Tyriæ, quæ ex argento conſtat puro. Omnes vero argentei qui ex decreto Sapientum in pœnis ſolvendi ſunt, atque in dotem mulieri dandi, ſecundum Maimonidem omnes ſunt argentei provinciales, nam octava pars eſt argentum, ſeptima vero æs. Sed mihi Magiſtri mei dixerunt quod inſtrumentum dotale pro virgine obnoxium ſit juri argentei in Lege memorati, ut Exod. 22, 16. כמוהר הבתולות Sed ducentæ Zuzæ ex argento conſtant puro, & cujuſlibet Zuzæ pondus eſt nonaginta ſex granorum hordeaceorum.

וכולם נפדין *Et omnes redimuntur*, ita ſenſus eſt, omnes qui redimuntur, ii redimi debent ope argenti, vel illius pretio, exceptis ſiclis; & omnes qui redimuntur, cujuſmodi ſunt primogeniti hominum, & res ſanctæ, qui tam argento quam pretio illius redimuntur, ſiclis exceptis, quiſquis dimidium Sicli ponderare velit, is obligatur illud ex argento puro & ſignato ſolvere. Neque decimæ ſecundæ redimi poſſunt niſi ope argenti ſignati, & non valore illius, quemadmodum colligimus ex eo quod ſcriptum eſt Deut. 14, 25. וצרת הכסף בידך

& is a majoribus ſuis ore tenus, quod granum iſtud quo ponderant, ſit granum hordeaceum, licet ratio hujuſce rei ſit ignota; propterea trecentorum & octoginta quatuor granorum hoc ſit pondus. Ego autem comperi drachmam Ægyptiam ſecundum grani hordeacei quantitatem eſſe ſexaginta & unius grani pondus, & hoc modo pondus Selæ ſecundum drachmas Ægyptias erit ſex drachmarum, & nona pars propemodum. Porro mihi narravit dominus pater meus quod is e reſponſionibus excellentis cujuſdam doctoris & in Babylonia Eccleſiæ capitis collegerit, quod quinque Selæ conficiant triginta tres drachmas cum dimidia; ita in reſponſionibus legebatur, ſed non expreſſum erat qua drachma fieret ponderatio, neque quantum erat drachmæ pondus; ſed non dubito quin de drachmis Babyloniis id dixerit. At vero pondus quinque Selarum ſecundum drachmas Ægyptias, uti jam diximus, eſt triginta & una drachma cum dimidio drachmæ. Sed triginta ſervorum Selæ conſtant iſtiuſmodi drachmis centum & nonaginta cum dimidio, excepta octava drachmæ parte. Sic etiam quinquaginta Selæ ab eo qui virginem vitiaverit, vel ſeduxerit, ſolvendæ, conficiunt trecentas & quindecim drachmas, excepto drachmæ quartario propemodum. Omnia vero hæcce pondera intelligenda ſunt de argento puro abſque ulla miſcella. Porro ſcias volo quod nobis ſit hypotheſis, verba Legis hac in parte de mina Tyria intelligenda eſſe, & omnium ponderum hac in Miſna dictorum quantitatem intelligi de argenteis Legis. Quæ vero ex conſtitutione Sapientum obtinent in dotalibus mulierum expendendis, pœniſque, ea intelligantur de argenteis provinciæ, nimirum, quod ea drachmarum quantitas ſit juxta monetam Jeruſolymitanam, quarum octava pars erat argentea, ſeptima vero æs; & hæc etiam a domino patre meo accepi. *Et omnes redimuntur*, hoc ordine, omnes qui redimuntur, ii redimi debent argento, vel pretio illius, medio ſiclo excepto, qui erit ex argento puro non ſignato; ſicuti in tractatu de Siclis exponitur. Scias quoque id quod auctor dicit, *hæ omnes cum Siclo ſacro*, ejus ſenſum eſſe quod earum rerum pondus ſit ſiclus ſacer. *Cum mina Tyria*, nempe, res ponderari debent cum moneta Tyria. Nos vero neſcimus quænam erat moneta Tyria iſto tempore, idcirco ſtatuimus quod omnia iſta pondera ex optimo conſtare debent argento.

ח אין פודין לא בעבדים ולא בשטרות ולא בקרקעות ולא בהקדשות כתב לכהן שהוא חייב לו חמש סלעים חייב ליתן לו ובנו אינו פדוי לפיכך אם רצה הכהן ליתן לו מתנה רשאי המפריש פדיון בנו ואבד חייב באחריותו שנאמר יהיה לך ופדה תפדה :

8. Non redimunt ſervis, neque literis debiti, neque fundis, neque ſanctis. Si quis ſacerdoti conſcripſerit ſe ei quinque debere Selas, tenetur eas dare, ſed filius illius iis non redemptus eſt; idcirco ſi ei ſacerdos quicquam dono dare voluerit, poteſt. Qui vero filii ſui redemptionis pretium ſepoſuerit, idque perierit, tenetur ad cautionem damni, ſicuti Lex dicit Num. 18, 15. *Tibi erit, redimendo redimes.*

R. OB. DE BARTENORA.

אין פודין *Non redimunt*, non redimunt hominis primogenitum. *Non ſervis*, licet ſuperius dictum ſit, argento, vel illius pretio, tamen non redimunt ſervis. ולא בשטרות *neque libellis*, nam ſi libellus debiti ſit de quinque Selis proximi, & eas dederit ſacerdoti in redemptionis pretium pro filio ipſius, filius ipſius non redemptus eſt. *Neque ſanctis*, nempe, neque ſancta redimuntur ſervis, nec libellis, nec fundis. *Filius ipſius non redemptus eſt*, ex Lege tamen redemptus eſt filius ipſius quum ſolverit. Dixerunt autem quod obligatur ei dare, & quod filius illius non redemptus eſt, ne alii dicant quod eum ope libelli redemit. *Idcirco*, nam diximus quod alias ei quinque Siclos dare tenetur in redemptionem filii; ſi vero ſacerdos eos in donum reddere velit, poteſt. *Tibi erit, & redimendo redimes*, quando ſacerdos acceperit redemptionis pretium, tum filius illius viri redemptus eſt; hicce verſus Aharoni dictus eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quum auctor dicit, *neque ſanctis*, non eſt illius ſcopus dicere quod primogenitus hominis non redimitur ope rerum ſanctarum; nam hoc clarum eſt. Sed is dicere vult quod hoc jus quoque in ſanctis obtinet, quia non ſervis, neque libellis, nec fundis redimuntur, ſed pretio argenti mobilium præter ſervos. Hujuſce rei fundamenta jam aliquoties diximus, idcirco non opus eſt ea denuo repetere.

ט הבכור נוטל פי שנים בנכסי האב ואינו נוטל פי שנים בנכסי האם ואינו נוטל פי שנים בשבח ולא בראוי כבמוחזק ולא האשה בכתובתה ולא הבנות במזונותיהם ולא היבם וכלן אין נוטלים בשבח ולא בראוי כבמוחזק :

9. Primogenitus duas e paternis bonis accipit partes, at non tantundem e maternis, neque tantundem ex incrementis, neque e poſſidendis ſicuti e poſſeſſis. Neque uxor ob inſtrumentum dotale, neque filiæ ob alimoniam, neque levir. Neque hi omnes quicquam accipiunt ex incrementis, neque e poſſidendis ſicuti e poſſeſſis.

R. OB. DE BARTENORA.

ואינו נוטל פי שנים בנכסי האם *Sed non accipit duplicem portionem e bonis maternis*, e maternis bonis depilatis non accipiet,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in tractatu de Leviris quod levir primogenitus vocetur; de Leviro enim Lex dicit Deut. 25, 6.

cipiet, ſicuti ſcriptum eſt Gen. 49, 3. *Nam is principium virium illius eſt, ei competit primogenitura*; hinc liquet quod primogenitus habeat jus in bona illius ſcil. patris, & non in bona matris.

ואינו נוטל על פי שנים בשבח *Sed non accipit duas partes ex incrementis*, ſi poſt obitum patris bona aucta fuerint ante diviſionem, primogenitus non auferet duplicem portionem ex incremento eorum, ſed bona æſtimanda ſunt quantum valebant dum pater obibat, primogenito duntaxat duplicem portionem accipiente, ſicuti ſcriptum eſt, Deut. 21, 17. בכל אשר ימצא לו id eſt, quicquid patri extiterit in hora mortis.

ולא בראוי *Neque e convenienti*, e bonis quæ pater in hora mortis nondum poſſidebat, ſed quæ poſt mortem ad ipſum jure hæreditario pervenerint, primogenitus non capiet duplicem portionem.

ולא האשה בכתובתה *Neque mulier ob dotem ſuam*, ſcil. ex incremento bonorum exigere nequit, nam ſi in hora mortis bona non valerent pretium dotis, ſed poſtea aucta fuerint, non plus in dotem accipiet quam tunc valebant. Et quandoquidem creditor plerumque ex incrementis exigit, id tamen e levioribus dotis conditionibus eſt; pariter neque de convenienti accipiet, ſicuti de poſſeſſis. *Neque accipiunt alimoniam*, poſt mortem patris, e conditione dotis, ſi dicat pater uxori ſuæ, *filiæ quas e me ſuſcepiſti, iſtæ erunt domi meæ, & e bonis meis alentur, ſed neque ex incrementis bonorum, neque de eo quod poſt mortem jure hæreditario accedere poterit*, quandoquidem enim alimenta ſunt e conditionibus dotis, idcirco ei quoque aſſimilantur. *Neque levir*; qui participat de mortuo, quia fratris mortui ſemen ſuſcitat, idcirco fratris partem non capiet, neque de incremento, neque e convenienti, quia Lex ipſum vocat primogenitum Deut. 25, 6. והיה הבכור אשר תלד eſt igitur hac in parte ſimilis primogenito, & quemadmodum primogenitus non capit quicquam ex incrementis, neque e convenienti, ita quoque levir de utroque nihil capit. *Et hi omnes non capiunt ex incrementis*, repetit hæc ut nos doceat incrementum quod ſponte venit, ſicuti eſt proventus qui erat in calamis ſuis dum obibat pater, & jam confectus in ſpinis, vel dactyli virides qui jam adoleverint; nam quod auctor in principio dixit, quod primogenitus non capiet duplicem portionem ex incrementis, id intelligi debet de incrementis in quibus fratres ipſius occupati ſunt, ut agrorum ſtercoratio, & effoſſio. *Neque de conveniente, neque de poſſeſſo*, ad docendum, ſi avus adhuc eſſet in vivis dum pater moriebatur, & bona quædam jure hæreditario accedere poſſent poſt obitum patris, etſi illa certe accedere debuiſſent, & alium filium reliquiſſet, illi tamen capiunt e bonis paternis ſuam partem; & intelligere potuiſſemus quaſi hæc bona eſſent ſimilia poſſeſſis, idcirco nos contrarium docet auctor. Nam cæteroquin dicere potuiſſemus id quod auctor in principio dixit, quod primogenitus nihil capit e convenienti, intelligendum eſſe ſi ei bona ceciderint a fratre patris ipſius, qui non habebat filios in hora mortis patris, eaque non eſſe convenientia niſi ex dubio, quia fieri poteſt ut ei non ſit ſemen.

והיה הבכור אשר תלד Præterea capite nono tractatus tertii de Damnis ait, quod primogenitus neque de convenientibus, neque de poſſeſſis quicquam accipit, ſed ex iis tantum quæ exiſtunt dum moritur pater, quemadmodum dicitur Deut. 21, 17. בכל אשר ימצא לו Idcirco neque levir quicquam accipiet ex incrementis poſt mortem fratris auctis. Sed eorum jus de ראוי *convenienti*, æquale eſt pro omnibus fratribus. Pariter neque mulier dotem ſuam de incrementis bonorum exigere poteſt poſt mariti obitum. Filiæ vero poſt obitum patris ex incrementis bonorum nequeunt quicquam accipere in alimoniam ſuam; atque hæ ſunt e conditionibus dotis levioribus. Quod auctor poſtea denuo dicit, *non accipiunt quicquam ex incrementis*, propterea fit licet incrementa ſponte veniant, ut, ſi fructus virides ſint, & poſtea matureſcant, & ſimilibus modis. Sic etiam quum denuo dicit, *neque de convenienti ut de poſſeſſo*, ut, ſi obierit pater, & poſtea non diu avus obierit, cum filii patris & avi hæredes ſint, intellexiſſemus quod primogenitus duplicem acciperet portionem in bonis avitis, quia patri ſuo conveniens erat, & illius cauſa hæreditatem conſequebatur bonorum illic omnium præſentium, idcirco nos docet auctor quod non duplicem portionem capiet, niſi e bonis paternis duntaxat, quandoquidem illius avus duntaxat poſt obitum patris obierit. Ita etiam ſe res habet cum leviro, muliere, & filiabus. Cæterum hæc omnia ſe ita habent ſecundum primam conſtitutionem, nam dos mulieris filiarumque alimonia de bonis immobilibus duntaxat fit. Sed in tractatu de Inſtrumento dotali jam expoſuimus, quod hodie dotem exigere poſſumus, & filias alere e bonis mobilibus; idcirco de incrementis & conveniente poſſunt accipere.

י אלו שאינן חוזרין ביובל הבכורה (ס"א) והיורש את אשתו והמיבם את אשת אחיו והמתנה דברי רבי מאיר וחכמים אומרים מתנה כמכר רבי אליעזר אומר כלן חוזרין ביובל רבי יוחנן בן ברוקה אומר היורש (ס"א) את אשתו יחזיר לבני משפחה וינכה להם מן הדמים:

10. Hæc non redeunt anno Jubilæo, primogenitura, & ſi quis uxoris ſuæ hæreditatem acquiſiverit, vel fratriam ex jure Leviratus duxerit, vel dona, ita R. Meyr. Sapientes ſtatuunt, quod dona aſſimilantur venditionibus. R. Eliezer dicit, omnia iſta redeunt, anno Jubilæo. R. Jochanan filius Berocæ dicit, quod ſi quis hæreditatem uxoris ſuæ conſecutus fuerit, eam reſtituat filiis familiæ, & detrahat ei de nummis.

R. OB. DE BARTENORA.

הבכורה *Primogenitura*, quia Deut. 21, 17. ſcriptum eſt פי שנים *duplex portio*, ubi utriuſque duplex portio inter ſe comparatur, ſcil. quemadmodum filii ſimplex portio non redit anno Jubilæo, quia hæreditas eſt, ſicuti Lex dicit Deut. 21, 16. והיה ביום הנחילו את בניו ita quoque primogenituræ pars eſt hæreditas.

והיורש את אשתו *Et qui uxoris ſuæ hæreditatem conſequitur*, putat hic doctor hæreditatem iſtam conſequi ex Lege Levit. 21, 2. Et inde probatur quod maritus hæreditatem uxoris conſequi poſſit. Qui vero fratriam ſuam jure leviratus duxerit, fratriſque partem ita acquiſiverit, is hæres abſolutus eſt, & hæreditas non redit anno Jubilæo ad alios fratres, quia Lex levirum vocat primogenitum, Deut. 25, 6. והיה הבכור ſed primogenitura non redit anno Jubilæo, ſicuti probavimus. והמתנה *& dona*, ſecundum R. Meyr, quia Lex dicit quod res vendita anno Jubilæo debeat reverti, at non donatio nec hæreditas. *Sapientes dicunt, donatio eſt inſtar venditionis*, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 25, 13. *In anno Jubilæo ad quemlibet revertetur poſſeſſio*: qui locus videretur ſuperfluus, quia Levit. 25, 10. jam dictum eſt, *& ad quem-*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sapientes ſtatuunt quod primogenituræ pars ſit hæreditas, quia primogenitus aſſimilatur; porro Lex levirum vocat primogenitum; levir autem uxoris ſuæ hæreditatem conſequitur e Lege; propterea hæ res non redeunt anno Jubilæo. R. Eliezer dicit quod primogenituræ pars ſit donum, ſicuti dicit Lex Deut. 21, 17. *ad dandum ei duplicem portionem*, at non dicit, ad efficiendum ipſum hæredem; levir itaque aſſimilatur primogenito. Maritus autem bona uxoris ſuæ conſequitur jure hæreditario e conſtitutione Sapientum; idcirco hæ res anno Jubilæo redeunt. R. Jochanan filius Berocæ ſtatuit ſecundum Sapientes; & quod hic dicit, id capias de eo qui ab uxore poſſeſſionem ſepulturæ hæreditate conſecutus eſt, nam familiæ defectus eſt eam e poteſtate illius educere; idcirco ſepulturæ poſſeſſiones redire debent ſoluto earum pretio, & detractis impenſis ſepulturæ uxoris; nam maritus obligatur ad ſepulturam uxoris ſuæ, & hoc vult quando dicit, *& detrahet illis nummos*; deciſio eſt ſecundum Sapientes, & R. Jochanan filium Berocæ.

libet redibit poſſeſſio ipſius; ſed hæc bis a Moſe dicuntur ad dona includenda. *R. Eliezer dicit, omnia iſta includuntur*, is in ſententia Sapientum eſt, dicentium vocem *redibunt* includere dona, at hæc omnia ſunt dona, nam quod primogenito dupla portio danda ſit, id Lex quoque *donum* vocat. Maritus vero ex inſtitutis Sapientum uxoris hæreditatem adit. Qui vero fratris uxorem duxerit, is primogenitus dicitur, nempe, ſicuti anno Jubilæo redit primogenitura, ita quoque leviratus redit. *Redit ad filios familiæ*, R. Jochanan filius Berocæ dicit maritum uxoris hæreditatem ex Lege adire; & quod hic ſermo fit de marito qui uxoris ſuæ hæreditatem adit, id de hæreditate ſepulturæ ob defectum familiæ intelligendum eſt, quare Sapientes dixerunt, quod nummos capiet & ſepulturam familiæ reddet. *Nummos vero illis detrahent*, pretium ſepulchri uxoris, quia maritus ad uxoris ſuæ ſepulturam tenetur; deciſio eſt ſecundum Sapientes, quod nempe donum ſit inſtar venditionis, & ſecundum R. Jochanan filium Berocæ; nam ſi maritus uxoris ſuæ ſepulturam hæreditate adierit, pretium illius accipiet, & poſtea ſepulturam reſtituet familiæ, detractis nummis quibus ſepultura æſtimatur.

פרק ט מעשר בהמה נוהג בארץ ובחוצה לארץ בפני הבית ושלא בפני הבית בחולין אבל לא במוקדשים ונוהג בבקר ובצאן ואינן מתעשרים מזה על זה בכבשים ובעזים ומתעשרים מזה על זה בחדש ובישן ואינן מתעשרים מזה על זה שהיה בדין מה אם החדש והישן שאינן כלאים זה בזה אין מתעשרים מזה על זה הכבשים והעזים שהם כלאים זה בזה אינו דין שלא יתעשרו מזה על זה תלמוד לומר וצאן משמע כל צאן אחד :

Caput 9. Decima pecoris in atque extra terram Iſraëlis obtinet, tam Templo ſtante quam non ſtante, in profanis autem, ſed non in ſanctificas, in jumento & in grege; ſed unum pecus pro altero non decimatur. In agnis & capris, & unus pro altero decimari poteſt. Obtinet quoque in novo & in veteri, dummodo unus non decimetur pro altero. Nam jure quæri poſſet, quare ſi novum & vetus quæ non ſunt miſcellæ inter ſe, non decimantur inter ſe, agni & capri qui inter ſe miſcellæ ſunt, non decimantur unus pro altero? idcirco Lex dicit צאן *grex*, ut doceat omnem gregem eſſe eundem.

R. OB. DE BARTENORA.

מעשר בהמה *Decimæ pecoris*, eorum quæ ſub virga tranſierint pecorum decimum erit ſanctum, & adipes ſanguiſque ejus offeretur; carnis autem reliquiæ a proprietariis mundis comedentur Jeruſolymis, quemadmodum pacifica. Si vero vitioſum ſit iſtud pecus, comedi poteſt cum immunditie. *Stante Templo & eo non ſtante*, jam dixerunt Sapientes quod pecorum decimæ non ſeparantur, ne quis peccet, nam hodie non habemus Templum in quo offerri poſſunt, idcirco expectandum eſt donec vitium contraxerint, atque ne in errorem incidat ut putet id tondendum eſſe & cultui ſacro deſtinandum; aut ne id forte abſque vitio mactet. *Sed non in ſanctis*, uti ſancta levia ſunt, de quibus nonnemo dicit quod ad proprietarios pertinent, unde putaſſemus quaſi decimarent ſancta, idcirco nos docet Legem dicere, והיה קדש *erit ſanctum*, non quod jam ſanctum ſit.

מתעשרין מזה על זה *Decimantur unum pro altero*, quia Lex ſenſum decimationis multiplicavit, quando dixit וצאן *& gregem*, unde intelligitur quod totus grex reſpectu decimationis ſit unica ſpecies. *In novo*, quod natum fuerit poſt novilunium menſis Elul, qui menſis anni principium eſt pro decimis pecoris. *In veteri*, quod ante menſem Elul natum eſt. *Non decimatur unum pro altero*, non novum pro veteri, nec contra, quia ſcriptum eſt, *decimando decimabis*, ubi duplicis decimationis mentio fit, pecoris ſcil. & frumenti, quemadmodum ergo frumentum vetus non decimatur pro novo, nec contra, quia Lex dicit, *de anno*, & non, ab hoc anno in illum; ita nec decimæ pecoris novi veniunt pro decimis veteris.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam aliquoties diximus quod de pecoris decimis offeruntur adipes & ſanguis, ipſæ vero comeduntur a poſſeſſoribus Jeruſolymæ; & ſi contraxerint vitium, omni in loco cum immunditie comedi poſſunt. Cæterum quod auctor dicit decimationem tam ſtante Templo quam non ſtante obtinere, id ſecundum Legem eſt; ſed ne quis erraret, dixerunt eam non obtinere niſi Templo ſtante, ne quis Templo non ſtante decimas comedat extra terram Iſraëlis abſque vitio.

אבל לא במוקדשין *Sed non in conſecratis*, etſi ſancta levia ſint; & ſecundum ſententiam eorum qui dicunt ſancta levia eſſe bona proprietariorum. Per *novum* intelligas id quod iſto anno natum eſt: *vetus*, quod anno ſuperiori natum eſt. Lex dicit, *decimando decimabis &c.* ad hoc dixerunt doctores Legem de duabus decimis loqui, ſcil. de pecoris & frumenti decimis; ſed frumentum vetus non decimatur pro novo, nec contra, quia ſcriptum eſt Deut. 14, 22. היוצא השדה שנה שנה Sic etiam pecora anni unius non decimantur pro pecore anni alterius.

ב מעשר בהמה מצטרף כמלוא רגל בהמה רועה וכמה היא (ס"א) רגל בהמה רועה ששה עשר מיל היה בין אלו לאלו שלשים ושנים מיל אינן מצטרפין היה לו באמצע מביא ומעשרן באמצע רבי מאיר אומר הירדן מפסיק למעשר בהמה :

2. Decimæ pecoris commiſceri poſſunt in plenitudine pedis pecoris paſtoris; ſed quantus eſt pes pecoris paſtoris? ſedecim milliarium; ſi vero inter unum & alterum triginta & duo milliaria fuerint, non commiſcentur. Si in medio fuerit, adducito & decimato in medio. R. Meyr dicit, Jordan dividit reſpectu decimarum pecoris.

R. OB. DE BARTENORA.

כמלוא רגל בהמה רועה *In plenitudine pedis pecoris paſcentis*, quouſque pecora paſcentia atque in paſcuo ſe diffundentia ab uno paſtore cuſtodi poſſunt, ejuſmodi ſpatium comprehendit ſedecim milliaria, quia eouſque pertingit paſtoris viſus. Si igitur quinque ſint pecora in uno pago, & totidem in altero, atque unus ab altero diſtet ſedecim milliaria, ea pecora in unum bovile colligere poteſt, & tum decimare; ſi vero longius remota ſint, libera ſunt, quia Lex dicit, *tranſire facies gregem ſub manu numerantis*, ſi nempe ab uno paſtore numerari poſſunt, tum vocantur *greges*, & ſub baculo tranſeunt ut decimentur, ſin minus, non decimantur. *Triginta duo milliaria non conjunguntur*, nam ſtatim dicere vult, ſi in medio ſit grex in æquali diſtantia ab utroque, omnes conjunguntur; idcirco dicit auctor, ſi latera a ſe invicem diſtent

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod auctor dicit ſi inter unum atque alterum gregem triginta & duo ſint milliaria, non conjunguntur, ita eſt quia jam expoſitum eſt non fieri conjunctionem ſi plus quam ſedecim ſint milliaria. Et hoc dixit auctor ad nos docendum quod ſi inter unum atque alterum gregem ſit aliquod tertium in æquali diſtantia ab utroque, tres conjunguntur; deciſio non eſt ſecundum R. Meyr.

ſtent triginta & duo milliaria, medius grex non conjungit ea. *Adducito & decimato in medio*, non ſtricte in medio. *Jordan dividit*, ſi quinque habeat paſtor pecora ab hac parte, & totidem ab illa parte, atque Jordan in medio, non conjunguntur, ſed libera ſunt a decimatione; deciſio non eſt ſecundum R. Meyr.

ג הלקוח או שניתן לו מתנה פטור ממעשר בהמה האחים השותפים שחייבים בקולבון פטורים ממעשר בהמה ושחייבים במעשר בהמה פטורים מן הקולבון קנו מתפיסת הבית חייבים ואם לאו פטורים חלקו וחזרו ונשתתפו חייבים בקולבון ופטורים ממעשר בהמה :

3. Quod emtum eſt vel dono datum, id liberum eſt a decimatione pecoris. Fratres ſocii ad collybum obligati, a decimatione pecoris liberi ſunt, qui enim ad decimas non obligantur, ii nec ad collybum tenentur. Si emerint a ſocietate familiæ, tenentur, ſin minus, non liberi ſunt. Si diviſerint & poſtea denuo ſocietatem inierint, tenentur ad collybum, & liberi ſunt a decimis pecoris.

R. OB. DE BARTENORA.

הלקוח או שנתן לו מתנה וכו׳ *Quod emtum aut quod ei dono datum eſt &c.* in Gemara colligunt ex eo quod ſcriptum eſt Exod. 22, 28. *primogenitum filiorum tuorum dabis mihi, ita facies bovi tuo, & gregi*, quod ſicuti filii non ſunt emtum quid, nec dono datum, ita nec greges nec jumenta tua ſunt emtum quid nec dono datum. Et quamvis iſte locus de primogenito agat, nos tamen ex eo decimationem colligimus, idcirco dicitur, *ita facies jumento tuo.* Sed opera de primogenito affirmari nequeunt, quia ab utero jam conſecratus eſt, neque is opera requirit quibus eum ſanctificet homo; idcirco non fert caſus de primogenito, ut eum exponamus de caſu decimationis pecoris.

האחים השותפין *Fratres ſocii*, ſi fratres diviſerint hæreditatem paternam, & poſtea ſocietatem aliquam inierint, quum ad collybum tenentur, & quum ſiclos adducunt, tum duobus mediis ſiclis duos collybos addere debent, & liberi ſunt a decimatione pecoris, quod ipſis natum fuerit intra totum ſocietatis eorum tempus, nam ſocietas liberat a decimatione pecoris, eo quod Lex dicit אשר יהיה לך ergo id quod tuum eſt, decimandum eſt, non quod in ſocietate. Et quamvis hicce locus de primogenito tractet, nihilominus tractat de caſu primogeniti ut, colligeremus inde id quod in ſocietate eſt, ſicuti ſcriptum eſt Deut. 12, 6. ובכורות בקרכם וצאנכם quod exponendum eſt de pecoris decimatione. Quum vero ad decimationem pecoris tenentur, nempe quum hæreditatem patris nondum diviſerint, ad decimationem pecoris tenentur, ſi quid ab inita inter ipſos ſocietate natum fuerit.

ופטורין מן הקלבון *Sed liberi ſunt a collybo*, omnino liberi ſunt, nam integrum inter ſe librant ſiclum, quia bona patris adhuc ſunt in priſtino ſtatu; ſi itaque pater pro filiis ſuis libraverit, vel pro cive quodam, cumque pecunia ipſius liberaverit, tum liber eſt a collybo ſolvendo, quemadmodum in tractatu de Siclis ſtatuitur, *ſi quis ſolverit pro paupere aut vicino ſuo, vel pro urbano, is liber eſt a collybo.* Pariter neque illorum filii ad Siclos ſolvendos obligantur, ſed comprehenduntur ſub jure vicinorum & urbanorum. *Si emerint a ſocietate familiæ, obligantur*, ſcil. ad pecoris decimationem, quia Lex dicit יהיה *ſi fuerit*, nempe quocunque modo ei fuerit. Cæterum in meorum Magiſtrorum commentariis legi, quod hic non eſt caſus de emtione ope nummorum, ſed de hæreditate pecoris a patre accepta. *Si diviſerint, & poſtea denuo ſocietatem inierint*, tum ut ſocii vulgares habendi ſunt, & a decimis pecoris liberi ſunt, licet ad collybum obligati ſint.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scito quod hæc jura quæ hic dicuntur de decimis, collecta ſunt e locis Legis in quibus de primogenitis fit ſermo; dixeruntque doctores, ſi hoc non dicatur reſpectu primogeniti, tradat quod reſpectu decimarum dicatur; ſed hæc omnia Traditione accepta ſunt, ut, pecora emta non decimantur. Pariter ſi duo homines in pecore ſocietatem ingreſſi fuerint, nempe, ſi uni ſint decem pecora, & totidem alteri, iique convenerint ut ſaginentur & paſcantur, atque omnia inter ſe æqualia habuerint, tum iſta viginti non obnoxia ſunt decimationi. Si vero pepererint in poteſtate eorum, etſi nati quoque includantur ſocietati, tamen illi decimandi ſunt. Sic etiam ſi duo ſocii emerint bona ſociorum in pecoribus, tum eorum pecorum nati ad decimas obligantur.

קנו מתפיסת הבית חייבין *Si emerint a ſocietate domus, tenentur*, nempe ad decimationem pecoris. *Sin minus, liberi ſunt*, ſi hæc pecora non poſt initam ſocietatem nata fuerint, ſed illi in pecore ſocietatem inierint, uti diximus, aut ſi patris pecora hæreditate adierint in ſocietate, liberi ſunt a decimatione. Contra ſe res habet in collybo ſolvendo, nam ſi de bonis in ſocietate acceptis unus atque alter ceperit nummos, duo vero ex iis reddiderint eos, atque ii mixti fuerint quum pro unoquoque dederint medium ſiclum, ad collybum tenentur, quandoquidem bona adhuc exiſtunt. Si vero iis negotiati fuerint, vendiderint, & emerint bona perinde ac ſi poſt ſocietatem initam nata fuerint, dederintque ex iis medium ſiclum, tum a collybo liberi ſunt. Pari modo ii qui hæreditate aliquid conſecuti fuerint, quia nemo adhuc portionem ſuam cognoſcit, liberi ſunt a collybo; præterquam quod ad pecoris decimationem tenentur, & ſecundum hocce fundamentum dicit auctor, *ſi diviſerint, & poſtea denuo ſocietatem contraxerint, tenentur ad collybum, ſed a decimis liberi ſunt*, nempe quod fratres ſive ſocii ad pecoris decimationem obligati pro eo quod in poteſtate ipſorum natum fuerit, ſi bona & pecora diviſerint, poſtea vero denuo ſocietatem inierint de illis, ſicuti erant quando ad ſocietatem redibant, bonis nondum mutatis, tenentur ad collybum, ſed a decimatione liberi ſunt donec in poteſtate ipſorum pepererint, nam ab iſto tempore ad decimationem tenentur propter id quod in poteſtate ipſorum natum eſt; ita ſe habet hujus Miſnæ accurata expoſitio. Sed in tractatu de Siclis hoc jam expoſuimus, ſic etiam in tractatu de Profanis, ſecundum id quod hoc in loco intelligendum eſt.

ד הכל נכנס לדיר להתעשר חוץ מן הכלאים והטרפה ויוצא דופן ומחוסר זמן ויתום איזהו יתום כל שמתה אמו או שנשחטה רבי יהושע אומר אפילו נשחטה אמו והשלח קיים אין זה יתום :

4. Omne (pecus) bovile debet intrare ut decimetur, miſcella, diſcerpto, & qui e latere prodiit, deficiente tempore, & orphanis exceptis. Sed quidnam eſt orphanum? cujus mater obiit, vel mactata fuit. R. Joſua dicit, etſi mater illius mactata fuerit, & pellis extiterit, non eſt orphanum.

R. OB. DE BARTENORA.

הכל נכנס לדיר *Omne intrat bovile*, ad includendum id quod more quadrupedum init vel initum eſt, & quod cultui idololatrico deſtinatum eſt, vel eidem cultui jam ſervivit,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando auctor dicit הכל *omne*, includit etiam id quod inivit vel initum eſt more quadrupedum, ſeparatum, cultui idololatrico deſtinatum, pretia, & donationem, hermaphroditam,

vit, & donum meretricis, pretium canis, obturatum, & hermaphroditam, hæc omnia etſi ad ſacrificium ſint illegitima, tamen bovile intrant ut decimentur, nam cum Lex in decimis non curat vitia, ſicuti dicit, *non diſtinguet inter bonum & malum*; hinc non diſtinguendum eſt inter omnia iſta illegitima quæ hic dicta ſunt.

חוץ מן הכלאים וכו׳ *Excepta miſcella &c.* ſicuti in Beraita notant, quum Lex dicit, *bos aut agnus*, excipit miſcellam, nimirum id quod genitum fuerit ex hirco & ove: *aut capram*, excipit id quod natum fuerit ex ariete & ove, & ſimile eſt capræ: *Quum natum fuerit*, quod excipit fœtum qui e latere matris exciſus eſt: *Et ſeptem erit dierum*, hinc excipitur id cui fixum deeſt tempus; *ſub matre ſua*, hinc excipitur orphanus cujus mater obiit poſt partum; iſta inquam omnia ad ſacrificia inepta ſunt. Cæterum pecoris decimationem colligimus a ſacrificiis per ſimilitudinem vocum, nam in uno loco ſcriptum eſt, *ſub virga*, in altero, *ſub matre ſua*, ſicuti igitur in uno loco omnia iſta illegitima excipiuntur, ita quoque in altero. Nec diſcerptum pecus intrabit ſtabulum ut decimetur, quia ſcriptum eſt, *quicquid tranſierit*, hinc diſcerptum excluditur quod tranſire nequit, ut, ſi pedes ſupra crura exciſi ſint, quod eſt unum genus e diſcerptis. שלח eſt pellis. *Non eſt orphanum*, nam in locis quibuſdam pecus excoriant ſi id in partu obierit, & pelle illius veſtiunt natum, ut calefiat, & foveatur perinde ac ſi mater adhuc viveret; deciſio non eſt ſecundum R. Joſuam.

ditam, & obturatum, quia iſta omnia ſunt prohibita duntaxat ob id cui non debet eſſe vitium. Sed quandoquidem in pecorum decimis non curamus vitia, quemadmodum Lex dicit Levit. 27, 33. לא יבקר בין טוב לרע idcirco hæc vitia non curamus in decimis. Sed miſcella, & cui tempus deeſt, excipitur, quemadmodum colligimus e Siphra, ubi ita Lex dicit, *bos aut agnus*, hinc miſcella excipitur; *aut caper*, hinc excipitur pecus quod alii ſpeciei ſimile eſt, *quando natum fuerit*, hinc excipitur id quod e latere ventris exciſum fuerit; *& ſeptem erit dierum*, hinc excipitur id cui fixum tempus deeſt: *ſub matre ſua*, excipitur orphanum pecus; atque hoc caput de conſecratis tractat, & ex ipſo elicimus pecoris decimationes per ſimilitudinem vocum, nam in uno loco dicitur, *ſub matre ſua*, & de decimis dicitur *ſub baculo*. Dicit auctor quod nec diſcerptum intrabit bovile ut decimetur, quia de decimis ſcriptum eſt Levit. 27, 32. *quicquid ſub virgam tranſierit*, hinc diſcerptum excipitur quod non paſcitur, quia debile eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Joſuam.

ה שלש גרנות למעשר בהמה בפרס הפסח בפרס העצרת בפרס החג דברי רבי עקיבא בן עזאי אומר בעשרים ותשעה באדר באחד בסיון ועשרים ותשעה באב רבי אליעזר ורבי שמעון אומרים באחד בניסן באחד בסיון בעשרים ותשעה באלול ולמה אמרו בעשרים ותשעה באלול ולא אמרו באחד בתשרי מפני שהוא יום טוב ואי אפשר לעשר ביום טוב לפיכך הקדימוהו בעשרים ותשעה באלול רבי מאיר אומר באחד באלול ראש השנה למעשר בהמה בן עזאי אומר האלוליים מתעשרים בפני עצמן :

5. Tres ſunt areæ pecoris decimationi deſtinatæ, in medio Paſchatis, in medio Pentecoſtes, & in medio feſti Tabernaculorum, ita R. Akiba. Filius Azai dicit, viceſimo nono die menſis Adar, primo die Sivan, & viceſimo nono menſis Abh. R. Eliezer & R. Simeon dicunt, primo die Niſan, primo Sivan, & viceſimo nono Elul; ſed quare dixerunt, viceſimo nono Elul, & non primo Tiſry? quia dies eſt feſtus, at die feſto decimare non licet, idcirco diem viceſimum nonum Elul anticiparunt. R. Meyr dicit, primo Elul eſt principium anni pro decimatione pecoris. Filius Azai dicit, pecora menſis Elul ſeorſim decimantur.

R. OB. DE BARTENORA.

שלש גרנות למעשר בהמה *Tres ſunt areæ pro decimis pecoris*, tribus anni temporibus decimantur pecora; vox גרנות *areæ*, reſpicit areas proventus, qui tum res illibata eſt pro decimis, ita ut de ipſo nihi edere liceat niſi donec eductæ ſint decimæ; pariter tribus iſtis temporibus de pecore nihil comedere licet, neque id vendere niſi donec decimatum fuerit.

פרס הפסח *Medium Paſchatis*, ita vocatur decimus quintus dies ante Paſcha, qui eſt ultimus dies menſis Adar; denotat ergo *dimidium*, nempe dimidium temporis quo jura Paſchalia ingrediuntur, ſicuti in Beraita dicitur, jura Paſchalia ante Paſchatis feſtum triginta dies pertractantur. Sic etiam פרס השבועות *dimidium Pentecoſtes*, comprehendit quindecim dies ante Pentecoſten: pari modo ſe res habet cum *dimidio feſti Tabernaculorum*, quod eſt ab ultimo die menſis Elul. Iſta vero tria tempora decimationi pecoris deſtinarunt, ut pecora eſſent pro iis qui ad feſta celebranda aſcenderent. Licet enim Miſna dixerit ante tempus areæ licitum eſſe vendere & mactare, nihilominus tamen non mactant pecora niſi donec decimata fuerint, quia unuſquiſque libenter implet præcepta, quando id abſque impenſis facere poterit, ſicuti eſt decimatio pecoris, ipſe enim decimas offert & eaſdem in pacifica comedit. Si vero qui iſtis tribus temporibus non decimaſſent, multi non vendidiſſent quia pecora non decimata eſſent, & hoc modo non invenirentur pecora pro iis qui ad feſta aſcendebant. *Filius Azai dicit, viceſimo nono menſis Adar*, nempe decimo quinto die ante feſtum Paſchatis; ſed R. Akiba putat quod Adar proximus menſi Niſan aliquando deficiat, aliquando autem plenus ſit. Quindecim vero dies ante Paſcha aliquando viceſimo nono menſis Adar incipiunt, aliquando triceſima die ejuſdem; & propterea non eſſe diem certum. Filius Azai putat quod Adar proximus Niſan ſemper deficiat, & quod principium dimidii Paſchatis ſemper incidat in viceſimum nonum diem Adaris. *Primo die Sivan*, quandoquidem pauca pecora pariunt a Niſan ad Pentecoſten; ſi enim pecora quindecim dies ante Pentecoſten decimarentur, omnia comederentur ante Pentecoſten, & non invenirentur animantia pro iis quæ ad feſta celebranda aſcendunt. *Viceſimo nono menſis Abh*, filius Azai ſequitur id quod dicitur ſuperius, ſcil. quod animantia in menſe Elul nata, ſeorſim decimari debeant, & quod ea nequeant conjungi cum iis quæ ante Elul nata ſunt, quia in

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Vocat auctor iſta tempora גרנות *areas*, per ſimilitudinem quandam, quia pecus quod hocce anno natum eſt, cum id aſſimiletur ei quod hocce anno crevit, ſi id pertigerit ad hoc tempus, ſimile eſt proventui qui ad aream ſuam pervenit, & tum res illibata eſt reſpectu decimationis, de qua comedere non licet niſi donec eductæ ſint decimæ. Sic etiam quando pecora ad hocce tempus pervenerint, non licet de ipſis comedere, nec ea vendere, niſi donec decimata fuerint.

פרס *Medio*, eſt idem quod פרק *tempus*, denotatur ergo decimus quintus dies trium iſtorum temporum. Hiſce itaque tribus temporibus pecora decimantur pro iis qui Jeruſolyma adſcendunt celebratum feſta; plerique enim homines non recte agi putant ſi decimatio non fiat ante venditionem, etſi antea vendere liceat; nam ex conſtitutione Sapientum venditio non prius prohibita eſt quam decimationis tempus advenerit. Quia autem filius Azai audivit Doctorum controverſias, unius ſtatuentis unum diem menſis Elul, ſi areæ finis ſit; ſecundi, ut R. Eliezer & R. Simeon ſtatuit, videlicet quinto decimo menſis Elul; tertii, ſicuti ſtatuit R. Meyr, dixit dubium tolleret quod decimæ exeant ab iis omnibus quæ ſeorſim in menſe Elul nata ſunt; deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

 primum

primum diem Elul forſitan inciderit anni principium pro decimis pecorum, quæ tum nova ſunt & vetera, & dubium eſt de anni principio, utrum in Elul, an vero in Tiſry inciderit, idcirco areæ tempus vernum non figitur viceſimo nono die Elul, ne quis ea pecora conjungat cum iis quæ in Elul nata ſunt. *In principio Niſan*, ſentit is ſecundum Rabban Simeon filium Gamalielis, dicentem quod jura Paſchalia per duas ſeptimanas quindecim dies ante feſtum Paſchatis pertractantur; & pertinet quoque ad jura Paſchatis ut pecora decimentur ut ad feſtum apta ſint. *In principio Sivan*, ſicuti diximus rationem filii Azai. *Sed non dixerunt, primo die Tiſry*, etſi dies iſte in duas ſeptimanas incidat, quia dies feſtus eſt, idcirco duas adfert rationes, unam, quia diſtinguendum eſt inter novum & vetus, homines enim norunt quod novum non ſit veteri jungendum; alteram, quia dies feſtus eſt, propter maculam rubram qua decimas ſignabant ut cognoſci poſſent, at die feſto non licet quicquam colorare. *Pecora menſis Elul decimantur ſeorſim*, quemadmodum ſuperius expoſitum eſt, nam dubium eſt an principium anni pro decimis pecoris inciderit in primum Elul, an vero in primum Tiſry, idcirco pecora in Elul nata non miſcentur cum iis quæ antea in Tiſry nata ſunt, quia novum non conjungitur cum veteri.

ו כל הנולדים מאחד בתשרי עד עשרים ותשעה באלול הרי אלו מצטרפין חמשה לפני ראש השנה וחמשה לאחר ראש השנה אינן מצטרפין חמשה לפני הגרן וחמשה לאחר הגרן הרי אלו מצטרפין אם כן למה נאמר שלש גרנות למעשר בהמה שעד שלא שגיע הגרן מותר למכור ולשחוט הגיע הגרן לא ישחוט ואם שחט פטור :

6. Omnia quæ nata ſunt a primo die Tiſry uſque ad decimum nonum Elul, conjungantur; ſin quinque ante principium anni, & totidem poſt anni principium nata fuerint, ne conjungantur; ſi quinque ante aream & totidem poſt eam, hæc conjungantur. Si ita ſe res habeat, quare dicatur, tres areæ ſunt pro decimis pecoris? nam antequam area advenerit, vendere & mactare licet, ſi area advenerit, non mactabit, ſi vero mactaverit, liber eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

כל הנולדים *Omnia quæ nata fuerint*, hæc ſimplex Miſna ſe habet ſecundum R. Eliezer & R. Simeon. *Quinque ante principium anni*, quia auctor dicere voluit, quinque ante aream & quinque poſt eam, conjunguntur, etiam hæc dixit. *Non mactabit*, quia area figit decimationem ſecundum Sapientes. *Si vero mactaverit, tamen liber eſt*, ſed ipſum pecus licitum eſt ut comedi poſſit, quia decimis illibatis pecorum nec præceptum negativum, nec mortem injunctam eſſe comperimus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia hæc clara ſunt, & auctor dicit, *liber eſt*, ne quis putaret, quaſi in id pecus ſanctitas quædam incidiſſet, & quod idcirco id mactare non licet, & mactationem eſſe illegitimam ſi mactatum fuerit, propterea auctor de mactatione duntaxat, & non de venditione loquitur, quoniam clarum eſt quod liber ſit.

ז כיצד מעשרן כונסן לדיר ועושה להן פתח קטן כדי שלא יהיו שנים יכולים לצאת כאחת ומונה בשבט אחד שנים שלשה ארבע חמשה ששה שבעה שמונה תשעה והיוצא עשירי סוקרו בסקרה ואומר הרי זה מעשר לא סקרו בסקרה ולא מנאם בשבט או שמנאם רבוצים או עומדים הרי אלו מעושרים היה לו מאה ונטל עשרה ונטל אחד אין זה מעשר רבי יוסי ברבי יהודה אומר הרי זה מעשר קפץ אחד (ש״ס) מן המנויים לתוכן הרי אלו פטורים מן המעושרים לתוכן כולן ירעו עד שיסתאבו ויאכלו במומן לבעלין :

7. Quomodo decimabit, pecora in ſtabulum coget, januamque faciet exiguam per quam duo ſimul tranſire nequeunt, & ita virga numerabit, unum, duo, tria, quatuor, quinque, ſex, ſeptem, octo, novem, decimum vero notabit minio, dicetque, *hoc decimum eſto*. Si id non ſignaverit minio, nec virga numeraverit, ſed ea cubantia vel ſtantia numeraverit, tamen decimata cenſentur. Si centum fuerint, & decem acceperit, vel decem, & ſumpſerit inde unum, non eſt decimatio. R. Joſe filius R. Jehudæ dicit, decimatio eſt. Si unum e numeratis proſilierit, libera ſunt, ſi e decimatis, omnia paſcantur donec vitium contraxerint, & tum cum vitio ſuo a proprietariis comedi poſſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

דיר Notat ſtabulum quod lapidibus vel cannis conſtructum eſt, intra quod oves colliguntur. היה לו מאה ונוטל עשרה *ſi ei centum fuerint, & decem ſumpſerit*, abſque ulla numeratione, vel ſi decem fuerint, & ex illis unum ſumpſerit abſque numeratione, *hoc non eſt decimum*, quia Lex dicit, *decimum erit ſanctum*, hoc vero non eſt decimum, quia non numeravit. *Hoc vero decimum eſt*, putat enim R. Jehuda quod oblatio magna & oblatio de decimis educantur ex conſideratione, ſicuti ſcriptum eſt Num. 18, 27. ונחשב לכם תרומתכם ſicuti igitur oblatio prima e conſideratione educitur, ita quoque decimæ, nam Lex decimas vocat oblationem primam, ſicuti ſcriptum eſt Num. 8, 24. Porro decimæ pecoris aſſimilantur decimis granorum, nempe ſicuti decimæ granorum e conſideratione educuntur, ita quoque decimæ pecoris; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen. קפין אחד מן המנויין *ſi unum e numeratis exſilierit*, quando decem numeraverit quæ extra portam proſilierunt, decimamque ſeparaverit novem liberatis, atque unum pecus intra ſtabulum proſilierit, omnia quæ in ſtabulo ſunt, liberantur, niſi non conſtiterit quodnam ſit; nam forſan decimum

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

דיר Notat ſtabulum in quod jumenta & greges coguntur ut decimentur; aliquando in modum ædificii alicujus conſtructum eſt, aliquando autem calamis tectum. סיקרא *minium*, eſt nomen coloris rubri qui barbare vocatur *Petra Singoja*. In Toſaphta jam expoſitum eſt quod ſi de pecoris numeratione minus quam decem remanſerint, ea relinquenda & anno futuro decimanda ſunt, quando cum aliis conjuncta fuerint. Tenetur autem omnia in unum cogere ſtabulum, & reſiduum relinquetur in annum futurum. Poſtea dicit auctor, quod ſi unum e numeratis in ſtabulo proſilierit inter ea quæ nondum numerata ſunt, libera ſunt, nempe quod omnia ſtabuli pecora ad decimationem non tenentur, quia de unoquoque dubium eſt an ſit numeratum, cujuſmodi jam non amplius ad decimationem obligatur, quia non debet bis numerari; an vero ſit de ſtabuli pecore quod ad decimationem obligatur. Nam hypotheſis nobis eſt, quod, uti in Gemara titulo Mezia exponitur, omne pecus dubium decimari nequit. *E decimatis*, id eſt ex agnis decimatis, ſi unus ex iis exſilierit, etſi unicus ſit in ſtabulo, omnes paſci debent donec vitium contraxerint, & tum a pro-

cimum proſiliit, quod decimari nequit, quia jam liberatum eſt a decimis. Porro quoque de unoquoque dubium eſt an numeratum ſit, & ab obligatione liberatum; ſed nullum dubium decimandum eſt. *E decimatis*, ex decimis jam conſecratis, ſi unum pecus inſilierit in ſtabulum, tum omnia reliqua dubia ſunt reſpectu decimationis, at paſcentur donec vitium contraxerint; nam quamdiu perfecta fuerint, tam diu illa foris mactare licet; poſtquam vero vitia contraxerint, a dominis ſuis comeduntur cum ſuis vitiis.

a proprietariis comedi poſſunt cum vitiis iſtis, & hoc eſt quod dixerunt in voce מעושרים, quærendo quid eſt מעושרים? *decimata*; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen filium R. Jehudæ.

ח יצאו שנים כאחד מונה אותן שנים שנים מנאן אחד תשיעי ועשירי מקולקלים יצאו תשיעי ועשירי כאחד תשיעי ועשירי מקולקלים קרא לתשיעי עשירי ולעשירי תשיעי ולאחד עשר עשירי שלשתן מקודשים התשיעי נאכל במומו והעשירי מעשר ואחד עשר קרב שלמים ועושה תמורה דברי רבי מאיר אמר רבי יהודה וכי יש תמורה עושה תמורה אמרו משום רבי מאיר אילו היה תמורה לא היה קרב קרא לתשיעי עשירי ולעשירי עשירי ולאחד עשר עשירי אין אחד עשר מקודש זה הכלל כל שלא נעקר שם עשירי ממנו אין אחד עשר מקודש :

8. Si duo exierint ſimul, tum bina numerabit; ſi vero unum numeraverit, nonum, & decimum, ultima ſunt depravata, ſi nonum decimumque ſimul exierint, ambo depravata ſunt. Si nonum vocaverit decimum, & contra, vel undecimum decimum, tria conſecrata ſunt, & nonum cum vitio comeditur, decimum vero manet decima, & undecimum offertur in pacificum, commutarique poteſt, ita R. Meyr. Dixit R. Jehuda, an commutatio facit commutationem? dixerunt in nomine R. Meyri, ſi commutatio ſit, ne offeratur. Si nonum vocaverit decimum, & contra, & undecimum vocaverit decimum, undecimum non eſt conſecratum; hæc regula generalis eſt; Si a decimo non eradicatum ſit nomen decimi, undecimum non eſt conſecratum.

R. OB. DE BARTENORA.

יצאו שנים כאחד *Si duæ exierint ſimul*, ſi una ovis prope alteram exierit per januam, atque unum quis par numeraverit, enumerat omnes binas, tum decimum par conſecratum eſt ſanctitate decimarum; eodem modo ſe res habet, ſi ternas vel quaternas numeraverit. Sed nos ita legimus Miſnam, *ſi duæ oves ſimul exierint, numeret eas binas, ſi eas numeret ſingulas, nona & decima depravatæ ſunt.*

מנאן אחד *Si eas numeraverit ſingulas*, ſi duas priores numeraverit pro una, & tertiam pro ſecunda, & quartam pro tertia, tum nona & decima depravatæ ſunt, quia nona pro decima numerata eſt, & decima pro undecima, idcirco depravatæ ſunt & paſci debent donec vitium contraxerint.

שלשתן מקודשין *Tres ſunt conſecratæ*, quia Lex dicit, *& omnis decima*, hinc nonum undecimumque includit; at ne octavum & ſeptimum quoque includeremus, dicit auctor, quandoquidem decimum eſt ſanctum, id quod ex errore numeravit, quoque ſanctificatum eſt, & ſicuti decimum non eſt ſanctum niſi per id quod ipſi proximum eſt, ſcil. ipſa decima quæ corpori illius conjuncta eſt, ita quoque nec id quod ex errore numeravit, ſanctificatum eſt, niſi per id quod decimæ conjunctum eſt, quæ eſt nona ante ipſam, & undecima poſt ipſam.

וכי יש תמורה עושה תמורה *An non commutatio commutationem efficit?* putat R. Jehuda quod hæc undecima ſit commutatio, nam cum ea quam decimam vocavit, ſe res habet ac ſi dixiſſet, ſit ea in loco decimæ, ſed commutatio non facit commutationem, quemadmodum ſcriptum eſt Levit. 27, 33. *Ipſa & commutatio illius ſancta erit*, at non commutatio commutationis. *Dixerunt in nomine R. Meyri, non eſt hæc commutatio*, undecima pro decima non eſt commutatio, nam ſi commutatio eſſet, non offerretur, nam decimæ commutatio non offertur, ſicuti Lex dicit, Num. 18, 18. *Non redimes, ſanctitas ſunt illa*, illa igitur offerenda ſunt, & non res cum ipſa commutata. De primogenito hæc ſcripta ſunt, unde colligimus jus decimarum; deciſio eſt quod undecima non facit commutationem. *Cujuſcunque nomen decimæ non extirpatum eſt*, quandoquidem decimam ovem vocavit decimam, porro non ſanctificatur undecima eo quod ipſam vocavit decimam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit auctor quod ſi duo pecora ſimul e ſtabulo exierint, omnia bina enumeranda ſint, quomodo decima conſtabit pari. Pariter, ſi ea terna numerat, vel quaterna, tum ſumma decimi erit decima, ſi ea non numeraverit bina, ſed duo quæ exierunt prius, pro uno, tertiumque exierit, & de eo dixerit duo, quia ſecunda vice exiit, ita numerabit, & nonum decimumque numeratione illius depravata erunt, quia decimum vocavit nonum ſecundum veritatem, nam duo exierunt prius, & quod is decimum vocavit, id eſt undecimum; at jam expoſitum eſt quod ſi decimum vocavit undecimum, ſanctitas in ipſum cecidit. Et ſic etiam ſi nonum decimumque ſimul exierint, eaque decimum nominaverit, ambo depravata ſunt, ſcil. quod non offeruntur nec comeduntur, ſed relinquuntur donec vitium contraxerint, atque tum a proprietariis comedi poſſunt cum vitio. Porro ſcias quod ſi nonum & decimum ſimul exierint, eaque vocaverit nonum, vel decimum, vel ſi decimum undecimumque ſimul exierint, eaque vocaverit decimum, vel undecimum; his omnibus modis ambo conſecrata ſunt, & comeduntur cum vitiis ſuis a poſſeſſoribus. Nam quando in hac Miſna dicitur, ſi decimum & undecimum vocaverit decimum, undecimum non eſt conſecratum, cum ſit unum poſt alterum; nam cum decimum vocaverit id quod re vera decimum erat, & poſtea exierit undecimum, idque decimum vocaverit, undecimum non eſt conſecratum, quia nomen decimi ex ipſo nondum extirpatum eſt. Sin autem ambo ſimul exierint, ambo conſecrata ſunt. Quod auctor dicit, *hæc regula generalis eſt, cujuſcunque nomen nondum eſt extirpatum*, docet quod decimum exiit ſolum; quandoquidem ergo ſolum exiit, etſi id non vocaverit decimum, ſed undecimum denuo vocarit decimum, non conſecravit undecimum, decimum enim per ſe conſecratum eſt, licet id non vocaverit. Porro tibi e Miſna conſtabit quod error in decima non conſecretur, ſed quod ei proxime antecedit vel conſequitur, ſicuti exemplo oſtendit, quia ita exponit Traditio. Verum ſi octavum & anteriora, vel duodecimum & ſequentia conſecraverir, non conſecratum eſt. R. Jehuda dicit quod decimi error ſit eidem juri obnoxius cui commutatio obnoxia eſt, & quod ob commutationem is conſecretur, idcirco dicit, *forſitan commutatio facit commutationem?* quia omnes concedunt quod commutatio non efficit commutationem, ſicuti in tractatu de Commutatis expoſitum eſt. R. Meyr putat quod commutatio decimi ſit decimum quod morietur, idcirco is dicit, *ſi commutatio ſit, ne offeratur.* Hæc omnia intelligenda ſunt ſi is qui erravit, ſit poſſeſſor bonorum; ſi vero quis legatum conſtituerit ad decimas pecoris ſeparandas, & in aliqua re erraverit, non conſecravit is qui erravit; nam legato ſuo dicere poterit, non debuiſſes errare; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam in eo quod dixit, id non facere commutationem.

Finis tractatus de Primogenitis.

מסכת ערכין

פרק א הכל מעריכין ונערכים נודרים ונידרים כהנים ולוים וישראלים נשים ועבדים טומטום ואנדרוגינוס נודרים ונידרים ומעריכים אבל לא נערכים שאינו נערך אלא זכר ודאי ונקבה ודאית חרש שוטה וקטן נידרין ונערכים אבל לא נודרין ולא מעריכין מפני שאין בהם דעת פחות מבן חדש נידר אבל לא נערך :

Tractatus de Æſtimationibus.

Caput 1. Omnes æſtimant & æſtimantur, vovent & voventur, ſacerdotes, Levitæ, Iſraëlitæ, mulieres, & ſervi. Obturatus & hermaphrodita vovent & voventur, & æſtimant, ſed non æſtimantur, quia maſculus certus & fœmina certa duntaxat æſtimantur. Surdus, ſtultus, & parvulus voventur, & æſtimantur, ſed non vovent nec æſtimant, quia ratione carent. Qui nondum eſt natus menſem, is voveatur, at ne æſtimetur.

R. OB. DE BARTENORA.

הכל מעריכין *Omnes æſtimant*, hinc nos docet eum qui tredecim habet annos unumque diem, exceptis duobus ad pudenda pilis, poſſe æſtimare, cum is prope ad virum accedat; ſed is debet examinari an ſeparare & declarare ſciat in cujus nomine vovit, vel conſecravit, etſi Lex dicat Levit. 27, 2. איש כי יפליא נדר hic tamen *vir* dicitur quia ferme ad virilem ætatem pervenit. והכל *& omnes*, hoc ad inquinatos & ulceratos referri debet, quod ii quoque æſtimandi ſunt inquinati, etſi nullius ſunt pretii; cæteroquin enim intelligere potuiſſemus quaſi illa verba Legis לנדור נדר בערכך denotarent quod omnis qui pretium intrat, etiam intret æſtimationem, qui vero non intrat pretium, nec æſtimationem intret, idcirco nos contrarium docet. והכל *& omnes*, hoc referendum eſt potius ad eum qui vovetur; nam requirebatur ut voti qui nondum tempus menſis attigerunt, includerentur, etſi non æſtimari poſſint.

מעריכין *Æſtimant*, ſi de aliquo quis dixerit, *pretium τȣ̃ N. in me recipio*, tum ſolvat iſtius pretium ſecundum annos, uti Lex definivit capite de æſtimationibus. ונערכין *& æſtimantur*, ii quiſpiam dixerit pro aliquo, *pretium τȣ̃ N. in me recipio*, vel ſi ipſe dixerit, *pretium meum in me recipio.* נודרין *vovent*, ſi dixerit, *Pretium τȣ̃ N. in me recipio*, requiritur ut tantum ſolvat quantum iſte N. in foro valere poſſet. ונדרים *& voventur*, ſi quiſpiam de aliquo dixerit, *pretium τȣ̃ N. in me recipio*, vel, *meum pretium in me recipio.*

כהנים ולויים *Sacerdotes & Levitæ*, requirebatur ut nos doceret auctor quod ſacerdotes quoque æſtimandi ſint, quia ex eo quod Lex dicit Levit. 27, 8. *Et conſtituent ipſum coram ſacerdote, & ſacerdos ipſum æſtimabit*, dicere potuiſſem quod Iſraëlita coram ſacerdote conſtitui debet, & non ſacerdos coram ſacerdote, atque idcirco ſacerdos non æſtimandus eſſet, nam ſi pauper eſſet, non ſtitiſſet ſe coram ſacerdote; propterea nos docet auctor quod ſacerdotes Legi de æſtimationibus ſubjecti ſint; quia vero de ſacerdotibus locutus eſt, idcirco de Levitis & Iſraëlitis quoque locutus eſt. *Mulieres & ſervi*, mulier ſolvet quando vidua facta fuerit, aut repudiata, ſervus autem quum manumiſſus fuerit. *Obturatus, & hermaphrodita vovent & voventur*, quia pretium aliquod valere poſſunt; *Et æſtimant*, ſi eorum dixerit quiſpiam, *pretium τȣ̃ N. in me recipio*, ſolvet pretium iſtius N. *Sed non æſtimantur*, ſi dixerit quis, *meum pretium in me recipio*, vel alius dixerit, *pretium τȣ̃ N. in me recipio*, nihil dixit, nam cum in Lege de æſtimatione dicitur *mas aut fœmina*, requiritur ut maſculi & fœminæ ſigna virilia & fœminea certo appareant. *Si non attigerit menſem, tamen voveri poteſt*, ſi dixerit, *ipſius pretium in me recipio*, quia alicujus eſt pretii. *Non autem æſtimatur*, nam capite de æſtimatione duntaxat pretium figitur pro eo qui menſem & ultra vixerit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ערך *Æſtimatio*, hæc eſt, ſi quis dixerit, *æſtimatio mea ſit in me*, vel, *æſtimatio τȣ̃ N. ſit in me*, quando nempe iſte N. habuerit rem æſtimatam. Cæterum jam noſti quod Lex æſtimationem rerum devotarum inſtituit a tempore menſis uſque ad quinque annos, quinque ſiclorum pretium in maſculis, & trium in fœmellis redimendis. Sed ab anno quinto ad viceſimum annum in maſculis ſtatuitur pretium viginti ſiclorum, in femellis vero decem; ab anno viceſimo uſque ad ſexageſimum annum in maſculis quinquaginta ſiclorum pretium, triginta autem in fœminis; a ſexageſimo uſque ad mortem in maſculis quindecim ſiclorum pretium, in fœminis decem. Hiſce pretiis nihil addendum eſt, neque illa conſiderant in caſu æſtimationis, ſed annos duntaxat. נדר *votum*, hoc eſt, ſi dixerit, *pretium meum ſit in me*, vel, *pretium τȣ̃ N. ſit in me*, tum ſolvendum quantum res vota valuerit, perinde ac ſi eſſet ſervus qui in foro venditur.

הכל מעריכין *Omnes æſtimant*, etſi nondum legitimum tempus attigerint; licet enim Lex dicat, *vir quum votum ſeparaverit*, tamen *vir* demum dicitur in caſu æſtimationis quum ferme attigerit fixum iſtud tempus. ונערכין *& æſtimantur*, etſi vel leproſus ſit, vel membra conſumpta fuerint. Præterea id quod dicitur, *omnes voventur*, intelligendum eſt licet non attigerint menſem, ſicuti in poſterum exponetur. Et quandoquidem auctor nos aliquod commodum docuit, quum dixit, *omnes*, de eo qui æſtimatus eſt & votus, idcirco etiam dixit quod omnes vovent, etſi nullum exinde nos docuerit commodum. *Sacerdotes & Levitæ*, ne quis putaret quod ad æſtimationem non obligantur, quia non obligati ſunt ad redemptionem filii, quia Lex dicit Num. 18, 16. מבן חדש תפדה בערכך hinc nonnemo percipere poſſet quaſi tantum omnis qui ad filium redimendum obligatur, etiam ad æſtimationem obligatus eſſet, idcirco nos docet auctor rem ita non eſſe; quia per vocem *vir* intelligi debeat omnis vir.

ב העכ"ום רבי מאיר אומר נערך אבל לא מעריך רבי יהודה אומר מעריך אבל לא נערך זה וזה מודים שנודרין ונידרין :

2. Gentilis ſecundum R. Meyr æſtimabitur, ſed ipſe non æſtimabit. Sed ſecundum R. Jehuda æſtimabit, ſed non æſtimatur; uterque autem concedit quod vovere & voveri poſſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

הנכרי נערך *Gentilis æſtimatur*, capite de æſtimatione ſcriptum eſt ſenſu incluſivo & excluſivo, nam per *filios Iſraëlis* excluduntur gentiles, *per vir quando ſeparaverit*, includitur omnis vir, etiam gentilis. R. Meyr putat quod gentilis æſtimari, at non æſtimare poſſit, quia invenimus quod Lex magis in genere loquitur de æſtimatis, quam de æſtiman-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicitur in principio ſectionis de æſtimatione, *loquere ad filios Iſraëlis, vir quum ſeparaverit*, ubi per *Iſraëlis filios* excipiuntur gentiles, & per vocem *vir* includitur omnis maſculus, etiam gentilis, omnes enim doctores concedunt quod gentiles in caſu æſtimationis ab una parte includantur, ab altera vero excludantur. R. Meyr dicit quod inter æſtimatos

mantibus, nam ſurdus, ſtultus, & parvulus æſtimantur, ſed non æſtimant, idcirco excluſio dicitur pro æſtimante, & incluſio pro æſtimato. Sed R. Jehuda dicit quod gentilis æſtimabit, ſed non æſtimabitur, quia ſic de obturato, & hermaphrodita invenimus, quod illi æſtimant, ſed non æſtimantur; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam.

tos includendi ſint, quia Lex plures comprehendit inter æſtimatos quam inter æſtimantes, cum ſurdus, ſtultus, & parvulus æſtimantur, ſed non æſtimant. R. Jehuda dicit æſtimantem includi, quia Lex in æſtimantibus plures includit quam in æſtimatis, nam obturatus & hermaphrodita æſtimant, at non æſtimantur; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam.

ג הגוסס והיוצא ליהרג לא נידר ולא נערך רבי חנינא בן עקביא אומר נערך מפני שדמיו קצובים אבל אינו נידר מפני שאין דמיו קצובים רבי יוסי אומר נודר ומעריך ומקדיש ואם הזיק חייב בתשלומין׃

3. Qui in agone mortis verſatur & qui occidendus eſt, is ne voveatur neque æſtimetur. R. Chanina filius Acabiæ dicit, æſtimetur, quia nummi ipſius definiti ſunt, at ne voveatur, quia tum nummi ipſius non definiti ſunt. R. Joſe dicit, voveat, æſtimet, & conſecret; ſi nocuerit, compenſare tenetur.

R. OB. DE BARTENORA.

הגוסס לא נידר *Qui in mortis agone verſatur, is non vovetur*, quia nullius eſt pretii, cum ſtatim moriatur. ולא נערך *neque æſtimetur*, eo quod ſcriptum eſt Levit. 27, 8. והעמידו והעריכו ſed hic ægrotus ineptus eſt ut conſtituatur atque æſtimetur a ſacerdote. והיוצא ליהרג *& qui occidendus eſt*, e decreto ſenatus Iſraëlitici; qui vero morte afficiendus eſt ſive ex mandato Regis Iſraëlitici ſive gentilis, ſecundum omnes doctores æſtimet atque æſtimetur. *Sed non vovetur*, quia nullius eſt pretii. *Neque æſtimatur*, quia ſcriptum eſt Levit. 27, 39. *Omne anathema quod ab homine anathematizatum fuerit, id non redimetur.* R. Chanina filius Acabiæ dicit quod æſtimari poſſi:, & is huncce verſum de alia re explicat. *R. Joſe dicit, voveat, æſtimet, & conſecret*, R. Joſe non diſſentit a doctore primo, in eo quod vovere, æſtimare, & conſecrare poſſit; ſed diſſentiunt de eo qui nocuerit, doctor primus putat eum qui nocuit, liberum eſſe a ſolutione, licet is qui nocuerit, e Lege teneatur ſolvere, & debitum Legis non ſimile ſit debito in libello conſignato, ſed debito orali ſimile, & orale debitum exigi nequit ab hæredibus. R. Joſe putat quod debitum in Lege præſcriptum ſimile ſit debito in libello conſcripto, & quod id exigi poſſit ab hæredibus; deciſio eſt ſecundum doctorem primum. Sed poſtquam ſanciverunt Sapientes quod orale debitum ab hæredibus exigi poſſit, Senatus e bonis illius capit quo damnum ſolvit quod intulit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

גוסס Eſt vox gutturis quæ in articulo mortis auditur. *Qui occidendus eſt*, qui ex decreto Senatus morte plectendus eſt, quod non amplius dependet a noſtro arbitrio, ſed ab arbitrio Legis quæ interficiendi facultatem habet. Si vero ex mandato Regis interficiendus ſit, æſtimet atque æſtimetur ſecundum omnes, quia Rex aliquando recedit a ſententia ſua. Cæterum R. Joſes & primi doctoris controverſia eſt de eo qui damnum intulit, nam R. Joſe dicit, quod de bonis illius tantum capiendum ſit quantum damni intulit, nam cum jus Legis ſit eum qui nocuerit, ſolvere debere, hoc eſt inſtar debiti in libello conſignati, quod ab hæredibus exigendum eſt. Doctor primus putat quod debitum in Lege præſcriptum non ſimile ſit debito in libello conſcripto, nec ab hæredibus exigi queat; ſed deciſio eſt ſecundum doctorem primum. Omnia vero hæc ita ſe habent ſecundum eum qui dicit, quod debitum orale ab hæredibus exigi nequeat, & ſecundum hanc hypotheſin deciſio eſt.

ד האשה שהיא יוצאה ליהרג אין ממתינין לה עד שתלד ישבה על המשבר ממתינין לה עד שתלד האשה שנהרגה נהנים בשערה בהמה שנהרגה אסורה בהנייה׃

4. Si mulier morte plectenda ſit, non expectant donec ea pepererit; ſi ea jam conſederit in ſella parturientium, tum expectant donec pepererit. E mulieris occiſæ capillis utilitatem capere licet, ſed non e pecore intercempto.

R. OB. DE BARTENORA.

אין ממתינין לה עד שתלד *Non expectant ipſam donec pepererit*, nam putaſſemus quaſi filius ſit bonum patris, ſicut ſcriptum eſt in Lege Exod. 21, 22. כאשר ישית עליו בעל האשה Et quod propterea fœtus non debeat perire, idcirco nos docet auctor id quod ſcriptum eſt Deut. 24, 22. ומתו גם שניהם ubi particula גם includit natum. משבר eſt ſedile cui puerpera inſidet dum illa parit. *Expectant donec pepererit*, nam cum fœtus prorumpere conatus eſt, jam corpus aliquod ſeparatum cenſetur, atque adeo non amplius eſt corpus matris. *E capillis ipſius utilitatem capiunt*, hoc non ſtricte de capillis intelligendum eſt, ſed de angulo alieni capillitii ei alligati; ea vero conditione ſi illa dixerit, *date illud filiæ meæ, vel alii cupiam*; nam cum dixit ut alicui daretur capillitium, inde conſtat ſe id a corpore ipſius diſtinxiſſe, & ipſa adhuc vivente jam ſeparatum eſſe. Sin aliter, prohibitum eſt, quia e mortuorum ornamentis nihil commodi licet capere. Sed & beſtiæ interfectæ pili omnino prohibiti ſunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

משבר Notat locum cui puerpera inſidet dum parit. *Utilitatem capere licet e capillis*, ea conditione ſi illa dixerit, date capillitium meum N. quia id tum ab illa ſeparatum eſt, perinde ac ſi dixiſſet, ut aliquid darent quod ad ipſam pertinet. Verum ſi interfecta fuerit, nihilque dixerit, capillitium ipſius prohibitum eſt uſui. Sic etiam e nulla beſtia ex decreto Senatus interfecta quicquam commodi capere licet, quemadmodum exempli gratia eſt bos qui lapidibus obruebatur.

פרק ב אין בערכין פחות מסלע ולא יותר על חמשים סלע כיצד נתן סלע והעשיר אינו נותן כלום פחות מסלע והעשיר נותן חמשים סלע היה בידיו חמש סלעים רבי מאיר אומר אינו נותן אלא אחת וחכמים אומרים נותן את כולם אין בערכים פחות מסלע

Caput 2. Æſtimationis pretium non debet eſſe minus Sela, neque majus quinquaginta Selis; quomodo? ſi dederit Selam, & poſtea ditior factus fuerit, non dabit quicquam. Si minus Sela, & poſtea ditior evaſerit, quinquaginta dabit Selas. Si alicui ſint quinque Selæ, R. Meyr dicit, non plus quam unam dabit Selam; Sapientes dicunt, omnes dabit. Pretium æſtimationis non debet eſſe minus Sela, nec plus quam quinquaginta. Non eſt porta

מסלע ולא יותר על חמשים סלע אין פתח בטועה פחות משבעה ולא יותר על שבעה עשר אין בנגעים פחות משבוע אחד ולא יתר על שלשה שבועות:

pro erranti muliere menſtrua minor quam ſeptem, nec major quam ſeptendecim. In plagis non eſt minor occluſio quam ſeptimanæ, nec major tribus ſeptimanis.

R. OB. DE BARTENORA.

אין בערכין פחות מסלע *Æſtimationis pretium non minus eſt quam Selæ*, licet omnium pauperrimus ſit, tamen illius pretium non minus eſt quam Selæ, quia Levit. dicit 27, 25. וכל ערכך יהיה בשקל הקדש ergo omnia pretia quæ æſtimaveris, non minoris erunt quam unius Sicli. *Neque majus quam quinquaginta*, hoc enim maximum eſt pretium eorum quæ in ſectione Legis de æſtimationibus ſtatuta ſunt.

נתן סלע והעשיר *Si dederit Selam, & poſtea ditior evaſerit*, ſi quis viginti annorum ſit, quo tempore pretium illius eſt quinquaginta Selarum, & ſi tunc eſſet pauper atque Selam dederit in pretium ipſius, pauper enim æſtimatur ſecundum id quod ipſius manus aſſequitur, & poſtea dives evaſerit, liber eſt a majori pretio. *Si minus quam Selam dederit*, & is poſtea ditior factus fuerit, quinquaginta dabit, quia prima ſolutione non ſatisfecit debito ſuo, verum adhuc debet pretium ipſius.

היו בידיו חמש סלעים *Si ei ſint in manu quinque Selæ*, ſi pauper quinque Selas in manu habuerit, dum viginti habebat annos. *R. Meyr dicit, unicam duntaxat dabit*, nam is putat quod aut omnes quinquaginta dare debet, vel non plus quam Siclum. Sapientes dicunt dandum eſſe omne id quod habet, nam verba iſta, *& omne pretium tuum erit ſecundum Siclum*, exponunt de minimo pretio, cum omnium pauperrimus non plus dabit, ſi vero alicui ſit major pecuniæ copia, dabit ſecundum id quod illius manus aſſequitur, ſicuti Lex dicit; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

אין פתח בטועה פחות משבעה *Non eſt porta pro erranti, quæ minor eſt ſeptem*, quia ſuperius dixit quod in æſtimationis pretio non eſt minus nec plus, etiam omnes iſtos caſus adfert, in quibus locum habet iſtud nec minus nec plus. Per פתח *portam* intellige principium menſtrui, jus enim mulieris menſtruatæ ex Lege hoc eſt, ſi mulier hodie primum viderit menſtruum, computabit ſex & unum diem; ſi per duos id viderit dies, computabit quinque & duos; ſi per tres id viderit, quatuor inſuper computabit; ſi per omnes ſeptem dies id viderit, ſed id nocte ceſſaverit, lavet ſe, & poſtea congreſſum admittat. Cæterum poſt ſeptimum diem incipit fluxus ſeminis, qui undecim complectitur dies; ſi enim per unum vel duos dies conſpexerit fluxum, de die in diem obſervabit, & poſtea ſe lavabit. Si tres dies continuos eum viderit, tum illa eſt feminiflua magna, quæ ſeptem dies puros expectare debet, & poſtea ſacrificium offerre. Si vero dies fluxus continuaverint per menſem aut annum, non redibit ad principium menſtrui, niſi donec ſeptem dies puri tranſierint; poſtquam igitur ſeptem dies puros conſpexerit, eſt principium menſtrui, & illa ſex dies numerabit cum hoc die, atque tum illa ad dictum modo ordinem redit, ſicuti expoſitum eſt. Sin autem per iſtos undecim dies non viderit tres dies continuos, non eſt feminiflua; & ſi poſtea viderit fluxum ſive ſtatim ſive pedetentim, eſt principium menſtrui; etſi enim tres dies continuos viderit, tamen quatuor numerabit & iſtos, quia fluxus dies duntaxat ſunt undecim iſti dies qui tranſierint inter unum atque alterum menſtruum. *Non eſt porta pro erranti muliere in menſtruo quæ minor eſt ſeptem*, ſi fœmina hodie erraverit, atque neſciverit an verſetur in diebus menſtrui; an vero in diebus fluxus, non redibit ad portam menſtrui, niſi ſeptem dies puri tranſierint, vel ſeptendecim duntaxat; quomodo? ſi ex errore dixerit, unum diem immunda fui, hodie vidi, at non reſciverit an illa verſetur in diebus menſtrui, & ſex dies computare debeat cum ipſo, an vero verſetur in undecim diebus fluxus, in quibus a die in diem duntaxat obſervare debeat, tum porta illius eſt ſeptendecim dierum, ſi enim non viderit ipſum niſi poſt ſeptendecim dies extra hunc diem, tum illa redit ad portam menſtrui. Nam ſi iſte dies quo eum videt, ſit principium fluxus, quandoquidem undecim tranſierunt, dies fluxus impleti ſunt, & viſus dilatus, quia poſt ſeptendecim dies eum demum vidit, idcirco principium

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam noſti ex Lege quod maximum æſtimationis pretium quinquaginta Selarum, minimum vero trium ſit; & hoc intelligendum eſt de eo qui tantum ſolvendi facultatem habet; at ſi pauper ſit, æſtimant eum pro facultatibus ipſius, quemadmodum Lex dicit Levit. 27, 8. *Si vero is tenuior ſit æſtimatione tua &c.* idcirco nemo pluris quam Sicli æſtimatur; & quamvis aliquis propter facultates ſuas maximum debeat pretium, quod eſt quinquaginta Selarum, tamen non tantum ſolvere tenetur ſi poſt æſtimationem dives evaſerit. At vero ſi minus quam Selam ſolverit, nihil ſolviſſe cenſetur, & propterea pretium debet quod ipſi ſecundum facultates ſuas convenit. Nam id quod minus eſt Sela, id non liberat quemquam a debito, & hoc ſenſu doctor nobis ſimpliciter Sapientum opinionem proponere voluit, dicentium, *omnes dabit*, licet pauper ſit & non plures habeat Selas, tamen quia illas debet, exigantur ab ipſo. Propterea dicit æſtimationis pretium ſaltem eſſe unius Selæ, & quinquaginta ad ſummum, ne quis putaret quod ſi alicujus facultas non ferat expendere totum pretium quod debet, ſed partem duntaxat aliquam, unicam modo ab ipſo Selam exigunt, idcirco nos docet auctor quod tantum ab ipſo exigitur, quantum illius facultas fert. Poſtea ſe confert auctor ad ſimiles caſus, & dicit, *Non eſt porta pro erranti minor quam ſeptem*, ad hanc Miſnam illuſtrandam neceſſario fundamenta quædam proponenda ſunt, quorum jam aliquot dedimus in tractatu de Diebus feſtis, & de Paſchate, & adhuc danda in tractatu de Menſtruatis, audi nunc ea quæ tibi hic ſcitu neceſſaria ſunt. Dico itaque quod ſi mulier viderit menſtruum, ſeptem dies immunda ſit, & נדה *menſtruata* vocetur, licet unum vel ſeptem dies viderit menſtruum. Si vero ſanguinem viderit extra tempus menſtrui, nempe poſt ſeptem dies, vocatur זבה *feminiflua*, ſi per unum vel duos viderit dies, vocatur זבה קטנה *feminiflua parva*; vel שומרת יום כנגד יום *a die ad diem obſervans*, ſed non obligatur ad ſacrificium feminifluæ. Tempus autem iſtud quod eſt inter unum atque alterum menſtruum, ſaltem undecim eſt dierum, uti Traditione recepimus, & hoc eſt id quod dixerunt, undecim dies inter utrumque menſtruum ſunt e Traditione Moſis e Sinai; idcirco omnis ſanguis quem mulier per omnes ſeptem dies viderit, cujuſmodi eſt conſuetudo menſtrui, dicitur ſanguis menſtrui; quem vero ſanguinem viderit intra undecim dies ſeptem prioribus præterlapſis, is eſt ſanguis feminifluæ, at quem duodecimo die viderit, & ſequentibus, is ſanguis menſtrui eſt, quia eſt tempus menſtrui, ſcil. alia conſuetudo naturæ; hinc fiet ut a principio diei primi, ab uno menſtruo ad aliud, ſint undecim dies, & non minores. Hoc eſt fundamentum quod memoriæ mandandum eſt. Secundum fundamentum eſt quod omnis mulier de qua dubium eſt an ſit feminiflua magna necne, adducet ſacrificium feminifluæ, & non comedetur. Tertium fundamentum eſt quod omnis mulier de qua dubium eſt in tempore menſtrui, per omne tempus poſt ſeptem dierum purorum intermiſſionem ſanguinis, licita eſt ut cum marito corpus miſceat, & oblationi primæ parandæ operam det, etſi enim feminiflua ſit, tamen jam per ſeptem dies pura fuit. פתח *porta* vocatur iſtud tempus in quo mulier verſatur poſtquam ſanguis ceſſavit, tum enim altera ei conſuetudo accidere ſolet, nempe vulgaris menſtrui acceſſio. Dicit ergo auctor quod ſi erraverit mulier in tempore menſtrui ſui, & non reſciverit illud, ſed ſanguinem viderit; illa vero neſciverit an iſto tempore quo ſanguinem vidit, ſit ſanguis menſtrui, an vero ſanguis feminifluæ, tum illa tempus portæ mutabit ſecundum mutationem numeri dierum, in quibus illa viderit ſanguinem; & hæc eſt diviſio quæ in Beraita a doctoribus inſtituta eſt. Quum vero ipſa dixerit, uno die duntaxat vidi ſanguinem, dicere poſſemus, forſan hoc eſt principium menſtrui, & reliqui ſunt ei de computo inter unum atque alterum menſtruum ſeptendecim

cipium menſtrui eſt. Etſi enim dixeris huncce diem eſſe principium menſtrui, nihilominus tamen illa exiit a diebus fluxus a fine ſeptemdecim dierum præter huncce diem. At ſi decimo ſeptimo die viderit fluxum, non exiit e dubio, an ſit dies menſtrui, aut vero dies fluxus, quia dicere poſſumus iſtum diem quo illa ſanguinem vidit, eſſe forſan principium dierum menſtrui, & decimum ſeptimum diem quo ſanguinem vidit, eſſe finem undecim dierum inter unum atque alterum menſtruum; vel forſan eſſe diem primum fluxus, & quando undecim dies completi fuerint, ipſam exiiſſe a diebus fluxus, & diem decimum ſeptimum quo ſanguinem vidit, eſſe principium menſtrui, & eo magis ſi ante decimum ſeptimum diem viderit, illam non exiiſſe a dubio. Quamdiu igitur mulier in hocce dubio verſatur, tamdiu depravata eſt, nam propter dubium ſemper in ipſa aggravamus, ſi enim uno die viderit ſanguinem, dicere poſſumus eam eſſe principium menſtrui, & eam propterea ſex atque iſtum debere numerare. Sin autem tres dies continuos viderit ſanguinem, dicere poſſumus, dies fluxus ſunt, idcirco mulier ſeptem dies puros numerare debet, & poſtea offerre ſacrificium. Sed poſt decimum ſeptimum diem, nemo erit qui aggravet, quia certe eſt principium menſtrui, & quamvis tres dies continuos viderit, quatuor tamen cum illis numerabit, & poſtquam ſe laverit, pura erit.

אין בנגעים פחות משבוע אחד *In plagis non eſt minus ſpatium quam ſeptimana una*, ut includatur is qui plaga affectus eſt, nam hominum plagæ aliquæ intra ſeptem dierum tempus puræ vel impuræ pronunciandæ ſunt. ולא יתר על שלשה שבועות *Neque plus quam trium ſeptimanarum*, de plagis domiciliorum quæritur in Beraita, unde habemus quod ſi in colore ſuo manſerit paries domicilii in ſeptimana prima, & in ſecunda, cortice ſuo denudari & excidi debet, at in tertiam ſeptimanam relinqui? quia Levit. 14, 41. dictum eſt, *& veniet ſacerdos & ſi veniendo venerit &c.*

decim dies, ſex dies de reliquis menſtrui, & undecim dies inter unum atque alterum menſtruum. Hinc tibi liquet quod hujuſce mulieris porta ſit dierum ſeptendecim, nam ſi poſt ſeptendecim dies ſanguinem viderit, eſt ſanguis menſtrui, quia prodiit in tempore menſtrui. Et ſi dixeris, vidit illa duos dies ſanguinem, dicere poſſumus portam illius eſſe ſeptendecim dierum, quia dicere poſſumus unum e duobus diebus veniſſe ante tempus menſtrui, & alterum eſſe principium ſeptem dierum menſtrui, hinc a revolutione uſque ad hoc tempus ſeptendecim dies reliqui erunt. Pariter ſi dixerit, tres dies vidi ſanguinem, dicere poſſumus duos dies tranſiiſſe ante tempus menſtrui, unumque diem principii ſeptem dierum menſtrui, hinc ſeptem dies de revolutione reliqui erunt, & porta illius ſeptendecim erit dierum; niſi quod illa ſit dubia feminiflua, quia ſanguinem vidit tres dies continuos & neſcivit tempus menſtrui ipſius, quia hi tres dies forſan extra tempus menſtrui venerunt. Si illa dixerit, quatuor dies vidi, etiam dicere poſſumus eam eſſe feminifluam dubiam, cujus ſacrificium comedi non debet, quia horum quatuor dierum duo ante tempus menſtrui contigerunt, & duo e tempore menſtrui illius, eamque idcirco non eſſe feminifluam. Quando igitur hoc dubium determinaverimus, porta illius ſedecim erit dierum; nam ſi dixerimus duos dies ex his quatuor pertinere ad principium temporis menſtrui, ex undecim diebus revolutionis exiguæ, remanebunt ſedecim dies. Si illa dixerit, quinque dies vidi ſanguinem, eodem modo dicere poſſemus tres de quinque pertinere ad principium temporis menſtrui, hinc de revolutione quindecim remanebunt dies; ita dicitur in Beraita, quinque dies eum vidi, tum porta illius quindecim eſt dierum, & dubia eſt feminiflua. Sed res ita non permanebit quoties tempus viſionis ſanguinis addiderit unum diem, atque unus dies de tempore portæ defecerit, cujuſmodi dubia eſt feminiflua donec illa dixerit, undecim dies vidi, nam porta illius nova eſt, & illa quoque dubia eſt feminiflua; quia dicimus unum diem ex undecim præcedere tempus menſtrui; ſeptem vero dies menſtrui & duos eſſe reſiduum undecim quibus ſanguinem vidit, portam eſſe novem dierum. Si illa dixerit, duodecim eum vidi dies, tum porta illius octo eſt dierum, & illa eſt feminiflua certa, nam ſi dixerit quod duo dies viſionis venerunt ante tempus menſtrui, ſeptem vero menſtrui & tres poſt tempus menſtrui, tum feminiflua dicitur, quia jam tres dies continuos vidit poſt tempus menſtrui. Dicit vero auctor quod e duodecim diebus quibus illa ſanguinem vidit, forſan tres dies ſint ante tempus menſtrui, ſeptem in menſtruo, & duo poſt menſtruum, & propterea eam eſſe menſtruam, quia feminiflua jam præceſſit menſtruam. Sic etiam ſi tredecim dies viderit ſanguinem, porta illius eſt ſeptem eodem modo, dummodo e tredecim diebus duo præceſſerint menſtruum, & undecim reliqui ſint de omni ſeptem dierum revolutione, tum hæc quoque feminiflua certa dicitur, ſicuti ſuperius diximus. Secundum hoc fundamentum in Beraita ſtatuitur e Gemara depromptum, omnes feminifluæ quæ erraront, ſacrificium adducunt quod non comeditur, excepta ſeptem & octo dierum porta, quæ adducunt ſacrificium quod comeditur, quia ambæ ſunt feminifluæ certæ; propterea comeditur ſacrificium illius pro peccato. Quod autem nos dicimus portam illius eſſe dierum ſeptendecim, aut minus, ejus ſenſus non eſt quaſi per totum iſtud tempus marito non liceret cum ipſa congredi; ſed quod illo tempore præterlapſo conſuetudo menſtrui obtineat. Et hoc eſt quod in Gemara quærunt, quorſum hæc omnia, numeret ut licita fiat? reſp. de marito illius & puritatibus illius non loquimur quando dicimus, ad conſtituendum menſtruum illius portam, nempe, ad tempus menſtrui deſignandum; conſequitur enim revolutio inter unum atque alterum menſtruum, & non eſt differentia inter eam quæ ſanguinem vidit tres dies, atque erraverit, & inter eam quæ ſanguinem vidit alio tempore, quia non eſt minor porta quam ſeptem dierum, quia eſt feminiflua certa quæ ſeptem dies numerare debet, quia feminiflua indubitata eſt, ſicuti diximus, quæ ſeptem dies puros numerare debet. Propterea nullum temporis principium diminui poteſt de menſtruo, niſi poſt ſeptem dies computationis. Cæterum e Lege colligere poteris quod is qui plaga aliqua affectus eſt, ſeptem dies ſaltem includi debeat; domus vero plagis affectæ tres ſeptimanas occludi debeant, quemadmodum expoſitum eſt capite tertio tractatus de Plagis.

ב אין פוחתין מארבעה חדשים המעוברים בשנה ולא נראה יותר על שמונה שתי הלחם נאכלות אין פחות משנים ולא יתר על שלשה לחם הפנים נאכל אין פחות מתשעה ולא יתר על אחד עשר קטן נמול אין פחות משמונה ולא יתר על שנים עשר :

2. Non minus quam menſes quatuor hyperbolymæos in anno conſtituunt, nec plus quam octo. Nec duo panes comeduntur infra biduum nec ſupra triduum. Panis facierum non comeditur infra novem, nec ſupra undecim. Parvulus non circumciditur infra octo nec ſupra duodecim.

R. OB. DE BARTENORA.

אין פוחתין מארבעה חרשים המעוברים *Non diminuunt de quatuor menſibus hyperbolymæis*, qui triginta habent dies, nam non plures quam octo deficientes ſunt. ולא נראה יתר על שמנה *neque apparebunt plures quam octo*, nempe, Sapientibus non viſum fuit plures quam octo menſes hyperbolymæos eſſe, nam lunaris menſis viginti novem eſt dierum cum dimidio, & duabus horæ partibus cum ſeptuageſima tertia parte, nam in duobus menſibus quinquaginta novem dies ſunt,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Notum eſt quod noſtri menſes ſunt lunares, pariter notum eſt quod annus lunaris trecentorum & quinquaginta quatuor eſt dierum, novemque horarum quinta horæ parte excepta. Si ergo uni anni menſi triginta dies conceſſerimus, vocatur is חרש מעובר *menſis hyperbolymæus*, ſi alteri viginti novem conceſſerimus, is vocatur חסר *deficiens*, ita ut hocce modo annus conſtet ſex menſibus hyperbolymæis, & totidem deficientibus. Hujus vero anni dies erunt trecenti

ſunt, ſcil. unus menſis eſt viginti & novem dierum, alter triginta dierum; qui viginti novem habet dies, is vocatur *deficiens*, qui eſt triginta, is *hyperbolymæus* dicitur. Omnium vero anni menſium unus debebat eſſe hyperbolymæus, & alter deficiens; ſed propter reſiduas horarum partes ſeptuaginta tres uniuſcujuſque menſis, aliquando octo menſes anni facere debemus hyperbolymæos, & quatuor deficientes; aliquando autem octo deficientes, & quatuor hyperbolymæos.

אין פחות משנים *Non minus quam duos dies*, nempe die ſecundo poſt coctionem eorum. ולא יותר על שלשה *neque infra tres*, nam die tertio a coctione comedi poſſunt, & non ultra; quomodo? ſi dies feſti ſeptimanarum inciderit in primum ſeptimanæ diem, coquuntur die veneris, quia coctio illorum neque Sabbatum, neque diem feſtum propellit. Sed die feſto poſt agitationem eorum comeduntur, nempe die tertio. Si vero ſeptimanarum feſtum inciderit in reliquos ſeptimanæ dies, in veſpera diei feſti coquuntur, & die feſto comeduntur, qui ſecundus poſt coctionem dies eſt. *Panis facierum non comeditur infra novem*, quia in veſpera Sabbati coquitur, & ſequenti Sabbato comeditur, nempe die nono poſt coctionem. Si dies feſti novi anni in quintum ſeptimanæ diem inciderint, & in ſextum, quarto die ſeptimanæ panis facierum coquitur, & die Sabbati in menſa diſponitur, & ſequenti Sabbato, qui dies eſt undecimus poſt coctionem. *Neque ſupra duodecim*, quomodo? ſi natus ſit infans veſperi ante Sabbatum, non circumcidetur die Sabbati, quia forſan nonus eſt dies, nam veſperi dubium eſt an nox, an vero dies eſt; ſi dies ſit, Sabbatum in diem nonum incidet, at circumciſio præter tempus ſuum facta non propellit Sabbatum, nec diem feſtum. Si dies feſti inciderint poſt iſtud Sabbatum, non circumcidetur prius quam die tertio, ſive duodecimo poſt nativitatem.

centi & quinquaginta quatuor; reſtant de iſto anno ſolari aliquot horæ, & ſupplementi iſtius gratia aliquibus annis unus dies, aliquibus vero duo addendi ſunt, ut in anno iſto ſint octo menſes hyperbolymæi. Cæterum aliquando ſupplementum erit minus quam dies quos addidimus, & in cauſa erit ut annus ſequens diminuatur a trecentis & quinquaginta quatuor diebus, ita ut anno deficienti plures quam ſex addantur dies. Et hæc una eſt e prioribus cauſis deficientiæ & redundantiæ. Cæterum noſter hic non eſt ſcopus de omnibus cauſis verba facere, neque de ratione computandi, quia hæc materia requirit tractatum ſingularem; & jam ante nos nonnemo in Hiſpania pluribus hanc materiam tractavit, atque oſtendit Hiſpanos & Orientales auctores ſuper hac materia de intercalatione non differre, & in iſtis tractatibus expoſitum eſt quantum ſatis eſt; nos autem hic duntaxat pauca attigimus quæ ad ſcopum hujuſce tractatus pertinent. Quod auctor dicit ולא נראה *& non apparebit*, id in Gemara exponunt de eo quod Sapientibus viſum eſt ſecundum fundamenta quibus ſtatuunt plures quam octo menſes hyperbolymæos eſſe. Duos vero panes, & panes facierum jam expoſuimus capite decimo tractatus de Muneribus; & parvuli circumcidendi caſus jam expoſitus eſt capite decimo nono tractatus de Sabbato.

ג אין פוחתים מעשרים ואחת תקיעה במקדש ולא מוסיפים על ארבעים ושמונה אין פוחתין משני נבלין ולא מוסיפין על ששה אין פוחתים משני חלילין ולא מוסיפין על שנים עשר ובשנים עשר יום בשנה החליל מכה לפני המזבח בשחיטת פסח ראשון ובשחיטת פסח שני וביום טוב ראשון של פסח וביום טוב של עצרת ובשמונה ימי החג ולא היה מכה באבוב של נחשת אלא באבוב של קנה מפני שקולו ערב ולא היה מחליק אלא באבוב יחידי מפני שהיה מחליק יפה:

3. Non diminuendum eſt a viginti & una buccinatione in Templo, nec quadraginta octo addendum. Duobus nabliis nihil diminuendum, nec ſex addendum. Duabus tibiis nihil diminuendum, nec duodecim quicquam addendum. Duodecim anni temporibus tibia ſonabat coram altari, quum Paſcha primum mactabatur, & ſecundum, die primo feſti Paſchatis, & ſecundo Pentecoſtes, atque octavo die feſti Tabernaculorum. Sed non ænea fiſtula, verum e calamis confecta ſonabat, quia ſonus illius eſt ſuavior. Et hac unica fiſtula finem imponebant, quia ita præſtabat.

R. OB. DE BARTENORA.

אין פוחתין מעשרים ואחת תקיעה במקדש *Non minus quam viginti & unam buccinationem faciunt Templo*, buccinationes expoſitæ ſunt capite ultimo tractatus de Tabernaculis. Cæterum quod auctor dicit non plures quam quadraginta octo fieri debere, non ſtricte intelligendum eſt, quia interdum uſque ad quinquaginta & ſeptem perveniebant, quum veſpera Paſchatis in Sabbatum incidiſſet; ſed quia hoc raro contingebat, idcirco hæc ab ipſo non annotantur. *Non minus quam duo habebant nablia*, pro Levitis. *Nec plus quam ſex*, hujus ratio non conſtat. חליל *tibia*, eſt inſtrumentum muſicum cujus ſonus procul audiri poteſt. *Nec plures quam duodecim*, convenientes duodecim anni diebus, quibus coram altari fiſtula ſonabat; & inflatus tibiæ dicitur מכה *verberatio*, quia ea foraminibus plena eſt, cui digiti imponuntur, hinc ſonus fit ſuavior. *Dum Paſcha mactabatur*, decimo quarto die menſis Niſan quo in atrio Templi legebant hymnum inter mactandum, ſicuti dicitur in tractatu de Paſchate capite quinto. אבוב eſt calamus tenuis ad caput fiſtulæ; ſed in Gemara dicitur quod ipſa fiſtula אבוב vocetur. *Quia ſonus illius eſt ſuavis*, quoniam major illius pars e calamis conſtat. Cæterum tibia quæ Sabbatum diemque feſtum propellebat, eſt ea quæ coram altari inter ſacrificandum ſonabat; ſed tibia quæ adhibebatur dum in feſto Tabernaculorum audiebatur, dum aqua e fonte Siloah hauriebatur, non Sabbatum nec diem feſtum propellebat, ſicuti expoſitum eſt capite ultimo codicis de Tabernaculis. *Non finiebat niſi cum ſola* אבוב, quando finis imponi debebat, una tibia aliquamdiu continuabatur poſt alteram, quia ita præſtabat quam ſi duabus ſimul. Inter ſacrificandum audiebatur tibiarum melodia, & Levitæ cantabant hymnos ſuos duodecim diebus, tibiæque ſonabant; reliquis vero diebus audiebatur cythara. Hymnus iſte Levitarum in Templo conſtabat ex aliquot Pſalmis, primo die ſeptimanæ cantabatur Pſalmus viceſimus quartus; ſecundo quadrageſimus octavus, & ſic porro.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נבל Eſt inſtrumentum muſicum quod habet figuram utris, cui ſunt chordæ in quibus pulſant. חליל *tibia*, inſtrumentum eſt ſatis notum, & Arabice מזמארי dicitur. Sed אבוב notat fiſtulam e calamis confectam tenuibus; verum אבוב יחידי *fiſtula unica*, ea eſt quæ unum duntaxat foramen habebat. מחליק notat cantionem qua cantor præmittitur antequam cantor ſua cantione ei reſpondeat in modum nablii muſicæ, & Arabice vocatur אלתושיה; ſed e Gemara conſtat quod אבוב & חליל ſit idem inſtrumentum; cæterum חליל tibia cujus hic mentio facta eſt, in ſacrificiis uſurpatur, cujus uſus propellit Sabbatum. Sed tibia in aquis e fonte Siloah hauriendis adhibita non diem Sabbati, neque feſtum propellit, quemadmodum in fine tractatus de Tabernaculis expoſuimus.

ד ועברי הכהנים היו דברי רבי מאיר רבי יוסי אומר משפחות

4. Et ſervi ſacerdotum erant, ita R. Meyr. R. Joſe

משפחות בית הפגרים ובית צפריה ומאמאום היו משיאין לכהונה רבי חנניא בן אנטיגנוס אומר לוים היו :

Joſe dicit, ancillæ familiæ Pegarim, & Zippariæ, atque Ammum matrimonia inierunt cum ſacerdotibus. R. Chanania filius Antigoni dicit, Levitæ erant.

R. OB. DE BARTENORA.

ועברי הכהנים היו *Et ſervi ſacerdotum erant*, qui tibia cantabant; nam R. Meyr putat quod a ſuggeſtu ad excellentiores neminem familias traducunt, neque ad decimas comedendas, idcirco non refert etſi cantores fuerint ſervi. *E familia Pegarim &c.* eſt nomen familiæ excellentis. *Ammum* eſt nomen loci. *Matrimonia cum ſacerdotibus inibant*, ſacerdotes harum familiarum filias ducebant, quia familiæ iſtæ excellentiores erant in Iſraële. R. Joſe putat quod e ſuggeſtu ad familias transferantur, idcirco ſi non familiæ excellentes fuerint,, non permanſiſſent in cantu ſuper ſuggeſtu modulando. *Levitæ erant*, R. Chanania filius Antigoni dicit quod a ſuggeſtu ad decimas transferantur, & eos idcirco Levitas fuiſſe; & non diſſentiunt niſi de modulamine inſtrumentorum muſicorum; ſed de cantu orali omnes conveniunt eum ſuper ſacrificiis non recitari niſi a Levitis, quia de Levitis ſcriptum eſt, *& miniſtrabunt in nomine Domini*, quæ eſt oralis cantio; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Meyr permittit iſta conjugia ut inde fiant ſervi, quia is putat quod a ſuggeſtu nemo removeri debeat, ſive pro familiis mundis, ſive pro decimis. R. Joſe ſtatuit quod non erunt ſervi, quia aliqui pro familiis removendi ſunt. R. Chanania dicit quod e ſuggeſtu ad decimas adhibent, idcirco non erunt Levitæ. Sed omnes concedunt quod Levitæ duntaxat cantant; idcirco diſſenſus duntaxat eſt de modulamine cantus, cum fundamentum cantus conſiſtat in ore; cæterum Lex de Levitis dixit Deut. 18, 19. ושרת בשם יהוה אלהיו At quodnam miniſterium ſit in nomine Dei? cantus; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

ה אין פוחתין מששה טלאים המבוקרין בלשכת הטלאים כדי לשבת ולשני ימים טובים של ראש השנה ומוסיפין עד לעולם אין פוחתין משתי הצוצרות ומוסיפין עד לעולם אין פוחתין (ס"א) מתשעה כנורות ומוסיפין עד לעולם והצלצל לבד :

5. Non diminuendum eſt de ſex agnis in conclavi viſitatis, pro Sabbato & diebus feſtis novi anni, & ſemper iis addendum. Non diminuendum eſt de tubis, at ſemper iis addendum. Non diminuendum de novem citharis, at ſemper addendum: tintinnabulum vero erat unicum.

R. OB. DE BARTENORA.

אין פוחתין מששה טלאים המבוקרים *Non diminuunt de ſex agnis viſitatis*, doctor hic putat quod agni ſacrificii continui viſitari debeant ob vitia quatuor dies ante mactationem ipſorum; ſicuti Paſcha Ægyptium decimo die deſtinabatur, & decimo quarto die mactabatur, quia de ſacrificio jugi dicitur *tempore conſtituto*, quod itidem de Paſchate dicitur. Propterea ante initiationem per quatuor dies examinant octo agnos, qui conclavi agnorum imponuntur; ſed die initiationis duos capiebant agnos pro ſacrificio jugi, hinc ſex remanebant examinati; poſtea vero ante noctem viſitabant duos, qui illic ponebantur, & quandoquidem nondum duo duos ſublatibus erant, non eos numerat; & hoc modo ſemper duo ſumebantur, & duo ponebantur; duo vero qui poſiti erant, capiebantur quinto die poſtquam illic poſiti erant. *Pro Sabbato & feſtis diebus initii novi anni*, ſimpliciter unum auctor exemplum poſuit, nam ſi Sabbatum & dies feſti novi anni eodem tempore inciderint, neceſſario viſitatio anticipanda eſt, nempe die tertio ſeptimanæ a veſpera Sabbati, quia antequam luceſcit, nequeunt viſitare agnum; accipiebantur autem per quatuor dies ante mactationem; atque ita ſemper quatuor dies requirebantur ante mactationem. *Semper addunt*, ſi in conclavi agnorum addere velint aliquos iis qui viſitati ſunt, addant quotquot voluerint. *Non diminuunt de duabus tubis*, quando tubis cantant, ſaltem duabus cantant. *Et ſemper addunt*, in Gemara exponitur quod uſque ad centum & viginti addere poſſunt, uti dictum eſt, *& cum ipſis ſacerdotes centum & viginti buccinabant tubis. Tintinnabulum vero unicum*, unum duntaxat erat tintinnabulum, non plura, uti ſcriptum eſt 1 Chron. 1, 16. *Et Aſaph tintinnabulis ſuis ad audire faciendum*, etſi enim in numero plurali extet *tintinnabula*, id propterea factum eſt quod illud conſtat e duobus fruſtis metallinis, quorum unum percutiunt cum altero, ſed in uno faciunt opus, quia unum non valet abſque altero, & hoc ope unius hominis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Miſna hæc ad Ben Bagbag pertinet, dicentem quod ſacrificium juge neceſſario parari debet ante mactationem quatuor dies; & hoc colligimus e Paſchate Ægyptio, quod ante decimum menſis diem ſeparatur, & quarto decimo die mactatur, nam de Paſchate Lex dicit במועד *tempore fixo*, & ita de ſacrificio jugi ſcriptum eſt.

המבוקרים *Viſitatis*, qui propter vitia viſitabantur, ut ad mactationem pararentur. *Pro Sabbato & pro die feſto*, non vult dicere quod ſex agni pro Sabbato requiruntur, & pro duobus feſti diebus, quia plures requiruntur pro iſtis diebus; ſed dicere vult quod ſex agni ſint ante tempus ordinarium parati per omnes ſeptimanæ dies, poſtquam Sabbatum & duo dies feſti detracti ſint, hinc de ſeptimanæ diebus quatuor dies ſupererunt; ſed hæc obiter duntaxat.

ו אין פוחתין משנים עשר לוים עומדים על הדוכן ומוסיפים עד לעולם אין קטן נכנס לעזרה ולעבודה אלא בשעה שהלוים עומדים בשיר ולא היו אומרים בנבל וכנור אלא בפה כדי ליתן תבל בנעימה רבי אלייעזר בן יעקב אומר אין עולין למנין ואין עומדים על הדוכן אלא בארץ היו עומדים וראשיהם מבין רגלי הלוים וצוערי (ס"א) הלוים היו נקראים :

6. Non diminuunt de duodecim Levitis in ſuggeſtu ſtantibus, ſed addunt ſemper. Parvulus non intrat atrium ad miniſterium, niſi dum Levitæ cantent. Non recitabant cum nablio, neque cum cithara, ſed ore tenus, ut melodiæ dulcedinem adderent. R. Eliezer Jacobi filius dicit, non intrant computum, neque in ſuggeſtu conſiſtunt, ſed in terra conſiſtunt, capitibus Levitarum pedibus impoſitis, & vocantur Levitarum vexatores.

R. OB. DE BARTENORA.

אין פוחתין משנים עשר לוים *Non diminuunt de duodecim Levi-*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hi duodecim Levitæ conveniunt cum novem nabliis & citha-

Levitis, novem erant pro novem citharis, & duo pro duobus nabliis, atque unus pro tintinnabulis. *Non intrabat parvulus*, Levita parvulus non intrabat atrium ad miniſterium aliquod inchoandum, ut, ad atrium purgandum, aut ad illius fores claudendas, niſi dum Levitæ in ſuggeſtu cantabant quibuſcum cantionem incipiebant ore, non cithara neque nablio. ליתן תבל בנעימה *ad dulcedinem muſicæ confedendam*, muſicæ Levitarum, quia vox parvulorum tenuis & clara eſt, atque adeo dulcedinem adfert adultis. *Non intrant*, iſti parvuli non intrant numerum duodecim Levitarum ad ſuggeſtum neceſſarios. *Vexatores Levitarum*, quia Levitis adultis qui ſuavitatem addere non poterant, incommodabant parvuli Levitæ cum melodiam ſuam adeo dulcem in medium proferebant.

citharis, unoque tintinnabulo, de quibus nihil diminuendum eſt. Scias porro tubarum numero addi poſſe uſque ad centum & viginti, non plures; reliquis vero de quibus auctor dixit עד עולם *in perpetuum*, nulla eſt limitatio. Nablium & cithara habent varias chordas, plures & pauciores. Cæterum jam diximus quod principale fundamentum cantionis fiat ope oris. תבל בנעימה notat melodiam vocis ejuſdemque tractionem. Poſtea dicit R. Eliezer filius Jacobi eos qui iuſtrumentis & non ore canebant, non referri inter duodecim Levitas, nec ſtare cum illis in ſuggeſtu, ſed in terra capitibus Levitarum pedibus appoſitis, idcirco Levitarum vexatores dicti, quia ipſorum inſtrumentorum muſica ſuavitatem melodiæ Levitarum tegebat, qui ore cantabant. *Non intrabat parvulus*, quum miniſterium ſuum intrabat, non inchoabat illud niſi dum Levitæ cantabant.

פרק ג יש בערכין להקל ולהחמיר בשדה אחוזה להקל ולהחמיר בשור המועד שהמית את העבד להקל ולהחמיר באונס ובמפתה ומוציא שם רע להקל ולהחמיר יש בערכין להקל ולהחמיר כיצד אחד שהעריך את הנאה שבישראל ואת הכעור שבישראל נותן חמשים סלע ואם אמר הרי דמיו עלי נותן את שוויו :

Caput 3. In æſtimationibus allevare & aggravare licet, ſic etiam in agro qui eſt poſſeſſio, & in bove convicto qui ſervum occidit, in eo qui vi compreſſit vel ſeduxit virginem, malamve famam ſparſerit. Quomodo autem in æſtimationibus allevandum & aggravandum eſt? ſive ſit pretium omnium in Iſraële formoſiſſimum, ſive viliſſimum, quinquaginta ſolvantur Selæ. Si vero quis dixerit, *pretium illius ſit in me*, ſolvet illius pretium.

R. OB. DE BARTENORA.

יש בערכין להקל ולהחמיר *In æſtimationibus allevandum & aggravandum eſt*, omnia hæc inferius exponit. *Pretioſiſſimum in Iſraële*, etſi centum Minas valuerit, tamen non plus quam quinquaginta dabit Selas, & hoc ad allevandum, ſed ad aggravandum, hoc eſt pretium omnium in Iſraële viliſſimum, etſi non plus quam quinquaginta valeat Selas, tamen quinquaginta Selas dabit, ſi is qui viginti annos natus fuerit uſque ad ſexaginta, æſtimatus ſit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

להקל ולהחמיר *Ad allevandum & aggravandum*, interdum enim homo magis dat aut minus quam debet, ſi conſideraverit pretium ad quod obligatur, vel conſiderationem actionis quam peregit; ſed hæ ſunt a Lege taxatæ, qua idcirco non intrant regulas æſtimationis.

ב בשדה אחוזה להקל ולהחמיר כיצד אחד המקדיש בחולת המחוז ואחד המקדיש בפרדסות סבסטי נותן בזרע חומר שעורים חמשים שקל כסף ובשדה מקנה נותן את שויו רבי אליעזר אומר אחד שדה אחוזה ואחד שדה מקנה מה בין שדה אחוזה לשדה מקנה אלא שבשדה אחוזה נותן חומש ובשדה מקנה אינו נותן חומש :

2. In agro qui eſt poſſeſſio, allevandum & aggravandum eſt. Quomodo? ſive quis in circuitu urbis ſanctificet, ſive in hortis Sebaſti, quinquaginta ſolvet ſiclos argenteos pro ſemine Homer hordei. Si in agro emto, ſolvet pretium illius. R. Eliezer dicit, eadem res eſt cum agro poſſeſſo, & emto; ſed quænam differentia inter agrum poſſeſſum atque emtum? pro agro poſſeſſo datur quinta pars, ſed pro agro emto non datur quinta pars.

R. OB. DE BARTENORA.

בחולת המחוז *In circuitu civitatis*, quæ pars non tam bona eſt propter calcationem pedis. פרדסות *Paradiſi*, ubi multæ ſunt arbores plantatæ. *Sebaſti* eſt nomen loci in quo melioris notæ arbores reperiuntur. נותן *ſolvet*, tam proprietarius quam quilibet alius redimet illam conſecratam partem a ſanctitate ſua. *Pro ſementi Homeri hordei quinquaginta ſiclos argenteos*, ſi principium Jubilæi ſit, ſin minus, ſingulis annis præteritis detrahenda eſt Sela & pondiolum. Cæterum ſementis Homeri hordei eſt ſpatium in quo ſeri poteſt Corus, ſive triginta Sata hordei, quod majus eſt ſpatio ſementis Cori tritici; qui vero agrum arboribus conſitum conſecraverit, is redimet arbores ſecundum ipſarum pretium, & poſtea agrum, atque ſpatium ſementis Homeri hordei redimet pro quinquaginta Siclis argenteis.

ובשדה מקנה נותן את שויו *Et pro agro emto dabit pretium illius*, nam de agro emto ſcriptum eſt Levit. 27, 23. *Et ſacerdos pretii illius rationes inibit*, nimirum pretii quod valuerit. *Agri poſſeſſi atque emti eadem eſt ratio*, quia de utroque, Lex dicit, *& computabit*, ſicuti ergo ager poſſeſſus eſt res taxata, ita quoque ager emtus, ſcil. ſementis Homeri hordei redemptio eſt quinquaginta ſiclorum argenteorum. *Pro agro emto non ſolvenda eſt quinta*, nam de agro emto ſcriptum eſt מכסת הערכך *ſumma pretii tui*, quemadmodum igitur æſtimationis pretio non addenda eſt quinta, ita nec agro vendito; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

De agro poſſeſſionis Lex dicit eum eſſe terram hæreditatis Levit. 27, 23. Perinde autem eſt ſive hæc terra ſit optima Iſraëliticæ pars ſive peſſima. Scias autem quod ſi quis arboribus conſitum agrum ſeminaverit & de poſſeſſione ſua conſecraverit, arbores æſtimentur ſecundum pretium ipſarum, & terra menſurari, & ſementis æſtimari debet Homer hordei pro quinquaginta ſiclis argenteis. Cæterum de agro emtione acquiſito dicit Lex Levit. 27, 23. *Si quis agrum emtum, & non agrum poſſeſſione acquiſitum, conſecraverit Domino, ſacerdos pretii rationes inibit*, ubi per מכסת intelligi debet æſtimationis pretium. R. Eliezer dicit, quandoquidem de agro poſſeſſione acquiſito dicitur וחשב *& computabit*, & de agro emto quoque וחשב & computabit, ex ſimilitudine vocum concludimus utriuſque agri eandem eſſe naturam, quinta parte excepta ad quam tenetur ob agrum poſſeſſione acquiſitum, & non ob agrum emtum. Homer vero eſt menſura Cori, Corus autem triginta Satorum; at Sati menſura jam expoſita eſt in tractatu Menachot, aliiſque in locis. *Sementis Homeri hordei*, eſt ſpatium loci in quo triginta hordei Sata conſeri poſſunt, quod majus eſt ſpatio triginta Satorum tritici; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

ג בשור המועד שהמית את העבד להקל ולהחמיר כיצד אחד שהמית את הנאה שבעבדים ואת הכעור שבעבדים נותן שלשים סלע המית בן חורין נותן את שוויו חבל בזה ובזה משלם נזק שלם :

3. Et in bove convicto qui interfecit ſervum, allevandum eſt, & aggravandum; quomodo? perinde eſt ſive formiſſimum, ſive deformiſſimum interfecerit ſervum, modo ſolvat triginta Selas. Si interfecerit ingenuum, ſolvat illius pretium; ſi utrumque læſerit, ſolvat damnum integrum.

R. OB. DE BARTENORA.

המית בן חורין נותן את שויו *Si occiderit ingenuum, ſolvat pretium illius*, quemadmodum ſcriptum eſt Exod. 21, 30. *Si ridemptionis pretium ei impoſitum ſit, det redemptionem animæ illius*, ſcil. pretium damno affecti. *Si utrique nocuerit*, tam ſervo quam ingenuo, & non interfecerit, damnum ſolvet integrum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi expoſui in tractatu primo de Damnis quod pro bove convicto qui hominem interfecerit, ſolvendum ſit illius pretium; & quod damnum integrum quoque ſolvi debeat, quia convictus eſt.

ד באונס ובמפתה להקל ולהחמיר כיצד אחד שאנס ופתה את הגדולה שבכהונה ואת הקטנה שבישראל נותן חמשים סלע והבושת והפגם הכל לפי המבייש (ס"א) והמתבייש :

4. In eo qui vi compreſſerit vel ſeduxerit virginem, allevandum & aggravandum eſt; quomodo? perinde eſt ſive compreſſerit ſive ſeduxerit maximam ſacerdotalem, ſive minimam Iſraëliticam, idcirco ſolvat quinquaginta Selas. Ignominia ver o & damnum omnino ſecundum eum qui ignominia affecit, atque eam quæ ipſa affecta eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

פגם *Damnum*, æſtimant quantum pro ſerva dandum ſit virgine, vel ſtuprata, ut ſervo nubat æſtimato. *Secundum eum qui ignomina affecit, & eam quæ ea affecta eſt*, ſi homo infimæ conditionis puellam ignominia affecerit, illius ignomina major eſt, idcirco ignominæ pœna ſemper reſpectu ſtatus alicujus conſiderari debet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc omnia clara ſunt, & jam ſatis expoſita capite tertio tractatus de Inſtrumento Dotali.

ה במוציא שם רע להקל ולהחמיר כיצד אחד שהוציא שם רע על גדולה שבכהונה ועל קטנה שבישראל נותן מאה סלע נמצא האומר בפיו חמור מן העושה מעשה שכן מצינו שלא נחתם גזר דין על אבותינו במדבר אלא על לשון הרע שנאמר וינסו אותי זה עשר פעמים ולא שמעו בקולי :

5. In eo qui malam famam ſparſerit, allevandum & aggravandum eſt; quomodo? perinde eſt ſive quis malam famam ſparſerit de ſacerdotali maxima, vel de minima Iſraëlitica, modo ſolvat centum Selas; hinc ſequitur pœnam illius qui ore quid mali protulit, pejorem eſſe illius qui actum exſeruit, invenimus enim quod patribus noſtris in deſerto decretum judicii non decretum fuit, niſi de mala fama, ita dicitur Num. 14, 22. *Et tentarunt me his decem vicibus, & non attenderunt vocem meam.*

R. OB. DE BARTENORA.

Hinc fiet ut is qui ore male dixerit, majorem pœnam mereatur, quam is qui actum exſeruit, qui enim dixerit ſe ſponſam ſuam non inveniſſe virginem, centum ſolvet Siclos, qui vero virginem vi compreſſerit, ſolvet quinquaginta. *Decretum judicii*, quod non ingrederentur terram Iſraëlis. *His decem vicibus*, de exploratoribus memoriæ proditum, unde apparet quod hac in parte decretum judicii occultatum fuit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Indicat auctor quod ſi quis virginem vi ſtupraverit, vel blandiendo ſeduxerit, ſolvat quinquaginta Selas; qui vero virginem defloratam duxerit, centum ſolvet, pœnaſque dabit. Atque hoc probare conatur ex eo quod ſcriptum eſt Num. 14, 22. *Et tentarunt me*, ut inde nos doceat quod patres alia peccata patraverant ante caſum explorationis; nihilominus tamen ipſis mors non decreta fuit in deſerto, niſi ob malam famam, & hoc eſt quod dicitur Num. 13, 32. *Et malam famam de terra ſparſerunt.*

פרק ד השג יד בנודר והשנים בנידר והערכים בנערך והערך בזמן הערך השג יד בנודר כיצד עני שהעריך את העשיר נותן ערך עני ועשיר שהעריך את העני נותן ערך עשיר :

Caput 4. Manus aſſecutio obtinet in vovente, anni autem in voto; æſtimatio in æſtimatis, & ſecundum tempus æſtimationis. Sed quomodo aſſecutio manus obtinet? ſi pauper æſtimaverit divitem, pretium pauperis ſolvendum eſt; ſi dives æſtimaverit pauperem, pretium divitis ſolvendum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

השג יד בנודר *Aſſecutio manus obtinet in vovente*, Lex de illo cujus manus aſſecuta fuerit, hæc eſt, quod pauper æſtimari debeat ſecundum id quod illius manus aſſequatur, & hac in parte ſequimur facultatem illius qui vovit, & non voti, ſicuti in ſequentibus exponetur. *Tunc conſiderandi ſunt in voto*, ſi juvenis æſtimaverit ſecundum pretium ſenis, ſolvet pretium ſenis, quandoquidem non conſideramus annos illius qui vovit; doctor autem Miſnicus eum qui æſtimaverit

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

השג יד בנודר *Aſſecutio manus obtinet in eo qui vovet*, quemadmodum Lex dicit Levit. 27, 8. *ſecundum id quod aſſecuta fuerit manus illius qui voverit*; ubi is qui æſtimavit, vocatur *is qui vovit*; & propterea auctor eadem phraſeologia utitur, cum is voveat certo; poſtea vero auctor ſingula iſta explicabit.

verit vocat eum qui voverit, quia Legis phraſeologia utitur Levit. 27, 8. *Secundum id quod aſſecuta fuerit manus illius qui voverit, æſtimabit ſacerdos.* Et quandoquidem auctor de eo qui voverit locutus eſt reſpectu aſſecutionis manus, etiam de annis illius qui vovit, verba fecit. *Æſtimatio in æſtimatis*, maſculi & fœmellæ æſtimatio ſequitur conditionem æſtimati, & non illius qui æſtimavit, ſicuti in poſterum exponitur, ſi quis dixerit, pretium talis fœminæ ſit in me, ſolvet pretium feminæ. *Et ſecundum tempus æſtimationis*, ſicuti inferius exponitur, nam ſi quis æſtimaverit nondum viginti annos natus, ubi pretium parvuli adhuc obtinet, ſed poſtea viginti natus annos acquiſiverit, quam æſtimationis pretium ſolverit, ſolvet ſecundum tempus quo æſtimavit.

ב אבל בקרבנות אינו כן הרי שאמר קרבנו של מצורע זה עלי אם היה מצורע עני מביא קרבן עני עשיר מביא קרבן עשיר רבי אומר (ס״א) אני אף בערכים כן וכי מפני מה עני שהעריך את העשיר נותן ערך עני שאין העשיר חייב כלום אבל העשיר שאמר ערכי עלי ושמע העני ואמר מה שאמר זה עלי נותן ערך עשיר היה עני והעשיר או עשיר והעני נותן ערך עשיר רבי יהודה אומר אפילו עני והעשיר חזר והעני נותן ערך עשיר :

2. Sed in oblationibus aliter ſe res habet, nam ſi quis dixerit, ſacrificium hujus leproſi ſit ſuper me, tum ſi leproſus iſte pauper ſit, offerat oblationem pauperis; ſi dives, offerat ſacrificium divitis. Rabbi dicit, ego ſtatuo in æſtimationibus ita ſe rem habere, quare pauper qui divitem æſtimavit, ſolvet pretium pauperis? quia dives nihil debet; ſi vero dives dixerit, pretium meum ſit ſuper me, idque audiverit pauper, & is dixerit, quia hic dixit, ſuper me, ſolvet pretium divitis. Si fuerit pauper & poſtea dives factus, vel contra, ſolvet pretium divitis. R. Jehuda dicit, etſi pauper fuerit, & poſtea dives factus, & tandem pauper factus, ſolvet pretium divitis.

R. OB. DE BARTENORA.

אומר אני אף בערכין כן *Dico ego, etiam in æſtimationibus ita ſe rem habere*, ſi hoc contigerit etiam in æſtimationibus uti in ſacrificiis, ſe res habebit ſicuti in ſacrificiis; etenim quod tu dicis pretia non ſimilia eſſe ſacrificiis, ita eſt quia diſſimilia ſunt; ratio enim quare pauper qui æſtimavit divitem, dabit pretium ſicuti illius manus aſſequitur, hæc eſt, quod dives nihil debet, & leproſo diſſimilis eſt. Cæterum quod de divite dixit, id reſpectu ætatis ipſius annorum divitis dixit, qui minores vel majores ſunt annis ipſius, idcirco judicabitur ſecundum id quod illius manus aſſequitur. Si vero dives dixerit, pretium illius ſit ſuper me, qui debet pretium integrum, ſimilis eſt leproſo integro, idque audiverit pauper, & dixerit, quod is dixit, ſuper me, idcirco ſolvet pretium divitis. *Si pauper fuerit & poſtea dives factus, vel contra, ſolvat pretium divitis antequam ſolverit*, quia Lex dicit, *ſecundum id quod voventis manus aſſequetur*, idque manus illius attigerit. Si vero dives eſſet & poſtea pauper factus, etiam manus illius aſſequebatur dum votum faciebat. R. Jehuda dicit, *etſi pauper eſſet & poſtea dives factus, tandem denuo pauper factus, ſolvet pretium divitis*, quia ſcriptum eſt, *ſi is tenuior ſit æſtimatione tua*, ergo donec pauper ſit ab initio ad finem; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Rabbi & Sapientes non diſſentiunt, ſed auctor nos docet quomodo pretium æſtimationis aſſimiletur oblationi. R. Jehuda dicit, ſi quis æſtimaverit dum pauper erat, deinde dives factus, & poſtea denuo pauper, ſolvat pretium divitis, quandoquidem ad pretium divitis tenebatur quum aliquantiſper dives erat; atque hoc colligit ex eo quod Lex dicit Levit. 27, 8. *Si vero is ſit tenuior æſtimatione tua*, donec pauper ſit ab initio ad finem. Sapientes dicunt, quandoquidem erat pauper dum æſtimabat, ſi poſtea dives factus dum æſtimationis pretium ſolvebat, pauperis pretium ſolvat; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ג אבל בקרבנות אינו כן אפילו אביו מת והניח לו רבוא ספינות (ס״א) בים ובאו לו ברבואות אין להקדש בהן כלום :

3. Sed in oblationibus aliter ſe res habet, etſi pater illius obierit & myriades ei reliquerit navium in mari, & cum myriadibus advenerint, illis omnibus nulla eſt ſanctitas.

R. OB. DE BARTENORA.

אפילו אביו מת *Etſi pater illius obierit*, nam eo tempore quo filius ad ſacrificium tenebatur, pater in agone mortis verſabatur, quo mortuo filius hæreditatem myriadis conſecutus erat antequam adduxerat ſacrificium, tum ſacrificium pauperis duntaxat adducito, qualis erat eo tempore quo ad ſacrificium obligabatur. ספינתו בים *navis illius in mari*, non quod ipſius navis ſit mercibus onerata myriadibus pretii, nam ſi ita eſſet, dives haberetur, ſed quod navis illius alteri conducta erat pro myriade, ita ut ad eum nihil præter navim pertineat, iſque non ſit dives propter mercedem conductionis, conductor enim in fine demum ſolvit, quomodo comperitur quod is tum pauper ſit, & non dives ob navim. Nam hic doctor eſt in ſententia illius qui ſuperius ſtatuit, quod ſi aſinarius fuerit is qui æſtimaverit, ſacerdos dabit aſinum illius, eumque non accipiat in rem ſanctam. Si fuerit agricola, relinquet ei jugum vaccarum, quo is victum ſibi quærat, ita quoque ipſi navim relinquet.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

אפילו באביו מת *Etſi pater illius obierit*, nam ſi pater in agone mortis verſetur ita ut non amplius vivere poſſit, filius itaque hæreditate conſecutus fuerit bona illius, attamen is pauper extiterit eo tempore quo ad ſacrificium obligabatur, adducat filius ſacrificium pauperis, etiam poſtquam ad manum ipſius bona pervenerint. *Navis in mari*, non quod in ea ſint merces, nam ſi ita ſit res, dives cenſetur, ſed quod myriadibus conducta ſit, ita ut is ſe pauperem æſtimet donec advenerit navis, nam conductor ſolvit demum in fine, & non dicitur de ipſo quod dives ſit ob navim domini ſui, quoniam ipſi e conductione duntaxat victus accedit. Miſna hæc ad R. Eliezerem pertinet dicentem, quod in pretiis non ſit aggravandum; ſed rem ſe habere ſicuti cum aſinario qui aſinum conducit ad victum acquirendum, cui non adimendus eſt victus, ſicuti in hoc tractatu exponitur; deciſio non eſt ita.

ד שנים בנידר כיצד ילד שהעריך את הזקן נותן ערך זקן וזקן שהעריך את הילד נותן ערך ילד ויערכים

4. Quomodo ſe res habet cum annis illius qui votus eſt? ſi juvenis æſtimaverit ſenem, det pretium ſenis, ſi ſenex æſtimaverit juvenem, det pretium

וערכים בנערך כיצד איש שהעריך את האשה נותן ערך אשה ואשה שהעריכה את האיש נותנת ערך איש והערך בזמן הערך כיצד העריכו פחות מבן חמש ונעשה יותר על בן חמש פחות מבן עשרים ונעשה יותר על בן עשרים נותן בזמן הערך יום שלשים כלמטה ממנו שנת חמש ושנת עשרים כלמטה ממנה שנאמר ואם מבן ששים שנה ומעלה אם זכר הוא הרי אנו למדים בכולם משנת ששים מה שנת ששים כלמטה ממנו אף שנת חמש ושנת עשרים כלמטה ממנה הן אם עשה שנת ששים כלמטה ממנה להחמיר נעשה שנת חמש ושנת עשרים כלמטה ממנה להקל תלמוד.לומר שנה שנה לגזרה שוה מה שנה האמורה משנת ששים כלמטה ממנה אף שנה האמורה משנת חמש ושנת עשרים כלמטה ממנה בין להקל בין להחמיר רבי אלעזר אומר עד שיהיו יתרות על השנים חדש ויום אחד :

tium juvenis. Quomodo ſe habent pretia in æſtimatis? ſi vir æſtimaverit mulierem, det pretium mulieris, ſi mulier virum, det pretium viri. Quomodo ſe habet cum pretio ſecundum tempus? ſi præceſſerit is qui nondum quinque annos natus eſt, & poſtea ultra quinque annos pervenerit, vel infra viginti annos, & poſtea ultra viginti annos, det ſecundum tempus pretii. Dies triceſimus eſt ut inferior, annus quintus & viceſimus eſt ut inferior, ſicuti dicitur Levit. 27, 7. Propterea omnia tempora colligimus ex anno ſexageſimo, nempe, quemadmodum annus ſexageſimus eſt ut inferior, ita etiam annus quintus & viceſimus ſunt ut inferiores. Si annum ſexageſimum conſtitueris ut inferiorem, ad aggravandum, conſtitues annum quintum & viceſimum ut inferiorem, ad allevandum? ad hæc dicit Lex *annum annum*, æqualibus vocibus, nempe, ſicuti annus dictus de ſexageſimo eſt ſimilis inferiori, ita quoque annus dictus de quinto, & annus viceſimus ſunt ut inferiores, tam ad allevandum quam ad aggravandum. R. Eleazar dicit, donec de annis redundaverit menſis unuſque dies.

R. OB. DE BARTENORA.

ילד *Juvenis*, a viginti uſque ad ſexaginta annos, tum illius pretium eſt quinquaginta ſiclorum. נותן כזמן הערך *det ſecundum tempus æſtimationis*, quemadmodum ſcriptum eſt Levit. 27, 17. *Secundum æſtimationem tuam confirmabitur*, ergo ſecundum æſtimationis tempus duntaxat dabit. *Triceſimus dies ſimilis eſt inferiori*, ſi quis dixerit, pretium iſtius parvuli ſit ſuper me, iſque parvulus tunc temporis triginta fuerit dierum, ſimilis eſt inferiori anno, & nihil dixit, quia ei qui nondum menſem natus eſt, non eſt pretium aliquod ſtatutum.

מבן ששים שנה ומעלה *Intra ſexaginta annos & ultra*, hinc apparet quod annus ſexageſimus jam completus erat; anno autem ſexageſimo judicabitur ut juvenis. *Et factus fuerit*, cum admiratione hoc legendum eſt, nempe ſi nos annum ſexageſimum conſideraverimus ut inferiorem, ad aggravandum, qui enim nondum ſexaginta habet annos, illius pretium majus eſt, nempe quinquaginta ſiclorum; qui vero ultra ſexageſimum annum pervenerit, non plus quam quinquaginta ſiclos debet. *Ut inferiorem ad allevandum*, nam pretium illius qui ultra viginti annos pervenit, majus eſt quam illius qui nondum viginti annos habet; ita quoque de eo qui quinque habet, judicandum eſt. *R. Eliezer dicit*, annus quintus, viceſimus, & ſexageſimus ſimilis eſt anno præcedenti, donec totus annus completus ſit & unus menſis cum die uno anni ſequentis; nam is hoc colligit e paribus vocibus de primogenito, de quo dictum eſt, *a nativitate menſis & ultra*, & de anno ſexageſimo dictum eſt, *a nativitate ſexaginta annorum & ultra*, ſicuti igitur primogenito menſis cum uno die addendus eſt, quia primogenitus non redimitur niſi menſem & diem natus ſit, idcirco anno ſexageſimo etiam menſis & dies addendus eſt. Sic etiam anni quinti & viceſimi caſus colligitur de ſexageſimo ex paribus vocibus *annus annus*, ſicuti doctor primus ſuperius expoſuit; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia hæc tibi exponentur ex iis quæ dicta ſunt in Lege, & in principio hujus capitis, quod nimirum pretium annis quinti ſit minus quam viginti, & pretium hominis viginti annorum eſſe minus quam ſexaginta, & pretium illius qui plus quam ſexaginta annos habet, eſſe minus quam illius qui nondum habet ſexaginta annos; idcirco quando dicimus annum ſexageſimum eſſe ſimilem inferiori ſive quinquageſimo nono, non hoc majus eſt pretium, quia id quinquaginta eſt ſiclorum. R. Eliezer dicit, de anno ſexageſimo ſcriptum eſt למעלה *ſupra*, & de redemtione primogeniti dictum eſt מעלה *ſupra*, quemadmodum ergo in uno loco illud *ſupra* denotat menſem unumque diem, nam menſem & diem tenetur pater ad redemptionem primogeniti ſui ſecundum omnium ſententiam, ſicuti exponitur octavo capite de Primogenitis; ita quoque ſuperius ubi de anno ſexageſimo dictum eſt, id intelligendum donec ſexagenis addiderit menſem & unum diem; annum vero quintum & viceſimum colligit a ſexageſimo per æquales voces, ſicuti doctor primus fecit; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

פרק ה האומר משקלי עלי נותן משקלו אם כסף כסף אם זהב זהב מעשה באמה של ירמטיה שאמרה משקל בתי עלי ועלתה לירושלם ושקלוה ונתנה משקלה זהב משקל ידי עלי רבי יהודה אומר ממלא הבית מים ומכניסה עד מרפיקו ושוקל בשר חמורין וגידין ועצמות ונותן לתוכה עד שתתמלא אמר רבי יוסי וכי היאך אפשר לכון בשר כנגד בשר ועצמות כנגד עצמות אלא שמין את היד כמה היא ראויה לשקול :

Caput 5. Si quis dixerit, pondus meum ſit ſuper me, det ipſum; ſi argentum, det argentum, ſi aurum, det aurum; contigit ut mater Irmetiæ dixerit, pondus filiæ meæ ſit ſuper me, & Jeruſolymam aſcenderit ubi ea librata fuit, atque illa ſolverit pondus ipſius auro. (Si dixerit) pondus meæ manus ſit ſuper me, R. Jehuda dicit, implebit dolium aqua, eamque immittet uſque ad articulum illius, librabit carnem aſininam, nervos, & oſſa, atque in illud immittet donec impletum fuerit. R. Joſe dixit, quomodo caro cum carne æquiparari poteſt, & oſſa cum oſſibus? æſtimant ergo manum quantum ſit pondus illius.

R. OB. DE BARTENORA.

אם כסף כסף *Si argentum, det argentum*, ſi nominaverit argentum, det pondus argenteum. Si aureum, det aureum pondus, quo nos docet quod ſi nullam rem nominaverit, ſed in genere dixerit, pondus meum ſit ſuper me, libret de quacunque re voluerit, dummodo libret talem rem qualis in iſto loco librari ſolet, licet pix ſit vel cæpæ, dummodo iſtius loci homines ea vendere ſoleant pondere. Si dixerit in genere, unius hominis iſtius loci pretium ſuper me ſit, tum pondus ſuum in pice vel cæpis ſolvere poterit, & ita libratur.

מעשה באמה של ירמטיה *Hiſtoria de matre Irmeticæ*, in Gemara exponitur quod huic Miſnæ quædam addi debeant hoc ſenſu, ſi homo æſtimabilis ſit, etſi non expreſſerit rem votam, tamen ſemper eum æſtimamus majoris conditionis virum; ita contigit de matre Irmetiæ, quæ dixit, pondus filiæ meæ ſit ſuper me, poſtea vero aſcendit Jeruſolymam, ubi id pondus libraverunt, atque illa pondus iſtud auro ſolvit, quia dives habebatur.

משקל ידי *Pondus manus meæ*, quod ut manus levari & gravari poteſt. ומכניסה עד מרפיקו *& eam introducet uſque ad articulum illius*, nam in votis vim verborum ſequi debemus, olim vero brachium vocabant יד *manum*, uſque ad articulum; cum autem manus immittuntur in dolium, aquæ effunduntur, juxta ſpatium manus in dolium immiſſæ uſque ad articulum, & poſtea inditur caro, nervi & oſſa aſini, quia pondus aſininæ carnis ſimile eſt humanæ, atque in iſta carne tot nervi & oſſa ſunt, quot in manu, nam pondus nervorum oſſiumque diſſimile eſt carni; Immittet autem tamdiu in dolium donec impletum ſit quemadmodum erat, carne, oſſibus, nervis, & pondere manus libratis. *Quomodo caro carni æquiparari poteſt?* quia in carne aſini in dolium conjecta forſan plures ſunt nervi & oſſa quam in manu, vel minores, idcirco pondus non eſt æquale; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Totus ſermo eſt de jure illius qui dixerit, pondus meum ſit ſuper me, & tum exponendum e quanam ſpecie iſtud votum conſtet; quod ſignificatur quando in genere dicit, pondus meum ſuper me ſit, abſque ſignificatione alicujus rei quæ ſit pondus illius. Porro autem notat eum qui indicaverit quicquam, daturum ſecundum id quod ſignificaverit, ſi ſit aurum, det aurum, ſi argentum, argentum; ſi vero nullam rem indicaverit, ſed in genere dixerit, pondus meum ſit ſuper me, iſtius hominis caſus a nobis conſiderandus eſt, ſi is notus ſit pro muſico, magnum omnino intendit pretium, idcirco pretium ipſius de optimo metallo poſtulandum, nempe de auro; hoc exemplo ſuo confirmavit. Si vero is ignotus ſit ſub nomine divitis, pondus illius exigitur ſecundum homines iſtius loci, etiamſi id fiat de minimo, quia iſtius loci homines ubi votum fecit, id ſolent emere & vendere pretio vili, nam quandoquidem de illius divitiis nihil certo conſtat, minimum iſtius loci pondus ſolvere poteſt.

מרפק Notat *articulum*, etiamſi manus omnino ad juncturam brachii pertingat, ſed hujuſce rei fundamentum jam dictum eſt in tractatu de Votis, nempe, quod in votis ſequi debemus verborum emphaſin, brachium autem & manum olim vocabant manum; idcirco manum ſuam uſque ad articulum brachii in aquas mittet, & tum aquæ ſine dubio effundentur, quia de illis quantitatem manus educit foras, & brachium poſtea educit manum e dolio quod tum deficiens remanet, deinde auferet carnem & oſſa, ſicuti auctor meminit, & dolio indet donec vas impleatur ſicuti erat antea quam manum in aquas immiſerat; poſtea carnem illam librabit atque oſſa dolii, manuſque illius pondus erit certum, ſi caro illius ſimilis fuerit carni in ſpecie & quantitate; eodem modo cum oſſibus ſe res habet; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

ב דמי ידי עלי שמין אותו כמה הוא שוה ביד וכמה הוא שוה בלא יד זה חומר בנדרים מבערכים וחומר בערכין מבנדרים כיצד האומר ערכי עלי ומת יתנו היורשין דמי עלי ומת לא יתנו היורשין שאין לדמים מתים ערך ידי וערך רגלי עלי לא אמר כלום ערך ראשי וערך כבדי עלי נותן ערך כלו זה הכלל דבר הנשמה תלויה בו נותן ערך כלו :

2. (Si dixerit,) Pretium manus meæ ſuper me ſit, tum æſtimant eam quanti valet cum manu, & abſque manu, hoc gravius eſt in votis quam in æſtimationibus; illud vero gravius eſt in æſtimationibus quam in votis, quomodo? ſi quis dixerit, meum pretium ſit ſuper me, & poſtea obierit, hæredes id ſolvant. (Si dixerit) pretium meum ſuper me ſit, & obierit, ne ſolvant hæredes, quia mortuorum nullum eſt pretium. (Si dixerit) manus meæ, vel pedis pretium ſuper me ſit, nihil dixit. (Si dixerit) capitis, vel ſtomachi mei pretium ſit ſuper me, det pretium totum. Hæc ſit generalis regula, rei a qua anima dependet, pretium det totum.

R. OB. DE BARTENORA.

וכמה הוא שוה בלא יד *Et quantum is valet abſque manu*, in Gemara exponunt quod cum non æſtimant quantum valet ſi manus ei exciſa ſit, & quantum valet cum ambabus manibus, ſi cui enim manus exciſa eſt, quum eum æſtimabant quantum valebat antea, pauci duntaxat eum æſtimant, quia cum jam vident viliorem; qui vero dixit, pretium manus meæ ſit ſuper me, ei non exciditur manus, idcirco dicit auctor, quantum valebat manus illius, nempe ſi dominus ſervum ſuum integrum vendidiſſet præter manum ipſius, quia una manus primo domino conſcripta erat, idcirco eum conſiderarunt quantum valeret ſi dominus illius ipſum vendidiſſet integrum, nullo membro ſibi aſſervato; & quanto minoris valeret ſi dominus eum abſque una manu vendidiſſet, & hoc uſui ſacro conſecrabitur. *In votis conditio eſt gravior quam in pretiis*, nam ſi in pretiis dixerit, pretium manus meæ ſit ſuper me, vel, pretium pedis ſit ſuper me, nihil dixit, niſi id dixerit in re a qua anima dependet. *Solvunt hæredes*, quia pretium eſt res taxata; hoc intelligendum eſt ſi ad judicem conſtitutus ſit antequam obierit, quia non

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicunt hoc intelligendum eſſe quando conſiderant quantum iſte valeat uti jam eſt, quantum valeret ſi manus illius pertineret ad poſſeſſorem, ut, ſi vendiderit ipſum atque hæc pars ſeorſim remanſerit, tum conſiderant quantum intereſt inter duo pretia, & iſtud dandum eſt. Verum ſi quis dixerit, manus meæ pretium ſit ſuper me, nihil debet, quia Deus membris non ſtatuit aliquod pretium, ſed toti corpori vivo duntaxat; & hæc eſt gravior conditio in votis, quam æſtimationum pretiis. Quod auctor de pretiis ab hæredibus dandis allegat, id ea conditione capiendum eſt, ſi res jam ad judices pervenerit, nam ad pretium demum obligatur poſtquam apud ſacerdotem fuit, quemadmodum Lex dicit Levit. 27, 8. *Et conſtitues ipſum apud ſacerdotem.* Sed in votis, etſi ad judicem conſtitutus ſit, & obierit antequam pretium illius æſtimaſſent, hæredes nihil ſolvunt, quia pretium cenſetur eſſe ſummam pecuniæ taxatam; at votum non eſt ſumma taxata. *Hæc regula generalis eſt*, ad totum membrum comprehendendum, nam homo vivere poteſt etſi membrum ei amputatum ſit, idcirco ſi dixerit,

non prius ad pretium obligatur quam apud ſacerdotem fuerit, ſicuti ſcriptum eſt, & *conſtitues eum apud ſacerdotem.* Sed illud, pretium meum ſit ſuper me, duntaxat intelligendum eſt quando a Senatu æſtimatus eſt, & non comparuerit, quia obiit, & quamvis in judicio comparuerit, tamen ei deeſt æſtimatio, & hæredes nihil ſolvunt. *Solvet pretium totius*, quia Lex meminit pretii animarum. *Hæc regula generalis eſt*, docet nos ritum reliquorum membrorum a quibus anima dependet. xerit, pretium meum ſit ſuper me, totius hominis pretium ſolvat.

ג חצי ערכי עלי נותן חצי ערכו ערך חציי עלי נותן ערך כלו חצי דמי עלי נותן חצי דמיו דמי חציי עלי נותן דמי כלו זה הכלל דבר שהנשמה תלויה בו נותן ערך כלו (ס״א דמי) :

3. (Si dixerit,) dimidium pretii mei ſit ſuper me, det pretii ſui dimidium: (ſi dixerit) pretium dimidii mei ſit ſuper me, det pretium integrum. (Si dixerit,) dimidium pretii mei ſit ſuper me, det pretii ſui dimidium. (Si dixerit,) valor dimidii mei ſit ſuper me, det valorem totum. Hæc regula generalis eſt, ſi a re dependeat anima, totum ſolvet pretium.

R. OB. DE BARTENORA.

חצי ערכי עלי *Dimidium pretii mei ſit ſuper me*, ut, ſi dixerit, pretium capitis mei, &, pretium ſtomachi mei ſit ſuper me, a quibus membris dependet anima. *Det valorem totum*, nam Lex dicit Levit. 27, 2. נדר בערכך נפשות ubi Lex pretium æſtimationis comparavit cum votis, nimirum, ſicuti totum pretium ſolvendum eſt, ſi dixerit, dimidii mei pretium ſit ſuper me, ita quoque totum ſolvere debet valorem ſi dixerit, valor pretii mei ſit ſuper me.

וזה הכלל *Hæc regula generalis eſt*, hinc nos omnium membrorum caſum vult docere a quibus dependet anima, ſi itaque dixerit, valor dimidii illius membri ſit ſuper me, ut, ſi dixerit, dimidii cordis mei valor ſit ſuper me, vel, valor dimidii ſtomachi mei, det valorem integrum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Satis notum eſt quod ſi homo dimidia ex parte ſublatus ſit, nequeat amplius vivere, idcirco tam de pretio æſtimationis dimidii quam de valore dimidii ſolvet pretium totum. *Hæc regula generalis eſt*, ad totum membrum includendum, homo enim vivere nequit ſi pars aliqua ei exciſa ſit, nam ſi de tali membro dixerit, pretium dimidii iſtius ſit ſuper me, vel, valor dimidii iſtius ſit ſuper me, ad integrum obligatur pretium, ut, ſi dixerit, pretium dimidii cordis mei ſit ſuper me, vel, pretium dimidii ſtomachi mei ſit ſuper me, obligatur ad pretium integrum.

ד האומר ערכו של פלוני עלי מת הנודר והנידר יתנו היורשין דמיו של פלוני עלי מת הנודר יתנו היורשין מת הנידר לא יתנו היורשין שאין דמים למתים :

4. Si quis dixerit pretium פ״ל N. ſit ſuper me, & obierit is qui vovit & qui votus eſt, hæredes ſolvant. (Si dixerit,) valor פ״ל N. ſit ſuper me, & obierit is qui promiſit, hæredes ſolvant; ſi votus obierit, ne ſolvant hæredes, quia mortuis non eſt pretium ſtatutum.

R. OB. DE BARTENORA.

יתנו היורשים *Solvant hæredes*, nempe ſi is in judicio fuerit ante obitum ipſius, uti ſuperius expoſitum eſt; & neceſſe erat ut auctor finem adderet, de eo qui dixit, valor פ״ל N. ſit ſuper me, ut ſi obierit is qui vovit, hæredes ſolvant, nam cæteroquin dixiſſemus, etſi in judicio comparuerit, tamen quia obiit vovens antequam valor voti taxatus fuerit, bona non erunt obligata, idcirco nos docet auctor quod æſtimatio ſit tantum rei detectio, & quandoquidem votus adhuc vivit, æſtimant ipſum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia hæc clara ſunt, & hoc poſtquam in judicio fuerit, atque obierit antequam valorem voti taxarint, ſicuti expoſuimus.

ה שור זה עולה ובית זה קרבן מת השור ונפל (ש״ס) הבית אינו חייב לשלם דמי (ש״ס ל״ג) שור זה עלי עולה או דמי (ש״ס ל״ג) בית זה עלי קרבן מת השור ונפל (ש״ס) הבית חייב לשלם :

5. (Si dixerit,) Hicce bos ſit holocauſtum, hæc domus in oblationem, & bos abierit, domuſque ceciderit, non tenetur ſolvere. (Si dixerit,) valor iſtius bovis ſit ſuper me holocauſtum, vel, iſtius domus valor ſit ſuper me oblatio, & bos obierit, aut domus ceciderit, tenetur ſolvere.

R. OB. DE BARTENORA.

ובית זה קרבן *Et hæc domus ſit in oblationem*, in reparationem Templi. *Si domus ceciderit*, antequam ærarii præfectus receperit nummos votivos. *Si bos mortuus fuerit, obligatur ad ſolutionem*, nam de pecoribus non intelligendum eſt id quod dicitur mortuis omnino nullum eſſe fixum pretium, ſed de hominibus duntaxat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hicce caſus per ſe clarus eſt, & ab auctore allatus ne quis diceret, quod ſi mortuus fuerit bos, vovens nullatenus tenetur, quia mortuis nullum ſtatutum eſt pretium; idcirco docet quantum bos valeat mortuus, quia de hominibus duntaxat intelligi debet id quod dicitur quod mortuis nullum pretium ſtatutum ſit.

ו חייבי ערכים ממשכנין אותן חייבי חטאות ואשמות אין ממשכנים אותן אף על פי שאין מתכפר לו עד שיתרצה שנאמר לרצונו כופין אותו עד שיאמר רוצה אני וכן אתה אומר בגיטי נשים כופין אותו עד שיאמר רוצה אני :

6. Ad pretia obligatos oppignerare poſſunt, at non eos qui ad ſacrificium pro peccato & reatu obligantur. Ad pacifica & holocauſta obligatos poſſunt oppignerare, etſi non fiat expiatio niſi donec ipſis allubuerit, uti ſcriptum eſt, *cum beneplacito ipſius*, itaque eum cogunt donec dixerit, volo. Eodem modo agendum eſt cum literis divortii uxorum.

R. OB. DE BARTENORA.

ממשכנין אותם *Oppignerant eos*, ærarii præfectus intrabit domum eorum atque ipſis invitis capiet pignus. *Ad ſacrificia pro peccato & pro reatu*, quia iſta in expiationem offeruntur, propterea non differtur ſolutio, nec oppigneratio locum invenit. Sed quandoquidem ſacrificium pro peccato Nazyræum non impedit a vino bibendo, nec a mortuorum pollutione, idcirco aliquoties differri ſolebat, & propterea ob illius dilationem pignus exigitur. *Qui obligati ſunt ad holocauſta, & pacifica*, etſi holocauſtum expiet peccata ob præceptum affirmativum & negativum quod incidit in affirmativum, quandoquidem tamen id non eſt debitum, non cenſetur ſacrificium expiatorium, idcirco differtur, & tum oppigneratio invenit locum. Præterea aliqui ſunt obligati ad holocauſta, quos non oppignerant, uti eſt holocauſtum leproſi, nam cum id puritatem eorum impedit, ſi non offeratur, idcirco id non differet. *Cogunt ipſum donec dixerit, volo*, quando ſenatus ipſum oppignerat, requiritur ut dicat, volo. *Idem dixeris de libellis divortii*, ſi quis ex jure divortium facere debeat, ſed renuerit, tum ſenatus ipſum cogit plagis donec dixerit, *ego volo*; & ita ſe res bene habet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod ab iis qui ad ſacrificia expiationis pro peccato & reatu obligati ſunt non poſtulatur pignus, hæc eſt ratio quia illi e ſeipſis redemti cenſentur ad offerendum illa, quia ipſis nulla fit expiatio, niſi donec oblata ſint. Sed quia holocauſta & pacifica ſacrificia non expiant, idcirco in iis ſolvendis negligentes eſſe ſolemus, propterea pignus aliquod ab illis exigendum eſt. Sed hoc in maxima parte duntaxat ita obtinet, quia eſt ſacrificium aliquod pro peccato ad quod homo neceſſario tenetur, quod eſt ſacrificium pro peccato Nazyræi, quia id non impedit ipſum ne vinum bibat, nec mortuis ſe polluat, ſicuti expoſuimus capite ſexto tractatus de Nazyræo; idcirco ab illo pignus exigunt. Sunt etiam holocauſta ob quorum debita pignus exigere licet, ut leproſorum, quia illi non prius purificantur quam omnia ſacrificia obtulerint; & ita acceleratur adductio eorum.

פרק ו שום היתומים שלשים יום ושום ההקדש ששים יום ומכריזין בבקר ובערב המקדיש נכסיו והיתה עליו כתובת אשה רבי אליעזר אומר כשיגרשנה ידיר הנאה רבי יהושע אומר אינו צריך כיוצא בו אמר רבן שמעון בן גמליאל אף (ש״ס) הערב לאשה בכתובתה והיה בעלה מגרשה ידיר הנאה שמא יעשה קנוניא על נכסיו של זה ויחזיר את אשתו:

Caput 6. Orphanorum æſtimatio eſt triginta dierum, ſexaginta autem rerum conſecratarum. Proclamant mane & veſperi. Si quis bona ſua conſecraverit, & inſtrumentum dotale uxoris ſecum habuerit, R. Eliezer dicit, ſi repudiaverit illam, voto utilitatis capiendæ ſe excludet. R. Joſua dicit, hoc non requiritur. Huic ſimile dixit Rabban Simeon filius Gamalielis, ſi ſponſor ſit pro uxoris alicujus inſtrumento dotali, & maritus eam repudiet, antea voto ſe excludat commodi percipiendi, ne faciant fraudem in facultatibus, & is uxorem ſuam reducat.

R. OB. DE BARTENORA.

שום היתומים *Æſtimatio (ſumma) orphanorum*, ſi Senatus voluerit bona orphanorum vendere ad ſatisfaciendum creditori, agri æſtimantur & deinceps per triginta dies continuos proclamantur, hoc ſenſu, *quiſquis emere voluerit, veniat & emat.* Si vero proclamatio fiat per ſexaginta dies, die ſecundo & quinto ſeptimanæ, præſtat, & quamvis omnes iſtos dies enumeraveris, & duntaxat octodecim confecerint a principio proclamationis, tamen hoc modo præſtat, cum enim res extenditur, magis publica fit.

ושום ההקדש *Et æſtimatio rei conſecratæ*, ſi quis conſecraverit agrum ab ipſo emtum, qui redimendus eſt pretio quod valuerit. *Mane & veſperi*, quando operarii ab opere quieſcunt, vel id incipiunt; ſi enim quis ſit qui emere voluerit, is dicat operariis quando exeunt, videte talem agrum an bonus ſit, & quum operarii intraverint atque audiverint proclamationem, conveniet, eoſque rogabit. Quum vero proclamant, ita dicendum eſt, *talis ager talis naturæ cum talibus terminis tantum profert proventus, & tanti eum ſenatus æſtimavit.* Si vero ager iſte vendatur ob dotem mulieris ſolvendam, dicent, emtor eum emet iſta conditione ut nummos ſolvat pro dote mulieris. Si pro creditore vendatur, dicent, ea conditione ut nummi ſolvantur creditori; nam ſunt venditores qui putant ſe minutim poſſe dotem mulieris ſolvere; alii vero qui putant creditori plus ſolvendum, quia is Zuzas deficientes & fractas recipiet, quia mercatores hæc non ſolent quicquam curare. Licet enim nobis ſit fundamentum quod ſenatus non vendit bona pupillorum, hic tamen dicit Miſna, *æſtimatio orphanorum &c.* unde liquet quod ſenatus poſſit bona vendere orphanorum, nihilominus tamen diximus quod tribus de cauſis ſenatus bona orphanorum vendere poſſit, ut, pro creditore gentili cui pater debebat fœnus quod comederat; & pro dote mulieris, quia lucrum eſt pro orphanis, ſi illa dotem ſuam exegerit; nam quamdiu illa nondum exegerit dotem ſuam, tamdiu e bonis orphanorum alitur, quod non amplius fit ſi illam acceperit; & pro debito quod pater in agone mor-

tis

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam noſti quod שום notat æſtimationem; dicit itaque auctor quod ſi ager ad orphanos pertineat, & ſenatus eum vendere debeat, vel ſi quis agrum emtum conſecraverit qui redimi debet pro eo quod valuerit, tum ejuſmodi ager non vendendus eſt niſi donec de illo proclamatum fuerit per aliquot dies mane & veſperi, quum opifices quieſcunt, dummodo iſti dies ſint continui. Si igitur de bonis orphanorum ſexaginta dies proclamatum ſit, ſecundo ſcil. & quinto die, bene habet. Et hoc eſt quod dixerunt, etiam quando dies proclamationis enumeraveris, non ſunt plures quam octodecim, nam quandoquidem res magis extenditur, etiam magis publica fit. Sed in proclamationibus requiritur ut locus indicetur cum terminis ſuis confinibus, & quamobrem vendunt, dicatque hoc ſenſu, qui hoc emerit, is ea conditione id emat ut nummos ſolvat pro tali debito, vel pro tali dote; iſtis enim modis veniunt orphanorum bona. Scias vero fundamentum quod nos ſequimur, nempe quod orphanorum bona tribus duntaxat de cauſis veniunt, de dote mulieris, quia in ipſa magna eis eſt utilitas, nam quamdiu vidua dotem ſuam non exegerit ab orphanis, illa bonis eorum ſuſtentatur, quemadmodum expoſitum eſt capite undecimo tractatus de Dote Matrimoniali. Vel de gentilium debitis veniunt, cum fœnore, & fœnus comedit de bonis eorum, idcirco agrorum venditio ad ſolvendum iſtud debitum, eſt lucrum aliquod pro orphanis. Si vero nobis certo conſtiterit quod debitum iſtud de quo petunt, patri reliquum ſit, ſive pater id confeſſus ſit in agone mortis, ſe id ab N. in poteſtate ſua habere, vel ſenatus id ſeparaverit donec debitum ſolverit, iſque in excommunicatione ſua obierit. Vel ſi id debitum fuerit pro certo tempore, at id non pervenerit ad tempus ſuum; nam fundamentum nobis eſt, quod nemo intra definitum tempus ſolvit. Quando autem ſenatui lubuerit id ob aliquam e tribus iſtis cauſis vendere, illis omnino tutores conſtituunt; & proclamatio fit eo quo diximus modo. Notum eſt autem, quod tertio in caſu quo certo ſcimus remanere debitum iſtud, tum creditor

abſ-

tis confeſſus eſt, ſcil. quod alicui N. debebat Minam, vel quod ſenatus ob id debitum eum excommunicaverit, vel quod debiti ſolvendi tempus nondum advenerat dum ægrotabat, quia nemo intra tempus ſuum ſolvere debet. Quum vero ſenatus vendere velit agros orphanorum iſtis tribus de cauſis, tutores conſtituunt, & tum facta proclamatione vendunt. Sed hoc de agris intelligendum eſt; de mobilibus autem bonis ſtatuimus, quod mobilia orphanorum creditori ſubjecta ſint, quia juramento præſtituto debitum ſuum de illis exigere poterit, & tum non requiritur proclamatio; quia nec ſuper ſervis, nec ſuper libellis debiti, nec ſuper mobilibus proclamare ſolent.

ידיר הנאה *Voto ſe excludet ab omni utilitate capienda*, ad ſcopum multorum votum faciet indiſſolubile, ne eam reducat unquam, quia fieri potuiſſet ut eam cum aſtutia repudiet, ut dotem exigat e rebus ſanctis. קנוניא notat aſtutiam & fraudem.

רבי יהושע אומר אינו צריך *R. Joſua dicit, non requiritur*, non diſſentiunt in hoc ſi quis in ſanctis fraudulenter agat, nam de ægroto omnes concedunt quod is non faciet fraudem in ſanctis, quia nemo pro aliis vult peccare. Sed de ſano conveniunt ambo quod is fraudem faciat in ſanctis, & diſſentiunt duntaxat de conſultatione. R. Eliezer putat quod ſuper ſanctis non ſit conſultatio, etſi dixerit Sapienti, non vovi iſta intentione, ſed erravi; tamen Sapiens ei non diſſolvet votum; nam R. Eliezer putat quod conſecratio errore facta ſit conſecratio, quia autem iſte qui conſecravit, non Sapientem invenit qui ei diſſolveret votum, idcirco faciet fraudem. R. Joſua dicit quod de ſanctis Sapientem conſulat, & ſi dixerit, non vovi cum iſta intentione, ſed erravi, ei diſſolvitur, quia conſecratio ex errore facta non eſt conſecratio, idcirco non faciet votum quo ſe ab utilitate capienda excludat, nam ſi eam fraudulenter feciſſet, Sapientem ſuper voto conſulere debuiſſet, & non opus fuiſſet uxorem repudiare; deciſio eſt ſecundum R. Joſuam.

הערב לאשה בכתובתה *Si quis ſponſor ſit fœminæ pro dote ſua*, ſi maritus non habuerit bona, ut ſponſorem nominare debeat qui dotem ſolvat, tum ſponſor non prius ſolvet dotem quam maritus votum fecerit quod uxorem non reducet, quia metuimus ne ſit ſcopus illius eam denuo reducere, & comedere dotem illius poſtquam eam exegerit ſponſor; deciſio de ſponſore in inſtrumento dotali jam allata eſt in fine codicis tertii de Damnis.

abſque jurejurando poſſit exigere ſua bona. Sin autem ægrotus dixerit, hæc Mina eſt ab N. tum ſenatus ſequitur illius ſententiam, & tum non requiritur ut tutor aliquis conſtituatur. Sic etiam ſi teſtes venerint de iſtis bonis orphanorum, quæ in poteſtate patris eorum ſurrepta erant, agitur cum illis ſecundum teſtium dictum; & tum non requiritur tutor qui pro orphanis rem agat. Sed omnibus modis in omni venditione requiritur proclamatio. Cæterum in tractatu de Dote jam expoſitum eſt quod ſenatus qui abſque proclamatione vendiderit, cenſeatur in Miſhicis erraſſe. *Quicquid autem in Miſna dicitur, ſi quis de bonis pupillorum aliquid exegerit* &c. *Non exigunt de pupillorum bonis niſi optimis* &c. id oſtendit quod e bonis pupillorum debita ſolvunt, atque idipſum in Gemara ita exponitur, ut id de dote mulieris duntaxat intelligatur, vel de creditore gentili qui receperit in ſe judicium ſenatus Iſraëlitici, & cui fœnus cedit; vel quum certum fuerit debitum. Quicquid autem ego attuli, id e Gemara petitum eſt, atque veriſſimum, & huic fundamento nititur, nempe quod creditor de agris duntaxat exigere poſſit; ſed de agris orphanorum nihil ſumitur niſi eo quo diximus modo. Sed quandoquidem mobilia bona creditori ſubjecta ſint, idcirco is ope jurisjurandi debitum ſuum de illis exigere poterit; & tum iſta proclamatio non obtinet. Nam in Gemara de Dote jam expoſitum eſt id quod dixerunt, hæ ſunt res de quibus non proclamant ſervi, libelli debiti, & mobilia; ſervi quia audiunt & aufugiunt, libelli & mobilia quia non diripiuntur furto. Præterea dixerunt, orphanorum bona æſtimantur, & ſtatim venduntur; ſed fieri poteſt ut iis non conſtituatur tutor ad judicandum de eo qui debitum poſtulat. Omnia hæc intelligas volo fundamenta, & ſecundum ipſa facito, quia de illis nullum eſt dubium, nulla controverſia; jam me ad explicationem Miſnæ conferam.

קנוניא *κοινονία* eſt fraus quæ inter actorem & reum accidit qua bona capiunt quæ ad ipſos non pertinent. Sed omnes doctores concedunt quod ægrotus in rebus conſecratis non faciet fraudem, quia brevi morietur, & quia nemo peccabit abſque commodo; neque quiſquam contradicit quod ſanus fraudem faciet in rebus conſecratis. Controverſia inter R. Eliezerem & R. Joſuam eſt hæc, R. Eliezer ſtatuit quod in rebus ſanctis non obtinet voti reſciſſio, & quoniam conſecravit, eum non reducturum ipſam, etſi ex errore facta fuiſſet conſecratio etiam ſecundum ſententiam Scholæ Schamai, ſicuti exponitur in tractatu de Nazyræis capite quinto. R. Joſua dicit, aliquoties Sapientem conſulere poteſt ſuper re conſecrata ſicuti ſuper voto, eo quod fieri poteſt ut ex errore conſecret, & tum non eſt res conſecrata ſecundum Scholam Hillelis; idcirco R. Eliezer ſecundum ſententiæ ſuæ fundamentum dicit eum qui uxorem repudiaverit, votum facere poſſe quo ſe a commodo percipiendo excludat, ne eam reducat unquam, ne quis eam reducat, & fraudem faciat in rebus conſecratis capiendis; quia non aliud eſt medium ad iſta bona capienda quam hoc. R. Joſua dicit ſecundum opinionis ſuæ fundamentum, quod hæc fraus non requiratur, quia Sapientem conſulere poteſt, qui ei bona reddat; quandoquidem autem id facere potuiſſet, attamen non fecit, ſed divortium dedit, non obligant ipſum ut ſe voto excludat ab omni utilitate capienda; deciſio eſt ſecundum R. Joſuam. Verba Rabban Simeon filium Gamalielis jam expoſita ſunt in fine tractatus tertii de Damnis.

ב. המקדיש נכסיו והיתה עליו כתובת אשה ובעל חוב אין האשה יכולה לגבות כתובתה מן ההקדש ולא בעל חוב את חובו אלא הפודה פודה על מנת ליתן לאשה כתובתה ולבעל חוב את חובו הקדיש תשעים מנה והיה חובו מאה מנה מוסיף עוד דינר ופודה בו את הנכסים הללו על מנת ליתן לאשה כתובתה ולבעל חוב את חובו :

2. Si quis bona ſua conſecraverit, & uxoris dotem tenuerit, fueritque creditor, uxor de conſecratis nequit exigere dotem ſuam, nec creditor debitum ſuum, ſed qui redimere velit, redimat ea conditione ut uxori dotem ſolvat, & creditori debitum. Si nonaginta Minas conſecraverit, & debitum fuerit centum, addet inſuper denarium & eo redimet bona iſta conditione ut uxori ſolvat dotem ipſius, & creditori debitum.

R. OB. DE BARTENORA.

והיתה עליו כתובת אשה *Et habuerit ſecum dotem uxoris*, quam repudiaverat antequam conſecraverat quicquam, quo tempore non obtinebat fraus. *Qui redimere velit, is redimat*, maritus ea redimat a ſanctitate ſua re quadam exigua, ut uxori ſolvatur dos, quia omnino in ea non cecidit conſecratio, quia ad ipſum non pertinent. Hæc autem res eſt exigua qua redimi debent, ne quis dicat quod ſanctum exit in profanum abſque redemptione.

והיה חובו מאה מנה *Et debitum illius fuerit centum minarum*,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit auctor quod etiamſi res conſecrata valeat nonaginta minas, & debitum centum minas contineat, is qui redimit, debeat aliquid addere pretio, etſi vel unum addat denarium, dicatque exempli gratia, pro hoc ego tibi agro dabo denarium in uſum rei conſecratæ, ea conditione quod nonaginta ſolvam pro creditore. Ratio eſt, ne quis dicat, quod res ſancta exeat ſine redemptione, & quod hic non poterat quicquam conſecrare quia debitum antecedebat, & propterea ſanctitatem in huncce agrum non cecidiſſe; nam indu-

rum, etſi debitum excedat rem conſecratam, tamen non dicimus hunc non dediſſe mutuo cum horum bonorum intentione, ſed quod ei bona fide fidit, & propterea non exiget de re ſancta. Sed dicamus potius quod ei fidit ſuper intentione bonorum, de quibus exigere poterit; ſed quamdiu? uſque ad dimidium. Verum ſi bona conſecrata non valuerint dimidium debiti, non exiget de illis, quia certum eſt quod ei non fidit ſuper intentione iſtorum bonorum,

indubitatum nobis eſt exemplum, quod libertas, fermentatum, & ſanctitas deſtruunt ſubjectionem. Si debitum ſit duplo majus quam pretium rei quam conſecravit, nullo modo eam redimunt ſub conditione, ſed debitum ſuper agro divellunt a principio ſuo; hoc eſt quod in Gemara dixerunt, uſque ad dimidium non redimet, quia homines non ſolent agrum emere pro eo quod duplo plus valet.

ג אף על־פי שאמרו חייבי ערכין ממשכנין אותן נותנין לו מזון שלשים יום וכסות שנים עשר חדש ומטה מוצעת וסנדלין ותפילין לו אבל לא לאשתו ולא לבניו אם היה אומן נותנין לו שני כלי אומנות מכל־מין ומין חרש נותנין לו שתי מעצדין ושתי מגרות רבי אליעזר אומר אם היה איכר נותנין לו את צמדו חמר נותנין לו את חמורו :

3. Tametſi dixerunt quod ii qui ad pretia obligati ſint, oppignerentur, triginta tamen dies alitur, & duodecim menſes veſtitur, lectus ſternitur, & calcei præbentur, & phylacteria, ei, ſed non uxori, nec liberis ipſius. Si opifex ſit, duo cujuſlibet ſpeciei inſtrumenta porrigunt. Fabro concedunt duas aſcias, & duas ſerras. R. Eliezer dicit, ſi agricola ſit, duo paria jumenti ei concedunt, ſi aſinarius, concedunt ei aſinum.

R. OB. DE BARTENORA.

ממשכנין *Oppignerant*, ærarii præfectus iſtius hominis domum intrabit, & pignus ipſo licet invito capiet. *Alitur*, pro omnibus iſtis rebus ei pecunia relinquitur ut emat eas ſi non habeat, uti ſcriptum eſt Levit. 27, 8. *Si is ſit tenuior pretio tuo.* Quem locum ita Sapientes exponunt, ſi pauper ſit, facies ut is ſuperſtes eſſe poſſit ipſe; & habeat exiſtentiam & vitam de pretio tuo; hinc intelligitur quod is ſubſiſtere & ali debeat e nummis æſtimati pretii, ſed non uxor neque liberi ipſius. *De qualibet ſpecie*, de quolibet opificio quod quatuor aut quinque inſtrumenta deſiderat. מעצד notat *ſecurim.* מגרות *ſerras.* צמד *par*, ſcil. vaccarum, hæ enim ſunt quaſi inſtrumenta agricolæ; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer, quia vaccarum jugum & aſinus ſunt bona, & non cenſentur inſtrumenta opificii.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ratio illius quod auctor dicit in hac Miſna, adfertur in eo quod Lex dicit Levit. 27, 8. ואם הוא מך מערכך atque ita eum æſtimant; & ſi pauper ſit atque nihil præter veſtem habuerit, des ei pretium ipſius. מעצד notat aſciam: מגרה eſt ſerra; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer, quia hæ res ſunt bona, & non inſtrumenta, ſcil. jumentum & aſini.

ד היה לו מין אחד מרובה ומין אחד מועט אין אומרים לו למכרו מן המרובה וליקח לו מן המועט אלא נותנים לו שני מינין מן המרובה וכל שיש לו מן המועט המקדיש את נכסיו מעלין לו את תפילין :

4. Si unius ſpeciei multa habeat (inſtrumenta) alterius vero pauca, non dicent ei, ut de multis vendat, & ad pauca coëmat alia, ſed de multis ei duas dabunt ſpecies, & quicquid de paucis ſuperfuerit. Si quis bona ſua conſecraverit, phylacteria ei in rationes referuntur.

R. OB. DE BARTENORA.

מין אחד מרובה ומין אחד מועט *Unius ſpeciei multa, alterius vero pauca*, ſi tres habuerit aſcias unamque ſerram. *Dant ei duo inſtrumenta de multis*, tertium inſtrumentum ſumet ærarii præfectus. *Et quicquid de paucis ei ſuperfuerit*, id ei relinquunt, & non emunt ei aliud, nam cum id ei huc uſque ſufficit, etiam impoſterum ſufficiet; nam dixiſſemus, huc uſque ei commodabunt inſtrumenta, quia multa unius ſpeciei inſtrumenta aliis commodare poterat, nunc autem cum ærarii præfectus multa ſumpſerit, nemo ei commodabit, ipſumque idcirco aliud ei emturum, propterea nos docet auctor id non fieri.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ne quis diceret quod inſtrumenta mutuo accipere poſſet ab aliis, eo quod aliorum inſtrumentorum magnam habet copiam, ſed quod jam, ubi conſtat quod ea non habet, nihil ei mutuo dabunt, & quod propterea venderent de inſtrumentis illius multis, & redderent inſtrumenta quorum ille non tot habet quot ei neceſſaria ſunt, idcirco nos docet auctor hoc non fieri.

ה אחד המקדיש את נכסיו ואחד המעריך את עצמו אין לו לא בכסות אשתו ולא בכסות בניו ולא בצבע שצבען לשמן ולא בסנדלים חדשים שלקחן לשמן אף על פי שאמרו עבדים נמכרים בכסותן לשבח שאם תלקח לו כסות בשלשים דינר משביח הוא מנה וכן פרה אם ממתינים אותה לאטלס משבחת היא וכן מרגלית אם מעלים אותה לכרך משבחת היא אין להקדש אלא מקומו ושעתו :

5. Sive quis conſecraverit bona ſua, ſive æſtimaverit ea, is non habet jus in veſtimenta uxoris nec liberorum, neque in colores quibus illa in nomine eorum colorat, neque in calceamenta nova quæ illa emit in nomine eorum. Etſi enim dixerunt quod ſervi vendantur cum veſtibus ſuis ut præſtantiores fiant, ſcil. ſi ei veſtem emerit triginta denariis, Minam lucrabitur. Sic etiam vacca præſtantior fit ſi eam reſervaverint pro feriis; pariter margarita carior fit ſi eam ad urbem aliquam deportaverint, nihilominus tamen res conſecrata juxta locum & tempus ſuum æſtimari debet.

R. OB. DE BARTENORA.

אין לו בכסות אשתו *Non eſt ei jus in veſtimenta uxoris*, quia bona iſta ad ipſum non pertinent. *In nomine eorum*, in nomine

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Lex Levit. 27, 23. *Et dabit pretium tuum æſtimatum die iſto*, ſine mora igitur dabit; porro dicit, *ſanctitas* pro

mine uxoris ſuæ & filiorum. *Neque in calceamenta nova*, hinc nos docet auctor, quod etiamſi hucuſque nondum induiſſent, tamen adhuc ſint in poteſtate eorum ab iſto momento quo emta ſunt, licet ſervi dixerint de veſtibus ipſorum in majus incrementum veſtis pulchræ, quod pretium auget, ut, de veſtibus orphanorum, ſi enim ſervus emerit veſtem triginta denariis, tum is lucratur Minam ſupra pretium quod ea jam valet. לאטלים *in macello*, in feriis. *Ad urbem*, negotiatores enim ad urbes ſe conferre ſolent, ut margaritas pluris vendant. אין להקדש אלא מקומו ושעתו *nihilominus tamen res conſecrata ſecundum locum & tempus æſtimari debet*, in margaritis, quia Levit. 27, 23. ſcriptum eſt, *& dabit pretium tuum die iſto*, ergo non expectandum eſt. Et quando Lex dicit, *ſanctitas Domino*, intelligit omne id quod Domino ſanctum eſt, ſicuti ſimpliciter ſunt ea quæ in Templi reparationem Deo conſecrata ſunt, quæ ſtatim eodem die ſolvenda ſunt. Rationem addit Maimonides quia is qui vovit, cæteroquin rem votam differret in lucrum, & interim damnum paterentur rationes ſanctæ, & idcirco cum rebus ſanctis non licet negotiari.

pro Domino, ubi intelligas omne id quod ſanctitas eſt Domino, quæ ſimpliciter ſunt omnia iſta quæ in refectionem Templi conſecrata ſunt, quorum jus poſtulat ut ſtatim ſolvantur, & a nemine retineantur in commodum ipſius, quia commodum ſive lucrum hocce incertum eſt, & dubium. Aliquando enim ſi operam dederimus ut lucrum aliquod adipiſcamur, erimus in cauſa damni; idcirco nobis fundamentum eſt quod neque cum rebus conſecratis, neque cum pauperum bonis negotiantur.

פרק ז אין מקדישין לפני היובל פחות משתי שנים ולא גואלין לאחר היובל פחות משנה אין מחשבין חדשים להקדש אבל ההקדש מחשב חדשים המקדיש את שדהו בשעת (ס״א בשנת) היובל נותן בזרע חומר שעורים חמשים שקל כסף היו שם נקעים עמוקים עשרה טפחים או סלעים גבוהים עשרה טפחים אין נמדדים עמה פחות מכאן נמדדים עמה הקדישה שתים או שלש שנים לפני היובל נותן (ס״א) סלע ופונדיון לשנה אם אמר הריני נותן דבר שנה בשנה אין שומעין לו אלא נותן את כולו כאחד:

Caput 7. Non intra biennium ante Jubilæum conſecrant, nec intra annum poſt Jubilæum redimunt. Menſes non enumerant pro conſecratis, ſed conſecrata enumerant menſes. Si quis in Jubilæo conſecraverit agrum ſuum, is pro ſemine Homer hordei det quinquaginta ſiclos argenteos. Si illic ſint foveæ profundæ decem palmos, vel petræ totidem palmos altæ, non menſurant ea, ſin minus, ea menſurantur. Si eum conſecraverit biennium vel triennium ante Jubilæum, det Selam & pondiolum quotannis. Si dixerit, *en ego quotannis aliquid dabo*, non auſcultant ipſum, ſed is omnia dabit ſimul.

R. OB. DE BARTENORA.

אין מקדישין *Non conſecrant*, nempe agrum poſſeſſionis. *Intra biennium*, ſicuti exponit Lex de eo qui agrum poſſeſſionis conſecravit, *ſecundum annos reliquos*, ſed vox שנים *anni* ſaltem duos notat. Si quis agrum poſſeſſionis conſecraverit anno primo a Jubilæo, eumque redimere voluerit, pro Cori ſpatio det quinquaginta Selas, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 27, 16. זרע חומר שעורים וגו׳ Si vero dicem aut viginti annos poſt Jubilæum conſecraverit ipſum, anni reliqui enumerandi ſunt uſque ad Jubilæum futurum, & Sela atque pondiolum danda ſunt quotannis, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 27, 18. Diminutio autem in eo conſiſtet, quod quinquaginta Sicli non dandi ſint integri. Qui vero biennium ante Jubilæum conſecraverit, redimet eum duabus Selis duobuſque pondiolis, uti Lex dicit, *ſecundum annos reliquos*. Ita ſe habet computus de agro poſſeſſionis redimendo quotannis pretio Selæ & pondioli, nam ſi quis conſecraverit eum anno primo poſt Jubilæum, redemiſſet ipſum quinquaginta Siclis, hinc pro quadraginta novem annis futuris uſque ad Jubilæum futurum quadraginta novem Sicli expendendi erunt, quotannis una Sela, & inſuper quoque Sela, & hæc Sela reſidua partienda eſt pro pondiolis, nam in qualibet quadraginta & octo ſunt pondiola, hinc quilibet annus habebit pondiolum, uno duntaxat excepto. Cæterum obligarunt ipſum ſcil. qui conſecravit, ut exhiberet Selam & pondiolum quotannis, & pro quadraginta novem annis quadraginta novem Selas, totidemque pondiola; ſed hic ſuperfluum eſt pondiolum ſupra quinquaginta Selas, de quibus Lex, & hocce pondiolum eſt collybus pro Perutis, nempe pro pondere ſuperfluo quod dandum eſt pro quolibet Siclo ſeorſim. Vel hoc ſenſu, licet Sela non plus quam quadraginta octo pondiola conficiat, tamen quadraginta novem pondiola dare debent, ſive Selam & pondiolum pro quadraginta novem annis; nam qui pondiolum exhibet nummulario, ut Selam ab ipſo recipiat, quadraginta & novem det pondiola; atque hic eſt collybus pro Perutis. Si vero quis agrum poſſeſſionis intra biennium ante Jubilæum conſecraverit, tum diminutio locum non habet, & ſi quis agrum redimere voluerit, integras quinquaginta det Selas, nam de pretii diminutione Lex dicit, *ſecundum annos reliquos, & diminuet*, &c. *anni* vero in numero plurali ſaltem duos notant. Docet vero nos Miſna bonum aliquod conſilium, nempe ut homo res ſuas curet, & non intra biennium

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jus computandi, & fundamentum quo exponitur omne id quod in hoc capite continetur, hoc eſt, ſi quis conſecraverit agrum poſſeſſionis, Lex dicit, quod pretium Seminis Homer hordei ſit quinquaginta Siclorum argenteorum, prælapſis quadraginta novem annis, qui ſunt anni ab uno Jubilæo ad alterum, nam ipſe annus Jubilæus non intrat hunc numerum, hinc nos concludimus de eo quod ſemen Homer hordei quotannis attinet, ſit Sela & pondiolum fere; nam aliquoties expoſuimus quod pondiolum ſit quadrageſima & octava pars Selæ. Et in Siphra dicitur, Sela ſancta non plus valet quam quadraginta & octo pondiola; ſed quodnam hocce eſt pondiolum? collybus pro Perutis; hoc ſenſu, ſi quis trapezitæ dederit pondiola, ut recipiat pro iis Selam, det quadraginta & novem pondiola. Præterea jam aliquoties expoſuimus, quod collybus ſit incrementum in commutatione. Quando autem quis aliquam partem conſecraverit ex agro poſſeſſionis, requiritur ut ea menſuretur, ut conſtet quantum ſeminis de Homer hordei in ipſa ſit, dummodo ſatio facta ſit jactu manus, & ſatio mediocris ſit, non nimis contigua, nec nimis diſperſa, tum pro quolibet Homer Selæ & pondioli pretium eſto quotannis; ſi vero quis eam partem e poteſtate ſancta redimere velit, conſiderandum eſt quot anni ſint reliqui pro Jubilæo ab eo momento quo eam redimere volebat, & ſi tum uſque ad Jubilæum viginti anni remanſerint, viginti det Selas totidemque pondiola pro quolibet Homer, & hoc eſt quod Lex dicit, *ſecundum annos reliquos*. Idcirco ſi quis intra biennium conſecraverit ante Jubilæum, hoc modo redimere nequit, nam ſi e. g. redemerit eum, & unus modo annus ſuperfuerit uſque ad Jubilæum, nequit Selam nec pondiolum ſolvere pro quolibet ſemine Homer, & ita redimere, quia Lex dicit, *ſecundum annos reliquos*, ergo donec anni reliqui fuerint a tempore redemptionis, at *anni* in plurali numero ſaltem duo ſunt, & hoc eſt quod Lex intendit quando dicit, *non conſecrant ante Jubilæum intra biennium*. Hoc itaque homini non licet facere, quia juxta annos redimere nequit; atque hoc bonum eſt conſilium, ſi enim conſecraverit eum, conſecratus eſt abſque dubio, etſi vel unum diem ante Jubilæum conſecraverit, vel in ipſo Jubilæo. Si vero eum quis redimere velit, quinquaginta dabit Siclos pro quolibet Homer hordei, quandoquidem uſque ad Jubilæum non reſtat biennium. Rationem addit Lex quando dicit,

Non

nium conſecret, quia non perdit quadraginta & octo Selas. *Sed non redimunt poſt Jubilæum*, non poſt Jubilæum prope Jubilæum, hoc dicit, ſed vel poſt viginti vel triginta annos poſtea, atque hoc eſt quod dicit auctor, ſi quis in medio Jubilæo redimere velit, & pro annis futuris Selam & pondiolum dare velit, idque factum fuerit in Niſan, ſive medio anno, tum non dicet, dabo dimidium Selæ & dimidium pondioli pro hocce anno, ſed dabit Selam & pondiolum integrum, & hoc eſt quod auctor dicit, non redimunt intra annum, quandoquidem enim totus annus nondum exiit, nihil diminuendum eſt, nec det redemptionis pretium pro dimidio anno, ſed toto; ratio eſt, quia ſanctitati non annumerantur menſes, quiſquis enim agrum ſuum anno quinto & dimidio ante Jubilæum redimere velit, ei non computandi ſunt iſti ſex menſes qui de anno ſexto tranſierunt, ſed ſex Selas dabit totidemque pondiola, quia Lex dicit, *& computabit ipſi ſacerdos argentum juxta annos reliquos*, anni ergo computandi ſunt, & non menſes, nempe, quicquid reliquum ſit, id cenſendum eſt pro annis, ad menſem reſiduum in annum conſtituendum, at menſes præteriti non computandi ſunt, ut diminuatur quid de Sela & pondiolo. *Sed ſancta menſes computant*, nempe, ſi lucrum ſit pro ſanctis, ut enumeretur exitus dimidii anni præteriti, ut, ſi conſecraverit quis agrum in dimidio anni quadrageſimi octavi a Jubilæo; ſi enim enumeraveris exitum iſtum, reperies eum non conficere biennium ante Jubilæum, at non enumerabitur cum diminutione. Verum cum quinquaginta; ſi vero dixeris quod iſtos menſes non enumerant præteritos, hic erunt duo anni ante Jubilæum, & ſancta detrimentum capient, quia duas Selas duoque pondiola duntaxat capient, propterea totus anni exitus numerandus eſt; at hic non ſunt duo anni ante Jubilæum, nec redemptio fiet abſque diminutione, ſed quinquaginta ſiclis, ſicuti ſcriptum eſt, *& computabit ipſum ſacerdos*, quod late ſumendum eſt. *In tempore Jubilæi*, at vero eo tempore cum Jubilæus non eſt, eum redimere debet pretio ſuo, ut reliqua ſancta. *Semen Homer hordei*, notat locum in quo Corus hordei ſeri poteſt, cum ſatio fit manus jactu, & ſatione mediocri, non nimis contigua, neque rara. *Foveæ profundæ &c.* hoc intelligendum eſt, ſi foveæ ſint aqua plenæ, & ineptæ ad ſationem, ſin minus, quandoquidem huic idoneæ ſint, etſi non menſurentur cum agro, tamen ſeorſim computantur, & redimuntur ſecundum computum, quinquaginta Selas pro loco Cori. *Sin minus, menſurantur cum agro*, etſi foveæ plenæ ſint aqua, & ſationi non inſerviant, quandoquidem non ſunt profundæ decem palmos; pariter ſe res habet cum petris, cum non ſunt decem palmos altæ, vocantur nomine agri, & non ſeorſim numerantur. *Sed omnia dabit ſimul*, donec argentum conjungatur.

Non rediment poſt Jubilæum intra annum. At nos jam expoſuimus hoc fieri, quia menſes non annumerantur ſanctis, Lex enim in plurali numero dicit *annos*; ſed ſancta menſes enumerant. Hoc iis exponitur quibus quæritur, unde tenemus quod ſi ſancta voluerint menſes facere in annum, quod poſſint, ut, ſi quis conſecraverit in medio quadraginta octo annorum? quia Lex dicit, *& enumerabit ipſum ſacerdos*, quod omni modo enumerationis intelligas. Hujuſce porro rei hic eſt ſenſus, ſi quis conſecraverit agrum ſuum in medio quadraginta octo annorum, id quod reliquum eſt ad Jubilæum, abſque dubio conficiet annum & menſem; & is qui redemit, dicere nequit alii cuipiam, computum inito mecum prout oportet pro hocce anno, & pro menſibus, redemptionemque accipito. Quia menſes non enumerant pro ſanctis. Si vero ærarii præfectus enumerare velit annos & menſes, per biennium, duaſque Selas recipere ab eo qui redimere voluerit, duas Selas duoque pondiola pro quolibet ſeminis Homer, hoc ei licet, quia pro biennio eſt computus, etſi minus ſit quam duo anni. Quod autem dicit auctor foveas non enumerari cum ipſo agro, id intelligendum eſt ſi iſtæ aquæ ſcateant, quia tum ad nullam rem utiles ſunt. Si vero foveæ non comprehendant aquam, ſeorſim conſecratio facta eſt agri, & quamvis non cum toto fundo ſuo menſuretur ager, ſeorſim tamen menſuratur, & ſeorſim taxatur. Ratio autem quare computus omnium annorum una fieri debeat, eſt ex eo quod ſcriptum eſt, *& computabit ipſum ſacerdos*, ergo omnium annorum computus ſimul fiat.

ב אחד הבעלים ואחד כל האדם מה בין הבעלים לבין כל האדם אלא שהבעלים נותנים חומש וכל אדם אינו נותן חומש :

2. Perinde ſe res habet cum proprietario, & omni homine; at quæ differentia eſt inter proprietarium & omnem hominem? quod proprietarius det quintam, at non omnis homo.

R. OB. DE BARTENORA.

Perinde ſe res habet cum proprietario & omni homine, locus Cori pro quinquaginta Siclis, ſive mille valeat ſiclos, ſive non valeat plus quam quinquaginta. *Quod proprietarius det quintam*, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 27, 19. *Et ſi redimendo redemerit agrum &c.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Lex Levit. 27, 19. ואם גאל יגאל את השדה idcirco ſi e. g. octo anni reliqui ſint uſque ad Jubilæum, & proprietarius pro ſe redimere voluerit, decem det Selas totidemque pondiola pro omni Homer hordei; & hoc modo inter ſe comparantur.

ג הקדישהו גאלה אינה יוצאה מידו ביובל גאלה בנו יוצאה לאביו ביובל גאלה אחר או אחד מן הקרובים גאלה מידו אינה (ס״א ל״ג) יוצאה מידו ביובל גאלה אחד מן הכהנים והרי היא תחת ידו לא יאמר הואיל והיא יוצאה לכהנים ביובל והרי היא תחת ידי הרי היא שלי אלא יוצאה לכל אחיו הכהנים :

3. Si conſecraverit eum & poſtea redemerit, in Jubilæo non exibit e poteſtate ipſius. Si filius eum redemerit, pro patre exibit in Jubilæo. Si alius vel e propinquis quiſpiam eum redemerit e poteſtate illius, non exibit e poteſtate illius in Jubilæo. Si quis ſacerdos eum redemerit, & ſub poteſtate illius fuerit, non dicet, quandoquidem pro ſacerdote in Jubilæo exire debuiſſet, attamen ſub mea ſit poteſtate, meus eſt, ſed is exibit pro omnibus fratribus ipſius ſacerdotibus.

R. OB. DE BARTENORA.

אינה יוצאה מידו ביובל *Non exit e poteſtate illius in Jubilæo*, ut ſacerdotibus dividatur, ut, ſi alius homo eum redemerit ut in Jubilæo exeat, & ſacerdotibus diſtribuatur ſicuti ſcriptum eſt Levit. 27, 21. *Et ager in exitu Jubilæi erit ſanctitas Domino.* Porro dicit auctor, *ſi eum filius ipſius redemerit, exibit pro patre ipſius in Jubilæo*, & non pro ſacerdotibus, eo quod ſcriptum eſt Exod. 27, 20. *Et ſi agrum ven-*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hujuſce ritus expoſitionem brevibus accipe; ſi quis agrum poſſeſſionis conſecraverit, atque ipſe vel ipſius filius eum redimere velit, at eum alius vel e conſanguineis quiſpiam e ſanctitatis ſtatu redemerit, ipſe autem denuo eum redemerit e poteſtate conſanguinei, vel alius cujuſpiam, ager hic quatuor iſtis modis confirmatur in poteſtate ipſius. Si vero nec ipſe, nec filius ipſius eum redemerit, ſed uſ-
que

vendiderit alii homini, non redimetur amplius, ergo ſi eum alii viro vendiderit, & non ſi filio.

נאלה אחד הקרובי *Si redemerit eum unus e propinquis illius*, propinquus illius qui conſecravit, ſi is redemerit eum e poteſtate præfecti ærarii, atque ille qui conſecravit, eum redemerit e poteſtate propinqui, non exibit in Jubilæo e poteſtate illius qui eum conſecravit, ut ſacerdotibus diſtribuatur.

נאלה אחד מן הכהנים *Si eum redemerit unus e ſacerdotibus*, e poteſtate præfecti ærarii, tum ne dicat, qnandoquidem ſi eum redemiſſet Iſraëlita, exire debuiſſet pro me ſociiſque meis in Jubilæo, jam vero cum ager ſit in mea poteſtate, cum ego eum redemi, nullus eſt alius ſacerdos qui in eum plus juris habeat quam ego ipſe ſacerdos.

que ad Jubilæum ſine redemptione manſerit; vel ſi conſanguineus, vel alienus quiſpiam eum redemerit, ipſe vero eum non redemerit e poteſtate ipſius, ſed is remanſerit ſub poteſtate iſtius conſanguinei vel alieni donec advenerit Jubilæus, tum ager iſte non revertetur ad dominum ſuum, neque e poteſtate conſanguinei vel alieni redimetur, ſed exibit in uſum ſacrum. Lex dicit Levit. 27, 20. *Et ſi non redemerit agrum, ſed eum vendiderit alii viro, non amplius; & ager iſte exeunte Jubilæo erit ſanctitas Domino.* In Siphra dicitur, ad illa Legis verba, *& ſi non redemerit agrum*, ſupple dominus ipſius; *at ſi vendiderit agrum* ſupple ærarii præfectus; per *alii viro*, excipitur filius ipſius; hoc eſt fundamentum quod ſuperius jam diximus.

ד הגיע היובל ולא נגאלה הכהנים נכנסים לתוכה ונותנים את דמיה דברי רבי יהודה רבי שמעון אומר נכנסין אבל לא נותנין רבי אליעזר אומר לא נכנסין ולא נותנין אלא נקראת שדה רטושים עד היובל השני הגיע היובל השני ולא נגאלה נקראת רטושי רטושין עד היובל השלישי לעולם אין הכהנים נכנסין לתוכה עד שיגאלנה אחר :

4. Si Jubilæus advenerit & non redemerit quis, ſacerdotes intrant agrum, atque illius pretium ſolvunt, ſunt verba R. Jehudæ. R. Simeon dicit, intrant, ſed non dant. R. Eliezer dicit, nec intrant, nec dant, ſed ager relictus vocabitur, uſque ad ſecundum Jubilæum. Si Jubilæus ſecundus intraverit & non redemptus ſit, vocatur relictus de relicto uſque ad tertium Jubilæum, & ſacerdotes eum nunquam intrabunt niſi donec eum alius redemerit.

R. OB. DE BARTENORA.

ולא נאלה *Et non redemerit eum*, ſi nec dominus nec alius quiſpiam redemerit agrum e poteſtate ſanctitatis. Per *ſacerdotes* hic intelliguntur ii ſacerdotes quibus in Jubilæo cuſtodia obtigerit, & ii agrum intrabunt, quia ipſis proprie competit, pretiumque illius ſolvetur in uſum ſacrum, quod colligitur e duabus Legis vocibus *ſanctitas ſanctitas*, de domo & agro, nempe, ſicuti domus e poteſtate ſanctitatis non egreditur abſque nummis, ſicuti ſcriptum eſt, *& æſtimabit eam ſacerdos*; nam ſicuti domus non exit pro ſacerdotibus niſi redemptione nummorum, ita nec ager poſſeſſionis egreditur abſque nummis e poteſtate ſanctitatis; idcirco quando alius eum redemerit, nummi erunt ſancti in refectionem Templi. Adveniente autem Jubilæo exibit gratis pro ſacerdotibus; ſi vero non redimatur, ſacerdotes ſolvent pretium quinquaginta ſiclorum, idque recipient.

רבי שמעון אומר נכנסין אבל לא נותנין *R. Simeon dicit, intrant quidem, ſed non dant*, nam is vocem *ſanctitas* colligit ex agnis Pentecoſtalibus, de quibus ſcriptum eſt, *Sanctitas erunt Domino pro ſacerdote*; ſicuti ergo in uno loco gratis fiat redemtio, ita quoque in altero. Nam hic doctor præſtare putat ſenſum agri poſſeſſionis colligi de agnis Pentecoſtalibus, quia ambo ſunt e donis viginti quatuor quæ ſacerdotium ſpectant, & non de eo qui domum conſecraverit, quia illa nunquam ſacerdotibus datur. R. Jehuda putat rem de agro potius colligi ex eo qui domum conſecraverit, quia ambo continent ſanctitatem in Sanctuarii refectionem; & non ex agnis Pentecoſtalibus qui ſunt ſanctitates altaris; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam. *Donec alius eum redemerit*, quando ager in Jubilæo exierit e poteſtate proprietarii, intrant eum ſacerdotes. Ratio R. Eliezeris petita eſt ex eo quod ſcriptum eſt Levit. 27, 21. *Et ager exeunte Jubilæo erit ſanctitas*; quando igitur ager exierit e poteſtate illius qui eum redemit in Jubilæo, dicit Lex quod is erit pro ſacerdotibus, at non ita ſi e poteſtate ſanctitatis exierit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc dicta ſunt de eo qui agrum conſecraverit poſſeſſionis, eumque non redemerit ipſe nec alius quiſpiam, ſed in poteſtate ſanctitatis manſerit uſque ad Jubilæum. R. Jehuda dicit quod illius pretium ſacerdotibus dari debeat in uſum ſacrum, & tum ſit poſſeſſio pro ſacerdotibus, atque hoc colligitur per ſimilitudinem vocum ab eo qui domum conſecraverit, quam æſtimant quantum valeat, ſi tum poſſeſſor ſolverit illius pretium cum quinta in uſum ſacrum, reſtituetur ei ager ipſius; ſi vero pretium illius non ſolverit in uſum ſacrum, domus retinetur in poteſtate ſanctitatis. Porro dicit doctor, de agro poſſeſſionis ſcriptum eſt, *ſanctitas*, & de eo qui domum ſuam conſecraverit, ſcriptum eſt, *ſanctitas*, quemadmodum ergo in uno loco redemptio fiat per nummos, ita quoque in altero, quia ſine redemptione nullatenus exire poteſt e ſanctitate. R. Simeon rem colligit ex agnis pentecoſtalibus qui ad ſacerdotii dona pertinent, ſicuti ager poſſeſſionis eſt donum ſacerdotii. De agnis pentecoſtalibus ſcriptum eſt Levit. 27, 21. *Sanctitas erunt Domino pro ſacerdote*, ſicuti ergo in uno loco redemptio fiat gratis, ita quoque in altero, ſcil. quod ſacerdotes non ſolvunt pecuniam in uſum ſacrum. R. Eliezer dicit, *in exitu Jubilæi ſanctitas erit Domino*; ſed non eſt ſanctitas niſi donec e poteſtate alterius exierit, ſcil. ſi alius quiſpiam eum redemerit e poteſtate ſanctitatis, & ager exierit e poteſtate alius in Jubilæo, quemadmodum expoſuimus, & tum iſte ager confirmabitur in poſſeſſione ſacerdotali; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam.

ה הלוקח שדה מאביו מת אביו ואחר כך הקדישה הרי היא כשדה אחוזה הקדישה ואחר כך מת אביו הרי היא כשדה מקנה דברי רבי מאיר רבי יהודה ורבי שמעון אומרים כשדה אחוזה שנאמר ואם את שדה מקנתו אשר לא משדה אחוזתו שדה שאינה ראויה להיות שדה אחוזה יוצאה זו שהיא ראויה להיות שדה אחוזה שדה מקנה אינה יוצאה לכהנים ביובל שאין אדם מקדיש דבר שאינו שלו כהנים

5. Si quis agrum a patre emerit, atque pater obierit, is vero poſtea conſecraverit eum, ſimilis eſt agro poſſeſſionis. Si eum conſecraverit, & poſtea pater obierit, ſimilis eſt agro emtionis, ita R. Meyr. Sed R. Jehuda & R. Simeon dicunt, ſimilis eſt agro poſſeſſionis, ſicuti Lex dicit Levit. 27, 22. *Et ager emtionis qui non fuerit ager poſſeſſionis ipſius.* Ager ergo iſte qui nequit eſſe poſſeſſionis ager, excludit eum qui poſſeſſionis ager eſſe poteſt. Ager emtionis non exit pro ſacerdotibus anno Jubilæo,

ולוים מקדישין לעולם וגואלין לעולם בין לפני היובל בין לאחר היובל :

quia nemo conſecrat quod ad ipſum non pertinet. Sacerdotes & Levitæ ſemper conſecrare & redimere poſſunt tam ante quam poſt Jubilæum.

R. OB. DE BARTENORA.

הרי היא כשדה אחוזה *Ecce is eſt ſimilis agro poſſeſſionis*, quia eum hæreditate conſecutus eſt antequam conſecraverat; idcirco ſi eum redimere velit, locum Cori pro quinquaginta ſiclis redimat, ut agrum poſſeſſionis; ſi vero alius eum redemerit, exibit pro ſacerdote in Jubilæo. *Similis eſt agro emtionis*, nam nos ſequimur momentum temporis quo eum conſecravit, &, ſi eum redimere velit, redimat pro valore ipſius, quemadmodum jus agri emti poſtulat. Si vero alius eum redemerit, reddetur ei in anno Jubilæo, quia ad ipſum non pertinebat dum eum conſecrabat, cum ad patrem redire debebat in Jubilæo; deciſio non eſt ſecundum R. Meyr.

שדה מקנה *Ager emtionis*, quem ipſe conſecravit, ſed alius quiſpiam redemit, is non exibit pro ſacerdotibus in Jubilæo, quia nemo conſecrat id quod ad ipſum non pertinet, hic vero ager ad ipſum non pertinebat niſi in Jubilæo. *Semper conſecrant*, etiam in ipſo Jubilæo; at ſi quis Iſraëlita conſecraverit agrum ſuum in Jubilæo, non cenſetur conſecratus. *Et redimunt ſemper*, quod non ita fit a vulgari Iſraëlita, nam is poſt Jubilæum nequit redimere, ſicuti ſcriptum eſt, *& ſi alii viro agrum vendiderit, non redimetur amplius*, ſi vero ſacerdos aut Levita agrum conſecraverit quem a majoribus ſuis hæreditate conſecutus eſt, redimet eum ſemper, & quamvis Jubilæus tranſierit, & nondum redemptus ſit, poſt Jubilæum redimet eum, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 25, 32. *Redemptio perpetua erit Levitis.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus hoc capite differentiam quæ eſt inter agrum poſſeſſionis & emtionis; quod hic auctor dicit, *quia nemo conſecrat id quod ad ipſum non pertinet*, ejus ratio eſt quod in agro emtionis duntaxat fructus continentur, qui in Jubilæo ad venditorem primum pertinent, quemadmodum Lex dicit. Quia autem exponitur quod Iſraëlita in Jubilæo duntaxat redimit, ſed non ita, ſi tranſierit Jubilæus, idcirco dicit nunc auctor quod ſacerdotes & Levitæ ſemper redimunt. Dicit quoque quod conſecrant, etſi hoc ii non ſoli faciant, quia Iſraëlitæ quoque ſemper conſecrare poſſunt, etiam in ipſo anno Jubilæo, ſicuti in principio hujuſce capitis expoſuimus; deciſio non eſt ſecundum R. Meyr.

פרק ח המקדיש את שדהו בשעה שאינה יובל (ש״ם שאין היובל) אומרים לו פתח אתה ראשון שהבעלים נותנים חומש וכל אדם אינו נותן חומש מעשה באחד שהקדיש את שדהו מפני רעתה אמרו לו פתח אתה ראשון אמר הרי היא שלי באיסר אמר רבי יוסי לא אמר זה אלא בכביצה שההקדש נפדה בכסף ובשוה כסף אמרו לו הגיעתך נמצא מפסיד איסר ושדהו לפניו :

Caput 8. Si quis conſecraverit agrum extra Jubilæum, dicunt ei, incipe tu prius, proprietarius enim dat quintam, at non omnis homo. Aliquando nonnemo agrum ſuum conſecravit depravatum, cui dixerunt, incipe tu primum; ſed reſpondit, meus eſt pro aſſario. Dixit R. Joſe, hæc de quantitate ovi duntaxat dicta ſunt, nam ſanctum redimitur argento, & pro argenti valore. Dixerunt ei, ad te pertinet, hinc aſſarium vendidiſſe cenſetur, & ager ipſius manet.

R. OB. DE BARTENORA.

בשעה שאינו יובל *In tempore quando non eſt Jubilæus*, id eſt, in tempore illo quando Jubilæus non habebat locum. פתח אתה ראשון *incipe tu primum*, quia redimere vis; & propter ſanctitatis lucrum eum rogant prius, quia proprietarius addit quintam. Loquitur autem hic de tempore in quo non obtinet Jubilæus, quia tempore Jubilæi non requiritur ut is rogetur, eo quod tum ſponte redemit eum; pretium enim jam æſtimatum eſt pro ſpatio Cori quinquaginta ſiclorum. Cæterum quum Jubilæus non obtinebat, uti factum eſt cum tribus Rubenis & Gad tranſmigrarunt, quia Levit. 25, 10. ſcriptum eſt, *Et proclamabitis libertatem in terra omnibus incolis ipſius*, quando nempe omnes incolæ erant in ea, & non quando tranſmigrarunt ex illa, tum pretio ſuo ager redimendus erat.

הבעלים נותנין את החומש *Proprietarii dant quintam*, totum agri pretium, & præterea quartam; ita quoque ſe habet omnis quinta pars cujus Lex meminit, comprehendit ſummam principalem, & quintam illius. Tribus vero de cauſis proprietario dicunt, incipe tu primum; prima eſt quia proprietarius addit quintam; ſecunda, quia redemptionis præceptum tangit proprietarium, ſicuti ſcriptum eſt, *& ſi redemerit eum*, ſequitur quod redemptio præcedit venditionem; tertia eſt, quia plus pro redemptione ſua det, quam plurimi homines, quia unuſquiſque ſuum pluris æſtimat. *Quia depravatus erat*, quia impenſæ excedebant lucrum. Aſſarius octo Prutot notat.

לא אמר זה אלא בכביצה *Hæc duntaxat de ovi quantitate dixit*, nempe talis non fuit caſus, nam non dixit, pro aſſario, ſed pro ovo; ſi ærarii præfectus dixerit proprietario, tuus erit pro ovo. Cæterum controverſia doctoris primi & R. Joſis eſt, nam Sapientes putant quod ſancta non redimuntur minori quam quatuor Prutarum pretio, ut in quinta parte ſit Pruta. R. Joſe putat quod ſancta redimantur quantulacunque re, etſi in quinta non contineatur pretium Prutæ; deciſio eſt ſecundum doctorem primum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In quibuſdam exemplaribus ita legitur, *Si quis agrum conſecraverit quum annus Jubilæus non obtinebat*, ſed ſenſus eodem redit; ſed optima & veriſſima lectio eſt quam prius expreſſimus. In Siphra dicitur, id quod ſcriptum eſt Levit. 25, 10. וקראתם דרור לכל יושביה intelligendum eſt de terra Iſraëlis quum omnes illius habitatores in ea fuerint, & non quando tranſmigraverint ex ipſa; hinc fiet ut cum tribus Rubenis & Gad atque dimidia pars Menaſſis tranſmigrarint in aliam terram, ceſſaverint Jubilæi anni, idcirco tum Jubilæus non habebat locum, nec agrum redimendi locus erat, quia non eſt Jubilæus quo ager pro ſacerdotibus exire poſſit. Proprietarium vero obligarunt ut nummos ſolvat pro agro, & prius incipiat, atque hoc multas ob rationes, quarum prima eſt quod ille quintam addere debet; ſecunda, quod redemptionis præceptum incumbit proprietario; tertia, quia is agrum ſuum magis diligit quam alius quiſpiam. Cæterum jam aliquoties diximus quod *quinta* iſta quartam pretii partem conficiat; & ita judicandum eſt de omni *quinta* quæ venit in Lege, ut illa & quinta illius ſint quinque. Aſſarius octo valet Prutas. Controverſia R. Joſis & Sapientum hæc eſt, Sapientes dicunt quod ſanctum non minori pretio redimendum ſit quam additamento quintæ, ſive Prutæ; idcirco ſanctum non redimitur ſecundum ſententiam Sapientum, minori quam quatuor Prutarum pretio. R. Joſe dicit, quod hunc caſum nihil attinet; idcirco illius ſententia eſt quod ager redimatur licet pretio ovi, etiamſi non valeat quatuor Prutas; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

ב אמר אחד הרי היא שלי בעשר סלעים ואחד אומר בעשרים ואחד אומר בשלשים ואחד אומר בארבעים ואחד אומר בחמשים חזר בו של חמשים ממשכנים מנכסיו עד עשר חזר בו של ארבעים ממשכנין מנכסיו עד עשר חזר בו של שלשים ממשכנין מנכסיו עד עשר חזר בו של עשרים ממשכנים מנכסיו עד עשר חזר בו של עשר מוכרים אותה בשויה ונפרעים משל עשר את המותר הבעלים אומרים בעשרים וכל אדם אומרים בעשרים הבעלים קודמים מפני שהם מוסיפין חומש :

2. Si unus dixerit, meus eſt pro decem Selis, alter vero, pro viginti, tertius, pro triginta, quartus, pro quadraginta, quintus, pro quinquaginta, & pœnituerit eum qui quinquaginta dixerit, bona illius pro decem Selis oppignerant. Si pœnituerit eum qui quadraginta dixit, oppignerant bona illius pro decem Selis; ſi pœnituerit eum qui viginti dixit, bona illius oppignerant pro decem Selis. Si pœnituerit eum qui decem dixerit, ea vendant pretio ipſorum, & reſiduum exigant e decem. Si proprietarius dixerit pro viginti, & quiſque idem dixerit, proprietarius præferatur, quia addit quintam.

R. OB. DE BARTENORA.

ממשכנין מנכסיו עד עשר *Oppignerant bona illius uſque ad decem*, hoc intelligendum eſt quum unum poſt alterum pœnituerit; ſi vero omnes eodem momento pœnituerit, inter ſe æqualiter dividant; at quomodo? ſi primus dixerit, meus eſt pro decem; ſecundus, meus eſt pro viginti; tertius, pro viginti quatuor, atque tertium & ſecundum eodem momento pœnituerit, concedant eum primo pro decem, & oppignerent bona ſecundi pro ſeptem Selis, eodemque modo tertii bona; hinc fiet ut ſanctum exigat viginti quatuor. Pariter ſi omnes tres pœnituerit ſimul, & ſanctum vendiderit pro tribus, cujuſlibet bona pro ſeptem Selis oppignerant; atque hoc modo ſemper agendum eſt.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Omnia hæc intelligenda ſunt quando unum poſt alterum pœnituerit, at ſi exempli gratia primus dederit quadraginta & quinque, tertius quinquaginta quinque, & poſtea ſecundum pœnituerit ſimul cum tertio, de primo capiant decem, & ſecundo novem, a tertio octo, & hoc modo ex æquo agendum. Atque hoc eſt quod dixerunt, hæc duntaxat dicta cenſentur ſi quiſque in loco ſuo fuerit; ſin minus, dividant inter ſe. In Beraita dicitur, ſi omnes ſimul pœnituerit, dividant inter ſe.

ג אמר אחד הרי היא שלי בעשרים ואחת הבעלים נותנים עשרים ושש בעשרים ושתים הבעלים נותנין עשרים ושבע בעשרים ושלש הבעלים נותנים עשרים ושמונה בעשרים וארבע הבעלים נותנים תשעה ועשרים (ס״א עשרים ותשעה) וחמשה בעשרים הבעלים נותנים שלשים שאין מוסיפין חומש על של זה אמר אחד הרי היא שלי בעשרים ושש אם רצו הבעלים ליתן שלשים ואחד ודינר הבעלים קודמים ואם לאו אומרים הגיעתך :

3. Si unus dixerit, meus eſt pro viginti & una, proprietarius det viginti ſex. Si pro viginti & duabus, proprietarius det viginti ſeptem. Si pro viginti & tribus, proprietarius det viginti & octo. Si pro viginti & quatuor, proprietarius det viginti & novem. Si pro viginti quinque, proprietarius det triginta, quia huic non addenda eſt quinta. Si unus dixerit, meus eſt pro viginti & ſex, volueritque proprietarius triginta & unum dare cum denario, proprietarius præferendus eſt, ſin minus, dicent ei, tuus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

אמר אחד הרי שלי בעשרים ואחת *Si unus dixerit, ecce meus eſt pro viginti & una*, poſtquam proprietarius dixerit, pro viginti, & alius viginti & una, proprietarius neceſſario viginti & ſex dare debet, nam huic agrum non demus, quandoquidem proprietarius nominavit viginti, & computus aſcendit cum quinta ad viginti & quinque. Si vero huic dediſſemus agrum pro viginti & una Sela, perdidiſſet quatuor ſanctitas; proprietarius autem omnino dabit iſtam Selam quam hic addidit cum ſumma principali, atque ſuas viginti quinque; ſed proprietarius non addet quintam Selæ quam hic addidit.

אמר אחד בחמשה ועשרים הבעלים נותנים שלשים *Si unus dixerit, pro viginti & quinque, proprietarius dabit triginta*, neceſſario tantum dabit, in Gemara ita quæritur, quare proprietarium obligarunt, nam hucuſque bene habet, quod eos obligamus, nam huic agrum dare non poſſumus, quia eorum ſumma principalis non eſt tanta ut ſumma principalis & quinta, de qua proprietarius prius dixit; idcirco eum neceſſario reddimus proprietario. Et quandoquidem eum reddimus proprietario, requiritur ut det ſummam principalem ſecundum aliorum æſtimationem, & quintam ipſius? Jam vero cum alius dixit, pro viginti quinque, concedant agrum huic, quia illius ſumma principalis ſimilis eſt ſummæ principali & quintæ, quas nominavit proprietarius primus, ſed proprietarius dicat, jam alius in locum meum ſucceſſit, qui æque ac ego viginti & quinque Selas dare velit? Sed reſpondet, hoc intelligendum eſſe ſi proprietarius dixerit ſe Prutam ultra viginti Selas daturum, tum ſumma

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si cui nummi aucti fuerint, proprietarius quintam eis addet, nempe quintam de viginti quas prius dedit, uti diximus, donec is & quinta illius ſint quinque; ſed non obligamus eum ut quintam addat ad id quod alius dedit. Et hoc intelligendum eſt quando agrum non æſtimaverint tribus inquiſitionibus, ſed dixerint, tanti valet; at ſi poſt tres inquiſitiones dixerint quod viginti ſex valet, proprietarius triginta duos dare debet cum dimidio. Sed hæc omnia intelligenda ſunt de agro poſſeſſionis quum non eſt Jubilæus, proprietarium enim tum obligarunt, ut pecuniam ſolvat omni modo, ſicuti diximus; idcirco auctor dicit, *dabit*, unde conſtat quod eum obligant ad hoc. Si vero non ſit ager poſſeſſionis in tempore quum non obtinet Jubilæus, nihil hujuſmodi locum invenit, ſed proprietarius eum recipere poterit, ſi velit, ſin minus, non recipiet. *Si proprietarius triginta & unum dare voluerit cum denario, proprietarius præferendus eſt, ſin minus, ei dicunt, tuus eſt*, hæc ita expoſuit Gemara, ſi ab initio dare voluerit ſummam triginta & unum conficientem cum denario, proprietarius anteferendus eſt, ſin minus, ei dicunt, tuus eſt, hoc ſenſu; additamentum quod illis viginti ſex Selis addendum eſt, triginta & unius eſt cum denario, quæ ſumma conficit quinque Selas cum denario. Cæterum ea ſumma quam dabit proprietarius ut ad quinque Selarum additamentum obligetur cum denario, conficit viginti & unam Selam; hinc de intentione illius conſtabit, nempe quod ſi proprietarius viginti dederit Selas, & poſtea acceſſerit additamentum donec nummi ad extremum ipſorum pretium acceſſerint, quod

principalis & quinta conficiant viginti quinque Selas & Prutam; Hæc ſi dederimus huic qui viginti quinque dixit, damnum erit pro ſanctis, idcirco proprietario reddimus agrum ſuum. Sed in principio non dixit, ſi proprietarius dixerit, pro viginti Selis & una Pruta, quia doctor non intendit caſum quo de Prutis verba faceret.

אם רצו הבעלים ליתן שלשים ואחד ודינר *Si proprietarius voluerit dare triginta & unam cum denario*, ſi nempe in principio quando proprietarius prius inceperit, & dixerit, pro viginti & una Sela, tum in ſumma principali & quinta viginti & ſex Selæ ſunt cum denario, quia Sela quatuor valet denarios, quinta autem comprehendit quartam ſummæ principalis; incrementum vero quinque eſt Selarum ſive triginta & una Sela cum denario. *Proprietarius anteferendus eſt*, nam ſi huic dediſſemus, perderet ſanctitas denarium de eo quod proprietarius prius dixit, idcirco proprietario denuo offerimus agrum ſuum. *Sin minus*, ſi proprietarius duntaxat prius inceperit cum viginti, at iſte dixerit, viginti & quinque, dicunt huic, tuus eſt, & non reddimus eum proprietario, quia proprietarius dicere poteſt, intravit alius quiſpiam meum locum, qui viginti & quinque dabit uti ego. Cæterum quod dicimus in hac Miſna, quod proprietarius non addit quintam huic niſi propter pretium ab ipſo inſtitutum, ſed non ob incrementum, id intelligendum eſt quando homines non æſtimaverint agrum, uti huic dictum eſt; ſi vero tres eum homines æſtimaverint, uti hic dixit, proprietarius addet quintam, ipſo licet invito. Sed tota hæc Miſna de agro poſſeſſionis, quum Jubilæus non invenit locum, tractat, ſicuti in principio hujus capitis dictum eſt.

eſt viginti & ſex Selarum, ſi viginti & unam dare voluerit, is præferendus eſt ei qui viginti & ſex dederit. Nam quoniam viginti dedit, atque unus addidit unam Selam præter id quod in principio dedit, obligatur viginti & ſex dare Selas, atque denarium, quia Sela quatuor eſt denariorum, & propter denarium quem addit, præferendus eſt ei qui viginti & ſex dederit. Si vero non addiderit Selam neque viginti & unam dederit, ſed nihil addiderit præter id quod in principio dedit, obligatus eſt triginta & unam dare, propter eum qui viginti & ſex dedit, uti diximus, perinde ac ſi dixiſſet quod ea ſumma ſit in manu ipſius; & ſi viginti ſex cum quartario dare velit, atque illic non ſit additamentum præter extremos nummos, niſi quartarius tantum, quia ſummæ principali addidit Selam, uti diximus, ſi triginta & unam dare velit, cum viginti & uni nihil addidit, det. *Dicunt ei, tuus eſt*, id eſt, proprietarius non obligatur addere quintam ad viginti ſex, quibus hic tenetur.

ד מחרים אדם מצאנו ומבקרו מעבדיו ומשפחותיו הכנענים ומשדה אחוזתו ואם החרים את כולן אינן מוחרמים דברי רבי אליעזר אמר רבי אלעזר בן עזריה מה אם לגבוה אין (ס"א) אדם רשאי להחרים את כל נכסיו על אחד כמה וכמה שיהא אדם חייב להיות חס על נכסיו :

4. Devovere homo poteſt e grege ſuo, & jumento, ſervis ſervabuſque Cananæis, agroque poſſeſſionis, hæc vero omnia ſi devoverit, non ſunt devota, ita R. Eliezer. Dixit R. Eleazar filius Azariæ, ſi homo nequeat Deo devovere omnia ſua bona, quanto magis tenetur parcere bonis ipſius.

R. OB. DE BARTENORA.

מחרים אדם מצאנו *Anathematizat homo de grege ſuo*, partem aliquam gregis devovet, eamque tradet ſacerdoti. *Si hæc omnia devoverit*, ſi nihil ſibi reſervaverit. *Non ſunt devota*, quia Lex dicit Levit. 27, 28. מכל אשר לו מארם ובהמה ומשדה אחוזתו ubi per מכל אשר לו *ex omni eo quod ad ipſum pertinet*, intelliguntur mobilia quædam, ſed non omnia: מארם *ex homine*, e ſervis ſervabuſque Cananæis, ſed non omnes devovet; ומשדה אחוזתו *& ex agro poſſeſſionis ſuæ*, ſed non totam poſſeſſionem; deciſio non eſt ſecundum R. Eleazarem filium Azariæ; ſed ab initio non licet iſta omnia devovere; at ſi ex errore devoverit, devotum eſto. *Parcere bonis ſuis*, ne ea perdat cum rebus mundanis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Lex Levit. 27, 28. מכל אשר לו מארם ובהמה ומשדה אחוזתו ubi particula מן *ex* notat partem aliquam, idcirco partem aliquam duntaxat anathematizare poteſt; ſi vero totum aliquod anathematizaverit, id factum eſto ſecundum doctorem primum.

ה המהרים בנו ובתו עבדו ושפחתו העברים ושדה מקנתו אינן מוחרמים שאין אדם מהרים דבר שאינו שלו כהנים ולוים אינן מהרימים דברי רבי יהודה רבי שמעון אומר הכהנים אין מהרימים שהחרמים שלהם הלוים מהרימים שאין החרמים שלהן רבי אומר נראים דברי רבי יהודה בקרקעות שנאמר כי אחוזת עולם היא להם ודברי רבי שמעון במטלטלים שאין החרמים שלהם :

5. Si quis filium, filiam, ſervum ſervamque Hebræos devoverit, atque agrum antea emtum, non devota cenſentur, quia nemo devovet quod ſuum non eſt. Sacerdotes & Levitæ nequeunt devovere, quia res devotæ ad ipſos pertinent, ita R. Jehuda. Sed R. Simeon ſtatuit ſacerdotes non devovere, quia res devotæ ipſis cedunt, ſed Levitas quidem, quia ad ipſos non pertinent res devotæ. Rabbi dicit, mihi R. Jehudæ verba de fundis arrident, quia ſcriptum eſt Levit. 25, 34. *Poſſeſſio perpetua erit illis.* Et verba R. Simeonis agunt de mobilibus, quia devota non cedunt illis.

R. OB. DE BARTENORA.

שאין אדם מחרים דבר שאינו שלו *Nam nemo devovet rem quæ ad ipſum non pertinet*, ſed filiam ſuam quidem devovet, quoniam illam vendere poteſt minorennem, ſed non adultam virginem. *Devota ſunt pro illis*, ſicuti ſcriptum eſt Num. 18, 14. *Omnis res devota in Iſraële erit tibi.* Quoniam ergo res devotæ ad ſacerdotes pertinent, quid commodi inde ipſis accederet ſi devoverent quicquam, quia retinent iſtud, & non tradunt aliis ſacerdotibus.

נראין דברי רבי יהודה *Arrident verba R. Jehudæ*, nempe, R. Simeoni arrident verba R. Jehudæ, nam R. Simeon concedit R. Jehudæ, & ipſi aſſentitur in fundis; nam R. Simeon de mobilibus duntaxat locutus eſt, quia ad Levitas non pertinent devota. R. Jehuda dicit quod immobilia aſſimilantur agris,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Jehuda mobilia bona cum agro poſſeſſionis comparat, quia Lex dicit Levit. 27, 28. *De omni eo quod ad ipſum pertineat; de homine, pecore & agro poſſeſſionis*; idcirco is putat quod mobilia non licet devovere. R. Simeon non admittit iſtam comparationem, ſed putat quod mobilia devovere licet. In Gemara exponitur quod R. Simeon non repugnat reſpectu fundi. Cæterum Rabbi verborum ordo hic eſt, verba R. Jehudæ & R. Simeonis arrident in fundis; ſed Rabbi in hoc dicto non declarat ſententiam ſuam, idcirco deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

agris, quia ſcriptum eſt Levit. 27, 28. *De omni eo quod ad ipſum pertineat, de homine, de pecore, & agro poſſeſſionis*, ſicuti ergo Levitæ agrum poſſeſſionis non devovent, quia Lex dicit Levit. 25, 34. *poſſeſſio perpetua vobis erit*, ita nec mobilia devovent. R. Simeon hanc æqualitatem non admittit; & quia Rabbi expoſuit verba R. Simeonis, in quo R. Jehudæ concedit, & contradicit, inde infertur deciſionem eſſe ſecundum R. Simeon.

ו חרמי כהנים אין להם פדיון אלא ניתנים לכהנים רבי (ס"א) יהודה בן בתירא אומר סתם חרמים לבדק הבית שנאמר כל חרם קדש קדשים הוא לה׳ והכמים אומרים סתם חרמים לכהנים שנאמר כשדה החרם לכהן תהיה אחוזתו אם כן למה נאמר כל חרם קדש קדשים הוא לה׳ שהוא חל על קדשי קדשים ועל קדשים קלים :

6. Devota ſacerdotum nequeunt redimi, ſed aliis ſacerdotibus traduntur. R. Jehuda filius Beteræ dicit, ſimplicia devota cedunt reparationi Templi, ſicuti dicitur Levit. 27, 28. *Omne devotum eſt ſanctitas ſanctitatum Domino.* Sapientes dicunt, ſimplicia devota ſacerdotibus cedunt, ſicuti dicitur Levit. 27, 21. *Ut ager devotus pro ſacerdote erit poſſeſſio illius.* Si ita ſe res habet, quare dictum eſt, *omne devotum ſanctitas ſanctitatum pro Domino*, nam iſtud incidit in ſanctitates ſanctitatum & in ſanctitates leves.

R. OB. DE BARTENORA.

חרמי כהנים *Devota ſacerdotum*, devota ſacerdotibus deſtinata, non redimenda ſunt, ſicuti dicitur Levit. 27, 28. *Non vendetur, neque redimetur.* Sed devota in reparationem Templi redimi poſſunt, quia iſta intentione devota ſunt, cum rationibus Templi duntaxat pecunia conveniat. *Sapientes dicunt, devota ſimplicia cedunt ſacerdotibus*, deciſio eſt ſecundum Sapientes. Qui vero hoc tempore mobilia devoverit, ſic etiam qui agros devoverit extra terram Iſraëlis, illius jus in hoc caſu eſt ſimile devotioni mobilium bonorum, & tradentur ſacerdotibus. Et qui hocce tempore quo non eſt Templum, conſecraverit in reparationem Templi, redimet iſtam conſecrationem exiguo pretio, dummodo non minus quam quatuor det Zuzas, ſed non pretio Prutæ, quia tum non tam res fit publica. *Quod iſtud in ſanctitates ſanctitatum incidit*, uti deinceps exponit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Jehuda filius Beteræ exponit id quod in Beraita dicitur, *pro ſacerdote erit poſſeſſio illius*, docere fundamentum quod jam dictum eſt capite antecedenti, nempe, non dicet, quandoquidem devotum cedit ſacerdotibus, eſt ſub mea poteſtate, &c. quia dictum eſt, *erit poſſeſſio illius*, nempe quod erit ut ager poſſeſſionis qui poteſtati emtoris in Jubilæo cedit, ita hoc devotum cedet poteſtati ſacerdotis, qui id emit pro fratribus ſuis ſacerdotibus. Sapientes vero jus rerum devotarum colligunt ex eo quod dicitur Levit. 27, 21. כשדה החרם; nam non dicitur ſimpliciter כשדה חרם R. Jehuda filius Beteræ non exponit ſenſum iſtius He demonſtrativi. Sed opinio R. Jehudæ eſt quod devotum incidat in ſanctitates ob id quod R. Iſmaël dixit deinceps; deciſio eſt ſecundum Sapientes. Si quis hocce tempore ſimpliciter bona mobilia devoverit, ea cedunt ſacerdotibus. Si agros extra terram Iſraëlis devoverit, perinde eſt ac ſi mobilia devoviſſet, & ſacerdotibus cedunt. Si vero quis conſecravit quicquam in Templi refectionem, licet ei idipſum re exigua redimere, & pretium illud in mare conjicere; dummodo quantitas pretii redemptionis ſit quatuor Zuzarum, quum res palam fit. Sed nos hoc duntaxat tempore permittimus, ubi non eſt Templum.

ז מחרים אדם את קדשיו בין קדשי קדשים ובין קדשים קלים אם נדר נותן את הדמים אם נדבה נותן את טובתו שור זה עולה אומרים כמה אדם רוצה ליתן בשור זה להעלותו עולה שאינו רשאי הבכור בין תמים בין בעל מום מחרימים אותו כיצד פודין אותו (ס"א) הפודין (בש"ס ל"ג) אומרים כמה אדם רוצה ליתן בבכור זה ליתנו לבן בתו או לבן אחותו רבי ישמעאל אומר כתוב אחד אומר תקדיש וכתוב אחד אומר אל תקדיש (אי אפשר לומר תקדיש שכבר נאמר אל תקדיש ס"א) ואי אפשר לומר אל תקדיש שכבר נאמר תקדיש אמור מעתה מקדישו אתה הקדש עילוי ואין אתה מקדשיו הקדש מזבח :

7. Homo ſancta ſua devovere poteſt, tam levia quam gravia. Si votum ſit, det pretium, ſi oblatio ſpontanea, det bonitatem illius. (Si dixerit,) hic bos ſit holocauſtum, conſiderandum eſt quantum alii pro iſto bove dare velint, ad holocauſtum offerendum quod non ei licet. Primogenitum vero tam perfectum quam vitioſum devovent; at quomodo rediment? conſiderant quantum alii dare velint pro hocce primogenito, ad dandum eum filio filiæ, aut filio ſororis. R. Iſmaël dicit, Deut. 15, 19. dicitur *Conſecrabis*; & Levit. 27, 26. dicitur, *Non conſecrabis*; at dici nequit, conſecrabis, quia jam dictum eſt, non conſecrabis; nec dici poteſt, non conſecrabis, quia jam dictum eſt, conſecrabis. Hinc dictum eſt, conſecrabis id conſecratione aſcendente, at non conſecrabis id conſecratione altaris.

R. OB. DE BARTENORA.

אם נדר *Si ſit votum*, ſi quis dixerit, recipio in me holocauſtum, & pecus aliquod pro voto ſuo deſtinaverit, poſtea vero id ipſum devoverit, quandoquidem ad damnum illius compenſandum tenetur, ſi obierit vel furto ablatum fuerit, id ad ipſum pertineat, & ſacerdoti totum illius pretium det; pecus vero offeratur pro voto ipſius, nam hoc certiſſime redimi debet.

אם נדבה *Si oblatio ſpontanea*, ad cujus damnum reſarciendum non obligatur, idcirco in ipſum certo non incidit devotio, quia ad ipſum non pertinet niſi in quantitate beneficii ipſius, hoc vero beneficium det ſacerdoti; quomodo? ſi dixerit, hic bos holocauſtum ſit, at ipſum devoverit, tum conſiderant quantum homines dare velint, qui holo-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam noſti quod ſi quis dixerit, hicce bos erit holocauſtum, denotetur נדבה *oblatio ſpontanea*; hanc ſi quis devoverit poſtea, æſtimant, quemadmodum dicit auctor. Pariter, ſi quis primogenitum devoverit, redimunt ipſum in beneficium uſus, quia donum eſt pro ſacerdotibus, tam perfectum quam vitioſum, ſicuti expoſuimus in tractatu de Primogenitura; ſed nemo ex ipſo quid utilitatis capiet niſi donec nummos ſolverit pro ipſo, vel ſi patri ſuo ſacerdoti ipſum dederit. Loquitur vero auctor de proxima conſanguinitate quæ eſt inter Iſraëlitam & ſacerdotem, nempe ſi ſacerdos habeat filium e filia ſua, vel e ſorore ſua. R. Iſmaël dicit, de primogenito dictum eſt Levit. 27, 26. *Non conſecrabit quis ipſum*; & Deut. 15, 19. dicitur quoque de ipſo, *om-*

holocauſtum non debent, ſi id minoris emere poſſint, ut creatori in munus offeratur; tot autem nummos iſte dabit & hoc eſt beneficium quod in hoc pecore habet.

כיצד פודין אותו *Quomodo redimunt ipſum?* nam corpus primogenitum non devotum eſt, quia idipſum non pertinet ad proprietarium præter ſacerdotem; conſiderant ergo quantum alii dare velint proprietario, ut primogenitum det filio filiæ ſacerdotis, aut ſororis filio, & beneficium iſtud proprietarius dabit ſacerdoti pro devoto; nam de primogenito dicitur Deut. 15, 18. *Omne primogenitum quod natum fuerit, id conſecrabis*, & Levit. 27, 26. dicitur, *non conſecrabit ipſum homo.*

הקדש עלוי *Conſecratio holocauſti*, ut id nummis augeatur, dabit enim beneficium uſus ipſius, quantum alii pro id dare velint ad holocauſtum adducendum, nam creatori duntaxat munus aliquod offerre debet. *Non conſecrabis conſecratione altaris*, quia aliud nomen in ipſum incidit. Sapientes opinionem ſuam confirmare conantur ex eo quod ſcriptum eſt, *Omne devotum erit ſanctitas ſanctitatum pro Domino*; atque illud *non conſecrabis* de præcepto negativo exponunt; & iſtud *& conſecrabis* de præcepto conſecrationis, hac formula, *ſit hoc conſecratum primogenituræ*, etſi per ſeipſum conſecratum ſit; R. Iſmaël non admittit hanc expoſitionem; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ne primogenitum quod natum fuerit in jumento & grege tuo natum maſculum conſecrabis. Cæterum holocauſti conſecratio hæc eſt conſecratio qua pecuniæ aliquid additur, nam ſi quis devoverit primogenitum, capiet pro additamento denarios, qui denarii conſecrati ſunt, & primogenitum cedit ſacerdotibus, quorum antea erat. Sapientes ſententiam ſuam colligunt ex eo quod Levit. 27, 26. dicitur, *omne devotum erit ſanctitas ſanctitatum pro Domino*; id autem quod Lex de primogenito dicit, *non conſecrabis*, dicit, quia is qui conſecrat, tranſgreditur præceptum negans. Cæterum in Toſaphta ad codicem Temura dicitur, qui perfecta primogenita in refectionem Templi conſecraverit, is tenetur negante præcepto. Et quod de ipſo dicitur, *conſecrabis*, intelligendum eſt ſi primogenitum in bovili natum fuerit, nam tum ex præcepto conſecratur, dicendo, *hoc conſacretur*, & primogenitum manebit ſicuti fuit. Deciderunt autem quod etiamſi non dixerit, hoc conſecratum ſit, ab utero tamen conſecratum ſit.

פרק ט המוכר את שדהו בשעת היובל אינו מותר גאול פחות משתי שנים שנאמר במספר שני תבואות ימכר לך היתה שנת שדפון וירקון או שביעית אינה עולה לו מן המנין נרה או הבירה עולה לו מן המנין רבי אליעזר אומר מכרה לו לפני ראש השנה והיא מלאה פירות הרי זה אוכל ממנה שלש תבואות לשתי שנים׃

Caput 9. Si quis agrum ſuum vendiderit in tempore Jubilæi, non licet eum intra biennium redimere, quemadmodum dicitur Levit. 11, 13. *Pro numero annorum proventus vendet tibi.* Si fuerit annus quo ſeges uredinem vel rubiginem contraxit, vel ſeptimus, non ei in rationes refertur. Si eum in novale vel incultum reliquerit, ei in rationes refertur. R. Eliezer dicit, ſi ante initium anni ei vendiderit, & is fructibus abundet, comedet ex ipſo triplicem proventum in biennio.

R. OB. DE BARTENORA.

בשעת היובל *In tempore Jubilæi*, eo tempore quo jura anni Jubilæi obtinent; ſed in ipſo anno Jubilæo non licet vendere agrum, & ſi quis vendiderit, venditio irrita eſt, & nummi reddi debent. *Non licet redimere*, etſi enim emtor contentus ſit, tamen non attendunt ipſum, quia ſcriptum eſt Levit. 25, 15. *Pro numero annorum poſt Jubilæum emes*; biennium ergo in poteſtate illius emtus eſſe debet & ſi ante id tempus eum reddere velit, tranſgreditur præceptum affirmans; & venditor quoque affirmans præceptum tranſit ſi ante biennium redemerit eum, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 11, 13. *Pro numero annorum proventus vendet tibi.* Sed poſt duos annos eum vel invito emtore redimere poterit, ſi velit, & ſolvet ei ſecundum pretium quo venditus eſt, ſicuti Lex dicit Levit. 25, 27. *Et numerabit ei annos venditionis.* Nam enumerabit quot anni ſint ab eo tempore quo vendidit ipſum uſque ad Jubilæum, & tum ſecundum annos dividet. Si enim decem annos ante Jubilæum vendiderit Mina, fiet ut fructus quotannis decima parte Minæ vendantur, quia venditio ad Jubilæum duntaxat durare poteſt; & ſi ager per quinquennium fuerit in poteſtate emtoris, & poſtea ipſum redemerit venditor, emtor ei Minam detrahet.

אינו עולה מהמנין *Non ei in rationes refertur*, in annorum numerum, quia ſcriptum eſt, *annos proventuum*, duos igitur annos convenientes proventui erit in poteſtate emtoris. Verum ſi annus proventui aptus fuerit, is autem agrum in novale fecerit, ſcil. ſi eum araverit & non ſeminaverit, vel eum incultum reliquerit, tum emtor ſibi damnum intulit, idque ei refertur in duorum annorum numerum. תבואות לשתי שנים *tres proventus pro tribus annis*, iſte nimirum proventus qui in agro eſt ante tempora emtionis, & duo proventus biennii quo ſunt in poteſtate ipſius. R. Eleazar hac in parte non contradicit doctori primo, ſed ſecundum omnes ſtatuit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si quis agrum poſſeſſionis vendiderit ſecundum Legis præſcriptum, ita ſe res habet; ſi quis agrum poſſeſſionis certo vendiderit pretio, dividet iſtud pretium ſecundum annorum numerum uſque ad Jubilæum, & tum fiet quantum quotannis excidat, & ſecundum tempus quod in poteſtate emtoris manſit, ei detrahet de ſumma principali, ut, ſi Simeon vendiderit Rubeni agrum centum denariis, & uſque ad Jubilæum a tempore venditionis decem anni reliqui facti fuerint, atque Ruben iſtius agri fructus per quatuor annos comederit; ſed poſtea Simeon agrum ſuum redimere voluerit, Rubeni ſexaginta denarios reddat; & hæc eſt illa argenti diminutio; atque hoc modo tu rem æqualiter conſideres. Quando igitur agrum ſuum redimere velit, enumerabit totum iſtud tempus quo fructus comedit, ſive menſes ſive dies, quantum enumerare poterit.

בשעת היובל *In tempore Jubilæi*, id eſt eo tempore quo jus anni Jubilæi obtinet, ſed in ipſo Jubilæo non licet vendere, & ſi vendiderit, venditio irrita eſt, nummis proprietario redditis. Si quis anno proximo ante Jubilæum vendiderit, emtor comedat fructus anno primo ante vel poſt Jubilæum, quia non minus quam duo eſſe poſſunt proventus, ſicuti ſcriptum eſt. Cæterum quod auctor dicit, *non licet*, eo nos vult docere quod in ipſo contineatur prohibitio, & quamvis emtor eo contentus ſit, tamen non attendunt ipſum, quia Lex dicit Levit. 25, 15. *Pro numero annorum poſt Jubilæum emes*, hinc emtor obligatur ad annos, quemadmodum venditor.

עלה לו מן המנין *Ei cedit in numerum*, eſt hoc cognomen quod de emtore intelligendum eſt. R. Eleazar nemini contradicit, ſed nos vult docere quod emtor non tenetur agrum fructibus plenum relinquere coram proprietario ſuo, quo in ſtatu eum emit; verum quod per tres annos comedet fructus illius intra duos annos; hac in parte nemo eſt qui contradixerit.

ב מכרה לראשון במנה ומכר הראשון לשני במאתים

אינו

2. Si eum primo vendiderit centum denariis, iſte

autem

אינו מחשב אלא עם הראשון שנאמר לאיש אשר מכר לו מכרה לראשון במאתים ומכר הראשון לשני במנה אינו מחשב אלא עם האחרון שנאמר לאיש לאיש אשר בתוכה לא ימכור ברחוק ויגאל בקרוב ברע ויגאל ביפה לא ילוה ויגאל ולא יגאל לחצאים ובהקדש מותר בכלן זה חומר בהדיוט מבהקדש :

autem primus eum ſecundo vendiderit ducentis, non computabit niſi cum primo, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 25, 27. *Viro cui vendiderit.* Si primo vendiderit ducentis, & primus ſecundo vendiderit centum, non computabit niſi cum ultimo, quia Lex dicit, *viro*, viro igitur qui in agro eſt. Non vendet procul diſſitum ut redimat proximum; nec malum, ut redimat bonum. Non ſumet mutuo ut redimat, neque per dimidia redimet. In Sanctis hi modi liciti ſunt omnes, atque hoc majoris eſt momenti in privatis quam in ſanctis.

R. OB. DE BARTENORA.

אינו מחשב *Non computabit*, venditor ſcil. non computabit, cum redimere voluerit, niſi cum primo, atque iſtam quantitatem ei detrahet quotannis ex eo quod comedit. *Cui vendiderit eum*, de eo qui redemerit agrum venditionis ſcriptum eſt Levit. 25, 27. *Et reſiduum reddet viro qui ei vendiderit.*

לאיש אשר בתוכה *Viro qui in eo eſt*, qui tum exiſtebat in agro quum eum redimebat; ſed unde tenemus, quod de venditore ſenſu leviori, & non graviori exponendum, & quod de ſervo Hebræo bis extat vox *redemptio*; & de agro poſſeſſionis ſcriptum eſt Levit. 25, 26. *Si invenerit ſufficientiam redemptionis ſuæ*; & de ſervo Hebræo denuo ſcriptum eſt, *redemptio erit illius*, quemadmodum igitur in uno loco allevandum eſt, ita etiam in altero; In poſteriori loco allevandum eſt, ſecundum id quod in Beraita dicitur, ſi ſervus venditus ſit pro centum denariis, & poſtea centum lucratus fuerit, unde tenemus quod tamen centum denarii computandi ſint, & quantum de iſtis centum attigerit quoque anno, tantum detrahet ei? quia Lex dicit Levit. 25, 51. *Ex argento acquiſitionis illius.* Sed unde tenemus quod ſi ſit venditus pro ducentis, & poſtea valuerit duntaxat centum, centum modo computant? quia Lex dicit, *ſecundum annos ipſius*, nempe ſecundum id quod dum redimebatur, valebat ſervus. *Non vendet procul diſſitum ut redimat proximum*, ſenſus eſt quod non licet agrum procul ab urbe diſſitum vendere ut eo redimat alium qui prope ſitus eſt, nec malum vendet ad redimendum bonum, nec mutuo ſumet ad redimendum, nec dimidium agri venditi redimet, ſed totum vel nihil redimet; & hæc omnia colligimus ex eo quod ſcriptum eſt Levit. 25, 26. *Si poteſtas ipſius aſſecuta fuerit, & ſufficientia redemptionis inventa fuerit*, quum dicit, *ſi aſſecuta ſit poteſtas illius*, id intelligendum eſt, ſi ex ſeipſo ſufficiens ſit, non quod ab aliis mutuo accipiat & eo redimat; per *inventa fuerit* intelligas id quod in tempore venditionis nondum habebat, excipe eum qui agrum procul diſſitum vendiderit ad redimendum proximum, vel malum ad redimendum bonum, quem habebat dum vendebat. *Sufficientia redemptionis illius*, ſed non redimet dimidium. *In ſanctis id licet omnimodo*, ſi quis agrum ſuum conſecraverit, licet ei vendere alium agrum vel mutuo accipere ad redimendum; & ſi non ſufficiens ſit ad ipſum integrum redimendum, dimidium redimat; ſi vero opes illius permittant, totum redimat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dederat emtori optimum, quia ad hoc neceſſitate cogebatur; poſtea dicit auctor, quod ſi quis agrum procul a civitate diſſitum vendere voluerit, vel pejus ad redimendum melius, non attendunt ipſum, quia Lex dicit Levit. 26, 26. *Si id manus illius aſſecuta fuerit, & invenerit*, hinc excipitur inventum, donec invenerit quid quod in tempore venditionis non habuit.

כדי גאולתו *Sufficientiam redemptionis illius*, nempe ſi plus quam nummi fuerint quibus eum vendidit; vel ſi pluris & infra pretium ei vendiderit, nam venditori dant plus, & emtori minus, ſicuti exponitur ex eo quod dicitur, ſi primus vendiderit ſecundo.

ג המוכר בית בבתי ערי חומה הרי זה גואל מיד וגואל כל שנים עשר חדש הרי זה כמין ריבית ואינה ריבית מת המוכר יגאל בנו מת הלוקח יגאל מיד בנו אינה מונה לו שנה אלא משעה שמכר לו שנאמר עד מלאת לו שנה תמימה וכשהוא אומר תמימה להביא חדש העיבור רבי יהודה אומר יתן לו שנה ועיבורה:

3. Si quis vendiderit domum in urbe muro cincta, ſtatim redimat, & per omnes duodecim menſes, hæc veluti uſura & non uſura eſt. Si venditor obierit, redimat filius; ſi emtor obierit, redimat e poteſtate filii ſui. Non annum annumerat, niſi a tempore quo ei reddidit, ſicuti dicitur Levit. 25, 32. *Donec integer annus completus ſit*; quum dicit *integer*, menſem intercalarem includit. R. Jehuda dicit, annum & intercalationem illius ei dabit.

R. OB. DE BARTENORA.

הרי זה גואל מיד *Ecce is ſtatim redimat*, & non ita ſe habet hoc jus quemadmodum illud de agro poſſeſſionis, qui poſt duos annos demum redimitur. הרי זה כמין רבית *ecce hæc ſpecies uſuræ eſt*, nam cum intra annum ei nummos reddidit, nihil ei detraxit, hinc fiet ut ſi mercede uſus ſit domo illius ſub expectatione nummorum, non ſit talis uſura, quia mediante mutuo duntaxat uſura appellatur, tum enim certo in uſuram incidit, quia domus ei in perpetuum confirmabitur, at non mediante venditione, nam ſi eam non redemerit atque iſta domus confirmata fuerit, non obtinet uſura. *Filius ipſius redimat*, intra annum ſi voluerit, ſed poſt annum confirmatur, & non amplius redimi poteſt, quemadmodum ſcriptum eſt Levit. 25, 30. Porro dicit Miſna, *A tempore quo vendiderit*, ſi Ruben Simeoni in menſe Niſan vendiderit domum, & Simeon vendiderit Levi in menſe Jar, ſimulac Niſan advenerit, confirmatur domus, & ſecundæ venditioni non annumeratur, ſed primæ, uti ſcriptum eſt Levit. 25, 30. *donec completus fuerit*, quod intelligendum eſt de eo ad quem pertinebat. *Ad menſem intercalarem includendum*, nam ſi annus eſſet intercalaris, non confirmabitur niſi poſt tredecim menſes. *Annum & intercalationem illius ei dabit*, tam anno ſimplici quam hyperbolymæo concedunt annum

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Rabbi dicit, id quod in Lege dictum eſt, *annus integer*, intelligendum eſt de anno ſolari, qui trecentorum ſexaginginta quinque eſt dierum, ſed quod horarum hoc in jure non ſit ratio habenda; ſi annus ſit intercalaris, addunt ei menſem intercalarem, etſi dies anni intercalaris ſint treceenti & octoginta & unus. Sapientes dicunt, quod Lex dicit, *annus*, id intelligi debet de duodecim menſibus a die in diem; & quod dicit *integer*, id ad menſem intercalarem includendum addit; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

annum lunarem, ſive trecentos & quinquaginta quatuor dies, iſti vero dies quos annus vulgaris habet præter annum ſolarem, ſunt undecim, & propter illos facimus annum intercalarem; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ד הגיע יום שנים עשר חדש ולא נגאל היה חלוטה לו אחד הלוקח ואחד שנותן לו במתנה שנאמר לצמיתות בראשונה היה נטמן יום שנים עשר חדש שיהא חלוט לו התקין הלל הזקן שיהא חולש את מעותיו בלשכה ויהא שובר את הדלת ונכנס אימתי שירצה הלה יבוא ויטול את מעותיו :

4. Si duodecimi menſis dies advenerit, atque eam nondum redemerit, confirmatur ei, ſive quis domum emerit, ſive dono dederit, uti Lex dicit Levit. 25, 23. *In exciſionem.* In principio abſcondebatur dies menſis duodecimi donec ei confirmatio fuiſſet. Inſtituit autem Hillel Senior ut nummos ſuos in conclave immitteret, & janua fracta introiret, ut alter veniret, ſi luberet, & nummos ſuos acciperet.

R. OB. DE BARTENORA.

ואחר הנותן במתנה *Sive quis dono dederit*, ſi is qui dono dederit, domum redimere velit, intra annum redimat; ſin minus, ei confirmatur. *Abſcondebatur dies &c.* ſi emtor ſe abſcondiſſet die menſis duodecimi, ne eum venditor inveniret, ut nummos ſolveret eique domus confirmaretur. *In conclave*, ſcil. atrii Templi. *Janua fracta*, domus illius quam vendidit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Targum vocem לצמיתות Levit. 25, 23. exponit per לחלוטין *in perpetuam confirmationem*, hoc ſenſu Hebraice dicitur 1 Reg. 20, 23. ויחלטו ממנו ſenſu deciſionis quatenus ſcil. judicium iſtud erat deciſum & obſignatum.

ה כל שהוא לפנים מן החומה הרי הוא כבתי ערי חומה חוץ מן השדות רבי מאיר אומר אף השדות בית הבנוי בחומה רבי יהודה אומר אינו כבתי ערי חומה רבי שמעון אומר כותל החיצון היא חומתו :

5. Quicquid intra mœnia continetur, id ſimile eſt domibus urbium muro cinctarum, agris exceptis. R. Meyr dicit, etiam agri includendi ſunt. Domus in mœniis extructa ſecundum R. Jehuda diſſimilis eſt domibus urbium muro cinctarum. R. Simeon dicit, paries exterior illius eſt murus urbis.

R. OB. DE BARTENORA.

כל שהוא לפנים מן החומה *Quicquid intra mœnia continetur*, ſicuti ſunt domus torcularium, in quibus oleum exprimunt, & balneorum domus, turres, putei, & foveæ, quia Lex dicit Levit. 25, 30. אשר בעיר ad includendum quicquid in civitate continetur; hinc intelligere potuiſſemus quaſi agri quoque includendi eſſent, idcirco Lex addit הבית *domus*, qua agri excluduntur, qui domibus nullatenus ſimiles ſunt. *R. Meyr dicit, etiam agri includendi ſunt*, non de agro proprie dicto R. Meyr loquitur, nam ſcriptum eſt *domus*, at agri non aſſimilantur domibus, ſed terræ petroſæ atque profunditatibus, cujuſmodi loca conſeri nequeunt, ſed apta domuum ſtructuræ; & locus petroſus aptus eſt ut lapides exinde ſumantur ad ædificia; & profunditas ut exinde arena ſumatur; deciſio non eſt ſecundum R. Meyr. *R. Jehuda dicit, diſſimilis eſt domibus urbium muro cinctarum*, ut in fine anni confirmaretur. *R. Simeon dicit, paries exterior illius eſt murus urbis*, judicatur idcirco ut domus urbis muro cinctæ; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Jehuda ſententiam ſuam confirmare videtur ex eo quod Lex dicit Joſ. 2, 15. ובחומה היא יושבת ergo ſi domus in mœniis extructa ſit, & non in civitate mœniis cincta; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam, & non ſecundum R. Meyr.

ו עיר שגגותיה חומתה ושאינה מוקפת חומה מימות יהושע בן נון אינה כבתי ערי חומה ואלו הן בתי ערי חומה שלש חצרות של שני שני בתים מוקפת חומה מימות יהושע בן נון כגון קצרה הישנה של צפורים וחקרה של גוש חלב ויורפת הישנה וגמלא וגדור וחריד ואונו וירושלם וכן כיוצא בהן :

6. Urbs cujus tecta ſunt mœnia, & ea quæ non a tempore Joſuæ filii Nun muro cincta fuit, differt a domiciliis urbis muro cinctæ. Hæ vero ſunt urbes muro cinctæ, ſi duo ſint atria, utrumque duorum domuum muro cinctarum a tempore Joſuæ filii Nun, ſicuti vetus Cazra prope Zippori, & Chagra Guſch Chaleb, atque Jorpat vetus, & Gamla, Gedor, Charid, Ono, Jeruſolyma & id genus aliæ.

R. OB. DE BARTENORA.

שגגותיה חומתה *Cujus tecta ſunt murus illius*, quæ non muro, ſed domibus clauditur, domicilia vero exterius conjunguntur ut murus, talis civitas non eſt ſimilis civitati muro cinctæ, quia Lex muri meminit & non civitatis cujus domuum tecta ſunt inſtar muri. *Et ea quæ a tempore Joſuæ filii Nun non cincta fuit muro*, quæ vero tempore Joſuæ muro cincta erat, etſi præterito deinde tempore non habeat murum, tamen expoſita eſt juri urbium olim muro cinctarum. *Tria atria*, ſi in quolibet duo ſint domicilia, vocantur עיר *urbs*. *Sicuti Caſra*, eſt nomen urbis parvæ extra Zippori. Quas autem porro Miſna enumerat civitates, eæ notæ ſunt quod temporibus Joſuæ muro circumdatæ erant. Cæterum Miſna hæc meminit Jeruſolymæ, licet nobis ſit hypotheſis quod olim Jeruſolymæ non acquirebatur domicilium aliquod emtione, idcirco nonnemo in Gemara dicit duas fuiſſe Jeruſolymas, ea vero in qua acquirebatur emtione domicilium aliquod, non erat Jeruſolyma ſancta, ſed alia Jeruſolyma in terra Iſraëlis, quæ tempore Joſuæ muro cincta erat, in quo domicilia emi poterant, uti in reliquis civitatibus muro cinctis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scitu tibi neceſſarium eſt eam urbem quæ ab eo tempore quo Joſua intravit terram Iſraëlis, muro circumdata erat, etſi jam non circumdata ſit, eſſe eidem juri obnoxiam cui urbes muro cinctæ. Quæ vero a tempore Joſuæ non cincta erat muro, etſi jam cincta ſit, ea juri agrorum expoſita eſt.

ז בתי החצרים נותנים להם כח היפה שבבתי ערי חומה וכח היפה שבשדות נגאלין (ס"א) ונגאלים מיד ונגאלים כל שנים עשר חדש כבתים ויוצאים ביובל ובגרעון כסף כשדות ואלו הן בתי חצרים שתי חצרות של שני בתים אף על פי שמוקפין חומה מימות יהושע בן נון הרי אלו כבתי חצרים :

7. Atriorum domiciliis datur conditio pulchrior quæ domiciliis urbis muro cinctæ convenit, ut & agrorum pulchrior conditio, ut ſtatim redimantur, & per duodecim menſes uti domicilia, & exeant in Jubilæo, cum diminutione argenti ut agri. Hæc ſunt atriorum domicilia; ſi duobus atriis duo ſint domicilia, etſi muro cincta fuerint a tempore Joſuæ filii Nun, tamen hæc ſunt ut domicilia atriorum.

R. OB. DE BARTENORA.

בתי חצרים *Domicilia atriorum*, quæ non ſunt urbes muro cinctæ. כח יפה *virtus pulchra*, nempe quatenus ſtatim redimantur, cum non requiratur ut duos annos relinquantur in poteſtate emtoris ut agri, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 25, 31. *Redemptio erit ei.* Ergo ſtatim redimi poteſt, ſi voluerit. *Et cum diminutione argenti*, emtor ei detrahet ſecundum annos, per quos domus in poteſtate illius fuit ut agri, quia de atriorum domiciliis ſcriptum eſt Levit. 25, 31. *ſecundum agrum terræ numerabitur*, ut ſcil. cum diminutione argenti exeant in Jubilæo, ut agri.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jus de atriorum domibus colligimus ex eo quod Lex dicit Levit. 25, 31. גאלה תהיה לו וביובל יצא ſtatim ergo redimi poteſt, ſed non exibit in Jubilæo; ſi vero exeat in Jubilæo, exito cum diminutione argenti, atque hæc eſt res clariſſima, & neceſſaria ſecundum id quod diximus.

ח ישראל שירש את אבי אמו לוי אינו גואל כסדר הזה וכן לוי שירש את אבי אמו ישראל אינו גואל כסדר הזה שנאמר כי בתי ערי הלוים עד שיהא לוי ובערי הלוים דברי רבי וחכמים אומרים אין הדברים אמורים אלא בערי הלוים אין עושין שדה מגרש ולא מגרש שדה ולא מגרש עיר ולא עיר מגרש אמר רבי אליעזר במה דברים אמורים בערי הלוים אבל בערי ישראל עושין שדה מגרש ולא מגרש שדה מגרש עיר ולא עיר מגרש כדי שלא יחריבו את ערי ישראל הכהנים והלוים מוכרים לעולם וגואלים לעולם שנאמר גאלת עולם תהיה ללוים :

8. Si Iſraëlita a matris ſuæ Leviticæ patre hæreditatem conſecutus fuerit, non redimet hoc ordine; pariter, ſi Levita a matris ſuæ Iſraëlitidis patre hæreditatem conſecutus fuerit; non redimet hoc ordine, uti dictum eſt Levit. 25, 33. *Nam domus civitatum Levitarum*; ergo ſi Levitæ ſint in civitatibus Levitarum, ita Rabbi. Sapientes vero dicunt, de civitatibus hæc tantum dicta ſunt Levitarum. Ager non fit in ſuburbium, nec contra, nec ſuburbium in urbem, nec contra. Dixit R. Eliezer, de quo dicta ſunt hæc verba? de urbibus Levitarum, ſed in urbibus Iſraëlitarum licet ex agro facere ſuburbium, ſed non contra, & ex urbe ſuburbium, ſed non contra, ne civitates Iſraëliticæ vaſtarentur. Sacerdotes & Levitæ ſemper vendunt & redimunt, ſicuti dicitur Lev. 25, 32. *Redemptio perpetua erit Levitis.*

R. OB. DE BARTENORA.

אינו גואל כסדר הזה *Non redimet hoc ordine*, in Gemara dicitur, dicit Traditio, *non redimet niſi hoc ordine*, ſcil. non redimet ſicuti Levitæ redimere ſolent, de quibus dicitur Levit. 25, 32. *Redemptio perpetua erit Levitis.* Sed redemptio fiat ſecundum ordinem de Iſraëlita dictum, quæ in fine anni confirmatur. Sic etiam ſi Levita hæreditatem conſecutus ſit a matris ſuæ Iſraëlitidis patre, non redimet ut Levitæ redimunt, verum ſecundum ordinem de Iſraëlitis dictum, quia non redimit ordine Levitico niſi donec Levita ſit in civitate Levitica, quia duobus Legis locis dicitur, *nam domus civitatum Levitarum*, *eſt poſſeſſio eorum*, hinc conſtat redemptionis negotium dependere a civitatibus; excipitur filiis Levitæ qui a matris ſuæ patre hæreditatem conſecutus eſt. Et Levit. 25, 33. dicitur, *Et quum redimet a Levitis*, perinde ac ſi dixiſſet, aliquibus Levitis dedi poteſtatem redimendi, excepto filio Levitæ e ſpuria prognato, vel e Netinæa, qui nunquam redimit, & quanto minus Iſraëlita qui a matris ſuæ Leviticæ patre hæreditatem conſecutus fuerit, quoniam is perfectus eſt Iſraëlita, qui ſemper redimit. *Hæc verba non dicta ſunt niſi de Levitarum urbibus*, ſcil. verba de redemptione perpetua, non dicta ſunt niſi de Levitarum civitatibus; ſed non requiritur ut redemptor Levita ſit; deciſio eſt ſecundum Sapientes. *Non faciunt ſuburbium ex agro &c.* quia ſcriptum eſt Levit. 25, 34. *Et ager ſuburbii civitatum eorum non vendetur*, ſcil. non commutabitur. *Vendunt ſemper*, & non ut Iſraëlitæ, qui vendere nequeunt niſi duo anni anteceſſerint Jubilæum; Levitæ autem prope Jubilæo vendere poſſunt. *Et redimunt ſemper*, ſi vendiderint domicilia urbis muro cinctæ, non confirmantur in fine anni, ut Iſraëlitarum domicilia, & ſi agros vendiderint, non requiritur ut duos annos ſint in poteſtate emtoris, ſed ſtatim redimi poſſunt, ſi velint.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אינו גואל כסדר הזה *Non redimet ſecundum hunc ordinem*, hæc intelligenda ſunt hoc ſenſu, non redimet ſecundum ordinem Levitarum, ſed ſecundum hunc ordinem, nempe ſecundum id quod diximus. Et hoc eſt quod doctores dixerunt, dicit auctor, *non redimet niſi hoc ordine*, *donec Levita ſit, & in civitate Levitica.* Sapientes dicunt quod ad Levitarum urbes hac in parte attendendum ſit, non autem ut quis Iſraëlita ſit; idcirco illorum ſententia eſt, quod ſi Iſraëlita a patre matris ſuæ Leviticæ hæreditatem adierit, Levita redimet ut Levita. Poſtea exponit quomodo Levitæ redimunt, & dicit quod ſemper vendant, etiam prope Jubilæo, & quod non requiruntur duo agri proventus, uti in agro Iſraëlitæ; ſic etiam vel poſt venditionem menſis redimere poſſunt, quod Iſraëlitæ nequeunt facere. Sic etiam e poteſtate Sancta redimere poſſunt vel poſt Jubilæum. Pariter domicilia urbis muro cinctæ poſſunt redimi poſt annum Jubilæum. מגרש *ſuburbium*, eſt locus prope urbem in qua habitant paſtores & operarii, ubi ager proxime adjacet. Et omnes doctores in eo conveniunt quod Levitis non licet urbem, ſuburbium, & agros commutare, quia Lex dicit Levit. 25, 34. *Et ager ſuburbii civitatum eorum non vendetur.* Dixerunt Sapientes, quid ſibi vult, non mutabitur, nam nullam rem mutant ab eo ſtatu in quo antea erat; deciſio eſt ſecundum Sapientes, ſed non ſecundum R. Eliezer.

Finis tractatus de Rerum Votarum Æſtimationibus.

מסכת תמורה

Tractatus de Commutatione.

פרק א הכל ממירים אחד אנשים ואחד נשים לא שאדם רשאי להמיר אלא שאם המיר מומר וסופג את הארבעים הכהנים ממירים את שלהם וישראל ממירים את שלהן אין הכהנים ממירים לא בחטאת ולא באשם ולא בבכור אמר רבי יוחנן בן נורי וכי מפני מה אין ממירים בבכור אמר לו רבי עקיבא חטאת ואשם מתנה לכהן והבכור מתנה לכהן מה חטאת ואשם אין ממירים בו (ס"א) אף הבכור לא ימירנו בו אמר לו רבי יוחנן בן נורי מה לי אינו (ס"א) ממיר בחטאת ובאשם שאין זכין בהן בחייהם תאמר בבכור שזכין בו בחייו אמר לו רבי עקיבא והלא כבר נאמר והיה הוא ותמורתו יהיה קדש היכן קדושה חלה עליו בבית הבעלים אף תמורה בבית הבעלים:

CAput 1. Omnes mutare poſſunt tam maſculi quam fœminæ, non quod homini liceat mutare, ſed quod mutatum ſit ſi id mutaverit, modo quadraginta luat plagas. Sacerdotes pariterque Iſraëlitæ commutare poſſunt quod ad ipſos pertinet. Sacerdotes non commutant ſacrificium pro peccato, nec pro reatu, nec primogenita. Dixit R. Jochanan filius Nuri, quare non commutabunt primogenita? reſpondit R. Akiba, ſacrificium pro peccato & pro reatu ſunt munera pro ſacerdote, ita & primogenita, ſicuti ergo ſacrificium pro peccato & pro reatu non commutatur, ita nec primogenitum. Dixit R. Jochanan filius Nuri, quare ſacrificium pro peccato & pro reatu non commutant? quia illa non acquiruntur viva; dixeris de primogenitis ea acquiri viva? reſpondit ei R. Akiba, jam dictum eſt Levit. 27, 33. *Et fiet ut ipſum atque mutatio illius ſit ſanctitas*, ubi ſanctitas in ipſum cadit? in domicilio proprietarii, ita mutatio quoque in domicilio proprietarii.

R. OB. DE BARTENORA.

הכל ממירין *Omnes commutant*, omnes efficere poſſunt ut commutati ſacrificii ſanctitas incidat in aliud profanum, nam in animal profanum cadere poteſt ſanctitas commutati ſacrificii, ſi dixerit, *hoc animal ſubſtituatur huic ſanctitati*, ſive id factum fuerit dicto mulieris, ſive viri, nam ſi commutaverit mulier quædam, ſanctitas ſacrificii mutati illius dicto incidit in aliud. Ex eo quod auctor dicit, *omnes*, docere nos voluit quod ſi hæres commutaverit ſacrificium a patre ipſius antea ſeparatum, commutatio illius locum habeat.

לא שאדם רשאי להמיר *Non quod homini liceat commutare*, quia Lex dicit Levit. 27, 33. *Non mutabit.* מומר *mutatum ſit*, ſanctitas cadit in iſtud, atque ambo ſancta ſunt. סופג את הארבעים *luet quadraginta plagas*, iſtas luet plagas ob præceptum negans, *non mutabit*, etſi negativum ſit in quo non obtinet aliquod opus; hypotheſis enim eſt nobis quod nemo plagas luit ob præceptum negativum in quo non continetur aliqua actio, præterquam ſi quis mutaverit, vel juraverit, vel proximo ſuo maledixerit per nomen tetragrammaton. Si vero dixeris eſſe negativum quod ſe diffundit in affirmativum, uti dicitur Levit. 27, 33. *Et fiet ut ipſum & mutatio illius ſit ſanctum*, at nemo plagas luit ob negativi tranſgreſſionem quod ſe in affirmativum diffundit? reſp. hic tamen aliter ſe res habet, quia negativum generalius eſt affirmativo, quiſquis enim mutaverit, is plagas luet, at quiſquis mutaverit, illius mutatio non ſemper invenit locum, nam nec ſocii nec cœtus commutat; & quoniam affirmativum non eſt ſimile negativo, idcirco non dicitur negativum quod incidit in affirmativum. *Sacerdotes mutant id quod ad ipſos pertinet*, ſi ſacerdos quiſpiam ſacrificium aliquod pro ſe offerendum ſegregaverit, atque alius ſacerdos id mutaverit, ſanctitas incidit in ſacrificium commutatum. *Non commutant ſacrificium pro peccato nec pro reatu*, quod Iſraëlita dedit ſacerdoti ut offeratur pro ipſo, ſi ſacerdos id pro ipſo commutaverit, non fit ſacrificium commutatum, quia ſacerdoti in ipſum nil juris eſt niſi poſtquam adipes combuſti fuerint, ab iſto enim tempore ſacerdotes acquirunt jus in carnem; at nemo aliquam ſanctitatem conferre ſolet in id quod ad ipſum non pertinet. *Neque primogenitum*, quod Iſraëlita dedit ſacerdoti. *Quare non commutabant primogenita?* quandoquidem integra ad ſacerdotes pertinebant, & viva tradebantur, Iſraëlitæ vero non expiabantur illis. *Sicuti ſacrificium pro peccato & pro reatu non commutatur*, nam clarum eſſe putat quod ſacerdotes non acquirunt ea niſi poſt combuſtionem adipum & deinceps. *Quia ſacrificium pro peccato & pro reatu*, vult dicere, quod fas ſit ut ſacerdotes non commutent ſacrificium pro peccato & pro reatu &c. *Et fiet ut ipſum & commutatio illius*, ſacrificium mutatum æquiparat cum ſanctitate ipſa, nempe, ſicuti ipſa ſanctitas cadit in domum proprietarii, ita quoque commutatio non cadit niſi in proprietarii domum; ſed in domum ſacerdotis ſanctitas nequaquam incidit, idcirco ſacerdos non mutabit primogenitum. Si vero Iſraëlita commutaverit, commutatum ſanctitate affectum eſt, quia ſanctitas in primogenitum incidit dum adhuc in poteſtate illius erat; deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הכל ממירין *Omnes commutare poſſunt*, omnes commutationem efficiunt, ſi commutaverint; imo etſi hæres commutaverit ſacrificium hæreditate ei relictum, facit commutationem. Sed jam expoſuimus in principio tractatus de Pœnis quod ob negativum præceptum quod ſe in affirmativum diffundit, nemo plagas luit, ſed commutatio ſacrificii continetur ſub negativo quod ſe diffundit in affirmativum. Ratio autem quare ob iſtud pœnas dabit, hæc eſt, quod negativum ſit generale pro omni homine, & hoc eſt quod dicitur Levit. 27, 33. ולא ימירנו Affirmativum autem quod in eo continetur, eſt id quod dicitur ibid. *Et fiet ut ipſum atque commutatio illius ſit ſanctitas*; quod non generale eſt pro omnibus ut negativum, quia ſocii & eccleſia non commutant. Et quoniam præceptum negativum non æquiparatur ſuo affirmativo, idcirco jus illius non eſt ut jus negativi quod ſe diffundit in affirmativum, quiſquis enim commutaverit, is plagas luit; at non omnis qui commutaverit, mutationem effecit. Expoſuimus quoque in principio tractatus de pœnis id quod dixerunt, ob negativum in quo non continetur aliquod opus, non luunt plagas, præterquam ſi quis juraverit, & commutaverit, vel proximo ſuo maledixerit per nomen tetragrammaton. R. Akiba dicit, ſicuti ſanctitas duntaxat cadit in id quod domi eſt, ita quoque commutatio neceſſario cadit in id quod domi eſt; ſed primogenitum inde ab initio non eſt domi apud proprietarium ſuum ſacerdotem, ſed apud Iſraëlitam; deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

ב ממירים מן הבקר על הצאן ומן הצאן על הבקר מן הכבשים על העזים ומן העזים על הכבשים מן הזכרים

2. Jumenta mutant cum grege, & contra. Hircos cum agnis, & contra. Maſculos cum fœminis,

הזכרים על הנקבות ומן הנקבות על הזכרים מן התמימים על בעלי מומין ומבעלי מומין על התמימים שנאמר לא יחליפני ולא ימיר אותו טוב ברע או רע בטוב איזהו (ס"א) טוב ברע בעלי מומין שקדם הקדישן את מומן ממירים אחד בשנים ושנים באחד אחד במאה ומאה באחד רבי שמעון אומר אין ממירים אלא אחד באחד שנאמר והיה הוא ותמורתו מה הוא מיוחד אף תמורתו מיוחדת :

nus, & contra. Perfecta cum vitioſis & contra, uti dicitur Levit. 27, 10. *Non immutabit neque ipſum commutabit bonum cum malo, vel malum cum bono*; ſed quid eſt bonum pro malo? vitioſa ſi conſecrata fuerunt antequam vitiata ſunt, unum mutari poteſt cum duobus, & contra; unum cum centum, & contra. R. Simeon dicit, non mutant niſi unum cum uno, uti dictum eſt Levit. 27, 33. *Et fiet ut ipſum & mutatio illius*, ſicuti ergo Sanctum pecus eſt unum, ita quoque commutatio illius una erit.

R. OB. DE BARTENORA.

ממירין מן הבקר על הצאן *Commutant jumentum cum grege*, ſicuti ſcriptum eſt in Lege בהמה בבהמה ſed jumenta & oves tam maſculina quam fœminina omnia vocantur בהמה *beſtia*. *Bonum cum malo*, bonum animal profanum non licet commutare cum malo conſecrato; *ſi vero mutaverit, mutatum eſto* &c. inde ſequitur quod vitioſa commutari poſſint. Quod vitioſum commutari poſſit, probatur ex eo quod ſcriptum eſt, *aut malum pro bono*, nempe ſi quis vitioſum profanum mutaverit cum perfecto conſecrato. *Quid eſt bonum pro malo*? nempe, quid eſt malum conſecratum quod commutari poteſt? cujus conſecratio præcedit vitium, ſin contra factum fuerit, non incidit in ipſum ſanctitas, & non fit commutatio, quia Lex dicere potuiſſet, non mutabit bonum pro malo, aut malum, unde intelligi potuiſſet hoc ſenſu, aut malum non commutabit cum bono neque cum malo; nam quod poſtea Lex dicit, *pro bono*, ſuperfluum eſt, nempe ut ſignificet id quod bonum fuit ab initio, nam quando conſecrabat, perfectum erat, ſed poſtea contraxit vitium, atque ejuſmodi commutari poteſt, ſed quod ab initio ſuo malum eſt, cum vitium ante conſecrationem jam contraxerit, non commutatur. *Commutabit unum cum duobus*, unum profanum cum duobus conſecratis mutare poſſunt, nempe, ſi dixerit, hoc ſubſtituatur in locum horum. *Duo pro uno*, duo profana cum uno ſancto, nempe ſi dixerit, hæc ſubſtituantur in locum illius. *Sicuti ipſum eſt unum*, uti Lex dicit, *ipſum*; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fundamentum rei petitur ex eo quod dicitur in Lege, בהמה בבהמה ſed vox בהמה *beſtia* de multis dicitur ſpeciebus tam maſculinis quam fœmininis. Cæterum de vitioſis dicitur, *bonum cum malo*, ſcil. non commutandum eſt, nam prius dicit bonum & poſtea malum, nempe, quod prius erat bonum & deinde malum factum quum ei vitium accidiſſet, idcirco fecit mutationem iſtam. Verum ſi præceſſerit vitium conſecrationem, & in ipſum non inciderit ſanctitas, non commutabit, ſicuti expoſuimus capite ſecundo tractatus de Primogenitura; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ג אין ממירים איברים בעוברים ולא עוברים באברים ולא אברים ועוברים בשלמים ולא שלמים בהן רבי יוסי אומר ממירים אברים בשלמים ולא שלמים באברים אמר רבי יוסי והלא במוקדשין אומר רגלה של זו עולה כולה עולה אף כשיאמר רגלה של זו תחת זו תהיה כולה תמורה תחתיה :

3. Non licet commutare membra cum fœtu, nec contra; nec membra & fœtum cum integris, nec contra. R. Joſe dicit, commutant membra pro integris, ſed non contra. Dixit R. Joſe, de Sanctis certe ſi quis dixerit, *pes iſtius ſit in holocauſtum*, totum eſt holocauſtum; ita etiam, ſi dixerit, *pes iſtius ſit in loco illius*, totum erit ſubſtitutum in locum illius.

R. OB. DE BARTENORA.

אברים בעוברים *Membra cum fœtu*, membra profana mutare non licet cum fœtu conſecrato; nam ſi quis dixerit, pes hujus beſtiæ commutetur cum fœtu conſecrato in ventre hujuſce beſtiæ, ſanctitas non incidit in hoc membrum. *Nec fœtum mutare licet cum membris*, beſtiæ profanæ membra cum integris ſanctis mutare non licet; nec integra membra profana cum fœtu, & membris ſanctis. *Commutant membra cum integris*, ſi dixerit, pes iſtius beſtiæ profanæ commutetur cum beſtia illa ſancta, tum res commutata incidit in membrum, & ea in totam ſe extendit beſtiam, atque ipſa tota fit commutatio, & offertur. *Sed non integra pro membris*, quia in uno membro beſtiæ non eſt ea ſanctitas qua commutatio ſacrificii fieri poſſit. *De ſanctis certe*, in principio conſecrationis, ſi dixerit, pes hujus ſit in holocauſtum, totum animal holocauſto deſtinatum erit, ſicuti colligimus ex eo quod dicitur, Levit. 27, 9. *Quicquid ex eo dederit pro Domino, id ſanctum erit*, per id quod dicitur, *ſanctum erit*, includit totum animal; deciſio eſt ſecundum doctorem primum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si quis fœtum conſecraverit, conſecratus ſit, etſi ſit ſanctum quid altari deſtinatum; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen in caſu de commutatione.

ד אין המדומע מדמע אלא לפי חשבון אין המחומץ מחמיץ אלא לפי חשבון אין המים שאובים פוסלים את המקוה אלא לפי חשבון :

4. Miſcella non facit miſcellam niſi juxta computum, nec fermentatum facit fermentum niſi juxta computum. Aquæ hauſtæ non inficiunt receptaculum aquæ niſi juxta computum.

R. OB. DE BARTENORA.

אין מדומע מדומעת *Miſcella non facit miſcellam*, ſi unum Satum oblationis primæ inciderit in pauciores quam centum rei profanæ, atque inde miſcella facta fuerit, & ea miſcella in alium locum inciderit, requiruntur centum partes profanæ contra hoc Satum oblationis primæ, & non requiruntur centum Sata contra totum miſcellæ Satum, quia

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus hanc Miſnam capite quinto tractatus de Primitiis; Gemara quoque ad hanc Miſnam ſatis clara eſt, nempe, ſi quid fermenti de profano & de primitiis inciderit in maſſam, atque utraque pars fermentaverit ſimul, maſſa iſta non erit miſcellanea, ſicuti ex fundamento expoſitum eſt capite ſecundo tractatus de Præputiis, niſi donec ea maſſa

quia tota oblatio prima non enumeratur ad prohibendum profanum ſecundum.

אין המחומץ מחמץ אלא לפי החשבון *Fermentatum non facit fermentum niſi ſecundum computum*, maſſa profana ſi fermentata ſit cum fermento oblationis primæ, tota eſt prohibita iis qui non ſunt ſacerdotes; ſi vero de hacce maſſa quicquam inciderit in aliam maſſam profanam, eamque fermentaverit, non reddidit eam prohibitam niſi ſecundum computum fermenti oblationis primæ cum ipſa mixti, at ſecunda non eſt prohibita, niſi de prima maſſa tanta quantitas in ipſam inciderit, quanta eſt in fermento oblationis primæ huic quantitati mixto ad fermentandum ultimam, abſque conjunctione profani commixti. *Aquæ hauſtæ non inficiunt aquæ receptaculum niſi ſecundum quantitatem*, ſi balneum contineat viginti & unum Satum aquarum pluviarum, ferat humero in aquæ receptaculum novendecim Sata, quæ ad aquæ receptaculum deferet, & tum puræ erunt. Quamvis enim tres Logi aquæ hauſtæ inficiant aquæ receptaculum, hauſtæ tamen legitimæ ſunt quum modo attrahendi hauriantur. Et cum primo illic fuerit maxima pars aquæ receptaculi, nempe viginti & unum Satum aquæ pluviæ, hoc eſt ſecundum quantitatem, nam aquæ hauſtæ non inficiunt aquæ receptaculum quoniam modo attrahendi hauriantur. Verum ſi viginti fuerint Sata aquæ hauſtæ, in quibus non continetur maxima pars receptaculi aquæ pluviæ; ita mihi videtur expoſitio hujus Miſnæ, atque hoc ſenſu expoſitum eſt capite quinto Tractatus de Primitiis. Cæterum in Gemara ita exponitur; ſecundum numerum vaſorum, nam tres Logi aquæ hauſtæ non inficiunt aquæ receptaculum, niſi tria vaſa vel pauciora inciderint in aquæ receptaculum; at ſi tria vaſa aut plura inciderint, non inficiunt, & hoc eſt quod dicitur, *aquæ hauſtæ non inficiunt receptaculum aquæ niſi juxta computum*, nam vaſa numerantur, de quibus tres Logi aquæ hauſtæ inciderint in aquæ receptaculum, atque tum computant, an tria vaſa fuerint aut minus, tum inficiunt aquæ receptaculum; ſi vero tria vaſa & plura fuerint, non inficiunt. Hæc Miſna ad R. Joſen pertinet filium Choni, is enim putat quod tres Logi qui inciderint e tribus vaſis & majori copia, non inficiant; ita non eſt deciſio.

maſſa omnino e fermento oblationis primæ ſive primitiarum quantitate ad fermentandum conſtet. Pariter, ſi tres Logi aquæ hauſtæ inciderint in aquæ receptaculum, inficiunt ipſum, uti diximus aliquoties; ſi inciderint in quatuor aut quinque vaſa, non inficiunt, niſi donec omnia ſint tria vaſa, vel plura. Et hæc eſt opinio R. Joſis filii Choni, ſed non vera; atque hoc eſt quod dixerunt, ſecundum computum vaſorum, eſtque hæc ſententia R. Joſis filii Choni. Sed hoc dictum non deſtruit id quod diximus capite quinto tractatus de Primitiis.

ה אין מי חטאת נעשים מי חטאת אלא עם מתן
אפר אין בית הפרס עושה בית הפרס ולא תרומה
אחר תרומה ולא תמורה עושה תמורה ולא הולד
עושה תמורה רבי יהודה אומר הולד עושה תמורה
אמרו לו הקדש עושה תמורה לא הולד ולא תמורה
(ש"ס ל"ג) עושים (ש"ס עושה) תמורה:

5. Aquæ expiatoriæ non fiunt tales niſi ope cineris adjecti. Bet-haperas non facit Bet-haperas, neque oblatio prima eſſe poteſt poſt oblationem primam, neque mutatum ſacrificium aliud ſacrificium mutatum facere poteſt; nec filius mutare poteſt. R. Jehuda dicit, mutare poteſt. Dixerunt ei, ſanctum facit ſacrificium mutatum, ſed non filius neque mutatum ſacrificium.

R. OB. DE BARTENORA.

אין מי חטאת נעשים מי חטאת אלא עם מתן אפר *Aquæ expiatoriæ non fiunt aquæ expiatoriæ niſi cum adjectione pulveris*, quando cinis additur, fiunt aquæ expiatoriæ, idcirco aquæ prius in vaſe eſſe debent, & poſtea cinis. Si vero cinerem ei prius impoſuerit & poſtea aquam, male habet quia eo tempore quo cinis addebatur, non erant aquæ ut expiatoriæ eſſe poſſent, idcirco jam non ſunt aquæ expiatoriæ. Nam ex eo quod Num. 19, 17. dicitur, *dabitque ſuper eo aquas vivas*, non liquet quod aquæ adjiciendæ ſint pulveri, ſed ex eo quod dicitur, *aquæ vivæ in vaſe*, liquet quod aquæ imponuntur vaſi, & non cineri; id igitur quod dicitur, *& dabit ſuper eo*, notat quod poſtquam aquæ in cinerem immiſſæ ſunt, bene convolvat cinerem digito ſuo, ut aquæ inferiores ſuperius emergant.

בית הפרס אינו עושה בית הפרס *Bet-happeras non facit Bet-happeras*, ſi in agro ſepulchrum aliquod exaraverit, & poſtea exaratus fuerit Bet-happeras, tum circumjacentes agros non cenſemus ut Bet-happeras, dicendo quod ager exaratus ſua oſſa in agrum confinem protruſit, quia unum ſepulchrum non facit Bet-happeras, ſed totus iſte ager in quo ſepulchrum amiſſum eſt, quia non conſtat ubi nam id ſit, & plenitudo ſulci ab uno latere & ab altero verſus iſtam viam, nam ii qui vineas habent, ſolent agros ſuos exarare ad orientem & occidentem, vel ad ſeptentrionem & meridiem. Quia autem fieri poteſt, ut in aliqua extremitate ſit ſepulchrum, atque illinc oſſa tranſmittantur in agrum confinem, idcirco limitarunt Sapientes quod per plenitudinem ſulci oſſa transferri ſolent mediante aratro, & non ulterius; cæterum quantitas plenitudinis ſulci centum eſt cubitorum. *Oblatio prima non eſt oblatio prima poſt oblationem primam*, ſi ſocii aliquot unus poſt alterum ſeparaverint oblationem primam, primi ſocii oblatio prima non eſt vera, nam cum ſecundus denuo ſeparaverit, eo oſtendit ſe non contentum eſſe ſeparatione oblationis primæ a primo ſocio ſeparatæ, hinc liquet primum ſeparaſſe abſque conſenſu ſocii, & ita ſecundum abſque conſenſu tertii. Miſna hæc R. Akibæ adſcribitur, ſed deciſio non eſt ſecundum ipſum; nam ſi primus ſeparaverit partem quinquageſimam, tum oblatio prima ſecundi ſocii non eſt vera. Si vero primus non ſeparaverit niſi

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit auctor quod aquæ expiatoriæ non ſint expiatoriæ niſi donec cinis adjectus ſit, & quod iſtæ obligatæ ſunt ad jus aquæ expiatoriæ reſpectu munditiei & immunditiei, quando cinis vaccæ rufæ immiſſus eſt in aquas, quia dictum eſt Num. 19, 17. ונתן עליו מים חיים vult ergo nos docere quod cinis cum aqua miſceri debeat, ita dixerunt doctores, ad commiſcendum hæc dicuntur. Porro hic eſt aquæ iſtius ritus, quod aquæ in vaſculo aliquo eſſe debeant & ita in cinerem conjiciantur; atque hoc eſt quod dixerunt Sapientes, ubique invenimus, quod ſuperius reddit idoneum, ita etiam hic ſuperius reddit idoneum.

בית הפרס *Bet-happeras*, eſt locus in quo obtinet immundities mortui; ſed hoc loco nihil in ſpecie dictum eſt quantum ad locum privatum attinet, idcirco totus iſte locus eſt dubius; ſed de illius natura pluribus agitur in tractatu de Tentoriis, atque ibidem exponitur quod ſi cinis loci Bet-happeras mixta ſit cum alterius agri cinere, ager iſte ſecundus non ſit Bet-happeras.

ולא תרומה אחר תרומה *Et non eſt oblatio prima poſt oblationem primam*, hæc eſt opinio illius qui dicit, ſi duo ſocii unus poſt alterum ſeparaverint oblationem primam, neutrius eſt oblatio prima; ſed in tractatu de Oblationibus primis jam expoſuimus, quod hoc ſit confutatum. Sapientes vero ſententiam ſuam colligunt ex eo quod dicitur Levit. 27, 33. *Et fiet ut ipſum & commutatio ipſius ſit ſanctitas*, at non mutatio quæ cum alia mutatione mutata eſt. R. Jehuda dicit, illud *erit* includit filium ſive generationem illius. Sapientes vero dicunt, illud *erit* dicitur ad eum qui inſciens commiſerit conſtituendum ac ſi ſciens commiſiſſet, deciſio eſt ſecundum Sapientes. Porro ſcias deciſionem controverſiæ ita eſſe ut ipſum animal primum aliquoties commutare liceat, etiam millies, ſive id vario ſive uno tempore factum fuerit, & tum omnia iſta commutata animalia cenſeantur vera commutatio.

niſi cum avaritia, nempe ſexageſimam partem, oblatio prima ſecundi eſt vera. *Neque mutatum facit aliud mutatum*, quia Lex dicit, *ipſum & mutatio illius erit ſanctitas*, at non fit mutatio e mutatione. *Neque filius facit mutationem*, quia Lex dicit, *& fiet ipſum*, at non filius. R. Jehuda dicit, filius mutationem facit, Lex dicit יהיה *erit*, ad filium includendum. Sapientes dicunt vocem *erit* includere tam eum qui ex errore quam qui de induſtria mutavit, nam ſi intender nigrum mutare, & mutaverit album, hoc in ſanctitatibus non conſecratum eſt, quia eſt conſecratio ex errore facta; at in mutatione conſecratum eſt; deciſio eſt ſecundum Sapientes. Etiamſi autem mutatio non faciat aliam mutationem, tamen nobis hypotheſis eſt quod cum una pecude ſancta multas commutare licet, ſive id eodem tempore ſive diverſis fiat temporibus.

ו העופות והמנחות אינן עושין תמורה שלא נאמר אלא בבהמה הצבור והשותפים אינן עושים תמורה שנאמר לא ימיר אותו יחיד עושה תמורה לא הצבור ולא השותפים עושים תמורה קרבנות בדק הבית אינם עושים תמורה אמר רבי שמעון והלא המעשר בכלל היה ולמה יצא להקיש אליו מה מעשר קרבן יחיד יצאו קרבנות צבור מה מעשר קרבן מזבח יצאו קרבנות בדק הבית :

6. Nec aves nec munera efficiunt mutationem, quia de pecore tantum ea dicta eſt. Nec cœtus nec ſocii mutare poſſunt, quia Lex dicit, Levit. 27, 10. *Non mutabit ipſum*, homo ſingularis ergo mutare poteſt, non cœtus nec ſocii mutare poſſunt. Sancta in refectionem Templi conſecrata non mutantur. Dixit R. Simeon, nonne decimæ includebantur generi, quare ergo excipiuntur? ad comparandum cum ipſo, nempe, ſicuti decimæ ſunt oblatio hominis ſingularis, exceptis muneribus cœtûs & ſociorum; ita decimæ ſunt altaris oblatio, exceptis oblationibus in refectionem Templi.

R. OB. DE BARTENORA.

שלא נאמר אלא בבהמה *Quia de pecore duntaxat dictum eſt*, nempe, *& ſi mutando commutarit pecus cum pecore.* Porro dicit auctor, *ſanctitates quæ cedunt in refectionem Templi, non faciunt mutationem*, quia de mutatione ſcriptum eſt קרבן *oblatio*, at ſanctitates in uſum refectionis Templi non vocantur oblatio. והלא המעשר בכלל היה *ſed an non decimæ includuntur generi*, R. Simeon putat quod ſancta in refectionem Templi dicata, vocentur oblatio, idcirco ea non excipimus quod non faciunt mutationem niſi dehinc. בכלל *in genere*, in genere omnium ſanctitatum quæ mutationem faciunt. *Quare ergo excipiuntur?* quia de mutante ſcriptum eſt, ſicuti de decimis, *non diſtinguet inter bonum & malum, nec id mutabit.* מה המעשר קרבן יחיד *cujuſmodi ſunt decimæ? oblatio ſingularis*, & commutari poteſt, ita quoque omnis oblatio hominis ſingularis commutari poteſt; ſed excipiuntur oblationes cœtus atque ſociorum; decimæ enim non dantur in ſocietate, ſicuti expoſitum eſt ultimo capite de Primogenitura; Lex enim dicit, *tibi erit*, ſed non id quod ad ſocios pertinet. *Excipiuntur oblationes in refectionem Templi*, etſi enim oblationes vocentur, uti ſcriptum eſt Num. 31, 50. *Offeramus oblationem Domini, quiſquis invenerit vas aureum*; at non ſunt oblationes altaris, uti decimæ. Sapientes vero qui ſuperius dixerunt quod ſancta in refectionem Templi conſecrata non vocentur oblatio, putant quod recte vocentur *oblatio Domini*, ſed non *oblatio pro Domino*, ſicuti ſunt oblationes altaris.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Lex de commutatione ſacrificii, Levit. 27, 10. *Si ſit pecus de quo obtulerit, non mutabit ipſum, neque cum iſto commutabit.* Poſtea in ſpecie de decimis loquitur, quæ ſunt decimæ pecoris, dicitque, *non diſcernet inter bonum & malum, neque commutabit cum ipſo*; jam expoſuimus in tractatu de Primogenitura, quod ſocii non obligantur ad decimas.

פרק ב׳ יש בקרבנות היחיד מה שאין בקרבנות הציבור ויש בקרבנות הציבור מה שאין בקרבנות היחיד שקרבנות היחיד עושים תמורה וקרבנות הציבור אינם עושים תמורה קרבנות היחיד נוהגים בזכרים ובנקבות וקרבנות צבור אין נוהגין אלא בזכרים קרבנות היחיד חייבין באחריותן ובאחריות נסכיהם וקרבנות הצבור אינם חייבין לא באחריותן ולא (ס״א) באחריות נסכיהן אבל חייבין באחריות (ס״א) נסכיהן משקרב הזבח יש בקרבנות הציבור מה שאין בקרבנות היחיד שקרבנות הציבור דוחין את השבת ואת הטומאה וקרבנות היחיד אינם דוחים לא את השבת ולא את הטומאה אמר רבי מאיר והלא חביתי כהן גדול ופר יום הכפורים קרבן יחיד ודוחין את השבת ואת הטומאה אלא שזמנן קבוע :

Caput 2. In ſacrificiis privatis obtinet quod in ſacrificiis publicis non obtinet, & contra. Nam ſacrificia privata commutari poſſunt, at non ſacrificia publica. Sacrificia privata obtinent in maſculis & in femellis obtinent, publica autem in maſculis duntaxat. Sacrificia privata ſi perierint, compenſanda ſunt, ita quoque libamina, publica vero non compenſanda ſunt, neque eorum libamina; ſed poſtquam ſacrificium oblatum eſt, libamina compenſanda ſunt ſi perierint. In ſacrificiis publicis locum habet quod in privatis non habet, nam publica ſacrificia Sabbatum propellunt, & immunditiem, privata autem nec Sabbatum nec immunditiem propellunt. Dixit R. Meyr, nonne munus ſartaginis pontificis maximi & juvencus diei Expiationis ſunt privata ſacrificia, & tamen Sabbatum propellunt atque immunditiem? ſed hoc ita eſt quod eorum fixum ſit tempus.

R. OB. DE BARTENORA.

וקרבנות הצבור אין נוהגין אלא בזכרים *Et oblationes publicæ duntaxat in maſculis obtinent*, quia maxima earum pars ex holocauſtis conſtat, ſed holocauſta fiunt e maſculis; pacifica vero de agnis Pentecoſtalibus maſculinis tantum adducebantur, de quorum omnium expiatione ſcriptum eſt, *hircus expiatorius unus.*

קרבנות היחיד חייבין באחריותן *Sacrificia privata compenſanda ſunt*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si eorum omnium quæ in hujuſce libri prologo dicta ſunt, memineris, hujus Miſnæ argumentum tibi clarum erit. Jam noſti fundamentum iſtud, nimirum quod ſacrificium ſit irritum factum, ſi illius tempus tranſierit ſtatum, idcirco cœtus non tenetur ad damnum ſacrificii reſarciendum, ſcil. ſacrificii jugis atque additamenti. Sic etiam nullum ſacrificium quod ſtato tempore offerendum eſt, compenſan-

ſunt ſi perierint, ſunt enim ex illis quæ ſtato tempore offerenda ſunt, & quamvis tempus iſtud tranſierit, tamen offerri debent, uti eſt holocauſtum puerperii, & ſacrificia leproſi, quæ offerri poſſunt poſt tempus ſuum quando tranſierit dies octavus. Verum ſacrificia publica quibus ſtatum offerendi tempus eſt, ceſſant quum tranſierit tempus eorum. *Poſtquam oblatum fuerit ſacrificium*, nam ſi oblatum fuerit ſacrificium tempore ſuo, & non oblata fuerint libamina ipſius, ea offerenda ſunt, etſi decem tranſierint dies, quemadmodum de omnibus ſcriptum eſt in libro Numerorum cap. 6, 15. *Et munus atque libamina ipſorum pro juvencis*, ut ſcias quod munera & libamina ſacrificiorum publicorum offerantur etiam nocte, vel poſtridie, ſi ſacrificium ſuo tempore oblatum fuerit, & munera atque libamina conquirere nequiverunt offerri poſſunt quando convenit, etſi poſt aliquot demum dies. *Sartagines pontificis maximi Sabbatum propellunt, & immunditiem*, quia de illis ſcriptum eſt, *munus continuum*; ſartagines ergo ſimiles ſunt ſacrificio continuo quod Sabbati quietem propellit, & immunditiem, quia de continuo ſcriptum eſt, במועדו *ſtato tempore ſuo*; ergo offeratur vel in ipſo Sabbato, & cum plurimi ſacerdotes immundi ſunt. *Juvencus diei Expiationis*, juvencus a pontifice maximo offerendus. *Niſi quod tempus illius ſtatum eſt*, nempe quod ratio duntaxat a tempore dependeat, nam omne ſacrificium quod ſtato tempore offerendum eſt, idque tempus tranſierit, non ſolvendum eſt, ſed Sabbatum propellit & immunditiem; deciſio eſt ſecundum R. Meyr.

penſandum eſt ſi perierit, at Sabbatum propellit, & immunditiem, nempe ſi maxima pars ſacerdotum immunda ſit, ſacrificia in eorum immunditie offerri poſſunt, uti expoſuimus in tractatu de Paſchate capite ſeptimo. Ratio quam addit R. Meyr, eſt veriſſima, atque nemo eſt qui ei contradicat.

ב חטאת היחיד שכפרו בעליו (ס"א הבעלים) מתות ושל ציבור אינם מתות רבי יהודה אומר ימותו אמר רבי שמעון כה מצינו בולד חטאת ובתמורת חטאת ובחטאת שמתו בעליה ביחיד דברים אמורים אבל לא בציבור אף שכפרו הבעלים ושעברה שנתן ביחיד דברים אמורים אבל לא בציבור :

2. Sacrificium expiatorium privatum quo expiati ſunt domini ipſorum, mori debet, at non publicum. R. Jehuda dicit, mori debent. Dixit R. Simeon, ſicuti invenimus de filio ſacrificii expiatorii, & de mutatione expiatorii, atque expiatorio cujus domini mortui fuerint, quod de privato dicta ſunt verba, & non de publico, ſic etiam eorum quibus domini expiati ſunt, & quorum annus tranſiit, verba ſunt dicta de privato, & non de publico.

R. OB. DE BARTENORA.

שכפרו הבעליו *Cujus domini expiati ſunt*, quum ſacrificium perierit & expiatio facta fuerit ope alterius, & poſtea primum denuo inventum fuerit. ושל ציבור *& eccleſiæ*, quæ ope alterius expiata erat, tum non debet mori, quia Traditio Moſis e Sinai eſt quod ſacrificia expiatoria mori debent. Putat doctor primus quod diſſenſio doctorum ſit de ſacrificio privato, & non de publico. *R. Jehuda dicit, moriantur*, quia ſecundum ipſum privatum quoque mori debet. *Dixit R. Simeon &c.* vult dicere quod quinque expiatoria moriantur, ut, quorum domini mortui ſunt, & quorum domini ope alterius expiati ſunt, & quorum annus præteriit, filius ſacrificii expiationis, & mutatio expiationis; ſic etiam in tribus non continetur Traditio eccleſiæ, quia illa fieri nequeunt in ſacrificia cœtus, cujuſmodi eſt filius ſacrificii expiatorii, quia non ſit ſacrificium expiatorium fœmineum pro eccleſia, & mutatio ſacrificii expiatorii, quia ſacrificia eccleſiæ non commutantur; atque id cujus domini mortui fuerint, nam tota eccleſia non moritur ſimul; ſic etiam id cujus domini expiati ſunt, & cujus annus præteriit, etſi hæc pro cœtu fieri poſſint, tamen non moriantur ex Traditione. *De privato ſacrificio dicta ſunt hæc verba*, quod id mori debeat, & non de publico; deciſio eſt ſecundum R. Simeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שכפרו הבעלים *Quibus expiati ſunt domini*, ſi ſacrificium ſeparatum fuerit, & poſtea perierit, atque aliud pro ipſo ſeparatum & oblatum fuerit, & deinde primum recuperatum fuerit. Cæterum ex iis quæ in hoc tractatu diximus, tibi conſtabit, quod ſacrificium expiatorium publicum non habeat filium, quia omnia ſacrificia publica ſunt maſcula, etiam expiatorium, ſicuti brevibus expoſuimus in prologo hujuſce libri. Neque expiatorium publicum commutari poteſt, quia univerſalis eccleſia nunquam commutare ſolet; neque de expiatorio publico dici poteſt quod domini ipſius obierunt, quia tota eccleſia non moritur. Nobis vero hypotheſis eſt quod una tribus extingui non poſſit, quanto minus omnes Iſraëlitæ. Sed cujus ſacrificii domini expiati ſunt, cujuſque annus tranſiit, iſtud accidere poteſt in eccleſia, ſed non clare dictum eſt an ad hoc teneatur expiatorium publicum, an vero in privato id obtineat tantum. Cæterum nobis Traditio Moſaica eſt quod quinque expiatoria moriantur. R. Simeon obſcurum docet ex eo quod clarum eſt, & dicit, ſicuti tres ſpecies in eccleſia non obtinent, ita nec duæ; R. Jehuda ita non colligit, ſed ſtatuit id quod de quinque ſpeciebus fieri poſſit, in eccleſia fiet, ſin minus, non fiet; deciſio eſt ſecundum R, Simeon.

ג חומר בקדשים מבתמורה ובתמורה מבקדשים שהקדשים עושים תמורה ואין תמורה עושה תמורה הציבור והשותפים מקדישים אבל לא ממירים ומקדישים אברים ועוברים אבל לא ממירים חומר בתמורה שהקדושה הלה על בעלת מום קבוע ואינה לחולין להגזז ולהעבד רבי יוסי בר רבי יהודה אומר עשה שוגג כמזיד בתמורה ולא עשה שוגג במזיד כמוקדשים רבי אלעזר אומר הכלאים והטרפה ויוצא דופן טומטום ואנדרוגינוס לא קדשים ולא מקדישים :

3. Gravior conditio eſt in ſanctis quam in mutatis ſacrificiis, & contra, nam ſancta commutari poſſunt, at non commutatum. Eccleſia atque cœtis conſecrare poſſunt, at non commutare; & conſecrare poſſunt membra & fœtum, ſed non commutare. Gravior conditio eſt in commutato quam in conſecrato, nam iſtud incidit in id quod vitium ſtabile contraxit, & non profanatur ut tondeatur, & ſerviat. R. Joſe filius Jehudæ dicit, inſciens ſi mutaverit perinde eſt ac ſi ſciens mutaverit, quod inſciens vel ſciens in ſanctis fecerit, non perinde eſt. R. Eleazar dicit, miſcella, diſcerptum, & quod e ventre exciſum eſt, obturatum, & hermaphrodita non conſecrantur, nec conſecrant.

R. OB. DE BARTENORA.

אין תמורה עושה תמורה *Mutatum ſacrificium denuo commutari*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus id quod Lex dicit, *ſanctitas erit*, intelligen-

tari nequit, quia Lex dicit, *& mutatio illius*, ergo non mutatio mutationis. *Et membra ac fœtus conſecrantur, ſed non commutantur*, quia Lex dicit, *pecus cum pecore*; ſit ergo pecus integrum, & non pars.

עם בעלת מום קבוע *Cum eo quod vitium ſtabile habet*, nam pecus vitioſum profanum cum ſancto perfecto ſi mutetur, ſanctitas ſacrificii mutati locum habet, uſque adeo ut ſi id redemerint, non fiat profanum ut tondeatur, & ad opera ſervilia adhibeatur. Sed id ſimile eſt juri ſanctitatum, quarum ſanctitas præcedit vitium, nam ſi animalia ſaucta redempta fuerint, non continetur in illis permiſſio qua tonderi & ad opus adhiberi poſſunt, ſed permiſſio comeſtionis, quod non ita comparatum eſt in ſanctitatibus, nam ſi vitium præceſſerit ſanctificationem, animalia profanantur mediante redemptione, ut tonderi poſſint & ſervire; ſed de ſacrificio mutato dicit Lex, *bonum pro malo, vel malum pro bono*, ubi non diſtinxit inter perfectum atque vitioſum.

עשה שוגג כמזיד בתמורה *Fecit eum qui ex errore egerit ut eum qui de induſtria, in permutatione ſacrificii*, nam ſi dicere voluiſſet, ſi bos niger prius e domo mea exierit, is commutetur cum hoc, at is dixerit, bos albus &c. tum conſecratus eſt iſta permutatione, ſed hic plagas luet, quia de iſto dicit Lex, *ſanctitas erit*, ad includendum eum qui inſciens fecerit ac ſi ſciens ſciiſſet. Verum ſi hoc modo inter ſanctificata animantia unum contraxerit vitium ut offerri nequeat, non conſecratum eſt, neque plagas luet qui ita fecerit, quia conſecratio ex errore peracta non eſt recta conſecratio. *Miſcellaneum pecus*, quod ex hirco & ove prognatum eſt. *Non conſecrantur*, in permutatione, etſi permutationis ſanctitas in vitioſum inciderit, tamen in iſta quæ auctor enumerat non cecidit. *Neque conſecrant*, non conſecrant alia ope permutationis, ſi conſecrata fuerint; diſcerptum quoque conſecratum cenſetur, ſi animal conſecratum ſit & poſtea diſcerptum factum; & in hoc caſu neceſſario dicendum erat, quod id non mutetur licet conſecratum ſit. Miſcellaneum vero, obturatum, & hermaphrodita ab initio jam damnata ſunt, de quibus non exprimitur in Lege ſanctitas, ſed in filiis ſanctitatum, nam ſi mater ante imprægnationem conſecrata ſit, tum e ſeipſis conſecrata ſunt, quia ſunt membra materna; atque de his neceſſario dicendum erat quod non commutantur ſecundum ſententiam R. Jehudæ, qui dixit quod filii ſanctitatum aliarum commutantur, quique non ſimiles ſunt vitioſis, quia ex ſpeciebus ipſorum fieri poteſt ſacrificium; ſed in eorum quæ enumerat ſpecie non continetur aliquod ſacrificium, ſed immundis animantibus ſimilia ſunt, quæ non commutantur; deciſio eſt ſecundum R. Joſen filium Jehudæ, & ſecundum R. Eleazarem, quia nemo eſt qui hac in parte contradicit.

ligendum eſſe eum qui ſciens fecerit ſimilem eſſe ei qui ſciens fecit; ſed ita non eſt caſus in ſanctitatibus, ſicuti expoſuimus capite tertio tractatus Trumot. Quod R. Eleazar dicit, non conſecrantur, ita intelligas, ut ſi quis uno ex hiſce modis commutaverit, non conſecratum ſit illud ſacrificium mutatum. Pariter, ſi primum animal ſit unum, & quis aliud perfectum cum iſto commutaverit, iſtud mutatum non conſecratum eſt, quia in primo animali non eſt ſanctitas, cujus gratia conſecratur mutatum, atque hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *non conſecrant*. Et hoc modo ſe res habere poterit cum primo animante, ſcil. ſi animans conſecratum ſit & poſtea diſcerptum factum ſit, vel natus ipſius conſecratus ſit & poſtea e latere ventris exciſus, vel natus ſanctus qui miſcellaneus eſſe poſſet, vel obturatus, & hermaphrodita, tum dicitur, *nec conſecrant*, etiam juxta R. Jehudam, qui dicit quod filius commutari poſſit, nam ſi filius iſte ſit miſcellaneus, obturatus, aut hermaphrodita, non commutatur, quia iſta quinque ſecundum R. Eleaſar ſimilia ſunt pecori immundo, quod ad ſacrificium illius ineptum eſt, idcirco ſanctitas in iſta non cecidit, & vitioſis diſſimilia ſunt, quia aliquod vitioſum eſt quod offerri poteſt, & in ſpecie illius eſt ſacrificium; deciſio eſt ſecundum R. Joſen & R. Eleazarem, & nemo hac in parte contradicit.

פרק ג אלו קדשים שולדותיהן ותמורותיהן כיוצא
בהן ולד שלמים ותמורתן ולדן וולד ולדן עד סוף
העולם הרי אלו כשלמים וטעונים סמיכה ונסכים
ותנופה והזה ושוק רבי אליעזר אומר ולד שלמים לא
יקרב שלמים וחכמים אומרים יקרב אמר רבי שמעון
לא נחלקו על ולד ולד שלמים ועל ולד ולד תמורה
שלא יקרב ועל מה נחלקו על הולד שרבי אליעזר
אומר לא יקרב והכמים אומרים יקרב העיד רבי
יהושע ורבי פפיס על ולד שלמים שיקרב שלמים
(ס״א) אמר רבי פפיס אני מעיד שהיתה לנו פרה
זבחי שלמים ואכלנוה בפסח ואכלנו ולדה שלמים
בחג:

Caput 3. Hæc ſunt ſancta quorum filii & commutati ipſis ſimiles ſunt, filius pacificorum & commutatio ipſius, filius & filius filii ipſius uſque ad finem mundi, hæc ſimilia ſunt pacificis, & manuum impoſitionem requirunt, libamina, agitationem, pectus, & crus. R. Eliezer dicit, filius pacificorum non offertur in pacificum. Sapientes dicunt, offeratur. Dixit R. Simeon, non diſſentiunt de filio filii pacificorum, nec de filio filii commutati, quod id non offeratur; de quo igitur diſſentiunt? de filio; nam R. Eliezer dicit, ne offeratur. Sapientes dicunt, offeratur. Teſtatus eſt R. Joſua, & R. Papias de filio pacificorum quod in pacifica offeratur. Dixit R. Papias, ego teſtatus ſum quod aliquando habebamus vaccam ſacrificii pacifici, quam comedimus in Paſchate, & filium ipſius in pacificum in Pentecoſte.

R. OB. DE BARTENORA.

וולד וולדן עד סוף העולם *Et filii filiorum uſque ad finem mundi*, nam hic doctor attendit R. Eliezerem, qui poſtea dixit filium pacificorum non offerri in pacifica, idcirco dicit auctor, *& filius filii uſque ad finem mundi*; ac ſi dixiſſet, non tantum de filio ipſius tibi non concedo, ſed nec de omnibus generationibus uſque ad finem mundi tibi concedo.

וולד שלמים לא יקרב *Filius pacificorum non offeretur*, ſed colliget cum in ſtabulum, ut ibi moriatur ex decreto Sapientum; nam ſi dixeris, quod filius pacificorum habeat remedium, tum ſacerdos matrem retinebit, ut pariat atque e filiis greges aliquot procreet, & hinc incidat in occaſionem tondendi, & ex illis quid commodi capiendi.

לא נחלקו על וולד וולד שלמים *Non diſſentiunt de filio filii* paci-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

וולדן וולד וולדן *Filius ipſius & filius filii ipſius*, nempe, filii pacificorum atque ſacrificii commutati pacifici; ratio controverſiæ R. Eliezeris & Sapientum hæc eſt, R. Eliezer dicit, ſi permiſſum eſſet offerre filios pacificorum, ſacrificium pacificum relinqueretur in poteſtate ipſius, & non mactaretur, ut multa ei pareret pacifica, & is tranſgrederetur id quod dicitur Deut. 23, 21. *Non differes ſolutionem ipſius.* Sapientes vero non curant hæc. Dicit R. Simeon, Sapientes concedunt quod filius filii non offeretur, ne ſacerdos ex iis faciat greges aliquot; & de hoc ipſo filio controverſia eſt. Teſtimonium R. Papiæ repugnat teſtimonio R. Eliezeris. Per vocem בחג *in feſto*, intelligas feſtum Pentecoſtis; ſed omnes Sapientes in hoc conveniunt quod ſancta animantia in poteſtate ſacerdotis non differenda ſint poſt feſtum, quia præ-

pacificorum, concedunt Sapientes R. Eliezeri de filio filii pacificorum, quod non offeretur, quia ſcopus illius cognoſcitur ex operibus, quoniam greges procreare voluerit; deciſio juris eſt ſecundum doctorem primum quod filii filiorum uſque ad finem mundi ſimiles ſint pacificis. *Teſtatus eſt R. Joſua & R. Papias &c.* nempe contra R. Eliezerem, atque hoc teſtimonium verum eſt, atque ita deciditur.

ואכלנו ולדה שלמים בחג *Et edimus filium ipſius in pacificum in feſto*, ſcil. in feſto Pentecoſtis, nam ſi ad feſtum tabernaculorum expectaverit, fieret ut præceptum affirmans tranſgrederetur, quod dicit, *& venies illuc, atque illuc adducetis*, quod de feſto ſolemni primo quo quis aſcenderit Jeruſolymam, atque omnia promiſſa quæ debet, attulerit, intelligas; ſed negativum quod dicit, *non differes*, non tranſgreſſus eſt, niſi donec duo tranſierint feſta.

præceptum affirmans tranſgreditur, quod extat Deut. 12, 6. *Eo venies atque adduces*, nempe, quando aſcenderit quis ad feſtum ſolenne, adducet id quod debet, ſi vero diſtulerit, tranſgreſſus eſt præceptum affirmativum. Sed ad negativum non tenetur niſi poſt tria feſta ſolennia, tum enim tranſgreditur illud *non differes ſolutionem ipſius*, ſicuti in principio tractatus de initio anni expoſuimus; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon, nec ſecundum R. Eliezer; ſed teſtimonium R. Papiæ verum eſt, & ſecundum id faciendum eſt.

ב ולד תודה ותמורתה ולדן וולד ולדן עד סוף העולם הרי אלו כתודה ובלבד שאינן טעונים לחם תמורת עולה וולד תמורת (ס״א תמורתה) ולדן וולד ולדן עד סוף העולם הרי אלו כעולה וטעונין הפשט ונתוח וכליל לאישים :

2. Filius ſacrificii euchariſtici & mutatio illius, filius illius & filius filii ipſius uſque ad finem mundi, ſimiles ſunt euchariſtico, dummodo pane non indigeant. Mutatio holocauſti, & filius mutati ipſius, filius & filius filii ipſius uſque ad finem mundi, hi ſimiles ſunt holocauſto, excoriari debent, in fruſta ſecari, atque omnes igni imponuntur.

R. OB. DE BARTENORA.

הרי אלו כתודה *Ecce hi ſimiles ſunt euchariſtico*, adipes eorum in altare offeruntur, & caro comeditur die noctuque. *Dummodo non indigeant pane*, quia' ſcriptum eſt in Lege, על לחם התודה ergo ipſum euchariſticum indiget pane, at non filius & mutatio illius. *Mutatio holocauſti*, ſi maſculum cum holocauſto mutaverit. *Et filius commutationis*, ut, ſi femellam cum holocauſto mutaverit, & illa maſculum pepererit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit alicubi in Lege, על לחם התודה ergo ſacrificium euchariſticum duntaxat ipſum opus habet pane, at non filius & mutatio illius pane indigent. Jam diximus id quod doctores dixerunt, ſicuti ritus voluit in holocauſto, ita etiam in mutato ſacrificio ages.

ג המפריש נקבה לעולה וילדה זכר ירעה עד שיסתאב וימכר ויביא בדמיו עולה רבי אליעזר (נ״ל אלעזר) אומר הוא עצמו יקרב עולה המפריש נקבה לאשם תרעה עד שתסתאב ותמכר ויביא בדמיה אשם אם קרב אשמו יפלו דמיה לנדבה רבי שמעון אומר תמכר שלא במום תמורת אשם (ולד תמורתה וולד ולדן עד סוף העולם ירעו עד שיסתאבו וימכרו ויפלו דמיהן) (ס״א) לנדבה רבי אליעזר אומר ימותו ורבי אלעזר אומר יביא בדמיה עולות אשם (שמתו בעליו ושכפרו בעליו ס״א) ירעה עד שיסתאב וימכר ויפלו דמיו לנדבה רבי אליעזר אומר ימותו רבי אלעזר אומר יביא בדמיהן עולות :

3. Si quis femellam in holocauſtum ſeparaverit, eaque pepererit maſculum, paſcet donec vitium contraxerit, & tum vendetur, & pretio ipſius holocauſtum adducetur. R. Eleazar dicit; ipſum offeratur in holocauſtum. Si quis femellam in ſacrificium pro reatu ſeparaverit, paſcet donec vitium contraxerit, & tum vendetur atque pretio ipſius ſacrificium pro reatu adducetur. Si ſacrificium oblatum fuerit, nummi cedent oblationi ſpontaneæ. R. Simeon dicit, vendetur abſque vitio. Sacrificium pro reatu mutatum, & filius mutati, filius ipſius, & filius filii ipſius uſque ad finem mundi, paſcent donec vitium contraxerint, & tum vendentur, nummis in oblationem ſpontaneam deſtinatis. R. Eliezer dicit, moriantur. R. Eleazar dicit, adducantur holocauſta pro nummis eorum. Sacrificium pro reatu cujus domini mortui ſunt, & cujus domini expiati ſunt, paſcet donec vitium contraxerit, & tum vendetur nummis pro oblatione prima expenſis. R. Eliezer dicit, moriantur. R. Eleazar dicit, holocauſta adducantur nummis ipſorum.

R. OB. DE BARTENORA.

ויביא בדמיו עולה *Et pro nummis illius adducet holocauſtum*, ſupra vero ubi de filiis ſacrificii commutati, dixit, *hi ſimiles ſunt holocauſto*, quia prima ſanctitas e qua iſta omnia provenerunt, offeratur, quia maſculini generis eſt, ſed hic ubi quis femellam in holocauſtum ſeparaverit, prima ſanctitas e qua omnia iſta proveniunt, eſt fœminini generis, & non offertur, idcirco holocauſto diſſimilis eſt, ſed vendetur, nummis ipſius in oblationem ſpontaneam expenſis.

המפריש נקבה לאשם *Si quis femellam in ſacrificium pro reatu ſeparaverit*, nam ſacrificium pro reatu e femellis non offertur. *Paſcet donec vitium contraxerit*, in Gemara quæritur hoc ſenſu, vendatur iſtud abſque macula, nam quandoquidem propter vitium integrum ineptum eſt, & non conſecratum eſt niſi ob pretium ipſius, vendatur ſtatim, atque num-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in prologo hujuſce libri quod holocauſtum & ſacrificium pro reatu e maſculis tantum offerantur. Sic etiam in principio hujus tractatus expoſuimus quod femellæ & maſculi conſecrantur mutatione. R. Simeon dicit, quicquid ſtatim offerri nequit, id non conſecratum eſt conſecratione corporali, ſed pretii conſecratione, idcirco dicit quod ſine vitio vendetur. Poſtea nos docet quod R. Eliezer dicit, moriantur, etſi mutatio ſacrificii pro reatu in gradu ſanctitatis ſit inferior ipſo ſacrificio pro reatu. Sapientes dicunt, ne moriantur, ſed nummi eorum cedant in oblationem ſpontaneam, etiam ipſum ſacrificium pro reatu; quia traditione receptum eſt quod quicquid in ſacrificio pro peccato moriatur, in ſacrificio pro reatu paſcet, donec vitium contraxerit. Cæterum jam diximus quod ſacrifi-

nummi expendantur in ſacrificium pro reatu? reſp. quod cum in ipſum inciderit ſanctitas pretii, etiam ſanctitas corporea in ipſum cecidit, propterea quod ſit vitium neceſſarium.

אם קרב אשמו *Si oblatum fuerit illius ſacrificium pro reatu*, at is non indiguerit ſacrificio pro reatu. *Nummi ipſius in oblationem ſpontaneam cedent*, nummi conjicientur in ciſtam quæ erat in Templo, ex qua educebant nummos ad oblationes ſpontaneas pro cœtu offerendas. *Venduntur abſque vitio*, nam cum id non ſit aptum ad ſacrificium pro reatu, non eſt majus vitium quam hoc, & non conſecratur ſanctitate corporea, ſed ſtatim vendi debet, & pro nummis ipſius adducitur ſacrificium pro reatu. Licet R. Simeon contradicat ſi quis femellam in holocauſtum ſeparaverit, vitium ſcil. tunc requiri, quia in holocauſtis obtinet ſexus fœmininus quia holocauſtum offertur ex avibus fœminini generis; ſed in ſacrificiis pro reatu non obtinet genus fœmineum, idcirco vitium eſt, & non conſecratur niſi ob pretium ipſius; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon. *Mutatio ſacrificii pro reatu, & filius mutationis illius &c.* hæc omnia paſcent, nam traditione receptum eſt quod quicquid in ſacrificio pro peccato moritur, in ſacrificio pro reatu paſcet; ſed mutatio ſacrificii pro peccato morietur. *Morietur autem*, quia R. Eleazar putabat ex eo quod ſcriptum eſt Levit. 7, 7. *Sicut ſacrificium pro peccato, ita ſacrificium pro reatu*, intelligi, quod ſicuti in expiatione moriatur, ita quoque in ſacrificiis pro reatu. *Pretio illius holocauſtum adducetur*, quia reſidua pretiorum ſequuntur oblationem ſpontaneam privati hominis, & non eccleſiæ. *Sacrificium pro reatu cujus dominus mortuus eſt, & cujus dominus expiatus eſt*, ope alterius, nam ſacrificii pro peccato mutatio morietur, ut ſacrificii pro reatu paſcet donec vitium contraxerit.

crificium pro peccato quo dominus illius expiatus eſt, & cujus dominus mortuus eſt, morietur, idcirco ſacrificium pro reatu cujus dominus obiit, & cujus dominus expiatus eſt, paſcet donec vitium contraxerit, & tum vendetur, nummis in oblationem ſpontaneam expenſis. Sed omni in loco in quo dicitur, *cedent nummi in oblationem ſpontaneam*, ſenſus eſt quod pro nummis iſtis holocauſtum offerri debeat. Quod R. Eleazar dicit, *adducet pro nummis illius holocauſta*, intelligendum eſt quod pro nummis iſtis holocauſtum debitum ſit offerendum; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon, nec ſecundum R. Eleazar.

ד והלא אף הנדבה עולה היא מה בין דברי רבי אלעזר לדברי חכמים אלא בזמן שהיא באה חובה הוא סומך עליה ומביא עליה נסכין ונסכיה משלו ואם היה כהן עבודתה ועורה שלו ובזמן שהיא באה נדבה אינו סומך עליה ואינו מביא עליה נסכים ונסכיה משל צבור אף על פי שהוא כהן עבודתה ועורה של אנשי משמר :

4. Nonne etiam oblatio ſpontanea eſt holocauſtum? quæ ergo differentia eſt inter R. Eleazar & Sapientes? hæc, quando ex debito offertur, ei manus imponantur, & libamina adducantur cum ipſo e pecunia proprietarii. Si fuerit ſacerdos, miniſterium & pellis ipſius ad ipſum pertinet. Quum vero id in oblationem ſpontaneam offertur, non ei imponet manus, neque libamina adducet; at libamina illius e bonis eccleſiæ veniunt. Et quamvis ſacerdos ſit, tamen miniſterium pellis illius ad viros ſtationarios pertinet.

R. OB. DE BARTENORA.

והלא אף הנדבה עולה *Sed annon oblatio ſpontanea holocauſtum eſt*, ipſi animus eſt differentiam inter illa declarare. *Quando venit ex debito*, quod homo privatus offerre debet, & tum ei manus imponere. *Si fuerit ſacerdos*, ſi quis ſeparaverit ſacrificium pro reatu, & ope alterius expiatus eſt, atque ſacrificium primum diſtulerit, ut paſceret, tum miniſterium & pellis holocauſti nummis ſacrificii pro reatu venditi, ad ipſum pertinet, nam ipſe id offerre poteſt, & pellem ſibi ſumere, etſi non pertineat ad cuſtodiam ſeptimanæ. *Non imponet animus*, quia oblatione ſpontanea cœtus non requirit impoſitionem. *Et quamvis ſacerdos ſit, miniſterium tamen illius pellis ad viros cuſtodiæ pertinet*, quia ad cœtum pertinet, at ſacerdoti alterius cuſtodiæ non data eſt facultas offerendi, ſicuti ſcriptum eſt Deut. 18, 8. לבד ממכריו על האבות de eo ergo quod unus pater vendiderit alteri, tu capias tuam ſeptimanam, ego meam; deciſio eſt ſecundum verba Sapientum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc omnia clara ſunt & nulla expoſitione indigent, quum intellexeris id quod diximus.

ה תמורת הבכור והמעשר ולדן וולד ולדן עד סוף העולם הרי אלו כבכור וכמעשר ויאכלו במומם לבעלים מה בין הבכור והמעשר לבין כל הקדשים שכל הקדשים נמכרים באטלס ונשחטים באטלס ונשקלים בליטרא חוץ מן הבכור ומן המעשר ויש להן פדיון ולתמורותיהן פדיון חוץ מן הבכור ומן המעשר ובאים מחוצה לארץ חוץ מן הבכור ומן המעשר אם באו תמימים יקרבו ואם בעלי מומין יאכלו במומן לבעלים אמר רבי שמעון מה טעם שהבכור והמעשר יש להם פרנסה במקומן ושאר כל הקדשים אף על פי שנולדה להם מום הרי אלו בקדושתן :

Mutatio primogeniti & decimarum, & filius atque filius filii ipſorum uſque ad finem mundi ſimilia ſunt primogenito, decimiſque, & a dominis comedi poſſunt cum vitiis ſuis. Quæ differentia eſt inter primogenitum & decimas reſpectu omnium ſanctitatum? in eo quod omnes ſanctitates in foro venduntur, ibique mactantur, atque librantur, primogenito decimiſque exceptis. Redimuntur & mutationes ipſorum redimuntur, primogenito & decimis exceptis. Veniunt extra terram Iſraëlis in terram Iſraëlis, primogenito & decimis exceptis, ſi vero perfecta venerint, offerri poſſunt, ſi vitioſa, comeduntur a dominis cum vitiis. R. Simeon quærit quamobrem? quia primogenitum & decimæ in loco ſuo alimentum habent; & cæteræ ſanctitates, etſi vitium contraxerint, tamen in ſanctitate ſua manent.

R. OB. DE BARTENORA.

הרי אלו כבכור וכמעשר *Ecce hæc ſimilia ſunt primogenito, & decimis*, quæ ſanctitati primogeniti decimarumque pecoris

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus capite ſecundo tractatus de Primogenitis, quare in hoc jure de primogenito & decimis in ſpecie dica-

coris ſimilia ſunt, ut non mactentur in macello, etiam poſtquam vitia contraxerint, & redempta fuerint. *Primogenito & decimis exceptis*, quia ſanctitas nil capit commodi e venditione, quia primogeniti pecunia cedit ſacerdoti, decimarum vero proprietario, atque ob commodum ipſorum ſanctitates non minoris æſtimantur.

ובאים מחוצה לארץ חוץ מן הבכור ומן המעשר *Et veniunt extra terram Iſraëlis in terram Iſraëlis primogenito & decimis exceptis*, nam de induſtria extra terram Iſraëlis non adducuntur, quemadmodum deinceps exponetur; at ſi perfecta adducta fuerint, offerantur. *A Dominis*, primogenitum a ſacerdotibus, & decimæ pro Iſraëlitis. *Dixit R. Simeon &c.* quærit R. Simeon quare primogenita & decimæ extra terram Iſraëlis non offerantur, ut reliquæ ſanctitates.

יש להן פרנסה במקומן *Eſt ipſis pabulum in locis ſuis*, nam in paſcuum mitti debent donec vitiata fuerint, & tum a dominis comedi poſſunt cum vitiis ſuis; reliquæ vero omnes ſanctitates, etſi vitiatæ fuerint, tamen manent in ſanctitate ſua, & redimi debent, pretium adduci & offerri; & quandoquidem tandem adducitur pretium ipſorum, ipſæ ſanctitates adducuntur & offeruntur; deciſio juris eſt quod primogenita & decimæ quæ extra terram Iſraëlis allata ſunt Jeruſolymam perfecta, non offerantur, quemadmodum ſcriptum eſt Deut. 14, 23. Ex quo ergo loco adducendæ ſunt decimæ frumenti, ex eo quoque adducenda ſunt primogenita, & contra; decimæ pecoris quoque ſimiles ſunt decimis frumenti.

dicatur Deut. 14, 23. *Et comedes coram Domino Deo tuo decimas muſti, grani & olei tui, & primogenita jumenti & gregis tui*, unde conſtat quod primogenita adducenda ſint eo quo decimæ grani. Jam expoſuimus quod pecoris decimæ aſſimilantur decimis grani. Porro hinc elicimus quod decimæ & primogenita e terra Iſraëlis proveniunt, ſi vero quis ea extra terram Iſraëlis adduxerit, eaque perfecta fuerint, offerantur; ſi vitioſa, comedantur cum vitiis, perinde ac ſi e terra Iſraëlis veniſſent, quia iſta jam adduxit. Hæc eſt ſententia R. Iſmaëlis, ſed ea jam refutata eſt, quia primogenita non adducuntur extra terram Iſraëlis.

מה בין בכור ומעשר לכל הקדשים *Quomodo primogenita & decimæ differunt reſpectu omnium ſanctitatum?* quaſi dixiſſet quæ differentia eſt inter primogenita & decimas quibus vitium contigit, & inter ſanctitates quæ profanatæ ſunt? poſtea R. Simeon exponit quare primogenita & decimæ vitiata non redimenda ſint, cum tamen omnes ſanctitates redimantur; & rationem adfert quod e primogenitis & decimis profanatis commodum percipere licet uti ſunt, quia cum vitiis non comeduntur, idcirco redimi non debent; reliquæ vero omnes ſanctitates, ſi non redimantur, ineptæ ſunt ad ſacrificia, eaſque comedere non licet; ratio R. Simeonis in his veriſſima eſt.

פרק ד ולד חטאת ותמורת חטאת וחטאת שמתו בעליה ימותו שעברה שנתה ושאבדה ונמצאת בעלת מום אם משכיפרו הבעלים תמות ואינה עושה תמורה לא נהנין ולא מולין אם עד שלא כפרו הבעלים תרעה עד שתסתאב ותמכר ויביא בדמיה אחרת ועושה תמורה ומועלין בה׃

Caput 4. Filius ſacrificii pro peccato, & mutatio ipſius, atque ſacrificium pro peccato cujus dominus obiit, moriantur. Cujus annus præteriit, quod periit, & vitioſum inventum fuerit poſtquam dominus expiatus eſt, moriatur, & ne mutetur, neque ex eo quid commodi percipiatur, neque in ipſo prævaricantur. Si inventum ſit antequam dominus expiatus eſt, paſcet donec vitium contraxerit, & tum vendatur, atque aliud pro ipſo offeratur, mutetur, & in ipſo prævaricantur.

R. OB. DE BARTENORA.

שעברה שנתה *Cujus annus præteriit*, tum non convenit ut offeratur in expiationem quia Lex dicit Levit. 14, 10. בת שנתה Sed ob unicum hocce vitium non morietur, ſed paſcet donec vitiatum fuerit & duplicem defectum contraxerit, quum ſcil. annus illius tranſierit & perierit, vel perierit & vitioſum compertum fuerit, hocce ordine diſponit Gemara; nam quod in Miſna dicitur, *& quod periit*, ad utramque partem referri debet, hoc ſenſu, cujus annus tranſiit, & quod periit, quod periit, & quod vitium contraxit, ſi poſtquam denuo inventum ſit, expiatus ſit dominus illius ope alterius, morietur, licet Sapientes contradicant Rabbi inferius, dicentes quod non morietur ſacrificium pro peccato, niſi quod inventum fuerit poſtquam dominus illius expiatus fuerit, tum concedunt, quandoquidem id duo habet vitia, ſcil. quod annus illius tranſiit, aut quod periit, & vitiatum fuerit. Si vero tantum perierit, & ante expiationem denuo inventum, licet dominus expiatus ſit poſtquam inventum fuerit, non morietur, ſed paſcet. *Nil commodi ex illis capiunt*, e decreto Sapientum. *Neque prævaricantur in eo*, ſi quid commodi ex illis ceperint, tamen liberi ſunt a ſacrificio prævaricationis; nam quandoquidem nec ipſum, nec pretium ipſius offertur, abiit ſanctitas illius. *Si antequam dominus expiatus eſt*, nam mediante alio expiari noluit, paſcet ergo donec vitiatum ſit; hoc enim referendum eſt ad ipſum cujus annus jam præteriit, nam id quod perierit, & poſtea vitiatum inventum fuerit, ſtatim vendetur, & pretio illius aliud adducetur. *Commutatur*, quia nummi illius offeruntur, quod enim paſci debet & vitiatum ſit, id commutatur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עד שתסתאב *Donec vitiatum fuerit*, hoc referendum eſt ad ſacrificium cujus annus præteriit, vel quod periit; ad vocem שאבדה *quod periit* ſupple in ſocietate; cæterum in Gemara ita diſponitur Miſnæ ordo, cujus annus tranſiit, & quod periit, & vitioſum inventum fuerit. Jam aliquoties diximus id quod Miſna dicit, *non capiunt exinde utilitatem, neque prævaricantur*, intelligendum eſſe quod ex iſtiuſmodi rebus non licet quid commodi capere; ſi vero quis ex iis utilitatem ceperit, non tenetur ad ſacrificium prævaricationis offerendum. Præterea tibi ſcitu neceſſarium eſt perditionem iſtam de qua Sapientes locuti ſunt eam mori debere, intelligendam eſſe ſi ſacrificium perierit inter expiandum, non vero dum ſeparabatur in oblationem primam; & ſi id die perierit, non nocte, & id ipſum latuerit atque paſtorem, cæteroſque homines ita ut nemo id cognoſcat, ne quidem in fine mundi, & præterea ſi locus ſit abſconditus, ac ſi eſſet aliqua caverna, vel poſt montem vel rupem; quando autem una ex iſtis conditionibus defuerit, non morietur, ſed paſcet donec vitioſum fuerit, & tum vendetur alio pro nummis ipſius ſubſtituto; atque id commutari poteſt, & in ipſo prævaricantur. Sic etiam ſi raptum fuerit, paſcet donec vitiatum fuerit.

ב המפריש חטאתו ואבדה והקריב אחרת (ס״א) תחתיה ואחר כך נמצאת הראשונה תמות המפריש מעות לחטאת ואבדו והקריב חטאת תחתיהן ואחר

2. Si quis ſegregaverit ſacrificium pro peccato, idque perierit, & aliud pro ipſo ſubſtitutum fuerit, & poſtea primum inventum fuerit, morietur. Si quis pecuniam in ſacrificium pro peccato ſegregaverit,

ואחר כך נמצאו המעות ילכו (ס"א יוליכם) לים המלח :

verit, eaque perierit, atque ſacrificium pro peccato pro ipſo oblatum fuerit, inventa poſtea pecunia, conjiciatur in mare ſalſum.

R. OB. DE BARTENORA.

Et poſtea primum denuo inventum fuerit, primum moriatur, quia eſt ſacrificium expiatorium cujus dominus ope alius expiatus eſt. *In mare ſalſum conjicietur*, nam cum omni in loco ubi fuerit ſacrificium pro peccato, mori debeat, cum jam nummi ſunt, in mare ſalſum conjiciantur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc procedunt ſecundum fundamentum quo ſacrificium expiatorium mori debeat ſi dominus illius expiatus fuerit. Sic etiam ex emiſſa pecunia nil commodi percipere licet, idcirco dicit auctor quod ea in mare ſalſum conjicienda ſit, ut ne unquam eam tangat.

ג המפריש מעות לחטאתו ואבדו והפריש מעות אחרים תחתיהן לא הספיק ליקח בהן חטאת עד שנמצאו המעות הראשונות יביא באלו ובאלו חטאת והשאר יפלו לנדבה המפריש מעות לחטאתו ואבדו והפריש חטאת תחתיהן לא הספיק להקריבה עד שנמצאו המעות והרי חטאת בעלת מום תמכר ויביא מאלו ומאלו חטאת והשאר יפלו לנדבה המפריש חטאתו ואבדה והפריש מעות תחתיה לא הספיק ליקח בהן חטאת עד שנמצאת חטאתו והרי היא בעלת מום תמכר ויביא מאלו ומאלו חטאת והשאר יפלו לנדבה המפריש חטאתו ואבדה והפריש אחרת תחתיה לא הספיק להקריבה עד שנמצאת הראשונה והרי שתיהן בעלת מום ימכרו ויביא מאלו ומאלו חטאת והשאר יפלו לנדבה המפריש חטאתו ואבדה והפריש אחרת תחתיה לא הספיק להקריבה עד שנמצאת הראשונה והרי שתיהן תמימות אחת מהן יקרב חטאת והשניה תמות דברי רבי וחכמים אומרים אין חטאת מתה אלא שנמצאת מאחר שכפרו הבעלים ואין המעות הולכות לים המלח אלא שנמצאו מאחר שכפרו הבעלים :

3. Si quis pecuniam ſeparaverit in ſacrificium pro peccato, eaque perierit, & alia pro ipſa ſeparaverit, ſed nondum tempus habuerit pro ipſa ſacrificium pro peccato emere, donec prima pecunia inventa fuerit, pro una atque altera ſacrificium pro reatu adducendum, & quod reſtat, id oblationi ſpontaneæ cedit. Si quis pecuniam in ſacrificium pro peccato ſeparaverit, eaque perierit, & ſacrificium pro peccato ei ſubſtitutum fuerit, idque nondum oblatum fuerit antequam pecunia inventa ſit, & ſacrificium pro peccato vitiatum fuerit, vendetur, & pro utroque adducetur ſacrificium pro peccato, quod reſtat, id oblationi ſpontaneæ cedit. Si quis ſacrificium pro peccato obtulerit, idque perierit, & nummos pro ipſo ſeparaverit, ſed nondum pro ipſis emerit ſacrificium pro peccato antequam ſacrificium pro peccato inventum fuerit, idque vitiatum fuerit, vendetur & pro utroque ſacrificium pro peccato adducetur, & quod reliquum eſt, id cedet oblationi ſpontaneæ. Si quis ſacrificium pro peccato ſeparaverit, idque perierit, & aliud ei ſubſtitutum fuerit, ſed nondum oblatum fuerit antequam primum inventum fuerit, & ambo vitiata fuerint, vendentur, & pro utroque ſacrificium pro peccato adducetur, & reliquum cedet oblationi primæ. Si quis ſacrificium pro peccato ſeparaverit, idque perierit, & aliud pro ipſo ſeparaverit, ſed nondum oblatum fuerit antequam primum inventum fuerit, ſed ambo perfecta fuerint, unum offeretur in ſacrificium pro peccato, alterum vero morietur, ita Rabbi. Sapientes dicunt, non morietur ſacrificium pro peccato, niſi id quod inventum fuerit poſtquam dominus expiatus fuerit; ſed pecunia non conjicietur in mare ſalſum, niſi inventa ſit poſtquam dominus expiatus fuerit.

R. OB. DE BARTENORA.

יביא מאלו ומאלו *Adducat de utraque pecunia*, eas commiſcebit ſimul, nam quia de ambabus pecunis adduxit, non eſt ſacrificium cujus dominus expiatus eſt ope alterius; at ſi de una pecunia adduxerit, altera pecunia ſacrificii pro peccato, cujus dominus mediante altero expiatus eſt detruderetur. *Quod reliquum eſt, id cedit oblationi ſpontaneæ*, quia hæ reliquiæ pecuniæ ſimiles ſunt aliis ſacrificii pro peccato reliquiis.

והרי חטאת בעלת מום *Et ſacrificium pro peccato fuerit vitiatum*, at ſi perfectum fuerit, ipſum offeratur & nummi illius in mare ſalſum conjiciantur, quia dominus jam expiatus eſt ope alterius; hi omnes caſus conveniunt Rabbi, dicenti, quod res perdita tempore ſeparandi ſicuti hæc pecunia quæ ante expiationem inventa eſt, conjicienda ſit in mare ſalſum. *Ita Rabbi, Sapientes dicunt &c.* omnes concedunt quod dominus expiatus ſit mediante eo quod non periit, nam quod periit, id morietur, & non diſſentiunt niſi expiatus ſit eo quod periit; nam Rabbi putat quod ſi quis

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia hæc jura ita ſe habent, quandoquidem dominus illius nondum expiatus eſt, reliquiæ in oblationem ſpontaneam cadere poſſunt, nempe ut pro illis non offerantur holocauſta ſpontanea. Ratio autem quare in his omnibus requiritur conditio, nempe, quod ſacrificium pro peccato emi debeat pro utraque pecunia, hæc eſt, quia ſi quis pro pecunia unius adduxiſſet ſacrificium, alterius pecunia in mare ſalſum conjici deberet, quia dominus jam expiatus eſt, & hæc pecunia remanſit poſt ſacrificium pro peccato. Sed hæc diſtinctio in ſequenti Miſna prolixius exponenda eſt, idcirco pro utraque pecunia adducendum eſt; reliquum vero cedet oblationi ſpontaneæ. Sed non eſt controverſia inter Sapientes & Rabbi, nam ſi ſecundum quod non perierit, oblatum fuerit, morietur id quod periit. Sed illi diſſentiunt quum oblatum fuerit id quod periit, Rabbi dicit quod ſecundum morietur, ſi quis enim pro amiſſo aliud ſeparaverit, id ſimile eſt amiſſo, ac ſi periiſſet & inventum fuiſſet poſtquam dominus illius expiatus fuiſſet. Sapientes aliter

quis pro ſacrificio quod periit, ſeparet, illius jus eſſe ut iſtius quæ periit. Sic etiam, ſi expiatus ſit eo quod non periit, quum inventum fuerit id quod periit, morietur. Pariter ſi expiatus ſit alterutro, licet eo quod periit, conditio eorum quæ non periere eſt ut in mare ſalſum conjiciantur. Sapientes putant non dicendum eſſe id quod ſeparatum eſt pro eo quod periit, ſimile eſſe ei quod periit; ſed ſi quis expiatus ſit eo quod non periit, & ſi reliquum ſit id quod periit, tum morietur id quod periit, etſi ante expiationem inventum ſit. Verum ſi expiatus ſit eo quod periit, & remanſerit id quod non periit, non morietur, ſed paſcet donec vitiatum fuerit; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

aliter dicunt, quod ſcil. ſi quis ſeparaverit quicquam pro eo quod periit, non ſit ei ſimile; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ד המפריש חטאתו והרי היא בעלת מום מוכרה ויביא בדמיה אחרת רבי אליעזר ברבי שמעון אומר אם קרבה השניה עד שלא נשחטה הראשונה מתות שכבר כפרו הבעלים :

4. Si quis ſacrificium pro peccato ſeparaverit, idque poſtea vitiatum inventum fuerit, vendatur iſtud & pro pecunia illius adducatur aliud. R. Eliezer filius R. Simeonis dicit, ſi oblatum ſit ſecundum antequam primum ſit mactatum, moriantur, quia dominus jam expiatus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

מוכרה ויביא בדמיה אחרת *Si vendiderit iſtud & pro nummis iſtius adduxerit aliud*, nam poſtquam id vendiderit alteri, cenſetur ac ſi non amplius extitiſſet, ſed quamdiu id in poteſtate domini fuerit, dum ope alterius expiaretur dominus, moriatur. R. Eliezer filius R. Simeonis dicit, quod quamdiu id extiterit, poſtquam dominus expiatus eſt ope alterius, ſive id ſit in poteſtate domini, ſive in poteſtate aliorum, morietur; deciſio non eſt ſecundum R. Eleazar filium R. Simeonis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Eleazar filius R. Simeonis dicit non intereſſe ſive animans iſtud ſit in poteſtate domini, ſive in poteſtate alterius, quamdiu id vivum fuerit, poſtquam expiatus fuerit dominus, morietur. Sapientes contrarium docent, nempe quod quamdiu animans ſit in poteſtate domini ſui, ſecundum hoc jus de ipſo judicandum ſit. Si vero id vendiderit, perinde eſt ac ſi ipſum non haberet; deciſio eſt ſecundum Sapientes. Sed jam diximus in hoc libro, id quod mori debet, in domunculam aliquam introducendum eſſe, ubi clauſis foribus commorari debet donec moriatur fame. Præterea tibi ſcitu neceſſarium eſt eum qui duos pecuniæ cumulos ſeparaverit in præcautionem damni, expiari poſſe eo quo voluerit cumulo, & pro altero offerri holocauſtum ſpontaneum. Pariter ſi quis duo ſacrificia expiatoria in præcautionem ſeparaverit, expiari poteſt quocunque voluerit; aliud vero paſcet donec vitiatum fuerit, atque tum pro pecunia illius holocauſtum voluntarium offeret. Qui vero conſecraverit ſacrificium expiatorium, ipſum & natus illius ſimiles ſunt duobus expiatoriis in præcautionem damni ſeparatis.

פרק ה כיצד מערימים על הבכור מבכרת שהיתה מעוברת אומר מה שבמעיה של זו אם זכר עולה ילדה זכר יקרב עולה ואם נקבה זבחי שלמים ילדה נקבה תקרב שלמים אם זכר עולה אם נקבה זבחי שלמים ילדה זכר ונקמה הזכר יקרב עולה והנקבה תקרב שלמים :

Caput 5. Quomodo caute agunt cum primogenito? Si primipara gravida ſit, dicat, quod continetur in viſceribus hujus, ſi id maſculum ſit, fiat inde holocauſtum, & ea maſculum pepererit, offeratur in holocauſtum; ſi fœminam pepererit, fiat inde ſacrificium pacificum, & pepererit fœminam, offeratur in pacificum. Si maſculum ſit, fiat inde holocauſtum, ſi fœmineum, in pacificum; ſi maſculum & fœminam pepererit, maſculus offeratur in holocauſtum, & fœmina in pacificum.

R. OB. DE BARTENORA.

כיצד מערימין על הבכור *Quomodo calliditatem adhibent in primogenito?* ut ipſum ſacerdoti eripiant, & offeratur ex debito. *Et ea maſculum pepererit, offeratur in holocauſtum*, quia primogenitura in ventre matris duntaxat conſecratur, quandoquidem autem ab initio alia ſanctitate ipſum affecit, jam non amplius in ipſum cadit primogenituræ ſanctitas. *Si fuerit fœmina*, non loquitur de ea quæ primogenitum parit, quia femella non conſecratur in primogenitura, ita ut cautio adhibenda ſit, ſed in animantibus ſanctis; nam ſi ſacrificium pro peccato gravidum ſit, & poſſeſſor cum hoc caute agere velit ne moriatur, mutabit ipſum cum alia re ſancta. Docet itaque nos auctor quod filii ſanctorum ſancti ſunt in exiſtentia ipſorum, & non in ventre matris. Et quamvis hucuſque nondum conſecrata ſit matris ſanctitas, tamen alia ſanctitas in ipſos cadere poteſt, ita ut non ſit ſacrificium pro peccato, dum id pepererit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in Lege quod non licita ſit conſecratio primogeniti pro altari, ſicuti expoſuimus capite octavo tractatus de Æſtimationibus. Dixerunt Sapientes quod primogenitura in ventre conſecrari poſſit. Et ita dixerunt in Siphra ex eo quod Lex dicit Levit. 27, 26. אשר יבכר ליהוה בבהמה colligitur, quod ſi jam natum ſit primogenitum, conſecrari nequit, ſed in ventre matris. Et quod Lex dicit, *ſi fuerit fœmina &c.* id non loquitur de primipara, quia fœmina non conſecratur primogenitura; ſed locus iſte intelligendus eſt de animanti quod in ſacrificium aliquod conſecratum eſt; nam de filio cautelam adhibebit ſive maſculus ſit ſive fœmina, ſicuti cautelam adhibet de maſculo primiparæ. Per ערומה *cautelam* ſive *calliditatem* hic intelligitur inventio quædam licita; quæ vero non eſt licita, ea dicitur מרמה *deceptio*. Scias autem quod primogenitum vitio afficere licet dum id nondum prodiit in lucem. Templo autem deſtructo, & ſacrificiis ſublatis, comedi poſſunt cum vitiis ſuis, etſi aliquot tempus vixerint cum iſtis vitiis, ſicuti jam expoſuimus.

ב ילדה שני זכרים אחד מהן יקרב עולה והשני ימכר לחיבי עולה ודמיו חולין ילדה שתי נקבות אחת מהם תקרב שלמים והשנייה תמכר לחייבי שלמים

2. Si duos pepererit maſculos, unus offeratur in holocauſtum & alter vendatur iis qui holocauſta debent, & pecunia profanetur. Si duas pepererit femellas, una offeratur in pacificum, & altera vendatur iis qui pacifica debent, & pecunia profanetur. Si

שלמים ודמיה חולין ילדה טומטום ואנדרוגינוס רבן
שמעון בן גמליאל אומר אין קדושה חלה עליהם :

Si pepererit obturatum, & hermaphroditam, Rabban Simeon filius Gamalielis dicit, ſanctitas non cadit in ipſos.

R. OB. DE BARTENORA.

ילדה שני זכרים *Si pepererit duos maſculos*, de pecore profano ſermo ſit, quia de pecore ſancto fiat holocauſtum id quod in holocauſtum conſecratum eſt; alterum vero continetur in ſanctitate matris ſuæ; omnino igitur de pecore profano loquitur, idcirco illius quod non conſecratum eſt, nummi ſunt profani. Sed in utrumque incidit ſanctitas holocauſti, quia dixit, ſi fuerit mas, ſit in holocauſtum, quia nummos duntaxat promiſit, idcirco unum offeretur propter votum illius, & alterum vendetur ei qui debet holocauſtum, nummis ipſorum profanatis.

אין קדושה חלה עליה *Sanctitas in ipſa non incidit*, quia filii ſanctorum ſancti ſunt quando naſcuntur, ſed non in ventre matris. Et ſicuti iſti quum naſcuntur, inepti ſunt ad ſacrificium, idcirco non conſecrantur. Sapientes diſſentiunt a Rabban Simeone Gamalielis filio, & ſtatuunt quod filii ſanctorum contineantur in ſanctitate matris; deciſio non eſt ſecundum Rabban Simeonem filium Gamalielis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc intelligenda ſunt de pecore profano, ſi de ipſo dixerit proprietarius, *id quod in viſceribus eſt hujus, ſive maſculum ſive fœmineum ſit &c.* idcirco nummi eorum profanati ſunt. Nam primo ſermo factus eſt de primogenitura, & poſtea de pecore ſancto, & tandem de pecore profano. Quod autem dixit de obturato & hermophrodita, ei contradicit in pecore ſancto; nam Rabban Simeon filius Gamalielis dicit quod filius pecoris ſancti a momento nativitatis conſecratus ſit, idcirco ſi fuerit obturatus, aut hermaphrodita, qui offerri nequeunt, ſanctitas non incidit in ipſos. Sapientes dicunt, quod filius ſancti pecoris contineatur in ſanctitate matris ſuæ, idcirco filius ipſius conſecratus ſit; in hocce caſu deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ג האומר ולדה של זו עולה והיא שלמים דבריו
קיימים היא שלמים וולדה עולה הרי זו ולד שלמים
דברי רבי מאיר אמר רבי יוסי אם לכן נתכון מתחלה
הואיל ואי אפשר לקרות שני שמות כאחד דבריו
קיימים ואם משאמר הרי זו שלמים נמלך ואמר
ולדה עולה הרי זו ולד שלמים :

3. Si quis dixerit, filius hujus ſit holocauſtum, & ipſum ſit pacificum, verba illius rata ſunt. Vel ita, ipſum ſit pacificum, & filius ipſius holocauſtum, hic ſit filius pacifici; ita R. Meyr. Dixit R. Joſe, ſi hoc intenderit ab initio, quandoquidem duo nomina ſimul vocare nequit, verba illius rata ſunt. Si pœnituerit ipſum poſtquam dixerit, hoc ſit pacificum, & dixerit, filius illius ſit holocauſtum, eſt filius pacificorum.

R. OB. DE BARTENORA.

האומר ולדה של זו עולה וכו׳ *Qui dixerit, proles hujus ſit holocauſtum &c.* ſi quis de prole pecudis gravidæ dixerit, proles illius ſit holocauſtum, ipſa ſcil. mater ſit ſacrificium pacificum, illius verba ſunt rata, quia conſecratio prolis præceſſit. Verum ſi prius dixerit, ipſa ſit pacificum, tum ipſam & quicquid in ipſa eſt, conſecravit, perinde ac ſi quis duo pecora conſecraſſet in pacifica; at ſi poſtea dixerit, proles illius ſit holocauſtum, offeratur in pacificum. Sed hic non dicendum eſt de nativitate, nec de ventre matris; nam quando de nativitate & non de ventre matris loquimur, id intelligendum eſt quando pecudem prius conſecravit quam gravida facta fuerit, tum enim proprietarius nullam ſanctitatem addidit fœtui, ſed pecus ſanctitate matris conſecratur. Verum ſi quis gravidam pecudem conſecraverit, etiam fœtum numerant ut ſanctitatem induat; R. Meyr dicit, quod prior ſermo aſſumendus ſit.

אם לכן מתכוון מתחלה *Si ita intenderit ab initio*, quando enim dixit, ipſa ſit in pacificum, non intendit ſimul prolem illius. *Quandoquidem duo nomina ſimul vocare nequit*, os enim nequit duo nomina ſimul proferre. *Illius verba rata ſunt*, quia etiam e fine verborum hominis mens percipitur.

נמלך ואמר ולדה עולה *Si pœnituerit ipſum & dixerit, proles illius ſit holocauſtum*, etſi inter ſermonis nexum pœnituerit ipſum, dixeritque, proles illius ſit holocauſtum, nil dixit, nam quum matrem ipſius conſecraverit in pacifica, non intendit ut filius illius eſſet holocauſtum; quia nobis hypotheſis eſt, quicquid in eadem ſermonis ſerie continetur, id unum ſermonem cenſeri, præterquam ſi quis conſecraverit, commutaverit ſacrificium, blaſphemaverit, idolis ſervierit, deſponderit, & repudiaverit, nam in iſtis ſex non habet locum pœnitentia, etſi intra ſermonis ſeriem facta ſit; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit R. Joſe, quandoquidem vovens dixit, hoc ſit pacificum, & non intenderit præter id quod dixit, ſi poſtea denuo dixerit, filius ipſius ſit holocauſtum, etſi id dixerit intra iſtud temporis momentum, primo illius dicto tantum innitendum eſt. Nam hypotheſis nobis eſt quod illud temporis momentum quo effari potuiſſet, cenſetur ac ſi edixiſſet, etſi nihil dixerit; præterquam ſi quis conſecraverit, commutaverit, blaſphemaverit, idolis ſerviverit, deſponderit, & repudiaverit; atque hæ ſex ſunt exceptiones quæ in Gemara proferuntur. Verum cum eo qui conſecraverit & qui commutaverit, ſe res habet quemadmodum in hoc loco exponitur; & in fine tractatus de Votis ita exponitur, is qui blaſphemaverit, idolis ſerviverit, repudiaverit, & deſponderit. Et in his caſibus non valet revocatio ſententiæ nec additio conditionis, etſi id fiat ſtatim intra momentum temporis quo loquitur, qui enim conſecraverit, & qui deſponderit, cum eo ſe res habet ſicuti hoc in loco exponitur. Pariter ſi dixerit mulieri, tu mihi deſponſa ſis, vel; hoc tuum eſt divortium, dederitque ei divortium, vel ſponſalia, at poſtea in eadem ſermonis ſerie dixerit, ſponſalia & divortium non fient niſi ſub hac conditione, nihil ei prodeſt, neque illius ratio habetur. Item ſi de idololatria dixerit, tu eris Deus meus, mortis condemnatus eſt, ſicuti expoſuimus in tractatu de Synedriis, in eo quod Sapientes dixerunt, qui id receperit in Deum, & poſtea in eadem ſermonis ſerie dixerit, non eſt Deus, nihil ei proderit poſterior elocutio; idem obtinet in eo qui blaſphemaverit; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

ד הרי זו תמורת עולה ותמורת שלמים הרי זו
תמורת עולה דברי רבי מאיר אמר רבי יוסי אם לכן
נתכון מתחלה הואיל ואי אפשר לקרות שני שמות
באחת

4. (Si dixerit) ſit hæc mutatio holocauſti & mutatio pacificorum, eſt mutatio holocauſti, ita R. Meyr. Dixit R. Joſe, ſi hoc intenderit ab initio, quandoquidem duo nomina ſimul vocare nequit, verba illius rata ſunt. Si vero poſtquam mutaverit

holo-

כאחת דבריו קיימים ואם משאמר תמורת עולה נמלך ואמר תמורת שלמים הרי זו תמורת עולה:

holocauſtum, ipſum pœnituerit, dixeritque, ſit mutatio pacifici, eſt mutatio holocauſti.

R. OB. DE BARTENORA.

הרי זו תמורת עולה *Ecce hæc ſit mutatio holocauſti*, quia primum dictum aſſumendum eſt. *Verba illius rata ſunt*, dimidium unum erit in holocauſtum, alterum vero in pacificum; quod autem non dixit, mutatio holocauſti & pacifici, ſed dixit, mutatio amborum, hæc eſt ratio, quia putat quod ſi dixiſſet; mutatio ſacrificii holocauſtici & pacifici, conſecratum ſit, ſed quod non debet offerri, ſicuti poſtulat jus illius qui dixit, dimidium unum pro holocauſto, & alterum pro pacifico, quod conſecratum eſt ſed non offertur, & in hoc erravit, idcirco ita cogitavit, ergo dicam mutationem de quolibet ut omnino conſecratum ſit, & ut offeratur, idcirco, etſi hæc verba dixerit, duo tamen intendit, & paſcet donec vitietur, & tum vendetur, atque pro una pecuniæ parte adducetur holocauſtum, pro altera pacificum. Et ita intelligimus id quod tractamus, nempe quod coram ipſo holocauſtum erat & pacificum, quando hoc cum illo mutavit; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si quis dixerit, mutatio holocauſti & pacificorum, ſecundum R. Meyr verba illius rata ſunt, ſed quia vocem mutationis iteravit, dicit R. Meyr, quod primum illius dictum ſit aſſumendum. R. Joſe ſtatuit vocem mutationis repetendam fuiſſe, quia ſi dixerit, mutatio holocauſti, & pacificorum, ex hoc dicto intelligi poſſet quaſi una pars illius eſſet holocauſtum, & altera pars pacificum, atque ita jus pecoris iſtius ſimile eſſet juri illius qui dixit, hoc pecus ſit partim holocauſtum, partim pacificum, quod conſecratum eſt, ſed non offertur. Et ad dubium evitandum requiritur ut dicat? hæc ſit commutatio holocauſti, & commutatio pacifici, nam iſtius dicti ſenſus eſt, quod partim ſit holocauſtum, partim vero pacificum, idcirco verba ipſius rata ſunt, & jus ſe habet uti diximus, ſcil. quod vendetur, & pro uno dimidio pecuniæ offeretur holocauſtum mutatum, pro altero pacificum mutatum. Porro neceſſe eſt ut ſcias quod cum dixit, hoc pecus ſit ſacrificium pro peccato, ſed dimidium illius non ſecundum modum ſacrificii pro peccato, ſcil. holocauſtum aut pacificum, vel ſi mutaverit, dixeritque, unum dimidium ſit pacificum, & alterum expiatorium, pecus iſtud moriatur. Dixit R. Joſe, etiamſi pœnituerit ipſum intra ſermonis ſeriem; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

ה הרי זו תחת זו תמורת זו חלופת זו הרי זו תמורת זו מחוללת על זו אינו תמורה ואם היה הקדש בעל מום יוצא לחולין וצריך לעשות דמים:

5. (Si dixerit,) *En hoc ſubſtituatur iſti*, vel, *mutatio hujus*, vel, *viciſſitudo illius*, hæc eſt commutatio. Vel ita, *hoc profanetur ſuper iſto*, non eſt commutatio; ſi ſanctum ſit profanatum, fiet profanum, & pretium complendum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

הרי זו תחת זו וכו׳ *Ecce hoc ſubſtituatur ei &c.* hæ omnes ſunt formulæ commutandi. מחוללת *profanatum ſit*; eſt phraſeologia profanationis; ſed nihil dixit, quia pecus ſanctum perfectum non ſit profanum. *Si fuerit ſanctum vitioſum, fieri poteſt profanum*, etſi non valeat tantum quantum valet ſanctum vitioſum, quia e Lege ſanctum iſtud quod valuerit Minam, ſi quis id profanaverit ſuper pretio Prutæ, eſt profanatum. Et quamvis id e Lege fiat profanum, tamen pretium implendum eſt ex decreto Sapientum, nempe ut pretii quantitas compleatur, & ſanctitas non capiat quid detrimenti. Sed ex Lege nullum eſt detrimentum quia Levit. 25, 14. ſcriptum eſt אל תונו איש את אחיו fratrem ergo non decipies, at ſancta decipere (ſanctis detrahere) licet.

R. MOSCHE FIL. MAIMOII.

Si quis habeat pecus ſanctum vitiatum, quod exempli gratia decem valet denarios, & deſtinaverit pecus quod valebat quinque, dixeritque, hoc profanetur ſuper ipſo, redemptum eſt vitioſum, & vitioſum ſit profanum; ſed complementum decem denariorum ſolvendum eſt, quantum ſanctitas valebat. Ratio autem quare id profanum ſit infra ipſius pretium, eſt, quod ſanctitas quæ Minam valet, ſi profanaverit eam cum pretio Prutæ, tum ea profanata eſt, ſi ita fecerit. Sed ex Lege profanata eſt, & pretium complere tenetur ex inſtitutis Sapientum. In Gemara ſcriptum eſt, ex Lege ſit profanum, ſed pretium conſtituendum eſt ex decreto Sapientum.

ו הרי זו תחת חטאת ותחת עולה לא אמר כלום תחת חטאת זו ותחת עולה זו תחת חטאת ותחת עולה שיש לי בתוך הבית היה לו דבריו קיימים אם אמר על בהמה טמאה ועל בעלת מום הרי אלו עולה לא אמר כלום הרי אלו לעולה ימכרו ויביא בדמיהם עולה:

6. (Si dixerit,) *En hoc ſubſtituatur ſacrificio pro peccato, & holocauſto*, non dixit quicquam. (Vel ita,) *pro hocce ſacrificio expiatorio, & pro hocce holocauſto, pro ſacrificio expiatorio & pro holocauſto quæ mecum domi ſunt*, tum ſi illa habuerit, verba illius rata ſunt. Si dixerit, de pecore immundo & vitioſo, *hæc ſint holocauſta*, non dixit quicquam; vel ita, *hæc ſint in holocauſta*, vendantur, & pro pecunia illorum adducatur holocauſtum.

R. OB. DE BARTENORA.

תחת חטאת או תחת עולה *Pro ſacrificio expiatorio, aut pro holocauſto*, ſi id in genere dixerit; ſed non dixerit in ſpecie, pro hoc holocauſto, vel, pro hoc ſacrificio expiatorio. *Non dixit quicquam*, eo quod Lex dicit Levit. 27, 10. לא יחליפנו ולא ימיר אותו niſi donec ſanctitas nota ſit, & determinata quando eam commutat. *Pro hocce ſacrificio expiatorio*, dum illud ſacrificium coram ipſo eſt. *Hæc ſint in holocauſta*, quod intelligendum eſt de pretio holocauſti, nam ſi illa ipſa ſacrificia offerri voluiſſet, dixiſſet, hæc ſint holocauſta.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod auctor dicit, *pro ſacrificio expiatorio, & pro holocauſto*, intelligendum eſt perinde ac ſi dixiſſet, aut pro holocauſto; ratio petitur ex eo quod dicitur Levit. 27, 10. *Non mutabit ipſum &c.* niſi donec ſanctitas nota ſit, & unica, tum vero commutatio fiat.

פרק ו כל האסורין על גבי המזבח אוסרים כל הרובע והנרבע והמוקצה והנעבד והאתנן ומחיר והכלאים

Caput 6. Omnia quæ in altari prohibita ſunt, prohibent in quantulacunque quantitate, ut, qui more quadrupedum inivit, vel quæ inita eſt, deſtinatum,

והכלאים והטרפה ויוצא דופן איזה הוא מוקצה המוקצה לעכ"ום הוא אסור ומה שעליו מותר איזה הוא נעבד כל שעובדין אותו הוא ומה שעליו אסור זה וזה מותרין באכילה :

tum, idololatriæ cultum, donum meretricium, pretium, miſcella, diſcerptum, & e latere diſſectum. Sed quid eſt deſtinatum? quod idololatriæ deſtinatum eſt, idque prohibitum eſt; & quicquid ſuper eo eſt, id licitum eſt. Sed quid eſt cultum? quod quis coluit in idolum, tum ipſum & quicquid ſuper ipſo eſt, prohibitum eſt; ſed utrumque licitum eſt eſui.

R. OB. DE BARTENORA.

כל האסורין לגבי המזבח *Omnia quæ prohibita ſunt in altare,* quæ inidonea ſunt ad ſacrificia, & inferius exponentur. *Probibent in quantulacunque quantitate*, uſque adeo ut ſi unum ex illis mixtum ſit cum mille rebus ſanctis, omnia prohibita ſint altari, niſi iſta res prohibita dignoſcatur ab aliis. Sed hæ omnes res externe pro talibus non dignoſcuntur, diſcerpto excepto, quod ſemper dignoſci poteſt, niſi calcatio leonis & lupi mixta fuerit cum perforatione ſpinæ.

הרובע והנרבע והמוקצה והנעבד *Qui coitum more quadrupedum iniverit, vel quæ inita fuerit, deſtinatum, & more idololatrico adoratum*, omnia iſta inepta ſunt ad altare, quia Levit. 22, 25. ſcriptum eſt, כי משחתם בהם *nam perditio eorum eſt in illis*; ſed in Beraita dicitur quod omni in loco ubi hæc vox occurrit, ea de re pudibunda & idololatrica intelligenda ſit, ſicuti dicitur Gen. 6, 12. השחית כל בשר את דרכו De idololatria dicitur Deut. 4, 15. פן תשחיתון ועשיתם לכם פסל. Qui vero more quadrupedum iniverit coitum, vel quæ inita fuerit, uti Miſna tradit, tales ſunt qui ex dicto unius teſtis vel ex dicto domini iniverint coitum quadrupedis, vel quæ initæ fuerint, cujuſmodi animantia non lapidanda ſunt, ſed ad ſacrificium inepta.

והמוקצה *Et quod deſtinatum eſt*, animans quod idololatriæ conſecratum eſt, & hoc ad ſacrificium non prius ineptum eſt quam cum eo peregerint opera in nomine idololatriæ, ut, ſi viderint ſacerdotes idololatrici bovi operam dantes, vel hœdum tondentes.

והנעבד *Et quod adoratum fuerit*, de ipſo non prohibitum eſt utilitatem capere etiamſi adoratum fuerit, nam animalia prohibita ſunt uſui ſi ab aliis adorata fuerint; nihilominus tamen inepta ſunt ad altare. אתנן ומחיר *donum meretricium & pretium*, ea Lex clare illegitima pronunciat, uti Deut. 23, 19. ſcriptum eſt.

והכלאים *Et miſcella*, eſt proles quæ ex hirco & ove provenit. והטרפה *& diſcerptum*, quia ſcriptum eſt de decimis, Levit. 27, 32. *Quicquid tranſierit ſub virgam*, hinc excipitur id quod diſcerptum eſt, quod non tranſit; ſacrificium altaris colligitur e decimis pecoris. *Quod exiit de latere*, quod e ventre matris exciſum eſt, quia in Lege dicitur *quando natum fuerit*, hinc excipitur id quod e latere ventris præter ordinem prodierit. *Ipſum eſt probibitum*, pro altari, ſed id quod ſuper ipſo fuerit, id licitum, quia non adoratum eſt. *Ipſum & quod ſuper ipſo eſt, prohibitum eſt*, ipſum eſt prohibitum pro altari, ſed comedi poteſt, ſicuti ſtatim dicitur; ſed ornamentis ei appoſitis frui non licet, quia adorata ſunt, & in ipſis continetur manuum humanarum apprehenſio. *Utrumque licitum eſt eſui*, deſtinatum ſcil. idololatriæ & quod adoratum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אוסרין בכל שהוא *Probibent in quantulacunque quantitate*, ſi alterutra commixta fuerit cum re ſancta, licet cum mille, omnes iſtæ ad altare ineptæ ſunt, & ne unica quidem ex illis offerri poteſt. Illæ autem quæ hic enumerantur quod ineptæ ſunt ad altare, partim in Lege expreſſæ ſunt, partim per conſequentiam ex ea petitæ; *de pretio canis & dono meretricio* clare fit ſermo Deut. 23, 19. ſic etiam de rebus ſanctis dicit Levit. 17, 3. שור או כשב או עז כי יולד hinc excipitur fœtus e ventre matris exciſus. De pecoris decimatione dicitur quod ea ſancta ſit, ita Levit. 27, 32. כל אשר יעבור תחת השבט hinc excipitur pecus quod non tranſierit ſub virgam, ſicuti exponitur in tractatu de Primogenitura. De iis quæ nequeunt offerri in altare, dicitur Levit. 22, 25. משחתם בהם מום בם Dixerunt Sapientes, omni in loco ubi dicitur משחתם *damnum ipſorum*, denotat rem pudibundam & idololatricam ſicuti ſcriptum eſt Gen. 6, 12. & Deut. 4, 15. Præterea capite tertio tractatus de Cultu peregrino expoſitum eſt, quod res in cultu idololatrico adoratæ non ſunt uſui prohibitæ, niſi comprehenderint manuum apprehenſionem, idcirco ſi quis montem, mare, vel animalia adoraverit, iſtæ res non ſunt aliis prohibitæ, idcirco dicitur, *utrumque licitum eſt eſui*, ſcil. quod idolis deſtinatum eſt, vel adoratum. Sed id quod ſuper re adorata fuerit, ſicuti eſt armilla aurea, vel argentea, quæ uſui interdicta eſt, quia iſta res jam adorata eſt, & in ipſa fit manus humanæ apprehenſio, ſicuti exponitur in principio tractatus de Cultu Peregrino. Sed מוקצה prohibitum eſt altari uti diximus, & quod ſuper eo fuerit, eo frui licet, quia non adoratum eſt; & quum dixerit quiſpiam, hoc ſit in idololatriam, non prohibitum eſt, quia nobis hypotheſis eſt quod nulla ſit conſecratio pro idololatria. Porro nec מוקצה prius pro idololatria prohibitum eſt quam opera quædam eo peracta fuerint, ut ſi ſacerdotes idololatrici bovem exornaverint, vel agnum totonderint, tum iſta pecora ad altare inepta ſunt.

ב איזהו אתנן האומר לזונה הא ליך טלה זה בשכרך אפילו מאה כלן אסורין וכן האומר לחבירו הא לך טלה זה ותלין שפחתך אצל עבדי רבי אומר אינו אתנן וחכמים אומרים אתנן :

2. Quid eſt donum meretricium? ſi quis dixerit meretrici, *cape agnum iſtum in præmium tuum*, etſi centum ſint, omnia ſunt prohibita. Sic etiam ſi quis dixerit proximo ſuo, *cape agnum iſtum ut ancilla tua pernoctet cum ſervo meo*, Rabbi dicit, non eſt donum meretricium; Sapientes affirmant.

R. OB. DE BARTENORA.

האומר לזונה *Si quis dixerit meretrici*, ſive gentilis ſit ſive Iſraëlitis, dummodo ſit ex iis quæ ex præcepto negante prohibitæ ſunt; nam non requiritur ut dicamus de iis quæ excidii & mortis condemnatæ ſunt ex decreto Synedrii. Sed meretricia merces cœlibis Iſraëlitidis non inepta eſt ad altare, quia hæc non eſt meretricia merces, quia ipſa ſacerdoti nubere poteſt, ope iſtius coitus. Sic etiam meretricia merces quam mulier dedit viro, non eſt illegitima; ſed viri merces meretricia duntaxat.

אפילו מאה *Licet centum fuerint*, ſi cum meretrice convenerit ſe ei daturum unum agnum in mercedem, at centum

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Nihil intereſt ſive meretrix ſit ſive ancilla, gentilis, vel Iſraëlitis, dummodo contineatur ſub prohibitis præcepti negantis, vel inceſtus; ſed jam aliquoties expoſuimus quod mulier cœlebs, licet ſubacta fuerit, non ſit prohibita ſacerdoti nomine meretricis, eo quod non eſt coitus illegitimus, idcirco merces meretricia licita eſt. Scias autem quod merces meretricia maſculi ſit prohibita altari. Si mulier mercedem meretriciam dederit viro, illud non eſt prohibitum. Quando auctor dicit, *licet centum ſint*, hic ſenſus eſt. Si vir convenerit cum muliere de pretio agni (exempli gratia) & ſolverit ei centum, omnes centum agni ſunt prohibiti

tum ad eam miſerit, non dicimus quod iſte unus duntaxat meretricia merces ſit, ſed quod omnes ad eam pertineant, & prohibitæ ſint ad uſum ſacrum. *Pernoctet ſerva tua cum ſervo meo*, loquitur de ſervo Hebræo cui non eſt uxor nec liberi, nam domino non eſt poteſtas tradendi ei ſervam Cananitidem ad ſervos inde procreandos, idcirco ſecundum Sapientes merces iſta meretricia eſt prohibita. Rabbi autem qui dicit eam non eſſe mercedem meretriciam, hoc non ſentit, nam etſi ei non ſunt liberi nec uxor, tamen dominus illius eum tradet ſervæ Cananitidi. Vel ſi ita ſentiat, putat tamen quod ſervus Hebræus ſit licitus ſervæ Cananitidi, idcirco is non habet rationem mercedis meretriciæ; deciſio non eſt ſecundum Rabbi.

biti ſub nomine mercedis meretriciæ; & non dicimus non eſſe donum meretricium id quod addidit, quandoquidem illa minori numero contenta fuit; idcirco nos docet auctor quicquid pro iſto dederit coitu, id eſſe donum meretricium, ſive ambo de eo convenerint, necne.

ותלין שפחתך אצל עברי *Ut pernoctet ſerva tua cum ſervo me*, non loquitur de ſervo gentili, quia tum licet; ſed de ſervo Hebræo qui nec uxorem nec liberos habet; nam hypotheſis nobis eſt quod ſi ei non ſit uxor nec liberi, dominus illius ipſum nequeat tradere ſervæ Canaanitidi, ſi vero uxorem & liberos habeat, tum ipſum tradere poterit, & quia hoc fit cum prohibitione, pretium illius eſt merces meretricia. Rabbi ſtatuit quod ſerva licita ſit in genere; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ג איזה הוא מחיר כלב האומר לחבירו (ש"ס) הא לך טלה זה תחת כלב זה וכן שני שותפים שחלקו אחד נטל עשרה ואחד נטל תשעה וכלב שכנגד הכלב אסורין שעם הכלב מותרים (אתנן כלב ומחיר זונה הרי אלו מותרים שנאמר) שנים ולא ארבעה ולדותיהן מותרין שנאמר הן ולא ולדותיהן:

3. Quodnam eſt pretium canis? ſi quis dixerit, *cape huncce agnum pro hoc cane*. Pariter, ſi duo ſocii diviſerint, atque unus acceperit decem, & alter novem & canem, prohibiti ſunt ii qui reſpectu canis commutati ſunt, qui vero cum cane accepti ſunt, ii liciti ſunt. Merces meretricia canis, & pretium meretricis prohibita ſunt, quia Lex dicit, *duo*, at non quatuor. Filii ipſius ſunt liciti, quia Lex dicit *illos*, & non filios illorum.

R. OB. DE BARTENORA.

אחד נטל עשרה *Si unus decem acceperit*, decem agnos, & alter novem, & canem contra decem agnos, quos ceperat ſocius illius. Decem vero agni contra novem & canem, omnes ſunt prohibiti propter pretium canis, & novem cum cane ſunt liciti. In Gemara quæritur quare omnes ii qui contra canem veniunt, ſint prohibiti, unus exeat pro cane, omnes vero reliqui ſunt liciti? & reſpondetur hic pretium canis eſſe majus quam agni, quia in agnis qui contra canem veniunt, nullus eſt agnus qui æquivalet cani, jam vero in omnibus eſt pretium canis, ut, ſi decem agnorum quiſque valeat denarium, omnes decem denarios, & novem agnorum cum cane quiſque valeat denarium excepta Meah, omnes novem denarios exceptis novem Meihs, canis autem valeat denarium & novem Meahs, fiet ut in iſtis decem contra novem & canem, ſint novem quorum quiſque habet Meahm de cane, decimus vero totus habet pretium canis. *Duo & non quatuor*, nam quod Lex dicit שניהם *ambo*, exponimus perinde ac ſi dixiſſet שנים הן *duo iſta ſunt*, duo igitur docet duntaxat Lex, ſcil. donum meretricium & canis pretium, & non quatuor; per הן *illos*, intelliguntur illa ipſa & non proles ipſorum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שכנגד הכלב אסורין *Qui reſpectu canis accedunt, ii prohibiti ſunt*, hoc intelligendum eſt ea conditione ſi pretium canis ſeorſim ſit majus quam cujuſlibet agni pretium quod ejus pretio opponitur, quia pars mutata iſtius reſidui reperitur in quolibet e decem agnis, idcirco omnes ſunt prohibiti. Verum ſi canis pretium tantum fuerit quantum eſt pretium unius e decem, vel minus, ſeparare debet agnum iſtum contra canem, & hoc erit pretium illius; reſidui vero novem liciti erunt, qui cum cane veniunt. *Quia Lex dicit duo, & non quatuor*, hoc ſenſu; vox שנים duos tantum notat, ac ſi ſcriptum eſſet, שנים הם ſcil. quod donum meretricium & pretium canis tantum prohibita ſunt.

ד נתן לה כספים הרי אלו מותרין יינות שמנים וסלתות וכל דבר שכיוצא בו קרב על גבי מזבח אסור נתן לה מוקדשין הרי אלו מותרין עופות הרי אלו אסורין שהיה בדין מה אם המוקדשין שהמום פוסל בהם אין אתנן ומחיר חל עליהן עופות (ס"א) שאין המום פוסל בהן (ס"א) אינו בדין שלא יהא אתנן ומחיר חל עליהן תלמוד לומר לכל נדר להביא את העוף:

4. Si ei dederit argentum, licitum id eſt; ſi vinum, oleum, ſimila, & id genus alia quæ in altare efferuntur, prohibitum eſt. Si ei dederit conſecrata, licita ſunt. Si aves, prohibitæ ſunt. Nam ſi fas erat ut in conſecratis quæ vitium reddit illegima, donum meretricium & pretium locum haberet, nonne etiam fas erat ut in avibus quas vitium non reddit illegitimas, locum haberet donum meretricium & canis pretium? idcirco Lex dicit Deut. 23, 19. *Ob omne votum*, ad aves includendas.

R. OB. DE BARTENORA.

נתן כספים הרי אלו מותרין *Si dederit argenteos, hi liciti ſunt*, ad emendum illis pecora in ſacrificium, & ſimilam pro muneribus. *Vinum &c.* at ſi triticum dederit & inde ſimilam confecerit, vel olivas, & ex iis oleum expreſſerit, vel uvas & ex iis vinum calcaverit, hæc licita ſunt, quia exponimus illa verba *ambo illa*, quod ipſa quidem licita ſunt, ſed non eorum mutationes, nec proles.

נתן לה מוקדשין *Si dederit ei conſecrata*, ut, ſi agnum ſeparaverit in Paſcha ſuum, & poſtea meretrici dixerit, concumbam tecum ſuper Paſchate meo in donum meretricium tuum, inde colligere potuiſſemus quod ei liceat alios annumerare Paſchati ſuo, quoniam id opes ipſius ſit, etiam donum meretricium in hoc locum haberet, id eſt, ut meretrix Paſchati annumerari poſſet, idcirco nos contra docet auctor, quia Lex dicit Deut. 23, 19. לכל נדר excipitur

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus capite ſeptimo, tractatus de Sacrificiis quod plurima vitia quæ pecora reddunt illegitima, non reddunt aves illegitimas, ſicuti dixerunt, in pecore eſt perfectio & maſculum quid, ſed in avibus neutrum obtinet. Probationem colligit auctor ex eo quod dicitur Deut. 23, 19. *ob omne votum*, ad aves includendas, quia aves voveri poſſunt & ſponte offerri, ſicuti aliquoties explicatum eſt. Scias autem quod ſi vir dederit mulieri triticum, & exinde confecerit farinam, vel olivas, & ex iis expreſſerit oleum, vel uvas, & ex iis calcaverit vinum, omnia iſta ad altare licita ſunt, quia dixerunt, *ambo iſta*, ſed non mutationes nec proles eorum.

pitur id quod jam eſt votum. *Aves*, ſcil. profanas. *Aves quas vitium reddit illegitimas*, quia Lex dicit, *Maſculum perfectum in agnis*, ergo in pecoribus, ſed non in avibus. *Ad includendum aves*, quod iſtæ etiam voventur, & quod donum meretricium & pretium in iis locum habet.

ה כל האסורים על גבי המזבח ולדותיהן מותרים ולד טרפה רבי אליעזר אומר לא יקרב על גבי המזבח והכמים אומרים יקרב רבי חנינא בן אנטיגנוס אומר כשרה שינקה מן הטרפה פסולה מעל גבי המזבח כל הקדשים שנעשו טרפה אין פודים אותם שאין פודים את הקדשים להאכילן לכלבים :

5. Omnia quæ altari prohibita ſunt, eorum filii liciti ſunt. Filius diſcerpti ne offeratur in altare ſecundum R. Eliezer; at ſecundum Sapientes offeratur. R. Chanina filius Antigoni dicit, ſi legitimum ſuxerit e diſcerpta, illegitimum eſt ad altare. Omnes ſanctitates diſcerptas redimere non licet, quia ſanctitates non redimuntur ut canibus projiciantur.

R. OB. DE BARTENORA.

כל האסורין על גבי המזבח ולרותיהן מותרין *Omnium quæ altari prohibita ſunt filii liciti ſunt*, ſi pecus coitum paſſa fuerit dum profana erat, & poſtea imprægnata fuerit & pepererit, filius illius ad ſacrificium aptus eſt, quia pater qui coitum inivit licitus erat, & mater quæ illicita erat, ambo fuerunt in cauſa nativitatis filii, quod autem a duobus proſciſitur, id licitum eſt. Verum ſi coitum paſſa ſit dum jam imprægnata erat, filius ad ſacrificium ineptus eſt, quia mater & filius coitum paſſæ ſunt.

ולר טריפה *Proles diſcerpta*, ſi imprægnata ſit & poſtea diſcerpta facta ſit, R. Eliezer ſtatuit quod fœtus ſit membrum matris ſuæ, Sapientes contrarium ſtatuunt; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezerem. *Si proles legitima ſuxerit ubera diſcerptæ, ſit illegitima*, toto iſto die quo ſuxerit, inepta eſt ad altare, quia ipſa tamdiu poteſt vivere lacte abſque alio cibo, idque non digeſtum eſſe prius quam viginti quatuor horæ præterlapſæ fuerint; deciſio non eſt ſecundum R. Chaninam filium Antigoni.

שאין פורין את הקרשים להאכילן לכלבים *Quia ſancta non redimuntur ut canibus dentur comedenda*, quia ſcriptum eſt, *Mactabis & comedes carnem*, ergo *mactabis*, ſed non detondebis; *comedes*, ſed non comedendum dabis canibus; *carnem* comedes, ſed non comedes lac.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si pecus coitum paſſa fuerit profana, & poſtea pepererit dum adhuc profana erat, vel ſi quis eam conſecraverit poſtquam coitum paſſa fuerit, & pepererit, proles illius altari idonea eſt. Sin autem coitum paſſa ſit dum jam imprægnata erat, proles illius inepta eſt ad altare, etſi profana ſit. Si pecus aliqua ſit diſcerpta & imprægnata, R. Eliezer dicit matrem eſſe cauſam hujus prolis quod ſit diſcerpta, patrem vero eſſe cauſam quod apta ſit ad altare, & licitum eſſe id quod a duabus cauſis proficiſcitur. Si vero diſcerpta ſit facta dum imprægnata erat, R. Eliezer dicit, fœtus eſt membrum matris, at Sapientes ita non dicunt de ipſo poſtquam in lucem prodierit, & a matre ſeparatus fuerit, idcirco dicunt quod aptus ſit ad altare. Quod autem R. Chanina filius Antigoni pronunciat licitam eam prolem quæ ubera ſuxerit diſcerptæ pecudis, id duntaxat intelligendum eſt eo die quo ſuxerit, quia per viginti quatuor horas cum ipſa eſſe poteſt, intra quod tempus digeſtio nondum conſummata. Si vero digeſtio conſummata ſit, etſi prolem aluerit viciis idololatricis, ſecundum omnium ſententiam ad altare apta eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer nec ſecundum R. Chaninam filium Antigoni. In Siphri dicunt, Lex dicit, *mactabis*, ſed non tondebis; & *comedes*, & non canibus objicies; *carnem*, & non lac. Hinc colligimus quod ſancta non redimenda ſint ut canibus projiciantur; diſcerptum vero canibus duntaxat projiciendum eſſe, notum eſt.

פרק ז יש בקדשי מזבח מה שאין בקדשי בדק הבית ויש בקדשי בדק הבית מה שאין בקדשי מזבח שקדשי מזבח עושים תמורה והייבים עליהם משום פגול נותר וטמא ולדן והלבן אסור לאחר פריונם והשוחטם בחוץ חייב ואין נותנין מהם לאומנין בשכרן מה שאין כן בקדשי בדק הבית :

Caput 7. Obtinent quædam in ſanctis altaris quæ non obtinent in Sanctis ad Templum reparandum, & contra, nam ſancta altaris commutari poſſunt, & propter illa tranſgreſſores incurrere poſſunt pœnam in quam incurrunt ii qui aliquid abominandi, reſidui, vel immundi perceperint, & proles & lac ipſorum poſt redemptionem prohibita ſunt; qui vero ea mactaverit extra atrium, is tenetur. Nec de iis quicquam dandum eſt mercenariis in mercedem; ſed in ſanctis ad Templum reparandum aliter ſe res habet.

R. OB. DE BARTENORA.

שקרשי מזבח עושים תמורה *Nam ſancta altaris faciunt mutationem*, intelliguntur pecora ſancta quæ in altare offeruntur, ſed aves & munera nequeunt commutari. Superius vero in fine capitis primi ex dicto Legis excluſimus ſancta in refectionem Templi deſtinata a commutatione. *Abominandum*, *reſiduum*, & *immundum*, hi omnes caſus de pacificis conſcripti ſunt, illa enim omnibus iſtis ſanctitatibus includuntur, jam vero ſciendum eſt quod ſicuti pacifica in ſpecie altari ſunt conſecrata, ita quoque omnia ſancta altaris.

ולדן וחלבן אסור לאחר פריונם *Proles eorum & lac eorum prohibita ſunt poſt redemptionem eorum*, lac prohibitum eſt quia ſcriptum eſt *caro*, & non lac; & proles prohibita eſt, ſi mater imprægnata ſit ante redemptionem, & pepererit poſt eam, tum non eſt remedium ad offerendum iſta ſacrificia, quia proveniunt e ſanctitate rejecta, & per nullam rem poſſunt redimi. Si vero mater imprægnata ſit poſt redemptionem, iſtæ ſacrificiorum proles ſimiles ſunt capreolo & cervæ,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Per קרשי מזבח *Sancta altaris*, intelligenda ſunt duntaxat pecora ſancta, nam tibi jam ſatis conſtat quod aves & munera commutari nequeant. Jus abominandi, reſidui, & immundi jam aliquoties expoſuimus in tractatu de Sacrificiis, præſertim capite quarto. Et quod ad jus illius qui extra atrium mactaverit, jam expoſuimus in fine iſtius tractatus jus illius qui mactavit extra atrium. Et jus filii pecudis ſanctæ, ejuſdemque lactis jam expoſuimus capite ſecundo de Primogenitura.

אין נותנין מהם לאומנין בשכרן *Et non dant de illis opificibus in mercedem*, iſtis ſcil. opificibus qui Templum reparant, illi enim e ſanctis ſolvuntur quibus Templum reparari ſolet, & non de ſanctis altaris, uti ſcriptum eſt Exod. 25, 8. *Et facient mihi ſanctuarium*, quæ verba ita expoſuerunt Sapientes, mihi ſanctuarium de meis bonis facient, ſcil. de ſanctis in uſum Templi deſtinatis.

& emendo licitæ. Sed in ſanctitatibus Templo reficiendo deſtinatis ejuſmodi proles ſunt licitæ, etſi matres ante redemptionem conceperint, quia ob pretium eorum duntaxat iſta pecora conſecrata ſunt, & ſanctitas eorum non eſt magni ponderis. *Non dant de illis opificibus in mercedem ipſorum*, iis qui operantur in uſum Templi, quia illi mercedem ſuam accipiunt e pecunia ſancta in uſum Templi deſtinata, nam Exod. 25, 8. dicitur, *facient mihi ſanctuarium*, ubi vox *mihi* notat de meo, id eſt de emolumentis meis ſanctis.

ב יש בקדשי בדק הבית מה שאין בקדשי מזבח שסתם הקדשות לבדק הבית הקדש בדק הבית חל על הכל ומועלין בגדוליהן ואין בהם הנאה לכהנים :

2. In ſanctis ad Templum reficiendum deſtinatis quædam obtinent quæ non obtinent in ſanctis altaris, nam conſecrata ſimpliciter ad Templi refectionem pertinent, & conſecratio in refectionem Templi locum habet in omnibus, & prævaricari poſſunt in incrementis eorum, & ſacerdotes nil commodi ex iſtis percipiunt.

R. OB. DE BARTENORA.

חל על הכל *Locum habet in omnibus*, etiam in pecore immundo, & in margaritis. *Et prævaricantur in incrementis eorum*, qui enim pecus conſecraverit in refectionem Templi, is prævaricatur in lacte ipſorum, & ſi gallinam conſecraverit, prævaricatur in ovo illius quod non ita fit in ſanctis altaris, quia lac pecoris, & turturis ovum percipere non licet, idcirco non prævaricantur in illis. *Et ſacerdotes ex iis nullam percipiunt utilitatem*, ſed in ſanctis altaris ſunt alia quorum caro comeditur a ſacerdotibus, alia vero quorum pelle frui licet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חל על הכל *Locum habet in omnibus*, quia conſecratio locum habet in vitiatis, immundiſque pecoribus; ſed in ſanctis altaris aliter ſe res habet. ומועלין בגדוליהן *& prævaricantur in incrementis eorum*, ſi quis enim pecus aliquod in refectionem Templi conſecraverit, in illius lacte prævaricari poteſt, & ſi quis gallinam conſecraverit, is prævaricatur in ovo illius; ſed aliter ſe res habet in ſanctis altaris, quia ex pecoris lacte, & gallinæ ovo non licet quid commodi capere, ideo nec in iis prævaricatio locum habet, ſicuti expoſitum eſt capite tertio tractatus de Prævaricatione. *Et ſacerdotes nil commodi ex iſtis percipiunt*, ſed altaris ſanctorum aliorum comeditur caro a ſacerdotibus, aliorum vero pelle fruuntur, ſicuti jam explicatum eſt.

ג אחד קדשי מזבח ואחד קדשי בדק הבית אין משנין אותן מקדושה לקדושה ומקדישין אותן הקדש עילוי ומחרימין אותן ואם מתו יקברו רבי שמעון אומר קדשי בדק הבית אם מתו יפדו :

3. Tam ſancta altaris quam Templi reficiendi non mutantur ab una ſanctitate in alteram; at conſecrantur pretii conſecratione, & anathematizantur, mortua vero ſepeliuntur. R. Simeon dicit, ſi ſancta Templi reficiendi obierint, redimuntur.

R. OB. DE BARTENORA.

אין משנין אותן מקדושה לקדושה *Non mutant ea a ſanctitate in ſanctitatem*, e pacificis non fient holocauſta, nec contra; ſic etiam id quod conſecratum eſt in uſum Templi non licet mutare in id quod altari conſecratum eſt, & in id genus alia. ומקדישין אותן *& conſecrant illa*, nempe altaris ſancta. הקדש עלוי *conſecratio pretii*, ſi de holocauſto dixerit, hoc ſit in reparationem Templi, æſtimant illius pretium, & tum ærarii præfecto id porrigitur, ſicuti Miſna dicit in tractatu de Æſtimationibus, homo ſancta anathemata reddere poteſt, ſi votum ſit, ſolvet illius pretium, ſi ſpontanea oblatio, dabit illius emolumentum, ſi pecus voverit, dicendo, *en ſuper me holocauſtum*; & ſi oblationem ſpontaneam ſibi ſeparaverit, quandoquidem ſi obierit vel raptum fuerit, tenetur ad cautionem damni, hinc fiet ut omnia ad ipſum pertineant; totum vero pretium ſolvet ſacerdoti pro anathemate. Eodem modo ſe res habet ſi conſecraverit in uſum Templi reficiendi ea quæ altari conſecrata ſunt. Si vero ſpontaneam oblationem voverit, eaque obierit, non tenetur ad damnum compenſandum, & is hoc ſenſu illius nullam habet partem, niſi emolumentum utilitatis; nam rem exiguam ſumere poteſt, ut eam filio filiæ ſuæ ſacerdoti tradat.

ומחרימין אותן *Et anathematizant ea*, ſi altaris ſancta anathematizaverit, ſacerdoti ſolvet pretium illius, uti expoſuit. Sed ſancta in refectionem Templi conſecrata, quæ antea conſecrata fuerint ſive in ſancta altaris, ſive in anathemata ſacerdotum, nullius momenti ſunt, quia ad ipſum non pertinent, ita Maimonides ſcribit. *Et ſi obierint*, ſcil. altaris ſancta etiam poſtquam vitiata fuerint, at hucuſque nondum redempta ſint, idcirco ſepelientur, & redimi non poterunt, ſed canibus projicientur. Sic etiam ſecundum eum qui dicit, quod ſancta redimuntur ut canibus dentur comedenda, hoc intelligendum eſt quando diſcerpta fuerint, & de iis dici nequit quod parata & æſtimata ſunt, ſed poſt mortem de illis affirmari nequit illud Levit. 27, 11, 12. idcirco non redimenda ſunt. *R. Simeon dicit, ſancta Templi reficiendi ſi obierint, redimenda ſunt*, putat R. Simeon illud והעמיד והעריך Levit. 27, 11, 12. *Conſtituit & æſtimavit*, dici tantum de ſanctis altaris, verum non de ſanctis in refectionem Templi; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

אין משנין אותן מקדושה לקדושה *Non mutant ea ab una ſanctitate in alteram*, nempe, e pacificis non faciunt holocauſta, nec contra, vel ſimili modo; ſi vero quis conſecraverit quicquam pro Templo reficiendo, non mutabit illud pro altari. ומקדישין אותן הקדש עילוי *& conſecrant iſta pretii conſecratione*, ſcil. ſancta altaris; jam expoſuimus capite octavo codicis de Æſtimationibus quod conſecratio rei ſanctæ in uſum Templi vocetur *conſecratio pretii*.

ומחרימין אותן *Et anathematizant ea*, anathemate ſacerdotum, & quanto magis anathemate rei in uſum Templi; & in Beraita dicitur, quod ſancta æſtimationis, & ſancta Templi reparandi anathematizant anathemate ſacerdotali, & a ſacerdotibus, ſicuti redimunt ſancta Templi reficiendi anathematizata, uti meminimus capite octavo tractatus de Æſtimatione, & ea offeruntur uti antea erant; & tum pretia eorum quæ redempta ſunt, idonea erant ſacerdotibus vel Templo reficiendo, quocunque modo ſe habeat anathema. Sed hæc omnia de ſanctis altaris intelligenda ſunt; at in ſanctis in uſum Templi deſtinatis, ſi ea prehenderit ſive pro ſanctis altaris, ſive pro anathematibus ſacerdotum, nihil egit; & ratio clara eſt, quia eſt res quæ ad ipſum non pertinet. Sed ne cogites differentiam eſſe inter ſanctitates Templi reficiendi, & anathemata in refectionem Templi, nam caſus idem eſt licet verba varient. Dicit Lex de redemptione ſanctitatum Levit. 27, 11, 12. *Et conſtituet & æſtimabit*, idcirco nihil redimunt niſi id quod conſtitutum eſt, & non quod obiit. Sapientes dicunt, totam rem eſſe referendam ad parationem & æſtimationem, idcirco nihil quod obiit, poſt mortem redimetur. R. Simeon dicit, quod ſancta in refectionem Templi non intrant regulam qua id paratum & æſtimatum eſſe debeat, idcirco redimetur, etiam poſt mortem; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

ד ואלו הן הנקברים קדשים שהפילו יקברו הפילה שליא תקבר שור הנסקל ועגלה ערופה וצפורי מצורע ושער נזיר ופטר חמור ובשר בחלב וחולין שנשחטו בעזרה רבי שמעון אומר חולין שנשחטו בעזרה ישרפו וכן חיה שנשחטה בעזרה :

4. Hæc ſunt quæ ſepeliuntur, ſancta quæ abortum fecerint, ſi abortiverint ſecundinas, ſepelientur. Bos lapidandus, vitulus decollandus, aves leproſi, capilli Nazyræi, primogenitus aſinus, caro cum lacte, & profana in atrio mactata. R. Simeon dicit, profana in atrio mactata comburuntor, & ſic etiam fera in atrio mactata.

R. OB. DE BARTENORA.

ואלו הן הנקברים *Et hæc ſepeliuntur*, quia illis omnino frui non licet. הפילה שליא תקבר *ſi abortiverit ſecundinas, ſepelietur*, quia non ſunt ſecundinæ abſque fœtu. *Capilli Nazyræi*, ſcil. immundi, nam mundi Nazyræi capilli, quando is tondetur abſolutis Nazyræatus ſui diebus, comburuntur, ſed non ſepeliuntur. *Profana in atrio mactata comburuntur*, quia cum ſanctis iis commutantur quibus immundi quid contigit, vel reſidui, & de quibus error committetur, dum de illis dicunt quod ſepelienda ſunt; nos autem ex eo quod dicitur de ſacrificio pro peccato Levit. 6, 23. *Igne comburetur*, quod omnia ſancta illegitima comburenda ſunt, idcirco profana in atrio mactata quoque comburenda ſunt. Sic etiam ſi fera in atrio mactata ſit, licet de fera in atrio mactata non decreverint quia errorem de ipſo non committent, ut ſancta illegitima ſepeliantur, quia unicuique notum eſt, quod in ſanctis non mactatur fera; nihilominus tamen non comburitur; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnibus hiſce memoratis frui non licet, atque horum omnium prohibitionem jam expoſuimus in ſpecie in tractatu de Sponſalibus. Nam Traditione accepimus quod ſepelienda ſunt. Per capillos Nazyræi hic intelliguntur capilli Nazyræi immundi; at capilli Nazyræi mundi, ſcil. quando tondetur tonſura munda, comburendi ſunt, quemadmodum expoſuimus capite ſexto tractatus de Nazyræis; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

ה ואלו הן הנשרפים חמץ בפסח ישרף ותרומה טמאה והערלה וכלאי הכרם את שדרכו לישרף ישרף ואת שדרכו ליקבר יקבר ומדליקין בפת ובשמן של תרומה :

5. Hæc ſunt quæ comburuntur, fermentum in Paſchate, oblatio prima polluta, præputium, miſcella vineæ, atque id quod comburi ſolet, id comburitur, & quod ſepeliri ſolet, id ſepelitur. Et incendunt pane atque oleo oblationis primæ.

R. OB. DE BARTENORA.

חמץ בפסח *Fermentum in Paſchate*, Miſna hæc ad R. Jehudam pertinet, qui dicit fermentum comburi, ſicuti comburitur reſiduum; deciſio non eſt ſecundum ipſum. *Oblatio prima immunda*, uti ſcriptum eſt Num. 18, 8. נתתי לך משמרת תרמותי ubi de duabus oblationibus primis ſermo eſt, nempe de munda atque immunda oblatione prima; & dicitur לך *tibi*, ſcil. ut tibi ſit oblatio prima immunda ad incendendum eam ſub coctilibus tuis. וערלה *& præputium*, id colligitur de miſcella vineæ, de qua ſcriptum eſt Deut. 22, 9. פן תקדש id eſt ut igne comburatur.

את שדרכו לישרף ישרף *Quod comburi ſolet, id comburitur*, hoc referendum eſt ad præputium & vineæ miſcellas, nempe, cibi præputiati & vineæ miſcellæ quæ comburi ſolent, iſta comburantur, potus autem qui comburi non ſolent, ſepeliantur. *Et incendunt pane & oleo oblationis primæ*, quia auctor locutus eſt de oblatione prima polluta cum fermento Paſchatis, & de præputio, vinearumque miſcellis, quibus frui licet, idcirco ne quis erret quaſi oblatione prima polluta etiam non liceret frui, denuo dicit, *& incendunt*, quia pane & oleo oblationis primæ pollutæ frui licet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Primum Miſnæ membrum ad R. Jehudam pertinet, dicentem, remotionem fermenti duntaxat incendio rite fieri; ſed id in tractatu de Paſchate capite ſecundo jam expoſuimus. *Quod comburi ſolet, id comburitur*, hoc ad præputia & vineæ miſcellam pertinet, nam cibi eorum qui comburi poſſunt, ii comburuntor; qui vero comburi nequeunt, ii ſepeliuntor. Et quia auctor oblationem primam nominavit inter res quæ comburuntur, & eas quæ prohibitæ ſunt uſui, denuo exponit quod ſacerdotibus de iis licet utilitatem capere, & quod eſui tantum interdicta ſit oblatio prima, ſicuti aliquoties expoſuimus. Porro dicit auctor, *& incendunt pane, atque oleo oblationis primæ*, nam ſi oleum oblationis primæ pollutum fuerit, ſacerdos eo incendere poteſt alia; pariter, ſi panis pollutus fuerit, is comburi poteſt ad furnum incendendum, & ope illius coctilia coqui; ea tamen conditione ut panis imponatur domui ligneæ, & oleum vaſi inquinato, ne erret & inſciens comedat; ſed hic caſus jam a nobis expoſitus eſt in tractatu de Oblationibus Primis.

ו כל הקדשים שנשחטו חוץ לזמנן וחוץ למקומן הרי אלו ישרפו אשם תלוי ישרף רבי יהודה אומר יקבר חטאת העוף הבאה על ספק תשרף רבי יהודה אומר יטילנה לאמה כל הנשרפין לא יקברו וכל הנקברים לא ישרפו רבי יהודה אומר אם רצה להחמיר על עצמו לשרוף את הנקברים רשאי אמרו לו אינו מותר לשנות :

6. Omnia ſancta quæ intempeſtive mactata ſunt, vel loco illegitimo, comburuntor. Sacrificium pro reatu ſuſpenſo quoque comburitor. R. Jehuda dicit, ſepelitor. Sacrificium pro peccato ex ave quod offertur pro reatu dubio, comburatur. R. Jehuda dicit, immittet ipſum in canalem. Omnia iſta quæ comburuntur, non ſepeliuntur, quæ ſepeliuntur, ea non comburuntur. R. Jehuda dicit, ſi graviorem conditionem in ſe ſuſcipere velit ad comburendum ea quæ ſepeliuntur, poteſt; dixerunt ei, non licet mutare.

R. OB. DE BARTENORA.

חוץ לזמנן *Extra tempus eorum*, ad comedendum ea extra tempus, vel extra definitum locum. *Comburuntor*, quia de ſacrificio pro peccato ſcriptum eſt Levit. 6, 23. *Igne combure-*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in tractatu de Teſtificationibus, quod ſi ſit ejuſmodi peccatum ob quod de induſtria commiſſum exciſione tenentur, & ſacrificio pro peccato firmo, ob illius dubium

buretur, inde colligitur quod omnia ſancta illegitima comburenda ſint. אשם תלוי *ſacrificium pro reatu ſuſpenſo*, ſi mactaverit illud, & ante ſanguinis ſparſionem ei innotuerit quod non peccavit, quia tum non eſt profanum in atrio. *Sacrificium ex avibus deſumptum quod offertur pro dubio peccato*, ſi uxor abortum fecerit, & dubium fuerit an ſit natus, an vero ventus, nam cum ſacrificium pro peccato puerperæ ſumatur de avibus, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 12, 16. *Filium columbæ vel turturem in ſacrificium pro peccato.* Idcirco adducet ob dubium; nam cum id non adoletur, nil refert an ſanguis ſpargatur ob dubium, quia non comeditur; nam forſan non eſt natus, ſed res profana, & cadaveri ſimilis, quia profana res non comeditur cum ungueſectione; idcirco comburetur, quia ſimilis eſt aliis ſanctitatibus illegitimis. *Omnia quæ comburuntur, non ſepeliuntur*, ne forſan quis effodiat ea & inveniat, & comedat. *Sed omnia quæ ſepeliuntur, non comburuntur*, nam omnium eorum quæ ſepeliuntur cinis eſt prohibitus, omnium vero cinis quæ comburuntur ut fermentum & oblatio prima, & miſcellæ, licitus eſt ad ipſo lavandum veſtes. Sic etiam omnium ſanctorum quæ comburuntur, cinis eſt licitus, excepto oblationis primæ cinere, de quo ſcriptum eſt Levit. 6, 3. ושמו אצל המזבח quæ ita exponit Beraita, ponet eum cum quiete, & ponet eum totum, & ponet eum ne diſpergatur; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam in omnibus Miſnæ caſibus.

bium peccatum ſit offerendum ſacrificium pro reatu ſuſpenſo; ſacerdotibus vero non permittitur de carne ipſorum comedere, ſi peccatori innotuerit poſt mactationem ſacrificii pro reatu, ſe non peccaſſe, uti expoſitum eſt in fine tractatus de Excidiis; ita quoque ſcriptum eſt de reatu ſuſpenſo Levit. 5, 19. אשם הוא אשם אשם ליהוה Notat Siphri quod ex eo quod dicitur אשם ליהוה ſacerdotibus non liceat quicquam de illis comedere. אמה notat canalem quæ ab altari ad torrentem Kidron protendebatur. R. Jehuda dicit, quodlibet membrum ſecabatur, & in canalem projiciebatur, & in torrentem Kidron devolvebatur. Senſus avis quæ offerebatur ob peccatum dubium hic eſt, ſi dubia eſſet feminiflua, ſicuti expoſuimus in tractatu de Æſtimationibus; omnes enim feminifluæ quæ erraſſent, adducebant ſacrificium, ſed de ipſo nihil comedebant, quia de ſacrificio pro peccato, & de ſacrificio pro reatu comedere non licet, niſi poſtquam certe obligatorium fuerit. Ratio autem quare Sapientes dixerunt quod non licet mutare, hæc eſt, quia cinis omnium eorum quæ ſepeliuntur, eſt prohibitus, omnium vero quæ comburuntur cinis licitus eſt, excepto cinere quem de altari removent, qui prohibitus eſt; attamen non licet eum perdere. Dixerunt, ponent eum ſcil. cinerem in torrente, & ponent eum totum, & ponent ne effodiatur, nempe ne ponatur in vento, vel alluvie, ſed ut in loco ſuo occultetur; deciſio in omnibus non eſt ſecundum R. Jehudam.

Finis Tractatus de Sacrificiorum Commutatione.

מסכת כריתות

פרק א שלשים ושש כריתות בתורה הבא על האם ועל אשת האב ועל הכלה הבא על הזכור ועל הבהמה והאשה המביאה את הבהמה עליה הבא על אשה ובתה ועל אשת איש הבא על אחותו ועל אחות אביו ועל אחות אמו ועל אחות אשתו ועל אשת אחיו ועל אשת אחי אביו ועל (ס"א) הנדה המגדף והעובד עכ"ום והנותן מזרעו למולך ובעל אוב המחלל את השבת וטמא שאכל את הקדש והבא למקדש טמא האוכל חלב ודם נותר פגול השוחט והמעלה (ס"א) בחוץ האוכל חמץ בפסח והאוכל והעושה מלאכה ביום הכפורים המפטם את השמן והמפטם את הקטורת והסך בשמן המשחה הפסח והמילה במצות עשה :

Tractatus de Pœnis Excidii.

CAput 1. Triginta & ſex exciſiones (comprehenduntur) in lege. Si quis (1.) congreditur cum matre, aut (2.) cum noverca, aut (3.) cum Sponſa. (4.) Si quis congreditur cum maſculo, aut (5.) cum beſtia. (6.) Si mulier adducit ſuper ſe beſtiam. (7.) Si quis intrat ad mulierem filiamque ejus, (8.) aut ad mulierem (alterius) viri. (9) Si quis congreditur cum ſorore ſua, aut (10.) cum ſorore patris ſui, aut (11.) cum ſorore matris ſuæ, aut (12.) cum ſorore uxoris ſuæ, aut (13.) cum uxore fratris ſui, aut (14.) cum uxore patrui, aut (15.) cum menſtruata muliere. Si quis (16.) blaſphemat, aut (17.) eſt idololatra, aut (18.) dat Molecho de ſemine ſuo, aut (19.) Baal Ob, i. e. Pytho eſt. Si quis (20.) profanat Sabbathum, aut (21.) fuit immundus, cum edit ſanctum, aut (22.) ingreſſus eſt ſanctuarium immundus, ſi (23.) comedit adipem, (24.) ſanguinem, (25.) reliquias, (26.) abominabile, aut (27.) mactavit, aut (28.) obtulit foris, aut (29.) manducavit fermentatum in Paſchate; aut (30.) comedit. (31.) Aut fecit opus in die expiationum: aut (32.) miſcuit oleum, aut (33.) præparavit ſuffitum, aut (34.) effudit oleum unctionis. (35.) Aut Paſcha (ſi omittitur:) aut (36.) circumciſio ex præceptis affirmativis.

R. OB. DE BARTENORA.

שלשים ושש כריתות *Triginta & ſex excidia*, pro eo qui de induſtria ſine præmonitione tranſgreſſus eſt. *Qui rem habuerit cum muliere & filia ipſius*, & filia filiæ ipſius, & filia filii ipſius etiam comprehenduntur. Sic etiam filia ipſius, & filia filiæ ipſius, & filia filii ipſius, & ipſius ſocrus, & mater

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scias volo quod in hac Miſna caſus duntaxat generales proponuntur, & ſpeciales relinquuntur. Quando igitur dicit auctor; *ſi quis corpus ſuum miſcuerit cum muliere & filia ipſius*, id intelligendum eſt in genere de omni matre & filia ipſius, & comprehenduntur eo mulier ipſius & filia filii ipſius,

mater ſocrus ipſius, & mater ſoceri ipſius, hæ omnes continentur ſub hoc genere.

המגדף *Qui blaſphemaverit*, qui nomen Dei blaſphemaverit. *Qui idololatriam commiſerit*, more ſuo colendi; vel ſi mactaverit, vel ſuffitum fecerit, vel libaverit, vel incurvaverit ſe, etſi hic non ſit mos illius quo Deum colere ſolet.

בעל אוב *Pytho*, ſub hoc quoque comprehenditur ידעוני *ſciolus*, qui ambo prohibentur ex præcepto negativo; ſed auctor duntaxat Pythonis meminit, eo quod is in Lege præcedit.

והמחלל את השבת *Et Sabbatum profanat*, per opus aliquod principale, vel per prolem ipſius, quæ ſunt triginta novem. נותר *reſiduum*, ſcil. ſanctarum rerum poſtquam tempus tranſierit quo offerri debebant. פגול *abominandum*, eſt res ſancta quam ſacerdos intempeſtive comeſurum cogitaverat. *Qui mactaverit*, pecora ſcil. ſancta extra atrium, is tenetur licet non adduxerit ad altare, quemadmodum ſcriptum eſt Levit. 17, 4. Et qui adduxerit, is etiam tenetur exciſione, ſicuti conſtat ex eo quod dicitur Levit. 17, 8. Si vero inſciens mactaverit & adduxerit, tenetur duplici ſacrificio pro peccato.

והמפטם את השמן *Et qui oleum miſcuerit*, oleum unctionis, ope libræ aromatum, & menſuræ olei, uti Moſes fecit in deſerto; nempe ſi ita oleum paraverit ad eo ſe ungendum, ſi vero illud paraverit in exercitium ipſius, vel ad tradendum illud eccleſiæ, non tenetur.

והמפטם את הקטרת *Et qui ſuffitum paraverit*, qui undecim aromata ſuffimenti paraverit, & de quolibet aromate ſumpſerit ſecundum pondus a Sapientibus limitatum, idque convolverit eo modo quo ſuffitus in Templo convolvi ſolebat, is tenetur excidio; nempe ſi illud confecerit in odorem; at ſi in exercitium, vel ad eccleſiæ tradendum id confecerit, liber eſt a culpa.

והסך בשמן המשחה *Et qui oleo unctionis ſe unxerit*, quod in deſerto Moſes fecit; & ſi id non deſtinetur in uſum ſacerdotii vel regis ungendi, tum tenetur, eo quod oleum iſtud in caput pontificis maximi duntaxat effundebatur; & præterea reges e ſtirpe Davidis eo ungebantur, & non filii regum, niſi in controverſia quadam, ſicuti unxerunt Salomonem ob controverſiam Adoniæ, & Joaſum ob controverſiam Ataliæ, & Jehoachaſum ob fratrem ſuum Jehoakim, qui ipſo major natu erat. Sacerdotes vero ungebantur ſuper caput inter ſupercilia, in forma literæ Græcæ *Chi*: reges vero ungebantur in forma coronæ. *Paſcha ſi omittatur, aut circumciſio ex præceptis affirmativis*, quæ pœnam excidii comprehendunt, nam pro eorum errore non valet ſacrificium; reliqua vero omnia ſunt negativa, ob quorum neglectum offerri debet ſacrificium, quia ob præceptorum negantium tranſgreſſionem duntaxat ſacrificium offertur, uti ſcriptum eſt de ſacrificio Levit. 4, 22.

ipſius, & mulier cum filia filiæ ipſius, ejuſdemque mater, & mater matris ipſius, & mater patris ipſius, ejuſdemque filia, & filia filii ipſius, & filia filiæ ipſius. Sic etiam, ſi quis idololatriam commiſerit, id intelligendum eſt in genere de omni idololatria, exempli gratia, ſi quis libaverit, ſuffitum fecerit, incurvaverit ſe, ſacrificaverit, & id genus alia bene multa, quæ in tractatu de Synedriis expoſita ſunt capite ſeptimo.

והמחלל את השבת *Et qui Sabbatum profanaverit*, in hoc comprehenduntur triginta novem excidia, quia Sabbati tranſgreſſor tenetur ob quodlibet opus principale; proles vero tot ſunt ut numerus eorum non conſtet, ſicuti expoſuimus capite ſeptimo tractatus de Sabbato. Idcirco ſufficit quod auctor dixit, *qui Pythonicus eſt*, etſi non dixerit, ידעוני *ſciolus*; nam hoc eſt id quod Sapientes dixerunt, quandoquidem de uno negativo dicta ſunt duo, *nempe Pythonici & Scioli*, auctor principium verſus duntaxat allegavit, nempe eum qui Pythonem conſulit. Cæterum jus illius qui mactaverit, & extra atrium obtulerit, & jus immundi qui comederit ſancta, capite tertio tractatus de Sacrificiis; & jus reſidui ſacrificiorum, & abominandi, expoſitum eſt capite ſecundo. Atque jus illius qui Templum intraverit immundus, expoſuimus capite ſecundo tractatus de Jurejurando; tu vero horum unumquodque invenies ſuo loco; & præterea quoque invenies quomodo quiſque obligatus erit ad excidium ob ejuſmodi tranſgreſſionem; & quomodo non obligatus erit ad pœnam exciſionis. Quod vero auctor dicit triginta ſex eſſe excidia, etſi numerus ſatis notus ſit, propterea monuit, quia is qui multa ex iſtis fecerit peccata in una ignorantia, debeat ſacrificium pro peccato ob quemque errorem, uti conſtat ex eo quod dicimus opera principalia eſſe triginta novem, ſi enim quis ea fecerit in una ignorantia, pro quolibet peccato debet ſacrificium expiationis pro peccato.

והמפטם את השמן *Et qui oleum miſcuerit*, qui oleum paraverit eo modo quo Moſes magiſter noſter oleum in deſerto paravit, iſto pondere ſtrictim, ſicuti dicitur in Lege, כמוהו ſi vero quis id fecerit ad opus illius diſcendum, vel id aliis dandum, non tenetur excidio, niſi donec innotuerit aliis quod intenderit ſe oleo iſto ungere; & hoc eſt id quod Lex dicit, להריח בה Porro ſcias volo quod ſi fecerit ſuffitum ſecundum pondus quod nos de ſuffitu accepimus, tenetur excidio, ſive multam fecerit quantitatem, ſive exiguam; nam non requiritur ut pondus ſtrictim obſervetur, uti in oleo unctionis; ſed quia oleum illud fecerit ad odorandum, tenetur excidio, ſicuti dicitur Exod. 30, 31. *Secundum computum illius non facies*, nempe ſecundum modum ponderis. *Qui unxerit ſe oleo unctionis*, hoc duntaxat intelligendum eſt de oleo quod fecit Moſes in deſerto, & hoc eſt quod Sapientes dixerunt, non tenentur niſi ob oleum unctionis quod Moſes fecit, quia Lex dicit, Exod. 30, 33. *Qui de eo dederit quicquam peregrino*, ſcil. de eo quod fecit Moſes. Inſuper ſciendum eſt quod nunquam tale fieri poteſt oleum quale fecit Moſes, ſicuti dicitur Exod. 30, 31. *Erit hoc pro generationibus veſtris*; & ita nos recepimus. Sed hoc oleo duntaxat pontifices maximi ungebantur, & ſacerdos qui pontificis maximi filius erat, nam in illius caput effundebatur oleum, & inter ſupercilia oculorum ungebatur in forma literæ Græcæ *Chi*, & hoc eſt id quod dicitur Levit. 8, 12. Præterea Reges ex ſtirpe Davidis duntaxat iſto oleo ungebantur. Sed tamen cum hac diſtinctione, quod David quia oleo iſto unctionis unctus eſt, ad regnum capeſſendum aptus fuit, teſtantibus ita ſacris literis, ut & omnes illius filii poſt ipſum etſi non uncti fuerint iſto oleo. Quæſiverunt, unde tenemus quod non ungunt Regem filium Regis? quia dicitur Deut. 17, 20. *Ut dies prolonget ſuper Regno ſuo & filiis*, hinc conſtat quod regnum ſit hæreditas pro filiis. Verum ſi inter filios Davidis oboriatur controverſia de hæreditate regni, & poſtea convenerit populus de uno eligendo, ſive is electus fuerit a maxima parte ſynedrii, ſive a toto ſynedrio, ſive a Propheta quodam, ſive a pontifice maximo, quocunque is conſtituatur modo, ungi debet oleo unctionis, ad lites populi componendas, ut ſciat hunc eſſe unctum Domini, cumque timeant. Et hoc probatur ex eo quod dicitur in Lege, *E medio Iſraëlis*; ad hæc dixerunt, dum pax erat in Iſraële, non requirebatur ut regis filius ungeretur, ſed belli temporibus ungebatur. Et porro quæſiverunt, quare unxerunt Regem Salomonem? ob controverſiam cum Adonia fratre ipſius, & Joaſum ob Ataliam, & Jehoachaſum ob fratrem Jehoakim. Quum vero reges e ſtirpe Davidis ungi debebant, uti diximus, ungebant eos in forma coronæ circum oculos ſuper fronte, uti dixerunt, non ungunt regem niſi ſuper fronte, & reges in forma coronæ; idcirco ſi quid huic quantitati unctionis additum fuerit præter haſce occaſiones, id proxime accedit ad id quod prohibetur Exod. 30, 33. *Non dabis de eo ſuper peregrino.* Si vero quis ſuffitum fecerit, & ipſum odoraverit, non tenetur excidio, attamen prævaricatus eſt, quia commodum percepit e re ſancta. Jam vero nil amplius reſtat de eo quod ad hancce Miſnam intelligendam ſufficit, niſi ut olei unctionis conficiendi artem intelligamus, atque ſuffitus; idcirco dico quod ſi quis quingentos Siclos myrrhæ puræ ſumpſerit, & totidem ſiclos cinnamomi aromatici, & ducentos & quinquaginta ſiclos e cinnamomi calamis, atque iſtas menſuras ſingulas accuratiſſime libraverit ſeorſim, excepto cinnamomo aromatico, quod bis libraverit, ducentos & quinquaginta bis numeratos ſiclos, & poſt molitionem hæc quatuor aromata conjunxerit, eaque in aqua maceraverit donec vis eorum penetraverit eam, poſtea vero affuderit

oleum optimum in quantitate Hin, atque ita totam maſſam igni impoſuerit, coxeritque donec oleum duntaxat remanſerit quod virtutem aromatum imbibit, tum ob ejuſmodi opus tenetur excidio. Sed opus ſuffimenti quod attinet, Lex quatuor illius aromata deſcribit, nempe gummi, onyx, galbanum, & thus, cætera vero traditione accepimus, & comprehenduntur ſub eo quod ſcriptum eſt Exod. 30, 34. Dixerunt Sapientes noſtri Moſi undecim aromata præcepta eſſe in monte Sinai, nempe quod ea limitatam habeant quantitatem. Porro undecim his aromatibus addiderunt ſal Sodomiticum, & ambram Jordanenſem, & quod fumum elevat, de unoquoque indeterminatam quantitatem. Hoc autem modo parabatur, ſumebant gummi, onycem, galbanum & thus, de unoquoque ſexaginta Minas; Mina autem centum eſt denariorum, denarius vero ſex drachmarum, drachma ſedecim granorum hordeaceorum; de myrrha, ambra, ſpicis nardi, & croco ſedecim Minas; de cinnamomo novem Minas, de קליפה tres Minas; hinc fiet ut ſumma totius ponderis trecentarum ſexaginta & octo ſit Minarum, atque hæc quantitas quotannis parabatur. Dixerunt autem, trecentas ſexaginta quinque eſſe ſecundum anni dierum numerum, & quod pontifex maximus de reliquis tribus capiebat plenitudinem pugilli die Expiationis, ſicuti expoſuimus in tractatu de Die Expiationis. De reſiduo autem ita loquitur Miſna, quid faciebant cum reſiduo ſuffimenti? quaſi dixiſſet, quod de tribus Minis reliquum erat poſtquam inde cepiſſet pugilli plenitudinem, & feciſſet id quod diximus capite quarto tractatus de Siclis; omnia vero aromata molita ſubigebat, & ambram Jordanenſem addebat cum Sale Sodomitico & eo quod fumum ſuffitus elevabat ſurſum, de quolibet autem ſumebat partem non limitatam; ſed in Gemara jam expoſitum eſt quod hæcce herba quæ vocabatur fumum ſurſum elevans, a nemine præterquam a familia Abtines cognoſcebatur; atque hæc a nobis dicenda erant.

ב על אלו חייבים על זדונם כרת ועל שגגתן חטאת ועל לא הודע שלהן אשם תלוי חוץ מן המטמא מקדש וקדשיו מפני שהוא בעולה ויורד דברי רבי מאיר וחכמים אומרים אף המגדף שנאמר תורה אחת יהיה לכם לעושה בשגגה יצא מגדף שאינו עושה (ס"א) מעשה :

2. Super his rei fiunt, propter malitiam quidem (ſeu contumaciam) exciſionis, propter errorem autem ſacrificii pro peccato, propter ignorantiam oblationis dubiæ; excepto eo, qui polluit ſanctuarium & ſancta ejus, propterea quod munus ejus conſtituitur juxta quantitatem perſonæ majus minuſve; verba ſunt R. Meir. Verum enim vero Sapientes dicunt; etiam blaſphemante excepto, juxta Scripturam; lex una erit vobis, facienti ex errore; ergo etiam excipitur blaſphemans, quoniam non facit opus.

R. OB. DE BARTENORA.

ועל שגגתן חטאת *Et pro errore ipſorum ſacrificium pro peccato*, peccatum ex errore commiſſum pro quo ſacrificium pro peccato offerri debet, hujuſmodi eſt, ſi quis corpus ſuum miſcuerit cum muliere ei ob inceſtum prohibita, putans quod ei licita erat; vel ſi idololatriam commiſerit, vel eam adoraverit, putando quod Lex mactationem, ſuffitum, & libationem duntaxat prohibeat, & non adorationem. Vel ſi quis Sabbatum profanaverit, cogitans quod dies eſſet profanus. Sic etiam ſe res habet cum omni qui noverit fundamentum prohibitionis, ſed ipſum latuerit opus iſtud quod fecit. Verum ſi dixerit, omnino licitum eſt, & ita totum fundamentum tollit, ut, ſi dixerit, non eſt Sabbatum in Lege memoratum, idololatria non eſt vetita, & ſic porro, is non peccavit ex errore, ſed violentia perfecta.

לא הודע *Si ei non innotuerit*, exempli gratia, ſi coram ipſo ſit oliva adipis & oliva pinguedinis, atque is neſciverit de quanam e duabus comederit; & ſic etiam ſi in lecto cubuerit cum duabus mulieribus, licita & illicita, & neſciverit cum quanam corpus miſcuerit. אשם תלוי *ſacrificium pro reatu ſuſpenſo*, ita hoc ſacrificium vocatur quia offertur pro peccato dubio, quo pœna ſuſpenditur & expiatio non perficitur; ſed poſtquam ei certo innotuerit, tum adducit ſacrificium pro peccato certo.

המטמא מקדש וקדשיו *Qui polluit ſanctuarium & ſancta illius*, ſi intraverit ſanctuarium dum erat immundus, vel ſancta comederit in immunditie. מפני שהיא בעולה ויורד *quia iſtud conſtituitur in aſcendente & deſcendente*, ſacrificium pro reatu pendente offertur duntaxat ob ejuſmodi rem cujus tranſgreſſor de induſtria dignus eſt excidio, & ſacrificio pro peccato certo ſi inſciens; & quia error illius conſiſtit in aſcendente & deſcendente cogitatione, non obtinet in eo dubium reatus pendentis.

אף המגדף *Etiam is qui blaſphemaverit*, is non adducet ſacrificium pro peccato ob errorem ipſius; nec pro dubio illius tenetur reatu pendente, eo quod Lex de ſacrificio pro peccato dicit Levit. 15, 29. לעושה בשגגה unde excipitur blaſphemans qui non peragit opus dum blaſphemat; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ex errore peccaſſe cenſetur, ſi certo conſtiterit quod ejuſmodi opus fecit ex errore; *inſcius* autem ſi dubium fuerit an fecerit, necne; peccatum ex errore commiſſum hoc eſt, ſi exempli gratia quis comederit adipem renum, putans quod erat adeps qui circa cor eſſe ſolet, at poſtea ei innotuerit quod erat adeps renum, tum is ſacrificium pro peccato erroris offerre debet, nempe agnum aut capram, uti in prologo hujuſce libri expoſitum; propterea ſi duo adipis fruſta eſſent coram ipſo, atque unum eorum licitum, alterum vero illicitum eſſet, & is alterutrum comederit, ſed dubitaverit an de licito, an vero de illicito comederit, tum ſacrificium pro reatu ſuſpenſo offerre debet, nempe arietem e grege. Cæterum jam expoſuimus capite ſecundo tractatus de Teſtificationibus, quod ob peccatum contra Paſcha & circumciſionem errore commiſſum non tenetur ſacrificium pro peccato offerre, licet utriuſque præceptum obliget ſub pœna excidii, quia præcepta ſunt affirmativa. Cæterum Lex de peccato ex errore commiſſo dicit ſacrificium pro peccato adducendum eſſe, Levit. 4, 22. Idcirco exponit quod ob præcepti negativi tranſgreſſionem duntaxat ſacrificium pro peccato offerendum ſit. Pariter ſi quis blaſphemaverit, non tenetur ſacrificio pro peccato ob errorem ſuum, uti dicit Lex, ei qui fecerit ex errore, ſicuti diximus, ſic etiam expoſuimus quod non tenetur reatu pendente, niſi ob peccatum quod excidium meretur ſi de induſtria ſit commiſſum, vel ſacrificium pro peccato firmo ſi errore commiſſum ſit, tale ſcil. ſacrificium quod humanis caſibus non debet mutari, ſed agna vel caprea offerri, ſive quis dives ſive pauper ſit; & tale ſacrificium vocatur חטאת קבועה *ſacrificium fixum pro peccato.* Si vero quis Templum polluerit, vel ejuſdem ſanctitates, nempe, ſi quis Templum intraverit immundus, vel ejus ſancta in immunditie comederit, etſi hic ſit excidii caſus, & qui ſacrificium pro peccato erroris requirit, tamen hoc non eſt ſacrificium fixum pro peccato, quia Lex dicit Levit. 14, 21. ואם דל הוא ואין ידו משגת idcirco ob dubium illius peccatum non obligantur ad reatum pendentem; ſed hæc omnia jam expoſuimus in tractatu de Teſtificationibus. Pariter tibi quoque expoſitum eſt quod ob ejuſmodi peccatum quod de induſtria commiſſum eſt, meretur excidium, & ſacrificium fixum pro peccato ſi ſit ex errore commiſſum, ob illius dubium tenentur reatu pendente. Sic etiam expoſitum eſt quod ob cujuſmodi peccatum de induſtria commiſſum infligatur pœna excidii, ob illius errorem offeratur

ratur ſacrificium fixum pro peccato, exceptis duntaxat excidiis, ſcil. ob Paſcha, circumciſionem, & blaſphemationem, ob rationem jam dictam. Sed notum eſt cum auctor dicit *Paſcha*, quod ſacrificium Paſchale non oblatum ſit tempore ſuo, uti ſcriptum eſt Levit. 9, 13. Deciſio non eſt ſecundum R. Meyr.

ג יש מביאות קרבן ונאכל ויש (ס"א) מביאות ואינו נאכל ויש שאינן מביאות אלו מביאות קרבן ונאכל המפלת כמין בהמה חיה ועוף דברי רבי מאיר וחכמים אומרים עד שיהא בו מצורת האדם המפלת סנדל או שליא ושפיר מרוקם והיוצא מחותך וכן שפחה שהפילה מביאה קרבן ונאכל:

3. Sunt (mulieres,) quæ adferunt oblationem, quæ editur; ſunt etiam quæ adferunt, & non editur; & ſunt quæ non adferunt. Iſtæ ſunt, quæ afferunt oblationem, quæ comeditur, abortiens in figura beſtiæ, feræ, atque avis: hactenus R. Meir. Dicunt autem Sapientes; non priuſquam aliquid in eo apparet de figura hominis. Item abortiens ſandalium, aut ſecundas, aut *Schaphir* (ſive molam) figuratum, aut egredientem conciſum, ſic ancilla abortiens affert oblationem, quæ comeditur.

R. OB. DE BARTENORA.

כמין בהמה חיה ועוף *In ſpecie pecudis, animalis, & avis*, quia de ipſis exprimitur in Lege formatio, ſicuti de homine; deciſio non eſt ſecundum R. Meyr. Per סנדל intelligitur fœtus cujus forma diminuta eſt; magiſtri autem mei expoſuerunt quod ſit fruſtum carnis in forma ſandalii, quod ſimul cum fœtu prodire ſolet. Porro meminit auctor שליא ſecundinæ, quia ea ſemper cum fœtu prodire ſolet.

שפיר מרוקם *Squama acupicta*, ita dicitur pellicula cui fœtus involvitur, in qua continentur membrorum minutorum figuræ, & vocatur *ſquama*, quia in forma teſtæ ovi facta eſt. *Sic etiam ſe res habet cum ſerva quæ abortivit*, nam cogitare poſſemus quaſi cum dicitur quod ad omnia præcepta ad quæ mulier obligatur, etiam ſervus obligetur, & quaſi hoc ſenſu præcepta virorum & mulierum eadem eſſent, ſed de puerperio, cum hoc ſit id quod mulieres duntaxat attinet, diceremus ſervam non obligatam eſſe, idcirco dicit auctor, *ita quoque ſerva quæ abortivit.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Docet nos hæc Miſna quod ſerva quoque tenetur offerre ſacrificium puerperii; quid ſit שליא *ſecundina*, id jam expoſitum in tractatu de Primogenitura. Per שפיר מרוקם *ſquama acupicta* intelligitur pellis quæ ſecundinam contegit; & cognominatur *acupicta*, propter multos nervos & inciſuras in ſanguine apparentes. Per סנדל intelligitur forma ſandalii, nempe quando fœtus intra pelliculas ſuas latet antequam dividantur, & uni pellis fruſto annexus ſit; deciſio non eſt ſecundum R. Meyr.

ד אלו מביאות ואינו נאכל המפלת ואין ידוע מה הפילה וכן שתי נשים שהפילו אחת ממין פטור ואחת ממין חובה אמר רבי יוסי אימתי בזמן שהלכו זו למזרח וזו למערב אבל אם היו שתיהן עומדות כאחד מביאות קרבן ונאכל:

4. Iſtæ ſunt quæ afferunt, nec comeditur: abortiens ita, ut neſciatur quid abortiverit: item duæ mulieres, quando abortiverunt, una in figura a ſacrificio pro peccato libera, altera in figura obligata. Dixit R. Joſe; quo tempore? quo ambulant, hæc verſus ortum, & illa verſus occaſum. Sed ſi ambæ manſerint (in loco) ſimul adferunt oblationem, atque comeditur.

R. OB. DE BARTENORA.

ואין ידוע מה הפילה *Et non conſtiterit quid abortivit*, an ſit forma hominis ob quam obligatur offerre, an vero piſcis & locuſtæ, ob quam non obligatur, tum puerpera in ſacrificium adducet duos turtures, unum in holocauſtum & alterum in ſacrificium pro peccato, ſuper holocauſto dicet, ſi ſpeciem obligatam pepereto, ſit hoc pro me obligatio, ſin minus, ſit holocauſtum ſpontaneum. Cæterum ſuper ſacrificio pro peccato talis conditio ineunda non eſt quia non eſt ſacrificium pro peccato quod ſpontaneum eſt; adducet autem illud ob dubium, & non comedetur; quia forſan illa non debet ſacrificium, idcirco ungueſectio illius cadaveri ſimilis eſt. Sed de profano in atrium illato nihil refert, quia altare duntaxat illius ſanguinem accipit, & idcirco non cenſetur eſſe cibum. *Si duæ mulieres abortum fecerint*, in loco ſecreto. מין פטור *ſpecies licita*, eſt ſpecies piſcis & locuſtarum. מין חובה *ſpecies debiti*, ſandalii ſcil. & ſecundinæ, at puerperæ neſciverint quænam ex ipſis abortiverit ſpeciem debitam, tum unaquæque adducit duos turtures, de quibus non licet comedere. *Quando*? quando non comedetur? quando una ad orientem, altera vero ad occidentem profecta fuerit, quando nidos ſuos adduxerunt ad ſacerdotem & deinde profectæ, conditionem inire nequeunt; ſi vero ambæ ſimul profectæ fuiſſent, unum ſacrificium pro peccato adducere poſſunt, & conditionem inter ſe inire, dicendo, *ſi ego obligata ſim, meum ſit ſacrificium, ſi vero tu, tuum ſit*, & iſtud ſacrificium pro peccato offeratur & comedatur, quia in ſacrificio pro peccato non valet hæc conditio, eo quod ſcriptum eſt Levit. 4, 23. *Aut ſi ei innotuerit peccatum illius*; hic autem ubi mulieres ſacrificium adducunt, id fit ut illæ fiant licitæ ad ſancta comedenda, idcirco ex pacto adducunt; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scias quod puerpera debet offerre holocauſtum & expiatorium pro peccato, expiatorium vero ſemper offertur ex ave, uti in prologo hujuſce tractatus expoſitum. Et in fine tractatus de Commutatione ſacrificiorum dictum eſt quod ſacrificium pro peccato quod ex avibus offertur ob dubium, comburi debeat. Per *ſpeciem liberam & obligatam* intelligi debet abortus ob quem ſacrificium pro partu adducendum eſt, & ob quem non adducendum eſt ſacrificium pro partu, ut שפיר *ſquama* quæ plena eſt aquis. R. Joſe dicit, quod ambæ puerperæ unum ſacrificium pro peccato adducere debent ex pacto, dicendo, ſi ego obligatus ſim, ſit hoc meum, ſi vero tu obligata ſis, ſit tuum, idque ſacrificium pro peccato comedi poteſt. Et hoc ſecundum ſententiam eorum licet, in iis qui expiatione carent duntaxat, ſcil. quod duo adducunt unum ſacrificium pro peccato; deciſio autem ita non eſt.

ה אלו שאינן מביאות המפלת שפיר מלא מים מלא דם מלא גנינים המפלת כמין דגים

5. Iſtæ ſunt, quæ non adferunt; abortiens Schaphir plenum aqua, plenum ſanguine, plenum fruſtis carnis (ſeu variis coloribus:) abortiens ſecundum

דגים וחגבים שקצים ורמשים המפלת יום ארבעים ויוצא דופן רבי שמעון מח״ב ביוצא דופן :

dum figuram piſcium, aut locuſtarum, abominabilium, atque reptilium. Si abortiat die quadrageſimo & egrediatur abortus per latus. R. Simeon obligat, ſi ſit egrediens e latere.

R. OB. DE BARTENORA.

נגינים *Colores*; ego vero audivi quod ſunt ſpecies ſanguiſugarum. *Quæ abortivit die quadrageſima*, quia per quadraginta dies a conceptione mera tantum aqua eſt. *R. Simeon obligat, ſi ſit egrediens e latere*, quia ſcriptum eſt Levit. 12, 5. *Et ſi fœmina pepererit*, nam dicere debuiſſet, & ſi fœmina fuerit; includitur ergo alius partus, nimirum is qui e latere ventris exciditur; doctor primus putat, ex eo quod dicitur Levit. 12, 2. *fœmina quando conceperit & pepererit*, intelligendum eſſe quod parere dicitur, quando via & loco ordinario pepererit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Nullus fœtus quem mulier abortiverit intra dies quadraginta inde a coitu, eſt fœtus, quia forma humana nondum perfecta eſt. Cæterum capite tertio tractatu de Menſtruo dixerunt quod ſi die quadrageſimo abortiverit, libera ſit, etſi ultimi diei e quadraginta jus idem ſit cum jure antecedentis diei. Sapientes dicunt, ſi pepererit, ſcil. donec pepererit in loco partus. R. Simeon probat ſententiam ſuam ex eo quod Lex dicit, Levit. 12. 5. *Et ſi mulier pepererit*, quando dicit, *& ſi*, includit aliud puerperium, ſcil. quum fœtus e ventre exciditur; deciſio eſt ſecundum Sapientes; גנינים notat ſanguiſugas & vermes, atque id genus alia.

ו המפלת אור לשמנים ואחד בית שמאי פוטרין מן הקרבן ובית הלל מחייבין אמרו בית הלל לבית שמאי מאי שנא אור לשמנים ואחד מיום שמונים ואחד אם שוה לו לטומאה לא ישוה לו לקרבן אמרו להם בית שמאי לא אם אמרתם במפלת יום שמונים ואחד שכן יוצא משעת שהיא ראויה להביא בה קרבן תאמרו במפלת אור לשמונים ואחד שלא יצא בשעה שהיא ראויה להביא בה קרבן אמרו להן בית הלל והרי המפלת יום שמונים ואחד שחל להיות בשבת תוכיח שלא יצא בשעה שהיא ראויה להביא בה קרבן והייבת בקרבן אמרו להם בית שמאי לא אם אמרתם במפלת יום שמונים ואחד שחל להיות בשבת שאף על פי שאינו ראוי לקרבן יחיד ראוי לקרבן ציבור תאמרו במפלת אור לשמונים ואחד שאין הלילה ראוי לא לקרבן יחיד ולא לקרבן ציבור הדמים אינן מוכיחין שהמפלת בתוך מלאות דמיה טמאין ופטורה מן הקרבן :

6. Si quæ abortit nocte octuageſima prima (puerperii,) Schola Schammai abſolvit eam ab oblatione (puerperii abortus;) Schola Hillelis obligat. Dixit Schola Hillelis Scholæ Schammai, quid differt nox octuageſima prima a die octuageſimo primo? Si æqualis ei eſt ratione immunditiei, nonne æqualis ei quoque erat ratione oblationis? reſponderunt Scholaſtici Schammai, non, ſi dixeritis quid de abortiente die octuageſimo, qui exit in tempus, quo adferre oblationem licet, dicetis idem de abortiente nocte octuageſima, quæ non exit in tempus, quod eſt conveniens, ut in ea afferatur oblatio. Reſponderunt ei Scholaſtici Hillelis; atqui, ſi quæ abortit die octogeſimo primo, qui incidit in Sabbatum, argumentum præbet quod non exeat in tempus, quo offerre oblationem convenit, & tamen obligetur ad oblationem. Reſponderunt (iterum) illis Scholaſtici Schammai; minime, ſi dixeritis quid de abortiente die octuageſimo primo, qui incidit in Sabbatum, quod, tametſi non conveniens ſit ad oblationem privati, conveniens tamen eſt ad oblationem congregationis; dicetis idem de abortum faciente nocte octuageſima prima, cum nox non apta ſit, nec ſacrificio privati, nec ſacrificio congregationis. Sanguines tandem non arguunt; quando enim abortum facit aliqua in medio etiam impletionis (dierum,) ſanguines quidem ejus ſunt immundi, libera tamen eſt a ſacrificio.

R. OB. DE BARTENORA.

המפלת לאור שמונים *Si quæ abortiverit nocte octogeſima*, & femellam pepererit, nocte vero octogeſima prima, quia poſtridie ſacrificium offerri poſſet pro expiatione ipſius, abortivit. *Schola Schamai eam liberat a puerperii oblatione*, in ſecundo partu, etſi id fiat poſt dierum implementum, quia fœtus prodiit nocte, & non tempore opportuno pro ſacrificio, quia nocte non offeruntur ſacrificia, uti ſcriptum eſt Levit. 7, 38. ביום צותו idcirco in caſu ſacrificii ſe res habet perinde ac ſi eſſet intra complementum dierum.

מאי שנא אור לשמונים ואחר מיום שמונים ואחד *Quare nox octogeſima prima differt ab octogeſimo primo die*? nam puerpera omnino tenetur offerre ſacrificium pro abortu ſecundum omnium doctorum conſenſum, quia poſt dierum complementum abortivit. אם שוה לו לטומאה *ſi reſpectu immunditiei ſit ſimilis*, nam vos conceditis quod poſt ſolis occaſum diei octogeſimi dies purificationis perfecti ſunt; propterea ſi illa nocte octogeſima prima viderit ſanguinem, immunda eſt.

הדמים אינן מוכיחים *Sanguines non arguunt*, ſanguis de quo vos loquimini, ſi ei æqualis ſit in immunditie, non pro-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnes concedunt quod ſi fœmina octogeſima die abortiverit, ſacrificium non fiat ob iſtum abortum, quia res ſe habet perinde ac ſi veniſſet cum primo nato, quia intra dies complementi accidit; ſed *dies complementi* vocantur quadraginta dies in maſculis & octoginta in femellis natis, de quo videſis Levit. 12, 6. Si vero octogeſimo primo die poſt partum fœmineum pepererit, omnium conſenſu ob iſtum abortum requiritur ſacrificium, quia ſecundus eſt partus cum illa abortiverit poſt complementum dierum; diſſentiunt igitur duntaxat de ea quæ octogeſima prima nocte abortivit, an hæc puerpera teneatur ſingulare ſacrificium offerre pro iſto abortu ſeorſim, an vero cum primo partui annumeretur. Schola Hillelis dicit puerperam pro iſto abortu debere ſacrificium offerre, quia poſt dierum complementum abortivit, propterea quod ſicuti ſi illa viderit ſanguinem octogeſima prima nocte, ſit immunditiei ſanguis ſecundum omnes, perinde ac ſi vidiſſet eum octogeſimo & primo die, nam non vocatur ſanguis purificationis niſi demum poſt quadraginta dies, ſi maſculus ſit, vel poſt octoginta dies, ſi femella ſit, ſicuti Lex declarat; ſi vero puerpera

probat rem, quia ſanguis illius quæ abortum fecit intra complementum dierum, immundus eſt ob partum, & ſacrificium ſecundum non requiritur, quia omne id quod intra dierum complementum prodierit, cenſetur perinde ac ſi cum primo partu veniſſet; & hoc concedit Schola Hillelis.

pera poſt iſtud tempus viderit ſanguinem, eſt ſanguis immunditiei, ſive nocte ſive die eum viderit. Eodem modo comparatum eſt ſi octogeſima prima nocte pepererit, cum ſanguis purificationis jam ceſſavit, primus partus præterit, & hoc eſt quod dicunt, *ſi ei ſit æqualis in immunditie*, nonne erit ei æqualis in ſacrificio? reſpondit illis Schola Schammai, ſanguis immunditiei obligat ipſam ad ſacrificium pro hoc abortu, quæ enim abortivit intra dies puritatis, ea ſecundum omnes libera eſt a ſacrificio, uti expoſuimus, etſi illius ſanguis ſit immundus dum abortum fecerit iſtum, quia ſanguis partus eſt & non puritatis, qua in parte nemo eſt qui contradicit. Sed Schola Schammai ſtatuit primum partum non eſſe diſtinctum ab iſto ſanguine, & idcirco puerperam non teneri pro iſto abortu ſeorſim offerre ſacrificium, niſi donec advenerit iſtud tempus quo ſacrificium offerri debeat pro primo partu, quod octogeſimo primo die duntaxat fieri poteſt, quia octogeſima prima nocte offerri nequit ſacrificium, uti in prologo hujuſce libri jam expoſuimus, quod nocte offerri nequit ſacrificium publicum nec privatum. Ratio autem quare diſſentiunt de eo qui abortivit nocte octogeſima prima fœminam, & non ſi maſculum abortiverit, etſi utriuſque idem ſit jus, uti diximus, eſt, quia id nullo modo fieri poteſt, quandoquidem ea quæ maſculum peperit, marito ſuo per ſeptem dies prohibita eſt; & ſi poſtea cum ipſa coiverit, dieque quadrageſimo primo abortum fecerit, tum iſte abortus erit triginta trium dierum, atque intra iſtud tempus in eo non eſt forma humana, ut puerpera ob ipſum teneatur ſacrificium offerre; ſi vero femellam pepererit, complementum dierum ei reſtat poſtquam illa licita ſit marito ſuo per ſexaginta & ſex dies, intra quod tempus illa forſan imprægnata fuit ut abortum faciat, & plures quam quadraginta dies forſan eſſe poſſint, quia res fieri poteſt quum pepererit fœminam, de qua & ſimilibus noſtra loquitur Miſha.

ז האשה שיש עליה ספק חמשה זיבות וספק חמשה לידות (ס"א בהפך) מביאה קרבן אחד ואוכלת בזבחים ואין השאר עליה חובה חמש לידות ודאות חמש זיבות ודאות מביאה קרבן אחד ואוכלת בזבחים והשאר עליה חובה מעשה שעמדו קנים בירושלם בדנרי זהב אמר רבן שמעון בן גמליאל המעון הזה לא אלין הלילה עד שיהוא בדינרין נכנס לבית דין ולימד האשה שיש עליה חמש לידות ודאות חמש זיבות ודאות מביאה קרבן אחד ואוכלת בזבחים ואין השאר עליה חובה ועמדו קנים בו ביום ברבעתים :

7. Si ſuper muliere erit dubium quinque fluxuum, aut dubium quinque partuum, adfert ſacrificium tantum unum, ac comedit de ſacrificiis; ad reliqua autem non obligatur. Si erunt quinque partus certi, & quinque fluxus certi, adfert ſacrificium unum, & comedit de ſacrificiis; ſed ad reliqua adhuc obligatur. Legitur hiſtoria, quod valuerunt bini nidi denarios duos aureos. Dixit R. Simeon Ben Gamaliel; per Templum non pernoctabo nocte hac, donec valeant denarios (argenteos duos.) Intravit itaque in domum judicii, docuitque; ſi ſuper muliere quinque partus certi, & quinque fluxus certi ſint, adfert ſacrificium unum, comeditque de ſacrificiis, nec relinquitur ſuper ea debitum. Tum valere ceperunt nidi (duo i. e. paria turturum) eodem die duas quartas (denarii argentei.)

R. OB. DE BARTENORA.

ספק חמשה זיבות *Dubium quinque fluxuum*, ſcil. feminifluæ dubium ſi illa erraverit, & tres dies viderit fluxum & neſciverit an eum viderit intra dies menſtrui, an vero intra dies fluxus, adducet ſacrificium, ſed id non comedetur. Cæterum dubius partus eſt, ſi abortum fecerit ſed neſciverit quid abortiverit, & quinque dubia fluxus habuerit, vel quinque dubia partus.

מביאה קרבן אחד *Adducet ſacrificium unum*, nempe ſacrificium ex ave quod pro dubio offertur. *Et comedet de ſacrificiis*, quia hoc ſacrificium adducitur pro purificatione, & quaſi baptiſmus pro ipſa eſt, ſi enim mulier aliquoties polluta fuerit, unus baptiſmus ſufficit pro omnibus; eodem modo cum hoc ſacrificio comparatum eſt.

ואין השאר עליה חובה *In reliqua non cadit debitum*, Sapientes non obligarunt puerperam ut ea adducat, nam unum vix offerri permiſerunt ex dubio ungue ſectionis profani in atrio, nam ſi res ita non ſit, non eſſet remedium ad purificandum ſe pro ſanctis. *Quinque partus certi, aut quinque fluxus certi &c.* uti jam expoſuimus.

והשאר עליה חובה *Sed in reliqua cadit debitum*, uti dicitur in Beraita, diceremus quod illa unum ſacrificium adducere deberet pro partu antequam dies impleti fuiſſent, & pro partu poſtquam dies purificationis impleti fuiſſent, idcirco dicitur Levit. 12, 17. *Hæc eſt Lex puerperæ.* Per *nidos* intelliguntur duo nidi quatuor turturum. *Denarios aureos*, duo denarii aurei expendendi ſunt pro quolibet nido. המעון הזה *habitaculum hoc*, eſt modus jurandi. *Intravit domum judicii*, etſi in negotio Legis allevaverit, & contra jus docuerit, tamen id fecit data occaſione, ſi enim ita res non eſſet, non forent pauperes, & nequidem unum adducerent, & ſancta comederent in immunditie corporea. *Duas quartas*, duos nidos pro duabus quartis denarii argentei, denarius vero aureus eſt viginti & quinque denariorum argenteorum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam aliquoties expoſuimus quod ei qui a peccatis nondum penitus expiatus eſt, non liceat comedere de ſanctis; dixerunt Sapientes, ſi occiderit ſol, comedat de oblatione prima, ſi vero ſacrificium expiationis adduxerit, comedat de ſanctis. Sequenti autem capite exponetur quod feminiflua & puerpera referantur inter eos qui nondum penitus expiati ſunt, idcirco dicit auctor, *unum adducet ſacrificium, & comedet de ſacrificiis*, nempe, quod ei licet de ſanctis comedere quandoquidem unum adduxit ſacrificium. Et conſtabit tibi e Lege quod feminifluæ ſacrificium e duobus turturibus vel e duobus columbæ pullis offerendum ſit, ſic etiam puerpera offerat duntaxat ſacrificium expiationis ex avibus. Per *nidos* hic intelliguntur turtures & columbarum pulli. Sed jam expoſuimus capite decimo tractatus de Dote quod denarius aureus ſit viginti quinque denariorum argenteorum. Duorum vero quartariorum pretium eſt, quarta pars denarii argentei ſive ſex drachmarum, uti aliquoties expoſitum eſt; idcirco duo columbarum pulli comparantur drachma & dimidio; ſed tibi jam conſtat quod drachma ſit ſedecim granorum hordeaceorum; deciſio eſt ſecundum Rabban Simeon filium Gamalielis.

פרק ב ארבעה מחוסרי כפורים (ש"ס כפרה)

Caput 2. Quatuor ſunt qui indigent expiationibus,

וארבעה מביאין על הזדון כשגגה אלו הן מחוסרי כפורים הזב והזבה והיולדת והמצורע רבי אליעזר בן יעקב אומר גר מחוסר כפרה עד שיזרק עליו הדם ונזיר ליינו ותגלחתו וטומאתו :

item quatuor ſunt qui adferunt munus, pro peccato de induſtria commiſſo, tanquam ſi ex errore. Hi ſunt quibus expiatio deeſt (1.) vir fluxum patiens, (2.) fœmina fluxum patiens, (3.) puerpera, (4.) Leproſus. Rabbi Elieſer filius Jacobi dicit; peregrinus indiget expiatione, donec ſparſus fuerit ſuper eum ſanguis (circumciſionis:) & Naſiræus, ut vinum, raſura, immunditieſque (ipſi fiant licita.)

R. OB. DE BARTENORA.

ארבעה מחוסרי כפרה *Quatuor ſunt qui expiatione indigent*, qui ſacrificia adducunt, non pro peccatis, ſed quod de ſanctis comederunt. *Et leproſus*, quod auctor hic non enumerat leproſam ſicuti ſeminifluum & ſeminifluam, ejus ratio eſt, quod ſeminifluus & ſeminiflua differunt in fundamento immunditiei, quia ſeminifluus immundus eſt per viſiones ſanguinis, licet enim ter viderit uno die, immundus eſt, & ſacrificium offerre tenetur; ſeminiflua vero non adducit ſacrificium, niſi donec intra tres dies continuos viderit ſanguinem, idcirco eos auctor recenſet pro duobus. Leproſi vero & leproſæ immundities non differt in fundamento, quia utriuſque immunditiei quantitas eſt faba freſſa.

גר מחוסר כפרה *Peregrinus indiget expiatione*, primus doctor putat quod cum peregrinus ſit circumciſus & baptizatus, de ſanctis comedere poſſit, & quod ſacrificium eum non impediat, ſed introitus in eccleſiam, idcirco ipſum non enumerat inter eos qui expiatione indigent.

עד שיזרק עליו הדם *Donec ſuper ipſo conſperſus ſit ſanguis*, ſi oblationem e pecore adduxerit, vel holocauſtum ex ave donec illius ſanguis expreſſus ſit ſuper altaris pariete. *Et Nazyræus pro vino & raſura ipſius*, ſi Nazyræus adduxerit ſacrificium, licet ei bibere vinum, tondere ſe, atque polluere mortuis; etſi enim diei Nazyræatus ipſius completi fuerint, tamen ei non licet bibere vinum nec tonderi, nec mortuis ſe polluere, niſi donec ſacrificium adduxerit. Doctor primus non recenſet Nazyræum, ſed tales expiationes duntaxat quibus homini de ſanctis comedere licet; Nazyræum vero qui ſacrificium adduxit, ut ei liceat vinum bibere profanum, non recenſet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Seminifluus & ſeminiflua duo ſunt, ſed leproſum atque leproſam non enumeravit auctor, quia fundamentum immunditiei ſeminiflui & ſeminifluæ diverſum eſt, ſeminiflua enim non tenetur ſacrificium offerre niſi donec per tres dies continuos viderit ſanguinem; ſi vero ſanguinem vel millies viderit uno die, tamen non tenetur ad ſacrificium. Seminifluus autem tenetur ad ſacrificium ſi ter viderit ſanguinem, etſi in una eum viderit hora; & hoc eſt quod dixerunt, Lex vult ut ſeminiflui res dependeat a viſionibus, ſeminiflua vero a diebus. Sed nos caſus hoſce jam meminimus in fine tractatus Megilla, & octavo capite de Paſchate; & in tractatu de Seminifluis idem quoque exponetur. Leproſi vero & leproſæ immundities æquali gaudet fundamento, quia plaga lepræ in utroque æqualis eſt inſtar fabæ freſſæ; & non dicimus, hic lepræ color in viris polluit, & non in fœminis, vel contra. Sed inter ſeminifluum atque ſeminifluam Deus differentiam eſſe voluit, ſed non ita in lepra. In iſtis ergo caſibus non diſſentit R. Eliezer filius Jacobi a Sapientibus, niſi de peregrino, doctor enim primus putat quod cum peregrinus circumciſus ſit & baptizatus, ei liceat de ſanctis comedere; ſacrificium vero eſſe præceptum ſimplex. R. Eliezer ſtatuit quod ei licet de ſanctis comedere donec ſanguis pro ipſo ſparſus ſit, vel donec ſacrificium ex ave adduxerit. Nam in prologo hujuſce libri jam expoſuimus quod peregrini ſacrificium ſit duo turtures, vel duo columbæ pulli, ambo in holocauſtum, perinde ac ſi dixiſſet, donec ſanguis exprimatur. Doctor autem primus expiatione indigentem vocat eum cujus ſacrificii adductio ipſum impedit de ſanctis comedere, idcirco Nazyræum non recenſet, quia adductio ſacrificiorum illius non impedit ipſum a vino bibendo, tonſura, & immunditie. Sed R. Eliezer hocce nomine vocat omnem cujus ſacrificii adductio ipſum impedit, a quacunque id fiat re. Deciſio non eſt ſecundum R. Eliezerem filium Jacobi. Enumerat vero auctor quatuor ad excludendum dictum R. Eliezeris filii Jacobi, dicentis quod peregrinus expiatione indiget.

ב אלו מביאין על הזדון כשגגה הבא על השפחה ונזיר שנטמא ועל שבועת העדות ועל שבועת הפקדון :

2. Hi ſunt, qui adferunt (munus) pro malitia, ſi maximè tantum erraverint. (1.) Qui congreditur cum ancilla. (2.) Naſiræus, qui pollutus eſt, (3.) propter juramentum teſtimoniale, aut (4.) propter juramentum depoſiti (reus.)

R. OB. DE BARTENORA

הבא על השפחה *Qui congreſſus fuerit cum ancilla*, nempe deſponſa, quia Levit. 19, 22. dicitur, *Et expiabit ſacerdos ſuper eo ariete reatus pro peccato ipſius*; & porro ibidem ſcriptum eſt, *& condonabitur ei a peccato ſuo quod peccavit*, ad peccata tam de induſtria quam ex errore facta includenda. *Et Nazyræus pollutus* ſicuti ſcriptum eſt Num. 6, 9. *Et quum obierit mortuus ſuper ipſo celerrime*, ubi per פתע intelligitur peccatum ex errore factum: per פתאום vero peccatum de induſtria factum, quia mulcta non infligitur cuiquam niſi ob peccatum de induſtria factum. *Et propter jusjurandum teſtimonii*, reſpectu ſacrificii aſcendentis & deſcendentis ſcriptum eſt in caſu juramenti teſtimonii tam ejus qui ex errore quam qui ex induſtria juraverit, quia de omnibus dicitur, *& ſi occultum fuerit*, at hic non exprimuntur iſta verba. *Propter jusjurandum depoſiti*, quod ſcil. dictum eſt de juramento depoſiti, ob id tenetur tam ſi errore quam ſi de induſtria juraverit, quod colligitur ex eo quod bis dicitur, *& ſi peccaverit*, reſpectu jurisjurandi teſtimonii.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia hæc traditione accepta ſunt, etſi ex Lege indigitentur, uti dixerunt, de Nazyræo dicitur פתע *ſubito*, hoc eſt ex errore; quod additur פתאם *momento*, id eſt de induſtria, quia dicitur Prov. 22, 3. ופתאים עברו ונענשו ac ſi dixiſſet momentum tantum eſſe in intentione. De eo qui coiverit cum ancilla deſponſa dicitur, ונסלח לו ad quæ verba dixerunt ita loqui Legem ad peccatum errore patratum aſſimilandum peccato de induſtria patrato, nempe, quod hoc ſacrificio ei expiatio fiet quocunque modo. Sed de jurejurando teſtimonii non dicuntur illa verba, *& ſi ipſum latuerit*; dixerunt Sapientes, de omnibus dicitur, *& ſi ipſum latuerit*, ſed hic non; ratio eſt ut peccatum ex errore commiſſum aſſimiletur peccato de induſtria commiſſo. Porro jusjurandum depoſiti colligimus e jurejurando teſtimonii per ſimilitudinem vocum, quia de uno dicitur *ſi peccaverit*, item de altero. In Toſaptha dicitur, quatuor adducunt tam ex errore quam de induſtria, & hi omnes liberi ſi coacte fecerint. Scias autem quod R. Simeon jusjurandum depoſiti non colligit a jurejurando teſtimonii, ſed is ſtatuit quod de induſtria non tenetur ad ſacrificium in jurejurando depoſiti, idcirco hic dicitur, quatuor adducunt tam pro peccato de induſtria quam ex errore commiſſo, ad excludendum R. Simeonis dictum. Et de eo qui coiverit cum ſerva deſponſa

ſponſa dicitur Levit. 5, 16. *Et expiabit ipſum ſacerdos ariete reatus*, & poſtea ſequitur, *ab omni peccato quo peccavit*, ſcil. ab omni peccato quo peccavit in coitu iſto, expiabit ipſum aries reatus. Sed hoc duntaxat intelligendum eſt ſi mas coiverit cum una ſerva aliquoties; at ſi cum multis coiverit ſervabus, licet in una id factum fuerit occultatione, tamen pro unaquaque tenetur ſacrificio, ex eo quod Lex dicit Levit. 19, 20. והיא שפחה

ג המשה מביאין קרבן אחד על עבירות הרבה והמשה מביאים קרבן עולה ויורד אלו מביאין קרבן אחד על עבירות הרבה הבא על השפחה ביאות הרבה ונזיר שנטמא טומאות הרבה והמקנא לאשתו על ידי אנשים הרבה ומצורע שנתנגע נגעים הרבה הביא צפוריו ונתנגע לא עלו לו (ש"ס) עד שיביא את חטאתו רבי יהודה אומר עד שיביא את אשמו :

3. Quinque adferunt oblationem unam propter multa peccata: Item quinque adferunt oblationem aſcendentis & deſcendentis (h. e. majorem minoremve, juxta qualitatem perſonæ, divitis aut pauperis, æſtimandam.) Hi ſunt, qui adferunt oblationem unam propter peccata multa. (1.) Qui congreditur cum ancilla congreſſibus multis. (2.) Naſiræus, qui pollutus pollutionibus multis. (3.) Zelotypus erga uxorem ſuam propter multos viros. (4.) Leproſus, qui multis plagis affectus eſt. Qui verò, ſi attulerit aves ſuas; & denuò percuſſus fuerit; non ſatisfaciunt pro eo, uſque dum attulerit ſacrificium pro peccato ſuo. Rabbi Jehuda inquit; donec attulerit oblationem pro reatu ſuo.

R. OB. DE BARTENORA.

הבא על שפחה הרבה *Qui congreditur cum ancilla ſæpius*, deſponſa, quia Levit. 19, 12. dicitur, *Et expiabit ipſum ſacerdos ariete reatus ſuper peccato quod peccavit*; ſed quare addidit illa verba, *quod peccavit*? ad includendum peccata tam ſcienter quam inſcienter commiſſa. Sed quando dicit, *cum venerit*, indigitantur multi coitus una vice; at ſi quis cum multis ancillis coiverit, licet in unica occultatione, tamen pro qualibet ancilla tenetur, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 19, 20. והיא שפחה *& illa fuerit ancilla.*

ונזיר שנטמא טומאות הרבה *Et Nazyræus qui pollutus eſt multis immunditiebus*, quando is pollutus fuerit intra ſeptem dies immunditiei ipſius, non requiritur ut dicamus quod non adducat niſi ſacrificium unum, nam immundities longa eſt, & hoc tradidit de die ſeptimo quo pollutus eſt, qui eſt dies tonſuræ ipſius. Putat autem hicce doctor quod locus Num. 6, 11. *Et conſecrabit caput ſuum iſto die*, ſit dies ſeptimus tonſionis ipſius, quia iſto die in ipſum cadit Nazyreatus mundus. Jam vero cogitare poſſes quod bis polluatur die ſeptimo, & propterea ipſum in multas incidere impuritates, nam ſi Nazyræatum purum inceperit, ad duo tenetur ſacrificia, idcirco nos docet auctor, quod is vi קרבן *oblationis* ad unam tenetur duntaxat, quia hic Nazyræatus nondum venit ad tempus opportunum pro ſacrificio. Etſi enim Nazyræatus purus in ipſum incidat die ſeptimo pro ſacrificio legitimo, nihilominus tamen pro ſacrificio die octavo duntaxat legitimum tempus incidit. *Si quis in uxorem ſuam zelotypiam exerceat ope virorum multorum*, uti ſcriptum eſt Num. 5, 29. *Hæc eſt Lex zelotypiæ*, una autem Lex pro multis zelotypiis lata eſt.

ומזורע שנתנגע נגעים הרבה *Et leproſus qui multis eſt affectus plagis*, ſi affectus ſit & aliquoties ſanatus, adducet unicum modo ſacrificium pro omnibus, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 14, 2. *Hæc eſt Lex leproſi*, una ergo Lex eſt pro multis lepris. *Si duas adduxerit aves, & denuo affectus fuerit*, in Gemara ita ſenſus exponitur, non imputantur ei aves ad conſtituendum ipſum in paupertate vel divitiis, nam ſi pauper eſſet dum adducebat aves, & dives factus antequam adduxiſſet ſacrificium pro peccato, requirebatur ut ſacrificium divitis offerret, ſi vero dives eſſet & pauper factus fuiſſet poſtea, requirebatur ut divitis ſacrificium adduceret, quia nos ſequimur tempus ſacrificii pro peccato, tam in divite quam in paupere, quemadmodum ſcriptum eſt Levit. 14, 33. אשר לא תשיג ידו בטהרתו Quando autem manus illius non aſſecuta fuerit in tempore purificationis illius, adducet ſacrificium pauperis etſi poſtea dives factus fuerit, & hoc eſt quod dicitur loco citato בטהרתו quod eſt ſacrificium expiationis pro peccato ipſius.

עד שיביא אשמתו *Donec adduxerit ſacrificium pro reatu ipſius*, quia בטהרתו intelligitur ſacrificium pro reatu illius, ſacerdos autem ſanguinem dabit ſuper pollices illius, atque hoc modo ipſum reddet idoneum ad ſancta comedenda; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando auctor dicit, *& Nazyræus qui pollutus fuerit multis pollutionibus*, non vult dicere quod multis impuritatibus pollutus ſit uno die, id enim ſatis clarum eſt, & propterea non memorantur multæ immundities; ſed hæc in animo dicenda habuit, nempe, ſi Nazyræus pollutus fuerit mortuo, expectabit ſeptem dies ſecundum jus omnis immundi, die autem ſeptimo radet caput ſuum, & octavo adducet oblationes ſuas; priores vero dies intercedent, & tum denuo incipiet enumerare dies Nazyræatus ipſius, uti diximus capite ſexto tractatus de Nazyræis; & de hoc non diſſentiunt. Cæterum extat Num. 6, 11. *Et conſecrabit caput ſuum iſto die*, & de hiſce verbis diſſentiunt doctores, Rabbi dicit hoc fieri debere die octavo, quo die in ipſum incidit Nazyræatus purus. R. Joſe filius R. Jehudæ dicit eſſe diem ſeptimum qui eſt dies tonſuræ, & poſt tonſuram in ipſum incidere Nazyræatum purum. R. Joſe dicit quod ſi Nazyræus ſeptimo die pollutus fuerit, & poſtea denuo pollutus fuerit die ſeptimo, etſi jam in ipſum inciderit Nazyræatus purus, cenſetur una tantum immundities, & propterea ad unam duntaxat immunditiem tenetur, quandoquidem prima immundities non aſſecuta eſt alteram, quæ idonea eſt ad ſacrificium offerendum, idcirco dicitur, *quinque adducunt ſacrificia pro multis peccatis*, ad includendum Nazyræum ſecundum R. Joſen. Verum ſecundum ſententiam Rabbi ſunt quatuor, quia Nazyræus ſeptimo die pollutus non enumeratur, quandoquidem ſecundum ipſum non dicendum eſt, quoniam in eum Nazyræatus puritatis non prius incidit niſi octavo die. Et quod de leproſo dicitur, *non valent ei*, unde conſtat quod alias columbas adducere debet, non eſt indicio quod duo adducet ſacrificia, quia jam dixit quod unum adducet ſacrificium pro multis plagis, etſi ſanatus fuerit & poſtea denuo millies plaga affectus fuerit. Sed indicio eſt eum qui columbas adduxerit dum pauper erat, & poſtea dives factus fuerit, vel contra, non debere ſacrificium offerre ſecundum ſtatum illius in quo verſabatur quando adducebat columbas, quia nec in divitiis nec in paupertate confirmatur niſi donec adduxerit ſacrificium pro peccato; ſi igitur pauper eſſet dum adducebat ſuum ſacrificium pro peccato, reliqua ſacrificia adducet pauperis, etſi dives factus fuerit; ſi vero dives eſſet dum adducebat ſuum ſacrificium pro peccato, adducet reliqua ſacrificia divitis, etſi pauper factus fuerit. R. Jehuda dicit, tempus adductionis ſacrificii pro reatu non attendendum eſſe; deciſio non eſt ſecundum ipſum.

ד האשה שילדה ולדות הרבה הפילה בתוך שמונים נקבה וחזרה והפילה בתוך שמונים נקבה והמפלת תאומים רבי יהודה אומר מביאה על הראשון ואינה מביאה על השני מביאה על השלישי ואינה מביאה על הרביעי אלו מביאין קרבן עולה ויורד על שמיעת הקול ועל ביטוי שפתים ועל טומאת מקדש וקדשיו והיולדת והמצורע ומה בין השפחה לבין כל העריות שלא שותה להן לא בעונש ולא בקרבן שכל העריות בחטאת והשפחה באשם (ש"ס כל הערית בנקבה ושפחה בזכר) כל העריות אחד האיש ואחד האשה שוין במכות ובקרבן ובשפחה לא השוה את האיש לאשה במכות ולא את האשה לאיש בקרבן כל העריות עשה בהן את המערה כגומר וחייב על כל ביאה וביאה זה חומר החמיר בשפחה שעשה בה את המזיד כשוגג :

4. Mulier, quæ peperit partus multos. E. g. ſi abortum fecerit intra dies puerperii fœminini (h. e. femella edita) octuaginta: & iterum fecerit abortum intra dies puerperii fœminini octuaginta; Item, ſi abortum fecerit geminorum. Rabbi Jehuda quidem ait; affert pro primo, non autem affert pro ſecundo; affert item pro tertio, aſt non affert pro quarto. Hi ſunt, qui adferunt oblationem, quæ (ratione pretii, juxta qualitatem perſonæ) aſcendit & deſcendit; (1) (Reus) propter auditionem vocis (maledicti,) (2.) propter promiſſum labiorum (votum promiſſorium non ſervatum,) (3.) propter pollutionem ſanctuarii, aut ſanctorum ejus; (4.) puerpera: (5.) leproſus. Quid vero intereſt inter ancillam ac inter perſonas (ob inceſtum) prohibitas? (Hoc intereſt,) quod nec in mulcta par hiſce eſt, nec in ſacrificio. Nam omnes perſonæ prohibitæ obligantur ad ſacrificium pro peccato: at ancilla ad oblationem pro reatu. Omnes perſonæ prohibitæ ad fœmininum: at ancilla ad maſculum ſacrificium. Omnes perſonæ prohibitæ, ſive viri, ſive fœminæ ſint, æquales ſunt quoad plagas quadraginta, & quoad ſacrificium: ſed quoad ancillam non exæquavit (Deus) virum fœminæ, quoad plagas quadraginta, neque fœminam viro quoad ſacrificium. In omnibus etiam inceſtibus æquavit corrumpentem (tantum,) abſolventi ipſum actum: & reus fit (homo) ſuper ſingulis congreſſibus. Hoc rigoris tantum conſtituit quoad ancillam, quod æquavit in ea facienti ex propoſito eum, qui ex errore.

R. OB. DE BARTENORA.

האשה שילדה ולדות הרבה *Mulier quæ peperit multos partus*, hæc ſtatim exponit, nempe ſi intra octoginta dies fœminei partus abortiverit, & immiſerit ſe aquis poſt duas ſeptimanas, atque tum imprægnata fuerit fœminamque abortiverit poſt quadraginta dies a formatione, qui ſunt quinquaginta quatuor dies poſt primum partum, rurſuſque abortiverit poſt quinquaginta quatuor dies iſtos. Cæterum locutus eſt auctor de fœmineo abortu, quia in maſculo aliter ſe res habet; nam ſi abortiverit intra quadraginta dies partus maſculini, hic ſecundus abortus mera duntaxat aqua eſt, quia fœtus in utero non formatur niſi poſt quadraginta dies.

והמפלת תאמים *Et quæ gemellos abortiverit*, etſi ambo maſculi ſint, nam ſi gravida ſit tribus, atque unum abortiverit poſt quadraginta dies, ſecundus vero lente prodierit in diebus puritatis primi, & tertius in diebus puritatis ſecundi, pro iſtis omnibus unicum duntaxat ſacrificium adducendum eſt, quia ſcriptum eſt Levit. 12, 17. זאת תורת הילדת unde conſtat quod pro multis partibus unicum duntaxat ſacrificium offerri debeat; inſuper exinde intelligere potuiſſemus quaſi etiam pro partu ante complementum dierum, & pro partu poſt complementum dierum unicum duntaxat ſacrificium ſit offerendum, ideo Lex dicit ואת *hæc*.

רבי יהודה אומר מביאה על הראשון ואינו מביאה על השני *R. Jehuda dicit, adducat pro primo, & non pro ſecundo*, R. Jehuda contradicit tam de natis quam de gemellis, & ſtatuit quod puerpera adducet ſacrificium pro nato primo, & non pro ſecundo qui natus eſt intra tempus complementi primi nati; & pro tertio adducet ſacrificium, quia iſte non eſt natus intra complementum primi, tertius autem eſt principium partus. Sed pro quarto non adducet, quandoquidem is natus eſt intra complementum tertii, tertius vero non eſt natus intra complementum primi, quia dies immunditiei primi nati jam præterierunt. Porro R. Jehuda quoque contradicit de gemellis, etſi enim conceptio illorum ſimul facta ſit, tamen non dicimus quod partus ſit prolongatus, & ſecundo

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

האשה שילדה ולדות הרבה *Mulier quæ peperit partus multos*, nempe intra dies complementi puerperii, ſicuti expoſuimus. In Siphra dicunt, quando Lex dicit, *hæc eſt Lex de puerperio*, docet nos quod puerpera unum adducet ſacrificium pro multis partibus, hinc intelligere potuiſſemus quaſi pro partu ante complementum illius, & poſt complementum illius adduci deberet, idcirco Lex dicit ואת *hæc*. Poſtea R. Jehuda Sapientibus repugnat in eo quod fœmina abortivit intra octodecim dies a partu fœmineo, dicunt autem Sapientes quod pro omni eo quod puerpera abortiverit intra tempus ſecundi partus, non tenetur offerre ſacrificium, quia id eſt tempus quod continetur in complemento abortus, ſcil. partus ſecundi; ſic etiam neque pro omni eo quod abortiverit intra octoginta dies a partu primo, tenetur ſacrificium offerre, ſed pro eo quod poſt octoginta dies primi partus abortiverit, & ſi hoc factum fuerit intra partum ſecundum, tenetur ſacrificium offerre, quia dicimus quod ad primum partum referri debeat, & quod ſecundus partus cenſetur perinde ac ſi non fuiſſet. Poſtea dicit quod R. Jehuda quoque repugnat Sapientibus ſi quæ mulier gemellos pepererit, & is non dicit quod ſit partus prolongatus, & propterea de ſecundo numerandum eſſe, nam R. Jehuda tenet pro fundamento quod de primo partu numerant, ſi maſculus fuerit, a maſculo, & ſi fœmineus fuerit, a fœmineo; impletis autem diebus primi partus adducet ſacrificium, & ſecundi partus non habebitur ratio. Si vero denuo gemellos abortiverit poſt primi partus complementum, & intra dies ſecundi partus, pro primo nato adducet, qui eſt tertius gemellorum quos peperit, & non adducet ſacrificium pro quarto. Cæterum jam tibi expoſitum eſt quod ſenſus vocis תביא *adducet*, hic ſit, quod dies complementi numerandi ſint, & poſtea ſacrificium adducendum; quidquid autem intra iſtud tempus pepererit, cenſetur perinde ac ſi nunquam fuiſſet. Sed tota hæc controverſia eſt in caſu ſacrificii; ſed in caſu immunditiei omnes concedunt quod quoties maſculum abortiverit, toties ſeptem dies in ſanguine immunditiei manere debet,

cundo etiam implementum ipſius eſt, & pro tertio adducenda ſunt ſacrificia. Si vero tertius natus fuerit ante complementum dierum primi partus, putat R. Jehuda quod pro tertio adducet ſacrificium, ſed complementi ſecundi partus non eſt habenda ratio, quia iſte cenſetur perinde ac ſi non fuiſſet. Quando autem R. Jehuda dicit ſecundum partum cenſeri perinde ac ſi non fuiſſet, id intelligendum eſt in caſu ſacrificii, quandoquidem natus fuit intra tempus ſacrificii primi; ſed in caſu immunditiei is concedit quod ei ſunt dies immunditiei, & quoties maſculum abortiverit, ob ipſum manebit ſeptem dies in immunditie, & triginta tres in ſanguine puritatis; ſi vero fœminam abortiverit, duas ſeptimanas erit in immunditie, & ſexaginta ſex in ſanguine puritatis; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

עולה ויורד *Aſcendens & deſcendens*, quod aſcendit pro divite & deſcendit pro paupere, ſi enim dives ſit, agnam aut capram adducet, ſi pauper, adducet turtures & filios columbarum; qui vero omnium pauperrimus eſt, is adducet decimam Ephæ ſimilæ. על שמיעת הקול *ob auditionem vocis*, ſi audiverit vocem jurisjurandi, vel ob immunditiem Templi ejuſdemque ſanctitatum ex errore, vel ob jusjurandum labiorum, qui tres caſus conſcripti ſunt capite quinto Levitici, quid adducent pauperes & omnium pauperrimi. והיולדת *& puerpera*, in divitiis ipſius adducet agnum in holocauſtum, & pullum columbæ, vel turturem in ſacrificium pro peccato, in paupertate autem duos turtures vel duos columbæ pullos, nam una avis adducitur pro agno; quæ vero in extrema verſatur paupertate, ea in Lege non denotatur reſpectu puerperii. Pariter leproſus dives duos adducet agnos, pauper vero duos turtures pro duobus agnis; ſed omnium pauperrimi hac in parte nulla mentio facta eſt. *Æquales ſunt quoad plagas & ſacrificium*, ſi de induſtria fecerint, ambo plagis afficientur quadraginta, ſicuti dicitur Num. 5, 6. *Vir aut fœmina fecerit aliquid ex omni ſi peccato hominis*, ubi mulier cum viro comparatur in omnibus Legis pœnis; ſi vero erraverint, ambo adducant ſacrificium, quia de ambobus ſcripta pœna excidii ob peccatum de induſtria commiſſum, ſicuti dicitur Levit. 18, 29. *Et excidentur animæ quæ fecerunt*, cujus vero pœna eſt excidium ob peccatum de induſtria commiſſum, is pro peccato ex errore commiſſo adferat ſacrificium pro peccato. *Sed quod ad ancillam, (Deus) non exæquavit virum fœminæ*, nam fœmina plagis afficietur quemadmodum dicitur Levit. 19, 20. בקרת תהיה ea igitur luet plagas, & is adducet ſacrificium pro reatu ex agno. Plagarum vero pœna exprimitur voce בקרת *lectione* i. e. קרי״א, a קרא *legere*, quia de eo qui plagis afficiebatur dicebant illa verba quæ extant Deut. 28, 59. Vel hæc vox denotat inquiſitionem a בקר inquiſivit, ſenatores enim inquirebant quot plagas perferre poterat reus. המערה *qui denudaverit*, ita is dicitur vir qui membri ſui virilis caput in fœmineum duntaxat intromiſit, & aſſimilatur ei qui jam actum perfecit; tenetur autem ob coitum tam extra quam contra conſuetudinem, quia Lex in plurali dicit Levit. 18, 22. משכבי אשה Cæterum reſpectu ſervæ nemo tenetur ob coitum contra conſuetudinem factum, niſi actum omnino perfecerit, quia de ipſa dicitur שכבת זרע Porro dicit auctor, *reus fit (homo) ſuper ſingulis congreſſibus*, de ſerva diximus ſuperius quod unum ſacrificium adducendum ſit pro multis congreſſibus. *Ejus qui de induſtria egerit & ejus qui ex errore, æqualis eſt conditio*, ſi ambo de induſtria, at ſi ille ex errore & illa de induſtria egerit, illa plagas luet, & ille ſacrificium adducet; at ſi illa erraverit, ſive is egerit ex errore ſive de induſtria, ambo liberi ſunt, quia Levit. 19, 20. ſcriptum eſt בקרת תהיה & poſtea dicitur והביא את אשמו quando igitur mulier luit pœnas, tum vir adducet ſacrificium, ſi vero mulier non luat pœnas, nec vir adducet.

debet, & triginta tres dies in ſanguine puritatis. Quoties autem fœminam abortiverit, quatuordecim dies manebit in ſanguine immunditiei, & octoginta dies complementi manebit in ſanguine puritatis. Et ita expoſitum eſt, quando dicitur ſecundum partum cenſeri perinde ac ſi non fuiſſet, id intelligendum eſt de caſu ſacrificii; ſed dies immunditiei tamen ipſi adſcribuntur; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

עולה ויורד *Aſcendens & deſcendens*, puta ſacrificium cujus pretium aſcendit in divite, & deſcendit in paupere; ſi enim dives ſit, adducit pecus aliquod, ſi pauper, adducit avem aliquam. Sed hæc omnia jam expoſita ſunt in ipſa Lege, & in prologo hujuſce libri. Dicit vero quod quinque adducant ſacrificium aſcendens & deſcendens, etſi eos jam recenſuerit, ut ita excludat ſententiam R. Eliezeris, qui dixit capite ſecundo tractatus de Teſtificationibus, quod princeps, ſi erraverit in ſanctuarii immunditie, vel in ejuſdem ſanctitatibus, adducet hœdum, ſed non ſacrificium pro immunditie ſanctuarii, ejuſdemque ſanctitatum; & ibidem expoſuimus quod ita non ſit deciſio. Sed hypotheſis nobis eſt quod ſerva deſponſa plagis afficietur ob admiſſum coitum, at non vir qui eum intulit, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 19, 20. בקרת תהיה ea igitur plagis, is vero ſacrificio multabitur; notavit autem Lex plagas voce בקרת *viſitatione*, quia homo non afficitur plagis niſi de viribus ipſius inquiſiverint, & conſpexerint quot plagas ſufferre poſſit, uti expoſuimus in fine tractatus de Plagis.

מערה Notat introitum in pudenda muliebria. כגומר *ut is qui actum perficit*; quod jam expoſitum eſt capite ſexto tractatus de Leviri officiis, ibidemque expoſuimus quod in omnibus inceſtibus non ſit differentia coitus, tam contra quam ſecundum conſuetudinem coëundi; ſi vero cum ſerva quis contra conſuetudinem coiverit, liber eſt, quia de ipſa dicit Lex, שכבת זרע *ſemen concubitus*.

ה איזו היא שפחה כל שחציה שפחה וחציה בת חורין שנאמר והפדה לא נפדתה דברי רבי עקיבא רבי ישמעאל אומר זו היא שפחה ודאית רבי אלעזר בן עזריה אומר כל העריות מפורשות ומה שיור אין לנו אלא שחציה שפחה וחציה בת חורין:

5. Quænam eſt ancilla? Etiam omnis illa, quæ ex dimidia parte eſt ancilla, ex dimidia autem parte libera: quoniam dicitur; & redimendo (plenè) non eſt redempta. Sic Rabbi Akiba. Rabbi Iiſchmaël quidem ait; atque hæc eſt ancilla certa (& perfecta.) Rabbi Eleaſar vero Ben Azariæ reſpondet; omnes mulieres prohibitæ expreſſæ ſunt (tanquam liberæ,) nec quicquam nobis addendum relictum eſt, niſi ea, quæ ex dimidia parte eſt ancilla, & ex dimidia parte libera.

R. OB. DE BARTENORA.

כל שחציה שפחה וחציה בת חורין *Omnis quæ dimidia ex parte ſerva eſt, & dimidia ex parte libera*, deſponſa ſervo Hebræo, qui licitus eſt ſervæ atque libertæ, at non ſervo Cananæo hæc licita eſt, quia is eſt prohibitus ei ob partem libertatis quæ in ipſo eſt; ſi vero ea non ſit dimidia ex parte ſerva, ſponſalia in ipſa locum habent, atque ambo interficiendi ſunt; jam vero ſponſalia in ipſa dimidia ex parte locum habent, ob dimidiam partem liberam, ſed ab utraque non obtinent, ob partem ſervitutis; & hoc eſt quod ſcri-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Exponendus eſt caſus de שפחה *ſerva* in Lege memorata, dicit ergo auctor id quod in Lege dicitur Levit. 19, 20. והפדה לא נפדתה intelligendum eſſe quod redemptio illius nondum perfecta ſit; & quod dicitur ibidem נחרפת לאיש id probat quod in ipſa contineatur modus Sponſalium. Sed hoc fieri nequit niſi quando ſervo Hebræo deſponſa fuerit, qui ei fecit ſponſalia, & tum ſit licita in matrimonium, ſicuti jam diximus capite ſexto tractatus de Commutatione ſacrificiorum, idcirco in ſerva obtinet קנין ſive legitimus acqui-

ſcriptum eſt Levit. 19, 20. *Non morientur quia non manumiſſa eſt*, ergo ſimulac manumiſſa fuerit, morientur.

והפדה לא נפדתה *Et redimendo non redimetur*, intelligitur redemptio ex parte, & non integra. *Hæc eſt ſerva certa*, ſcil. ſerva integra, & hoc eſt quod ſcriptum eſt, *& redimendo non redempta fuerit*, quæ verba continent communem loquendi formulam. *Omnes inceſtus expoſiti*, de libertis, reliqua nos non curamus; hæc autem omnino diverſa eſt, ſcil. partim ſerva & partim liberta. R. Eleazar filius Azariæ conſentit cum R. Akiba, niſi quod R. Iſmaëli dixit, ego aliis in locis etiam ſentio ſicut tu, nam Lex loquitur modo humano, hic autem aliter ſe res habet, nam quia Lex dicit, *quia non manumiſſa fuit*, *redimendo non redimetur*; inde infertur quod ea partim ſerva, partim liberta ſit; deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

quirendi modus. Quod autem ſerva deſponſa ſit & quod ſponſalia in ipſa obtinere poſſint ex parte, id probatur ex eo quod dicitur Levit. 19, 20. לא יומתו כי לא חופשה ergo ſimul ac manumiſſa fuerit, morientur. Nam dici nequit eum qui rem habuerit cum ſerva manumiſſa, mori debere quoniam illa jam libera eſt, uti reliquæ fœminæ, ſed quia deſponſa eſt & in ea pars ſervitutis eſt, nam ſi omnino redempta eſſet, uxor viri diceretur, & ambo interficiendi eſſent. Ita vero dixerunt, redempta eſt & non redempta, partim ſerva & partim libera, & deſponſa ſervo Hebræo, ita R. Akiba; atque ſecundum ipſum deciditur.

ו כל העריות אחד גדול ואחד קטן הקטן פטור אחד ער ואחד ישן הישן פטור אחד שוגג ואחד מזיד השוגג בחטאת והמזיד בהכרת :

6. Quæcunque fuerunt perſonæ inceſtuoſæ, ſi una earum adulta, altera minorennis fuerit; tum minorennis abſolvitur. Si una vigilans, altera dormiens; dormiens dimittitur. Si una fecerit ex errore, altera ex propoſito: tum quæ ex errore fecerit, ſacrificii pro peccato rea erit; ſed quæ ex propoſito, exciſionis.

R. OB. DE BARTENORA.

כל העריות אם האחד גדול *Omnes inceſtus quarum una adulta eſt*, vir aut fœmina, & alteruter minorennis, tum minorennis liber eſt, & adultus tenetur. Sed in ſerva aliter ſe res habet, nam ſi alterutra perſona ſit minorennis, adulta quoque libera eſt, quia ambæ æquiparantur ex eo quod dicitur Levit. 19, 20. בקרת תהיה והביא את אשמו quando ergo illa plagis afficitur, tum ille adducet ſacrificium, ſi vero illa non afficiatur plagis, ille non adducit ſacrificium. *Dormiens immunis eſt*, & vigilans tenetur; & in caſu ſervæ deſponſæ etiam immunis eſt vigilans, quia ſimiles ſunt uti diximus. *Qui ex errore fecerit*, *is tenetur ſacrificium offerre*, *qui de induſtria*, *exciſione tenetur*, ſi quis ſciens coiverit cum puella deſponſa inſciente, ambo liberi ſunt, nam cum mulier non afficitur plagis, nec vir adducit ſacrificium pro reatu; ſi vero is erraverit, & ea de induſtria fecerit, illa plagis afficietur, & ille adducet ſacrificium.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus capite ſeptimo de Synedriis, quod ſi quis cum parvula coiverit, tenetur, ſi is ſit adultus, & ea tres annos vel plures nata. Sic etiam ſi quis parvulus coiverit cum adulta, atque is novem fuerit annorum & diei unius, coitus illius non eſt verus coitus; atque ita ſe res habet in reliquis inceſtibus; ſed in ſerva deſponſa non tenetur propterea quod parvula ſit, etſi plures quam tres annos unumque diem habuerit, donec adoleverit. Sic etiam in omnibus inceſtibus, ſi unus vigilet & alter dormiat, is qui vigilavit, tenetur, niſi quis ſervam deſponſam ſubegerit dormientem, tum enim liber eſt; hoc intelligas volo. Sed jam expoſitum eſt non intereſſe inter eum qui ſciens vel inſciens commiſerit.

פרק ג אמרו לו אכלת חלב מביא חטאת עד אומר אכל ועד אומר לא אכל אשה אומרת אכל ואשה אומרת לא אכל מביא אשם תלוי עד אומר אכל והוא אומר לא אכלתי פטור שנים אומרים אכל והוא אומר לא אכלתי רבי מאיר מחייב אמר רבי מאיר אם הביאוהו שנים למיתה חמורה לא יביאוהו לקרבן הקל אמרו לו מה אם ירצה לומר מזיד הייתי :

Caput 3. Si dixerint alicui; ediſti adipem: adferat ſacrificium pro peccato. Si teſtis (unus) dixerit, edit; & alter dixerit, non edit: aut ſi mulier (una) dixerit, edit; & altera dixerit, non edit: adferat oblationem pro reatu dubio. Teſtis (unus) ſi dixerit, edit; & ipſe dixerit, non edi; liber eſt. Duo (teſtes) ſi dixerint, edit; & ipſe dixerit, non edi: Rabbi Meir obligat. Nam dixit Rabbi Meir: ſi poſſunt (teſtes) duo adducere eum ad mortem, quod eſt gravius quid; quare non poſſint eum adducere ad ſacrificium, quod eſt minus quid? ſed dixerunt illi; quid, ſi velit dicere, ex propoſito feci? (nonne tum liber eſt?)

R. OB. DE BARTENORA.

אמרו לו *Si ei dixerint*, etſi unus ei dixerit, ediſti adipem, & is tacuerit nilque reſponderit, adducit ſacrificium pro peccato ob dictum ipſius; ſi duo ei dixerint, comediſti adipem, etſi fuerint centum, is vero illis contradixerit, dicendo, certum eſt quod non comedi, non adducet ſacrificium pro illorum dicto, quia Lex dicit Levit. 4, 23. *Aut ſi innotuerit ei peccatum ipſius*, non quod alii id ei indicent. *R. Meyr obligat*, deciſio non eſt ſecundum R. Meyr. *Si duo ipſum ad mortem graviorem adduxerint*, ſi teſtati ſint quod homicidium commiſit. *Si voluerit*, *dicere poterit*, *feci de induſtria*, ſi mendacio ſe liberare velit, dicere poterit, de induſtria feci, qui vero de induſtria fecerit, is liber eſt a ſacrificio.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אמרו לו *Si dixerint ei*, at non tantum ſi duo fuerint, verum ſi vel unus fuerit qui ei dixerit, *comediſti adipem*, & is non contradixerit, ſed tacuerit, adducet ſacrificium. Si vero quiſpiam certus fuerit, & is reſponderit, non comedi, licet mille contra ipſum teſtati fuerint, & is contradixerit, non tenetur ſacrificio pro peccato, ſicuti dicitur Levit. 4, 23. *Aut ſi ei peccatum innotuerit*, non quod alii id ei indicaverint; deciſio non eſt ſecundum R. Meyr.

ב אכל חלב וחלב בהעלם אחד אינו חיב אלא חטאת

2. Si quis comederit adipem, alterumque adipem, ut

חטאת אחת אכל חלב ודם ונותר ופיגול בהעלם אחד חייב על כל אחד ואחד זה חומר במינין הרבה ממין אחד והומר במין אחד ממינין הרבה שאם אכל כחצי זית וחזר ואכל כחצי זית ממין אחד חייב משני מינין פטור :

ut ipſum lateat: non erit reus, niſi unius ſacrificii pro peccato. Sin comederit adipem, & ſanguinem, & reliquias, & abominabile quid, ut ipſum lateat res: reus ſit pro ſingulis. Hoc gravius eſt in ſpeciebus multis, quam in ſpecie una. Contrà gravius quid eſt in ſpecie una, quam in ſpeciebus multis: nimirum ſi comederit inſtar dimidii olivæ, ac redierit, rurſuſque comederit inſtar dimidii olivæ in ſpecie una: reus eſt. Si vero de duabus ſpeciebus: liber eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

חלב וחלב *Adipem & adipem*, ſi duas olivas adipis comederit in una ignorantia; at ſi in duabus ignorantiis, ob unamquamque olivam tenetur, quia nobis fundamentum eſt quod ignorantiæ duæ faciant duos reatus. *Si ex una ſpecie, tenetur*, hinc nos docet quod etiamſi duarum olivarum quantitas non fuerit ex una ſpecie, tamen conjungantur, quia ſcutellæ non diſtinguunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc ita ſe habent, quia in eadem ignorantia facta ſunt, at ſi bis adipem comederit in duabus ignorantiis, duo tenetur offerre ſacrificia pro peccato, quia nobis hypotheſis eſt quod ignorantiæ dividant. *Ob unam ſpeciem obligatur*, etſi opera coctionis differant, nam ſi dimidium olivæ de hocce decocto comederit, & tantundem de iſto decocto, tenetur, quia decocta non dividunt.

ג וכמה ישהה האוכלן כאלו אכלן קליות דברי רבי מאיר והכמים אומרים עד ששהה מתהילה ועד סוף כדי אכילת פרס אכל אוכלין טמאין ושתה משקין טמאין שתה רביעית יין ונכנס למקדש ושהה כדי אכילת פרס רבי אליעזר אומר אם הפסיק בה או שנתן לתוכו מים כל שהוא פטור :

3. Quantum moræ interponet, qui iſtas (duas dimidias olivas) comedit? Tantas, ac ſi comederet eas toſtas (h. e. unam ſtatim poſt alteram.) Verba ſunt Rabbi Meir. Verum Sapientes dicunt; donec a principio uſque ad finem tantum fecerit moræ, quantum comeſtio dimidii cibi miſcentis requirit. Si quis comederit cibos immundos, aut biberit potus immundos, (aut) biberit vini quartale, ingreſſus fuerit in ſanctuarium, moratuſque, inſtar comeſtionis dimidii (cibi miſcentis:) tum R. Elieſer dicit; ſi per intervalla fecerit, aut miſcuerit cum eo aquam, quantulumcunque etiam ſit, liber eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

וכמה ישהה האוכלן *Et quantum moræ interponet qui eas comedit*, ſcil. inter duo dimidia olivæ, quatenus illa conjungantur. כאלו אכלן קליות *quaſi comediſſet eas toſtas*, nam conſiderant eas quaſi jam in fruſta comminutæ eſſent, ut grana toſta, ipſumque eas comediſſe unam poſt alteram, hoc ſenſu, ſi is comederit dimidium olivæ, & poſt horam comederit alterum dimidium, detinueritque ſe a principio comeſtionis ad finem tamdiu ut cibi toſti comedi poſſint, tum conjunguntur moræ iſtæ comeſtionis. Si vero non interruperit comeſtionem, ſed inter manducandum moratus fuerit, licet integrum diem, conjunguntur ſecundum R. Meyr. עד ששהה מתחלה ועד סוף כדי אכילת פרס *Donec tamdiu tardaverit a principio uſque ad finem ut Peras comedi poſſit*, etſi inter comeſtionem dimidii olivæ unius atque alterius non tardaverit, ſed inter mandendum amborum dimidiorum olivæ tamdiu tardaverit ut interea cibus Peras comedi poſſet a principio uſque ad finem diglutionis, tum conjungantur; ſed ſi plus quam cibi Peras quantitatem comederit, non conjunguntur, deciſio eſt ſecundum Sapientes; פרס *Peras* eſt dimidium panis, quo termini Sabbatici commiſcentur, ſcil. tres panes menſuræ Cabi, quilibet enim panis octo eſt ovorum, quomodo fiet ut dimidium panis ſit ovorum quatuor, ita mei magiſtri expoſuerunt; ſed Maimonides trium ovorum quantitatem eſſe dicit.

אכל אוכלין טמאין *Si comederit edulia immunda*, ſi quis edulia immunda comederit in quantitate dimidii Peras, quod ſecundum magiſtros meos duorum eſt ovorum, ſed ovi & dimidii ſecundum Maimonidem, tum corpus illius ineptum eſt ad oblationem primam edendam. Pariter ſi quis potus immundos biberit in menſura quartarii, corpus illius ineptum eſt ad comedendum oblationem primam donec ſe laverit. Qui vero vini quartarium biberit, & intraverit Templum, tenetur exciſione. Jam vero dicit quod ſi in quantitate dimidii Peras de immundis cibis comedenda tardaverit, vel in quartario potus immundi qui conficit quantitatem

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quia antecedenti Miſna dictum eſt quod ſi comederit quis dimidium olivæ, & poſtea denuo dimidium olivæ comederit ejuſdem ſpeciei, tenetur, idcirco hic dicit, *quamdiu exſpectabit is qui comedit?* quaſi ita quæſiviſſet, quantum temporis ſpatium eſt ſi quis olivæ quantitatem comederit de adipe, quamobrem aliquoties conjungatur una pars cum altera, ut is propterea teneatur? reſpondit R. Meyr, quando non dixerunt, quod non exſpectabit inter unius atque alterius adipis comeſtionem, ſed quod is quando unam partem exiguam poſt alteram partem comederit, perinde ac ſi quis e. g. comediſſet unum granum toſtum poſt alterum, eaque detinuerit inter diglutiendum & mandendum, etſi in comeſtione quantitatis olivæ detinuerit ſe per totum diem, tenetur, quandoquidem comeſtio non interrupta eſt. Sapientes putant quod etiamſi non ceſſaverit a comeſtione, tamen non tenetur niſi comederit quantitatem olivæ intra temporis ſpatium quo dimidium panis mediocris comedi poteſt, & hoc eſt quod temporis momenta conjungantur, & is teneatur. Verum quoties intra principium comeſtionis & finem ipſius majus ſit ſpatium quam id quo פרס comedi poſſit, non tenetur. Cæterum jam expoſuimus capite octavo tractatus de Commiſtione termini Sabbatici, quod quantitas cibi פרס ſit trium ovorum; & diximus quoque in principio tractatus de Purificationibus, quod ſi quis de cibis immundis comederit dimidium פרץ, ſive ovum & dimidium illius, corpus illius ſit illegitimum, & quod oblationem primam faciat illegitimam, niſi ſe purificaverit; ſic etiam ſi quis biberit potus immundi vel vini quartarium, illius corpus eſt illegitimum; qui vero biberit vini quartarium, non licet ei in ſanctuarium intrare, nec ſententiam juris dicere, idcirco hic dicitur quod ſi tamdiu detinuerit ſe in comeſtione ut cibi immundi poſſint pollui, vel in potu, ut potus immundi pollui poſſint, quantitatemque פרס comederit, vel paulo minus, tum omnia momenta conjunguntur, & corpus illius ſit illegitimum. Pariter ſi in potu quartarii vini deti-

tatem cibi Peras, conjunguntur in quantitate, & corpus inceptum eſt ad oblationem primam comedendam; ſi vero diutius tardaverit, non conjunguntur; eodem modo ſe res habet ſi quis vini quartarium biberit, & Templum intraverit. *Si interruperit*, ſi una vice non biberit totum quartarium, & Templum intraverit, immunis eſt, quia Lex dicit Levit. 10,9. *Vinum & id quod inebriat, non bibes*, ergo ſi quis vinum ad ebrietatem uſque biberit; ſi vero una vice non tantum biberit, non inebriabit ipſum; ita quoque ſe res habet ſi aquam ei affuderit; deciſio eſt ſecundum R. Eliezer. Sed hæc ita intelligenda ſunt ſi biberit omnino quartarium, at ſi plus quam quartarium biberit, concedit R. Eliezer quod tenetur, etſi eum una vice non comederit.

detinuerit ſe tamdiu ut quantitas cibi פרס comedi poſſit, vel minus, tum ei prohibitum eſt intrare Templum, ſi vero intraverit, tenetur. R. Eliezer dicit, *vinum & merum non bibes*, vinum ſcil. uſque ad inebriandum, idcirco ſi non biberit una vice quartarium, vel parum aquæ affuderit, non eſt ebrius dicendus, & licet ei jus dicere; ſed non tenetur ob introitum in Sanctuarium. Si vero plus quam quartarium addiderit, ſecundum omnes tenetur, etſi minutim biberit; deciſio eſt ſecundum R. Eliezer, ſed non ſecundum R. Meyr.

ד יש אוכל אכילה אחת וחי'ב עליה ארבע חטאות ואשם אחד טמא שאכל את החלב והיה נותר מן המוקדשים וביום הכיפורים רבי מאיר אומר אם היתה שבת (ש"ס) והוציאו בפיו (נ"א) חי'ב אמרו לו אינו מן השם:

4. Eſt, qui comedit comeſtionem unam; & tamen reus ſit per eam, (ad afferendum) quatuor ſacrificia pro peccato, & oblationem unam pro reatu. Nimirum, immundus ſi comedit adipem, qui reſiduus fuit de ſanctis, & quidem in expiationum die. Rabbi Meir quidem dicit; ſi fuerit Sabbathum, & exportaverit in ore ſuo; reus eſt. Dixerunt vero ei; non eſt reatus hic ejuſdem nominis (ſeu generis.)

R. OB. DE BARTENORA.

ארבע חטאת *Quatuor ſacrificia pro peccato*, cujuſmodi ſunt pro comeſtione adipis, pro comeſtione rei ſanctæ in immunditie, reſidui, & die Expiationis. Quod autem nobis ubique in Lege ſit fundamentum quod una prohibitio non cadat in alteram, id intelligendum eſt de prohibitione ſola, ut, ſi quis e cadavere pecoris immundi comederit, quæ eſt prohibitio ſola, quia illa non eſt comprehenſiva nec addititia, ſed ei qui hic in principio erat purus, prohibitus erat adeps, ſed reſidua carnis ſanctæ ei licita erant, & immundus factus eſt; & quandoquidem reſidua carnis ſanctæ fruſta ei illicita erant ob immunditiem, etiamſi adeps ei licitus erat, licet in principio ei prohibitus eſſet, tamen hæc eſt prohibitio comprehenſiva, nam prohibitio poſterior comprehendit & prohibet alias res homini quæ ei antea erant licitæ. Nihilominus tamen prohibitio rei non eſt addita, ſed homini, & prohibet in aliis, atque involvit comprehenditque hæc in prohibitione ipſius, hinc ſi adeps iſte factus eſt reſiduum, hæc eſt prohibitio addititia, nam antea adeps hominibus prohibitus erat, & Deo licitus; & quandoquidem reſiduum factus eſſet, prohibitio incidit in ipſum fruſtum, qua etiam Deo prohibitus fiat. Et quia prohibitio reſidui in ipſum incidit ad prohibendum ipſum uſui divino, etiam prohibitio reſidui pro homine incidit in ipſum, ut propter ipſum reus fiat in cauſa reſidui, licet abſque hac prohibitione hominibus prohibitus eſſet, tamen in ipſum incidit obligatio diei Expiationis, quia prohibitio pro hominibus addita eſt, ad prohibendum ei profanum quod ante diem Expiationis ei licitum erat, idcirco involvit & comprehendit quoque hunc adipem rerum ſanctarum, ut propter comeſtionem illius in die Expiationis reus fiat.

ואשם אחד *Et unum ſacrificium pro reatu*, pro illius prævaricatione, quia de ſanctis ex errore cepit utilitatem. Porro hæc quoque eſt prohibitio addititia, quia prohibitio rei addita eſt, antequam enim conſecraſſet, hic adeps prohibitus erat eſui, ſed uſui licitus; poſtquam vero ipſum conſecraſſet, etiam uſui prohibitus factus eſt; quia igitur ſanctitas incidit in adipem ad ipſum prohibendum uſui, idcirco quoque in ipſum incidit ad reum declarandum eum qui de ſanctis commodum perceperit.

אם היתה בשבת והוציאו בפיו *Si fuerit in Sabbato, & in ore ſuo exportaverit*, quum ipſum comedebat, tum quoque tenebatur ob exportationem. In Gemara ita ſenſus exponitur, ſi exportaverit ipſum die Expiationis qui incidit in Sabbatum, tum ob exportationem bis tenetur, ſcil. ob Sabbatum & diem expiationis, qui eodem veniunt momento, quo enim momento dies pro Sabbato conſecratur, eodem quoque pro die Expiationis. *Non eſt reatus hic ejuſdem generis*, doctor enumerat duntaxat ſacrificia pro peccato quæ propter eſum

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

De quatuor ſacrificiis pro peccato res clara eſt, eſt enim ſacrificium pro peccato comeſtionis de adipe, pro comeſtione de reſiduis, pro comeſtione de ſanctitatibus dum quis immundus eſt, & pro comeſtione in die Expiationis. Quia autem de ſacris commodum cepit ex errore, tenetur ſacrificio pro reatu, uti expoſitum eſt in tractatu de Prævaricatione; & niſi hæc comeſtio intelligenda eſſet quod ea inſcienter facta ſit, non teneretur ſacrificio pro peccato. Porro hic ſunt caſus quos tibi exponam brevibus, prout illi exponuntur tertio capite tractatus de Jure Leviratus, unde hæc deprompſimus; dico itaque, quod multæ prohibitiones quæ in unam rem inciderint, in uno e tribus modis, vel in iſtis omnibus locum habere poſſunt, cujuſmodi eſt prohibitio addititia, prohibitio comprehenſiva, & prohibitio ſimultanea. Sed una prohibitio in alteram incidere nequit præterquam ſecundum unum ex iſtis tribus modis ſecundum fundamenta quæ tenemus, quibus una prohibitio non cadit in alteram, e. g. ſi caro ſit cadaveris, vel immundi pecoris, vel adipis cum lacte cocti, tum prohibitio carnis cum lacte non incidit in prohibitionem cadaveris ut is qui comederit de illa, bis teneatur plagis, ſed ſemel duntaxat, uti exponitur in tractatu de Profanis. Ego vero tibi tria hæcce fundamenta exponam exemplis hujus Miſnæ, quemadmodum in Gemara exponunt, atque ex iſtis tu conſequentias facias in prohibitionibus. Dixerunt Sapientes veritatem hujuſce juris ita eſſe, nempe quod is qui comederit, ſit immundus antequam duos ad pudenda pilos acceperit annis ſignatis, ut ad adultam perveniat ætatem, & comeſtio adipis ei prohibita fuerit, & comeſtio ſanctitatum in immunditie eodem tempore, hæ duæ ſunt prohibitiones quæ eodem tempore locum obtinent. Porro quoque ob comeſtionem hujus cibi tenetur prævaricatione, nam antequam pecus conſecratum erat, adipem ipſius comedere non licebat, ſed ex ipſo utilitatem capere licitum erat, quia autem jam conſecratum eſt, idcirco non licet ex eo quicquam commodi capere; & quia prohibitio de non capienda utilitate ei addita eſt, etiam prohibitio comeſtionis ei addita eſt, ſcil. quod ſacrificio pro reatu tenetur, atque hæc eſt prohibitio addititia. Præterea adeps iſte quem comedit antequam reſiduum factus eſſet, Deo licitus erat, ſed hominibus illicitus; & poſtquam adeps factus fuiſſet reſiduum, Deo prohibitus fuit, & ei quoque additur prohibitio in caſu comeſtionis, propterea tenetur quia de reſiduis comedit. Si vero die Expiationis ipſum comederit, incidit in ipſum obligatio comeſtionis in iſto die, nam prohibitio comprehenſiva eſt quæ omnes cibos omneſque potus comprehendit. Et quandoquidem iſto die prohibitum eſt comedere rem licitam, idcirco prohibitionem quoque rei prohibitæ addit, quia adeps hic

eſum offeruntur ; & hæc dicenda erant propter exportationem.

hic comprehenditur in eo quod comedere non licet , atque hæc eſt prohibitio comprehenſiva. Hæc fundamenta memoriæ mandes volo, & conſideres, quia in unam rem non cadunt multæ prohibitiones niſi ſecundum unum ex his tribus fundamentis , cujuſmodi ſunt prohibitio addititia, prohibitio comprehenſiva , & prohibitio uno momento facta. Cæterum R. Meyr alium caſum dixit de prohibitione uno momento facta, ſcil. ſi ore ipſum exportaverit dum comedebat, tum bis tenetur, ad die Sabbati ex una juriſdictione educendum in alteram, & die Expiationis, quia Sabbati & diei Expiationis prohibitio eodem momento veniunt, & hac in parte nemo contradicit, ſed putant eductionem non eſſe comeſtionem. Sed in materia quam tractamus continetur articulus aliquis magnus qui aliorum caſuum veluti clavis eſt, propter ſubtilitatem quæ in eo latet ; notum enim eſt quod carne cum lacte frui non licet, ſed lacte duntaxat, quando adeps cum lacte coctus eſt , quare prohibitio carnis cum lacte non cadit in prohibitionem adipis? & eodem modo ſe res habeat cum cadavere , quod prohibitionem addititiam continet ſicuti diximus de adipe ſanctitatum, ob cujus comeſtionem committitur prævaricatio, quare ei additur prohibitio de utilitate non capienda? reſponſio eſt quod carne cum lacte frui non licet, quia Lex prohibuit eſum, ſicuti expoſuimus, quicquid comedi non licet, eo nec frui licet, donec id Lex definiverit. Sed non eſt Legis locus qui eſum illius prohibet & uſum ſimul, ſed duæ res ſimul ſumptæ, ſunt caro cum lacte, idcirco quando dicimus unam prohibitionem non cadere in alteram, prohibitio carnis cum lacte non cadit in prohibitionem cadaveris, idcirco non erit prohibitum uſui , ſed licitum, & qui de eo comederit, is vapulabit propter prohibitionem cadaveris ; ſed hic non obtinet prohibitio carnis cum lacte , quia non incedit, & argumentum non in loco ſuo , idcirco ſe res habebit perinde ac ſi comediſſet adipem ſanctitatum , niſi dixerimus quod uſui prohibitum erat, uti diximus de ſanctitatibus, & eum qui de illos comederit, non teneri prohibitione carnis cum lacte; ſed res ita non eſt, dicimus enim hanc carnem cum lacte non eſſe prohibitam uſui. Vides itaque hanc Miſnam clare dicere quod caro beſtiæ immundæ coqui poſſit cum lacte, & quod ipſo frui licet , ſed hoc jam expoſitum eſt ſuo loco. Hunc vero caſum obſerves volo , quia omnes in ipſo errarunt , & ex ipſo conſequentias elicias ad cætera.

ה יש בא ביאה אחת וחייב עליה שש חטאות הבא על בתו חייב עליה משום בתו ואחותו ואשת אחיו ואשת אחי אביו ואשת איש ונדה והבא על בת בתו חייב עליה משום בת בתו וכלתו ואחות אשתו ואשת אחיו ואשת אחי אביו ואשת איש ונדה רבי יוסי אומר אם עבר הזקן ונשאה חייב עליה משום אשת אב וכן הבא על בת אשתו ועל בת בת אשתו :

5. Eſt, qui congreditur congreſſu uno: & tamen reus fit per eum ſex ſacrificiorum pro peccato. Nimirum, ſi quis congreditur cum filia ſua , reus eſt propter eam nomine filiæ ſuæ, ſororis ſuæ , uxoris fratris ſui , uxoris patrui , uxoris viri atque menſtruatæ mulieris. At ſi quis congreditur cum nepte ex filia ſua, reus fit propter illam nomine neptis ex filia ſua, & nurus, & ſororis uxoris ſuæ, & uxoris fratris ſui , & uxoris patrui , & uxoris viri , & menſtruatæ. Rabbi Joſe dicit ; ſi tranſgreſſus fuerit proavus, & duxerit eam, reus fit etiam propter illam nomine uxoris patris. Sic : ſi quis congreditur cum filia uxoris ſuæ , aut cum filia filiæ uxoris ſuæ.

R. OB. DE BARTENORA.

משום בתו ואחותו *Nomine filiæ ſuæ , & ſororis ſuæ* , hoc ſenſu, ſi quis cum matre ſua coiverit, & ex illa procreaverit filium, tum filia hæc ipſius eſt etiam ſoror illius e matre; porro illa erat quoque fratris ipſius uxor, quam is duxiſſet antea & obierit, poſt mortem vero ipſius eam duxerit frater patris ipſius, & hic pater ipſius congreſſus fuerit cum ipſa dum erat menſtrua. Jam vero prohibitio filiæ & ſororis ſimul veniunt, & quamvis illa ſit ſpuria, cui prohibitum eſt intrare eccleſiam , ſi duxerit illam frater patris ipſius , ſponſalia tamen in ipſa locum habent , quia in præceptis negativis ſponſalia obtinent; vel, ſi fratres patris ipſius eſſent ſpurii, licet ipſis de induſtria illam ducere; patri vero ipſius prohibita eſt, quia uxor fratris ipſius eſt, & quia prohibitio eſſet addititia ; antea enim licita erat fratribus patris ipſius; & ſi illa nupſerit alicui e fratribus , prohibita erat cæteris omnibus fratribus. Quia autem in ipſam incidit prohibitio uxoris fratris cum fratribus reliquis, quibus antea licita erat, etiam in ipſam incidit prohibitio uxoris fratris cum patre, ita ut propter illam teneatur , quia fratris uxor eſt. Si frater ipſius obierit, & illa nupſerit fratri avi ipſius , quandoquidem prohibitio ei addita eſt pro cæteris fratribus patris, idcirco ei quoque addita eſt prohibitio, ſcil. fratri avi ipſius ſi illa ſit uxor viri , quandoquidem in ipſam incidit prohibitio pro omni homine , incidit quoque in ipſum prohibitio; ſin autem menſtruoſa ſit , quoniam prohibitio addita eſt pro marito ipſius , etiam pro ipſo addita eſt prohibitio.

חייב עליה משום בת בתו וכלתו *Reus eſt ob filiam filiæ illius & nurus*, ſi filius ipſius eam duxerit. *Et ſoror uxoris ipſius*, nam ille duxerat filiam ſoceri ipſius, quæ eſt ſoror filiæ filiæ ipſius a parte patris. *Et uxor fratris patris ipſius* , ſi obierit frater ipſius & patris frater eam duxerit uxorem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Primus caſus innititur duobus e tribus fundamentis, quæ ſunt prohibitio uno momento facta , prohibitio addititia, & prohibitio comprehenſiva; ſi igitur Ruben cum matre ſua congreſſus fuerit (ſecundum exemplum quod in Gemara proponitur) & ea pepererit filiam , tum filia iſta ad ipſum pertinet, & ſimul ſoror ipſius cenſetur, quia ſunt duæ prohibitiones eodem momento venientes. Hæc porro filia alicui e Rubenis fratribus nubere poteſt, licet ſpuria ſit; noſti enim quod ſponſalia obtineant in præceptis negativis, inſuper quoque fieri poteſt ut fratres Rubenis ſint ſpurii, & filiam iſtam de induſtria liceat ducere fratribus , quando e. g. illa nupſerit Simeoni, tum prohibita eſt omnibus fratribus, quibus illa antea licita erat, quandoquidem ei prohibitio addita eſt pro fratribus Simeonis , pro Rubene quoque addita eſt, ſi igitur Simeon obierit vel repudiaverit eam, permiſſa eſt omnibus fratribus Rubenis, qui eſt pater ipſius; & ſi unus e filiis Rubenis duxerit eam, quando autem eam duxerit unus e Rubenis patruis, quandoquidem ei addita eſt prohibitio pro fratribus hujus patrui Rubenis, quia illa eſt ipſis uxor fratris , idcirco Rubeni addita eſt prohibitio , & is tenetur propter illam quia eſt uxor fratris ipſius patris. Quando autem obierit ipſius patruus tum illa omni homini licita eſt, & uxor viri dicitur ſi nupſerit , atque ei prohibitio additur pro omni homine, & idcirco etiam pro Rubene, & is ob illam quoque tenetur quia uxor viri eſt. Illa autem licita eſt marito ipſius , cæteris vero hominibus eſt prohibita. Sive autem menſtruata ſit eique addita ſit prohibitio pro marito ipſius, etiam prohibitio ei additur pro Rubene; ſi ergo Ruben congreſſus fuerit cum hac filia, quandoquidem uxor viri eſt & menſtruoſa poſtquam nupta fuerit cum fratre & cum patruo ipſius, tenetur propter illam ſex ſacrificiis pro peccato. Secundi vero caſus exemplum eſt ,

אם עבר הזקן *Si tranſgreſſus fuerit ſenex*, pater hujus filiæ, & is eam duxerit, & poſtea cum illa congreſſus fuerit, tenetur quoque propter illam quia patris uxor eſt. Quamvis enim uxor ſit fratris ipſius, tamen reus eſt, nam reum pronunciamus filium ipſius, quia uxor fratris patris ipſius eſt, idciroo patri ipſius prohibita eſt quia uxor fratris ipſius eſt, & nullum ei connubium cum ipſa intercedit, hic tamen res ita intelligenda ut frater obierit abſque liberis, & leviri officium ei præſtiterit. Dicit vero auctor, *ſi tranſgreſſus fuerit ſenex*, quia illa prohibita eſt ei prohibitione ſecunda duntaxat, propter filiam filiæ ipſius filii, & propter nurum filii ipſius, quia ambæ ſunt ſecundæ ex inſtitutis Sapientum. Si vero dixeris, quare prohibitio addititia obtinet in filia filiæ ipſius, quando pater ipſius duxerit eam, nam tu illum quoque reum declaraſti ob uxorem patris? ita quæritur in Gemara, & reſpondetur rem ita eſſe, quia ſenex ſive avus habet filium qui iſtius frater eſt, quandoquidem enim filiæ addita eſt prohibitio reſpectu filii iſtius ob uxorem patris, idcirco ei ſcil. avo prohibitio quoque addita eſt.

וכן הבא על בת אשתו *Sic etiam ſi quis congreſſus fuerit cum filia uxoris ſuæ*, tum is propter illam tenetur omnibus iſtis pœnis quibus tenetur propter filiam ipſius. Cæterum propter filiam filiæ ipſius uxoris tenetur omnibus iſtis quibus tenetur propter filiam filiæ ipſius. Filiæ vero uxoris ipſius, quæ eſt ſoror ipſius, negotium ita ſe habet. Si pater illius mulierem aliquam ſtupraverit, vel deceperit, atque ex ipſa filiam procreaverit, & is poſtea duxerit ſtupratam vel a patre deceptam, quæ ei licita erat, tum filia iſta eſt ipſius ſoror, & filia uxoris ipſius. Et filia filiæ uxoris ipſius, atque ſoror uxoris ipſius hoc ſenſu ſe habet, ſi pater uxoris ipſius congreſſus fuerit cum filia uxoris ipſius, & filiam inde procreaverit, tum filia iſta eſt filia filiæ uxoris ipſius, & ſoror uxoris ipſius.

quum Dina dicatur filia Jacobi ex alia uxore e qua non genita eſt Lea, poſtea vero Laban duxit in uxorem Dinam, quæ ei in matrimonium licita eſt, & Dina ei filiam peperit quæ Sara vocatur, tum hæc filia eſt filia filiæ Jacobi, & ſoror uxoris ipſius a parte patris ipſius, ſuntque duæ prohibitiones quæ eodem veniunt momento. Hæc vero Sara nubere poteſt cum omnibus Jacobi filiis, quia filia eſt ſororis eorum; ſi ergo eum duxerit Ruben, tum illa prohibita eſt fratribus ipſius, & in illa quoque additur Jacobo prohibitio nurus. Si obierit Ruben maritus Saræ, vel ſi eam repudiaverit, tum illa eſt licita omnibus Jacobi fratribus, ſi unus ex illis duxerit eam, & pro cæteris eam prohibitam reddiderit, in illa quoque Jacobo additur prohibitio uxoris fratris; ſi illius maritus obierit, vel illam repudiaverit, tum illa omnibus patris Jacobi fratribus licita eſt. Si unus ex illis duxerit eam, tum illa cæteris prohibita eſt, & in ipſa Jacobo quoque additur prohibitio uxoris fratris patris ipſius; ſi hic obierit, omni homini licita eſt, & ſi illa nupſerit & uxor viri facta fuerit, omnibus prohibita eſt, & per illam quoque Jacobo addita eſt prohibitio uxoris viri ſive maritatæ. Si Jacobus in hac Sara erraverit dum menſtruoſa erat, & uxor viri, & uxor ipſius Rachel aut Lea adhuc vixerint, ſeptem ſacrificia pro peccato offerre debet. Si Iſacus duxerit hanc Saram, per illam Jacobo additur prohibitio uxoris patris; & hoc fieri poteſt eo quo dicam modo, nam hypotheſis nobis eſt quod in matrimonio inceſtuoſo non obtinent ſponſalia, ſi igitur unus e fratribus Jacobi duxerit Saram, tum illa eſt inceſtuoſa pro Iſaco, & in illa non obtinent ſponſalia, quia uxor eſt filii ipſius, & quia frater Jacobi erat, qui duxit Saram, frater Jacobi a parte matris ipſius eſt, Sara non eſt inceſtuoſa pro Iſaco. Sed jam diximus, quod ſi duxerit eam poſtea Jacobi patruus, tum ſine dubio eſt frater Iſaci, & quoniam eam duxit frater Iſaci, idcirco Iſaco prohibita eſt ob uxorem fratris ipſius, & in hoc caſu obiit frater Iſaci ſine filiis, & Iſaco incumbit viduæ officium leviri præſtare, & hoc eſt quod in Gemara dixerunt, forſan illa licita eſt ei, cum ſit uxor fratris ipſius? ſed reſponſio eſt quod ei incumbit officium leviri in ipſa præſtare; exponam tibi hunc caſum, hæc Sara eſt filia filiæ Jacobi, & nurus quoque eſt Jacobi, & ſecundum deciſionis fundamentum illa eſt ſecunda pro Iſaco propter duas rationes, ob unam quia filia filiæ filii ipſius eſt, ob ſecundam, quia nurus filii ipſius eſt, ſicuti expoſuimus capite ſecundo tractatus de Leviri officiis, & propter hanc prohibitionem dicit auctor, *Si tranſgreſſus fuerit ſenex & eam duxerit*, nempe ſi Iſac tranſgreſſus fuerit prohibitionem quæ in illa continetur, eamque duxerit, & hoc eſt quod in Gemara dixerunt, quod is tranſgreſſus ſit quia filii ipſius nurus eſt, & quia ſecunda eſt, ſcil. licet ſecunda ſit, quia eſt filia filiæ filii ipſius. Sed hic deeſt ratio quænam prohibitio ei addita ſit dum nubebat Iſaco, donec ipſius cauſa Jacobo addita ſit prohibitio. Si dixerunt hoc ſub conditione intelligendum eſſe, nempe ſi Iſacus procreaverit filium parvulum præter Jacobum; & hæc ipſius verba ſunt, ſi ſeni natus fuerit filius parvulus, & prohibitio inciderit in parvulum & in ipſum quoque. Sed hæc difficilia ſunt intellectu, idcirco animum advertas ut ea intelligere poſſis, ſi hæc Sara cujus obiit maritus qui frater erat Iſaci, & Iſacus genuerit parvulum præter Jacobum, uti diximus, niſi Iſacus eam non duxiſſet, illa prohibita eſt huic parvulo quando is pervenerit ad ætatem qua præcepta Legis obſervare debet, ob uxorem fratris patris duntaxat, & ſi Iſacus ei leviri officium præſtiterit quum præcepta intrabat, prohibitio uxoris fratris patris ipſius, & uxoris patris ſimul veniunt, quemadmodum Gemara exponit ad hoc caput de prohibitione adipis & immunditiei, idcirco de filio parvulo ſub conditione dixit; quia vero Saræ addita eſt prohibitio uxoris patris de filio parvulo quum adoleverit, etiam pro Jacobo addita eſt. Jam vero hunc caſum denuo ordine narrabo, dico itaque hanc Saram eſſe filiam filiæ Jacobi, & ſororem uxoris ipſius, quæ ſunt duæ prohibitiones eodem tempore venientes, quando autem Ruben duxerit eam, præter hanc prohibitionem ei addita eſt prohibitio nurus, quæ tertia eſt prohibitio. Quando autem poſtea eam duxerit frater Jacobi a parte matris, additur prohibitio uxoris fratris, quæ eſt quarta prohibitio. Quando eam poſtea duxerit Iſmaël, additur prohibitio uxoris fratris patris, quæ eſt quinta prohibitio. Cæterum quando Iſmaël obierit, & Iſac viduæ illius officium leviri præſtiterit, ei additur prohibitio uxoris patris, & prohibitio uxoris viri, quæ ſunt duæ prohibitiones ſimul venientes, ſive vixerit Iſacus, ſive obierit, ſicuti exponitur capite ſeptimo de Synedriis, ſi quis congreſſus fuerit cum uxore patris, tenetur ob uxorem patris, & ob uxorem viri, ſive vixerit pater, ſive obierit. Si vero hæc Sara fuerit menſtruoſa, & Jacob in ea erraverit dum mulier erat in vivis, octo debet ſacrificia pro peccato illius gratia, atque hoc modo tres caſus expoſiti ſunt, & ſex, ſeptem, & octo ſacrificia pro peccato pro uno congreſſu. Poſtea dicit, *eodem modo ſe res habet ſi quis rem habuerit cum filia uxoris ipſius, & cum filia filiæ uxoris ipſius*, quod diximus in caſu filiæ, id etiam de filia uxoris ipſius intelligi debet, & quod diximus de filia filiæ, id etiam intelligendum eſt de filia filiæ uxoris ipſius. Jam nobis non reſtat exponendum niſi quomodo filia uxoris ipſius fratris eſſe poſſit, donec illius jus & filiæ ipſius ſit æquale; atque hoc clarum eſt ex iis quæ tibi dicam, nempe ſi pater illius rem habuerit cum muliere, & illa pepererit filiam, ille vero poſtea duxerit uxorem maritatam, quæ ei licita erat, ſicuti expoſitum eſt capite undecimo tractatus de Leviri officiis, tum filia iſta eſt ſoror ipſius a parte patris ipſius, eſtque filia uxoris ipſius. Pariter ſe res habet ſi cum filia ipſius rem habuerit pater uxoris ipſius, tum illa ſpuria quæ nata eſt, filia filiæ uxoris ipſius eſt, & ſoror uxoris ipſius; & hæc a nobis dicenda erant.

ו הבא על חמותו חייב עליה משום חמותו וכלתו ואחות אשתו ואשת אחיו ואשת אחי אביו ואשת איש ונדה וכן הבא על אם חמותו ועל אם חמיו רבי

6. Si quis congreditur cum ſocru ſua, reus ſit ſuper illa nomine ſocrus ſuæ, & nurus ſuæ, & ſororis uxoris ſuæ, & uxoris fratris ſui, & uxoris patrui, & uxoris viri, & menſtruatæ. Sic ſi quis rem habet cum matre ſocrus ſuæ, aut cum matre ſoceri ſui. Rabbi Juchanan Ben Nuri inquit; Si quis con.

רבי יוחנן בן נורי אומר הבא על חמותו חייב עליה משום חמותו ואם חמותו ואם חמיו אמרו לו שלשתן שם אחד הן :

congreditur cum ſocru ſua, reus eſt ſuper ea nomine ſocrus ſuæ, & matris ſocrus ſuæ, & matris ſoceri ſui. Dixerunt ei; tres iſtæ unum nomen (ſeu titulum) habent.

R. OB. DE BARTENORA.

חייב עליה משום חמותו *Tenetur propter illam nomine ſocrus ipſius*, ſi pater rem habuerit cum filia ſua, atque ex illa procreaverit, & Ruben hancce duxerit filiam, tum mater illius ei prohibita eſt ob ſocrum & ſororem uxoris ipſius. Si duxerit eam Rubenis filius, tum ei addita eſt prohibitio ob nurum ipſius. Si obierit filius Rubenis, vel eam repudiaverit, duxeritque eam illius frater, additur ei prohibitio uxoris fratris illius. Si frater illius obierit, vel eam repudiaverit, & duxerit eam frater patris ipſius; ſi vero alius eam duxerit, & illa fuerit uxor viri, & menſtruoſa, atque Ruben cum illa rem habuerit dum mulier viri eſt & menſtruoſa, tenetur ob illam Ruben omnibus iſtis prohibitionibus.

וכן הבא על אם חמותו *Et ſic etiam ſi quis rem habuerit cum matre ſocrus ipſius*, ſi Laban rem habuerit cum Dina filia filiæ Leæ, & ex illa filiam procreaverit Seram vocatam, tum ei qui duxerit Seram, prohibita eſt Lea ob matrem ſocrus ipſius, & ob ſororem uxoris ipſius, quia Sera uxor ipſius & Lea ambæ ſunt Labanis filiæ. Si Lea nupſerit marito Seræ, & illius nurus facta fuerit, & poſtea nupſerit fratri ipſius, & deinceps fratri patris ipſius, & maritus Seræ cum illa rem habuerit dum mulier viri erat & menſtruoſa, tum tenetur omnibus iſtis prohibitionibus.

ועל אם חמיו *Et cum matre ſoceri illius*, ſi Ruben rem habuerit cum avia uxore Labanis matre ipſius matris Leæ, & ex illa nata fuerit filia nomine Dina, tum ei qui duxerit Dinam, prohibita eſt Lea mater Rubenis ob matrem ſoceri illius, & ob ſororem uxoris ſuæ, quia Dina ipſius uxor, & Lea mater ipſius ſoceri ambæ ſunt filiæ uxoris Labanis; ſi ea facta fuerit nurus ipſius, & poſtea uxor fratris ipſius, & deinde uxor fratris patris ipſius, & uxor viri & menſtruoſa, tenetur illius cauſa omnibus iſtis prohibitionibus,

Qui rem habuerit cum ſocru illius, is tenetur ob illam, ſi uxor Labanis duas habuerit filias Leam ſcil. & Rachelem, unumque filium nomine Aſcher, & filia Aſcheris vocata fuerit Sera, atque nonnemo peregrinus acceſſerit qui Rachelem duxit, & Jochebed filiam Leæ, Seramque filiam Aſcheris, ſi is qui tres illas uxores duxerit, cum Labanis uxore rem habuerit, illius gratia tenetur ob ſocrum illius, & ob matrem ſocrus illius, & ob matrem ſoceri illius. Et ob ſocrum, quia mater Rachelis eſt uxoris ipſius, & ob matrem ſocrus ipſius, quia eſt mater Leæ ſocrus illius, & ob matrem ſoceri illius, quia mater Aſcheris eſt ſoceri ipſius. *Tres iſtæ uno gaudent nomine*, uno enim loco & uno præcepto negativo deſcriptæ ſunt, idcirco in illis nulla eſt diſtinctio ſacrificii pro peccato; ita deciſio eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Caſus primus quatuor horum caſuum in hac Miſna memoratorum hoc ſenſu ſe habet, Iſmaël, e. g. congreſſus eſt cum Baſmat filia ſua, quæ ei peperit Judith, & ſi Ruben duxerit Judit, Baſmat ei prohibita eſt ob ſocrum ipſius & ob ſororem uxoris ipſius, quia duæ ſunt prohibitiones quæ ſimul veniunt. Chanocho autem prohibitum eſt ducere Baſmat, & Baſmat prohibita eſt Rubeni etiam ob nurum ipſius, quia prohibitio addititia eſt, ſicuti diximus Miſna præcedenti; pariter quoque ob uxorem fratris ipſius, & ob uxorem fratris patris ipſius, & ob uxorem viri, & menſtruoſam, hi omnes caſus comprehendunt prohibitionem addititiam; nam ſi obierit Chanoch, eamque duxerit Simeon, & is eam repudiaverit, & Eſavus eam duxerit, poſtea vero eam duxerit quiſquis fuerit, eaque menſtruoſa comperta fuerit, res ſe habet uti docuimus. Secundi vero caſus, in quo dicit, *ſic etiam ſi quis rem habuerit cum matre ſocrus ipſius*, exemplum hoc eſt, ſi Iſmaël rem habuerit cum Judit quæ filia filiæ ipſius eſt, eaque pepererit Timnam, tum ei qui Timnam duxerit, prohibita eſt Baſmat ob matrem ſocrus ipſius, quia Judit ipſius ſocrus eſt, & ob ſororem uxoris ipſius, quia Baſmat & Timna ſunt filiæ unius patris, & hæ duæ ſunt prohibitiones ſimul venientes. Neque dici poteſt fieri non poſſe ut hæc Baſmat non ſit nurus iſtius qui duxit Timnam, & poſtea uxor fratris patris ipſius, & deinceps uxor viri, & menſtruoſa, eo quo diximus modo. Tertius caſus eſt quum auctor dicit, *& cum matre ſocrus ipſius*, ſi nempe Iſmaël rem habuerit cum avia matre Agaris, quæ ei pepererit Baſmat, qui enim duxerit Baſmat, ei prohibita eſt Agar ob matrem ſoceri, quia illa eſt mater Iſmaëlis patris Baſmat, & ob ſororem uxoris ipſius, quia Baſmat & Dina ſunt filiæ unius matris, quia Iſmaël fuit conceptus ex avia ipſius, atque hæ duæ ſunt prohibitiones ſimul venientes, ſi poſtea fuerit nurus ipſius, & uxor fratris ipſius, & uxor fratris patris ipſius, & uxor viri, & menſtruoſa, omnia hæc comprehendunt prohibitionem addititiam. Quartus caſus eſt is quem dicit R. Jochanan filius Nuri, nempe ſi Lea duas habuerit filias Dinam ſcil. & Jochebedam ex Aſcher, & Caleb tres duxerit uxores, quarum una vocatur Dina & altera Mirjam filia Jochebedæ filiæ Leæ, & tertia Sera filia Aſcheris filii Leæ, & hoc licitum eſt, eo quod licet ducere uxorem & ſororem matris ipſius, & uxorem atque ſororem patris ipſius ſecundum Legem noſtram. Si vero Caleb erraverit cum Lea, illius gratia tenetur ſecundum opinionem R. Jochananis filii Nuri, ob ſocrum illius quæ eſt mater Dinæ, & ob matrem ſocrus ipſius quæ eſt mater Jochebedæ ſocrus ipſius, & ob matrem ſoceri ipſius quæ eſt mater Aſcheris. Sed ita non deciditur; nam in hoc caſu non tenetur niſi unico ſacrificio pro peccato, quia hæ prohibitiones unius nominis gratia veniunt, nempe ſimul inter fratres & filios iſtius perſonæ, quæ eſt Lea; hæc ſcias volo.

ז אמר רבי עקיבא שאלתי את רבן גמליאל ואת רבי יהושע באטלים של אמאום שהלכו ליקח בהמה למשתה בנו של רבן גמליאל (ש״ס) הבא על אחותו ועל אחות אביו ועל אחות אמו בהעלם אחד מהו חייב אחת על כלן או אחת על כל אחת ואחת ואמרו לי לא שמענו אבל שמענו הבא על חמש נשיו נדות בהעלם אחד שהוא חייב על כל אחת ואחת ורואין אנו שהדברים קל וחומר :

7. Dixit Rabbi Akiba; interrogavi Rabbanem Gamalielem, ac Rabbi Jehoſcheam in foro carnario Emmaüntis, quo iverant, ut emerent beſtiam ad convivium filii Rabban Gamalielis; Si quis congreditur cum ſorore ſua, aut cum ſorore patris ſui, aut cum ſorore matris ſuæ in una ignorantia, quot reatus contrahit? num unum tantum propter omnes, aut ſingulos propter unamquamque? Et responderunt mihi, non audivimus (de hoc quicquam;) ſed hoc audivimus, quod, ſi quis congreditur cum quinque uxoribus ſuis menſtruatis in una ignorantia, reus ſit propter ſingulas, & exiſtimamus, quod verba iſta a minori ad majus argumentum præbeant.

R. OB. DE BARTENORA.

אטלים Notat plateam in qua vendunt carnem. אמאום eſt

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Non rogavit R. Akiba de eo qui rem habuerit cum tribus

eſt nomen civitatis. *Si quis rem habuerit cum ſorore ſua &c.* ſenſus eſt, ſi quis cum ſorore rem habuerit quæ ſoror patris ipſius eſt, & ſoror matris ipſius; ſi igitur Ruben rem habuerit cum matre ſua quæ ei pepererit duas filias, & ipſe poſtea rem habuerit cum una e duabus filiabus, quæ ei pepererit filium, & filius iſte rem habuerit cum ſorore ipſius, quæ patris ſui ſoror eſt, & ſoror matris ipſius.

שהדברים קל וחומר *Quia res iſtæ continent argumentum a minori ad majus*, ſi quis cum quinque mulieribus menſtruoſis rem habuerit, quæ unam continent prohibitionem, tum tenetur ob unamquamque, ſi quis cum ſorore ſua rem habuerit quæ ſoror erat patris ipſius & matris, quæ tres ſunt prohibitiones trium præceptorum negantium, nonne tum tenetur ob unamquamque? ſed hæc conſequentia infringi poteſt, quia quinque mulieres menſtruoſæ differentia habent corpora; ſed vera ratio eſt quod verſus Legis Levit. 20, 17. cæteroquin ſit ſuperfluus, quia in principio capitis jam dictum eſt, *ſi quis duxerit ſororem ſuam & nuditatem ipſius aſpexerit &c.* quare igitur denuo dicit, *nuditatem ſororis ſuæ detexit*? ſed hæc ita dicuntur ut nos doceat de ſorore illius quæ eſt ſoror patris ipſius & ſoror matris ipſius, quod ob unamquamque harum tenetur.

bus mulieribus quarum una erat ipſius ſoror, altera ſoror patris ipſius, & tertia ſoror matris ipſius, nam de hoc caſu non erat neceſſarium quærere, quia ſatis notum eſt quod tria debet ſacrificia pro peccato, nam de triginta & ſex excidiis dictum eſt, quorſum iſte numerus? ut dicamus, quod ſi quis illa commiſerit in una ignorantia, tenetur ob unumquodque. Sed R. Akiba rogavit, ſi una fuerit mulier quæ ipſius ſit ſoror, & patris ipſius ſoror, atque matris ſoror, quacum erravit. Et hoc fieri poteſt, nempe, ſi quis rem habuerit cum ſua matre quæ pepererit duas filias, & poſtea is ipſe rem habuerit cum una ex iſtis fillabus quæ ei pepererit filium, ſi filius iſte rem habuerit cum altera filia, tum illa eſt ſoror ipſius a parte patris, & ſoror matris a parte patris matriſque, & ſoror patris ipſius a parte matris. Atque hoc eſt id quod in Gemara dicitur, in malo filio reperitur is qui e malo eſt; conſequentia vero hæc, ſi quis in una ignorantia cum quinque mulieribus rem habuerit, quæ unam comprehendunt prohibitionem, tum ob quamlibet tenetur; ſoror ipſius quæ matris ipſius ſoror eſt, & ſoror patris ipſius, tres ſunt prohibitiones, ob unamquamque earum nonne jure tenetur? nam in quinque mulieribus menſtruatis, quæ differentia habent corpora, dicas de ſorore ipſarum quæ fuerit ſoror patris ipſius, & ſoror matris, quod idem ſit corpus? idcirco dicit Lex Levit. 20, 17. *Nuditatem ſororis ſuæ detexit*, ad ipſum reum declarandum ob ſororem ipſius quæ ſoror patris eſt & matris. Et hic caſus confirmatur ex eo quod ſcriptum eſt Levit. 20, 17. *Nuditatem ſororis ipſius detexit*, quia Levit. 18, 9. jam dictum eſt, *nuditatem ſororis tuæ*, & poſtea iterum dicit, *ſi quis duxerit ſororem ſuam & viderit nuditatem illius &c.*

ח ועוד שאלן רבי עקיבא אבר המדולדל בבהמה מהו אמרו לו לא שמענו אבל שמענו באבר המדולדל באדם שהוא טהור שכך היו מוכי שחין בירושלם עושין הולך לו ערב פסח אצל הרופא והותכו עד שהוא מניח בו כשעורה ותוחבו בסירה והוא נמשך ממנו והלה עושה פסחו והרופא עושה פסחו ורואין אנו שהדברים קל וחומר :

8. Præterea quæſivit ex iis Rabbi Akiba; membrum pendulum in beſtia cujuſmodi eſt? Reſponderunt ei; nunquam id audivimus, hoc tamen audivimus, quod cui membrum pendulum (ſeu languidum,) in homine, ſit mundum. Nam ſic percuſſi ulcere in Hieroſolyma fecerunt. Nimirum, abiit (quis eorum) in veſpera Paſchatis ad Medicum, qui abſcidit illud, donec reliquit in eo inſtar capilli, & infixit illud ſpina, ut ille à ſe avelleret. Sicque ille fecit Paſcha ſuum, & Medicus fecit Paſcha ſuum. Et exiſtimamus, quod res valeat à minori ad majus.

R. OB. DE BARTENORA.

אבר המדולדל בבהמה *Membrum pendulum in pecore*, quod maxima ex parte ſeparatum eſt ab illo, & partim adhæret, quodnam id eſt? polluitne ut membrum animantis vivi ac ſi penitus ſeparatum eſſet? diximus capite nono tractatus de Profanis quod membrum vivum polluat ut cadaver, & membrum hominis penitus ſeparatum polluat ut mortuus.

באבר המדולדל באדם *In membro pendulo hominis*, quod aliquantulum adhæret, id mundum eſt. מוכי שחין *percuſſi ulcere*, quorum membra ceciderunt. *Qui abſcidit illud*, non ob puritatem, nam antea quoque mundum erat, ſed ne eſſet fœtidum in feſto cum membro pendulo. *Donec in eo reliquit inſtar capilli*, & non penitus abſcidit, ne pollueret eum qui id abſcindebat. *Et infixit illud*, ſcil. membrum. *In ſpina*, humo infixa. *Atque ille*, infirmus nempe; *avelleret*, & membrum ſponte ſeparabatur; infirmus non immundus erat, quia magna vi eam evellebat, membrum vero ſeparabatur, ſed non tangebat ipſum. *Quia res valent a minori ad majus*, ſi homo quis in membro vivo & pendulo ſit mundus, nonne pecoris membrum pendulum merito purum eſt, dum illud vivit?

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

סירה *Spina*, eſt lorum quod magno opere commovendum eſt, ut cito quis ſeparetur ab illa, ne videatur ipſum tangere dum ſeparatur ab illa; ſed hæc prolixius exponentur in tractatu de Tentoriis, quod ſcil. membrum vivum polluat tactu, onere, & in tentorio. Conſequentia vero ita ſe habet, ſi homo dum eſt in vivis, polluat, ſi feminifluus vel leproſus ſit, membrum illius pendulum eſt purum, nonne etiam pecoris quod non polluit dum in vivis eſt, membrum pendulum merito ſit mundum? certum eſt quod id non polluat immunditie membri vivi niſi donec a pecore ſeparetur. Sed capite nono de profanis jam expoſita eſt differentia quæ eſt inter membrum vivum & mortuum ſive cadaveris, & porro caſus immunditiei cadaveris.

ט ועוד שאלן רבי עקיבא השוחט חמשה זבחים בחוץ בהעלם אחד מהו חייב אחת על כלם או אחת על כל אחת ואחת (ס"א) אמרו לו לא שמענו אמר רבי יהושע שמעתי באוכל מזבח אחד בחמשה תמחויים בהעלם אחד שהוא חייב על כל אחד ואחד משום מעילה ורואה אני שהדברים קל וחומר

אמר

9. Porro quæſivit ex illis Rabbi Akiba. Si quis mactat quinque ſacrificia foris in ignorantia una, quot reatus contrahit? Unumne per omnia; an ſingulos per unaquæque? Reſponſionem dedere ei; nunquam audivimus. Rabbi Jehoſchea tamen dixit; audivi de eo, qui comedit de ſacrificio uno, ex quinque patinis in ignorantia una, quod reus ſit propter unamquamque, nomine prævaricationis. Et exiſtimo, quod ratiocinatio valeat a minori ad majus. Dixit Rabbi Schimeon, non ſic interrogavit

eos

אמר רבי שמעון לא כך שאלן רבי עקיבא אלא באוכל נותר מחמשה זבחים בהעלם אחד מהו חייב אחת על כולן או אחת על כל אחת ואחת אמרו לו לא שמענו אמר רבי יהושע שמעתי באוכל מזבח אחד בחמשה תמחויים בהעלם אחד שהוא חייב על כל אחת ואחת משום מעילה ורואה אני שהדברים קל וחומר אמר רבי עקיבא אם הלכה נקבל ואם לדין יש תשובה אמר לו השב אמר לו לא אם אמרת במעילה שעשה בה את המאכיל כאוכל ואת המהנה כנהנה צירף המעילה לזמן מרובה תאמר בנותר שאין בו אחד מכל אלו :

eos Rabbi Akiba; ſed (interrogavit eos) de comedente reliquias de quinque ſacrificiis in ignorantia una; num reus ſit ſemel propter omnia; an ſemel propter ſingula? Reſponderunt ei; non audivimus. Dixit tamen Rabbi Jehoſchea; ego audivi de comedente de ſacrificio uno ex quinque patinis in ignorantia una, quod ſit reus ob ſingulas, nomine prævaricationis. Et exiſtimo, quod valeat argumentatio a minori ad majus. Dixit Rabbi Akiba; ſi eſt conſtitutio, accipiemus; ſed ſi res conſequentiæ, habeo reſponſionem. Dixit ei; reſponde ergo. Reſpondit ei, non, ſi dixeris de prævaricatione, in qua fecit cibantem æqualem comedenti, & eum, qui dat fruendum, ei, qui fruitur, quod conjungat prævaricationem in tempus longum, idem dices de reſiduo, in quo non unum de omnibus iſtis invenitur.

R. OB. DE BARTENORA.

Si quis comederit de uno ſacrificio, e quinque ſcutellis & de quinque decoctis diſtinctis, tenetur nomine prævaricationis, ſi de iis comederit ante ſanguinis ſparſionem. *Nam res conſequentiam a minori ad majus comprehendunt*, ſi de uno ſacrificio, quod non comprehendit diſtincta corpora, teneatur ſingulis, quia decocta dividunt, quanto magis tenetur de quinque ſacrificiis, quæ diſtincta corpora ſunt.

לא כך שאלן רבי עקיבא *Non ſic rogavit eos R. Akiba*, nam ſi eos interrogaſſet de eo qui mactavit, quam demonſtrationem tum adduxiſſent ei ab eo qui comedit; utique argumentandum eſt quod is qui comederit, utilitatem cepit; ſed non interrogavit R. Akiba niſi de eo qui comederit reſiduum quinque ſacrificiorum, & probationem attulit de eo qui comederit. *Nonne juris erit*? nam ſi tu a magiſtris tuis accepiſti quod teneris de quolibet ſacrificio, egone acciperem a te?

ואם לדין *Et ſi per conſequentiam*, nam tu hoc colligis per conſequentiam a prævaricatione, & reſpondetur, *in qua fecit cibantem æqualem comedenti*, nam ſi quis proximo ſuo ſancta propoſuerit comedenda, tenetur perinde ac ſi ipſe comediſſet ea, ſtatuimus enim ipſum qui ſancta a profanis ſeparaverit, prævaricatum eſſe, & non eum cui datum eſt ſanctum. *Et eum qui dat fruendum, ei qui fruitur*, in eo quod non ſpectat ad edulia. *Quod conjungat prævaricationem in longum tempus*, ſenſus eſt, quod prævaricatio inſuper plures habeat conditiones graviores, nam ſi quis hodie commodum perceperit in quantitate dimidii Prutæ, & poſt annum alterum dimidium Prutæ perceperit, conjungitur id cum una Pruta. *Idem dices de reſiduo*, dices de eo qui comederit reſiduum, quod in ipſo non obtineat quicquam de omnibus iſtis conditionibus gravioribus. Sed non expoſitum eſt an R. Joſua ab ipſo receperit hanc reſponſionem, necne; deciſio juris eſt eum qui comederit de reſiduo quinque ſacrificiorum in una ignorantia, unum duntaxat debere; decocta vero non dividunt, ſive ad allevandum ſive ad aggravandum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Res difficilis fuit R. Simeoni, idcirco quæſivit de eo qui mactabat, & probationem adferebat ab eo qui comedebat, quod is utilitatem capiebat, ſed ab uno pro alio probari non poterat; verum is rogabat ipſum de eo qui comederat & adduxerat probationem ab eo qui comederat, & hoc ſenſu conſequentia eſt æqualis, ſi is qui comederit de uno ſacrificio, quia non ſunt corpora differentia, tenetur de ſingulis, quia decocta diſtinguunt, quanto magis ſi de quinque ſacrificiis quæ corpora ſunt differentia. Dixit R. Akiba quod obligatio ſacrificiorum pro peccatis nequeat colligi a prævaricationis ſacrificiis, quia prævaricatio in aliquibus gravior eſt. Cæterum quod dicit prævaricationem conjungi variis temporibus, nempe, ſi quis hodie commodum perceperit de ſacris in quantitate Prutam non exæquante, non tenetur hac prævaricatione, & ſi poſtea pro complemento pretii Prutæ perceperit commodum, etſi id fiat poſt multos dies, tenetur prævaricatione. Sed hæc jura quoque exponentur in fine capitis quinti tractatus de Prævaricatione. Sed non expoſitum eſt an ab ipſo receperit R. Joſua, necne; deciſio hæc eſt, quiſquis comederit reſiduum quinque ſacrificiorum in una ignorantia, is uno ſacrificio pro peccato tenetur.

י אמר רבי עקיבא שאלתי את רבי אליעזר העושה מלאכות הרבה בשבתות הרבה מעין מלאכה אחת בהעלם אחת מה הוא חייב אחת על כלן או אחת על כל אחת ואחת אמר לי חייב על כל אחת ואחת מקל וחומר ומו, אם הנדה שאין בה תוצאות הרבה וחטאות הרבה חייב על כל אחת ואחת שבת שיש בה תוצאות הרבה וחטאות הרבה אינו דין שיהא חייב על כל אחת ואחת אמרתי לו לא אם אמרת בנדה שיש בה שתי (ס״א) אזהרות שהוא מוזהר על הנדה והנדה מוזהרת עליו תאמר בשבת שאין בה אלא אזהרה אחת אמר לי הבא על הקטנות יוכיח שאין בהן אלא אזהרה אחת וחייב

10. Dixit Rabbi Akiba; interrogavit Rabbi Elieſerem, ſi quis facit opera multa ejuſdem ſpeciei operis in Sabbatis multis, in ignorantia una, quot reatus contrahit? unumne propter omnia, an ſingulos propter quælibet? Reſpondit mihi; ſingulos propter ſingula, (argumentatione) a minori ad majus. Nam quid? ſi ob mulierem menſtruatam, in qua non multæ egreſſiones, aut peccata multa, rea tamen eſt propter ſingula: nonne juris erit, quod ad Sabbathum, in quo egreſſiones multæ, atque peccata multa, ut reus (homo) fiat propter ſingula. Dixi ei; non, ſi quid dixeris de menſtruata, in qua deprehenduntur duæ admonitiones; nam ipſe (vir cum illa congrediens) admonitus de menſtruata; & menſtruata admonita eſt de ipſo, dices idem de Sabbatho, in quo non niſi admonitio una. Dixit mihi; ergo hoc, ſi quis congreditur cum minorennibus, concludet: nam de his non niſi una eſt admonitio;

nitio;

וח״ב על כל אחת ואחת אמרתי לו לא אם אמרת בבא על הקטנות שאף על פי שאין בהן עכשיו יש בהן לאחר זמן תאמר בשבת שאין בה לא עכשיו ולא לאחר זמן אמר לי הבא על הבהמה יוכיח אמרתי לו בהמה כשבת :

nitio; & tamen reus quis ſit pro ſingulis. Dixi ei, non, ſi dixeris quid de congrediente cum minorennibus, de quibus etiamſi non ſint, erunt tamen ſequente tempore, dices idem de Sabbatho, de quo nec nunc ſunt, nec inſequente tempore erunt. Dixit mihi; ergo hoc ſaltem, ſi quis congreditur cum beſtia, concludet. Dixi illi; beſtia, ut Sabbathum, ſe habet.

R. OB. DE BARTENORA.

מלאכות הרבה מעין מלאכה אחת *Opera multa ejuſdem ſpeciei operis*, multos filios unius patris, atque in multis Sabbatis, ea opera quæ fecit in hoc Sabbato, eadem quoque fecit in aliis, ſed omnia in una ignorantia. Sed in Gemara argumentantur, & nonnemo quærit, quare multa Sabbata & multos filios meminerit auctor? & quare meminerit filiorum & non patrum? reſpondit R. Akiba, & de duobus quæſivit caſibus, quorum unus eſt, quod ſi quis fecerit opera multa in multis Sabbatis, & poſtea meminerit quod eſſet Sabbatum, niſi quod putabat hoc eſſe opus licitum, hæc eſt ſcientia Sabbati, & operum error. Sic itaque interrogavit, ſi quis unum fecerit opus in duobus Sabbatis, diceremus, quandoquidem duo ſunt dies, etſi una ſit ignorantia, tamen reſpectu operis duo hæc Sabbata ſunt quaſi corpora diſtincta operis quæ non ſunt inter ſe ſimilia, ut, ſi quis ſeminaverit & in una ignorantia meſſuerit quod ſciebat Sabbatum & ignorabat opera, quare tenetur ob unumquodque opus? vel non ſunt corpora diſtincta, perinde ac ſi quis in una ignorantia unum opus decies feciſſet, quando non plus quam ſemel tenetur; nam hic dici nequit quod dies intermedii diviſionem indicent, quia in caſu erroris Sabbati duntaxat indicant quod erat Sabbatum. Sed in caſu erroris operum non eſt indicium niſi prius id didicerit. Præterea interrogavit ipſum, an fecerit multos filios unius patris, & an ſemel teneatur, an vero ob quodque opus, idcirco auctor locutus eſt de filiis operis.

אמר לו על כל אחת ואחת *Dixit ei, tenetur unoquoque*, ad duo reſpondet conditione graviori, qui enim duo opera fecerit in multis Sabbatis cum ſcientia Sabbati, & erraverit in operibus, is tenetur de quolibet Sabbato, quia hæc Sabbata ſunt corpora diſtincta. Filii vero operum ſunt ut ipſa opera, & ob quodque opus tenetur, etſi unius ſint patris, perinde ac ſi feciſſet multa opera quæ patres vocantur.

תוצאות הרבה *Multæ egreſſiones*, in Sabbato continentur patres operum & filii, ſed in menſtruoſa coitus tantum continetur. *Et menſtruata admonita eſt de ipſo*, quemadmodum ſcriptum eſt Levit. 20, 18. *Atque ambo excidentur e populo ipſorum.*

הבא על הקטנות *Si quis congreditur cum minorennibus*, ſi quis cum quinque parvulis menſtruoſis rem habuerit, tenetur de unaquaque, licet parvula non admonita ſit. *Si quis congreditur cum beſtia, arguet*, nimirum quod is tenetur ob quemlibet coitum.

בהמה כשבת *Beſtia eſt ut Sabbatum*, ſenſus eſt, quemadmodum quæſivi de Sabbato, ita quoque de beſtia; ſed R. Akiba non recepit a R. Eliezere, neque id quod dixit, ſi quis unum opus fecit in multis Sabbatis, perinde eſt ac ſi corpora ſint diſtincta; neque id quod dixit, quod filii operum ſimiles ſint ipſis operibus; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Requiritur ut ſcias ea omnia quæ expoſuimus capite ſeptimo codicis de Sabbato, & poſtea ſcias quod R. Akiba ipſum bis interrogavit, prima quæſtio eſt de eo qui multa fecerit opera in modum unius operis die Sabbati, nempe ſi quatuor aut quinque iſta opera fuerint ex uno patre nata, & is die Sabbati in iſtis erraverit, an is ſimilis ſit ei qui multa fecit paterna opera in una ignorantia, ob quæ ſingula teneatur, an vero ob unum duntaxat teneatur, quandoquidem omnia habent unius ſpeciem? reſpondit, quod ob unumquodque tenetur, quia filiæ ſimiles ſunt patribus ſecundum R. Eliezer. Sed ab ipſo non recepit R. Akiba. Expoſuimus jam capite ſeptimo de Sabbato, quod ſi quis opus patris & filii in uno errore fecerit, uno duntaxat ſacrificio pro peccato teneatur. Secunda quæſtio eſt de eo qui in multis Sabbatis fecerit unum opus, ut, ſi in hoc Sabbato incenderit ignem, & in Sabbato ſequenti, quando in Sabbato egerit de induſtria, opera vero egerit in errore, nempe, quum ſciebat iſtum diem eſſe Sabbatum, ſed neſciebat quod incenſio erat ex operibus, tum ſecundum omnes tenetur de qualibet actione. R. Akiba de hoc non quæſivit, quia dies Sabbati ſunt ut multæ res & diſtincta corpora, uti jam expoſuimus, perinde ac ſi quis in uno errore rem habuiſſet cum multis prohibitis, qui tenetur de unaquaque, quia diſtincta ſunt corpora, ſicuti aliquoties expoſuimus, licet coitus ſit una actio; hic ergo ſimilis eſt ei qui unum fecit opus in multis Sabbatis, & hoc eſt quod dixerunt, Sabbata ſunt ut corpora. Sed R. Akiba quæſivit de eo qui in Sabbato erraverit, ſed opus ſciverit, nempe, qui putabat quod incenſio erat opus in Sabbato prohibitum, niſi quod errabat in quolibet iſtorum dierum Sabbaticorum, & neſciebat quod erat Sabbatum quandoquidem medio tempore inter utrumque non ei innotuerat, etſi dies præterierint inter unum & alterum opus, tum iſta Sabbata cenſentur unum, quia in uno Sabbato erravit, idcirco ſimilis erit ei qui incenderit toto Sabbato ſuffitum, qui ſemel duntaxat tenetur. Vel tenetur ob quodlibet opus, nimirum ob ſuffitum quem hoc die Sabbati incendit, & ob ſuffitum quem incendit ſecundo Sabbato, tertio, & quarto? Reſpondit ei R. Eliezer quod ob unumquodque tenetur, etſi ei nihil innotuerit, & quod omnia Sabbata ſunt ut unum. Porro is ſimilis eſt ei qui cum menſtruoſa rem habuit, etſi enim is cum uno corpore rem habuerit, tamen ob quemlibet coitum tenetur, etſi inter unum atque alterum coitum non præceſſerit notitia diviſionis, propterea, quia invenimus quod in diebus intermediis, etſi in iis non præceſſerit notitia diviſionis, tamen tenetur ob unumquemque coitum in menſtruoſa; eodem modo ſe res habet in Sabbato per conſequentiam a minori ad majus. In Gemara jam expoſitum eſt exemplum dierum in medio menſtruo, nempe ſi fœmina coitum paſſa fuerit, & poſtea ſe purificaverit, & deinceps denuo polluta coitum admiſerit, talis ſimilis erit caſui de errore in Sabbato commiſſo, & de ſcientia operis patrati. Sed ita non eſt deciſio, verum quia medio tempore non præceſſit cognitio rei, ſemel duntaxat tenetur, nimirum propter incenſionem ſuffitus.

פרק ד ספק אכל חלב ספק לא אכל ואפילו אכל ספק יש בו כשיעור ספק שאין בו חלב (ס״א ושומן לפניו אכל את אחד מהן ואין ידוע איזו מהן אכל אשתו ואחותו עמו בבית שגג באחד מהן ואין

Caput 4. Si fuerit dubium, comederitne quis adipem, an non comederit: (Item,) ſi, etiamſi comederit, fuerit tamen dubium, fueritne in ipſo juſta quantitas, annon: (Item:) ſi fuerint adeps & pinguedo coram illo, & ederit unum ex illis, ſed ignotum, quodnam ex illis fuerit: (Item,) ſi uxor ejus & ſoror ejus fuerint cum illo in domo, & commiſerit

ואין ידוע באיזו מהן שגג שבת ויום טוב ועשה מלאכה באחת מהן ואין ידוע באיזו מהם עשה מביא אשם תלוי :

miſerit errorem aliquem circa unam ex illis, ſed ignotum, circa quam de illis commiſerit: (Item,) ſi fuerit Sabbatum & dies communis, feceritque opus in aliquo (die) iſtorum, ſed ignorarit, in quo ex illis fecerit: adfert oblationem pro reatu dubio.

R. OB. DE BARTENORA.

ספק אכל חלב *Si dubium fuerit an comederit adipem*, ſi coram ipſo eſſet adeps, & pinguedo, comederitque de alterutro, ſicuti dicitur in fine, quod ita exponitur, ſi dubium fuerit an comederit, necne, ut, ſi coram ipſo ſit adeps & pinguedo, ubi prohibitio certa eſt; at ſi unum fruſtum coram ipſo ſit, & de eo dubium fuerit an ſit adeps, an vero pinguedo, atque is de eo comederit, tum liber eſt, eo quod hic non eſt prohibitio certa. *Et quamvis comederit*, ſi de adipe certo comederit, at dubium fuerit an in eo ſit quantitas olivæ, quia inter comedendum putabat quod pinguedo erat, ſed ei poſtea innotuerit quod eſſet adeps; dubitabat autem an olivæ quantitatem comediſſet. *Comedit alterutrum*, putans quod erat pinguedo, ſed poſtea ei innotuerat quod erat adeps, neſciens autem quidnam comediſſet. *Et erraverit in una ex illis*, putans quod erat ipſius uxor, & poſtea dubitans quænam ex illis eſſet, tum adducet ſacrificium pro reatu ſuſpenſo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Adduxit exempla de edulibus, operibus, & congreſſibus; ego vero tibi exponam quid ſit dubium ob quod tenetur adducere ſacrificium pro reatu ſuſpenſo, nam ſicuti tenetur unicum duntaxat ſacrificium pro peccato adducere ſi bis adipem comederit in una ignorantia, ita quoque ob peccatum dubium unum duntaxat ſacrificium pro reatu dubio ſive ſuſpenſo. Si vero ei in medio operum innotuerit peccatum, tum ſicuti ſacrificium pro peccato adducit pro quolibet peccato, ita quoque adducat ſacrificium reatus expenſi pro quolibet dubio, e.g. ſi comederit adipem, & poſtea dubitaverit an eſſet adeps mundus, necne, & deinceps comederit denuo adipem, atque dubitaverit an mundus, an vero prohibitus ſit, tum is adducat ſacrificium reatus ſuſpenſi pro quolibet adipe.

ב כשם שאם אכל חלב וחלב בהעלם אחת אינו חייב אלא חטאת אחת כך על לא הודע שלהן אינו מביא אלא אשם אחד אם היתה ידיעה בנתים כשם שהוא מביא חטאת על כל אחת ואחת כך הוא מביא אשם תלוי על כל אחת ואחת כשם שאם אכל חלב ודם ונותר ופגול בהעלם אחת חייב על כל אחת ואחת כך על לא הודע שלהן מביא אשם תלוי על כל אחד ואחד הלב ונותר לפניו אכל אחד מהם ואין ידוע איזה מהם אכל אשתו נדה ואחותו עמו בבית שגג באחת מהן ואין ידוע באיזה מהן שגג שבת ויום הכפרים ועשה מלאכה בין השמשות ואין ידוע באיזה מהם עשה רבי אליעזר מחייב חטאת ורבי יהושע פוטר אמר רבי יוסי לא נחלקו על העושה מלאכה בין השמשות שהוא פטור שאני אומר מקצת מלאכה עשה מהיום ומקצתה למחר ועל מה נחלקו על העושה בתוך היום ואין ידוע אם בשבת עשה ואם ביום הכפורים עשה או על העושה ואין ידוע מעין איזו מלאכה עשה רבי אליעזר מחייב חטאת ורבי יהושע פוטר אמר רבי יהודה פוטרו היה רבי יהושע אף מאשם תלוי :

2. Quemadmodum, ſi quis comedit diverſos adipes in una ignorantia, non reus eſt niſi ſacrificii pro peccato unius: ſic propter unam non notificationem illorum, non adfert niſi oblationem pro reatu unam. Sin intervenerit notitia; tum quemadmopum adfert ſacrificium pro peccato propter unumquodque: ſic etiam adfert oblationem dubiam pro reatu propter unumquodque. (Item) quemadmodum, ſi quis manducavit adipem, & ſanguinem, & reſiduum, ac abominandum, in una ignorantia, reus eſt ſuper unoquoque: ſic, quando nemo notificavit illi iſta, adfert oblationem dubiam pro reatu propter ſingula. Si fuerit adeps & reſiduum coram ipſo, & comederit unum ex illis, nec ſcitur, quodnam ex illis comederit: aut ſi fuerit cum illo in domo uxor ejus menſtruata, atque ſoror ejus, (&) commiſerit errorem circa unam ex iſtis, ſed non fuerit notum, circa quam ex illis erraverit: aut ſi fuerit Sabbathum & dies expiatorius, ac fecerit opus inter ſoles, ignotum autem fuerit, in quo illorum perfecerit: tum Rabbi Elieſer reum de ſacrificio pro peccato pronuntiat; at Rabbi Jehoſchea liberum dicit. Dixit Rabbi Joſe, non diſſenſſerunt circa facientem opus inter ſoles, quin liber ſit. Dicere namque poſſum; partem operis fecit hoc die, & partem poſtero. Circa quid ergo diſſenſerunt? (Reſp.) circa facientem in medio diei, ſed non in aperto, feceritne in Sabbato, an in die expiationum fecerit? Item circa facientem, cui ignotum, cujus ſpeciei opus fecerit. Hic R. Elieſer reum fecit ſacrificii pro peccato: At R. Jehoſchea abſolvit. Dixit R. Jehuda; Abſolvit eum R. Jehoſchea etiam ab oblatione dubia pro reatu.

R. OB. DE BARTENORA.

כך על לא הודע שלהן *Sic etiam propterea quod non innotuerit illis*, ut, ſi duo comederit fruſta, putans quod ambo eſſent pinguedo, & poſtea ei innotuerit quod de omnibus erat dubium, unum duntaxat ſacrificium pro reatu ſuſpenſo adducet, quoniam inter unam atque alteram comeſtionem neſciebat ſe comediſſe adipem dubium.

ואם היתה ידיעה בינתים *Et ſi interea cognitio præceſſerit*, cogni-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Eliezer dicit quod non tenetur, quia pro omni opere duorum quod fecit, tenetur. R. Joſua dicit, *ſi peccaverit cum illa*, neceſſum eſt ut ſciat in quo peccavit, & tum ſacrificio pro peccato tenetur. R. Eliezer dicit, *cum illa*, hinc excipitur is cujus intentio non fuit iſtud opus peragere, ſed ludere tantum; ſed non refert ſive iſtud opus fiat, ſive ei operam det vel alio modo agat; & hic in Sabbato duntaxat

cognitio dubii, ſicuti pro unoquoque adducet ſacrificium pro peccato, ſi interea temporis interceſſerit cognitio certa, & ſic etiam ſi cognitio dubia præceſſerit, duo adducet ſacrificia pro reatu ſuſpenſo. *Si fuerit adeps & reſiduum coram ipſo*, & ipſe putaverit quod ambo ſint pinguedines licitæ.

אשתו נדה ואחותו עמו בבית בא על אחת מהן *Si uxor ipſius menſtruata ſit & ſoror ipſius cum ipſo domi, atque is cum una ex illis congreſſus fuerit*, putans quod cum uxore pura rem habebat, ſed poſtea comperiens quod cum menſtruata rem habebat, & ſemper dubitans quacum rem habuiſſet.

עשה מלאכה בין שמשות *Si opus fecerit inter ſoles*, putans quod erat tempus profanum. *R. Eliezer ipſum obligat ad ſacrificium pro peccato*, quia omnimodo tenetur, ſi comederit adipem, tenetur, ſi comederit reſiduum, tenetur; & ſic in cæteris. *R. Joſua liberat*, nam de ſacrificio pro peccato Lex dicit, *quum peccaverit in eo*, neceſſum igitur eſt ut ſciat in quo peccavit. R. Eliezer dicit, per *in eo*, excipitur is qui operi Sabbatico ſtudet.

לא נחלקו *Non contradixerunt*, nempe R. Eliezer, qui dixit non eſſe neceſſarium ut ſciat in quo peccavit, non contradicit R. Joſuæ, ſed ei concedit quod qui inter ſoles inter Sabbatum & diem expiationis peregit aliquod opus, liber eſt, quia ego dicam quod ob dimidium quantitatis operis in die Sabbati, & dimidium quantitatis in die Expiationis factum non tenetur ſacrificio pro peccato. *Et ignotum fuerit in quo illorum perfecerit*, an araverit an vero ſeminaverit. *R. Joſua eum abſolvit a ſacrificio pro reatu dubio*, nam de omni ſacrificio pro reatu dubio ſcriptum eſt, *quando peccaverit, & ei non innotuerit*, excipitur is qui ſcit quod peccavit, niſi quod non ſit ei peccatum oſtenſum, tum non tenetur offerre ſacrificium pro peccato, etſi enim ſciat ſe quocunque modo peccaſſe, nihilominus tamen ei non clare conſtat ſe peccaſſe; deciſio eſt, ipſum teneri ad ſacrificium pro peccato ſuſpenſo, tam propter adipem & reſidua coram ipſo poſita, unde res conſtare ſatis poteſt, quam propter eum qui inter ſoles inter Sabbatum & diem Expiationis opus fecerit, unde res ſatis conſiderare nequit. Sic etiam ſe res habet cum uxore ipſius menſtruata & ſorore ipſius domi, ſi cum una ex illis ex errore maritus rem habuerit, ob hos omnes ejuſmodi caſus adducet ſacrificium pro reatu ſuſpenſo.

taxat liber eſt. Nam veriſſima nobis hypotheſis eſt eum qui operam dat adipi, & inceſtui, teneri, ſed in Sabbato liberum eſſe, nam opera cogitandi Lex prohibuit; hæc exponenda ſunt, ſi quis enim quicquam comederit de rebus prohibitis, vel congreſſus fuerit cum una e fœminis prohibitis modo jocandi, tenetur; ſi vero in Sabbato opus fecerit modo jocandi, liber eſt, uti expoſuimus in tractatu de Sabbato. Dixit R. Jehuda eum eſſe liberum ſecundum R. Joſuam, etiam ab reatu, nam Lex dicit de eo qui tenetur ſacrificio pro reatu ſuſpenſo, *ſi non innotuerit*, excipitur is cui innotuerit ſe peccaſſe, qui enim dubitaverit an peccaverit, necne, adducet ſacrificium pro reatu ſuſpenſo; ſi vero ei certo innotuerit ſe peccaſſe, niſi quod peccatum illius non ſit inſigne, non tenetur ſacrificio pro reatu ſuſpenſo, nec pro peccato, quia neſcit ſe peccaſſe; deciſio juris eſt quod tenetur reatu ſuſpenſo, etſi inter duas veſperas peregerit opus, ſicuti dixit primus doctor. Præterea nos docet controverſiam illius de adipe & reſiduo, quando ſcire poſſit in quo peccavit; & de eo qui opus peregit inter duas veſperas, quando ſcire poſſit in quo peccavit, nam aliquoties expoſitum eſt quod inter duas veſperas ſit dubium, an nox an vero dies ſit. Porro quoque docet de fœmina menſtruoſa & illius ſorore quod alterutra deliciis viri frui poſſit, licet altera id non animadvertat, & dicit quoque quod in omnibus iſtis caſibus R. Eliezer obligat ad ſacrificium pro peccato. R. Joſua obligat ad reatum ſuſpenſum.

ג רבי שמעון שזורי ורבי שמעון אומרים לא נחלקו
על דבר שהוא משום שם אחד שהוא חייב ועל מה
נחלקו על דבר שהוא משום שני שמות שרבי אליעזר
מחייב חטאת ורבי יהושע פוטר אמר רבי יהודה
אפילו נתכוון ללקט תאנים ולקט ענבים ענבים ולקט
תאנים שחורות ולקט לבנות לבנות ולקט שחורות
רבי אליעזר מחייב חטאת ורבי יהושע פוטר אמר
רבי יהודה תמה אני אם יפטר בה רבי יהושע אם
כן למה נאמר אשר חטא בה פרט למתעסק :

3\. Rabbi Schimeon Scheſuræus, atque Rabbi Schimeon dicunt; non diſſenſerunt ſuper re, quæ eſt tituli unius, quin reus ſit. Super qua re igitur diſſenſere? (Reſp.) Super re, quæ eſt duorum titulorum. Nam Rabbi Elieſer tum obligat ad ſacrificium pro peccato: verum Rabbi Jehoſchea abſolvit. Dixit Rabbi Jehuda, etiam quando intenderit colligere ficos, ſed collegerit uvas; aut uvas, ſed collegerit ficos; aut nigras, ſed collegerit albas; aut albas, ſed collegerit nigras: Rabbi Elieſer reum judicat ſacrificii pro peccato; ſed Rabbi Jehoſchea liberum pronuntiat. Dixit Rabbi Jehuda; Miror ego, ſi abſolvit eum Rabbi Jehoſchea. Si ſic tamen ſit; quare dicitur: in quo peccavit? Determinare voluit eum, qui ex intentione rem ſuſcipit.

R. OB. DE BARTENORA.

שהוא משום שם אחד *Quæ eſt nominis unius*, ſi duæ fœminæ menſtruatæ cum ipſo ſint domi, & ipſe cum una ex illis rem habuerit. *Quod is tenetur*, quia novit in quo peccavit. משום שני שמות *duorum nominum*, ſi dubium ſit an meſſuerit, an vero moluerit. *Nam ſi intenderit colligere ficos*, in Gemara exponitur id quod R. Jehuda dicit de eo qui intenderit prius colligere ficos, & poſtea uvas, & manum ſuam inverterit ſuper ultimis, colligens prius uvas, & poſtea ficos; ſic etiam intenderit colligere nigras, & poſtea albas, at is ordinem immutaverit, & prius albas, & deinde nigras collegerit.

רבי אליעזר מחייב חטאת *R. Eliezer eum obligat ad ſacrificium pro peccato*, nam quia ambo intendit, idcirco nec prius nec poſterius hac in parte conſiderandum eſt. *R. Joſua liberat*, nam quando unumquodque collegit, hoc non intendit, & ſe res habet perinde ac ſi animi gratia id fecerit, & tum liber eſt.

אם כן למה נאמר אשר חטא בה *Si ita ſe res habet, quare dici-*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שהוא משום שם אחד *Quæ eſt nomine unius*, ſi duæ mulieres menſtruatæ ſint cum ipſo domi, vel duæ ſorores, & ipſe cum una ex illis rem habuerit, at neſciverit cum quanam. Cæterum nos jam aliquoties expoſuimus quod opera cogitandi in Lege prohibita ſunt; ſed quando intenderit colligere ficos, & collegerit uvas, liber eſt, tam ſecundum R. Joſuam quam ſecundum R. Eliezer. Quod autem R. Jehuda dixit, quod ii contrarii ſunt, id ita intelligendum eſt; R. Jehuda dicit, ſi intenderit colligere ficos, & poſtea uvas, & poſtea intentionem mutaverit, & prius uvas, deinde ficos collegerit, R. Eliezer obligat ipſum ad ſacrificium pro peccato, quia collegit id quod colligere intenderat. R. Joſua liberat, quia non collegit uti cogitaverat. Sed contra ipſum argumentatur R. Simeon, & dicit mirandum eſſe quod R. Joſua hac in parte liberet. Porro R. Jehuda alia admiratione contra ipſum argumentatus eſt, dicendo, quare tu miraris R. Joſuam liberare, quandoquidem Lex dicit, *quando peccaverit in eo*, ſi ita ſit, quare dictum eſt, *quando pec-*

dicitur, *in quo peccavit*? reſpondet quod excipiatur is qui animi gratia fecerit, ſcil. qui non intenderit quicquam colligere, vel qui intenderit colligere tantum uvas, quia cogitatio ipſius nullatenus facta eſt; deciſio eſt ſecundum R. Joſuam, ſicuti R. Jehuda illius verba exponit.

peccaverit in eo? reſpondit ei R. Simeon & dixit, quod Lex dicit, *quum peccaverit in eo*, excipit eum qui animi gratia fecerit, ſcil. qui non intendit quicquam colligere; ſi vero intenderit duntaxat colligere ficos, & collegit uvas, tenetur; traditio eſt ſecundum R. Joſuam ſicuti exponit R. Jehuda; idcirco deciſio juris eſt, quod etiamſi erraverit in duabus mulieribus menſtruoſis, quæ una prohibitione continentur, tenetur offerre ſacrificium pro reatu ſuſpenſo ſecundum opinionem R. Joſuæ, & ſacrificium pro peccato ſecundum opinionem R. Eliezeris; traditio hac in parte quoque eſt ſecundum R. Joſuam.

פרק ה דם שחיטה בבהמה בחיה ובעופות בין טמאים ובין טהורים דם נחירה ודם עיקור ודם הקזה שהנפש יוצאה בו חייבים עליו דם הטחול דם חלב דם בצים דם דגים דם חגבים דם התמצית אין חייבין עליהן רבי יהודה מחייב בדם התמצית :

Caput 5. Sive fuerit ſanguis mactationis beſtiæ manſuetæ, aut feræ, aut avium, tam mundarum, quam immundarum; ſive fuerit ſanguis ſtillationis, ſive ſanguis avulſionis, ſive ſanguis venæſectionis, cum quo egreditur anima, rei fiunt ſuper eo (ſi comedant:) Sin ſanguis ſplenis, aut ſanguis cordis, (aut) ſanguis ovorum, (aut) ſanguis piſcium, (aut) ſanguis locuſtarum, (aut) ſanguis expreſſionis, non rei fiunt ſuper illis. Rabbi Jehuda tamen de ſanguine expreſſionis reatum ſtatuit.

R. OB. DE BARTENORA.

Sanguis mactationis tam in pecore quam in feris & avibus, tam ſanguis narium diſciſſionis quam extirpationis calamorum, ſic etiam ſanguis venæ-ſectionis cum quo anima exit, ſed quiſnam eſt ſanguis cum quo anima exit? quando ſanguis fluit, id eſt medius ſanguis, excipitur is qui in principio venæ-ſectionis defluit, & poſtremus qui ſtillat, & non procul defluit, nam hic non eſt ſanguis animæ.

חייבים עליו *Rei ſunt ſuper eo*, ſi de eo comederint quantitatem olivæ, excidio tenentur. *Sanguis cordis*, eſt ſanguis quem cordis caro imbibit, qui reliquorum membrorum ſanguini ſimilis eſt, & præceptum negativum comprehendit, ſed non pœnam excidii. Verum ſanguis qui in oſſe cordis eſt, venit e loco mactationis, pecus enim inter mactandum exhaurit, & recolligit ſanguinem loci mactationis in concavum cordis, & hic ſanguis continet pœnam excidii, ſi in eo ſit olivæ quantitas.

דם בצים *Sanguis ovorum*, alii exponunt de ſanguine ovi maſculi, in bove, & ariete, & capra. Sed mihi videtur quod ſit ſanguis qui in ovis gallinæ invenitur. דם התמצית *ſanguis expreſſionis*, qui guttatim effluit & exprimitur. *Non tenetur ob illos*, excidio ſcilicet, quia in ſanguine animæ duntaxat pœna excidii continetur, uti ſcriptum eſt Levit. 17, 14. *Nam omnis carnis anima eſt ſanguis*, *& quiſquis eum comederit*, *tenetur*. Deciſio juris eſt quod lienis, & cordis ſanguis, ut & renum atque ſanguis expreſſionis comprehendant præceptum negativum, *omnem ſanguinem non comedetis*, & plagas merentur tranſgreſſores, ſed non excidium. Sanguis vero qui in ovis invenitur, e decretis Sapientum prohibitus eſt; ſi quis de ſanguine ſerpentum comederit olivæ quantitatem, vapulabit; quia de ſerpente comedit, non quod de ſanguine comedit. Sanguine vero piſcium & locuſtarum purarum de induſtria frui licet; ſed requiritur ut in piſcium ſanguine contineantur ſquamæ, quæ indigitant eſſe piſcium ſanguinem, ob oculi offenſam. Hominis vero ſanguis e decreto Sapientum prohibitus eſt dum ab homine ſeparatus eſt; ſed ob comeſtionem illius nemo plagas luit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חייבין עליו *Rei fiunt ſuper eo*, ſi quis de eo comederit olivæ quantitatem, ſive teneatur excidio, ſive non. In Siphra dicunt, quando Lex dicit, *omnem ſanguinem non comedetis*, inde colligi poſſet quaſi ſanguis bipedum, ſanguis ovorum, & ſanguis piſcium & locuſtarum non comedendus eſſet, idcirco Lex addit in ſpecie, *de ave & de pecude*, quemadmodum ergo in ave & pecude continetur immundities levis & gravis, prohibitio & permiſſio, & ſunt ſpecies carnis, ſic etiam per omne id in quo continetur immundities levis & gravis, prohibitio & permiſſio, & quod ſpecies carnis eſt, excipitur ſanguis bipedum, quia in illis non continetur immundities levis, excipitur ſanguis reptilium, in quibus non continetur immundities gravis, ut & ſanguis ovorum, in quibus non continetur ſpecies carnis, & locuſtarum piſciumque, quorum omnium ſanguis licitus eſt. Quod autem dicit de ſanguine bipedum, quod in iis non continetur immundities levis, ejus ratio eſt quod omne id quod in ipſis morientibus polluitur, polluatur immunditie gravi, polluit enim tactu & onere; avis autem & pecus aliquando polluit immunditie gravi, quæ eſt immundities cadaveris, quæ polluit tactu & onere. Sic etiam cadaver avis mundæ polluit in quantitate fabæ dum inglutitur, uti dictum in principio tractatus de Purificationibus. Præterea quoque polluit immunditie levi, ſive immunditie cibi, uti aliquoties diximus, & in tractatu modo allegato quoque exponemus. Cæterum quod dicit omnia eſſe licita, ejus ratio eſt quod piſces & locuſtæ non debeant mactari. Et quandoquidem expoſitum eſt quod hominis ſanguis non obligat ad pœnam excidii, ſi quis de eo comederit, uti hæc dicit Miſna, *ſanguis venæ-ſectionis eſt*, ſcilicet in animantibus quorum ſanguis prohibitus eſt. Sed animalis ſanguis in eo non exit, nam deſinit illius fluxus aliquando, ſicuti in principio venæſectionis fluit, & paulatim diminuitur; & hoc contingere ſolet quando copia ſanguinis diminuitur, & exigua quantitas in venis remanet, & is ſanguini expreſſionis ſimilis eſt; ſed omnis ſanguis qui fluendo effluit, eſt ſanguis quo anima exit. Scias porro quod ſanguis hominis prohibitus ſit, etſi propter illius comeſtionem non teneantur excidio, & non licet de eo comedere de induſtria, qui vero de eo comederit, non luet plagas; ſic etiam ſe res habet cum ſanguine abominationis & reptilis. Sed cordis & lienis ſanguis, ut & renum ac membrorum obligat ſub pœna flagellationis, quia negativum præceptum continet; ſed non obligat ad pœnam excidii. Per ſanguinem cordis intelligimus ſanguinem quem cor animantium attrahit inter mactandum; ſed ob comeſtionem ſanguinis in ipſo corde tenentur excidio, quia is veriſſimus eſt ſanguis. Porro ſcias volo quod nobis ſit fundamentum quod reptilium ſanguis ſimilis ſit carni in caſu immunditiei, quod adhuc exponendum erit in tractatu de Purificationibus. Sic etiam ſi quis comederit olivæ quantitatem de ſanguine reptilis, vapulabit, quia comedit de reptili, non quod de ſanguine comedit. Sed de ſanguine piſcium & locuſtarum de induſtria edere licet; verum de ſanguine piſcis immundi comedere non licet, neque rei fiunt ob ſanguinem eorum, nec ob reptile aquaticum; hæc ſcias volo; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ב רבי עקיבא מחייב על ספק מעילות אשם תלוי

2. Rabbi Akiba debitorem conſtituit, ſuper dubio

תלוי וחכמים פוטרין ומודה רבי עקיבה שאין מביא את מעילתו עד שהתודע לו ויביא עמה אשם ודאי אמר רבי טרפון מה לזה מביא שתי אשמות אלא יביא מעילה וחומשה ויביא אשם בשני סלעים ויאמר אם ודאי מעלתי זו מעילתי וזה אשמי ואם ספק המעות נדבה והאשם תלוי שממין שהוא מביא על הודע מביא על לא הודע:

bio prævaricationum, oblationis pro reatu dubiæ: Sapientes vero abſolvunt. Confitetur tamen Rabbi Akiba, quod non adferat quis prævaricationem ſuam, donec notam fecerint ei: & quod tunc adferat ſimul cum ea oblationem pro reatu certam. Dixit Rabbi Tarphon; ut quid adferret duas oblationes pro reatu? Adfert potius prævaricationem, atque quintam partem, ſimulque adfert oblationem pro reatu, pro duobus ſiclis, atque dicit; ſi certo ſum prævaricatus, hæc eſto prævaricatio mea, atque hoc oblatio mea pro reatu: ſed ſi dubia res, oboli cedant in ſacrificium voluntarium, oblatio autem pro reatu ſit pro reatu dubio. Nam de qua ſpecie affert pro notificato, de eadem etiam adfert pro non notificato.

R. OB. DE BARTENORA.

ספק מעילות *Dubium prævaricationis*, hæc eſt, ſi quis dubitaverit an de ſanctis commodum perceperit, necne. *Sapientes abſolvunt*, nam de ſacrificio pro peccato ſcriptum eſt, *præceptum*, & de reatu ſuſpenſo ſcriptum eſt, *præceptum*, ob quam igitur tranſgreſſionem ex errore commiſſam tenentur ſacrificio pro peccato, ob illius dubium tenentur reatu ſuſpenſo; qui vero de ſanctis commodum perceperit, ob cujus errorem non tenentur ſacrificio pro peccato, ſed reatu certo, ob illius dubium tenentur reatu ſuſpenſo.

שאינו מביא מעילתו *Qui non adduxit ſacrificium pro peccato illius*, non tenetur adducere pecuniam. *Duo ſacrificia pro reatu*, ſi enim ei innotuerit quod peccavit poſtquam adduxit ſacrificium pro reatu pendente, adducere debet ſacrificium pro reatu certo. *Adferet ſacrificium prævaricationis, & quintam illius*, ſummam principalem, quia dubitavit an commodum de illa & de quinta illius perceperit. *Si dubium fuerit*, ſi ſemper in dubio manſerit, reatus ipſius eſt ſuſpenſus. *Nam de qua ſpecie adfert pro certo &c.* idcirco adducere poteſt & conditionem inſtituere; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sapientes dicunt, qui ob errorem ſuum tenetur ſacrificio pro peccato, is ob dubium illius tenetur ſacrificio pro reatu pendente, & qui ex errore de ſanctis commodum percepit, is tenetur prævaricatione, quandoquidem ſacrificium reatus certi duntaxat debet pro errore ſuo, idcirco non adducet ſacrificium pendentis reatus pro errore ipſius. R. Akiba dicit, quiſquis ob errorem ſuum tenetur ſacrificio, etſi reatus certus ſit, tamen ob dubium tenetur reatu pendente. Quum dicit, *ſi dubium ſit*, ne putes quod is dicat illa verba. Sed R. Tarphon dicit quod ſi hoc dubium ſit omnimodum, & ita maneat, reatus iſte ſit reatus pendens, & nummi cedant in oblationem primam. *Nam de qua ſpecie affert pro reatu certo, de eadem quoque adferet pro non certo*, ſenſus eſt, ſi certo ei innotuerit ſe prævaricatum eſſe, tenetur reatu certo, pro quo afferri debet aries; & ſic etiam pro reatu pendente afferendus eſt aries, ſicuti expoſuimus in prologo hujus libri; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ג אמר לו רבי עקיבא נראין דבריך במעילה מעוטה הרי שבא על ידו ספק מעילה במאה מנה לא יפה לו שיביא אשם בשתי סלעים ואל יביא ספק מעילה במאה מנה הא מודה רבי עקיבא לרבי טרפון במעילה מועטת האשה שהביאה חטאת העוף ספק אם עד שלא נמלקה נודע לה שילדה ודאי תעשנה ודאי שממין שהיא מביאה על לא הודע מביאה על הודע:

3. Dixit ei Rabbi Akiba, videntur verba tua bona, quoad prævaricationem parvam. At ſi obvenerit dubium prævaricationis centum librarum, non decet eum, ut adferat oblationem pro reatu pro duobus ſiclis. Nec tamen etiam adferre poterit dubium prævaricationis pro centum libris. En! conſentit Rabbi Akiba Rabbi Tarphoni in prævaricatione parva. Mulier, quæ adfert ſacrificium pro peccato ex ave dubium, ſi, antequam ungue ſecta fuerit, notum illi factum fuerit, quod pepererit certo, faciat certam: nam ex qua ſpecie adfert pro non notificato, ex eadem etiam adfert pro notificato.

R. OB. DE BARTENORA

חטאת העוף ספק *Sacrificium ex ave pro dubio*, mulier quæ pepererit, & de ipſa dubium fuerit an ſit e ſpecie libera an vero obligata, adducet agnum in holocauſtum, & conditionem inibit, ſi ſit e ſpecie obligata, adducet ex obligatione; ſin e ſpecie libera, adducet oblationem ſpontaneam. Verum ſacrificium pro peccato adducet pro dubio, idque non comedetur, quia profanum forſan ſit, at ungue-ſectio avis profani cadaveri ſimilis eſt. *Faciet eam certam*, & ſacerdotes eam comedent ut cætera expiatoria. *Nam e qua ſpecie adfert pro dubio, &c.* quia unum e duobus turturibus vel e columbæ pullis adducet in ſacrificium pro peccato, tam pro puerperio certo quam pro dubio.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc clara ſunt; nam illa adducet ſacrificium de turturibus, aut de pullis columbarum, unum in ſacrificium pro peccato ſive illa puerpera certa ſit ſive dubia.

ד התיכה של חולין והתיכה של קדש אכל אחת מהן ואין ידוע איזו מהן אכל פטור רבי עקיבא מחייב באשם תלוי אכל את השניה מביא אשם ודאי אכל אחד הראשונה ובא אחר ואכל

4. Fruſtorum, quorum unum de profanis, alterum de ſanctis, ſi quis comederit unum, ignotum autem, quodnam ex iſtis comederit, liber eſt. R. Akiba quidem obligat ad oblationem pro reatu dubio. Sin comederit alterum etiam, adferat oblationem pro reatu certo. Si quis comederit primum, vene-

ואכל את השניה זה מביא אשם תלוי וזה מביא אשם תלוי דברי רבי עקיבא רבי שמעון אומר שניהם מביאים אשם אחד רבי יוסי אומר אין שנים מביאים אשם אחד :

veneritque alius, atque comederit alterum: uterque adferat oblationem pro reatu dubio: verba ſunt Rabbi Akibæ. Rabbi Schimeon inquit; ambo adferant oblationem pro reatu unam. Cui Rabbi Joſe ait; minime duo adferunt (tantum) unam oblationem pro reatu.

R. OB. DE BARTENORA.

רבי עקיבא מחייב *R. Akiba obligat*, R. Akiba ſecundum ſententiam ipſius obligat ad ſacrificium pro reatu ſuſpenſo ob dubiam prævaricationem. *Ambo adferant ſacrificium pro reatu dubio*, in ſocietate, & unus dicet alteri, ſi tu ediſti de fruſto ſancto, dabo tibi meam partem, & culpa erit in te. *Duo non adducent unum ſacrificium pro reatu*, nam R. Joſe putat non eſſe conditionem in ſacrificiis, verum ſecundum Sapientes ambos eſſe liberos; at ſecundum R. Akibam quisque adducet oblationem pro reatu ſuſpenſo; deciſio eſt ſecundum Sapientes, quia pro dubia prævaricatione non adducitur oblatio pro reatu ſuſpenſo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam noſti quod R. Akiba pro dubia prævaricatione adducendum putat ſacrificium pro reatu ſuſpenſo, qui vero fruſtum de ſancto comederit, is prævaricatus eſt quia de ſanctis commodum percepit ex errore, idcirco quoque tenetur ad ſacrificium pro reatu ſuſpenſo adducendum. R. Joſe eſt in eadem cum doctore primo ſententia, nam ſententia illius eſt quod ob dubium prævaricationis non tenetur ad ſacrificium pro reatu ſuſpenſo; ita deciſio eſt.

ה התיכה של חולין והתיכה של חלב אכל אחת מהן ואין ידוע איזו מהן אכל מביא אשם תלוי אכל את השניה מביא חטאת אכל אחד את הראשונה ובא אחר ואכל את השנייה זה מביא אשם תלוי וזה מביא אשם תלוי דברי רבי עקיבא (נ"א ל"ג) ר"ש אומר שניהם מביאים חטאת אחת רבי יוסי אומר אין שנים מביאים חטאת אחת :

5. Fruſtorum, quorum unum de profanis, alterum de adipe, ſi quis comederit unum; eſt autem ipſi incognitum, quodnam illorum comederit: adferat oblationem pro reatu dubio. Sin comederit alterum etiam, adferat ſacrificium pro peccato. Si comederit quis primum, & venerit alius atque comederit alterum: hic adferat oblationem pro reatu dubio, & iſte adferat oblationem pro reatu dubio: hactenus R. Akiba. Rabbi Schimeon dicit; adferant ambo ſacrificium unum pro peccato. Cui Rabbi Joſe inquit; non adferunt duo ſacrificium unum pro peccato.

R. OB. DE BARTENORA.

שנים מביאים חטאת אחת *Ambo adducunt ſacrificium pro peccato unum*, conditione inter ſe inita, ſicuti expoſitum eſt ſuperius. *Duo non adducunt ſacrificium unum pro peccato*, ſed quiſque adducet ſacrificium pro reatu ſuſpenſo ob adipis fruſtum; R. Joſe idem eſt qui doctor primus; deciſio eſt ſecundum ipſum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Joſe eſt idem ipſe doctor primus, & deciſio eſt ſecundum ipſum; totus porro caſus eſt ſatis clarus.

ו חתיכה של חלב והתיכה של קדש אכל את אחת מהן ואין ידוע איזו מהן אכל מביא אשם תלוי אכל את השניה מביא חטאת ואשם ודאי אכל אחד את הראשונה ובא אחד ואכל את השניה זה מביא אשם תלוי וזה מביא אשם תלוי רבי שמעון אומר שניהם מביאים חטאת ואשם רבי יוסי אומר אין שנים מביאים חטאת ואשם :

6. Fruſtorum, quorum unum de adipe, alterum de Sanctis, ſi quis comederit unum, neſcit autem, quodnam ex iſtis comederit: adferat oblationem pro reatu dubio. Sin comederit alterum etiam: adferat ſacrificium pro peccato, cum oblatione pro reatu certo. Si unus aliquis comederit primum, acceſſeritque alius, ac comederit alterum, uterque adferat oblationem pro reatu dubio. R. Schimeon dicit, uterque adferat ſacrificium pro peccato, cum oblatione pro reatu. R. Joſe inquit; non adferunt duo ſacrificium pro peccato, atque oblationem pro reatu.

R. OB. DE BARTENORA.

מביא אשם תלוי *Adducet oblationem pro reatu ſuſpenſo*, etiam ſecundum Sapientes, qui dicunt quod non adducent oblationem pro reatu pendente ob dubiam prævaricationem, hic concedunt quod ob adipis fruſtum tenetur. *Adferat ſacrificium pro peccato, & pro reatu certo*, ob adipis fruſtum adducet ſacrificium pro peccato, & ob carnem ſanctam adducet oblationem pro reatu certo. *Oblationem pro peccato & pro reatu*, in ſocietate, & conditione inita, ſi ego comederim adipem, & tu ſanctitatem, tibi meam dabo partem in oblatione pro peccato, & tu mihi dabis meam in oblatione pro peccato; ſi vero ego comedero ſanctum, & tu adipem, dabo tibi meam partem in ſacrificio pro peccato, & tu mihi in ſacrificio pro reatu. *Non duo adducunt ſacrificia pro peccato & pro reatu*, ſcil. in ſocietate, ſed unuſquiſque adducet ſacrificium pro peccato ſuſpenſo; & hoc idem eſt quod primus doctor dicit; docet nos autor doctorem primum eſſe R. Joſen, & ſecundum ipſum deciſio eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Akiba hic nihil protulit, quia hac in parte non diſſentit; deciſio eſt ſecundum Sapientes, nam ii obligant ad ſacrificium pro reatu ſuſpenſo duntaxat, ob adipem, & is quoque eadem de cauſa, & ob ſanctitatem. Cæterum R. ſententia eſt id quod doctor primus dixit, nempe quod duo non adducunt ſacrificium pro peccato in ſocietate, nec ſub conditione; & ita deciſio eſt.

ז התיכה של חלב והתיכה של חלב קדש אכל את אחת מהן ואין ידוע איזו מהן אכל מביא חטאת רבי עקיבא אומר מביא אשם תלוי אכל את השניה מביא שתי חטאות ואשם ודאי אכל אחד את הראשונה ובא אחד ואכל את השניה זה מביא חטאת וזה מביא חטאת רבי עקיבא אומר זה מביא אשם תלוי וזה מביא אשם תלוי רבי שמעון אומר זה חטאת וזה חטאת ושניהם מביאים אשם אחד רבי יוסי אומר אין שנים (ס"א) מביאים אשם אחד :

7. Fruſtorum, quorum unum de adipe (profano,) & alterum de adipe ſancto, ſi quis comederit aliquod; verum, quodnam illorum comederit, ignorat: adferat ſacrificium pro peccato. Rabbi Akiba dicit; adferat oblationem pro reatu dubio. Sin comederit ſecundum etiam; adferat duo ſacrificia pro peccato, & oblationem pro reatu certo. Si quis comederit primum, atque acceſſerit alius, comederitque alterum: uterque adferat ſacrificium pro peccato. Rabbi Akiba dicit; hic adferat oblationem pro reatu dubio, & iſte adferat oblationem pro reatu dubio. Rabbi Schimeon inquit; hic (adferat) ſacrificium pro peccato, & iſte (adferat) ſacrificium pro peccato, amboque (ſimul) adferant unam oblationem pro reatu. Rabbi Joſe ait; non adferunt duo oblationem unam pro reatu.

R. OB. DE BARTENORA.

מביא חטאת *Adducet ſacrificium pro peccato*, quia omnino adipem comedit. *R. Akiba dicit, adferat oblationem pro reatu dubio*, etiam pro reatu ſuſpenſo ſacrificium pro peccato, ob dubias prævaricationes; deciſio non eſt ſecundum R. Akibam. *Adducet duo ſacrificia pro peccato*, ſi in duabus ignorantiis comederit, nam ſi in medio præceſſerit notitia, uno duntaxat tenetur. *R. Akiba dicit, hic adferat oblationem pro reatu &c.* præter ſacrificium pro peccato quod ob comeſtionem adipis adferre debet, adducet pro reatu ſuſpenſo ob dubiam prævaricationem. *Ambo adducent unum ſacrificium pro reatu*, in ſocietate & conditione inita: doctor primus eſt R. Joſe, & deciſio eſt ſecundum ipſum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Notum quando dicit, *duo ſacrificia pro peccato*, intelligendum eſſe ſub conditione quod duo comedit in duabus ignorantiis, quando enim in medio non interceſſerit notitia, uno tenetur ſacrificio pro peccato, ſicuti exponitur tertio capite hujus tractatus. Quod R. Akiba dicit, unumquemque adducere ſacrificium pro reatu pendente, id intelligendum eſt de addititio quod adducet præter ſacrificium pro peccato ob comeſtionem adipis, & propter dubiam prævaricationem adducet ſacrificium pro reatu ſuſpenſo, quia dubium eſt an comederit ſanctum, an vero profanum. Cæterum nos exponimus quod verba R. Akibæ ſint exploſa.

ח התיכה של חלב והתיכה של חלב נותר אכל את אחת מהן ואין ידוע את איזו מהם אכל מביא חטאת ואשם תלוי אכל את השניה מביא שלש חטאות אכל אחד את הראשונה ובא אחר ואכל את השניה זה מביא חטאת ואשם תלוי וזה מביא חטאת ואשם תלוי רבי שמעון אומר זה חטאת וזה חטאת ושניהם מביאים חטאת אחת רבי יוסי אומר כל חטאת שהיא באה על חטא אין שנים מביאים אותה :

8. Fruſtorum, quorum unum de adipe (profano,) ac alterum de adipe (ſancto) relicto, ſi quis unum manducarit; at ignotum ei, quodnam de his manducarit; adferat ſacrificium pro peccato, ac oblationem pro reatu dubio. Sin comederit alterum etiam: adferat tria ſacrificia pro peccato. Si quis comederit primum, & accedens alius comederit alterum: hic adferat ſacrificium pro peccato, cum oblatione pro reatu dubio, iſteque adferat ſacrificium pro peccato cum oblatione pro reatu dubio. R. Schimeon ait; (adferat) ſacrificium pro peccato, & iſte ſacrificium pro peccato; & (inſuper) ambo (ſimul) adferant ſacrificium unum (commune) pro peccato. Rabbi Joſe inquit; nullum ſacrificium pro peccato, quod affertur propter peccatum, adferre poſſunt duo (tanquam commune.)

R. OB. DE BARTENORA.

מביא חטאת *Adducet ſacrificium pro peccatu*, pro adipis eſu, ſed ob dubiam comeſtionem de reſiduo ſacrificium pro reatu ſuſpenſo, nam comeſtio reſidui vetita eſt ſub poena excidii, ut comeſtio adipis, & prohibitio reſidui incidit in prohibitionem adipis, eo quod prohibitio addititia eſt. *Tria ſacrificia pro peccato*, duo pro comeſtione adipis & unum pro comeſtione reſidui; & hoc intelligendum eſt ſi in medio præceſſerit notitia; ſin minus, duo duntaxat adducet ſacrificia pro peccato, unum ob comeſtionem adipis, alterum ob comeſtionem reſidui. Quod autem non dicat hic tria requiri ſacrificia pro peccato, & ſacrificium pro reatu certo, ut dixit ſupra, ejus ratio eſt quia maxima pars reſidui non comprehendit pretium Prutæ, quia nihil valet. Sed ſacrificium reatus pro prævaricatione non offertur pro pretio quod Prutam non valet. *Omne ſacrificium pro peccato quod pro peccato offertur*, excipe ſacrificium pro peccato puerperæ, quod non offertur pro peccato; nam R. Joſe putat quod duo id offerant in ſocietate & conditione inita, ſicuti diximus capite

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sacrificium pro reatu ſuſpenſo offertur ob dubium reſidui, quia reſidui comeſtio meretur pœnam excidii, ſicuti aliquoties expoſuimus. Cæterum notum eſt quod reſidui comeſtio cadit in adipi prohibitionem, quia eſt prohibitio addititia, ſicuti expoſuimus capite tertio hujuſce tractatus. Tria debet offerre ſacrificia pro peccato, hoc ſub ea conditione intelligendum eſt quum præceſſerit notitia inter unamquamque alteram comeſtionem. Si vero duo fruſta comederit in una ignorantia, duo ſacrificia pro peccato debet. Ratio autem quare non dicat, tria ſacrificia pro peccato & unum pro reatu adducenda ſunt pro prævaricatione, quandoquidem e ſanctis commodum percepit, hæc eſt, quia reſiduum pro maxima ſua parte non valet Prutam, quia depravatum eſt; at nemo prævaricatione tenetur, niſi Prutæ pretium perceperit. Cæterum quod R. Joſe dicit, *omne ſacrificium pro peccato quod ob peccatum offertur &c.* intelligendum eſt de reliquis ſacrificiis pro peccato; at ſacrificium pro peccato ex avibus adducunt duplex. Cæterum in principio hujus tractatus

pite primo; deciſio juris eſt quod in ſocietate non offertur ſacrificium pro peccato, nec ſacrificium pro peccato pro iis qui expiatione deſtituti ſunt.

tus jam expoſuimus, quod verba R. Joſis refutata ſunt, & quod duo in ſocietate carentes expiatione non adducunt ſacrificium unum pro peccato.

פרק ו המביא אשם תלוי ונודע לו שלא חטא אם׳ עד שלא נשחט יצא וירעה בעדר דברי רבי מאיר וחכמים אומרים ירעה עד שישתאב וימכר ויפלו דמיו לנדבה רבי אליעזר אומר יקרב שאם אינו בא על חטא זה הרי הוא בא על חטא אחר אם משנשחט נודע לו הדם ישפך והבשר יצא לבית השרפה נזרק הדם הבשר יאכל רבי יוסי אומר אפילו הדם בכוס יזרק והבשר יאכל :

Caput 6. Si quis attulerit oblationem pro reatu dubio, ſed (mox) notum factum fuerit ei, quod non peccarit: tum, ſi nondum mactatum eſt, egrediatur ac paſcat in grege: hæc Rabbi Meir. Sed Sapientes dicunt; paſcat, donec contaminatum fuerit: tunc vendatur, & cedat pretium ejus in munus ſpontaneum. Rabbi Elieſer inquit; offeratur: nam ſi non offeratur pro peccato hoc; offeretur pro peccato alio. Si vero poſtquam mactatum, demum notum ei factum fuerit; ſanguis de eo effundatur, & caro exeat in locum combuſtionis: Sin jam ſparſus ſanguis; comedatur caro. Rabbi Joſe ait; licet etiam ſanguis ſit adhuc in poculo, (tamen) ſpargatur, caroque manducetur.

R. OB. DE BARTENORA.

יצא וירעה בעדר *Egrediatur & paſcat in grege*, cum aliis pecoribus, perinde ac ſi omnino profanum eſſet; nam R. Meyr putat quod ipſum non conſecravit, quia non indiget eo. *Paſcet donec vitium contraxerit*, nam quia cor ipſius timet a dubio an peccaverit dum ipſum ſeparabat, ſecum propoſuit conſecrationem illius, etſi eo non eſſet opus, idcirco paſcet donec vitium contraxerit, & vendetur ac nummi ipſius cedent in oblationem ſpontaneam, ut de illis offeratur holocauſtum ſpontaneum; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

הדם ישפך *Sanguis effundetur*, in Templi canalem. *Ad locum combuſtionis*, etſi profana in atrio mactata debeant ſepeliri, hoc tamen ſimile eſt ſacrificio illegitimo quod comburi debet. *Sin jam ſparſus ſit ſanguis*, antequam ei innotuerit. *Comedetur caro*, quia Lex dicit Levit. 5, 18. *Et ei non innotuerit, tum ei condonabitur*; nam in momento expiationis ei non innotuerat; ita quoque hic in momento ſparſionis ſanguinis, quod eſt momentum expiationis, non ei innotuerat, & tota expiatio dubii ipſius jam perfecta erat; eſtque hoc ſacrificium pro reatu ſuſpenſo legitimum. *Licet ſanguis adhuc ſit in vaſe, tamen ſpargatur*, quia R. Joſe putat quod vaſa miniſterii conſecrent illegitimum ut offeratur, & ut omne id quod de ſanguine ſpargendum ſit, habeatur ac ſi eſſet jam ſparſum, antequam ei innotuiſſet; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Meyr dicit, quandoquidem eo non indigebat, idcirco non ipſum conſecravit, & ob dubium duntaxat conſecravit, quum vero ei notum factum fuerit, ſanctitas ſublata eſt. Sapientes dicunt, cor hominis laborat iniquitatibus, idcirco licet quis dubitet de peccato, cum tamen conſecravit, ſanctitas incidit in ipſum, quia in animo habuit ſanctificationem ipſius, & propterea paſcet donec obierit, & vendetur, atque pro illius pretio offeretur holocauſtum ſpontaneum; deciſio eſt ſecundum Sapientes, & non ſecundum R. Eliezer, nec ſecundum R. Joſen, nam R. Joſe dicit quod vaſa miniſterii conſecrant id quod illegitimum eſt ut offerri poſſit, & ut omne id quod ſpargendum eſt de ſanguine, habeatur ut jam ſparſum; ſed omnia hæc refutata ſunt.

ב אשם ודאי אינו כן אם עד שלא נשחט יצא וירעה בעדר משנשחט הרי ,זה יקבר נזרק הדם הבשר יצא לבית השריפה שור הנסקל אינו כן אם עד שלא נסקל יצא וירעה בעדר משנסקל מותר בהנאה עגלה ערופה אינה כן אם עד שלא נערפה תצא ותרעה בעדר משנערפה תקבר במקומה שעל ספק באה מתחלתה כפרה ספיקה והלכה לה :

2. Verum oblatio pro reatu certo non ita ſe habet. Sed ſi nondum mactatum eſt, egreditur, & paſcit in grege: Si vero jam eſt mactatum, tum ſepeliatur: ſi ſparſus eſt ſanguis, caro egreditur in locum combuſtionis. Cum bove lapidando etiam non ita ſe res habet. Nam ſi nondum eſt lapidatus, exit, atque paſcit in armento: Si vero eſt lapidatus, licet eum in uſum convertere. Cum vitula decollanda etiam aliter ſeſe habet. Si enim nondum eſt decollata, egrediatur, & paſcat in grege: Si vero decollata, ſepeliatur in loco ſuo: nam cum ſuper dubio venerit ab initio, eſto expiatio dubia, & abeat ſibi.

R. OB. DE BARTENORA.

אשם ודאי אינו כן *Sacrificium pro reatu certo ita non eſt*, in hoc non diſſentiunt Sapientes, nam ſi ei innotuerit ſe non peccaſſe antequam mactaverit, exibit & paſcet in paſcuo; putant enim Sapientes de ſacrificio pro reatu ſuſpenſo, quod cum is ſit dubius, ſecum propoſuerit conſecrare propter dubium. Cæterum de ſacrificio pro reatu certo, ut, ſi dixerint ei, comediſti de conſecrato, attamen ei innotuerit ſe non peccaſſe, & teſtes compertos fuiſſe falſarios, vel quod putaverit ſe comediſſe conſecratum, idque profanum eſſe compertum fuerit, res detecta eſt eam eſſe conſecrationem erroneam. *Sepelietur*, quia id non eſt conſecratum, ſimile eſt profanis in atrio mactatis, quæ ſepelienda ſunt. *Si conſperſus ſit ſanguis, caro egreditur in locum cineris*, in Gemara exponitur cum qui dixit ſuperius, *ſepelietur*, hic non dicere,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit de ſacrificio pro reatu certo quando ei innotuerit quod non peccavit, quod jus non ſit ut jus ſacrificii pro reatu ſuſpenſo, & exponit differentiam quæ eſt inter illa. Poſtea dicit quod jus bovis lapidandi, quando ei innotuerit quod non meretur mortem, non ſit ſimile juri ſacrificii pro reatu certo quando ei innotuerit ſe non peccaſſe, & porro exponit differentiam duorum. Poſtea dicit quod jus vituli decollandi, ſi ei innotuerit quiſnam ſit homicida, diſſimile ſit juri bovis lapidandi, ſi ei innotuerit ſe eſſe liberum, & exponit differentiam illius; hæc omnia clara ſunt & non indigent explicatione.

cere, *caro exibit in locum combuſtionis*, nam quia putat ſacrificium pro reatu certo eſſe profanum & non conſecratum, nunquam comburetur, ſed ſepelietur. *Aliter comparatum eſt cum bove lapidando*, differt enim a ſacrificio reatus ſuſpenſi; hic enim Sapientes non diſſentiunt, nam ſi ei innotuerit ſe non occidiſſe, exibit & in grege paſcet. *Aliter ſe res babet cum vitula decollanda*, quia differt a ſacrificio pro reatu ſuſpenſo, ſi enim homicida inventus ſit ante decollationem vitulæ, exibit & paſcet in grege. Maimonides exponit illa verba, *cum bove decollando aliter ſe res habet*, reſpectu ſacrificii pro reatu certo, nam ſacrificium pro reatu certo poſt mactationem ſepelietur; at de bove lapidato, ſi ei innotuerit poſt lapidationem quod peccavit, commodum percipere licet. Sed vitula decollata differt a bove lapidato, nam de bove lapidato commodum percipere licet ſi ei innotuerit poſtea quod non peccavit; bos vero lapidatus ſepelietur in loco ſuo poſtquam homicida inventus fuerit. *Expiat dubium illius*, in momento decollationis, quia adhuc dubium erat, idcirco de ipſa commodum percipere non licet, verum ſepelienda eſt ut cæteræ omnes vitulæ decollatæ.

ג רבי אליעזר אומר מתנדב אדם אשם תלוי בכל יום ובכל שעה שירצה והיא נקראת אשם חסידים אמרו עליו על בבא בן בוטי שהיה מתנדב אשם תלוי בכל יום חוץ מאחר יום הכפורים יום אחד אמר המעון הזה אילו היו מניחין לי הייתי מביא אלא אומרים לי המתן עד שתכנס לספק והכמים אומרים אין מביאין אשם תלוי אלא על דבר שזדונו כרת ושגגתו חטאת:

3. Rabbi Elieſer dicit; poteſt quis offerre ſpontaneam oblationem pro reatu dubio, quolibet die, & qualibet hora, qua vult: & vocatur oblatio pro reatu ſanctorum (hominum.) Referunt de Baba Ben-Buti, quod ſpontaneam obtulerit oblationem pro reatu dubio, quocunque die, excepto die expiationum poſtero. Sed quidam dixit; Per habitaculum hoc, ſi permiſiſſent mihi, etiam (iſto die) obtuliſſem. Sed dixerunt ei; Expecta, donec dubium rurſus inciderit. Sapientes porro dicunt; non adferunt oblationem pro reatu dubio, niſi propter id, quod ſi ex malitia fuerit a quopiam factum, exciſionis, ſin ex errore, ſacrificii pro peccato reum facit.

R. OB. DE BARTENORA.

מתנדב אדם אשם תלוי *Poteſt quis offerre ſpontaneam oblationem*, quia ipſa ſubſtantia ſacrificii pro reatu ſuſpenſo eſt oblatio ſpontanea, nam ſi fuerit obligatio dum ei innotuiſſet ſe peccaſſe, quare adduceret ſacrificium pro peccato? eſt ergo oblatio ſpontanea. *Præterquam poſt diem Expiationis*, nam in cæteris anni diebus ſuſpicari poterit de aliquo dubio peccati, an id fecerit necne, ſed tempore expiationis nemo id ſuſpicari poterit, quia dies Expiationis id expiavit. *Non adducet ſacrificium pro reatu ſuſpenſo*, ratio autem quare adducat ſacrificium pro reatu ſuſpenſo antequam ei innotuerit, eſt, ad ei pœnas in animum inducendas donec eas cognoverit, nam Lex pepercit corporibus Iſraëlitarum; neque ſacrificium pro reatu ſuſpenſo offertur in oblationem ſpontaneam; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Eliezer dicit, quandoquidem videmus quod adducere debet ſacrificium pro reatu ſuſpenſo, & quando ſcit ſe certo peccaſſe, adducet ſacrificium pro peccato, unde liquet hoc ſacrificium pro reatu nullum peccatum expiare, idcirco etiam oblatio ſpontanea eſt, hac de cauſa homo offerre poteſt ſacrificium pro reatu ſuſpenſo. Sapientes dicunt, cum non obligavit Lex, ut ſacrificium adferat pro reatu ſuſpenſo, ſed ut expiet peccatum de quo dubitat; & hæc eſt cuſtodia pro ipſo qua cogitatio ipſius acquieſcit, ſed non eſt oblatio ſpontanea; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ד חייבי חטאות ואשמות ודאין שעבר עליהם יום הכפורים חייבין להביא לאחר יום הכפורים חייבי אשמות תלויין פטורים מי שבא על ידו ספק עברה ביום הכפורים אפילו עם חשכה פטור שכל היום מכפר:

4. Rei ſacrificiorum pro peccato, & oblationum pro reatu certo, ſuper quos præterierit dies expiationum, obligantur ad adferendum die poſt expiationes altero: rei vero oblationum pro reatibus dubiis, liberi ſunt. Si cui inciderit dubium tranſgreſſionis in die expiationum, etiamſi cum crepuſculo, liber eſt: quia totus dies expiat.

R. OB. DE BARTENORA.

חייבין להביא לאחר יום הכפורים *Tenentur offerre poſt diem Expiationis*, eo quod ſcriptum eſt Levit. 16, 30. *Coram domino mundus erit*, peccatum quod Deo ſoli notum eſt, homine neſciente, expiat dies Expiationis; verum peccatum quod alicui conſtat præter Deum, non expiatur per diem Expiationis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Lex Levit. 16, 30. *Coram Domino veſtro eritis puri*, dixerunt, peccatum quod homini non innotuerit, ſed Deo, id dies Expiationis expiat; ſed peccatum quod homini innotuit, id non expiat dies expiationis. Porro in Gemara dixerunt, qui plagis tenentur quas dies Expiationis tranſiit, ii rei ſunt; & hæc ita ſe habent ſecundum fundamentum jam dictum.

ה האשה שיש עליה חטאת העוף ספק שעבר עליה יום הכפורים חייבת להביא לאחר יום הכפורים מפני שמכשרתה לאכול בזבחים חטאת העוף הבאה על ספק אם משנמלקה נודע לה הרי זו תקבר:

5. Mulier ſi (adferendum habet) ſacrificium pro peccato ex ave dubium, præterierit vero ſuper ea dies expiationum: obligatur, ut adferat poſt diem expiationum; propterea, quia legitimam eam reddit, ad comedendum de ſacrificiis. Si ſacrificium pro peccato ex ave adfertur propter dubium; tum ſi ſectum jam ungue fuerit, notumque ei factum, ſepeliatur.

R. OB. DE BARTENORA.

חטאת העוף כספק *Sacrificium pro peccato ex ave dubium*, ſi illa pepererit at neſciverit an ſit ſpecies obligationis, an vero libertatis. *Quia eam reddit legitimam ad comedendam de ſacrificiis*, nam illa caret expiatione ob dubium, & de ſanctis comedere nequit niſi donec expiationem ipſius adduxerit. *Et ei notum factum fuerit*, ſe non peperiſſe. *Sepelietur*, jus eſt ut ei ſit licitus uſus, quia omnino profana eſt, & ob mactationem in atrio factam illa non eſt prohibita, quia Lex mactationem duntaxat, & non ungueſectionem prohibuit. Sapientes vero decreverunt ei prohibitum eſſe uſum, ne dicant alii ipſam commodum percipere de expiatione avis pro dubio; at expiatorium ex avibus deſumtum non comeditur, quia forſan profanum eſt & cadaver, quia ungueſectio in profanis eſt veluti cadaver; & de ipſo commodum percipere non licet, quia forſan eſt ſanctum, at ſanctum quod non comeditur, percipere non licet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam ſatis noſti quod puerpera recenſetur inter eos quibus expiatio deeſt, ideo dicit auctor quod eam reddit legitimam ad comedendum de ſacrificiis, ſicuti exponitur capite ſecundo hujuſce tractatus. Si vero ei poſt ungueſectionem innotuerit ſe peperiſſe certo, ſanguinis expreſſionem abſolvet. Nihilominus eſus ei interdictus eſt ne dicant alii quod avis expiatio pro dubio oblata, comeditur. Si vero ei innotuerit ſe non peccaſſe, uſus rei ei interdictus eſt; idcirco dicit quod ſepelietur, & hoc eſt quod de ipſa dixerunt, nam pro dubio offertur ab initio ſuo, dubium ipſius expiatur, & tum ipſa abire poteſt.

ו המפריש שתי סלעים לאשם ולקח בהן שני אילים לאשם אם היה אחד מהן יפה שתי סלעים יקרב לאשמו והשני ירעה עד שיסתאב וימכר ויפלו דמיו לנדבה לקח בהן שני אילים לחולין אחד יפה שתי סלעים ואחד יפה עשרה זוז היפה שתי סלעים יקרב לאשמו והשני למעילתו אחד לאשם ואחד לחולין אם היה של אשם יפה שתי סלעים יקרב לאשמו והשני למעילתו ויביא עמה סלע וחומשה:

6. Si quis ſeparaverit duos ſiclos in oblationem pro reatu, & emerit pro illis duos hircos in oblationem pro reatu: tum ſi fuerit unus ex illis adeo bonus, ut duos ſiclos æquet, afferatur in ſacrificium ejus pro reatu; alter vero paſcat, donec contaminatus fuerit, tumque vendatur, atque cedat pretium ejus in ſpontaneum munus. Si enim emerit pro illis duos hircos in profanos uſus, fueritque unus adeo bonus, ut valeat duos ſiclos, alter vero, ut decem Suſos: tum is, qui duos ſiclos æquat, adferatur in ſacrificium ejus pro reatu, & alter pro prævaricatione ejus. Sin unum in oblationem pro reatu, & alterum in uſus profanos: tum ſi is, qui emtus eſt in oblationem pro reatu, valuerit duos ſiclos, adferatur in oblationem ejus pro reatu, ac alter pro prævaricatione ejus, ſed adferat cum illo ſiclum, ejuſque partem quintam.

R. OB. DE BARTENORA.

המפריש שתי סלעים *Si quis duas Selas ſeparaverit*, ita jus eſt ſacrificii pro reatu, ſicuti ſcriptum eſt de ſacrificio pro reatu prævaricationis Levit. 5, 15. *Pro æſtimatione tua argenti Siclorum.* Cæterum ſacrificium pro reatu furti, & pro reatu ſuſpenſo, colligitur a ſacrificio pro reatu prævaricationis per ſimilitudinem vocum, nam de illis dicit Lex, *pro æſtimatione tua.* Sed ſacrificium pro reatu ſervæ deſponſæ, quandoquidem id conſtat ariete, etiam valet argentum ſiclorum, uti tria hæcce ſacrificia pro reatu quæ ariete conſtant. Sed ſacrificium pro reatu leproſi & pro reatu Nazyræi, quæ ambo conſtant agno, non adducuntur argento Siclorum.

אם היה אחד מהן יפה שתי סלעים *Si unus eorum valuerit duas Selas*, etiamſi in hora ſeparationis non plus quam unam Selam valuerit, ſi in momento expiationis duas valuerit, legitimus eſt, quia ſequimur pretium quod valuerit in momento expiationis, idcirco is qui in momento expiationis valuerit duas Selas, offeratur pro illius reatu, etſi in principio eum duntaxat pro Sela emerit, ſecundus vero paſcet, quia emtus eſt pecunia reatus, & nomine reatus; nummi vero cedent in oblationem ſpontaneam, hypotheſis enim nobis eſt quod opera reatus cedent in oblationem ſpontaneam.

לקח בהן שני אלים *Si emerit pro illis duos arietes*, ad comedendum, tum prævaricatus eſt in nummis, & ii fiunt profani. *Valuerit decem Zuzas*, quod eſt duarum Selarum pretium, in quo prævaricatus eſt, cum quinta parte earum, Sela enim quatuor Selas valet. *Qui duas valuerit zelas, is offeratur in ſacrificium pro reatu*, in nomine iſtius ſacrificii pro reatu pro agno ſeparavit nummos.

והשני למעילתו *Et ſecundus pro illius prævaricatione*, exponit Gemara, non quod eum ſeparavit in ſacrificium pro reatu, ſed ut ipſum tradat quæſtori ærario pro duabus Selis quas expendit in profana, quibus, & quarum quinta parte tenetur, quarum ſors & quinta decem ſunt Zuzæ; & ſacri-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

De ſacrificio pro reatu ob prævaricationem dicit Lex Levit. 5, 15. *Pro æſtimatione tua argenti ſiclorum*; at minimus numerus in plurali eſt duorum; & in tractatu de Primogenitura jam expoſuimus quod סלע ſit ſiclus cujus mentio fit in Lege, idcirco ſacrificium pro prævaricationis reatu ſaltem duabus Selis conſtare debet. Sic etiam ſacrificium pro reatu furti, quia de ipſo dicitur *pro æſtimatione*, ſicuti dicitur de ſacrificio pro reatu prævaricationis, atque ita rem colligimus per æqualitatem vocum. Sic etiam ſe res habet cum reatu ſervæ deſponſæ, ut is offeratur pro argento ſiclorum, quia de iſto dicitur ipſum conſtare ex ariete, ut ſacrificium pro reatu furti, & prævaricationis. In libro Siphre ſcriptum eſt, ego multiplico ſacrificium pro reatu ſervæ deſponſæ, quod ariete conſtat, & educo ſacrificium pro reatu Nazyræi, & ſacrificium pro reatu leproſi, quod non conſtat ariete, ſed agno, ſicuti expoſuimus in prologo hujuſce libri. Sic etiam de ſacrificio pro reatu ſuſpenſo dicitur id conſtare ex ariete, & pro æſtimatione offerendum; atque hoc per æqualitatem vocum colligimus e ſacrificio pro reatu prævaricationis, quod ſaltem duas Selas valet, vel plus. Scias autem id quod dixerunt, ſi dum ſeparabatur, valuerit Selam, & dum expiabat, valuerit duas, bene habet; ſi vero dum ſeparabatur, duas valebat, & dum expiabat, unam valuerit Selam, male habet; & quamvis agni poſtea cariores facti fuerint, & ſacrificium plus quam duas Selas valuerit, tamen id ſemper legitimum eſt, quandoquidem id rejectum eſt; nam hypotheſis nobis eſt quod animantia ablegantur. Porro alia nobis eſt hypotheſis, id quod in principio rejicitur, non eſſe rejectum, idcirco ſi id valuerit Selam dum ſeparabatur, & poſtea duas valuerit, bene habet; horum fundamentorum te meminiſſe juvabit, quia iſta ſunt clavis pro reliquis. Dicit porro auctor, quod ſi emerit pro duabus Selis quas ſeparaverit, quæ jam ſanctæ ſunt, duos arietes in ſacrificium pro reatu, quorum unus idoneus eſt pro reatu, pro ſecundi autem pretio adducet holocauſtum ſpon-

ſacrificium reatus adferet quod duas valet Selas in ſacrificium pro prævaricatione. *Unus pro reatu, & alter pro uſu profano*, ſi pro duabus Selis emerit quas ſeparavit, quæ ſanctæ erant. *Duo arietes*, unus pro reatu, & alter pro eſu profanorum, is autem in Sela prævaricatus fuerit.

אם היה של אשם יפה שני סלעים יקרב לאשמו *Si is qui emtus eſt in oblationem pro reatu, duos valuerit ſiclos, adferatur in oblationem ejus pro reatu*, pro primo reatu, quia nomine illius emit e nummis qui pro ipſo ſeparati erant; ſecundus vero, qui profanus eſt, offeratur pro prævaricatione ipſius ob reatum prævaricationis, quia Selam ſeparavit e ſancto in profanum; & ſic etiam ſi is valuerit duas Selas, quia reatus prævaricationis non minus eſt quam duarum Selarum argentearum pretium. *Sed adferat cum eo ſiclum, & illius quintam*, ſummam principalem in qua prævaricatus eſt, & illius quintam adferet, quia una Sela e ſancto exiit in profanum.

ſpontaneum, ſi vitium contraxerit, ſicuti expoſuimus capite ſexto de Siclis. Qui vero emerit pro duabus Selis quas ſeparavit, duos arietes pro profano, prævaricatus eſt in duabus Selis ſanctis, & reddet quantitatem in qua prævaricatus cum quinta illius parte, & offeret ſacrificium pro reatu prævaricationis. Cæterum jam aliquoties expoſuimus quod Sela quatuor valet Zuzas, is autem in duabus prævaricatus eſt Selis, & decem ſolvere debet in uſum ſacrum, atque ſacrificium pro reatu offerre. Idcirco dicit, ſi unus valuerit duas Selas, & alter decem, illum qui decem valuerit Zuzas, adducet pro prævaricatione ſua, & quintam illius partem; qui vero duas Selas valuerit, is offeretur in ſacrificium pro reatu prævaricationis, ad quod tenetur quia e duabus Selis commodum percepit. Poſtea dicit alium caſum, nempe ſi pro duabus Selis emerit quas ſeparaverat, nam ambo arietes erant ſancti, unus pro reatu, & alter pro profano, quia prævaricatus eſt in Sela ſancta, tum ſi is qui in ſacrificium pro reatu emtus eſt, valuerit duas Selas, adducetur in ſacrificium pro reatu quod debebat pro eo quem in principio ſeparaverat pro duabus Selis. Secundus vero ſi etiam valuerit duas Selas, offeretur in ſacrificium pro prævaricatione, nam is tenetur; ſi enim e Sela ſancta ceperit quid commodi, adducet Selam & illius quintam; nam quod Lex dicit, *& quintam illius*, intelligendum eſt ut is & quinta illius valeant quinque.

ז המפריש חטאתו ומת לא יביאנה בנו אחריו ולא יביאנה מחטא על חטא אפילו על חלב שאכל אמש לא יביאנה על חלב שאכל היום שנאמר קרבנו על חטאתו שיהא קרבנו לשם חטאו :

7. Si quis ſeparaverit ſacrificium pro peccato ſuo, ſed mox fuerit mortuus, non adferat illud filius ejus pro eo. Neque transferat illud ab uno peccato offerendo pro peccato alio: adeo ut, etiam ſi pro adipe, quem comedit heſterna die, ſeparavit, non afferat illud pro adipe, quem comedit hoc die. Dictum namque eſt; (Levit. 4, 28.) *Sacrificium ſuum pro peccato ſuo:* ſit nimirum oblatio ejus titulo peccati ejus (certi.)

R. OB. DE BARTENORA.

לא יביאנה בנו אחריו *Non adducet ipſum filius illius poſt ipſum*, ſi filius erraverit in ſacrificio expiationis pro peccato, non adducet ſacrificium expiationis quod ſeparavit pater ipſius ad expiandum eo errorem ſuum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לא יביאנה בנו אחריו *Non adducet ipſum filius illius poſt ipſum*, non vult dicere quod non offert ipſum pro patre ſuo, nam clarum eſt quod ſacrificium pro peccato cujus dominus obiit, morietur; & hoc jam expoſuimus. Sed vult dicere, quod filius ipſum non adferet pro peccato ſuo.

ח מביאין מהקדש כשבה שעירה מהקדש שעירה כשבה מהקדש כשבה ושעירה תורין ובני יונה מהקדש תורין ובני יונה עשירית האיפה כיצד הפריש לכשבה או לשעירה העני יביא עוף העני יביא עשירית האיפה הפריש לעשירית האיפה העשיר יביא עוף העשיר יביא כשבה ושעירה הפריש כשבה או שעירה ונסתאבו אם רצה יביא בדמיהן עוף הפריש עוף ונסתאב לא יביא בדמיו עשירית האיפה שאין לעוף פריון :

8. Adferunt ex ſanctificato agnæ, capram: ex ſanctificato capræ, agnam: ex ſanctificato agnæ & capræ, turtures, & columbinos pullos: ex ſanctificato turturum, & pullorum columbinorum, decimam partem Ephæ. Quomodo? Si quis ſeparaverit quid in agnam, aut in capram, ſed factus fuerit pauper, adferat avem; ſi adhuc factus fuerit pauperior, adferat decimam partem Ephæ. Item, ſi ſeparaverit quid in decimam partem Ephæ, ſed ditior factus fuerit, adferat avem; ſi adhuc ditior fuerit factus, adferat agnam, aut capram. Sin ſeparaverit agnam aut capram, ſed fuerit polluta, ſi placet, adferat ex pecunia earum avem: Sin avem ſeparaverit atque polluta fuerit, non adferat ex pecunia ejus decimam partem Ephæ; quia non cadit in avem redemptio.

R. OB. DE BARTENORA.

מביאים מהקדש כשבה שעירה *Adducunt e ſanctificato agnæ, capram*, ſi nummos ſeparaverit ad agnam emendam in expiationem, pro illis capram emere poteſt, ſi velit. *Si pro agno vel pro capra ſeparaverit*, ſi nummos ſeparaverit ad emendum illis agnam, aut capram. *Si poſtea pauper factus fuerit, adducet avem*, reſiduum vero profanum eſt, eo quod ſcriptum eſt de ſacrificio pro hominum conditione aſcendente & deſcendente in agna & capra, Levit. 5, 10. *E peccato ſuo quod peccavit*, quod intelligendum eſt de re quam in expiationem ſuam ſeparavit, nam ſi pauperior factus fuerit, adducet avem pro parte iſtorum nummorum. Porro de

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Jam expoſitum eſt capite ſecundo hujuſce tractatus quod ſacrificium adducunt aſcendens & deſcendens pro immunditie Templi ejuſdemque ſanctitatibus, & pro jurejurando temerario, atque pro jurejurando teſtimonii; hi tres adducere debent in extrema paupertate, nempe, ſi dives quis ſit, tenetur offerre agnam aut capram; ſi vero tantum non aſſequatur illius poteſtas, adducet duos turtures vel duos columbarum pullos; ſi nec tantum aſſequatur, adducet Ephæ decimam; itaque horum ſacrificium conſtabit agna, vel capra, vel ave, vel ſimila, quando autem ſeparaverit nummos ad emendum iis unum e quatuor iſtis ſacrificiis, & po-

de ave quoque ſcriptum eſt, מחטאתו *e peccato ſuo*, unde liquet quod ſi pauperior factus fuerit, adducet pro parte nummorum pro ave expendenda decimam Ephæ; at de Ephæ decima ſcriptum eſt, על חטאתו *pro peccato ſuo*, quo intelligendum eſt cum nummis iſtis aliquid addere debere, & avem adducere, ſi ditior factus fuerit; vel ſi multo ditior factus fuerit, adducet agnam aut hœdam.

אם רצה יביא בדמיה עוף *Si voluerit, adducet pro nummis ipſius avem*, ſi nempe pauperior factus fuerit. *Avis non redimitur*, quia de ſanctis reprobis Lex dicit Levit. 27, 11. *Et conſtituit pecudem coram ſacerdote*, ac ſi diceret, quod redimenda ſit pecus, at non avis, nec ligna, nec ſuffimentum, nec vaſa miniſterii.

ſtea pauper factus fuerit, de iſtis pecuniis minimum ſacrificium adducere poteſt de iſtis quatuor ſacrificii ſpeciebus, & de reliquis commodum percipere. Sic etiam ſi quis nummos ſeparaverit in ſacrificium pauperis, & poſtea ditior factus fuerit, ei addet; modum vero jam expoſuimus. Et hoc colligendum eſt ex Levit. 5, 10. *E peccato ſuo quod peccavit*, ad denotandum quod adducet de iſta re quam ſeparavit pro expiatione ipſius, quo peccatum ipſius expietur. Cæterum ad id quod ſcriptum eſt Levit. 27, 11. *Et ſi ſit aliquod pecus immundum e quo non offerent oblationem Domino*, dixerunt, Lex de ſanctis reprobis duntaxat loquitur, quæ redimenda ſunt; nam de pecore ſancto jam dixit Levit. 27, 27. *Et ſi in pecore immundo &c.* poſtea de ſanctis reprobis *dicit*, *& conſtituet pecus coram ſacerdote*; ſed non dixit, & conſtituet ipſum. Propterea dixerunt in Siphra, pecus redimitur, at non aves, nec ſuffimentum, nec ligna, nec vaſa miniſterii.

ט רבי שמעון אומר כבשים קודמין לעזים בכל מקום יכול מפני שהן מובחרין מהן תלמוד לומר אם כבש יביא קרבנו לחטאת מלמד ששניהם שקולין תורין קודמין לבני יונה בכל מקום יכול מפני שהן מובחרין מהן תלמוד לומר ובן יונה או תור לחטאת מלמד ששניהן שקולין האב קודם לאם בכל מקום יכול שכבוד האב עודף על כבוד האם תלמוד לומר איש אמו ואביו תיראו מלמד ששניהן שקולין אבל אמרו חכמים האב קודם לאם בכל מקום מפני שהוא ואמו חייבין בכבוד אביו וכן בתלמוד תורה אם זכה הבן לפני הרב הרב קודם את האב בכל מקום מפני שהוא ואביו חייבין בכבוד רבו :

9. Rabbi Schimeon dicit; agni præcedunt capras quolibet in loco. Num forte propterea, quod ſint præſtantiores ipſis? notanter dicitur: (Levit. 6, 32.) *Si agnum attulerit in ſacrificium ſuum pro peccato.* Ubi docet, quod utraque ſint ejuſdem æſtimationis. Turtures præcedunt pullos columbarum in omni loco. Num forte propterea, quia ſint præſtantiores illis? notanter dicitur: (Levit. 12, 7.) *Et pullum columbarum, aut turturem in ſacrificium pro peccato.* Ubi docet, quod utraque ſint ejuſdem æſtimationis. Pater præcedit Matrem in quovis loco. Num forte propterea, quod honor Patris excedat honorem Matris? notanter dicitur: (Levit. 19, 4.) *Quivis Matrem ſuam ac Patrem ſuum timete.* Ubi docet, quod uterque ſit ejuſdem æſtimationis. Sed dixerunt Sapientes; Pater præcedit Matrem in quovis loco: Propterea quod ipſe (filius) & Mater ejus obligantur ad honorem Patris ejus. Et ſic res ſe habet quoad informationem in lege. Si obligatus fuerit filius per merita Doctoris: tum hic præcedit Patrem in omni loco; propterea quod ipſe (filius) & Pater ejus tenentur honorare Doctorem.

R. OB. DE BARTENORA.

כבשים קודמים לעזים בכל מקום *Agni antecedunt hircos in omni loco*, nam Lex ubique agnos præponit hircis. *Num forte propterea, quod ſint præſtantiores ipſis*, & quod is qui promiſerit holocauſtum, idque conſtiterit ex agno, & hirco, adducet agnum, idcirco dicit Lex Levit. 4, 32. *Si agnum adduxerit in ſacrificium*, & antea jam dixit, *& adducet ſacrificium ipſius hircum caprarum*, hic hircum præpoſuit agno, ut doceat quod ambæ pecudes ſint æquales, & adducere quemque poſſe eam quam voluerit.

תורים קודמין לבני יונה *Turtures antecedunt filios columbarum*, nam in reliquis locis ſcriptum eſt prius de turturibus, & poſtea de filiis columbarum. *Si filius coram magiſtro ſuo egregie meritus ſit*, ſi ab ipſo maximam ſcientiæ ſuæ partem hauſerit. *Patrem præcedit omni in loco*, ut, ad reſtituendum rem amiſſam, ad redimendum e ſervitute, & ad alimentum ei præbendum, & ad onus ei ſublevandum. Si vero pater ſit Sapiens, etſi non tam doctus ſit quam magiſter ipſius, tum pater præcedit magiſtrum, quantumvis magiſter ipſius ſit inſignis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſitum eſt in fine capitis ſecundi de Damnis, quod ſi pater illius ſit Sapiens, pater præcedit magiſtrum, etſi magiſter ſit inſignis, & maximam ſcientiæ ſuæ partem ab ipſo acceperit, & hic eſt ſenſus illius quod hic dicitur, *ſi filius coram magiſtro ſuo egregie meritus fuerit, magiſter ubique præcedit patrem*, nempe ſi filius maximam ſcientiæ ſuæ partem ab ipſo acceperit. Cæterum quod dicit, *ubique*, intelligendum eſt in caſu reſtitutionis rei amiſſæ, redemptionis, alimenti, & oneris ſublevandi, ſicuti dicitur in codice ſecundo de damnis; & in ſimilibus in quibus commodum aliquod continetur, magiſter præferendus eſt; porro omnia ſatis clara ſunt.

Finis Tractatus de Pœnis Excidii.

מסכת מעילה

Tractatus de Prævaricatione.

פרק א קדשי קדשים ששחטן בדרום מועלים
בהן שחטן בדרום וקבל דמן בצפון בצפון וקבל דמן
בדרום שחטן ביום וזרק בלילה בלילה וזרק ביום או
שחטן חוץ לזמנן וחוץ למקומן מועלין בהן כלל
אמר רבי יהושע כל שהיה לה שעת היתר לכהנים
אין מועלין בה ושלא היה לה שעת היתר לכהנים
מועלין בה איזו היא שהיה לה שעת היתר לכהנים
שלנה ושנטמאה שיצאה איזו היא שלא היה לה
שעת היתר לכהנים שנשחטה חוץ לזמנה חוץ
למקומה ושקבלו פסולין וזרקו את דמה :

CAput 1. In ſanctis ſanctorum ad meridiem mactatis prævaricari poſſunt. Si enim ad meridiem mactata ſint, & ſanguis ipſorum ad ſeptentrionem exceptus, vel contra: vel ſi die mactatum ſit, & nocte ſanguis aſperſus, vel contra: vel ſi extra tempus ſuum mactatum ſit, & extra locum ſuum, prævaricantur in illis. Regulam generalem dixit R. Joſua, quod tempus licitum habuit pro ſacerdotibus, in eo non prævaricantur, quod vero non habuit tempus licitum pro ſacerdotibus, in eo prævaricantur. Quodnam vero eſt id quod tempus licitum pro ſacerdotibus habet? quod pernoctavit, quod pollutum, & quod exiit. Quodnam eſt id quod non habuit tempus licitum pro ſacerdotibus? quod extra tempus ſuum mactatum eſt, & extra locum ſuum, & cujus ſanguinem illegitimi exceperunt & ſparſerunt.

R. OB. DE BARTENORA.

קדשי קדשים ששחטן בדרום *Sancta ſanctorum ad meridiem mactata*, etſi jus ipſorum poſtulet ut mactentur ad ſeptentrionem, tamen non dicimus ea habenda eſſe ac ſi ſtrangulata eſſent, & mortua, & ut ſancta quæ ſecundum Legem a prævaricatione exierunt, idcirco nos docet quod nullatenus valent ea quæ mortua ſunt. Et quamvis plaga meridionalis non ſit proba pro ſanctiſſimis rebus, nihilominus tamen pro ſanctis levibus proba eſt, idcirco in iis prævaricantur, qui vero Prutæ pretium ex eo perceperit, is adducet ſacrificium prævaricationis. Et non tantum ſi ad meridiem mactata fuerint, & ſanguis ad ſeptentrionem exceptus fuerit, prævaricantur in illis, quia principale miniſterium fit ad ſeptentrionem, nam a receptione ſanguinis & deinceps miniſterium ſacerdotale incipit. Et quamvis ad ſeptentrionem mactaverit, & ſanguinem ad meridiem exceperit, quia principale miniſterium in meridie factum eſt, nihilominus tamen in iis prævaricantur.

וזרק בלילה *Et ſparſerit nocte*, etſi nocte non ſit ſacrificandi tempus, tamen in illis prævaricatur. *Vel nocte, & ſparſerit die*, quanto magis prævaricantur, quia die aſperſit, quod eſt miniſterium principale; ſed auctor dixit unum, etſi non eſſet neceſſe ut diceret alterum.

או ששחטן *Aut ſi mactaverit ea*, in ſeptentrione, & cogitaverit de iis comedere extra tempus ſuum, abominatio eſt in quo excidium locum habet, vel ſi cogitaverit de iis comedere extra locum ſuum, illegitima ſunt in quibus non continetur excidium, ſed prævaricantur in iis.

כלל אמר רבי יהושע וכו׳ *Regulam generalem dixit R. Joſua &c.* etiamſi poſtea reprobum factum ſit, & comedi nequeat, nihilominus tamen in ipſo non prævaricantur. *Quod pernoctavit*, poſt ſparſionem ſanguinis, vel ſi pollutum fuerit, vel extra atrium Templi prodierit poſt ſanguinis ſparſionem, etſi tum ineptum ſit pro ſacerdotibus, quandoquidem ſuum tempus legitimum habuit antequam pernoctavit, non prævaricantur in ipſo, quia non ſunt ſancta Domini, quia ſacerdotibus conveniebant. *Cujus ſanguinem exceperunt illegitimi, eumque ſparſerunt*, ſi ad miniſterium illegitimi exceperint ſanguinem, etſi legitimi ſparſerint, vel contra res facta fuerit. Et ſi poſtquam illegitimi exceperint ſanguinem, eumque ſparſerint, legitimi tamen ſanguinis vivi reliquias receperint poſtea, & ſparſerint, tum ſparſio per legitimos facta concedit ſacrificii uſum, & carnem ſacerdotibus licitam reddit; ſed tum in ipſa non obtinet prævaricatio. Hæc autem intelligenda ſunt de reliquis illegitimis præter immundum, verum ſi immundus ſanguinem exceperit, eumque ſparſerit, etſi poſtea advenerint legitimi, & reliquum ſanguinem vitalem recipiant, & ſpargant, caro tamen non habet tempus quo ea legitima fuit, idcirco in commodo illius percipiendo prævaricantur, quia immundus, quandoquidem ad miniſterium cœtus aptus eſt, quia ſacrificium cœtus ſive publicum propellit immunditiem, ſi ſparſerit ſanguinem, reliquus ſanguis fit נותר *reſiduum quid*; poſtea vero ſparſio per legitimos facta non concedit ad commodum e carne percipiendum; & inter illegitimos nemo eſt qui ſanguinem conſtituat in reſidua, ſed immundus duntaxat eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſitum eſt capite quinto codicis de Sacrificiis quod ſanctiſſimæ res ad ſeptentrionem mactantur, & quod ſanguis earum in vaſe recipitur miniſterii ad ſeptentrionem. Ibique etiam diximus quod ſacrificium pro peccato & pro reatu ſunt res ſanctiſſimæ, quas comedunt ſacerdotes. Præterea nobis etiam fundamentum quod ſancta mortua a prævaricatione exierunt ſecundum Legem; idcirco intelligere poſſemus quod cum ſacrificia mutarunt locum mactationis, & reproba facta ſunt, ea quoque habenda ſint ut cadaver, in quo non obtinet prævaricatio, idcirco nos docet auctor quod prævaricatio ſecundum Legem obtineat, etſi in mactatione hæc recenſeantur legitima. Cæterum non eſt neceſſe ut tibi exponam quod quoties dicatur *prævaricatio*, toties is qui commodum percepit e ſanctis, tenetur ad קרבן מעילה *ſacrificium prævaricationis* offerendum; & quoties dicitur אין מועלין *non prævaricantur*, toties is qui commodum perceperit e ſanctis, etiam ultra valorem Prutæ, non tenetur ad ſacrificium prævaricationis. Quando autem in aliquibus locis dicitur, *non percipiunt quicquam commodi, nec prævaricantur*, ſenſus eſt quod idiotæ non licet quicquam commodi percipere e tali re, ſi vero perceperit, tamen non tenetur ad ſacrificium prævaricationis. Poſtea dixit R. Joſua, *regula generalis eſto*, & exemplum adducit de ſacrificio pro peccato, quod verum eſt.

ושקבלו פסולין וזרקו את דמה *Cujus ſanguinem exceperunt & ſparſerunt illegitimi homines*, ſenſus eſt quod ambas actiones ſimul peregit, & tum hic caſus non eſt ſimilis iſti in quo dicitur, *ſi mactaverit ea extra tempus ſuum, & extra locum ſuum*, ac ſi dixiſſet, *aut extra locum ſuum*, nam quando ſanguinem exceperint illegitimi, & ſparſerint, & poſtea legitimi denuo reſiduum ſanguinis exceperint, & ſparſerint, hæc eſt ſparſio qua ſacrificium diſponitur ut a ſacerdotibus comedi poſſit, & illi non prævaricentur ſi quid commodi ex eo perceperint, ſicuti diximus.

ב בשר קדשי קדשים שיצא לפני זריקת דמים רבי
אליעזר אומר מועלין בו ואין חייבין עליו משום פגול
נותר

2. In carne ſacrificiorum ſanctiſſimorum quæ ante ſanguinis ſparſionem exiit, ſecundum R. Eliezer prævaricantur, nemo autem ratione abominandi, reſi-

נותר וטמא ר״ע אומר אין מועלין בו אבל חייבין עליו משום פגול נותר וטמא אמר רבי עקיבא והרי המפריש חטאת ואבדה והפריש אחרת תחתיה ואחר כך נמצאת הראשונה והרי שתיהן עומדות לא (נ״ל) כשם שדמה פוטר את בשרה כך הוא פוטר את בשר חברתה ואם פוטר דמה את בשר חברתה מן המעילה דין הוא שיפטור את בשרה :

reſidui, & immundi, ob illam tenetur. R. Akiba dicente, non prævaricantur, ſed ratione abominandi, reſidui, & immundi tenentur. Dixit R. Akiba, utique ſi quis ſeparaverit ſacrificium pro peccato, idque perierit, atque is aliud pro ipſo ſeparaverit, & deinceps primum inventum fuerit, amboque extent, ſanguis liberat carnem ſocii, ſicuti liberat carnem ſuam; & ſi ſanguis liberet carnem ſocii a prævaricatione, juſtum eſt ut carnem ſuam liberet.

R. OB. DE BARTENORA.

בשר קדשי קדשים שיצא *Caro ſanctiſſima quæ exiit*, & poſtea intraverit in atrium, ipſiuſque tum ſanguis ſparſus fuerit. *R. Eliezer dicit, prævaricantur in ea*, etſi conſperſus ſit ſanguis, putat enim R. Eliezer quod ſparſio ſanguinis nil confert in id quod exiit extra atrium, ut ipſum a prævaricatione liberet.

ואין חייבין בו משום פגול וכו׳ *Et non tenentur ratione abominandi &c.* quia extra atrium exiit, quia ſparſio legitime peracta diſponere poteſt ut abominandum fieri poſſit ſacrificium; at hoc illegitima ſparſio non facit.

רבי עקיבא אומר אין מועלין בו *R. Akiba dicit, non prævaricantur in eo*, is enim putat ſanguinis ſparſionem tantum conferre poſſe in id quod extra atrium exiit, ad ipſum e prævaricationis jure eximendum. Quod autem R. Akiba dicit quod ſanguinis aſperſio conferre poſſit in id quod ex atrio exierit, id intelligas ſi pars carnis exiit, & non tota; quia enim ipſa valet pro iſta parte quæ eſt in atrio, etiam pro iſta parte quæ exiit, valet; deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

אמר רבי עקיבא והרי המפריש חטאתו וכו׳ *Dixit R. Akiba, nonne ſi ſeparaverit ſacrificium ſuum pro peccato &c.* exemplo vult docere id quod dixit, ſcil. ſanguinis ſparſionem valere pro eo quod atrium exiit. *Et utrumque extet*, ſi ambo mactata extent, & eorum ſanguis in duobus vaſculis exceptus ſit, alterutrius vero ſanguis tantum ſparſus, nonne ſicuti ſanguis unius liberat carnem ſuam a prævaricatione, etiam carnem ſocii liberat a prævaricatione, cujus ſanguis non ſparſus eſt, quandoquidem cujuſvis ſanguis ſpargi potuiſſet? ſi vero ſanguis illius liberaſſet carnem ſocii a prævaricatione, etſi reprobus ſit, quia reſiduum ſacrificii pro peccato eſt, nonne etiam juſtum eſt ut ſuam carnem quoque liberet, etſi egrediendo illegitima facta ſit? ſed non dicit R. Akiba quod ſicuti ſanguis ſuam carnem liberat, ita quoque carnem ſocii ſui liberat, niſi quando ambo ſacrificia pro peccato ſimul mortua ſunt, quia cujuſvis ſanguis ſpargi poteſt, ſed de uno poſt alterum mactato non dixit R. Akiba quod ſanguis unius ſacrificii liberat alterius carnem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Akiba dicit quod ſparſio valeat pro ſacrificio quod extra atrium eſt, etſi id reprobum ſit, quia ſparſio ipſum reddidit legitimum pro ſacerdotibus, idcirco non prævaricantur in eo. R. Eliezer ſtatuit ſparſionem non valere pro eo quod exiit, quia ſacerdotibus nunquam licita fuit iſta caro, idcirco prævaricantur in ea ſi quid commodi ex ipſa perceperint ſacerdotes. R. Akiba loquitur de carne cujus pars extra atrium egreſſa eſt, ſin tota caro egreſſa ſit, vel ſanguis exierit, concedit R. Eliezer quod ſparſio non valet, & prævaricantur in iſta carne, quia iſta ſacerdotibus nullo modo licita eſt. R. Akiba adduxit exemplum de parte ſacrificii quod extra atrium exiit, ſi quis duo ſacrificia pro peccato ſeparaverit; hocce autem jus de duobus ſacrificiis pro peccato utriſque ſimul mactatis intelligendum eſt, idcirco ſacerdos ſanguinem cujuſque aſpergere poteſt, ſin unum poſt alterum mactatum ſit, ſanguis ipſius nil commodi percipiet e carne alterius ſive ſocii ſui. Idcirco R. Akiba dicit, ſicuti ſanguis illius liberat carnem ſacrificii ſocii a prævaricatione, licet ſocius ipſius inidoneus ſit ad eſum, ſicuti exponitur in tractatu Temura, ita etiam ipſe ſcil. ſanguis liberat partem ſuæ carnis, quæ exiit, etſi in cibum inidonea ſit. Quid autem ſit abominandum, reſiduum, & immundum, jam expoſitum eſt capite tertio & ultimo tractatus de Sacrificiis; deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

ג אימורי קדשים קלים שיצאו לפני זריקת דמים רבי אליעזר אומר אין מועלין בהן ואין חייבין עליהן משום פגול נותר וטמא רבי עקיבא אומר מועלין בהן וחייבין עליהן (ש״ס) כשום פגול נותר וטמא :

3. Adipes ſanctorum levium ſi ante ſanguinis ſparſionem exierint atrium, R. Eliezer dicit, in illis non prævaricantur, ſed ob illos non tenentur ratione abominandi, reſidui, & immundi. R. Akiba dicit, in iis prævaricantur, & ob illos tenentur ratione abominandi, reſidui, & immundi.

R. OB. DE BARTENORA.

אימורי קדשים קלים *Adipes ſanctorum levium*, in iis non prævaricantur niſi poſt ſanguinis ſparſionem, ſicuti in fine hujuſce capitis dicitur; ſin ante ſparſionem exierint, R. Eliezer ſtatuit quod non in iis prævaricantur, nam ſicuti R. Eliezer ſtatuit ſparſionem non valere pro eo quod exiit ex atrio, ad carnem ſanctiſſimam eximendam a prævaricatione, ſic etiam non valet pro eo quod exiit ad ſanctorum levium adipes ad prævaricationem obligandos. Et ſicuti putat R. Akiba quod ſparſio ſanguinis carnem ſanctorum levium poſſit eripere a prævaricatione, ſi quid exierit, ita etiam ſanctorum levium adipes a prævaricatione eripere poſſunt, ſi quid ex atrio exierit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scias quod in ſanctis ſanctorum prævaricatio obtineat donec ſanguinem ſacerdos ſparſerit, ſed ſanguine ſparſo in carne non amplius prævaricari poſſunt, quia ſacerdotibus jam licita eſt, ſicuti expoſuimus. Contra ſe res habet cum ſanctis levibus, quia in ipſorum adipibus non prævaricantur niſi donec ſanguis ſparſus fuerit; ſed hoc in fine hujuſce capitis exponitur amplius. Cæterum jam noſti quod R. Eliezer ſtatuit ſanguinis ſparſionem nihil valere pro eo quod exiit; R. Akiba contrarium ſtatuit; idcirco dicit R. Eliezer quod in iis non prævaricantur, quia ſanguinis ſparſio, ob quam in ſanctis levibus prævaricantur, non valet pro eo quod exiit atrium. Sed R. Akiba dicit quod in iis prævaricantur, quandoquidem ſanguis ſparſus eſt, etiamſi exierint, quia ſparſio valet pro eo quod exiit. Docet vero nos auctor controverſiam de ſanctiſſimarum rerum carne, & de ſanctarum rerum levium adipe; nam ſi controverſiam illius de prima carne duntaxat docuiſſet, diceremus, forſan R. Eliezer hic ſtatuit ſparſionem ſanguinis nihil valere pro eo quod ex atrio exiit, quia hic obtinet conditio gravior de prævaricatione obtinenda. Verum de ſanctarum levium adipe diceremus R. Akibam ſtatuere ſparſionem valere pro eo quod exiit, & idcirco conditionem leviorem hic obtinere, quia adipem liberat a prævaricatione. R. Eliezer vero concedit

eam nihil valere, propterea nos auctor Miſnicus docet R. Akibam dicere ſanguinis ſparſionem valere tam ad aggravandum quam ad allevandum; deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

ד מעשה דמים בקדשי קדשים להקל ולהחמיר ובקדשים קלים כולן להחמיר כיצד קדשי קדשים לפני זריקת דמים מועלין באימורין ובבשר לאחר זריקת דמים מועלין באימורין ואין מועלין בבשר על זה ועל זה חייבין משום פגול נותר וטמא ובקדשים קלים כולן להחמיר כיצד קדשים קלים לפני זריקת (ס״א) דמים אין מועלין לא באימורין ולא בבשר לאחר זריקת דמים מועלין באימורין ואין מועלין בבשר על זה ועל זה חייבין משום פיגול נותר וטמא נמצא מעשה דמים בקדשי קדשים להקל ולהחמיר ובקדשים קלים כולו להחמיר :

4. Opus ſanguinum obtinet in ſanctiſſimis ad allevandum & aggravandum, ſed in ſanctis levibus omnia ad aggravandum; quomodo? in ſanctiſſimorum ante ſanguinis ſparſionem adipe & carne prævaricantur, poſt ſparſionem ſanguinis in adipe, ſed non in carne prævaricantur; de utroque autem tenentur ratione abominandi, reſidui, & immundi. In ſanctis levibus ad aggravandum, quomodo? in ſanctis levibus ante ſanguinis ſparſionem non prævaricantur, nec in adipe, nec in carne, ſed poſt ſanguinis ſparſionem prævaricantur in adipe, & non in carne, de utroque autem tenentur ratione abominandi, reſidui, & immundi. Hinc opus ſanguinis in ſanctiſſimis allevandum & aggravandum eſt, ſed in ſanctis levibus omnia aggravanda ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

מעשה דמים *Opus ſanguinis*, ſparſio ſanguinis. *Et non prævaricantur in carne*, quia illa habuit tempus quo ſacerdotibus legitima facta ſit; & hoc ad allevandum, nam ob ſanguinis ſparſionem ei hæc conditio levior acceſſit, quod non prævaricantur in ipſa.

על זה ועל זה חייבין *Ob utrumque tenentur*, tam ob adipes quam ob carnem poſt ſanguinis ſparſionem tenentur ratione abominandi, ſi abominandum factum ſit in uno e quatuor miniſteriis ſacerdotalibus, nam ſparſio diſponit ad abominationem contrahendam, ut & ad immunditiem, & reſiduum; & hoc ad aggravandum.

ובקדשים קלים *Et in ſanctis levibus*, nimirum ante ſanguinis ſparſionem. כלו להחמיר *omnia ad aggravandum*, nam in adipe prævaricantur, quia jam idoneus eſt ad altare, & ſanctum quid, non proprietariorum bona. על זה ועל זה *ob utrumque*, tam ob adipes quam ob carnem tenentur ratione abominandi, immundi, & hoc omne ad aggravandum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Levior conditio eſt qua caro liberatur a prævaricatione poſt ſanguinis ſparſionem; gravior autem ea eſt qua adipes in prævaricatione conſervantur, ſicuti erant. Sed quia caro a ſacerdotibus comeditur, a prævaricatione liberatur, & prævaricatio non obtinet in re quam comedere licet. Nam per ſanctiſſima quæ hic memorantur, intelliguntur ſacrificium pro peccato, & ſacrificium pro reatu, quæ ſacerdotes comedunt; ſed in carne holocauſti prævaricantur, etiam poſt ſanguinis ſparſionem, ſicuti exponetur ſequenti capite.

על זה ועל זה חייבין *De utroque tenentur*, tam ante quam poſt ſanguinis ſparſionem tenentur de illis ratione abominandi, ſi inter mactandum vel poſtea abominanda facta fuerint, ſicuti expoſitum eſt capite ſecundo tractatus de Sacrificiis. Sic etiam ratione reſidui, & immundi tenentur ſi ea comederit ſacerdos pollutus. Quando autem intellexeris ea quæ ſecundo capite codicis de ſacrificiis dicta ſunt, ſcies quod una res non ſimul abominanda & reſidua fieri poſſit, ſed alterutrum obtinere duntaxat poteſt; quia reſiduum eſt caro ſacrificii legitimi, quæ aliquamdiu poſt comeſtionis tempus reliqua fuit, ſicuti illic expoſuimus; hæc bene intelligas volo.

פרק ב חטאת העוף מועלין בה משהוקדשה נמלקה הוכשרה להפסל בטבול יום ובמחוסר כפורים ובלינה הוזה דמה חייבין עליה משום פגול נותר וטמא ואין בה מעילה :

Caput 2. In ſacrificio pro peccato ex avibus prævaricantur poſtquam conſecratum eſt, ſi ungue ſectum ſit, diſpoſitum eſt ut reprobum fieri poſſit eo qui die lotus eſt, & eo cui expiatio deeſt, & pernoctatione, ſi illius ſanguis deſtillaverit, tenentur ob ipſum nomine abominandi, reſidui, & immundi, ſed in ipſo non obtinet prævaricatio.

R. OB. DE BARTENORA.

הוכשרה להפסל *Diſpoſitum eſt ut reprobum fieri poſſit*, nam poſtquam ungue ſectum eſt, ſanctitas ei addita eſt, ita ut reprobum fiat, ſi id tetigerit is qui die quidem lotus eſt ab immunditia ſua, ſed occaſum ſolis nondum habuerit, vel is qui nondum expiatus eſt. Polluitur ergo iſtud ſacrificium eo qui die lotus eſt, ſed alia denuo polluere nequit, ſicuti enim qui die lotus eſt, oblationem primam inficere poteſt, ita quoque ſanctitates inficit.

הוזה דמה חייבין עליה משום פגול *Si ſtillaverit ſanguis illius, tenentur ob illud nomine abominandi*, quia deſtillatio in ſacrificio pro peccato ex avibus deſumpto, venit pro ſparſione ſanguinis ſacrificii ex pecude deſumpti, quia deſtillatio diſponit ad abominationem, ſi de hoc cogitaverit antea, ſicuti ſparſio ſanguinis in ſacrificio e pecude deſumpto, at in ipſo ſtatim locum habet prohibitio reſidui, & immundi.

ואין בה מעילה *Sed in eo non obtinet prævaricatio*, nam quia ſanguis illius deſtillavit, permiſſio pro ſacerdotibus in ipſo obtinet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus quod הכשר ſignificet diſpoſitionem ad aliquam rem, idcirco quando hic dicitur הוכשרה *diſpoſitum eſt*, intelligendum eſt id fieri reprobum ab eo qui die quidem lotus eſt, ſed nondum ſolis occaſum habuerit, carnes enim ſanctæ quas talis homo attigerit, reprobæ ſunt. Præterea jam expoſuimus capite ſecundo tractatus de Excidiis quinam ſint מחוסרי כפרה *deficientes expiatione*, hi ſi attigerint carnes ſanctas, illegitimæ factæ ſunt, & non licet eas comedere. Immundi autem immundities exponetur in codice de Purificationibus.

ובלינה *Et pernoctatione*, ſi poſt mactationem pernoctaverit, tum ſacrificium illegitimum factum. *Si deſtillaverit ſanguis illius, tenentur ob illud nomine abominandi*, non quod poſt deſtillationem fieri poſſit abominandum, quia hoc fieri nequit ſi caſum abominandi conſideraveris, ſicuti exponitur capite ſecundo tractatus de Sacrificiis; ſed illius ſcopus eſt quod jus abominandi in ipſo non perficiatur, ut is qui de ipſo comederit, teneatur nomine abominandi, ſed poſt deſtillationem ſanguinis, quia hæc eſt conditio abominandi, ut permittens offeratur ſecundum præceptum, ſicuti exponitur capite ſexto codicis de Sacrificiis. Sic etiam poſt ſtillatio-

ſtillationem ſanguinis fieri poteſt reſiduum quid, ſi ſacrificium pro peccato idoneum ſit, poſt tempus ſuum erit reſiduum quid. Sed ante ſtillationem reprobum erit pernoctatione tantum, & non reſiduo. Sic etiam poſt ſtillationem, ſi de ipſo comederit immundus quiſpiam, tenetur excidio, ſed non ante ſtillationem. Poſtea dicit, *& non obtinet in ipſo prævaricatio*, quia de ſacrificio pro peccato ex ave deſumpto non venit adeps pro altari, ſed omnia ſacerdotibus cedunt, ut caro ſacrificii pro peccato, ſicuti diximus quod poſt ſanguinis ſparſionem non prævaricantur in ipſo. Scias vero ea quæ hic expoſuimus, & totum hocce caput recte intelligas, ne ſæpius repetere debeamus ea quæ diximus in quolibet caſu. Porro quoque tibi ſcitu neceſſarium eſt quod cum in hoc capite dicitur הכשר *diſpoſitio*, intelligenda ſit diſpoſitio pro iis quæ dicenda ſunt, & non ea quæ ad immunditiem recipiendam diſponit, cujus in plurimis locis mentio facta eſt; hæc diſtinguas volo ne erres in ambigua voce.

ב עולת העוף מועלין בה משהוקדשה נמלקה הוכשרה להפסל בטבול יום ובמחוסר כיפורים ובלינה מיצה דמה הייבין עליה משום פיגול נותר וטמא ומועלין בה עד שתצא לבית הדשן :

2. In holocauſto ex avibus prævaricantur poſtquam conſecratum eſt; ſi ungue ſectum fuerit, diſponitur ut reprobum fieri poſſit per eum qui die lotus eſt, & per eum cui expiatio deeſt, & pernoctatione. Si ſanguis illius expreſſus ſit, ob ipſum tenentur nomine abominandi, reſidui, & immundi, & prævaricantur in ipſo donec ad locum cineris exierit.

R. OB. DE BARTENORA.

מיצה דמה *Si expreſſerit ſanguinem illius*, expreſſio ſanguinis holocauſti ex avibus deſumpti fit pro ſparſione in ſacrificiis ex pecude deſumptis, & ſtillatio in ſacrificio pro peccato ex avibus, quia de holocauſto ex avibus ſcriptum eſt Levit. 1, 15. Et exprimet ſanguis illius. Porro dicit auctor, *donec ad locum cineris exierit*, quandoquidem enim id totum comburitur, & in ipſo non obtinet permiſſio, ſemper in ipſo prævaricari poſſunt, donec totum combuſtum fuerit, & a cinere ipſius remota fuerit oblatio cineris, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 6, 10.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

De holocauſto ex avibus deſumpto ſacerdotibus nihil cedit, ſed omnia comburuntur igni, idcirco in ipſo prævaricari poſſunt ſi quid commodi ex ipſo perceperint. Cæterum jam noſti quod illius ſanguis exprimi debeat, ſicuti dicitur Levit. 1, 15.

ג פרים הנשרפים ושעירים הנשרפים מועלין בהן משהוקדשו נשחטו הוכשרו להפסל בטבול יום ובמחוסר כיפורים ובלינה הוזה דמן חייבין עליהן משום פיגול נותר וטמא ומועלין בהן בבית הדשן עד שיותך הבשר :

3. In juvencis & hircis qui comburuntur prævaricantur poſtquam conſecrati fuerint; ſi mactati fuerint, diſpoſiti ſunt ut reprobi poſſint fieri per eum qui die lotus eſt, & per eum cui deeſt expiatio, & pernoctando, ſi ſanguis ſtillatus fuerit, tenentur nomine abominandi, reſidui, & immundi, & prævaricantur in illis in cineris loco, donec caro detrita ſit.

R. OB. DE BARTENORA.

פרים הנשרפים *Juvenci qui comburuntur*, in iis non continetur quicquam liciti pro ſacerdotibus. הוזה דמו *ſi ſtillaverit ſanguis illius*, ſtillatio ſanguinis illius diſponit ipſum ut fieri poſſit abominandum, & excidii condemnetur qui comederit de ipſo, ſi inter mactandum cogitaverit de adipibus extra tempus ſuum comburendis. Quandoquidem autem in hiſce nihil liciti continetur pro ſacerdotibus, prævaricantur in illis ſi in loco cineris comburendi extra caſtra quicquam commodi perceperint. עד שיותך הבשר *donec caro detrita fuerit*, donec illa combuſta fuerit in prunas. Sed poſtquam ita combuſta fuerit caro, non amplius in ipſa prævaricantur, quia in nulla re cujus præceptum jam perfectum eſt, prævaricantur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עד שיותך הבשר *Donec detrita ſit caro*, donec diffiſſa ſit caro & perforata, atque illius partes adeo igni aduſtæ ſint ut ſpongiæ maris ſimiles ſint, & talis eſt caro quæ penitus comburitur.

ד העולה מועלין בה משהוקדשה נשחטה הוכשרה להפסל בטבול יום ובמחוסר כיפורים ובלינה נזרק דמה חייבין עליה משום פיגול נותר וטמא אין מועלין בעורה אבל מועלין בבשר עד שיצא (ס״א) לבית הדשן :

4. In holocauſto prævaricantur poſtquam conſecratum ſit, ſi mactatum ſit, diſpoſitum eſt ut per eum qui die lotus eſt, & qui expiatione caret, & pernoctatione, reprobum fieri poſſit. Si ſanguis ipſius ſparſus ſit, tenentur nomine abominandi, reſidui, & immundi; ſed non prævaricantur in pelle illius, verum in carne donec ea ad locum cineris exierit.

R. OB. DE BARTENORA.

ואין מועלין בעורה *Et non prævaricantur in pelle illius*, quia ſacerdotibus cedit. *Sed in carne prævaricantur*, quamdiu illa ſuper altare comburitur. *Donec exierit in locum cineris*, quando omnis jam ab altari cinis remotus eſt, atque abhinc in locum ubi cinis congeri ſolet, projectus fuerit, tum ſacerdotes non amplius in carne prævaricantur ſi quid exinde commodi percipi poſſit, quia præceptum illius jam perfectum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam noſti id quod Lex de holocauſto dicit, pellem illius ſacerdoti cedere, idcirco in pelle non prævaricantur. Poſtea dicit quod in carne ipſius prævaricari poſſunt quamdiu ea nondum combuſta ſit in altare; omni vero cinere remoto ab altari eoque in locum cineris conjecto, non amplius prævaricantur in ipſa, quia præceptum illius jam peractum eſt.

ה חטאת ואשם וזבחי שלמי צבור מועלין בהן משהוקדשו נשחטו הוכשרו להפסל בטבול יום ובמחוסר כפורים ובלינה נזרק דמן חייבין עליהן משום פיגול נותר וטמא׃ אין מועלין בבשר אבל מועלין באימורים עד שיצאו לבית הדשן׃

5. In ſacrificio pro peccato & pro reatu, & in pacificis pro cœtu prævaricantur ex quo conſecrata ſunt. Si mactata ſint, diſpoſita ſunt ut ab eo qui die lotus eſt, vel ab eo qui expiatione caret, & pernoctatione, reprobum reddi poſſit. Si ſanguis eorum ſparſus ſit, tenentur ob illa nomine abominandi, reſidui, & immundi. In carne non prævaricantur, ſed in adipibus donec ad locum cineris exierint.

R. OB. DE BARTENORA.

אין מועלין בבשר *Non prævaricantur in carne*, quia in ipſa continetur licentia pro ſacerdotibus, nam caro ſacrificii pro peccato, & pro reatu, ſacrificiorumque pacificorum pro tota Eccleſia oblatorum a ſacerdotibus comeditur.

אבל מועלין באימורים *Sed in adipibus prævaricantur*, quandoquidem in ipſis nihil liciti continetur pro ſacerdotibus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ea quæ hic refert auctor, ſunt res ſanctiſſimæ, ſicuti expoſitum eſt capite quinto codicis de Sacrificiis. Sed capite ſuperiori jam dictum eſt quod in rerum ſanctiſſimarum poſt ſanguinis ſparſionem carne non prævaricantur; ibique etiam expoſitum eſt quod ſacerdotes comedere poſſunt de ſacrificiis pro cœtu oblatis pacificis, idcirco in carne illorum comedenda non prævaricantur; ſicuti in ſacrificio pro peccato & pro reatu.

ו שתי הלחם מועלין בהן משהוקדשו קרמו בתנור הוכשרו להפסל בטבול יום ובמחוסר כפורים ולשחוט עליהן את הזבח נזרק דמן של כבשים חייבין עליהן משום פיגול נותר וטמא ואין בהן מעילה׃

6. In duobus panibus prævaricantur ex quo conſecrati ſunt; ſi in furno cruſta obducti fuerint, diſpoſiti ſunt ut reprobi fieri poſſint per eum qui die lotus eſt, vel per eum cui expiatio deeſt, & ad mactandum ſuper illis ſacrificium. Si agnorum ſanguis ſparſus ſit, tenentur ob illos nomine abominandi, reſidui, & immundi, ſed in illis non obtinet prævaricatio.

R. OB. DE BARTENORA.

שתי הלחם *Duo panes*, qui die Pentecoſtes offeruntur. *Ex quo corticem obduxerint in furno*, ſimulac in furno diſpoſiti fuerint, iſta autem incruſtatio diſponit panes ut reprobi fieri poſſint ab eo qui die lotus eſt & non habuerit occaſum ſolis, & per eum qui expiatione caret, ſicuti fit in mactatione ſanctiſſimorum ſacrificiorum. Hic non fit mentio pernoctationis, quia panes duo coquuntur die feſtum antecedenti, & comeduntur die alio ſcil. feſto. Porro quoque illi diſpoſiti ſunt ut ſuper illis ſacrificium mactari poſſit, nam quia incruſtati ſunt jam panes vocari poſſunt. *Sed in illis non continetur prævaricatio*, quia habent temporis aliquid quo pro ſacerdotibus liciti ſunt, & quia præceptum eorum jam peractum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in codice de muneribus quod ſacerdotes comedunt duos panes, idcirco in illis non continetur prævaricatio. Verum ſecundo capite ejuſdem codicis expoſitum eſt quomodo duo panes & panis facierum fiant abominandi; & ibidem undecimo capite exponitur quod duo panes & panis facierum diebus aliquot præterlapſis comedi poſſunt, idcirco auctor hic non meminit pernoctationis.

ז לחם הפנים מועלין בו משהוקדש קרם בתנור הוכשר להפסל בטבול יום ובמחוסר כיפורים ולהסדר על גבי השולחן קרבו הבזיכין חייבין עליו משום פיגול נותר וטמא ואין בהן מעילה׃

7. In pane facierum prævaricantur ex quo conſecratus eſt, ſi in furno incruſtatus fuerit, diſpoſitus eſt ut reprobus fieri poſſit per eum qui die lotus eſt, & per eum qui caret expiatione, & ut in menſam diſponi poſſit. Si oblatæ ſint acerræ, tenentur ob illum nomine abominandi, reſidui, & immundi, ſed prævaricatio in illis non obtinet.

R. OB. DE BARTENORA.

לחם הפנים *Panis facierum*, hic quoque non fit mentio pernoctationis, quia panis faciei die veneris coquitur, & in ſequentis hebdomadis Sabbato demum comeditur. *Si oblatæ ſint eorum ſartagines*, quæ panes reddunt licitos ad eos comedendos, nam die Sabbati, quando panes removebant, offerebant acerras ſuffimenti. *Sed in illis non obtinet prævaricatio*, quia panes jam liciti ſunt ut a ſacerdotibus comedantur, quandoquidem præceptum illius jam abſolutum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia hæc clara ſunt ſi intellexeris ea quæ diximus, & ſi memineris eorum quæ in codice de Muneribus expoſita ſunt.

ח המנחות מועלין בהן משהוקדשו קדשו בכלים הוכשרו ליפסל בטבול יום ובמחוסר כיפורים ובלינה קרב הקומץ חייבין עליהן משום פגול נותר וטמא ואין מועלין בשירים אבל מועלין בקומץ עד שיצא לבית הדשן׃

8. In muneribus prævaricantur ex quo conſecrata ſunt, ſi in vaſe conſecrata ſint, diſpoſita ſunt ut ab eo qui die lotus eſt reprobi fieri poſſint, & ab eo cui expiatio deeſt, & pernoctatione. Si pugillus oblatus ſit, tenentur ob illa nomine abominandi, reſidui, & immundi, ſed non prævaricantur in reſiduis, ſed in pugillo prævaricari poſſunt donec ad locum cineris exierit.

R. OB. R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

המנחות מועלין בהן משהוקדשו *In muneribus prævaricantur ex quo conſecrata ſunt*, conſecratione orali. *Sed non prævaricantur in illis*, quia in illis continetur licentia pro ſacerdotibus. *Sed in pugillo prævaricantur*, donec is totus combuſtus ſit, & ad locum cineris projectus, ſicuti adipes ſacrificii pro peccato, & ſacrificii pro reatu, poſtea vero non prævaricantur, quia præceptum illius jam abſolutum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in codice de Muneribus quod muneris pugillus ſimilis eſt adipibus ſanctis, & reliquiæ muneris quæ comeduntur, ſimiles ſunt carni ſanctæ, & ad ſacerdotes pertinent, idcirco non prævaricantur in illis.

ט הקומץ ולבונה והקטרת ומנחת כהנים ומנחת כהן משיח ומנחת נסכין מועלין בהן משהוקדשו קדשו בכלי הוכשרו ליפסל בטבול יום ובמחוסר כיפורים ובלינה וחייבין עליהן משום נותר ומשום טמא ופיגול אין בהן זה הכלל כל שיש לו מתירין אין חייבין עליו משום פיגול נותר וטמא עד שיקריבו מתיריו וכל שאין לו מתירין כיון שקדש בכלי חייבין עליו משום נותר ומשום טמא ופגול אין בו :

9. In pugillo, thure & ſuffitu, & muneribus ſacerdotalibus, munere ſacerdotis uncti, & munere libaminum, prævaricantur poſt conſecrationem. Si in vaſe conſecrata ſint, diſpoſita ſunt ut reproba fieri poſſint per eum qui die lotus eſt, vel per eum cui deeſt expiatio, & pernoctatione; & tenentur ob illa nomine reſidui, & immundi, ſed non abominandi nomine. Hæc regula generalis eſt, in quo ſunt quæ id licitum reddunt, ob id non tenentur nomine abominandi, reſidui, & immundi, donec oblata fuerint ea quæ id licitum reddunt; quod vero non habet quæ ipſum licitum reddunt, quoniam id in vaſe conſecratum eſt, ob idipſum tenentur nomine reſidui, & immundi, ſed non obtinet in ipſo abominandum.

R. OB. DE BARTENORA.

ומנחת נסכים *Et munus libaminis*, munus quod offertur cum ſacrificio cui non ſunt reliquiæ, ſed quod penitus comburitur. *Sed abominandum in ipſis non obtinet*, quia non habet quæ ipſa reddunt uſui licita, abominatio vero non obtinet niſi in re cujus permittentes ipſam offerunt ſicuti ſupra expoſitum eſt.

כל שיש לו מתירין *Quod habet ſua permittentia*, ſive ejuſmodi quæ ipſum reddunt licitum, ſicuti ſunt pacifica, ſacrificium pro peccato, & pro reatu, quorum ſanguis adipes pro altari licitos reddit, & carnem pro ſacerdotibus; vel ſi res ſit quæ habet ejuſmodi quæ ipſam pro altari duntaxat licitam reddunt, uti eſt holocauſtum ex avibus, & turtures qui comburuntur, quorum ſanguis ipſa licita reddit pro altari tantum, & duo panes, quia ſanguis agnorum eos licitos reddit; panis facierum licitus fit per oblatas acerras, & munera fiunt licita per adolitionem pugilli, ob hæc autem omnia non tenentur nomine abominandi, reſidui, & immundi, donec oblata fuerint quæ ipſa reddiderunt licita. Cui vero rei non ſunt ea quæ ipſam reddunt licitam, ut pugillus, & thus &c. quæ ipſa ſunt ea quæ licita reddunt alia, ipſa vero a nulla re alia licita fiunt, & ob iſta tenentur nomine immundi, & reſidui. Nomen immundi colligimus ex eo quod ſcriptum eſt Levit. 22, 3. *Omnis vir qui e vobis appropinquaverit ad ſancta a filiis Iſraëlis conſecrata Domino; immundities illius erit ſuper ipſo, & is excidetur*, ubi ſermo eſt de omnibus rebus ſanctis, ob obligationem immundis ſtatuendam. Nomen reſidui colligimus ex eo quod de immundo dicitur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia quæ hic enumerat auctor igne conſumenda ſunt, atque ipſa alia reddunt licita, at alia non reddunt ipſa licita, idcirco in illis prævaricatio locum habet quando conſecrata ſunt in vaſe miniſterii, donec id exierit ad locum cineris, ſicuti de pugillo expoſitum eſt. Sed non tenentur ob illa nomine abominandi ſecundum fundamenta capite quarto codicis de Sacrificiis expoſita. Sed ob illa nomine immundi, & reſidui, uti Lex dicit Levit. 22, 3. *Omnis vir qui acceſſerit.* Illa verba ad omnia ſancta retulerunt. Porro tertio capite de Sacrificiis expoſitum eſt, non excidio, ſed immunditie teneri eum qui de ſanctis comederit. Et in fine codicis de Sacrificiis Solemnibus expoſitum eſt quod is qui expiatione peccati caret, ablui debet ad ſancta peragenda.

פרק ג ולד חטאת ותמורת חטאת וחטאת שמתו בעליה ימותו שעברה שנתה ושאבדה ושנמצאת בעלת מום אם משכיפרו הבעלים תמות ואינה עושה תמורה ולא נהנים ולא מועלין ואם עד שלא כיפרו הבעלים תרעה עד שתסתאב ותמכר ויביא בדמיה אחרת ועושה תמורה ומועלין בה :

Caput 3. Proles ſacrificii pro peccato, & mutatio ſacrificii pro peccato cujus proprietarius obiit, moriantur. Cujus præteriit annus, quod periit, vel quod vitiatum eſt poſtquam proprietarius jam expiatus fuerit, moriatur; idque non commutatur, neque ex ipſo quicquam percipitur, neque in ipſo prævaricantur. Si antequam obiit proprietarius, obierit, paſcatur donec vitiatum ſit, & vendatur, adducto alio pro ipſius pretio, ipſum vero commutari poteſt, & in ipſo prævaricantur.

R. OB. DE BARTENORA.

ימותו *Moriantur*, quia hæc ſunt e quinque ſacrificiis pro peccato, de quibus nos traditione accepimus quod moriantur; hæc vero tria ſemper moriantur, ſive ante ſive poſt ſacrificium pro peccato, quia nunquam offerri poſſunt. Sed hæc Miſna jam dicta eſt capite quarto codicis de Sacrificiis commutandis ibique etiam expoſita.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc Miſna jam allata eſt capite quarto tituli de commutatione ſacrificiorum, ibique nos illam expoſuimus.

ב המפריש מעות לנזירותו לא נהנין ולא מועלין

2. Si quis pecuniam pro Nazyræatu ſuo ſeparaverit,

מפני שהן ראוין לבוא כולן שלמים מת היו סתומים יפלו לנדבה היו מפורשים דמי חטאת ילכו לים המלח לא נהנים ולא מועלין בהן דמי עולה יביאו עולה (נ"א ומעלין בהן) ודמי שלמים יביאו שלמים ונאכלים ליום אחד ואינן טעונין להם :

verit, ex ipſa nil commodi percipiant alii, nec in ipſo prævaricentur, quia ex ipſa pacifica fieri poſſunt. Si obierit, & pecunia ſimpliciter relicta ſit, illa cedat oblationi ſpontaneæ. Si declarata ſit, pecunia ſacrificii pro peccato in mare ſalſum conjiciatur, & tum ex ipſa nil commodi capient, nec in ipſa prævaricantur. E pecunia holocauſti adducitur holocauſtum; e pecunia pacificorum pacifica adducuntur, & comeduntur die uno, ſed pane non indigent.

R. OB. DE BARTENORA.

המפריש מעות לנזירות *Si quis pecuniam pro Nazyræatu ſuo ſeparaverit*, & non expoſuerit, hi ſint pro holocauſto meo, illi vero nummi pro ſacrificio pro peccato, iſti autem pro pacificis. *Ex ipſa nil commodi percipiunt, nec in ipſa prævaricantur*, ex omnibus ſcil. nil commodi percipiunt, nec in iis prævaricantur.

מפני שהם ראוים להביא בכלן שלמים *Quia omnes nummi idonei ſunt ut ex iſtis pacifica fiant*, cæteroquin dixiſſemus ipſum quemlibet numulum ſeparaſſe in pacificum, at pacifica ſunt ſancta levia in quibus jus prævaricationis non obtinet, ſicuti Miſna dixit in fine capitis primi, quod in ſanctis levibus ante ſparſionem ſanguinis non prævaricantur, etiamſi in illis contineatur ſacrificium pro peccato & holocauſtum in quibus prævaricatio obtinet, quandoquidem etiam ſunt nummi ſacrificiis pacificis deſtinati in quibus non obtinet prævaricatio, pro quibus ſi quis adduxerit ſacrificium prævaricationis, fiet ut profanum quid ad atrium Templi adducat, idcirco in illis non prævaricantur, neque ex iis quid commodi percipiunt. *Si obierit*, nempe is qui nummos ſeparavit, & ſimpliciter remanſerint nummi, quia de ipſis non dixit, hi ſint ſacrificium pro peccato, & illi holocauſtum, iſti vero pacificum, tum omnes nummi cedant oblationibus ſpontaneis. *Nummi ſacrificii pro peccato conjiciantur in mare ſalſum*, quia eſt expiatio cujus dominus obiit. *Pro nummis holocauſti adducatur holocauſtum*, quia ſimpliciter unum eſt munus duntaxat. *Et comeduntur uno die*, ſicuti eſt jus pacificorum Nazyræi. *Sed non indigent pane*, quia de pane ſcriptum eſt Num. 6, 19. *Et dabit ſuper palmis Nazyræi*; ſed is non amplius exiſtit, eo quod obiit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מפני שהם ראוים להביא בכלן שלמים *Quia iſti nummi omnes idonei ſunt ut pro illis pacifica offerantur*, hæc eſt ratio illius quod dicit, in iis non prævaricantur, quia pacifica ſunt ſancta levia; at jam expoſitum eſt quod in levibus ſanctis non obtineat prævaricatio, niſi demum poſt ſanguinis ſparſionem. Cæterum tibi aliquoties expoſui caſum de ſacrificiis Nazyræatus, ejuſdemque omnia jura.

ג רבי ישמעאל אומר (נ"א רבי שמעון) הדם קל בתחלתו והמור בסופו והנסכין חומר בתחלתן וקל בסופן הדם בתחילה אין מועלין בו יצא לנחל קדרון מועלין בו הנסכים בתחלה מועלים בהן יצאו לשיתין אין מועלין בהם :

3. R. Iſmaël dicit, ſanguis ab initio ſuo levis eſt, ſed in fine gravis: in libaminibus gravior conditio eſt ab initio, ſed levior in fine. In ſanguine non prævaricantur ab initio, poſtquam vero in fluvium Kidron effluxerit, prævaricantur in eo. In libaminibus prævaricantur ab initio; ſi in fundamenta deſcenderint, in iis non prævaricantur.

R. OB. DE BARTENORA.

בדם בתחלה אין מועלין בו *In ſanguine ab initio non prævaricantur*, nempe ante ſanguinis ſparſionem, quia Levit. 17, 11. ſcriptum eſt, *ego dedi eum vobis ſuper altare ad expiandum*. Quaſi dixiſſet, in expiationem dedi vobis, & non in prævaricationem; & hoc intelligendum eſt poſt ſanguinis ſparſionem, ſicuti in Miſna dicitur, hi & illi (exteriores & interiores ſanguines) miſcentur in canali atrii, & in fluvium Kidron exeunt, poſtea illis agri ſtercorantur, & tum in iis prævaricari poſſunt. Hæc vero prævaricatio a Sapientibus ſancita eſt, non ex Lege, quia in nulla re cujus præceptum peractum eſt, prævaricari poſſunt.

יצאו לשיתין *Si effluxerint in fundamenta*, in altari erat foramen per quod libamina ad שיתין confluebant, ſive ad fundamenta altaris perforata; ſi itaque ſacerdos manum ſuam immiſiſſet & libamina recepiſſet antequam deſcendiſſet ad abyſſum, non prævaricantur in ipſis, quia præceptum eorum jam peractum eſt.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Jam diximus octavo capite codicis de Profanis quod in ſanguine non obtineat prævaricatio, ſicuti dicitur Levit. 17, 11. *Ego eum dedi vobis ſuper altari*. Ad quæ verba dixerunt Sapientes, ad expiandum eum vobis dedit Deus, & non ad prævaricandum in ipſo. Porro dixerunt, *quod ſanguis expiat pro anima*, ſcil. quod ante expiationem ſe res habet ut poſt eam, ſicuti igitur poſt expiationem in eo non obtinet prævaricatio, ſecundum fundamentum quod diximus, nempe quod in re cujus præceptum jam peractum eſt, non prævaricantur. Hinc tibi conſtabit quod deciſio non ſit juxta R. Iſmaël, dicentem, quod in ipſo prævaricatio obtineat poſt expiationem. Jam expoſuimus in codice de Tabernaculis quod שיתין duo ſunt foramina in altari, per quæ vina libaminis defluunt.

ד דישון מזבח הפנימי והמנורה לא נהנין ולא מועלין המקדיש דישון בתחלה מועלים בו תורים שלא הגיע זמנן ובני יונה שעבר זמנן לא נהנים ולא מועלין רבי שמעון אומר תורים שלא הגיע זמנן מועלים בהן ובני יונה שעבר זמנן לא נהנין ולא מועלין :

4. E decineratione altaris interioris & candelabri nil commodi percipiunt, nec in ipſa prævaricantur. Si quis decinerationem conſecraverit in principio, prævaricantur in ipſa. E turturibus quorum tempus nondum advenit, & e pullis columbæ quorum tempus jam præteriit, nil commodi percipiunt, nec in ipſis prævaricantur. R. Simeon dicit, in turturibus quorum tempus nondum advenit, prævaricantur; e columbæ pullis quorum tempus jam præteriit, nil commodi percipiunt, nec in ipſis prævaricantur.

R. OB.

R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

רשון מזבח הפנימי והמנורה *Decineratio altaris interioris & candelabri*, cinis ab altari removebatur, & ellychniorum extremitates e candelabri lucernis educebantur, & prope altare exterius deponebantur, ubi ablatio cineris altaris exterioris deponi ſolebat, & poſtquam illinc remotæ eſſent hæ res, non amplius ex ipſis quid commodi percipiebant, nec in ipſis prævaricabantur, quia de ipſis non ſcriptum eſt, & ponet eas circa altare, ſicuti de cinere altaris exterioris dicitur. *Si quis decinerationem conſecraverit &c.* nempe, ſi quis nummos cineris conſecraverit ab initio, antequam ad altare eum adduxerit, obtinet in illis prævaricatio, ſcil. ſi dixerit, *ecce in me nummi cineris*, & eum poſtea foras eduxerit; & poſtea alius quiſpiam de iſto cinere utilitatem perceperit, etſi præceptum illius jam peractum fuerit, nihilominus tamen in iis prævaricantur, nam quia jam commodum ex ipſo percepit, nunc æſtimari nequit quantum ſit pretium illius quod promiſit, hinc fiet ut is ſanctis damnum inferat, idcirco in ipſo prævaricatus eſt, ſimulac commodi quid ex ipſo perceperit. *In turturibus quorum tempus nondum advenit &c.* ſi quis duos turtures conſecraverit ante tempus ipſorum, & columbæ pullos quorum tempus præteriit, nil commodi ex iis percipiunt nec in iis prævaricantur, nec ſimiles ſunt iis quæ expiatione carent in pecore ante tempus ſuum conſecrato, & quod poſt tempus ſuum offertur, pecus enim quia magni æſtimatur, cum in ipſo contineatur ſanctitas, ſi id vitiatum ſit ut redimi debeat, etiam in ipſo continetur ſanctitas dum ei tempus offerendi deeſt. Sed quia hoc de avibus dici nequit, cum vitium eas non reddat illegitimas, & in iis non obtineat redemptio, quia de pecore duntaxat redemptio dicta eſt, idcirco in ipſis non continetur ſanctitas illius quod tempore caret. *In turturibus quorum tempus non advenit prævaricantur*, quandoquidem in ſequentibus conveniunt, jam prævaricatio in ipſis obtinet; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam noſti quod altaris interioris decineratio ſit ipſe cinis, lucernæ vero decineratio eſt ellychniorum extremitates removere combuſtas. R. Simeon dicit quod in turturibus quorum tempus advenit quo offerri poſſunt poſt tempus, prævaricantur. Sapientes dicunt, quandoquidem jam nondum idonei ſunt ut offerantur, non prævaricantur in ipſis, nec quicquam commodi ex iis percipiunt; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

ה חלב המוקדשין וביצי תורין לא נהנים ולא מועלים במה דברים אמורים בקדשי מזבח אבל בקדשי בדק הבית הקדיש תרנגולת מועלין בה ובביצתה חמור מועלים בה ובחלבה :

5. Ex lacte ſancto, turturumque ovis nil commodi percipiunt, neque in iis prævaricantur. De quo hæc verba dicta ſunt? de altaris rebus ſanctis; ſi vero quis in reparationem Templi conſecraverit gallinam, prævaricantur in ipſa & ovo ipſius. Si aſinam, in ipſa & in lacte ipſius prævaricantur.

R. OB. DE BARTENORA.

בקדשי המזבח *De rebus ſanctis altaris*, quia lac & ova inepta ſunt ad altare, idcirco ex ipſis nil commodi percipere poſſunt, nec prævaricari. אבל בקדשי בדק הבית *Sed in ſanctis in reparationem Templi conſecratis*, in iis quoque prævaricantur, quia nummi conſecrati idonei ſunt in Templi reparationem. In Gemara dicitur huic Miſnæ deeſſe quædam, quæ ita ſupplenda ſunt, de quo dicta ſunt hæc verba? de eo qui conſecraverit cum ſanctitate corporea pro altari; at vero ſi cum nummorum ſanctitate aliquam ſummam pro altari conſecraverit, ut, ſi quis dixerit, *hujuſce avis vel hujuſce pecudis nummi conſecrati ſint ut pro iis adducatur holocauſtum*, tum perinde eſt ac ſi conſecraverit in reparationem Templi, nam in nummis conſecratis pro altari prævaricatio obtinet in ovis & lacte.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc ita ſe habent quæ in Miſna dicuntur, ſi quis avem conſecraverit vel pecus pro altari cum conſecratione corporea, ut, ſi holocauſtum ſit ex ave, vel pacificum e pecude, ſi vero pro altari conſecraverit cum conſecratione pecuniæ, ut, ſi dixerit, hujuſce avis nummi, vel hujuſce pecudis nummi conſecrati ſint, & offeratur pro illis tale ſacrificium, prævaricantur in illis, & in fœtu ipſorum.

ו כל הראוי למזבח ולא לבדק הבית לבדק לבית ולא למזבח לא למזבח ולא לבדק הבית מועלין בו כיצד הקדיש בור מלא מים אשפה מלאה זבל שובך מלא יונים אילן מלא פירות שדה מלאה עשבים מועלין בהן ובמה שבתוכם אבל אם הקדיש בור ואחר כך נתמלא מים אשפה ואחר כך נתמלאה זבל שובך ואחר כך נתמלאה יונים אילן ואחר כך נתמלא פירות שדה ואחר כך נתמלא עשבים מועלין בה ואין (ס"א) מועלין במה שבתוכן דברי רבי יהודה (ס"א) רבי שמעון אומר (נ"א רבי יוסי) המקדיש שדה ואילן מועלים בהן ובגדוליהם מפני שהן גדולי הקדש ולד מעושרת לא יינק מן המעושרת ואחרים מתנדבין כן ולד מוקדשים לא יינק מן המוקדשים ואחרים מתנדבין כן הפועלים לא יאכלו מגרוגרות של הקדש וכן פרה לא תאכל מכרשיני הקדש :

6. Quicquid aptum eſt ad altare & non in Templi reparationem, vel contra; vel neque pro altari neque in reparationem Templi, in eo prævaricantur. Quomodo? ſi quis puteum aqua plenum conſecraverit, vel fimetum fimo plenum, vel columbarium columbis plenum, vel arborem fructibus plenam, vel agrum gramine plenum, in iis prævaricantur, & in eo quod in iis continetur. Si vero prius puteum conſecraverit, & poſtea ipſum aquis impleverit; vel fimetum, & poſtea ipſum ſtercore impleverit; vel columbarium, & poſtea ipſum columbis inſtruxerit; vel arborem, & poſtea eam fructibus propagaverit; vel campum & in eo deinceps gramen creverit, prævaricantur in ipſis, ſed non in iis quæ in ipſis continentur. R. Simeon dicit, ſi quis agrum & ſimul arbores conſecraverit, tum prævaricantur in ipſis, & in ſtirpibus ipſarum, quia ſunt incrementa ſancta. Proles pecudis decimæ non ſuget e decima, ſed alii ita ſpontanea vovent. Proles ſancta non ſuget e ſanctis; ſed alii ita ſpontanea vovent. Operarii non comedunt e ficis ſanctis; ita nec vacca comedet de viciis ſanctis.

R. OB. DE BARTENORA.

כל הראוי למזבח *Quicquid ad altare aptum eſt*, quod in ſub-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam noſti quod pecorum decimæ ſint ſanctæ, idcirco in lacte

ſubſtantia ſua ad altare aptum eſt. Puteum aquis plenum, illius ſubſtantia ipſa ad reparationem Templi apta eſt, ſed non ad altare; quia aquæ vivæ ſive fluentes ad libamina aquæ duntaxat ſunt aptæ; ſed in Templo ex aquis Siloæ tantum libabant.

אשפה מלאה זבל *Fimetum fimo plenum*, ejus ſubſtantia neque ad Templum, neque ad altare aptum eſt, ſed pretium illius. *Columbarium columbis plenum*, id ad altare aptum eſt, & non ad reparationem Templi. *Arbor fructibus plena*, hæc ad Templum apta eſt reſpectu primitiarum, ſed non in Templi refectionem. *Ager gramine plenus*, hic neque ad altare, neque ad Templum aptus eſt.

אין מועלין במה שבתוכן *Non prævaricantur in eo quod in ipſis continetur*, quia non obtinet prævaricatio in eo quod poſt conſecrationem accrevit. *Natus decimæ*, ſi pecus fœminea ſub virgam tranſierit, & antea natum pepererit, is jam non ſuget matrem, quia natus eſt profanus, & mater conſecrata decima, hinc natus commodum perciperet e lacte ſancto, quia decima pecus ſancta eſt. ואחרים מתנדבין כן *& alii ita ſpontanea vovent*, ſenſus eſt, e pecude quæ ſub virgam ſacerdotis decimantis tranſierit, natus non ſuget, ſed alii qui antea ſpontanea voverunt, antea paciſci potuerunt quam decimatio facta ſit, ſi enim fœminea pecus tranſierit ſub virgam, lac ipſius erit profanum ut natus ipſius cum licentia ex illa ſugat. Sic etiam matris ſanctæ lac non erat ſanctum pro nato ipſius; ita mei expoſuerant magiſtri, ſed confuſe. Maimonides exponit, quod quiſquis voluerit, vovere poterit lac ut ſugat ipſum natus decimæ, vel natus pecudis ſanctæ. Quia nato prohibitum eſt ſugere e tali lacte, Sapientes enim id conſiderarunt ut tonſuram & opera, quæ in ſanctis uſui prohibita ſunt, idcirco ipſis non eſt remedium, ſed alii vovent lac ad natos hoſce lactandos, quandoquidem illis prohibitum eſt e matre ſugere; & hæc bona eſt explicatio. *Non comedunt ficus ſanctas*, etſi operarii pacti fuerint ſe in illis operaturos propter alimentum, tamen iis non licet edere e ficibus ſanctis, ſed ærarii præfectus dabit ipſis mercedem in alimentum ex nummis ſanctis, quibus illi in foro emere poſſunt. *Ita nec vacca comedet de ficibus ſanctis*, quæ vicias ſanctas triturat, ejus os obturatur ne de ſanctis comedat, quia Deut. 25, 4. ſcriptum eſt, *non obturabis bovi os inter triturandum*; ergo dum triturat proventum ei convenientem, non ei os obturabis, ſed cum proventus ſanctus ei non conveniat, licet ei obturare os.

lacte prævaricantur, ſi fœminea ſint. ואחרים מתנדבין כן *alii vero ſic ſpontanea vovent*, nempe, quiſquis voluerit, is vovere poterit lac ad decimæ natum lactandum, vel natum pecudis alicujus ſanctæ, quia aliis non licet earum lac ſugere, quia iſtud lac conſiderarunt quaſi eſſet miniſterium & tonſura, quæ in ſanctis non ſunt uſui licita, ſicuti oſtenſum eſt in titulo de Primogenitis. Et quamvis operarii conditiones ineant cum re conſecrata ob alimoniam ipſorum, tamen iis non licet comedere ficus conſecratas; ſed jus conſecrationis ipſis ſolvet pretium alimoniæ. Sic etiam ſi quis ſanctas vicias triturare velit, bovi os obturandum eſt inter triturandum, & ei prohibetur comeſtio, ſicuti ſcriptum eſt Deut. 25, 4. *Bovi trituranti non obturabis os*; hujus ſenſus eſt quod inter triturandum non obturabis bovi os ne comedat de proventu ipſi competenti; ſi vero ſanctum trituret proventum, ei os obturandum eſt, quia de ipſo ei comedere non licet.

ז שרשי אילן של הדיוט באין בשל הקדש ושל הקדש באין בשל הדיוט לא נהנין ולא מועלין המעין שהוא יוצא מתוך שדה הקדש לא נהנין ולא מועלין יצא חוץ לשדה נהנין ממנו המים שבכד של זהב לא נהנין ולא מועלים נתנו בצלוחית מועלין בהם ערבה לא נהנין ולא מועלין רבי אליעזר ברבי צדוק אומר נותנין היו ממנה זקנים בלולביהם :

7. Radices arboris idiotæ ſi intraverint arborem ſanctam & contra, ex illis nihil commodi percipere licet, neque in ipſis prævaricantur. Si fons ex agro ſancto prodierit, nil commodi ex ipſo percipiunt, neque in ipſo prævaricantur. Si vero extra agrum prodierit, ex ipſo commodum percipiunt. Si aquæ ſunt in urceo aureo, ex iis nullam utilitatem percipiunt, nec in iis prævaricantur. Si in lecythum, in iis prævaricantur. E juſculento autem nil commodi percipiunt, nec prævaricantur. R. Eleazar filius Zadoci dicit, veteres de illo apponebant ſuis ſalicum ramis.

R. OB. DE BARTENORA

שורשי אילן של הדיוט באין בשל הקדש *Si radices arboris in fundo privati alicujus pertingant ad arborem agri ſancti*, non capiunt ex iis quid commodi, neque in iiſdem prævaricantur, quia nos arboris ſitum non conſideramus, arbor autem in poteſtate privati eſt; ſed hoc intelligendum eſt ſi inter arborem iſtius privati & ſanctam interſint ſedecim cubiti, tum in radicibus prævaricantur quæ in agro ſancto accreverint, quia jam non ſequimur arboris ſitum.

ושל הקדש באין בשל הדיוט *Et ſi radices agri ſancti intraverint in agrum privati*, tum nil commodi ex ipſis capiunt, neque in ipſis prævaricantur, ſi inter arborem agri ſancti & agrum idiotæ ſedecim interſint cubiti, nam radices quæ in agro privati creverint, non cenſentur pertinere ad arborem agri ſancti, quia procul diſtant ab ipſa, idcirco non prævaricantur in ipſa.

מעין שהוא יוצא מתוך שדה הקדש *Fontem qui exit ex agro conſecrato*, magiſtri mei expoſuerunt hunc eſſe fontem profanum, qui dimanat in idiotæ agrum, niſi quod iſte per medium agrum ſanctum perfluat, & ex hoc non licet aliquam utilitatem percipere in agro conſecrato, neque prævaricantur in ipſo, quia ex agro idiotæ effluit. Si aquæ ex iſto fonte effluxerint qui ex agro idiotæ dimanat, & per agrum ſanctum defluit, & aquæ ex agro ſancto effluxerint, de induſtria ex fonte iſto commodum percipere licet.

המים שבכד של זהב *Aquæ quæ in cado aureo ſunt*, pro libamine aquæ per ſeptem dies feſti Tabernaculorum denotantur

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si inter idiotæ ſive privati alicujus arborem, & agrum ſanctum ſedecim fuerint cubiti, vel minus, e radicibus quæ agrum ſanctum intrant nil commodi percipere licet privato, neque in ipſis prævaricantur. At vero ſi inter utramque arborem plures quam ſedecim fuerint cubiti, in iis prævaricantur, quia iſtæ radices ab arbore non attrahuntur, ſed ad agrum ſanctum pertinent. Si vero arbor ſit in loco ſancto, atque inter ipſam & inter agrum privati iſtius ſedecim ſint cubiti, vel paulo minus, prævaricantur in radicibus quæ agrum privati intrant, quia ad arborem pertinent. Sin autem inter utrumque plus ſpatii interſit, non prævaricantur in iis, neque commodi quid percipiunt.

המים שבכד של זהב *Si aquæ ſint in cado aureo*, denotat aquas quæ in altare libantur in feſto Tabernaculorum, ſicuti expoſitum eſt in codice de Tabernaculis. Dicit vero auctor quod aquæ iſtæ non recenſentur inter libamina ut in ipſis prævaricentur, niſi donec in lecythum conjectæ fuerint aureum. Si vero in agro ſancto accreverit ficus arida, quia illa non venditur, & ad nullam rem valet, nil commodi ex ipſa capiunt, neque in ipſa prævaricantur, ſecundum omnium conſenſum. Quod vero R. Eleazar filius Sadoci dicit, eo non intendit quaſi ex ipſa ficu quid commodi liceat percipere, quia nobis hypotheſis eſt quod præcepta non data ſunt ad commodum ex illis percipiendum; & hoc veriſſimum eſt, licet R. Eleazar permiſſum eſſe ſtatuat

tantur in hac Miſna, & hujus libaminis opera die Sabbati & profano eodem fiebant modo, niſi quod veſperi ante Sabbatum urceus aureus implebatur aqua, quæ non erat conſecrata ſanctitate fontis Siloæ, in iſta itaque aqua non prævaricabantur, nec ex ipſa quid commodi percipiebant. Quia non conſecratæ ſunt pro libamine aquæ ut prævaricatio in ipſis obtineat, donec in aureum lecythum conjectæ fuerint, qui eſt vas conſecratum. *E juſculento autem &c.* quod circa altare ponebatur, ſicuti Miſna dicit capite quarto de Tabernaculis. *Veteres de illis apponebant ſuis ſalicum ramis*, in principio antequam ramos elevabant, etſi eos duntaxat colligerent ut in altare erigerentur.

tuat commodum ex ipſo percipere; ita tamen non eſt deciſio.

ח קן שבראש האילן של הקדש לא נהנין ולא מועלין שבאשרה יתיז בקנה המקדיש את החורש מועלין בכולו הגזברים שלקחו את העצים מועלין בעצים ואין מועלין לא בשפוי ולא בנויה (נ"א בנמיה) :

8. E nido qui eſt in cacumine arboris ſanctæ nil commodi percipiunt, nec in ipſo prævaricantur. Si quis ſit in luco, excidat cum calamo. Si quis conſecraverit ſylvam, in tota prævaricantur. Si præfecti ærarii comparaverint ligna, tum in lignis prævaricantur, ſed non in ramento, neque in foliis.

R. OB. DE BARTENORA.

קן שבראש אילן של הקדש *Nidus in cacumine arboris ſanctæ*, quem avis e lignis & palea ex alio loco adductis conſtruxit. שבאשרה יתיז בקנה *qui vero in luco eſt, eum calamo excidet*, nidum deorſum diruet calamo, & tum ex ipſo commodum percipiet. Sed non aſcendet ſuper ſylvam, quia aſcendit ut nidum ſumat, hinc fiet ut e ſylva commodum percipiat. Ova vero & pulli quamdiu matre indigent, prohibiti ſunt, tam in cacumine arboris ſanctæ, quam in luco.

מועלין בכולו *In tota prævaricantur*, in lignis, ramis, & in foliis. *Si emerint præfecti ærarii ligna*, ſi illi ligna emerint e ſylva profana ad conficiendum ex iis tigna. *Prævaricantur in lignis*, Maimonides exponit auctorem Miſnicum hic docere velle quod in ſegmentis ligni ope ſerræ diſciſſis, & pro tignis paratis, prævaricantur. ולא בשפוי *neque in ramento*, nempe in ligni minutiis quæ inter ſerrandum decidunt, נויה notat folia arborum in ſylva.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Notum eſt quod e luco non liceat quid commodi percipere, ſicuti expoſitum eſt capite tertio codicis de Cultu peregrino. Quod autem in hac Miſna dicitur, intelligas de nido quem avis ope lignorum & graminis conſtruxit, quæ illa ex aliis locis adduxit, idcirco nil commodi ex eo percipere licet, nec in ipſo prævaricantur ſi in loco ſancto ſit. Sed in ſylva licet nidum e cacumine arboris ſumere.

יתיז בקנה *Excidet calamo*, ſcil. utrumque pullum, & poſtea ſumet ipſos. Scias autem quod ova nidi & pulli ipſius qui adhuc matre indigent, prohibita ſunt, tam in arbore ſancta quam in ſylva.

המקדיש את החורש מועלין בכולו *Si quis conſecraverit nemus, in toto prævaricantur*, in omnibus ſcil. arboribus, & in nidis qui ſunt in cacumine arborum. Segmenta autem minuta & abraſiones quæ inter ſerrandum e ligno decidunt, vocantur שפוי. Cæterum נויה notat partes duras quæ in ligno continentur quando exciduntur, & poſtea lævigantur, remanente in ipſarum loco quaſi fovea quadam in ligno.

Prævaricantur in lignis, in extremitatibus lignorum exiguorum.

פרק ד קדשי המזבח מצטרפין זה עם זה למעילה ולחייב עליהן משום פגול נותר וטמא קדשי בדק הבית מצטרפין זה עם זה קדשי המזבח וקדשי בדק הבית מצטרפין זה עם זה למעילה :

Caput 4. Sancta altari deſtinata conjunguntur reſpectu prævaricationis, abominationis, reſidui, & immundi. Sancta reparationi Templi deſtinata conjunguntur. Sancta altaris & ſancta reparationis Templi conjunguntur reſpectu prævaricationis.

R. OB. DE BARTENORA.

מצטרפין זה עם זה למעילה *Conjunguntur inter ſe reſpectu prævaricationis*, ſi ex altaris ſanctis commodum perceperit in quantitate olivæ, ut propterea teneatur quod comederit abominandum, reſiduum, aut immundum; vel quod olivæ quantitatem portaverit. *Sancta reparationi Templi deſtinata inter ſe conjunguntur*, reſpectu prævaricationis; ſed caſus de abominando, reſiduo, & immundo non obtinet in illis. Sancta altaris & Templi reparandi inter ſe conjunguntur reſpectu prævaricationis; ſed non reſpectu alius rei, ſicuti diximus, in ſanctis reparando Templo deſtinatis non obtinet abominandum, reſiduum, & immundum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si memineris ea quæ in hoc codice jam dicta ſunt, omnia quæ hic dicuntur, tibi erunt clara, ita ut non opus ſit quicquam addere.

ב חמשה דברים בעולה מצטרפין זה עם זה הבשר והחלב והסלת והיין והשמן וששה בתודה הבשר והחלב והסלת והיין והשמן והלחם התרומה ותרומת מעשר ותרומת מעשר של דמאי החלה והבכורים מצטרפין זה עם זה לאסור ולחייב עליהם את החומש :

2. Quinque in holocauſtis conjunguntur inter ſe, caro, adeps, ſimila, vinum, & oleum. Et ſex in euchariſtico, caro, adeps, ſimila, vinum, oleum, & panis. Oblatio prima, & oblatio de decimis, & oblatio de decimis rerum dubiarum, placenta, & primitiæ inter ſe conjunguntur ad prohibendum, & obligandum ad quintam.

R. OB. DE BARTENORA.

חמשה מצטרפין בעולה זה עם זה *Quinque res inter ſe conjunguntur in holocauſto*, ſcil. in quantitate olivæ conjunguntur ad aliquem reum pronunciandum ſi quid extra atrium portaverit, idque fore abominandum, reſiduum, & immundum; & ad prævaricationis condemnandum eum qui Prutæ pretium comederit. *Simila*, eſt munus quod cum holo-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam* expoſuimus in principio tractatus de Muneribus quod holocauſtum & pacifica requirant libamina, quæ fiebant e vino, ſimila, & oleo. Pacifica vero euchariſtica panem requirunt. Jam expoſitum eſt in hoc tractatu quod in carne holocauſti prævaricantur. Quando autem ſacerdos quantitatem Pruta dignam e quinque iſtis ſacrificii holocauſtici rebus

holocauſto venit. *Et vinum*, pro libamine, nam holocauſtum requirit munus, & libamina.

וששה בתודה *Et ſex in euchariſtico*, euchariſticum enim requirit panem addititium e quinque rebus quæ in holocauſto continentur, & hæ omnes in quantitate olivæ connectuntur ratione abominandi, reſidui, & immundi; ſed non ratione prævaricationis; nam euchariſticum inter ſancta levia recenſetur, & in ipſis non obtinet prævaricatio, ſicuti in fine primi capitis dictum eſt.

תרומה ותרומת מעשר *Oblatio prima & oblatio de decimis*, quæ eſt centeſima pars in profanis; ita quoque oblatio de decimis rerum reſpectu decimationis dubiarum, & placenta quoque Truma vocantur, ut & primitiæ.

מצטרפין זה עם זה לאסור *Conjunguntur inter ſe ad prohibendum*, ſi enim de iſtis omnibus deciderit quantitas fermenti quæ maſſam profanam fermentare poteſt, prohibita eſt. *Et ad obligandum ad quintam*, ſi quis olivæ quantitatem comederit ex errore, is ſolvat quintam.

rebus perceperit, prævaricatus eſt. Si de hiſce omnibus comederit olivæ quantitatem, eaque abominanda fuerit, aut reſiduum, aut immundum, tenetur. Sic etiam ſex res euchariſtici ſacrificii conjunguntur in caſu abominandi, reſidui, & immundi, ſed non in caſu prævaricandi, quia euchariſticum recenſetur inter ſancta levia, quemadmodum in tractatu de Sacrificiis docetur. Præterea in principio iſtius codicis jam diximus quod in ſanctorum levium carne non prævaricantur, neque in pane euchariſtici, quia is carni ſimilis eſt, ſicuti in codicibus de Sacrificiis, & Muneribus expoſitum eſt. Sed in principio ſecundi capitis codicis de arborum præputiis expoſitum eſt, quod res hic memoratæ in una & centeſima parte aſcendant, ſi vero in minores inciderint partes, omnes commixtæ erunt, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *ad prohibendum.* Ibique inſuper exponitur quod primitiæ vocantur Truma, de quibus ſermo eſt Deut. 12, 17. ותרומת ידיך de Placenta dicitur Num. 15, 20. חלת תרימו תרומה quia tam ob omnes res quæ Truma vocantur, tenentur ad quintam propter compoſitionem earum, quam ob ipſam Trumam, ſicuti expoſuimus capite ſexto codicis de commutatione ſacrificiorum, & ſecundo capite de primitiis.

ג כל הפגולין מצטרפים זה עם זה כל הנותרין מצטרפין זה עם זה כל הנבלות מצטרפות זו עם זו כל השרצים מצטרפין זה עם זה דם השרץ ובשרו מצטרפין כלל אמר רבי יהושע כל שטומאתו ושעורו שוין מצטרפין זה עם זה טומאתו ולא שעורו שעורו ולא טומאתו לא טומאתו ולא שעורו אינן מצטרפין זה עם זה :

3. Omnia abominanda conjunguntur inter ſe, ſic etiam omnia reſidua, omnia cadavera, omnia reptilia, item ſanguis reptilis ejuſdemque caro. Regulam generalem dixit R. Joſua, cujus immunditia & quantitas æqualis eſt, eæ res conjunguntur inter ſe, ſi immundities & ipſius quantitas inæquales ſint, vel contra, vel ſi neque immundities neque quantitas ipſius æquales ſint, non conjunguntur inter ſe.

R. OB. DE BARTENORA.

כל הפגולין *Omnia abominanda*, in holocauſto, ſacrificio pro peccato, & pro reatu. *Ea junguntur inter ſe*, qui enim de ipſis comederit olivæ quantitatem, tenetur excidio; ita quoque ſe res habet in omnibus reſiduis.

כל הנבלות מצטרפות זו עם זו *Omnia cadavera conjunguntur inter ſe*, etiam pecudis immundæ cadaver cum pecudis mundæ cadavere conjungitur in quantitate olivæ, in quantitate olivæ reſpectu immunditiei; ſed non reſpectu pœnæ flagellationis, tranſgreſſor enim non prius vapulat quam olivæ quantitatem de cadavere pecudis mundæ comederit duntaxat, vel ſi olivæ quantitatem de immunda pecude comederit, quia duæ ſunt prohibitiones, qui enim carnem pecudis immundæ comederit, is non vapulat ratione cadaveris, ſed quod de immunda pecude comedit carnem.

כל השרצים מצטרפין זה עם זה *Omnia reptilia conjunguntur inter ſe*, in quantitate olivæ ad plagis addicendum eum qui comederit. Octo autem reptilia in Lege memorata conjunguntur ad reum declarandum eum qui comederit quantitatem lentis, immunditiei autem & eſus quantitas eadem eſt.

דם השרץ ובשרו מצטרפין *Sanguis reptilis & caro illius conjunguntur*, hoc colligimus e loco Levit. 11, 29. Hinc includitur ſanguis reptilis, ita ut is polluat veluti caro illius. *Cujus immundities & quantitas ſunt æquales*, ut, ſi cadaver miſceatur cum cadavere, & reptile cum reptili.

טומאתו ולא שיעורו *Si immundities non ſit æqualis cum menſura illius*, uti ſunt cadaver & ſerpens, quorum immundities eſt æqualis, quia amborum ad veſperam durat, at non quantitas immunditiei, nam immunditiei quantitas in cadavere eſt olivæ quantitas, in reptili vero lentis quantitas.

שיעורו ולא טומאתו *Menſura illius & non immundities illius*, ut in cadavere & in mortuo, quæ ambo in quantitate olivæ polluunt, at non immundities ipſorum, quia mortui immundities per ſeptem durat dies, cadaveris vero immundities uſque ad veſperam duntaxat.

לא טומאתו ולא שיעורו *Neque immundities illius, neque menſura illius*, uti in mortuo, & in reptili, quia mortui immundities per ſeptem durat dies, ſerpentis vero uſque ad veſpe-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si olivæ quantitas perficiatur in multis abominandis, ſcil. in holocauſto, ſacrificio pro peccato, & pro reatu, & in ſanctis levibus, omnia iſta conjunguntur inter ſe, & tranſgreſſor tenetur excidio; pariter ſe res habet in reſiduis. Porro ſi olivæ quantitas de carne cadaveris confecta ſit, licet e multis ſpeciebus, polluit immunditie cadaveris. Sed in caſu comeſtionis de cadavere non conjungitur cadaver pecudis mundæ cum pecudis immundæ cadavere, niſi donec ex alterutro comederit olivæ quantitatem, tum enim vapulabit propterea quod de cadavere comedit. Sic etiam ſi de octo reptilibus, omnibus lentis quantitas conjungatur, tum illa polluit immunditie ſerpentis. Fundamentum namque eſt nobis quod ſanguis ſerpentis ſimilis ſit carni ipſius; hæc ita in Siphra collegerunt ex eo quod dicitur Levit. 11, 29. *Et hoc vobis erit immundum inter reptilia*; hinc dixerunt Sapientes Legem, reptilis ſanguinem ſe habere in polluendo, velut ipſius carnem. Præterea tibi ſcitu neceſſarium eſt quod ſi quis de reptilium carne poſt mortem eorum comederit in quantitate lentis, vapulat; & hoc eſt quod dixerunt, quemadmodum immunditiei quantitas eſt lentis, ita quoque comeſtionis quantitas eſt lentis. Si vero partitus ſit vivum ſerpentem, & comederit, licet unicum modo membrum partitus ſit & comederit, non vapulat, niſi donec olivæ quantitatem habuerit. Præterea ſi quis de ſerpente comederit integrum membrum poſt mortem ipſius, minus quam olivæ quantitas, non vapulabit, licet polluat, ſicuti in principio codicis de Tentoriis exponitur. Nam hypotheſis nobis eſt, quod membra habent quantitatem reſpectu immunditiei, ſed non reſpectu comeſtionis.

כלל אמר רבי יהושע *Regulam generalem dixit R. Joſua*, hæc regula veriſſima eſt; quod dicitur, *immundities & non quantitas illius*, ejus hic eſt ſenſus, reſpectu carnis mortuæ & putredinis illius, nam utriuſque immundities obtinet tactu, onere, & in tentorio. Sed carnis quantitas determinata eſt in oliva; putredinis vero quantitas eſt plenitudo pugillorum, ſicuti expoſitum eſt capite ſecundo codicis de Tentoriis.

שיעורו ולא טומאתו *Menſura illius ſed non immundities illius*, ſicuti eſt caro mortua, & cadaveris caro, quia utriuſque quan-

veſperam; at in menſura inæquales ſunt, nam mortui quantitas ſimilis eſt olivæ quantitati; reptilis vero ſimilis eſt lentis quantitati; hæc itaque non conjunguntur, quia inæqualia ſunt.

quantitas determinatur in oliva. Cadaver vero tactu, & onere polluit uſque ad veſperam; ſed caro mortui polluit in tentorio immunditie ſeptem dierum. *Nec immunditiès, nec quantitas illius*, uti in cadavere & in reptili, nam cadaveris quantitas determinatur in oliva, & polluit onere, reptilis vero quantitas determinatur in lente, ſed non polluit onere; hæc autem fundamenta jam aliquoties expoſita ſunt a nobis.

ד הפגול והנותר אין מצטרפין זה עם זה מפני שהם שני שמות השרץ והנבלה וכן הנבלה ובשר המת אין מצטרפין זה עם זה לטמא אפילו כקל שבשניהם האוכל שנטמא באב הטומאה ושנטמא בולד הטומאה מצטרפין זה עם זה לטמא כקל שבשניהם:

4. Abominandum & reſiduum non conjunguntur inter ſe, quia duæ ſunt prohibitiones. Serpens & cadaver, vel cadaver & caro mortui non conjunguntur inter ſe ad polluendum, neque ut leviſſimum e duobus. Cibus pollutus patre immunditiei, & is qui filio immunditiei pollutus eſt, inter ſe conjunguntur ad polluendum, ut leviſſimum e duobus.

R. OB. DE BARTENORA.

שני שמות *Duo nomina*, duo præcepta negantia. כקל שבשניהן *ut leviſſimum inter duo*, ſcil. quod non conjungitur ratione immunditiei, nec ratione quantitatis leviſſimæ, ut, ſi minor pars quam lentis quantitas ſerpentis commiſceatur commiſceatur ad complendum olivæ quantitatem e cadavere, & quanto magis non conjungetur cum quantitate majori. Pariter & dimidium olivæ e mortuo non conjungitur cum dimidio olivæ e cadavere, neque ad polluendum immunditie quæ durat ad veſperam. האוכל שנטמא באב *cibus patre pollutus*, hic filius eſt primus. *Et qui filio pollutus eſt*, hicce eſt filius ſecundus. *Conjunguntur inter ſe*, in quantitate ovi, quæ ſtatuitur in immunditie cibi. *Ad polluendum leviſſimum e duobus*, ad conſtituendum tertium, ſicuti ſecundus ſolet facere tertium. Sed iſtæ quantitates non conjunguntur ad conſtituendum ſecundum, uti primus ſolet conſtituere ſecundum, ſi ita ſe res habeat, erit ut graviſſimum e duobus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam aliquoties expoſuimus quod cibus immundus non polluit alios cibos, niſi donec ſit ovi quantitas. Cæterum in principio codicis de Paſchate expoſuimus quod cibus patre immunditiei pollutus vocetur *primus*, qui vero filio immunditiei pollutus eſt, vocetur *ſecundus*. Ibique expoſuimus quod ſecundus ſi is tetigerit cibum immundum, ipſum polluat, ut vocetur *tertius*. Primus quoque polluit iſtum cibum, etſi eum conſtituat in ſecundum juxta immunditiem ciborum ex inſtitutione Sapientum, ſicuti ibidem expoſuimus, dicimus enim primum conjungi cum ſecundo, ſi in duobus ſimul contineatur ovi quantitas, ſi tetigerit cibum alium, polluit eum, & is fiet tertius in immunditie; hæc intelligas volo.

ה כל האוכלים מצטרפים לפסול את הגויה בכחצי פרס במזון שתי סעודות לערוב בכביצה לטמא טומאת אוכלין בכגרוגרת להוצאת שבת בככותבת ביום הכפורים כל המשקים מצטרפין לפסול את הגויה ברביעית וכמלא לוגמיו (נ"א וכמלא) ביום הכפורים:

5. Omnes cibi conjunguntur ad inficiendum corpus in quantitate dimidii Peras. In alimentis vero duarum menſarum inficiunt pro commixtione Sabbatica; in quantitate ovi ad polluendam immunditie cibi; in quantitate fici pro eductione Sabbatica; in quantitate caricæ die Expiationis. Omnes potus conjunguntur ad corpus polluendum in quarta parte, & in plenitudine oris die Expiationis.

R. OB. DE BARTENORA.

לפסול את הגויה *Ad inficiendum corpus*, ſi quis comederit cibos immundos in quantitate פרס, ſive in quantitate ovi & dimidii ſecundum Maimonidem, vel in quantitate duorum ovorum ſecundum magiſtros meos, tum iſtius hominis corpus infectum eſt ut de oblatione prima comedi nequeat, & is oblationem primam inficit tactu ſuo, donec lotus fuerit.

במזון שתי סעודות לעירוב *In alimentis duarum menſarum pro mixtura Sabbatica*, ſenſus hic eſt, ſi quis in Sabbato ultra duo millia paſſuum ambulare velit, pridie ante Sabbatum terminos commiſcet, tantum cibi quantum pro duabus menſis cuique ſufficit deponendo in loco quem ſibi de jure acquirere voluerit, & tum ab iſto loco duo millia paſſuum ulterius procedere poterit; ſex itaque ova ſecundum Maimonidem, octo autem ſecundum magiſtros meos requiruntur.

בכביצה לטמא טומאת אוכלין *In quantitate ovi ad polluendum immunditie cibi*, nam cibus in quantitate ovo minori non polluit, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 11, 34. מכל האוכל אשר יאכל quod intelligendum eſt de cibo quem quis prima vice comederit; Sapientes ſtatuerunt quod œſophagus non plus quam ovum gallinæ continere poſſit. *In quantitate fici pro eductione Sabbatica*, ſi quis die Sabbati ex una juriſdictione in alteram eduxerit, non tenetur ſi cibi iſtius quantitas non conficiat fici quantitatem. *In quantitate caricæ die Expiationis*, quia Lex dixit, *affligetis*, & non dixit, *non comedetis*, hinc conſtat quod Lex afflictionem duntaxat intendit; Sapientes vero limitarunt, quia quantitate caricæ hominis fames pro tempore aliquantulum ceſſat. *In quarte parte*, ſi

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si quis comederit cibos immundos, & in iis contineatur dimidium פרס *Peras*, ſive ovi quantitas cum dimidio, corpus illius inficitur, & idcirco ſe lavare debet, quo facto ei licet de oblatione prima comedere; ſi vero ante lotionem attigerit oblationem primam, inficit ipſam. Sic etiam in codice de Sabbato expoſitum eſt, quantitatem ciborum determinatam eſſe in fico, ſi quos eduxerit. Præterea in codice de Commixtione Sabbatica expoſitum eſt quod termini Sabbatici commiſcendi ritus fieri debeat ope ciborum qui cuilibet Iſraëlitæ ſufficiunt in duas menſas, quæ eſt ſex ovorum quantitas. Sed in codice Joma jam expoſitum eſt, quod ſi quis die Expiationis comederit quantitatem caricæ, vel biberit plenitudinem oris, tenetur excidio. In codice de Purificationibus exponetur eum qui de potibus immundis biberit, infectum eſſe corpore, & ipſum quoque inficere oblationem primam donec lotus fuerit. Idcirco hic dicit autor quod omnes cibi conjungantur inter ſe, ad complendum ex illis quantitatem ſupra dictam, ut propterea transgreſſor teneatur ad iſtiuſmodi jus; potus vero omnes etiam conjunguntur hoc modo.

quis potuum immundorum quartam partem ebiberit, corpus ipſius infecit ita ut de oblatione prima comedere nequeat, ſed ipſam oblationem primam tactu ſuo inficiat, donec ſe ipſum laverit. *Et in plenitudine oris ſui*, ſi quis enim die Expiationis ovis plenitudinem comederit, tenetur, ſin minus comederit, immunis eſt.

ו הערלה וכלאי הכרם מצטרפין זה עם זה רבי שמעון אומר אינן מצטרפין הבגד והשק השק והעור העור והמפץ מצטרפין זה עם זה רבי שמעון אומר מפני שהן ראויים ליטמא מושב :

6. Præputium & vineæ miſcellæ inter ſe conjunguntur. R. Simeon dicit, non conjunguntur. Veſtis, & ſaccus, vel ſaccus & pellis, vel pellis & matta conjunguntur inter ſe. R. Simeon dicit, quia pollui poſſunt ſeſſu.

R. OB. DE BARTENORA.

ערלה וכלאי הכרם מצטרפין *Præputium & vineæ miſcellæ conjunguntur*, nam ſi dimidium quantitatis unius & dimidium alterius comederit, ambæ conjunguntur, & tranſgreſſor tenetur plagis. Sic etiam ſi præputium & vineæ miſcellæ commixtæ ſint, & quicquam ex illis in rem licitam inciderit, conjunguntur ad ſicca prohibenda in ducentis partibus, humida vero in quantitate ſaporem conferente.

אין מצטרפין *Non conjunguntur*, quia duæ ſunt prohibitiones, niſi in olla ſit quantitas quæ præputii guſtum deſtruere poſſit ſeorſim, vineæ autem miſcellæ ſeorſim, omnia licita ſunt inter ſe; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon. *Veſtis*, ea enim in quantitate trium palmorum in longum & latum polluit, & ſaccus in quantitate quatuor palmorum in longum latumque, pellis in quinque palmis per longum & latum, & matta in ſex per longum & latum. Præterea veſtis jungitur cum ſacco qui levior eſt ipſa, reſpectu pollutionis in quatuor palmis per longum & latum. Et ſic unumquodque jungitur leviori, atque omnia conjunguntur ut pollui poſſint, ut quantitas immunditiei levis; ſed quod leve eſt reſpectu immunditiei non conjungitur cum gravi.

מפני שהן ראוים ליטמא מושב *Quia illa poſſunt pollui ſeſſu*, etſi enim ſupra dictum ſit ea quæ non ſunt ejuſdem quantitatis, non poſſe conjungi, hic tamen conjunguntur, quia hac in parte æqualia ſunt, quia unumquodque eorum pollui poteſt in ſeſſu ſeminiflui, idcirco conjunguntur in immunditie ſeſſus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Præputium & vineæ miſcellæ aſcendunt in una & ducentis partibus, & ſi una pars iſtis adjuncta fuerit, cecideritque in unam & ducentas partes, aſcendat, ſi in minores, omnia ſunt infecta, quemadmodum capite ſecundo codicis de Præputiis arborum expoſitum eſt, ibique etiam controverſiam R. Simeonis expoſuimus, quod ſententia ipſius rejecta fuit. Porro in codice de Vaſis ſacris quoque exponemus, quod ſi in veſte ſit ſpatium trium palmorum in longum, vel plus, tum in ipſa polluet calcatio ſeminiflui. Saccus vero qui eſt textura e pilis, polluit donec in ipſo contineantur quatuor palmi in longum & latum, vel paulo plus; pellis vero ſi in ea ſint quinque in longum & latum, & ſtorea in qua ſex per longitudinem & latitudinem. Porro de his dicit quod ea inter ſe conjunguntur, nempe, ſi in ſtorea ſint quinque palmi, & unus in pelle, vel quatuor in pelle, & unus in ſacco, vel tres in ſacco, & unus in veſte. Iſta enim conjunguntur ut calcatione ſeminiflui pollui poſſint, etſi quantitas ipſorum non ſit æqualis, & res ſit contra dictam regulam; hujus autem rei R. Simeon rationem addit, quod ipſa non conjunguntur quia in ipſis omnibus continetur una res quæ omnes comprehendit, nempe, quod unaquæque polluitur ſeſſu ſeminiflui. Et quia unaquæque per ſe polluitur ſeſſu, idcirco conjunguntur ſeſſu. Hujuſce rei caſus hic eſt quod attendendum ſit ad quantitatem æqualem reddendam reſpectu immunditiei in rebus quæ polluuntur, idcirco ſecundum iſtam intentionem hic loquitur de veſte, ſacco, & pelle, ne erres in caſu, & cogites quod regula a R. Joſua dicta non ſit generalis, cum tamen ea ſit generalis, uti expoſuimus.

פרק ה הנהנה שוה פרוטה מן ההקדש אף על פי שלא פגם מעל דברי רבי עקיבא וחכמים אומרים כל דבר שיש בו פגם לא מעל עד שיפגום וכל דבר שאין בו פגם כיון שנהנה מעל כיצד נתנה קטלה כצוארה טבעת בידה שתתה בכוס של זהב כיון שנהנית מעלה לבש בחלוק כסה בטלית בקע בקורדום לא מעל עד שיפגום תלש מן החטאת כשהיא חיה לא מעל עד שיפגום כשהיא מתה כיון שנהנה מעל :

Caput 5. Si quis e ſancto pretium Prutæ perceperit, etſi non nocuerit, prævaricatus eſt, ita R. Akiba. Sapientes dicunt, in omni re in qua non eſt damnum, non obtinet prævaricatio, niſi donec ei nocuerit; in omni vero re in qua non obtinet damnum, quia commodum ex ipſa percepit, prævaricatus eſt. Quomodo? ſi collo impoſuerit catenam, & annulum manui, & illa biberit ex vaſe aureo, quia commodum percepit, prævaricata eſt. Si induſio ſe veſtiverit, pallio ſe texerit, ſecuri ſiderit, non prævaricatur niſi donec ei nocuerit. Si de ſacrificio pro peccato evulſerit quicquam dum id adhuc vivit, non prævaricatus eſt niſi donec nocuerit ei, ſi obierit, quia commodum percepit, prævaricatus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

הנהנה שוה פרוטה מן ההקדש *Qui Prutæ pretii commodum perceperit e ſancto*, controverſia R. Akibæ & Sapientum in Gemara expoſita eſt de media veſte, quia exterior veſtis cito corrumpitur, quoniam parietibus facile diſrumpitur. Sed de veſte ſuper carnem induta non diſſentiunt illi, quia hæc etiam facile corrumpitur ſudore, ſed de media veſte diſſentiunt. R. Akiba putat, quod cum ea non ſtatim corrumpatur, licet poſtea corrumpatur, tamen ſimilis ſit rei in qua non eſt diminutio, & in ipſa prævaricatio committitur, licet Prutæ pretium duntaxat perceperit ex ipſo. Sapientes vero dicunt, quia in ipſa continetur diminutio qualiſcunque, non prævaricantur in ipſa, niſi donec ei damnum ſit illa-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Akiba diſſentit in re quæ corrumpitur per ſe, niſi quis ex ipſa perceperit commodum, etſi ei nullum damnum illatum ſit & hoc intelligendum eſt de eo qui veſtimentis ſanctis indutus eſt dum commodum percipiebat in pretio Prutæ, quia iſta veſte adornavit, & quia ſe veſtivit iſta dum ſuis veſtibus indutus erat, corporis ipſius ſordes ei non adhæſerunt, nec damnum aliquod exterius acceſſit. R. Akiba ipſum pronunciat reum, quandoquidem hoc commodum ea intentione percepit, ne damnum inferret. Sapientes dicunt, quia veſtes plerumque pollui ſolent, & corrumpi, non prævaricatus eſt, niſi donec damnum intulerit. Notum eſt quod auro puro nihil omnino deeſt, neque ei quicquam acci-

illatum. Sed quænam eſt res in qua non continetur diminutio? ſi quis collo appoſuerit collare aliquod aureum e ſancto, vel annulum manui, vel ſi biberit e vaſe aureo de ſancto, in iſtis omnibus non obtinet diminutio, ſed quia ex illis Prutæ pretium percepit, prævaricatus eſt. Sed quomodo in illis æſtimant commodum? conſiderant quantum mulier dare voluerit ſi ei ornamenta muliebria mutuo dentur, atque ea in convivio iſtis exornetur, & hæc ſumma in uſum ſanctum ſolvenda eſt, ut & ſumma principalis cum quinta parte, ſi iſtis uſa ſit. In omni vero re in qua continetur diminutio, ut, ſi quis induſio indutus ſit, vel palliolo ſe texerit, vel ſecuri diffiderit, quia iſta diminuuntur, idcirco in illis non prævaricantur, niſi donec iis damnum intulerit quod Prutæ pretium valet. *Si de ſacrificio pro peccato quicquam avulſerit*, pilos ſcil., hoc de ſacrificio pro peccato quod vitiatum eſt, intelligi debet, quod redimendum eſt, & in quo diminutio pretii obtinet, idcirco in iſto non prævaricatur niſi donec Prutæ pretii damnum ei intulerit. Sed ſacrificium pro peccato perfectum, in quo lanæ & pilorum evulſio nil efficit, ſimile eſt vaſi aureo in quod non cadit ulla diminutio, ſed in ipſo prævaricatus eſt ſimulac commodi quid ex ipſo perceperit. Si obierit, *quia commodum percepit, prævaricatus eſt*, quia cum obierit, non amplius redimi poteſt, quia ſancta non redimuntur ut poſtea a canibus devorentur; ſed hæc tam de ſacrificio pro peccato perfecto quam de vitiato intelligenda ſunt.

accidere poteſt intra centum annos, quanto minus intra exiguum aliquod tempus.

קטלה Notat collare ſive catenam colli appoſitam. Quando autem veſtem induerit ſuper carnem ipſius, vel ſuper veſtes ipſius, vel ſecuri ſiderit, uti dicit, non prævaricatus eſt, niſi donec intulerit damnum, etiam ſecundum R. Akibam. Atque hoc ſacrificium pro peccato vitiatum eſt, & ipſum non offertur, ſed vendi debet, ſicuti expoſitum eſt in codice de ſacrificiorum commutatione. Propterea non prævaricantur, niſi donec damnum intulerit. Si vero id perfectum ſit, prævaricatus eſt in eo ſi quid commodi perceperit, quia vaſi aureo ſimile eſt quod non diminuitur. Quicquid enim de lana diminuatur, eo non ſeparatur a ſacrificio, ſive, quo minus ſit ſacrificium; idem enim adhuc eſt quod fuit antea; & hoc eſt quod dixerunt, pecus perfectum ſit, id idem eſt cum vaſe aureo; deciſio non eſt ſecundum R. Akibam.

ב נהנה בכחצי פרוטה ופגם בכחצי פרוטה או שנהנה בשוה פרוטה בדבר אחד ופגם בשוה פרוטה בדבר אחר הרי זה לא מעל עד שנהנה בשוה פרוטה ויפגום בשוה פרוטה בדבר אחד :

2. Si dimidii Prutæ pretium perceperit, & tantundem damni intulerit. Vel ſi Prutæ pretium perceperit ex una re, & alteri rei tantundem damni intulerit, non prævaricatus eſt, niſi donec dimidii Prutæ ex una re commodum perceperit, & eidem tantundem damni intulerit.

R. OB. DE BARTENORA.

ופגם בכחצי פרוטה *Et dimidium Prutæ damni intulerit*, ſi veſtes induerit ſanctas, & ex iis dimidii Prutæ commodum perceperit, & pariter dimidii Prutæ damnum intulerit veſti ſanctæ per aliquam rupturam. *Vel ſi Prutæ pretii commodum perceperit ex una re*; quæ diminuta quidem, ſed cui damnum non eſt illatum, verum alii rei, ut, ſi quis potum ſanctum effuderit, & nihil commodi inde perceperit, hic non prævaricatus eſt, niſi donec pretium Prutæ perceperit, & tantundem damni intulerit in una eademque re in qua diminutio obtinet; quia de prævaricatione ſcriptum eſt Levit. 5, 15. וחטאה בשגגה Cæterum de eo qui comederit oblationem primam, ſcriptum eſt Levit. 19, 17. ולא תשא עליו חטא Sicuti ergo ſe res habet cum peccato de oblatione prima dicto, e quo commodum percepit, vel cui damnum intulit, ſic etiam ſe res habet cum peccato de prævaricatione dicto, ſcil. quod ei damnum illatum eſſe debeat, & ex ipſo commodum percipiat, & in illa ipſa re cui damnum illatum eſt, commodum percipiat, ſed non ex ulla alia re.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hujuſce rei exemplum hoc eſto, ſi quis e veſte ſancta quicquam avulſerit, & ſegmentum iſtud denuo alii veſti applicuerit, eoque ſe veſtiverit & exornaverit, atque Prutæ pretium ex ipſo perceperit in ornatu ſuo, ſegmento nihil imminuto; ſed veſtimento ſacro damno illato, cui pretium Prutæ avulſit, tum is commodum percepiſſe cenſetur & damnum intuliſſe, ſed non percepit commodum de eo quod diminutum eſt. Requiritur enim ut commodum perceptum & diminutio in una eademque re contigerit, ſi ſit res quæ diminui poſſit, ut, ſi quis comederit quicquam e ſancto quod Prutam valet, commodum perceperit & diminuerit in eadem re; hunc caſum collegerunt e Legis loco ubi dicitur de eo qui prævaricatus eſt חטא *peccatum*, quæ vox quoque de eo qui oblationem primam inſciens comedit, dicitur. Ad hæc Sapientes dixerunt, quemadmodum peccatum de eo qui oblationem primam comedit, diminuit & commodum percipit, ita etiam peccatum de prævaricatione memoratum commodum percipit & diminuit talem rem in quam diminutio & commodi perceptio cadunt.

ג אין מועל אחר מועל במוקדשין אלא בהמה וכלי שרת כיצד רכב על גבי בהמה ובא חבירו ורכב ובא חבירו ורכב שתה בכוס של זהב ובא חברו ושתה ובא חברו ושתה תלש מן החטאת ובא חברו ותלש ובא חברו ותלש כלן מעלו רבי אומר כל שאין (ס"א) לו פדיון יש בו מועל אחר מועל :

3. Non eſt prævaricatio poſt prævaricationem in ſanctis, ſed in pecore & in vaſis miniſterii; quomodo? ſi pecori quis inſideat, & ſocius ipſius atque ſocius hujus quoque pecori inſederit. Vel ſi biberit e vaſculo aureo, & proximus ipſius atque hujus proximus etiam biberit. Si quid e ſacrificio pro peccato evulſerit, & proximus ipſius atque hujus proximus etiam evulſerit, hi omnes prævaricati ſunt. Ribbi dicit, quod redimi nequit, in eo tamen prævaricari poſſunt poſt prævaricationem.

R. OB. DE BARTENORA.

במוקדשים *In ſanctis*, in pecoribus perfectis. *Niſi in pecore & vaſis miniſterii*, in pecore perfecto altari conſecrato, quod non redimendum eſt, neque in ipſo obtinet diminutio, nam ſi quis pecori inſederit, & id macrum reddiderit, vel de lana ipſius quicquam evulſerit, id tamen legitimum eſt ad ſacrificium, & prævaricatio poſt prævaricationem in ipſo obtinet. Pariter, ſi unus biberit e poculo

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quandoquidem prævaricatus eſt primus, ſanctitas illa jam profanata eſt, ſicuti capite ſecundo codicis de ſanctificationibus expoſitum eſt, idcirco ſi quis commodum perceperit de iſta re poſtea, non prævaricatus eſt. Controverſia autem doctoris primi & Ribbi eſt de ſanctitatibus altaris, quæ vitiatæ ſunt; Ribbi dicit, ſi quis eas mactaverit, ſepeliantur, & non redimentur, idcirco prævaricatio poſt præ-

culo aureo, etſi ipſum diminuerit, tamen quia id conſecratum eſt, & non redimendum, adhuc aptum eſt ad miniſterium ſacrum, & idcirco prævaricatio poſt prævaricationem in ipſo obtinet. Sed in ſanctis Templo in refectionem conſecratis non obtinet prævaricatio poſt prævaricationem, uti ſunt pecora, quia redimi poſſunt, & ſi quis in pecore quodam quod profanum ſit, prævaricatus fuerit, in ipſo non amplius prævaricatio obtinet. *Ribbi dicit, quod redimi nequit &c.* in omni re quæ non diminuitur, ſive ejuſmodi res quæ non redimitur, etſi diminuta ſit, non obtinet prævaricatio poſt prævaricationem. Ribbi autem & doctor primus diſſentiunt de pecoribus altari deſtinatis quæ perfecta ſunt, & poſtea vitium contraxerunt, atque a ſacerdote mactata ante redemptionem ipſorum. Rabbi enim ſtatuit quod ſepeliantur, quia requiritur ut conſtituantur æſtimenturque, quod jam fieri nequit quia obierunt, & idcirco ſepeliantur; quia autem nunc redimi nequeunt, prævaricatio poſt prævaricationem in ipſis obtinet, ſi quis poſt mactationem commodum ex ipſis perceperit. Sapientes dicunt quod redimuntur, quia nec conſtitui, nec æſtimari debeant, & quia pecuniæ ſanctæ ſunt, idcirco prævaricatio poſt prævaricationem in iis non obtinet; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

prævaricationem in illis obtinet. Sapientes ſtatuunt eas redimendas eſſe, & ſacerdotem prævaricatum eſſe, quia eas diminuit & commodum ex ipſis percepit, ſicuti dictum eſt hocce capite; qui vero poſtea ex iſta pecude ſancta commodum percepit, is non prævaricatus eſt; deciſio non eſt ſecundum Ribbi.

ד נטל אבן או קורה של הקדש הרי זה לא מ״ל נתנה לחברו הוא מעל וחבירו לא מעל בנאה בתוך ביתו הרי זה לא מעל עד שידור תחתיה בשוה פרוטה נטל פרוטה של הקדש הרי זה לא מעל נתנה לחברו הוא מעל וחברו לא מעל נתנה לבלן אף על פי שלא רחץ מעל שהוא אומר לו הרי מרחץ פתוחה הכנס ורחוץ :

4. Si quis lapidem, tignumve ſanctum ſumpſerit, is non prævaricatus eſt. Si dederit tale quid proximo ſuo, is & proximus ipſius non prævaricati ſunt. Si tale quid ædificaverit in domicilio ſuo, non prævaricatus eſt niſi donec ſub eo habitaverit ex quo Prutæ pretium perceperit. Si Prutam ſanctam ſumpſerit, non prævaricatus eſt; ſi eam dederit ſuo proximo, is & proximus ipſius prævaricatus eſt. Si eam dederit balnei præfecto, etſi nondum ſe laverit, non prævaricatus eſt, quia balnei præfectus ei dicere poteſt, en balneum apertum eſt, intra, & lava te.

R. OB. DE BARTENORA.

הרי זה לא מעל *En hic, non prævaricatus eſt*, in Gemara exponitur, hæc materia agit de ærarii ſacri præfecto in cujus poteſtate prius erant lapis & tignum ſanctum, & licet is ea ſibi ſumpſiſſet, tamen adhuc erant in poteſtate ſancta, nam quocunque is ea moveret in domicilio ſuo, tamen ſemper manebant in ſancta poteſtate, ſicuti in principio erant. Poſtquam vero illa dederit ſuo proximo, & eduxerit illa e poteſtate ipſius, & ſanctum in profanum mutavit, prævaricatus eſt, quia illa jam profanata ſunt.

בנאה בתוך ביתו *Si ædificaverit illa in domicilio ſuo*, non proprie illa ædificavit in domicilio ſuo, tum enim ſtatim ex illis commodum percepiſſet, quia illa ædificio ſuo addidit; ſed is illa concavo feneſtræ impoſuerat, abſque ædificatione, tum non percepit quid commodi, niſi donec ſub illis habitaverit, & Prutæ pretium ex illis perceperit, perinde ac ſi alicujus fructus poſiti ſint ſub feneſtra, & pluvia in ipſos inciderit, atque is os feneſtræ occluſerit ope lapidis ſancti. נתנה לבלן *ſi dederit eam balnei præfecto*, ut is concederet ipſi ſe lavare in balneo iſto.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si quis lapidem vel tignum conſecratum ſumpſerit, etſi diminuerit quicquam, tamen quia rem iſtam e ſanctitate ſua diſturbavit, non prævaricatus eſt niſi donec commodum inde perceperit, ſecundum fundamentum quod diximus. Si vero eam dederit ſuo proximo, jam commodum percepit, & prævaricatus eſt. Quod autem nos dicimus proximum ipſius non prævaricatum eſſe, id ea conditione intelligendum eſt ſi proximus ſit ærarii præfectus, cujus ſub poteſtate erat, lapis iſte vel tignum iſtud, idcirco non prævaricatus eſt, quia prius ea res erat ſub poteſtate ipſius quam eam dederat, & ſub poteſtate ipſius relicta poſtquam eam dederat, abſque ullo commodo quod inde ei acceſſit. Si vero quis de ſanctis quicquam ſumpſerit, idque dederit proximo ſuo, ambo prævaricantur, quia quiſque commodum percepit, & diminuit; unus enim commodum percepit ex eo quod dono dedit, & quod bonitate aſpectus ſive gratia potitus eſt, alter vero ex eo quod id accepit. בנאה בתוך ביתו *ſi ædificaverit id ipſum in domicilio ſuo*, non quod vere ipſum in domicilio ſuo ædificaverit, ſine dubio enim prævaricatus eſt, quia commodum percepit ex eo quod additum eſt ædificio ipſius per iſtum lapidem; ſed hæcce eſt intentio ipſius, quod ipſum caſu quodam impoſuerit aperturæ in tecto domus, vel feneſtram clauſerit in quodam pariete, unde nihil commodi percepit niſi donec eo uſus fuerit ad ſol & aërem diminuendum. בלן *balnei præfectus*, commodum vero quid is conſequitur, hoc eſt quod balneum intrare poteſt nemine impediente. Ex his conſequentias facere potes in cæteris caſibus.

ה אכילתו ואכילת (ס״א) חברו הנייתו והניית חברו אכילתו והניית חברו הנייתו ואכילת חברו מצטרפין זה עם זה ואפילו לזמן מרובה :

5. Comeſtio ipſius & proximi comeſtio, ipſius commodum & proximi commodum, comeſtio ipſius & commodum proximi, commodum ipſius & comeſtio proximi conjunguntur inter ſe, etiamſi multo tempore.

R. OB. DE BARTENORA.

אכילתו ואכילת חבירו *Comeſtio ipſius & ſocii ipſius comeſtio*, ſi ipſe dimidium comederit, & dimidium quoque ſocio ſuo dederit, vel ſi is dimidium commodi perceperit, & proximus quoque tantundem. Ita quoque ſe res habet cum commodo ipſius & proximi comeſtione, ſcil. ſi is dimidio olei ſe unxerit, & proximo ipſius dimidium dederit comedendum, vel contra, tum omnia conjunguntur ad obligandum ipſum ad ſacrificium pro reatu prævaricationum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixerunt in Siphta, ſi comederit hodie, & comederit mane, imo per longum tempus in una ignorantia, idcirco ſcriptum eſt Levit. 5, 15. תמעול מעל quocunque modo prævaricatus fuerit. Porro quæritur, unde tenemus de ipſius & proximi ipſius comeſtione, de commodo ipſius & proximi, etſi illa per triennium facta fuerint? reſp. ex eo quod ſuperius dictum eſt, *prævaricando prævaricatus fuerit*, quod late ſumendum eſt. Comeſtio vero ipſius & proximi ipſius ita

אפילו לזמן מרובה *Etiamſi per longum tempus*, ſi comederit dimidium hodie & dimidium cras in una ignorantia, & ſi comederit vel commodum perceperit dimidium, vel dimidium comedendum dederit, vel ut ſocius tantundem commodi perciperet die craſtino, conjunguntur omnia, licet longo tempore facta ſint, dummodo in una ignorantia contigerint, uti ſcriptum eſt Levit. 5, 15. תמעול מעל hinc is tenetur ſacrificio pro reatu quocunque modo prævaricatus fuerit.

ita intelligenda ſunt, ſi ipſe comederit & proximo ſuo dederit comedendum, vel ſi ipſe ex aliqua re commodum perceperit, & proximus ipſius, quia ei gratiam exhibere volebat, tum fit conjunctio, & ſi iſta quantitas Prutæ pretium conficere poſſit ſecundum dictas conditiones, prævaricatus eſt; jam omnia clara ſunt ex iis quæ diximus.

פרק ו השליח שעשה שליחותו בעל הבית מעל לא עשה שליחותו השליח מעל כיצד אמר לו תן בשר לאורחין ונתן להם כבד כבד ונתן להם בשר השליח מעל אמר לו תן להם חתיכה חתיכה והוא אמר טולו שתים שתים והם נטלו שלש שלש כולן מעלו אמר לו הבא מן החלון או מגלוסקמא והביא לו אף על פי שאמר בעל הבית לא היה בלבי אלא מזה והביא מזה בעל הבית מעל אבל אם אמר לו הבא לי מן החלון והביא לו מגלוסקמא או מן גלוסקמא (ס״א) והביא לו מן החלון השליח מעל :

Caput 6. Si quis legatus recte expediverit legationem ipſius, paterfamilias prævaricatur, ſi non expediverit recte legationem ipſius, legatus prævaricatus eſt; quomodo? ſi herus dixerit ei, dato hoſpitibus carnem, is vero dederit hepar, vel contra, legatus prævaricatus eſt. Si dixerit ei, dato illis ſingula fruſta, & is dixerit, capite bina fruſta, ii vero terna ſumpſerint, hi omnes prævaricantur. Si dixerit ei, adducito e feneſtra vel ex arca, & is adduxerit, licet paterfamilias dixerit, non erat in corde meo, niſi de hoc, is vero adduxerit de iſto, paterfamilias prævaricatus eſt. Si vero dixerit, adducito mihi ex feneſtra, at is adduxerit ex arca, vel contra, legatus prævaricatus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

השליח *Legatus*, cui dominus aliquam rem ſanctam dedit diſtribuendam, vel nummos ſanctos ad impendendum eos more profano, ipſe vero legationem ſuam peregit. *Dominus prævaricatus eſt*, quia in prævaricatione adhiberi poteſt legatus reſpectu peccati; at in omnibus caſibus a Lege deſcriptis non obtinet legati officium, niſi in caſu prævaricationis, quia ſcriptum eſt Num. 5, 6. ואשמה הנפש ההיא hinc is qui prius erravit, eſt is qui miſit.

תן בשר לאורחים *Porrigito carnem viatoribus*, carnem ſanctam, legatus vero porrexerit ficus ſanctas. *Is vero dixerit, capite bina, &c.* dummodo famulus dixerit, ſumite bina pro meo arbitrio, tum dominus prævaricatus eſt; nam quia famulus non deſtruxit miniſtrationem ſuam, etſi addiderit quicquam verbis illius qui id ei mandaverat, idcirco prævaricatus eſt is qui mandavit, quia legatio ipſius peracta eſt. Legatus vero prævaricatus eſt ex eo quod domini ſui verbis aliquid addiderit ex arbitrio ipſius; & viatores ſive hoſpites tenentur quoque, quia e manu legati ſumpſerunt ſecundum ipſius arbitrium. Si vero non dixerit legatus, ſumite bina pro arbitrio meo, ſed, ſumite bina pro arbitrio domini mei, tum is qui mandaverit, tenetur, quia mandatum ipſius perfectum eſt, & legatus liber eſt quia domini ſui legationi aliquid addidit, ſed eam non deſtruxit, nec addidit quicquam pro arbitrio. גלוסקמא Græce γλωσσοκόμον arca. *Licet paterfamilias dixerit, non erat in corde meo niſi de hoc*, tum prævaricatus eſt, quia famulus dictum domini ſui peregit, verba autem corde concepta non habenda ſunt ut ore prolata.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Licet nobis ſit hypotheſis quod in negotio peccandi legatus non obtineat, in prævaricatione tamen, ſi paterfamilias erraverit & legato præceperit ut rei ſanctæ operam daret, legatus autem peregerit omne id quod ipſi præceptum eſt nihil immutans, licet rerum ignarus ſit, prævaricatus eſt quia ei præcepit, & hoc Sapientes collegerunt ex eo quod ſcriptum eſt Num. 5, 6. ואשמה הנפש ההיא hinc conſtat de eo qui prius erraverit, putans hoc eſſe profanum quid, & idcirco mandaverit alii ut ei rei operam daret.

והוא אומר טולו שתים *Et is dixerit, capite bina*, dummodo dixerit legatus, capite bina pro arbitrio meo, nam intellexiſſemus quaſi cum is dixiſſet pro arbitrio ipſius, penitus removiſſet legationem, & paterfamilias non prævaricatus fuiſſet, idcirco nos docet auctor rem contra ſe habere eo quod mandatum ipſius legatus fecit, & non plus. Si vero non dixerit, pro arbitrio meo, non prævaricatus eſt legatus, quia tum quicquam addidit legationi ipſius, ſed non diminuit.

אף על פי שאמר בעל הבית *Etſi dixerit paterfamilias*, non vult nos docere quod fundamentum quo ſtatuimus quod verba in corde concepta non habenda ſint ut verba ore prolata, etiam in caſu prævaricationis ita ſe habeat.

ב שלח ביד חרש שוטה וקטן אם עשו שליחותו בעל הבית מעל לא עשו שליחותו החנוני מעל שלח ביד פיקח ונזכר עד שלא הגיע אצל חנוני החנוני מעל כשיוציא כיצד יעשה נוטל פרוטה או כלי ואומר פרוטה של הקדש בכל מקום שהיא מחוללת על זה שההקדש נפדה בכסף ובשוה כסף :

2. Si miſerit per ſurdum, ſtultum, & parvulum, iique legationem ipſius expediverint, prævaricatus eſt paterfamilias; ſi non peregerint legationem ipſius, tabernarius prævaricatus eſt. Si miſerit per ſagacem, ſed recordatus fuerit antequam venerit ad tabernarium, tabernarius prævaricatus eſt, quando impenderit quicquam; quomodo faciet? ſumet Prutam, vel vaſculum, dicetque, *Pruta ſancta ubicunque iſta extiterit, profanetur ſuper hoc*, quia ſanctum redimitur argento, vel pretio argenti.

R. OB. DE BARTENORA.

שלח ביד חרש וכו׳ *Si miſerit per ſurdum &c.* cujuſmodi homines ad legationem inepti ſunt, nihilominus tamen, quia eos conſtituit legatos, prævaricatus eſt qui mandavit. *Tabernarius*, qui pecuniam recepit a manu ſurdi, ſtulti, & parvu-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quamvis hiſce omnibus non ſit legatio, tamen in caſu prævaricationis, quia legatio facta eſt, prævaricatur, quisquis ille fuerit legatus. Sed jam expoſuimus quod ob prævaricationem nemo tenetur ſi de induſtria prævaricatus fuerit,

parvuli, tenetur, quando pecuniam impenderit ſanctam in ipſius uſum.

ונזכר *Et recordatus fuerit*, paterfamilias ſcil. antequam nummi ad poteſtatem tabernarii pervenerint, & quia jam recordatus fuit, non amplius tenetur ad ſacrificium prævaricationis, quia non offertur ſacrificium prævaricationis pro peccatis de induſtria commiſſis.

החנוני מעל *Tabernarius prævaricatus eſt*, ſi paterfamilias & famulus recordati fuerint, tum enim nemo eſt qui erravit, præter tabernarium; ſi vero recordatus fuerit paterfamilias, non vero legatus, prævaricatus eſt legatus, quia is prius erravit. Quomodo faciet? ſi tabernarius reſciverit hancce Prutam eſſe ſanctam antequam impendiſſet eam, & ea commixta fuerit cum aliis Prutis quas habuerit, quomodo faciet ut ex iſtis Prutis commodum percipere poſſit?

rit, quia peccatum iſtud nimis magnum eſt quam ut ſacrificio & ſolutione condonari queat; ſed ſi errore peccaverit, tenetur, ſicuti exponit Lex.

ונזכר *Et recordatus fuerit*, ſi paterfamilias recordatus fuerit & ſimul famulus; at vero ſi paterfamilias duntaxat recordatus fuerit, famulus prævaricatus eſt; quia vero id ambo reſciverunt antequam Pruta ſancta perveniſſet ad tabernarium, liberi ſunt a prævaricatione; & tabernarius qui erravit, quia neſciebat eſſe rem ſanctam, & propterea ex iſta commodum perceperit, prævaricatus eſt, ſicuti antecedenti capite expoſitum eſt, idcirco dicit, *tabernarius prævaricatus eſt quando impenderit.* Propterea ſi tabernarius quoque reſciverit antequam impendiſſet Prutam ſanctam, quam acceperat, eaque inter ipſius nummos mixta fuerit, tum de induſtria ex ipſa commodum percipere poterit abſque ullo peccato, ſi voluerit, neque aliud ei remedium adferri poteſt niſi ut ipſa profanetur, quemadmodum dicitur.

ג נתן לו פרוטה אמר לו הבא לי בחציה נרות ובחציה פתילות הלך והביא לו בכולה נרות או בכולה פתילות או שאמר לו הבא לי בכולה נרות או בכולה פתילות הלך והביא לו בחציה נרות ובחציה פתילות שניהם לא (ס"א) מעלו אבל אם אמר לו הבא לי בחציה נרות ממקום פלוני ובחציה פתילות ממקום פלוני והלך והביא לו נרות מבית פתילות ופתילות מבית נרות השליח מעל:

3. Si ei dederit Prutam, dixeritque, adfer mihi lucernas pro dimidio uno, & ellychnia pro altero, is vero pro utroque adduxerit lucernas, vel ellychnia. Vel ſi ei dixerit, adfer mihi pro utroque lucernas, vel ellychnia, at is pro dimidio uno attulerit lucernas, & ellychnia pro altero, ambo non prævaricati ſunt. Si vero dixerit ei, adfer mihi pro dimidio uno lucernas e tali loco, & ellychnia pro altero e tali loco, is vero lucernas adduxerit ex officina ubi venduntur ellychnia vel contra, famulus prævaricatus eſt

R. OB. DE BARTENORA.

שניהם לא מעלו *Ambo illi non prævaricati ſunt*, paterfamilias non prævaricatus eſt, quia legatio ipſius non peracta fuit in pretio Prutæ, legatus itaque non prævaricatus eſt, quia domini ſui legationem non deſtruxit, ſed in quantitate minori quam Pruta non obtinet obligatio prævaricationis. השליח מעל *legatus prævaricatus eſt*, quia domini ſui legationem immutavit, tam in ellychniis quam in lucernis adducendis, in utraque autem parte continetur Pruta.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שניהם לא מעלו *Ambo illi non prævaricati ſunt*, hæc clara ſunt uti diximus, quia patrisfamilias legatio non plane peracta eſt, nec legatus quicquam mutavit de eo quod ipſi dictum eſt, ſed partim id fecit, partim vero mutavit, etſi in parte iſta in qua legationem ſuam peregit, non contineatur Prutæ pretium, ut paterfamilias in ipſo prævaricari poſſet, nec in parte quam mutavit contineatur Prutæ pretium, ut legatus prævaricari poſſet, quia unica ei data eſt Pruta duntaxat; cætera clara ſunt.

ג נתן לו שתי פרוטות אמר לו הבא לי אתרוג והלך והביא לו בפרוטה אתרוג ובפרוטה רמון שניהם מעלו רבי יהודה אומר בעל הבית לא מעל שהוא אומר לו אתרוג גדול הייתי מבקש והבאת לי קטן ורע נתן לו דינר זהב אמר לו הבא לי חלוק והלך והביא לו בשלשה (ס"א) חלוק בשלשה טלית שניהם מעלו רבי יהודה אומר בעל הבית לא מעל שהוא אומר לו חלוק גדול הייתי מבקש והבאת לי קטן ורע:

4. Si duas èi dederit Prutas, dixeritque, adfer mihi malum citreum, is vero attulerit pro una Pruta malum citreum, pro altera malogranatum, ambo prævaricati ſunt. R. Jehuda dicit, paterfamilias non eſt prævaricatus, quia legato dixerit, malum citreum magnum deſideravi, at tu mihi attuliſti parvum & depravatum. Si ei dederit denarium aureum, dixeritque, adfer mihi induſium, is vero adduxerit induſium pro tribus, & palliolum pro tribus, ambo prævaricati ſunt. R. Jehuda dicit, paterfamilias non prævaricatus eſt, quia ipſe dixerit ei, induſium magnum deſiderabam, at tu attuliſti parvum & depravatum.

R. OB. DE BARTENORA.

שניהם מעלו *Ambo prævaricati ſunt*, ſi malum citreum valuerit duas Prutas, ſicuti dominus legato ſuo dedit, dominus prævaricatus eſt, quia legatus emit quemadmodum ei dominus ipſius præceperat, & res valuit quantum ei dederit dominus, idcirco legatio ipſius jam peracta eſt, & legatus prævaricatus eſt quia malum citreum emit ſuo inſtinctu pretio Prutæ, abſque domini ſui præcepto.

רבי יהודה אומר בעל הבית לא מעל *R. Jehuda dicit, paterfamilias non prævaricatus eſt*, is enim legato dicit, ſi tu mihi emeris malum citreum duabus Prutis, ſicut tibi dedi, adferas mihi malum citreum magnum, quod quatuor valet Prutas, jam vero tu non plus quam unam dediſti Prutam, & mihi attuliſti malum citreum quod duas valet Prutas, quod

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שניהם מעלו *Ambo prævaricati ſunt*, hoc ſub ea conditione intelligendum eſt quod malum iſtud citreum duas valeat Prutas, & induſium iſtud valeat denarium; doctor primus dicit, quandoquidem legatus emit id quod dominus ipſi emendum præceperat, & dedit quantum valebat res emta, legatio perfecta eſt, & dominus prævaricatus eſt. Pariter legatus prævaricatus eſt, quia is pro arbitrio ſuo etiam addidit Prutæ pretium. R. Jehuda dicit, legatio ipſius non peracta eſt, ſi enim legatus malum citreum emerit pro duabus Prutis ſecundum id quod ei dominus dedit, quatuor denarios valere debuiſſet, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *at tu mihi parvum & depravatum adduxiſti*, eodem ſenſu res intelligenda eſt de induſio. Cæterum jam expoſuimus quod dena-

quod parvum eſt & depravatum, hinc tu non peregiſti legationem meam; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

denarius aureus valeat quinque & viginti denarios argenteos, qui ſunt ſex Selæ propemodum. R. Jehuda diſſentit in eo quod de malo citreo magno dici poſſit & de parvo; ſi vero ei dixerit verbi gratia, eme mihi dimidio Prutæ de alia re, ambo prævaricati ſunt. Sed hoc ſub ea conditione intelligendum eſt ut de iſtis fructibus adducat pro dimidio Prutæ, ſicuti diximus; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ה המפקיד מעות אצל השלחני אם צרורין לא ישתמש בהם לפיכך אם הוציא מעל אם מותרים ישתמש בהן לפיכך אם הוציא לא מעל אצל בעל הבית בין כך ובין כך לא ישתמש בהם לפיכך אם הוציא מעל החנוני כבעל הבית דברי רבי מאיר רבי יהודה אומר כשלחני :

5. Si quis nummos deſpoſuerit apud trapezitam, iique colligati fuerint, ne utatur ipſis, idcirco ſi impenderit eos, prævaricatus eſt. Si vero diſſoluti ſint, utatur ipſis, & propterea non prævaricatus eſt, ſi eos impenderit. Si eos depoſuerit apud patremfamilias quocunque ſe habuerint modo, ne utatur illis, idcirco ſi expenderit eos, prævaricatus eſt. Tabernarius ſimilis eſt patrifamilias, ita R. Meyr. R. Jehuda dicit, ſimilis eſt trapezitæ.

R. OB. DE BARTENORA.

אם צרורים *Si colligati fuerint*, ſi modo quodam ſingulari colligati fuerint, etſi ii nullo ſigno conſignati ſint, vel ordinario modo colligati, & conſignati, tum ne utatur illis, quia poſſeſſor eo ſignificavit ſe nolle ut iis uteretur depoſitarius, quia eos colligavit ligatura inſolita, vel iis ſigillum impreſſit. Vocantur autem *nummi diſſoluti*, quando non inſolita ligatura colligati ſunt, ſed colligati prout plerumque colligari ſolent, abſque ſigillis, idcirco ſi impenderit eos, non prævaricatus eſt, quia ſe res habet perinde ac ſi ei dixiſſet is qui depoſuit, quod iis uti poſſit quandoquidem non colligati ſunt, & ita legatio ipſius peracta cenſetur. Sic etiam is qui depoſuit, non prævaricatus eſt, quamvis non clare dixerit trapezitæ ut iis uteretur. *Similis eſt patrifamilias*, ſi vero nummos depoſuerint apud trapezitam, etſi non colligati ſint, ne utatur illis, idcirco ſi nummi ſint ſancti, & ipſe uſus ſit iis, prævaricatus eſt. *Similis eſt trapezitæ*, nummis itaque in poteſtate ipſius depoſitis uti poteſt, ſi non colligati fuerint, idcirco non prævaricatus eſt; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quia nobis hypôtheſis eſt de jure bonorum, quod ſi quis apud trapezitam depoſuerit nummos, qui non ſingulari modo colligati ſunt, vel nullo ſigno conſignati, alii enim nummi omnes vocantur ſoluti, tum iis uti licet trapezitæ, ſicuti expoſitum eſt capite tertio ſecundi codicis de Damnis, hinc colligimus, quod ſi quis trapezitæ dederit nummos ſanctos, at non indicaverit eos tales eſſe, atque is iis uſus fuerit, quia non erant colligati, tum liber eſt a prævaricatione, perinde ac ſi is qui depoſuit eos, dixiſſet, utaris iis, famulus vero ſi id fecerit, idcirco non prævaricatus eſt. Pariter ſi quis depoſuerit, non prævaricatus eſt, quia nihil ei præcepit. Caſus vero totus eſt clarus eo quo diximus modo; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam.

ו פרוטה של הקדש שנפלה לתוך הכיס או שאמר פרוטה בכיס זה הקדש כיון שהוציא את הראשונה מעל דברי רבי עקיבא וחכמים אומרים עד שיוציא את כל הכיס מודה רבי עקיבא באומר פרוטה מן הכיס זה הקדש שהוא מוציא והולך עד שיוציא את כל הכיס :

6. Pruta ſancta ſi in marſupium inciderit, aut ſi dixerit quis, *Pruta in hocce marſupio conſecrata ſit*, poſtquam prima impenſa eſt, prævaricatus eſt, ita R. Akiba. Sapientes dicunt, donec totum marſupium ſit impenſum. Concedit autem R. Akiba de eo qui dixit, *Pruta in hocce marſupio conſecrata ſit*, quod tum totum marſupium impendi poſſit.

R. OB. DE BARTENORA.

כיון שהוציא את הראשונה *Quandoquidem primam expendit*, in neceſſitatem miniſterii ipſius, tum prævaricatus eſt; Sapientes dicunt quod non prævaricatus eſt niſi omnes nummos expenderit e marſupio in res profanas; deciſio eſt ſecundum Sapientes. פרוטה מן הכיס *Pruta e marſupio*, vult dicere quod Pruta ex iſto marſupio non conſumpta ſit quamdiu in ipſo continetur ſanctum quid.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Clarum eſt id quod dicitur, *ſive impenderit*, nempe quod iſtam Prutam in commodum ipſius expendit. Caſus autem in quo R. Akiba concedit, eſt de eo qui dixerit, hoc marſupium non erit liberum ab una Pruta pro ſanctitate, vel ſi ſimilia verba dixerit quæ id exprimunt, tum concedit, ipſum non prævaricatum eſſe, niſi donec omnes expenderit nummos qui in marſupio continentur; ſi vero de ipſo reliqua ſit una Pruta, ſancta erit iſta Pruta; deciſio non eſt ſecundum R. Akibam.

Finis Tractatus de Prævaricatione.

CELSISSIMO

HENRICO CASIMIRO,

Dei gratiâ Principi Naſſaviæ, Comiti Cattimelibocorum, Viandæ, Dietziæ, Spiegelbergæ, Domino Beilſteinii, Baroni Lieſveldiæ &c. Friſiæ, Groningæ & Omlandiæ, Drenthiæque & Friſiæ quidem Hæreditario gubernatori, earundem Provinciarum terra marique imperatori, & Almæ Univerſitatis Friſiorum Curatori Magnificentiſſimo.

Illuſtribus Magnificiſque

ACADEMIÆ FRANEKERANÆ

CURATORIBUS.

Codicem hunc Talmudicum ex Hebræo ſermone in Latinum verſum & commentariis illuſtratum

Dicat & conſecrat

MICHAEL ARNOLDI.

מסכת תמיד

פרק א בשלשה מקומות הכהנים שומרים בבית המקדש בבית אבטינס ובבית הניצוץ ובבית המוקד בבית אבטינס ובבית הנצוץ היו עליות והרובים שומרים שם בית המוקד כיפה ובית גדול היה מוקף רובדין של אבן וזקני בית אב ישנים שם ומפתחות העזרה בידם ופרחי כהונה איש כסותו בארץ לא היו ישנים בבגדי קדש אלא פושטין ומקפלין ומניחין אותן תחת ראשיהם ומתכסין בכסות עצמן אירע קרי לאחד מהן יוצא והולך לו במסיבה ההולכת תחת הבירה והנרות דולקין מכאן ומכאן עד שהוא מגיע לבית הטבילה ומדורה היתה שם ובית כסא של כבוד וזה היה כבודו מצאו נעול יודע שיש שם אדם פתוח יודע שאין שם אדם ירד וטבל עלה ונסתפג ונתחמם כנגד המדורה בא וישב אצל אחיו הכהנים עד שהשערים נפתחים יוצא והולך לו :

Tractatus de Sacrificio Jugi.

CAput I. Tribus in locis Sacerdotes excubias agebant in ſanctuario; in domo Abtines, in domo Nitzots, & in domo foci: in domo Abtines & Nitzotz, erant conclavia ubi juvenes excubabant, domus foci erat concamerata, magna domus erat circumdata tabulis lapideis, ubi dormiebant ſeniores domus paternæ, & claves atrii erant in manibus eorum, unuſquiſque juvenum ſacerdotum habebat tegumentum ſuum in terra, non dormiebant in veſtibus ſanctis, ſed illas exuentes, duplicatas ſupponebant capitibus ſuis, & tegumentis propriis ſe tegebant. Si alicui ex illis accideret ſeminis fluxus, egrediebatur per circuitum qui ducebat eum ſub Biram, candelis hic & illic accenſis, uſque dum perveniret, ad domum lotionis ubi ignis erat, & locus ſecretus honoris, hic autem honor ejus fuit, ut, quando inveniebat clauſum, ſciverit aliquem ibi eſſe, quando apertum, cognoverit, quod nullus eſſet, deſcendebat, lavabat ſe, aſcendebat, & abſtergebatur, calefaciebat ſe ante ignem, accedebat & conſedit apud fratres ſuos ſacerdotes, donec portæ eſſent apertæ, tunc egreſſus, abiit.

R. OB. DE BARTENORA.

בשלשה מקומות הכהנים שומרים בבית המקרש *Tribus in locis ſacerdotes excubias agebant in Templo*, honoris ergo, hæc enim domus magnificentia eſt ſi ea nunquam ſit abſque cuſtodibus; quod autem tribus in locis excubiæ fiant, id colligimus ex eo quod ſcriptum eſt Num. 3, 32. Sic etiam de Tabernaculo ſcriptum invenimus, quod Aharon & ipſius duo filii

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Quando figuram Templi in tractatu de ejuſdem dimenſionibus tibi delineaverimus, conſtabit quod loca in hac Miſna memorata, erant extra atrium Templi, ibique figuram atrii quoque delineabimus. Scias autem quod hæ cuſtodiæ quæ in Templo excubias agebant, non ob metum illic conſtitutæ erant, ſed in honorem atque gloriam Templi;

filii tribus in locis excubias in ipſo agebant. Eodemque modo in Templo. *Domus Abtines & domus Nizots erant conclavia &c.* quæ ædificata erant in latere atrii. רובין ſunt juvenes, nam Chaldaice רביא dicitur ילד *natus*; aliter, ſunt ii qui e ſagitta emittunt jacula, ita dicitur alicubi, רובה קשת *juvenis ſagittæ.*

ובית המוקד כיפה *Et domus foci erat concamerata*, ædificium domus foci non habebat cœnaculum ſuperius, ſed bovili in terram extructo ſimilis erat; ſed ea cingebatur undique tabulis lapideis perforatis in pariete, & ex eo protendentes interius in domum foci ad latus ſoli, & iis porro alii lapides minores impoſiti erant, qui etiam e pariete prodibant & in modum Schalarum ſibi invicem impoſitis.

וזקני בית אב *Et ſeniores domus paternæ*, cuſtodia quælibet in ſeptem domos paternas dividebatur ſecundum ſeptimanæ dies, & unaquæque ſuo die miniſtrabat, ſeniores vero paternæ domus nocte dormiebant in tabulis iſtis ſive ſcamnis, dum alii excubias agebant.

ופרחי כהונה *Et juniores ſacerdotes*, quibus pili in barba creſcere incipiebant, ii excubias agebant. איש כסותו בארץ *quiſque tegumentum ſuum in terra habebat*, quia illic non in lectos ſed in terram ſe conjicere poterant, ut fieri ſolet in illis qui excubias agunt in atriis regum.

ומניחין אותן תחת ראשיהם *Eaſque capitibus ſupponebant*, non proprie ſub capitibus ponebant, ſed e regione; nam in balteo ſacerdotum erat mixtura e lana & lino, eas vero induere non licebat, niſi in tempore miniſterii. *Et tegumentis propriis*, veſtibus profanis. *Per circuitum qui ducebat palatio*, nam iſte circuitus erat ſubter Templo, at totum Templum vocatur בירה *palatium*, uti ſcriptum eſt 1 Chron. 29, 19. Cui autem pollutio nocturna acceſſerat, is non ibat per viam atrii, ſed per viam circuitus, quia nobis hypotheſis eſt quod ea non conſecrati ſunt. *Lucernis hic illic accenſis*, in circuitu ab utraque parte. *Et ſtrues ligni illic erat*, nam ſacerdos poſt lotionem illic ſe calefaciebat. *Hic autem honor illius fuit*, quia nemo eo intrabat quamdiu alius illic eſſet. *Si inveniebat clauſam*, hoc ſignum erat ibi adeſſe quemquam, ne alius intraret. *Accedebat & apud fratres conſedebat*, in domo foci, donec apertæ eſſent portæ. *Egrediebatur & abibat*, exterius, quia is qui die lotus eſt, at non ſolis occaſum habuit, relegatur ab atrio, uti dicitur in Gemara ad tractatum de Paſchate, quando Lex dicit, *& omnis ſeminifluus*, id dicit ad includendum eum cui caſus nocturnus acceſſerit.

pli; ita etiam Tabernaculum cuſtodiebant in deſerto, & tempore Salomonis, & ſic præterlapſis deinde temporibus ſemper factum eſt, ſicuti dicitur Num. 3, 38. Et ex iſto loco colligitur quod ſacerdotes tres excubias agebant tribus in locis, quando dicit Num. 3, 38. שומרים משמרת למשמרת *cuſtodientes cuſtodiam pro cuſtodia.*

רובדין Notat tabulas lapideas. Ibique erant רובין *juvenes*, qui ſecundum Gemaram ſunt juniores ſacerdotes. כיפה notum eſt quid ſit, nempe quod illius tectum circuli alicujus parti ſimile ſit. איש כסותו בארץ *quiſque tegumentum ſuum in terra habebat*, ut exinde ſcias quod illic in lecto dormire non liceat. Cæterum quod de veſtibus ſacerdotalibus dicit, *& ſupponebant eas capitibus ſuis*, intelligas e regione capitum ipſorum; ita exponit Gemara, quod eas capitibus ſupponere non poterant, quia ſacerdotales veſtes e mixtura lanæ & lini conſtabant, quibus uti haud licebat niſi in tempore miniſterii; ſacerdotum gregariorum veſtium cingula quoque mixtura affecta erant. Quod autem dicit de eo cui ſeminis fluxus accidiſſet, eum egredi per מסיבה *circuitum*, qui erat ſubter Templo, probat fundamentum noſtrum quo ſtatuimus quod canales non conſecrati ſunt.

יוצא והולך לו *Exibat & pergebat*, ita dicit quia hic ſacerdos nondum habebat occaſum ſolis, licet ablutus eſſet, idcirco ei non licebat atrium ingredi niſi donec ſol occidiſſet, quemadmodum in principio tractatus de Vaſis expoſitum eſt.

ARNOLDI. בשלשה מקומות הכהנים שומרים בבית המקדש *Tribus in locis ſacerdotes excubias agebant in ſanctuario.* Neceſſariam fuiſſe cuſtodiam domus ſanctuarii, ſcriptura & ratio nos docent, illa mandatum Dei Num. 18, 15. hæc commoda & damna loci & cultus publici præſupponebat. Sacerdotes enim cavere debuerunt ne כלי המקדש furto auferrentur, debuerunt eſſe parati, ut prima luce ſacrificarent, tenebantur arcere omnes privatos, præprimis illam ערבוביא quæ Iſraëlitis ex Ægypto proficiſcentibus, in magnum illius populi præjudicium tenaciter adhæſit, ne eorum ignorantia aut imprudenti audacia ſanctitas domus pollueretur, 2 *Chron.* 23, 19. additque Maimonides זה דרך גדולה לבית לכבוד ויקר, & revera nullius terreni Regis ædes a militibus deſertas, ſed denſis vigilum cuſtodiis obſeſſas invenias, quanto magis illius ædem qui Rex eſt Regum, ſacerdotum & Levitarum vigiliis munitam reperias.

Quod autem ſacerdotes tribus in locis in domo ſanctuarii excubias egerint, probant Talmudici ex Num. 3, 38. quorum verba præſtiterit referre, ſic enim loquuntur ad hunc textum: מנהני מילי אמר אביי אמר קרא והחונים לפני המשכן קדמה לפני אוהל מועד מזרחה משה אהרון ובניו שומרים משמרת המקדש למשמרת בני ישראל *Unde hoc nobis conſtat? dixit Abbai, dicit ſcriptura, & caſtra metantur ante tabernaculum orientem verſus, ante tentorium conventus ad ortum ſolis, Moſche, Aäron & filii ejus cuſtodiunt cuſtodiam ſanctuarii pro cuſtodia Iſraëlitarum.* Quia vero ut illi dicunt אין שימור בעלים אשכחן *non invenimus quod ad dominos pertineat cuſtodia*, Moſche ab ea excludentes, reſtringunt hanc ad Aäronem & filios ejus, ut ita Aaron בחד מקום ובניו בשני מקומות vigilaverint; verum Magiſter Aſche confirmat ſententiam מסיפיה דקרא *ex fine verſus*, ex verbo nimirum ter repetito *cuſtodiunt cuſtodiam pro cuſtodia.*

בית אבטינס *Domus Abtines*, tradunt Judæorum magiſtri Domum Abtines dictam fuiſſe ab ejuſdem nominis viro, qui aliquando iſtis præfectus fuerat, qui præparandi ſuffitus munere defungebantur, & certum eſt quod in illa domo היו עושין את הקטורת כותשין אותה ומערבים סממניה, *præpararent ſuffitum, contunderent eum & miſcerent aromata ejus*, vide *S. Jarchi ad verſum 5. cap. 1. tractatus Joma.* præterea hæc domus una fuit ex conclavibus ſacerdotis magni, in quod ingrediebatur, ut erudiretur, quomodo ſolenni expiationis die, pugillum ſuffimento impleret, de quo ſacræ paginæ mentionem faciunt *Levit.* 16, 12. incertum eſſe Rabbini docent, an ad ſeptentrionem, vel ad auſtrum ſanctuarii hæc domus fuerit. ולא ידענה אי לשכת פרהדרין בצפון ולשכת בית אבטינס בדרום או לשכת בית אבטינס בצפון ולשכת פרהדרין בדרום *Et neſcimus an camera domus Parhedrorum ad ſeptentrionem, & conclave domus Abtines ad meridiem, an camera domus ad ſeptentrionem, & conclave Parhedrorum ad meridiem ſita fuerit.* Multum apud Hebræos hæc familia Abtines celebratur, eo quod in præparando ſuffitu, omnes alios antecelleret, in hanc rem memorabilis & jucunda eſt hiſtoria quæ habetur in Talmude Babylonico, ad verſum XI. *cap.* 3. codicis Joma, quam propterea non pigebit enarrare, ita autem Gemara nos ibi docet: ת"ר בית אבטינס היו בקיאין במעשה הקטורת לא רצו ללמד שלחו חכמים והביאו אומנים מאלכסנדריא של מצרים והיו יודעים לפטם כמותם ולא היו יודעין להעלות עשן כמותן של הללו מתמר ועולה כמקל של הללו מפציע לכאן ולכאן וכששמעו חכמים בדבר אמר כל שברא הקב"ה לכבודו בראו שנאמר כל פעל ה' למענהו וחזרו בית אבטינס למקומם שלחו להם חכמים ולא באו כפלו להן שכרן ובאו כל יום היו נוטלים שנים עשר מנה והיום עשרים וארבעה רבי יהודה אומר בכל יום עשרים וארבעה והיום ארבעים ושמונה אמרו להן חכמים מה ראיתם שלא ללמד אמרו יודעין היו שבית זה עתיד ליחרב אמרו שמא ילמוד אדם שאינו מהוגן וילך ויעבוד ע"ז בכך ועל דבר זה מזכירין אותן לשבח: *Docent Rabbini, eos qui erant ex familia Abtines fuiſſe expertos in opere ſuffitus, ſed noluiſſe docere, Quapropter miſerunt Sapientes & adduci curarunt artifices ex Alexandria Ægyptiorum, qui æque ac illi ſciebant præparare ſuffitum, ſed neſciebant efficere, ut fumus recta aſcenderet æque ac illi, iſtorum ſuffitus faciebat columnam & aſcendebat inſtar baculi recti, horum autem diffindebat ſe hinc inde, quod ubi intellexerunt Sapientes dixerunt, omne quod creavit Deus, ad honorem ſuum condidit, ſecundum illud quod dicitur* Prov. 16. *omnia operatur Deus ad reſponſum ſuum. reverſa eſt domus Abtines ad locum ſuum, mi-*

ſerunt ad eos Sapientes, ſed non venerunt, duplicarunt eis mercedem eorum, & venerunt, ſingulis diebus acceperant duodecim minas, ſed jam viginti quatuor, dixit R. Jehuda ſingulis diebus viginti quatuor, jam autem, quadraginta octo minas; Sapientes dixerunt eis, quæ cauſa fuit quod nolueritis docere quenquam? reſponderunt ſe ſcire domum illam vaſtatum iri, & addiderunt, accedet forſan aliquis, qui non eſt idoneus, & diſcet & ſerviet diis alienis; propterea eorum memoriam habent ad laudem.

בית הניצוץ *Domus Nitzotz:* rationem nomenclationis ignorant Doctores, dicuntque fuiſſe conclave, quod in atrio ædificatum, habebat januam quæ ducebat ad viam montis publicam.

בבית אבטינס וניצוץ היו עליות *In domo Abtines & Nitzotz erant conclavia.* Ipſum nomen quod hic cameræ ſignificatione venit, infert illas fuiſſe ſuperiores, in quas aſcendebatur; ita quoque loquuntur Rabbini צריך עליית מקום גבוה ut ſacerdotes a Levitis diſtinguerentur, quorum vigilia erat inferius ad portas, unde nobis in S. ſcriptura oſtiariorum nomine proponuntur, adjuncti enim erant ſacerdotibus ut miniſtrarent *Num.* 18. 3. & quamvis hæc conclavia ædificata erant a parte atrii, potuerunt tamen in eis conſidere ſacerdotes, continua occupatione defatigati, quod in atrio licitum non fuit, ſicuti legere eſt in codice Peſachim ובעזרה אין יכול אדם לישב דאין ישיבה בעזרה אלא למלכי בית דוד, & *in atrio nullus poterat conſidere, quia nulli concedebatur ſeſſio, exceptis Regibus ex domo Davidis.*

Levitæ interim excubias agebant in locis viginti & uno, vide tractatum Middot cap. 1. & ad illud commentarium R. S. Jarchii.

ורובין שומרים שם *Et juvenes ibi vigilabant*, Hebræi explicant נערים ובחורים שלא הגיעו עדיין לכלל זקנה pueros & juvenes, qui nondum ad tantam provecti erant ætatem, ut inter ſenes numerari poſſent, atque adeo illos qui פרחי כהונה *flores ſacerdotii*, diſtincte ad זקני בית אב *ſeniores domus paternæ*, vocantur, intelligunt.

בית מוקד כיפה *Domus foci concamerata erat:* ſic autem puto hæc verba verti debere, præeunte nobis Rambam, qui ita dicit ad hæc verba: Cippa גגה דומה למקצת עגולה *eſt tectum ſimile parti alicujus circuli*, ſita fuit hæc domus ad ſeptentrionem atrii, eratque focus in ea, in quo erat ignis continuus, nam ſi aliquando contingeret, ut ignis in altari pluviis exſtinctus, periiſſet, ſumebatur ex hoc foco, & ferebatur in altare; præterea hic ſe calefaciebant ſacerdotes qui nudis pedibus incedebant על גבי רצפת העזרה, *ſuper pavimento atrii.*

מוקף רובדין של אבן *Circumdata tabulis lapideis*, adjuncta muro ſcamna erant, ut per illa poſſent aſcendere in lectos ſuos ſacerdotes, qui erant in muro, & non obſcure id innuere videtur Gemara Babylonica, quæ ita docet: רובדין מאי ניהו גזרתא דאסטבתא דסלקי בהו באסטבתא; *Robedin quid ſunt? ordo ſcamnorum per quæ aſcendunt in lectos*, hinc eſt quod Magiſter dicit רובד הוא דבר הקלט מן החומה ולכך עשוי שמן הרובדין היו עולין על גבי מטותיהן, *Robed erat talis res, quæ adhærebat muro, propterea exſtructa, ut ex ſcamnis poſſent aſcendere in lectos ſuos*; dormiebant hic ſacerdotes, qui altero die miniſterio perfungerentur; probe vero notandum, hæc ſcamna diverſa eſſe ab illis ordinibus lapidum, quibus pavimentum atrii erat diſtinctum, ubi על הרובד הרביעי שבהיכל *ſerie quarta* ſtabant, qui ſanguinem victimarum miſcebant, ne citius coagularetur, כדי שלא יקרש *ut non concreſceret.* vide Joma cap. 4. verſum 3.

לא היו ישנים בבגדי קדש אלא היו פושטין ומניחין אותן תחת ראשיהם, *Non dormiebant in veſtibus ſacris ſed exuentes ſupponebant eas capitibus ſuis.* Juvenes ſacerdotes veſtimenta ſua in terra habuiſſe dicit Maimonides, eo quod non licitum eſſet illic loci dormire in lectis. valde diſputatur inter Judæorum magiſtros an ſacerdotes veſtes illas ſub capite, an vero juxta caput poſuerint, Gemara Babylonica, & ex eo Rambam, videntur id ſentire, ut illud תחת ראשיהם, vertendum putent כנגד ראשיהם *è regione, juxta capita eorum* משום איסורה דכלאים, quæ exſtat *Levit.* 19, 19. & *Deuteron.* 22, 11. ubi quod dicitur non *veſtietis vos*, Paraphraſtes Chaldæus vertit לא תהוון משתחנין בכסוי *Non calefietis veſtimento quod pectinatum netum & textum eſt*, ex lana ſcil. & lino in unum commixto. Jam autem in veſtibus ſacerdotum dicunt fuiſſe שעטנז *heterogeneum* ſeu mixtum ex diverſis ſpeciebus, quam vocem Rabbi David in libro radicum explicans dicit eſſe בגד כלאים illudque cingulum ſacerdotis fuiſſe aſſeverant, quod erat מעשה רקם *opus acupictum* Exod. 28, 39. dubitant interim alii num id de ſolo ſacerdotis magni, an vero de ſingulorum ſacerdotum cingulo affirmandum ſit, & reſpondet Gemara אבנטו של כהן הדיוט זה אבנטו של כהן גדול, *cingulum ſacerdotis vulgaris, idem eſt quod cingulum pontificis magni*, verum his veſtibus non licebat uti, niſi tempore illo, quo obibant miniſteria, nam ſic de eo dicit *Philoſophus* אינו מותר ליהנות בהם אלא בשעת עבודה בלבד *non licet eis uti, niſi tempore cultus tantum*, alioquin illud manifeſte incurreret in præceptum Divinum.

ויצא במסיבה *Exibat per circuitum*, eſt quidam Rabbi Jacob filius Simeonis, qui dicit, quod hic circuitus fuerit עמוד של בנין שעולין ויורדין בו על ידי גלגל *Columna exſtructa, per quam aſcendebant & deſcendebant tanquam per cochleam.*

תחת הבירה *Sub Bira*, hic in diverſa abeunt Rabbini, de ſignificatione vocis non convenientes, exſtat diſputatio inter quendam R. Jochanan & R. Levi quorum unus per Biram totum ſanctuarium intelligi vult, כל המקדש כלו קרוי בירה, & revera non ἀλόγως ſi conferatur 1 *Chron.* 29, 1. *Eſd.* 6, 2. alter locum eſſe putat, in monte ſanctuarii, cujus nomen Bira erat, ſunt etiam alii qui ſuſtinent cavernam fuiſſe ſub templo, quæ aperta erat ab illa parte, qua aſcendebatur, in conclave domus foci, & deſinebat extra atrium, ubi ingredi & egredi poterant ſacerdotes, adeo ut per hanc demiſſum fuiſſe ſeminifluum velint, eo quod מחילות לא נקדשו *cavernæ non eſſent ſacræ.*

ומדורה היתה שם *Et ignis erat illic:* hanc vocem Aquinas vertit בערה, poſtquam enim eſſet lotus ſeminifluus, ſe ante ignem calefaciebat; narrant nobis Hebræi taliter impuros conſtitutos fuiſſe ante portam orientalem שיראו אותן בני אדם ויודעים שמחמת טומאה הם חדלין, *ut viderent homines & cognoſcerent, eos propter immunditiem deſiſtere à miniſterio cultus*, ne poſtea ubi conſpicerent domum euntes, eos peractis & abſolutis ſacris reverti, opinarentur.

ב מי שהוא רוצה לתרום את המזבח משכים וטובל עד שלא יבא הממונה וכי באיזו שעה הממונה בא לא כל העתים שוות פעמים שהוא בא מקריאת הגבר או סמוך לו מלפניו או מלאחריו הממונה בא ודופק עליהם והם פתחו לו אמר להן מי שטבל יבא ויפיס הפיסו זכה מי שזכה׃

2. Unuſquiſque qui volebat purgare altare, ſurgebat mane & lavabat ſe, antequam veniſſet præfectus, ſed qua hora accedebat præfectus? non ſemper eadem hora, aliquando veniebat ad galli cantum, aut parum ante vel poſt eum; cum accederet præfectus, pulſavit ad eos, illi autem aperuerunt ipſi, dixit eis, qui ſe lavit veniat & ſortiatur, tunc ſortem miſerunt, dignus habitus eſt, qui dignus habebatur.

R. OB. DE BARTENORA.

לתרום את המזבח *Purgare altare*, cinerem ab illo removere. *Mane ſurgebat & ſe lavabat*, quia nemo ad miniſterium peragendum illotus intrabat atrium Templi etſi mundus

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Talis eſt hujus Miſnæ caſus, nam quiſquis cinerem ab altari removiſſet, is purificabat ſe ut paratus eſſet ad ſortem cum aliis ſacerdotibus projiciendam, quiſnam removeret cinerem,

pus eſſet. וכי באיזו שעה הממונה בא *ſed qua hora præfectus accedebat*? quaſi diceret, forſan aliquod tempus certum definitum eſt pro adventu præfecti, nam tu dicis quod mane ſurgebat & ſe lavabat antequam veniſſet præfectus? ſed absque dubio præfecto non erat certum tempus præſcriptum, omnia enim ipſius tempora non erant æqualia, aliquando enim is accedebat ad galli cantum, vel paulo ante vel poſt eum; idcirco qui cinerem removere volebat, is feſtinabat quantum poterat, & poſtea veniebat præfectus, & percutiebat fores domus foci, quæ ei aperiebantur. *Ad galli cantum*, alii de galli cantu, alii de cantu viri exponunt, nam גבר etiam *virum* notat, ſacerdos enim ſingulis mane alta voce exclamare ſolebat. *Qui ſe lavit, veniat & ſortiatur*, omnes qui accedebant ad cinerem removendum, prius ſe lavabant antequam veniſſet præfectus, & poſtea fiebat ſortilegium, & cui ſors obtigiſſet, is cinerem removebat. Sortium autem ordo earumque modus jam expoſitus eſt capite ſecundo tractatus de die Expiationis.

nerem, cui enim ſors obtigiſſet, ei & hoc officium obtingebat. Quomodo autem in Templo ſortilegium fiebat, id jam expoſitum eſt in tractatu Joma capite ſecundo.

מקריאת הגבר *Ad galli cantum*, nonnulli dicunt per hunc cantum intelligi vociferationem alicujus viri qui circa auroram in Templo magna voce exclamabat. Vox דופק notat eum qui ſenſim manu pulſat portam.

ARNOLDI. מי שרוצה לתרום המזבח *Unuſquiſque qui volebat purgare altare*, ad hæc verba proponitur quæſtio in Gemara quam apponere non erit inutile, הא גופא קשיא אמרת מי שהוא רוצה לתרום אלמא לא בפיים תליא מילתא והדר תני יבא ויפיס אלמא בפיים תליא מילתא אמר אביי לא קשיא כאן קודם תקנה כאן לאחר תקנה *Ecce ipſum illud repugnat, dicit, omnis qui vult purgare, ergo ex ſorte res non pendet, & rurſus docet Miſchna, accedat & ſortiatur, ergo a ſorte tota res pendet, dixit Abbai, non obſtat, hic ante inſtitutionem, hic poſt ordinationem.* Nimirum reſpicitur ad illud, quod habetur in tractatu *Joma* cap. 2. ubi dicitur, in principio unumquemque altare purgaſſe qui volebat, eumque qui ſocium quatuor ulnas in ponticulo antecederet, dignum habitum fuiſſe ad purgationem altaris, honoris enim erat; poſtquam autem accidit, cum duo pares currerent & per ponticulum ad altare aſcenderent, ut alter alterum protrudens, unius pes frangeretur, ſtatuit Synedrium, ut per ſortem rem definirent, התקינו בית דין שלא יהיו תורמין את המזבח אלא בפיים quæ omnia ad ſacerdotes pertinere, ſupervacaneum eſt probare, illis enim qui בני ארם vocantur, vetitum erat להרים הרשן מן המזבח *decinerare altare.*

משכים וטובל *Mane ſurgebat & lavabat ſe:* ſic in Joma docetur, quod nemo ingrederetur in atrium, quamvis mundus עד שיטבול *antequam ſe lavaſſet*, vide inſuper Exod. 30, 20.

מקריאת הגבר *Ad galli cantum*, plerique inter Rabbinos hic intelligunt תרנגול *Gallum gallinaceum* qui apud Maimonidem nomine סכוי venit, ita ſcil. dictus ab obſervatione horarum, ſunt tamen alii, qui volunt fuiſſe præconem שהיה מכריז במקדש בעלית השחר ר"ל קרוב לעלית השחר *qui proclamabat in templo, quando aſcendebat aurora, i. e. quando tempus auroræ appropinquabat*; hoc autem erat tertia noctis parte לאחר חצות poſt medium noctis. nota quippe eſt diſtributio noctis in tres vigilias, quarum quæque quatuor complectebatur horas, uti prolixe videre eſt in tractatu Berachot cap. 1.

דופק עליהן *Pulſavit ad eos:* oſtium ſcil. pulſavit, ita etiam explicant Rabbini מקיש בפתח & eleganter colligit Maimonides præfectum non cum tumultu aliquo, ſed leniter admodum pulſaſſe, quo indicat ſacerdotum vigilantiam, & promptitudinem, ut non neceſſe eſſet multo ſomno obrutos excitare, ſed ad primum quoque ictum paratiſſimos videre, qui aperirent fores & nihil aliud quam iſtius diei penſum abſolvere deſiderarent, alludens ad illud quod legitur *Cant.* 5, 2. קול דופק דודי *vox pulſantis dilecti mei.*

הפיסו וכה מי שזכה *Sortiti ſunt, miniſterio perfunctus eſt, qui perfungebatur.* Ratio & modus ſortis exponitur nobis in cap. 2. tractatus Joma, quem apponere mens fuerat, niſi incidiſſem in quendam *Robertum Sheringamium Cantabrigienſem*, in hoc ſtudii genere ſubactum virum, qui ejus codicis interpres & commentator fuſe de hac ſortitione diſſerit pag. 26. videntur enim hæc lucem præbere loco illi qui exſtat *Luc.* 1, 19. κατὰ τὸ ἔθος τῆς ἱερατείας ἔλαχε. ut hoc tamen addam de loco in quo ſortiebantur ſacerdotes; ſciendum eſt hanc ſortem de purgatione altaris non fuiſſe habitam in conclavi lapidis cæſi, ubi cæteræ fieri ſolebant, uti patet ex Joma fol. 25, 1. *conclave Gazith erat forma baſilicæ magnæ, ſortilegium erat in parte ejus orientali, ſeditque ſenior in parte ejus occidentali*, ſed in illa domus foci parte, quæ ſancta erat, quia nondum deſcenderant in atrium.

ג נטל את המפתח ופתח את הפשפש ונכנס מבית המוקד לעזרה ונכנסו אחריו הכהנים ושתי אבוקות של אור בידם ונחלקו לשתי כיתות אלו הולכין באכסדרה דרך המזרח ואלו הולכין באכסדרה דרך מערב היו בודקין והולכין עד שמגיעין למקום בית עושי חביתין הגיעו אלו ואלו אמרו שלום הכל שלום העמידו עושי חביתין לעשות חביתין :

3. Accepit clavem & aperuit oſtium, & ex domo foci intravit atrium, & ſacerdotes ingreſſi ſunt poſt eum, accenſas faces duas habentes, in duas turmas diviſi ſunt, illi ibant per porticum orientem verſus, hi ibant viam per porticum occidentem verſus, explorantes ibant ad locum domus facientium frixa, pervenerunt hi & illi, dixerunt ſalvete, & conſtituerunt eos qui faciebant frixa, ut facerent frixa.

R. OB. DE BARTENORA.

פשפש Notat januam exiguam intra magnam, & per illam a domo foci pergebant in atrium. באכסדרא *per porticum*, nam circum atrium interius erant columnæ quæ extra parietes atrii prominebant, & a columnis ad parietes atrii erat tectum ſuperius quod barbare vocabatur פורטיקין: a columnis vero & exterius non erat tectum, atque altare in loco ſuo abſque tecto erat. Sacerdotes autem in duas catervas ſeparabantur ad omnia miniſterii vaſa viſitanda an omnia eſſent in locis ſuis. Deinde per porticus in latere ſeptentrionali extructas procedebant, una caterva per illius dimidium ibat ad latus orientale, altera vero ad latus occidentale ibat per dimidium ipſius, donec ambæ ſibi invicem occurrerent in loco ubi parabantur ſartagines pontificis maximi, quas ille quotidie offerebat, unum dimidium mane, & alterum veſperi; & hic locus erat valde portæ Nicanoris vicinus, ibique unus dicebat alteri, *pax, omnia in pace ſe habent*, ac ſi dixiſſent, nos omnia vaſa in pace offendimus, & nullum deficit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus quod per אכסדרה denotatur porticus ſive atrium quod ante domicilia eſt, & quod ſimile erat podio ex aſſeribus extructo; ſed ejuſmodi in Templo non licebat extruere, & idcirco quæſiverunt, unde eſt quod nobis ſit hypotheſis non licere in Templo extruere podia? dicit Lex Deut. 16, 21. לא תטע לך אשרה כל עץ Propterea in Gemara dixerunt quod אכסדרה ſit aliquod corpus e pariete atrii prominens undiquaque; idcirco dixerunt, אכסדראות ad ædificium pertinebant, ſed iis non erat tectum trabium, ut reliquis podiis.

פשפש Eſt janua parva intra magnam, quæ vocatur פוס"טיק. Quod dicit אלו הולכים ואלו הולכים *hi & illi ibant*, eo vult indicare quod utramque facem ſequebantur. עושי חביתין *facientes ſartagines*, qui frixa in ſartagine parabant pro ſummo pontifice. Hujuſce vero domicilii figuram tibi demonſtrabimus, quando figuram Templi delineaverimus.

ARNOLDI. נטל את המפתח ופתח את הפשפש *Accepit clavem & aperuit oſtium :* In domo Foci erat menſa marmorea ſub qua ponebantur claves, catenæ ſeu annulo cuidam incluſæ, unde eas ſumebat præfectus, non autem aperiebat portas atrii, quia illæ עד שיעלה השחר non aperiebantur, ſed פשפש quod erat פתח קטון *janua parva* שהיה שני פשפשין, *quales duas* fuiſſe conſtat ex codice Nidda, בשער היו לו אחד בימינו אחד בשמאלו *duo erant oſtiola, unum ad dextram, alterum ad ſiniſtram* portæ.

הולכין באכסדרא *Ibant per porticum*, ſunt qui volunt hanc vocem a græca ἐξέδρας originem habere, ſed tum non videtur vim ſignificationis exhaurire poſſe, quicquid ſit, tales porticus exſtruxerant Judæi, circum quatuor atrii partes, & cum domus foci ſita eſſet in ſeptentrione, una pars ad orientem, ubi erat Domus frixionis, altera verſus occidentem ivit, donec utroque in oriente conveniret & geminato quidem pacis ſe invicem ſalvere juberet nomine.

ד מי שזכה לתרום את המזבח הוא יתרום את המזבח והם אמרו לו הזהר שמא תגע בכלי עד שתקדש ידיך ורגליך מן הכיור והרי המחתה נתונה במקצוע בין הכבש למזבח במערבו של כבש אין אדם נכנס עמו ולא נר בידו אלא מהלך לאור המערכה לא היו רואין אותו ולא שומעים את קולו עד ששומעים קול העץ שעשה בן קטין לכיור והן אומרין הגיע עת קידוש ידיו ורגליו מן הכיור נטל מחתת הכסף ועלה לראש המזבח ופנה את הגחלים הילך והילך וחתה מן המאוכלות הפנימיות וירד הגיע לרצפה הפך פניו לצפון והלך למזרחו של כבש בי׳ אמות צבר את הגחלים על גבי הרצפה רחוק מן הכבש ג׳ טפחים מקום שנותנין מוראת העוף ודישון מזבח הפנימ׳ והמנורה :

4. Qui dignus habebatur ad purgandum altare, ille purgabat altare, illi autem dixerunt ipſi, caveto ne forte attingas inſtrumentum aliquod antequam ſanctificaveris manus & pedes tuos ex labro, & ecce thuribulum poſitum erat in angulo inter ponticulum & altare, ad occidentem ponticuli, nullus homo cum ipſo ingrediebatur, non erat lucerna in manu ipſius, ſed ibat ad lucem ſtruis, non videbant eum, neque vocem ejus audiebant, donec audirent ſonitum machinæ ligneæ, quam ad labrum fecerat Ben Katin, dixerunt illi, appropinquavit tempus ſanctificationis manuum & pedum ejus ex labro, accepit thuribulum argenteum, & aſcendit ad altare, prunaſque hinc & inde agitavit, ſumebat ex interioribus conſumptis & deſcendens pervenit ad pavimentum, faciemque ſuam ad ſeptentrionem vertens, ivit ad orientem ponticuli duodecim ulnas, deinde coacervabat prunas ſuper pavimento, in loco qui diſtabat a ponticulo tres palmas, ubi deponebant avium ingluviem, cineres altaris interioris, & candelabri.

R. OB. DE BARTENORA.

הזהר שלא תגע בכלי *Cave ne tangas vas*, ne tangas acerram quæ erat e vaſis miniſterii, nemo enim manibus pedibuſque illotis ad altare poterat accedere. *Ben Catin*, ita vocabatur pontifex maximus qui מוכני fecerat pro labro, cujus ope aquam haurire poterant e puteo labri, quoties quis accederet ad ſe lavandum, ne aqua pernoctando inficeretur; nam quicquid in vaſe miniſterii conſecratum eſt, id pernoctando inficitur, & dum labrum demiſſum erat in puteo, ea non inficiebatur. *Ex interioribus conſumptis*, e mediis prunis foci, quæ conſumptæ erant & cineri proximæ. *Coacervabat prunas ſuper pavimento*, eo quod ſcriptum eſt Levit. 6, 3. ושמו *& ponet ipſum*; itaque totum ipſum ponet, & ita ut non diſpergatur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Præceptum Legis eſt quod non ad altare neque ad ulla miniſteria accedere licet, niſi manibus pedibuſque lotis, ſicuti Lex dicit Exod. 28, 43. Et caipte tertio tractatus Joma jam expoſitum eſt quod Ben Catin fecerit vas aliquod aqua plenum circum labrum ne aquæ pernoctando polluerentur, nempe, ne aquæ pernoctarent in labro poſt conſecrationem, nam quicquid in vaſe miniſterii pernoctaverit, id pollutum cenſetur. *Ex interioribus conſumptis*, e prunis bene conſumptis in altare, in cujus medio erat focus; reliqua ſunt clara.

ARNOLDI. הזהר שמא תגע בכלי עד שתקדש *Caveto ne attingas aliquod inſtrumentum antequam ſanctificaveris manus & pedes tuos.* Illud tenebantur facere ſacerdotes ſingulis temporibus matutinis, quoties accederent ad altare, nam pernoctatio aliquid profanitatis & immunditiei ſecum trahere æſtimabatur, præterea etiam exſtabat præceptum divinum, quod neglectum, pæna כרת vindicabatur Exod. 30, 20. & 40, 32.

קול העץ שעשה בן קטין *Sonitus machinæ ligneæ, quam fecerat filius Katini.* Hunc Katinum ſummum ſacerdotem fuiſſe tradunt, qui fecit labro duas rotas attrahentes aquam ex fonte, ne aquæ polluerentur, cum autem illas hauriendo attraheret, tantum edidiſſe ſonitum ſcribunt, ut Hierechunti audiri poſſet. Narratur inſuper de hoc Katino quod fecerit שנים עשר דד לכיור שלא היו לו אלא שנים *duodecim mammata ſive epiſtomia ad labrum, cum antea præter duo non fuiſſent.* vide Joma cap. 4. ut ita duodecim ſacerdotes, qui Sabbatho & feſtis diebus ad ſacrificandum deſignabantur, ſe ſimul ſanctificare poſſent.

חתה מן המאוכלות *Accepit ex conſumptis*, Judæorum quidam putant hæc intelligenda eſſe de prunis quæ jam in cineres redactæ erant, atque adeo diverſam eſſe rationem earum cum quibus ſacerdos magnus intrabat ſanctum ſanctorum ad faciendum ſuffitum feſto expiationis die Jom. cap. 4. v. 3. dicuntque illud ſatis patere ex eo, quia hæ prunæ, ſeu potius favillæ, cineres, deponebantur eodem in loco, ubi ingluvies avium & cineres interioris altaris & candelabri, quæ omnia poſtmodum a loco ſuo abſorpta tradunt, ut pariter illud inter עשרה ניסות שנעשו לאבותינו *decem miracula, quæ facta ſunt patribus noſtris* numerent; ſed fides penes Authores eſto.

בין כבש למזבח *Inter ponticulum & altare.* *Buxtorfius* & cum eo *Sheringamius* inquiunt כבש eſſe gradum, videntur autem errare, & rem male exprimere, illud enim quod altari erat appoſitum per quod aſcendebant ad altare, gradus rationem habere non potuit, quia hoc manifeſte contrariabatur mandato Dei Exod. 20. v. ult. ולא תעלה במעלות & *non aſcendes per gradus*; quod explicat *S. Jarchi* כשאתה בונה כבש למזבח לא תעשהו מעלות מעלות *quando exſtrues ponticulum circa altare, non facies illum tanquam cum gradibus ſcalarum*, ne autem quis objiciat hoc dici de altari ex lapide aut terra conſtructo, reſpondet Aben Eſra מצות מעלות כוללת כל מזבח ארמה אבנים או נחשת *præceptum de gradibus pertinet ad omne altare* ſive ſit ex terra, ſive lapideum ſive æneum. Itidem Baal Aruch & cum eo Aquinas explicantes quid hoc in loco ſignificet כבש, taliter teſtantur. Cebeſch eſt כמין עץ גדול יש לבעלי הספינות כשבאין לירד באותו עץ יורדין מן הספינה לארץ *ſpecies ligni magni, quod habent Nautæ, ut per illud deſcendant ex navi in terram.* & certe illa Machina cujus formam *Sheringamius* nobis proponit ex Maimo-

Maimonide, per quam incedebat ille, qui hircum ducebat in deſertum, ut tutus eſſet a Babyloniorum vexationibus,

פרק ב ראוהו אחיו שירד והם רצו ובאו מהרו וקדשו ידיהן ורגליהן מן הכיור נטלו את המגריפות ואת הצינורות ועלו לראש המזבח האברין והפדרין שלא נתאכלו מבערב סונקין אותן לצדדי המזבח אם אין הצדדין מחזיקין סודרין אותם בסובב על הכבש :

R. OB. DE BARTENORA.

ראוהו אחיו *Ubi viderent ipſum fratres ipſius*, ipſum ſcil. qui altara repurgaſſet. *Quod deſcendebat*, ab altari, & prunas ponebat ad orientem ponticuli. *Lavabant manus & pedes*, ad obeundum miniſterium. סונקים inteſtina non aduſta removebant & cum fuſcinis reponebant ad altaris latera. *In circuitu ſuper ponticulo*, ſuper ponticulo e regione circuitus.

ARNOLDI. נטלו את המגריפות ואת הצינורות *Sumpſerunt everricula & fuſcinas:* Nullum eſt dubium inter Magiſtros, quin per מגריפות illa inſtrumenta denotentur quæ יעים vocantur שנטל כהן הדשן ut R. S. Jarchi loquitur, צינורה autem explicant eſſe כלי quod Hebraice מזלג græce τρίαινα *tridens* dicitur, habebat enim שלשה שנים *tres dentes* 1 *Sam.* 2, 13. hinc eſt illud מהפך במזלג אברין של תמיד של שחר, *vertens tridente fruſta ſacrificii jugis matutini*. notandum interim eſt, hæc inſtrumenta adhibita fuiſſe ad decinerationem & evacuationem altaris, non ad purgationem, quam primus ſacerdos jam præſtiterat, quique in ſignum abſoluti operis ad cæteros deſcenderat ſacerdotes, quo conſpecto confeſtim aſcenderunt ad altare, & ut utar verbis Rabbinorum קודם תרומת הדשן לא היו יכולים לעשות לפי שצריך

ב החלו מעלין באפר על גב התפוח ותפוח היה באמצע המזבח פעמים שהיו עליו כשלש מאות כור וברגלים לא היו מדשנין אותן מפני שהוא נוי למזבח ומימיו לא נתעצל הכהן מלהוציא את הדשן :

R. OB. DE BARTENORA.

החלו מעלין באפר *Inceperunt colligere cinerem*, poſtquam ad latera vel ad ponticulum ſepoſuiſſent membra & adipes nondum combuſta, palis attrahebant cinerem, & deferebant ipſum ad magnum cineris cumulum, qui erat in medio altaris, & תפוח *pomum* dicebatur. *Aliquando in eo erant propemodum trecentæ menſuræ Cori*, non ſtricte, quia nunquam trecentos Coros relinquebant.

ברגלים לא היו מדשנין אותו *At in feſtis non decinerabant ipſum*, cinerem non educebant etſi in magna copia eſſet in altare, quia hoc altari erat ornamento cum exinde videretur quaſi in eo multa eſſent ſacrificia. מימיו לא נתעצל *nunquam fuit negligens*, ſenſus eſt, quod tanta erat cineris copia, id non ſacerdotum negligentia factum, ſed pulchritudine, ad indigitandum quod multa officia in altare oblata eſſent.

ARNOLDI. תפוח באמצע המזבח *Cumulus erat in medio altaris:* explicat hanc vocem Maimonides per כרי, quod pariter cumulum ſignificat alludens ad illud quod habetur Nedarim fol. 19, 1. אם יש בכרי הזה מאה כור *ſi ſint in hoc cumulo centum cori*. תפוח autem dici propter rotunditatem, qua pomum referebat, nulli dubitant. שהיה עגול כתפוח *quia erat rotundus ſicut pomum juxta* כדמות תפוח *ſimilitudinem pomi*. deinde ſumebant ex illo cumulo, deportabantque cineres in locum ubi effundebatur, quod ideo רישון המזבח על האמת *decineratio altaris vera* vocabatur, diſtincte ad תרומת הדשן de qua ſupra.

gradus non fuit, quod ex figura ejus, circumſtantia loci & temporis fuſe demonſtrari poſſet.

Caput 2. Ubi viderent fratres ejus quod deſcendiſſet, accurrerunt & illi, venerunt, properarunt & ſanctificarunt pedes & manus ſuas ex labro, ſumpſerunt palas & fuſcinas, aſcenderunt ad altare, membra & adipem quæ non conſumpta erant a veſpera removebant ad latera altaris, ſi latera non caperent, diſpoſuerunt ea circa ſcil. altare in ponticulo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מגריפות *Palæ*, notum eſt quid ſit. צינורות ſunt fuſcinæ. *Removebant ad latera altaris*, faciebant inde cumulum. *In circuitu ſuper ponticulo*, ſuper ponticulo e regione circuitus. Quando autem ponticuli figuram delineaverimus & altaris, etiam tibi exponemus figuram circuitus סובב dicti.

להרים תרומת הדשן קודם שיפנו את הדשן :

האברים שלא נתאכלו מבערב *Fruſta quæ veſperi non erant conſumpta*, quæ non erant combuſta, ולא נעשו רשן nec in cineres redacta, diſpoſuerant in circuitu altaris quia non poterant ea adolere ante craſtinum diem quando una cum ſacrificio jugi accendebantur, omnia autem quæ circa altare poſita erant לא נפסלו בלינה *noctu profana non fiebant*, & ſi aliquando latera altaris non caperent, diſponebant quoque in ponticulo, eademque ponticuli quæ altaris ratio fuit, וכבש הרי הוא כמזבח :

בסובב על הכבש *In circuitu ſuper ponticulo:* Nos hæc ita non intelligimus, quaſi hic ponticulus altari fuerit circumpoſitus, ſed cum Maimonide explicamus בסובב ועל הכבש qui erat כנגד הסובב ſic etiam Gloſſa בסובב או על גב הכבש

2. Inceperunt colligere cinerem in cumulum, cumulus erat in medio altaris, aliquando in eo erant trecentæ menſuræ Cor, & in tribus feſtis, non decinerabant eum, quia ille pertinebat ad ornatum altaris, ab illo tempore ſacerdos non erat negligens in auferendo cinere.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Poſtquam ſacerdotes in ſummitatem altaris aſcendiſſent, adipes atque membra removebant, quæ tota nocte non erant conſumpta cum prunis, quæque ponebantur ad latera altaris, vel ſuper ponticulum demittebantur, tum cinerem palis detrudebant, eumque addebant cumulo cineris in medio altari, qui תפוח *pomum* dicebatur. Poſtea de iſto cumulo educebant, & ad locum effuſionis cineris ferebant, donec altaris cinis remotus eſſet, & hæc actio vocatur רישון המזבח *decineratio altaris*. Feſtis diebus exceptis, nam altare non purgabant a cinere, ſed cinerem in medio accumulabant in magna copia, quæ magna copia denotatur quando dicit, *trecentæ menſuræ Cor*, non quot ſtricte eſſent tot Cori, ſed fere; ita exponit Gemara, dicens, tribus in locis Sapientes hyperbolice locuti ſunt, de vite, cumulo, & velo, id eſt de opere veli & magnificentia illius in tractatu de Siclis. Vitis autem caſum jam expoſuimus in tractatu de Menſuris Templi.

בשלש מאות כור *Trecentæ menſuræ Cori* Buxtorfius. Cor eandem menſuram eſſe vult quæ Hebraicè חמר dicitur, quicquid ſit, conſtat menſuram non ex minimis fuiſſe, quia Talmudici nos docent hæc intelligi debere דרך גוזמה בלשון הבאי ſive *hyperbolice*, nam ſi רוקא & בצמצום i. e. *præciſe* ſumerentur, vera non eſſent, eo quod מקום לא היתה יכולה להחזיק ג׳ מאות כור *locus non caperet trecentas menſuras Cori*. additque Gemara non tantum legem aut prophetas ſed & Sapientes, hyperbolico uſos fuiſſe loquendi genere, præprimis quidem tribus in locis, ſcilicet ſemel in tractatu *Middot fol.* 36. 1. *de vite aurea* vertici templi impoſita, ſemel

 in

in *Schekalim* de trecentis coram velo ſacerdotibus, & tertio hoc in loco. quæ compendioſe proponens Maimonides dicit: בשלשה מקומות דברו חכמים בלשון הבאי גפן תפוח פרוכת:

ג החלו מעלים בגזרין לסדר את המערכה וכי כל העצים כשרין למערכה הן כל העצים כשרין למערכה חוץ משל גפן ושל זית אבל באלו היו רגילין במורביות של תאנה של אגוז ושל עץ שמן:

3. Incipiebant adferre ligna, ad diſponendam ſtruem, ſed an omnis generis ligna apta ſunt ad ſtruem? omnino, omnia ligna apta ſunt ad ſtruem, excepto vitis & oleæ, ſed ex illis ſolent uti ramis ficus, nucis & arboris oleaginoſæ.

R. OB. DE BARTENORA

מעלים בגזרין *Adducebant ligna*, in longitudine ſtruis lignorum ponebant duo ligna, uti ſcriptum eſt Levit. 1, 7. unde conſtat quod duo ligni fruſta ponebantur. *Sed an omnis generis ligna apta ſunt ad ſtruem*? nam quod auctor dicit, *incipiebant ligna adferre*, in genere dicit, & non exponit qualia erant ligna? & reſpondet ita, ſcil. quod omnia ligna erant idonea, olearum & vitium lignis exceptis, propter terræ Iſraëlis propagationem quia fructus ferunt. Nonnemo dicit rationem eſſe, quia iſta ligna ſtatim comburuntur in cinerem. *Ramis ficus*, malarum ficuum quæ non proferunt fructus. *Et arboris oleagineæ*, eſt arbor quæ balſami oleum profert; ego vero audivi hancce arborem barbare dici pinus. Quamvis autem hæc ſit arbor frugifera, tamen ea neceſſitas non continetur quæ in vite & olea, idcirco non prohibuerunt ipſam ob terræ Iſraëlis prohibitionem, ſicut vitem & oleam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

גזרים *Ligna*, ſunt ligna partita; ſed in tractatu Joma jam expoſuimus capite ſecundo quod omnino quotidie ligna diſpoſuerunt in altare, mane & veſperi pro ſacrificio jugi. In Siphri dicunt, dicit Lex, *& ligna ſtruxerunt in foco*, nam etſi ignis de cœlo aſcenderit, tamen vulgaris ignis adducendus eſt, ſicuti dicit Lex Levit. 6, 5. Sed non comburebant olearum nec vitium ramos propter terræ Iſraëlis habitationem, & quia ſtatim fiunt cinis. Cæterum quod dicit ficuum ligna comburi, id ea conditione intelligendum eſt ſi ficuum ſylveſtrium ligna ſint, quarum fructus non comeduntur. Porro quoque ob terræ Iſraëlis inhabitationem & culturam. Gemara jam expoſuit quod quiſquis ad cinerem removendum dignus habebatur, ei quoque competebat diſpoſitio ſtruis, lignorumque duorum quæ cum ſacrificio continuo veſpertino offerebantur quemadmodum expoſitum eſt capite ſecundo tractatus Joma, & cum ſacrificio continuo matutino, uti in tractatu expoſitum eſt.

ARNOLDI. מעלין בגזרין *Adferunt ligna*, traditione receptum eſt, illa ligna fuiſſe חתוכים *cæſa* מפוצלים *fiſſa* & בדוקים ממום, *explorata an in eis eſſet aliquod vitium*, nam omne lignum, שנמצא בו תלעת פסול *in quo inveniebatur vermis*, *vetitum* erat, atque altari imponere non concedebatur. docent Rabbini mandatum hoc de adferendis & ordinandis lignorum ſegmentis pertinere ad miniſterium ſacrificii veſpertini, vide Joma *cap.* 2. v. 5. pariterque commentarium Jarchi ad illum textum, & diſerta Maimonidis verba hæc ſunt: אמר השם יתברך וערכו עצים על האש ובאה הקבלה כי זה נאמר בתמיד של בין הערבים *Dicit Deus benedictus Levit.* 1, 7. *& ordinabunt ligna ſuper ignem, & accedit traditio ut illud dicamus de miniſterio ſacrificii veſpertini*, verum hæc non incurrere in manifeſtiſſima hujus textus verba, nemo erit, qui non videat. cum non tantum incenſionis quam ſolummodo a ſacerdote mane fieri volunt, ſed apportationis, imo ordinationis lignorum expreſſa mentio occurrat, fruſtra etiam præſidium quærentes in loco qui exſtat *Levit.* 6, 12. *Et accendet ſuper eo ſacerdos ligna ſingulo mane*, quia Synecdochicam eſſe locutionem, unumque poni, & alterum non excludi exiſtimamus.

כל העצים כשרין חוץ משל גפן ושל זית *Omnia ligna idonea ſunt exceptis vitis & oleæ:* variæ rationes a Gemaricis proponuntur, ob quas hæ duæ ſpecies ligni ad combuſtionem in altari non admittuntur. R. Papa dicit משום דקטמי *propter cinerem* quia hæc ligna præprimis ממהרים לעשות אפר *cito abeunt in favillas.* Reſpondent alii propter nodos, qui in hoc ligno copioſe inveniuntur, qui fumum recta aſcendere impediunt & pulchre ardere propter humiditatem quæ in eis continetur, non ſinunt, putantque eo lædi כבודו של מקום quando imponuntur altari ligna שאין שורפין יפה eſt quidam R. Acha qui ſuſtinet hæc ligna vetita eſſe propter proventum terræ Iſraël, ſi enim oleas & vites igne conſumerent לא ימצאו יין לשתות ושמן לסוך ותחרב א"י *non inveniretur vinum quod biberent, oleum quod funderent, & terra Iſraëlis devaſtaretur.*

ד סדר המערכה גדולה מזרחה והזיתה מזרחה וראשי הגזרין הפנימיים היו נוגעים בתפוח וריוח היה בין הגזרין שהיו מציתין את האליתא משם:

4. Diſponebat ſtruem magnam orientem verſus, faciemque ejus ad ortum, ſummitates lignorum interiorum attingebant cumulum, & ſpatium erat intra ligna, quia illic ſegmenta tenuia incendebant.

R. OB. DE BARTENORA.

המערכה גדולה *Strues magna*, quia inſuper alia erat lignorum ſtrues, tres enim quotidie erant ſtrues, quarum prima eſt ſtrues magna ſuper qua ſacrificium juge comburebatur, ſecunda eſt minor, & vocatur ſuffimenti ſtrues, e qua in pala capiebant prunas pro ſuffitu incendendo mane & veſperi; tertia vero duntaxat igni conſervando deſtinata erat, quia ſcriptum eſt Levit. 6. 2. *Et ignis in tentorio ardebit in eo*, hæc ſtrues tertia eſt ad ignem conſervandum.

והזיתה מזרחה *Et facies illius ad ortum*, viſio faciei illius, id eſt janua atque feneſtra ſtruis erat ad orientale altaris latus. וראשי הגזרין *& ſummitates lignorum*, longa erant ligna uſque adeo ut ad acervum pertingerent. אליתא ſegmenta tenuia immiſcebant magnis ad ignem incendendum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus capite quarto tractatus Joma, omnes concedere quod in altari quotidie non plures ſtrues in foco eſſe poſſent, quarum una erat magna qua comburebatur ſacrificium juge, altera erat minor & ſtrues ſuffimenti vocabatur, quia ex ea ſumebant ignem in pala ad ſuffitum matutinum atque veſpertinum incendendum. Dixerunt per iſta verba Levit. 6, 2. *Super foco ſuper altari totam noctem*, intelligi ſtruem magnam; & per hæc, *& altaris ignis accendetur in eo*, intelligi ſtruem ſecundam pro ſuffitu incendendo. Sed jam diximus in principio codicis tertii de damnis quid ſit עושה לו חשית ſcil. quod parietis ſummitati imprimendum ſit aliquod ſignum quo res innoteſceret quum quis id aſpiciebat; eodem modo hic, quando ligna ſtruis diſpoſuiſſent ad orientem altaris, lateri orientali ſignum aliquod imprimebant ſuper lignorum ſtruem, quo indigitabatur a latere orientali diſpoſitionem ſtruis incipere.

ARNOLDI. סדר מערכה גדולה *Diſponebat ſtruem magnam:* Quis hic fuerit docetur in Joma, nimirum ille qui purgatione

gatione altaris perfunctus fuerat מי שוכה בתרומת הרשן יוכה בסידור המערכה Notum eſt ſingulis diebus duas lignorum ſtrues allatas fuiſſe, quarum una magna, altera minor מערכה של קטורת *ſtrues ſuffitus* vocabatur, eo quod ex illa ignem thuribulo ſumerent ad ſuffitum, quem ſingulis mane & veſperis in altari interiori adolebant. R. Meir præter has numerat tertiam מערכה של קיום האש quo primum ordinem reſtaurabant ſi ligna ejus defeciſſent, quartam מערכה לאברים ופדרין שלא נתאכלו מבערב, cui *membra & omenta quæ a ſacrificio veſpertino uſque ad ſequentem auroram non conſumebantur*, imponebant. quintam מערכה שמוסיפין בו ביום unde ſacerdos magnus prunas ad ſuffiendum ſumebat, cum intraret in ſanctum ſanctorum feſto expiationis die, verum huic ſententiæ contradicentes audiamus alios, & inter illos *R. Joſe & R. Jehuda* בכל יום היו ארבע מערכות והיום חמש דברי רבי מאיר רבי יוסי אומר בכל יום שלש והיום ארבע רבי יהודה אומר בכל יום שתים והיום שלש *In omni die quatuor erant ibi lignorum ordines & hodie quinque, verba R. Meir: R. Joſe dixit in omni die tres & hodie ſcil. in feſto diei expiationis quatuor. R. Jehuda dicit in omni die duo & hodie tres. vide* Joma cap. 4. §. 6.

ה בררו משם עצי תאנה יפין לסדר המערכה שניה לקטורת מכנגד קרן מערבית דרומית משוך מן הקרן כלפי צפון ארבע אמות בעומד חמש סאין גחלים ובשבת בעומד שמונה סאין גחלים ששם היו נותנין שני בזיכי לבונה של לחם הפנים האיברים והפדרים שלא נתאכלו מבערב מחזירין אותן למערכה הציתו שתי המערכות באש וירדו ובאו להם ללשכת הגזית:

5. Sumebant inde, ligna ficulnea, quæ apta eſſent componendæ ſtrui ſecundæ ad ſuffitum, e regione cornu occidentalis & auſtralis, extendebaturque a cornu verſus ſeptentrionem quatuor ulnas, prout conjectura erat quinque ſata ſingulis diebus, & in Sabbatho, juxta æſtimationem octo ſata prunarum quia illic deponebant duas thuris acerras panis faciei, fruſta & omenta quæ veſperi non conſumebantur, referebant ad ſtruem, incendebantque duos lignorum ordines igne, tunc deſcenderunt & venerunt in conclave Gaſith.

R. OB. DE BARTENORA.

ברור משם *Eligebant inde*, e loco lignorum. *Ex conjectura quinque Satorum*, in ſtrue iſta fere quinque Satorum prunæ erant, de iis vero ſumebant in pala ad ſuffitum incendendum. *Et in Sabbato ſecundum æſtimationem octo Satorum*, quia plures prunæ neceſſariæ erant pro ſartaginibus ſuffimenti panis facierum, quod de Sabbato in Sabbatum incendebant. *Referebant ad ſtruem*, & illic comburebant ad latera ſtruis magnæ. *Et venerunt in conclave Gazyt*, ad ſortilegium faciendum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אמד Eſt idem quod באומד *ex conjectura*, nam rem in genere, & non exacte conſiderant. Quia autem dixit quod ſtrues ſecunda in Sabbato major erat, quam in reliquis diebus, jam dat rationem rei, ſcil. quod in ſtrue ſecunda die Sabbati duas ſartagines ſuffitus panis faciei comburebant, ſicuti id expoſitum eſt capite undecimo tractatus Menachot. Cæterum capite quarto tractatus Joma jam expoſitum eſt, quod membra & adipes non combuſta ea nocte, ad latera magnæ ſtruis comburebantur, deciſio non eſt ſecundum R. Meyr de tertia ſtrue dicentem; ibi porro dicitur quod tertiam ſtruem faciebant quotidie in qua nullam rem comburebant, ſed ad ignem conſervandum, uti dicitur Levit. 6, 2. *Et ignis ſuper altare accenſus erit in ea*, ſcil. in tertia ſtrue qua ignis conſervatur, & hæc eſt ſententia R. Joſis.

ARNOLDI. עצי תאנה יפים *Ligna ficulnea bona*: nimirum talia quæ non ſtatim abirent in cineres, ſed prunas, quas neceſſe erat deferri in altare interius להקטיר שם קטורת *ad adolendum illic ſuffitum*. ſciendum autem, utrumque lignorum ordinem, tam illum quem ſuperius primi & majoris, quam eum, quem ſecundi & minoris nomine venire diximus, diſpoſitum fuiſſe in altari exteriori, quod non tantum ex Rabbinorum conſtanti doctrina, ſed etiam ex tota ſerie hujus capitis, imo ex hoc ipſo paragrapho, qui præ manibus eſt, ſatis clare deduci poteſt.

בעומד הי סאין גחלים *Juxta conjecturam quinque ſata prunarum*: ſex cabi conſtituerunt ſatum, tria Sata unam Epham, decem Ephæ Corum in aridis, quæ menſura fuit maxima.

שני בזיכי לבונה *Duas acerras thuris*: duo thuribula requirebantur, unum argenteum, alterum aureum, primum accipiendis ex altari quod erat in atrio prunis, ſecundum, in altare quod erat intra velum deferendis, deſtinatum, docetur in Joma ſacerdotem thuribulo בשל זהב non debuiſſe accipere prunas, eumque cum thuribulo בשל כסף ad altare interius accedere non potuiſſe דגנאי הוא להכנים כלי כסף בפנים Eo quod *turpe eſt argenteum inſtrumentum inferre in interiora*, שאין עניות במקום עשירות *quia non eſt paupertas in loco divitiarum*, deinde etiam additur aureum thuribulum argenteo fuiſſe minus, לפי שלא יכול לערות אותו של כסף בשל זהב שלא יפלו מן הגחלים לארץ tunc enim quod minus erat inſtrumentum afferri neceſſe erat, quia thuribulum debuit eſſe plenum ולקח מלא המחתה גחלים האש & *ſumet thuribulum plenum prunis candentibus* Levit. 16, 12.

פרק ג אמר להם הממונה בואו והפיסו מי שוחט מי זורק מי מדשן מזבח הפנימי מי מדשן את המנורה מי מעלה אברים לכבש הראש והרגל ושתי הידים העוקץ והרגל החזה והגרה ושתי הדפנות והחבית הקרבים והסולת והיין הפיסו זכה מי שזכה:

Caput 3. Dicebat eis Præfectus: venite & ſortimini, quis ſit mactaturus, quis ſparſurus, quis cinerem ab altari interiori abducturus, quis lucernas purgaturus, quis membra ad ponticulum portaturus, caput & pedem & duas manus, ſpinam dorſi & pedem, pectus & gulam, duas coſtas & inteſtina, ſimilam & frixa & vinum, ſortiti ſunt, is obtinet, cui ſorte obtingit.

R. OB. DE BARTENORA.

בואו והפיסו *Venite & ſortimini*, ſicuti exponitur capite ſecundo tractatus Joma. *Quis mactabit*, etſi mactatio fieri poſſit per eum qui non eſt ſacerdos, nihilominus tamen in ea ſortem inſtituerunt, quia illius miniſterium eſt omnium primum in ſacrificio continuo, & quia eam præ cæteris amabant, idcirco diſſidium inter ſacerdotes oriebatur, ſi non factum

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi expoſui capite ſecundo tractatus Joma, quatuor olim in Templo fieri ſortes, quarum prima eſt de eo qui altare exterius purgabat, quæ eſt ſecunda ſors, & per hanc ſortem tredecim ſacerdotes ad miniſterium ſuum obeundum exibant, atque hi in circulo conſtituebantur, vel in uno ordine; & in eo conveniebant quod is qui primus aſcenderet ad

factum fuiſſet ſortilegium. *Quis ſpargeret*, qui ſanguinem excipiebat, is quoque ſpargebat; quia autem ſanguinis ſparſio eſt principale miniſterium, idcirco auctor illius potiſſimum meminit.

מי מרשן מזכח הפנימי *Quis purgaret altare interius*, qui vero cinerem ab altari removerett, is quoque ſuffitum incendebat, & quia decineratio erat miniſterii principium ante ſuffitum, idcirco auctor illius potiſſimum meminit; ita decineratio candelabri erat principium accenſionis. *Pectus*, nempe id omne quod terram inferius reſpicit. *Et gulam*, cum gutture, hepate & corde.

זכה מי שזכה *Is obtinet, cui ſorte obtingit*, cui obtingebat ſors, is ſpargebat ſanguinem, ei proximus mactabat, etſi enim mactatio præcederet ſanguinis exceptionem, nihilominus tamen quia miniſterium ſparſionis erat excellentius miniſterio mactationis, quia hæc fieri poterat ab eo qui non erat ſacerdos, quod non ita eſt in ſparſione, idcirco is cui primo obtigerat ſors ſpargendi, aſcendebat, & ei proximus mactabat, tertius decinerabat altare interius, & ſuffitum incendebat; quartus decinerabat candelabrum, & candelas incendebat; quintus pedes & caput ad altaris ponticulum deferebat; ſextus adducebat utrumque armum; ſeptimus ſpinam dorſi; octavus pectus & gulam; nonus duo latera; decimus ilia & undecimus ſimilam muneris libaminis, quod offerebatur cum ſacrificio jugi; duodecimus ſartagines pontificis maximi; decimus tertius vinum libaminis, hi omnes tredecim ſacerdotes per unam ſortem ſe ad miniſterium conferebant, uti expoſitum eſt capite ſecundo.

ad ſortem, mactaret, & ei proximus ſpargeret ſanguinem, & ſecundus erat ſacerdos. Præterea capite tertio tractatus Joma quoque expoſitum eſt quod is qui ſpargebat ſanguinem, etiam eum exciperet; tertius vero cinerem removebat ab altari interiori, quia in ipſo quotidie ſuffitus faciebat. Quartus autem candelabra purificabat, & cinerem ab ellychniis removebat. Quintus ſacrificii caput & pedes ad ponticulum altaris adducebat, ſextus duos armos, ſeptimus ſpinam dorſi, octavus pectus & ingluviem, nonus duo latera, decimus ilia, undecimus ſimilam pro libaminibus, quæ cum ſacrificio jugi offerebantur, ſicuti in principio Menachot expoſitum eſt. Duodecimus adferebat pontificis maximi ſartagines, & decimus tertius adducebat vinum libaminis quod cum jugi ſacrificio libabatur; quomodo autem membra ſacrificii diſponebantur quando adducebatur ſacrificium, poſtea exponetur. Sed in tractatu Joma ſpargens præponitur mactanti; & in tractatu de Sacrificio Jugi exponitur ratio quare mactatio fieri poſſit per eum qui non eſt ſacerdos, ſicuti exponitur capite tertio tractatus de Sacrificiis.

ARNOLDI. אמר להם הממונה *Dixit eis præfectus*; quæritur merito & diſputatur inter Judæos quiſnam hic fuerit, ſunt qui eundem eſſe volunt cum eo qui Sagan dicitur, quod etiam Gloſſa videtur innuere ממונה הוא סגן *præfectus eſt ſagan*, invenias alios qui hunc, ab eo qui איש הר הבירה Præfectus montis templi audit, diſtinguere nolint, ſed rejicitur hoc ab illis qui τὸν ממונה toti miniſterio ſacro, illum autem excubiis tantum præfuiſſe conſtanter docent, allegantes inter cætera loca Middot hal. 2. איש הר הבית היה מחזיר על כל המשמר ומשמר *Montis templi præfectus ambulabat per ſingulas excubias*, erant quidem duces variarum excubiarum quales procul dubio fuerunt qui ϛρατηγοὶ τȣ̃ ἱερȣ̃ vocantur *Luc.* 22, 25. ſed hunc diſtinctive & per eminentiam ſumptum eum eſſe arbitrantur qui caput erat omnium capitum excubiarum, quæ ſi vera ſint, non male colligemus hæc appoſite illi poſſe applicari qui Act. 4, 1. in numero ſingulari κατ᾽ ἐξοχὴν ϛρατηγὸς τȣ̃ ἱερȣ̃ appellatur.

הפיסו מי שוחט *Sortiti ſunt quiſnam mactabit* &c. Docetur in Joma quatuor fuiſſe ſortes in domo ſanctuarii, quarum *prima* erat de decineratione altaris exterioris, *altera* de qua hic agitur, *tertia* de ſuffitu adolendo, *quarta* de adferendis fruſtis ex ponticulo in altare. tenendum autem eſt ſecundam ſortem habitam fuiſſe in conclavi Gaſith, & tredecim illa perfunctos eſſe ſacerdotes, qui omnes circulo facto juxta ordinem ſe componebant, adeo ut ille cui ſors obtingebat *primus* eſſet, qui mactabat, alter qui ſequebatur, *ſecundus*, qui ſpargebat, *tertius*, qui altare interius decinerabat, *quartus*, qui lucernas purgabat, *quintus*, qui caput & pedem ad ponticulum deferebat, *ſextus*, qui duos armos, *ſeptimus*, qui caudam ſpinæ dorſi, *octavus*, qui pedem alterum, pectus & gulam, *nonus*, qui duo latera, *decimus* qui viſcera, *undecimus*, qui farinam, *duodecimus*, qui frixa, *decimus tertius*, qui vinum portabat.

ב אמר להם הממונה צאו וראו אם הגיע זמן השחיטה אם הגיע הרואה אומר ברקאי מתיא בן שמואל אומר האיר פני כל המזרח עד שהוא בחברון והוא אומר הן :

2. Dicebat illis Præfectus, exite & videte, an inſtet tempus mactationis, ſi inſtaret, clamabat ſpeculator Coruſcationes: Matthia filius Samuelis dicit, illuminavit facies totius orientis uſque ad Hebron? reſpondebat ita.

R. OB. DE BARTENORA.

צאו וראו *Exite & videte*, in locum editum in Templo. וזמן השחיטה *tempus mactandi*, nam mactatio nocte facta eſt, uti dicitur in Lege, *in die mactationis veſtræ*. ברקי id eſt, aurora illuxit. *Illuminavit facies totius orientis*, nam non ſufficiebat auroram in puncto illuxiſſe; deciſio eſt ſecundum Mattiam filium Samuelis. *Uſque ad Hebron*? qui interius ſtabant, ii interrogabant, an ad Hebron lux perveniſſet? & iis reſpondebat vigil, ita; & ita dicebant ad patrum dignitatem in Hebron ſepultorum memorandam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Vigil aſcendebat locum altum, & quando orientalem videbat plagam, & in ea orientem auroram, dicebat ברקי, quo ſignificabat auroræ lucem ſplendere. Dicit Mattias Samuelis filius iſto tempore totum orientem illuminatum eſſe, & non tantum in puncto quodam illuxiſſe lucem, idcirco ei dicebant ii qui in ſolo atrii ſtabant, an lux ad oculi tui viſum pertigit uſque ad Hebron? reſpondit eis, ita, & tum mactabat ſacrificium juge. Et dicebant uſque ad Hebron, in memoriam patrum qui in Hebron ſepulti erant. Hæc Miſna jam allata eſt capite tertio tractatus de die Expiationis, ibique deciſio ſecundum Mattiam Samuelis filium pronunciatur.

ARNOLDI. וזמן השחיטה *Tempus mactationis*, hoc erat, quam primum fulgor auroræ prorupiſſet, nam quod noctu præcipiti imprudentia mactatur נפסל *profanum* cenſebatur, adde dici ביום זבחיכם affertur Exemplum in Joma cap. 3. §. 2. narraturque ſacerdotem magnum כליל צום כפור lunari jubare deceptum ſacrificium mactaſſe, ſtatimque deprehenſo errore non tantum aliam mactationem, ſed & lotionem ſui ipſius inſtituere debuiſſe.

הרואה אומר ברקאי *Speculator dicebat coruſcationes*: aſcenderat aliquis in locum excelſum על החומה או על הגג, & ſimul ac lucem a parte orientis erupiſſe perſpexiſſet, clamabat; quantum ad vocem ברקאי attinet, illam ſingularis, ſi Gemaram Babylonicam ſequamur, ſi Maimonidem, pluralis numeri dicemus; diſquiritur inter magiſtros an צופה *ſpeculator* hac formula uſus fuerit an vero alia, nec hoc tantum, ſed an non potius illi quæ præerat ſortibus, vel etiam ab iis שהיו בעזרה de diluculo interrogantibus reſponderit, poſterius multis probabile eſt תניא רבי ישמאל אומר ברק ברקאי רבי עקיבה עלה ברקאי נחומה אומר אף ברקאי בחברון רבי יהודה אומר האיר פני כל המזרח עד שבחברון איש איש למלאכתו : *Legitur*

gitur in Baraitha R. Iſmaël dicit coruſcat coruſcatio. R. Akiba, aſcendit coruſcatio, Nachuma dicit, jam ſunt coruſcationes in Hebron, R. Jehuda dicit, illuminat facies totius orientis uſque ad Hebronem? ut jam omnes egrediantur unuſquiſque ad opus ſuum? dicitque Maimonides hic ſtandum eſſe a ſententia *Mathiæ filii Samuelis*, cujus in Miſchna mentio eſt.

ג אמר להם צאו והביאו טלה מלשכת הטלאים והרי לשכת הטלאים היתה במקצוע צפונית מערבית וארבע לשכות היו שם אחת לשכת חטלאים ואחת לשכת החותמות ואחת לשכת בית המוקד ואחת לשכה שהיו עושין בה לחם הפנים :

3. Dicebat illis, ite & adducite agnum ex conclavi in quo ſunt agni, illud autem conclave erat in angulo ſeptentrionali occidentali, & quatuor illic erant conclavia, unum agnorum, alterum ſigillorum, conclave domus foci & conclave in quo præparabant panem facierum.

R. OB. DE BARTENORA.

מלשכת הטלאים *E conclavi agnorum*, erat conclave in quo agni pro ſacrificio jugi erant. לשכת החותמות *conclave ſigillorum*, eorum qui ſimilam pro munere comparabant, & vinum pro libamine, nam ad præfectum ſigillorum ibant, qui iis nummos ſuppeditabat ſecundum libamina quibus indigebant, dabatque illis aliquod ſignum quod ad præfectum libaminum deferebant, a quo libamina recipiebant; conclave autem iſtud in quo erat ſigillorum præfectus, vocabatur conclave ſigillorum. In tractatu de Siclis expoſitum eſt in Templo fuiſſe quatuor ſigilla quibus inſcriptum erat, vitulus, maſculus, hœdus, peccator. Quando igitur educebat ſigillum cui inſcriptum erat vitulus, inde conſtabat pecuniam eſſe ſolutam pro libamine arietis. E ſigillo maſculi conſtabat pecuniam eſſe datam pro agni libamine juvenci; e ſigillo hœdi notum erat datam eſſe pecuniam pro libamine agni. E ſigillo peccatoris apparebat nummos pro leproſo eſſe datos. *Conclave domus foci*, ita vocabatur ob מדורה *rogum* in ipſo ardentem jugiter.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam diximus in principio hujuſce tractatus quod domus foci erat conclave magnum, ubi erant hæc quatuor conclavia in quorum uno ex illis erat ignis incenſus qui in principio tractatus vocatur מדורה *pyra*, & propterea totum conclave vocatur *domus foci*. Quum vero Templi figuram delineaverimus, tibi etiam conclavium ordinem in atrio exponemus.

ARNOLDI. לשכת החותמות *Conclave ſigillorum:* Erat hoc exſtructum in uſum eorum, qui accipiebant ſimilam ad munus & vinum ad libamina, ab eis שמכנעין שם accedebant ad præfectum ſigillorum, dabantque ei nummos juxta æſtimationem libaminum, qui dedit illis ſignum quod ubi exhibuiſſent libaminum præfecto מקבלים ממנו הנסכים *ſumpſerunt ab eo libamina.* quatuor teſtantur Judæi ſigna fuiſſe, quibus quatuor hæc nomina inſcripta erant עגל זכר גדי חוטא ſi adferrent ſignum cui inſcriptum erat עגל ſcivit præfectus libaminum jam ſolutos eſſe nummos præfecto ſigillorum pro libaminibus *vaccæ*, ſi זכר pro libaminibus *arietis*, ſi גדי pro libaminibus *ovis*, ſi חוטא pro libaminibus *leproſi.*

ד נכנסו ללשכת הכלים והוציאו משם תשעים ושלשה כלי כסף וכלי זהב השקו את התמיד בכוס של זהב אף על פי שהוא מבוקר מבערב מבקרין אותו לאור האבוקות :

4. Ingreſſi ſunt conclave inſtrumentorum & produxerunt inde nonaginta tria argentea & aurea inſtrumenta, adaquarunt pecudem ex poculo aureo, quamvis veſperi explorata eſſet, perquirebant eam ad lucem candelarum.

R. OB. DE BARTENORA.

תשעים ושלשה *Nonaginta tres*, non exponit auctor quare hic vaſorum numerus erat neceſſarius; ſed in Talmude Jeruſolymitano dicitur eum reſpondere nonaginta novem nominibus ſanctis in prophetia Hagai, Zachariæ, & Malachiæ. השקו את התמיד *bibendum dabant ſacrificio jugi*, circa mactationem illius, ut eo facilius excoriaretur. *In vaſe aureo*, nonnulli dicunt hæc hyperbolice dici, quia revera non erat aureum, ſed ex ære optimo ut appareret eſſe aureum. Nonnulli vero dicunt proprie ex auro conſtitiſſe iſtud vas, quia in loco divitiarum non eſt locus paupertatis. *Quamvis veſperi explorata eſſet*, nam ſacrificium juge viſitandum erat ob vitia per quatuor dies ante mactationem, ſicuti fiebat in agno Paſchali.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hic numerus eſſe poteſt ſecundum vaſa quæ ad diei miniſterium neceſſaria erant. Cæterum in tractatu de Feſtis Solennibus in Talmude Jeruſolymitano dicunt huncce numerum reſpondere nonaginta novem qui ſunt in Hagai, Sacharia, & Malachia. Pecudi vero ſacrificii jugis exinde aquam porrigebant ante mactationem, quia ope aquæ facilior erat excoriatio, uti in tractatu Beza. Atque iſta aqua proponebatur in vaſe aureo magnificentiæ ergo, quia in loco divitiarum non debet eſſe locus paupertatis. *Perquirebant eam*, ne vitio laboraret.

ARNOLDI. תשעים ושלושה כלי כסף *Nonaginta tria inſtrumenta argentea:* Non poſſum non hic adferre rationem hujus numeri ridiculam, quam ex codice Chagiga Talmudis Hieroſolymitani adductam, approbant Rabbinorum aliqui. לא אתפרש למה הוצרכו למנין של כלים הללו אמרו כנגד תשעים וגי אזכרות שבנבואות חגי זכריה ומלאכי :
Non explicatur, in quem uſum requirantur hæc inſtrumenta, dixerunt, ut reſpondeatur nonaginta tribus nominibus Dei memorialibus, quæ habentur in prophetiis Hagai, Sachariæ, Malachi. Sed hoc quam ineptum, quam inconſequens ſit, non attinet dicere, cum ab ipſo R. Houna non tantum abſurditatis ſed etiam falſitatis arguatur. quæ cauſa eſt ut credam Maimonidem, Bartenoram, Jom Tob hanc ſententiam in ſuis commentariis non eo fine allegaſſe, ut approbaverint, ſed quod recitando illam, ſufficienter refutatam ſignificare voluerint. adeo ut לא נתכוונו חכמים לצוות להוציא כלי שרת כנגד השמות אלא לפי שהוצרכו לכל כך כלים לכל יום :
Intentio Sapientum non fuerit præcipere, ut tot producerentur inſtrumenta miniſterii, quæ reſponderent nominibus Dei, ſed quia requirebantur tot inſtrumenta ſingulis diebus.

השקו את התמיד *Adaquarunt pecudem quæ ſacrificio jugi deſtinata erat*, ſcilicet parum ante mactationem ejus כדי שהא עורו נפשט יפה *ut cutis bene detraheretur*, Bartenora.

בכוס של זהב *Ex poculo aureo*, diſſentiunt hic magiſtri, aliis materiam hujus ſchyphi, auream, aliis æneam fuiſſe ſtatuentibus אית דאמרי גיזמא דלא של זהב היה אלא של נחשת יפה כזהב ואית דאמרי בכוס של זהב ממש שאין עניות במקום עשירות *ſunt qui dicunt, hyperbolem eſſe, quia non ex auro erat, ſed ex ære, quod pulchrum erat ſicut aurum, & ſunt qui dicunt, ex poculo auri veri, quia non eſt paupertas in loco divitiarum.*

מבקרין אותו *Explorabant eam*; potuiſſet enim illa nocte contrahere aliquod vitii, ob quod offerri licitum non fuiſſet, quapropter non tantum requirebatur exploratio quæ

 fieri

fieri debebat quatuor dies ante mactationem ſacrificii jugis, non tantum veſpertina, quæ fiebat illa veſpera, quæ immediate antecedebat oblationem, ſed & matutina, ad lucem candelarum, quando quam primum aurora prorumperet, immolatio inſtituenda erat.

ה מי שזכה בתמיד מושכו והולך לבית המטבחיים ומי שזכו באיברין הולכין אחריו בית המטבחיים היה לצפונו של מזבח ועליו שמונה עמודים ננסין ורביעין של ארז על גביהן ואונקליות של ברזל היו קבועין בהן ושלשה סדרים היה לכל אחד ואחד שבהן תולין ומפשיטין ושלחנות של שיש בין העמודים :

5. Qui deſignatus erat ad ſacrificium juge, attrahendo illud ivit ad locum lanionum, illi qui deſignati erant ad fruſta, iverunt poſt eum, domus lanionum erat ad ſeptentrionem altaris, & in ea octo columnæ breves, ſupra quibus aſſeres cedri quadrati, uncique ferrei eis affixi erant, quorum ſinguli tres habebant ordines, ad quos ſuſpendebant, ad detrahendum pellem, menſæ etiam marmoreæ erant inter columnas.

R. OB. DE BARTENORA.

לצפונו של מזבח *Ad ſeptentrionem altaris*, ſacrificii jugi holocauſtici, nam holocauſta ſeptentrionale latus requirunt. רביעין של ארז *quadrati cedri aſſeres*, aſſeres quadrati cedrini erant ſuper columnis. אונקליות *uncini*, in forma duplicis literæ (וו.) *Eis infixi erant*, iſtis cedri quadratis; & iis pecudem apponebant. *Tres ordines*, ſcil. uncinorum, unus e regione alterius erat, ad pecudes parvas & magnas iis appendendas. שולחנות של שיש *menſæ marmoreæ*, in quibus ilia exſiccabant, & hæ ex auro fieri poterant, quia in loco divitiarum non eſt locus paupertatis; at hæ potius e marmore fiebant quia aurum corrumpit, marmor vero a corruptione conſervat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עמודים *Columnæ*, aſſeres breves. ורביעין של ארז *& aſſeres quadrati cedri*, baſes e cedro, ſive aſſeres denſi. Cæterum capite ſexto tractatus de Siclis expoſitum eſt quod in loco mactationis tres menſæ erant marmoreæ in quibus exſiccabant ilia; quare autem eas fecerunt e marmore, & non ex auro, quia nobis hypotheſis eſt in omnibus operibus Templi, uti diximus aliquoties, ad demonſtrandum quod in loco divitiarum non ſit locus paupertatis? quia aurum corrumpit carnem, marmor vero recreat, & a corruptione conſervat; idcirco in hoc caſu dixerunt, quia corrumpit carnem.

ARNOLDI. עמודים ננסין *Columnæ breves:* Maimonides hanc vocem interpretatur קצרים Bartenora נמוכים *depreſſæ*, quaſi a *Nanus νάν*ϛ, quod hominem brevis ſtaturæ, quæ parum ſupra terram, infra reliquorum hominum ſtaturam exſtat, ſignificat, hinc etiam Rabbinis dicitur talis ננס de quo illud *Bech. fol.* 45, 2. ננס לא ישא ננסת שמא יצא מהם אצבעי *Nanus non ducat nanam, ne proveniat ab illis digitalis.*

שלחנות של שיש *Tabulæ marmoreæ:* tales tres fuiſſe teſtatur Philoſophus ex codice *Schekalim cap.* 6. quæritur autem inter Magiſtros cur ex marmore non ex auro, ut pleraque quidem inſtrumenta ſanctuarii, menſæ hæ in domo lanionum compoſitæ fuerint? & reſpondetur לפי שהזהב מפסיד הבשר והשיש מקררו ומרחיק מן העפוש *quia aurum corrumpit carnem & mucidam facit, marmor vero frigefacit & conſervat a putredine.*

ו מי שזכו בדישון מזבח הפנימי והמנורה היו מקדימין וארבעה כלים בידם הטני והכוז ושתי מפתחות הטני דומה לתרקב גדול של זהב מחזיק קבין וחצי והכוז דומה לקיתון גדול של זהב ושתי מפתחות אחד יורד לאמת השחי ואחד פותח כיון :

6. Qui deſignabantur ad decinerationem altaris interioris & candelabri, præcedebant quatuor habentes inſtrumenta Teni, Cos & duas claves; Teni eſt vas ſimile caniſtro magno aureo, continens duos cabos cum dimidio, Cos eſt vas ſimile poculo magno aureo, & duarum clavium una deſcendebat ad cubitum axillæ, altera vero ſtatim aperiebat.

R. OB. DE BARTENORA.

טני Eſt idem quod טנא *caniſtrum*, & habet os anguſtum. כוז eſt poculum quod ita dicitur Arabice. *Duas claves*, ad aperiendum duas ſeras portæ ſeptentrionalis. תרקב eſt vas quod tres continet Cabos; eſtque vox compoſita ex תרי *duo* & קב *Cabus*; & quamvis hocce vas ſimile eſſet תרקב nihilominus tamen non plus quam duos Cabos cum dimidio continebat, & ex auro conſtabat. אחד יורד לאמת שחי *una deſcendebat ad cubitum axillæ*, portæ ſeptentrionali uti Miſna dicit, duæ erant ſeræ, una inferius & introrſum, ſacerdos itaque intrare volens manus ſuæ cubitum mittebat in parietis foramen uſque ad axillam, & ita manu ſua aperiebat interius; aliam vero aperiebat manu ſua facili negotio: vox כיון idem notat quod כנגדו *e regione.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hujus dicti hic eſt ordo טני *Teni* habebat formam תרקב magni, urcei & conſtabat ex auro. כוז *Cos*, habebat magni ſcyphi formam, & ex auro conſtabat. אמת השחי *cubitus Sechi*, eſt locus ſub axa manus qui ita vocatur. Porro pro hac janua claudenda duæ erant ſervæ, una pro inferiori parte, ne facile aperiretur niſi donec homo extendiſſet manum ſuam e loco in quo ſtabat, & protraheret cubitum brachii ſui uſque ad finem axillæ, & propterea dicit auctor, *una deſcendebat ad cubitum axillæ.* Alteram vero ſeram ſtans aperiebat e regione manus illius, nam non erat neceſſe manum elevare ſuperius, neque eam demittere inferius, & hoc eſt quod auctor dicit, *& una aperiebat ſtatim*; ſed vox כיון notat idem quod כנגדו *e regione*. Poſtea auctor dicit quænam porta habebat duas iſtas ſeras.

ARNOLDI. הטני *Teni:* vaſis nomen cujus uſus erat in culinis, hic autem in decineratione altaris interioris; in *Baal Aruch* ſcribitur eſſe ab Hebræo טנא quod *corbem* vel *caniſtrum* ſignificat. Sic etiam Autor עץ חיים explicat טנא דומה לסל ופיו רחב, *Teni ſimile corbi, oris lati.* Habebat præterea hoc inſtrumentum operculum, de cujus puritate aut pollutione multum apud Gemariſtas controvertitur in tractatu *Kelim* pag. 12.

הכוז *Cos:* tale vas hic intelligi, quod ſcyphi aut poculi formam habebat, commentatores nulli dubitant, cum pariter omnes per vocem קיתון explicent, idemque eſſe velint, quod Arabes *Alcos* vocant.

דומה לתרקב *Simile Tarkab*, ſimile quidem hoc vas fuit quoad formam, non autem quoad menſuram, nam notum eſt Tarkab eſſe כלי שמחזיק שלשה קבין *inſtrumentum quod continet tres cabos*, adeo ut falſa ſit aliorum etymologia, תרקב dici תרי קבין, cum conſtanter a peritioribus doceatur quod ſit תרי וקב *duo cabi & unus.*

ז בא לו לפשפש הצפוני ושני פשפשין היו לו לשער הגדול אחד בצפון ואחד בדרום שבדרום לא נכנס בו אדם מעולם ועליו הוא מפורש על ידי יחזקאל ויאמר אלי ה׳ השער הזה סגור יהיה לא יפתח ואיש לא יבא בו כי ה׳ אלהי ישראל בא בו והיה סגור נטל את המפתח ופתח את הפשפש נכנס לתא ומן התא אל ההיכל עד שהוא מגיע לשער הגדול הגיע לשער הגדול העביר את הנגר ואת הפותחות ופתחו לא היה שוחט השוחט עד ששומע קול שער הגדול שנפתח:

7. Accedebat ad januam ſeptentrionalem, duæ enim erant januæ in porta magna, quarum una ad ſeptentrionem, altera ad auſtrum, per illam quæ ad Auſtrum, nunquam ingreſſus erat ullus homo, & de ea explicatum eſt per Eſechielem: dixit autem mihi Dominus, janua hæc clauſa erit & non aperietur, nullus ingredietur per eam, quia Dominus Deus Iſraëlis venit per eam, ideo clauſa erit; ſumebat clavem & aperiebat oſtium, veniebat in conclave, & ex conclavi in templum, donec appropinquaret ad portam magnam, removebat vectem & peſſulos aperuitque eam, qui mactabat, non mactabat antequam audiret ſonitum portæ magnæ, quando aperiebatur.

R. OB. DE BARTENORA.

ושני פשפשין היו לו לשער הגדול *Et duæ januæ erant portæ magnæ*, & in principio craſſitiei parietis ſex cubitorum quoque januæ erant, & aliæ in fine craſſitiei in parte inferiori. *Duæ januæ*, harum una erat ad dexteram portæ magnæ; altera ad ſiniſtram paulum a porta diſtans. De meridionali porta ſcriptum eſt Ezech. 44, 1. סגור יהיה ſcil. in Templo futuro non aperietur, forſan autem ita erat in primo Templo. Sed janua ſeptentrionalis aperiebatur per foramen aliquod, in quod manum mittebant uſque ad axillam, & poſtea manum introrſum demittebant. Altera vero ſera abſque ullo negotio aperiebatur, & tum per januam intrabant uſque ad תא ſive conclave verſus Templum apertum, & exinde in Templum intrabant, in quo uſque ad portam magnam pergebat, quæ erat in fine craſſitie parietis, introrſum, quam aperiens ibat ad portam ſecundam, & interius ſtans eam aperiebat. נגר eſt ſera quæ ab una januæ extremitate ad alteram pertingebat. Alia expoſitio, eſt paxillus poſteriori parti januæ foraminis poſticæ infixus. פותחות notat ſeras.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scias quod porta palatii Templi vocetur *porta magna*, cui in lateribus ſuis duæ erant parvæ januæ, ad ſeptentrionem, cui duæ erant ſeræ, uti diximus, & cum quis eam aperire vellet, per feneſtram intrabat inter duos parietes, & hæc vocabatur תא, ſicuti in tractatu de Menſuris Templi exponitur. Poſtea per iſtam feneſtram intrabat uſque ad januam per quam in Templi palatium pergebat, uti in eodem tractatu expoſuimus. Quando autem quis Templi palatium ingredi vellet, magnam aperiebat januam ad ſacrificium juge mactandum.

ARNOLDI. שער הגדול *Porta magna*: quæ habebat valvas non tantum בתחלת הכותל in prima parte parietis שהיה עוביו שש אמות, *qui tres ulnas craſſus erat*, ſed etiam דלתות אחרות בצד פנים

נכנס לתא *Ingreſſus eſt conclave.* Ita vertendam eſſe hanc vocem docet nos Bartenora, תא היא לשכה אחרת פתוח להיכל:

מגיע לשער *Appropinquans ad portam*: nimirum ad illam, quæ erat in poſteriore parte muri, quæ alias שער השני *porta ſecunda* vocabatur, ut ita ſacerdos עומד בפנים *ſtans intra murum*, illam aperuerit.

העביר את הנגר *Removit vectem*, ſi quis Hæbræorum commentarios perlegat, videbit unum per נגר intelligere בריח שמבריח מקצה הדלת לקצה הדלת alterum eandem vocem explicare per היתד הנעוץ אחרי הדלת בנקב שבאסקופה *clavum, qui infixus eſt poſt januam foramini, quod eſt in limine.*

ח מיריחו היו שומעים קול שער הגדול שנפתח מיריחו היו שומעים קול המגריפה מיריחו היו שומעים קול העץ שעשה בן קטין מוכני לכיור מיריחו שומעים קול גביני כרוז מיריחו היו שומעים קול החליל מיריחו היו שומעים קול הצלצל מיריחו היו שומעים קול השיר מיריחו היו שומעין קול השופר ויש אומרים אף קול של כהן גדול בשעה שהוא מזכיר את השם ביום הכפורים מיריחו היו מריחים ריח פטום הקטורת אמר רבי אליעזר בן דגלאי עזים היו לבית אבא בהר מקוור והיו מתעטשות מריח פטום הקטורת:

8. Ab urbe Jericho audiebant ſtridorem portæ magnæ quando aperiebatur; ab urbe Jericho audiebant ſonitum inſtrumenti muſici; ab urbe Jericho audiebant ſtridorem lignariæ fabricæ, quam fecit filius Catini machinam labro; ab urbe Jericho audiebant vocem Gabini præconis; ab urbe Jericho audiebant ſonitum tibiæ; ab urbe Jericho audiebant ſonitum cantici; audiebant ſonitum tubæ, ſunt qui dicunt etiam auditam fuiſſe vocem ſacerdotis magni, tempore illo quando memorabat Nomen in die expiationis; ab urbe Jericho odorabant odorem mixturæ aromaticæ ſuffitus. Dixit R. Elieſer filius Daglai familiam Abæ capras habuiſſe in montibus Micvor, quæ ſternutabant ab odore conditura aromaticæ ſuffitus.

R. OB. DE BARTENORA.

מיריחו היו שומעים קול שער הגדול *Ab urbe Jericho audiebant ſtridorem portæ magnæ*, Jericho autem ab Jeruſolyma diſtabat decem milliaria. מגריפה erat aliquod inſtrumentum muſicum in Templo, quod decem habebat foramina, quodlibet autem foramen centum modorum modulationem proferebat, & ſonus ipſius procul audiebatur. *Ben Catin*, eſt nomen alicujus ſacerdotis ſummi qui labro aliquam ſphæram confecit, ad eam in puteum immittendum, ne aquæ illius pernoctando polluerentur; quando autem eam ſurſum e puteo attrahebant ad manus pedeſque in ea lavandos, ſphæ-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſitum eſt in Gemara ad titulum Erachin quod hoc inſtrumentum מגריפה erat muſicum; dixerunt Sapientes מגריפה erat in Templo, & in ipſo decem foramina, ex unoquoque proveniebat modus muſicæ; & forſan hoc inſtrumentum muſicum vocatur מגריפה *cochlear*, quia illius figuram habebat. *Gabini præconis*, is ante ortum auroræ clamabat, *conferte vos ſacerdotes ad miniſteria veſtra, & Levitæ ad ſuggeſtum veſtrum.* Hoc jam oſtenſum eſt capite primo, ubi dixit, *clamor viri*, uti in Gemara ad tractatum Joma exponitur; ibique exponitur quod מוכני quod Ben

ſphæræ ſtridor uſque ad Jericho audiebatur. *Gabini præconis*, ita vocatur ſacerdos qui ſingulis horis matutinis clamabat in Templo, *ſurgite ſacerdotes ad miniſteria veſtra*, חליל eſt tibia, barbare Zalmizlis, Arabice מזמאר: alii dicunt eam barbare vocari piperi, & ſonus illius procul audiebatur. מכוור eſt nomen loci.

Ben Catin fecit ſuperius tectum erat & in rotam deſcendebat; idcirco dixerunt, quid eſt מוכני? rota quam perforabant cujuſque ſonus audiebatur. Cæterum notum eſt quod quotidie buccina clangebant, uti in fine tractatus de Tabernaculis dicitur.

ARNOLDI. קול המגריפה *Sonitus inſtrumenti muſici.* Etymologiam multi tacent, ſed conjecturam facit Maimonides, dicitque אפשר שנקרא מגריפה לפי שצורתה היתה כן *forſan vocatur magrepha, quia forma ejus talis erat*, hoc eſt palæ qua cinis removetur ab altari, aut cochlearis quo agitatur coctura in olla ſimilitudinem referebat. conſtat interim fuiſſe כלי נגון *inſtrumentum muſicum*, quod decem habebat foramina, quorum unumquodque varias melodias producebat, adeo ut ſimul centum diverſæ audirentur, uti colligi poteſt ex additionibus Jom Tob י׳ נקבים היו בה ובכל נקב היה קנה אחד ובכל קנה וקנה היו בו י׳ נקבים ובכל נקב של קנה הוציא מין זמר נמצא כולה מוציא ק׳ מיני זמר *Decem foramina erant in ea, & in unoquoque foramine erat calamus unus, in ſingulo calamo decem foramina, unumquodque foramen calami producebat ſpeciem cantilenæ, colligitur ſumma, quod produxerit centum ſpecies cantilenarum.*

קול גביני כרוז *Vox Gabini præconis*, ſacerdos hic fuit, cujus officium erat in templo ſanctuarii, ſingulis mane קדם עלית השחר proclamare עמרו כהנים לעבודתכם *ſiſtite vos ſacerdotes ad miniſteria veſtra.*

קול של כהן גדול *Vox ſacerdotis magni* reſpicitur hic ad confeſſionem publicam, quam ſacerdos magnus in ſolenni expiationis die faciebat, tunc enim הירה מזכיר את השם id eſt, nomen illud Tetragrammaton pronunciabat, quod quamprimum audiviſſent ſacerdotes, & populus qui erant in atrio משתחוים ונופלים על פניהם ואומרים בשכ״מלו *incurvabant ſe, & procidebant in faciem, dicentes: benedictum ſit nomen gloriæ, regnum ejus in ſeculum & æternitatem.* vide Jom. cap. 6. §. 2.

ט מי שזכה בדישון מזבח הפנימי נכנס ונטל את הטני והניחו לפניו היה חופן ונותן לתוכו ובאחרונה כיבד את השאר לתוכו והניחו ויצא מי שזכה בדישון המנורה נכנס ומצא שתי נרות מזרחיים דולקים מדשן את השאר ומניח את אלו דולקין במקומם מצאן שכבו מדשנן ומדליקן מן הדולקין ואחר כך מדשן את השאר ואבן היתה לפני המנורה ובה שלש מעלות שעליה הכהן עומד ומטיב את הנרות והניח את הכוז על מעלה שניה ויצא:

9. Qui deſignabatur ad decinerationem altaris interioris ingrediebatur, ſumptoque vaſe depoſuit illud coram facie ſua, tunc pugillo capiens corbi impoſuit, ſed poſtea everriculo purgavit reliquum cinerem, quo depoſito egreſſus eſt; qui deſignabatur ad decinerationem candelabri, ingrediebatur, quando inveniebat duas lucernas, quæ erant ad orientem ardentes, reliquum decinerabat, & in locum ſuum depoſuit, quando inveniebat illas exſtinctas, decinerabat eas, accendebatque ad ardentes, & poſtea decinerabat reliquas; lapis erat e regione candelabri, qui habebat tres gradus, in quibus ſtabat ſacerdos, quando aptabat lucernas, tunc depoſito, in gradu ſecundo, vaſe, abiit.

R. OB. DE BARTENORA.

באחרונה *Poſtea vero*, nam exigua cineris copia erat, ſed eum pugillis ipſius capere non poterat, idcirco reliquum cinerem intra corbem colligebat. והניחו *& deponebat ipſum*, ſcil. corbem, & tum exibat, at non ſtatim educebat ipſum, nam quia cinis circa altare ad occidentem deponi debebat, uti fiebat in decineratione candelabri, idcirco expectabat donec ſanguis ſparſus eſſet ſacrificii jugis, nam duæ lucernæ inſtruebantur, atque ita candelabri decineratio abſolvebatur. Poſtea unus ducebat inſtrumentum טני, & alter כוז, ciueremque circa altare projiciebant, ubi diſpellebatur.

ומצא שתי נרות מזרחיות דולקים *Et invenit duas lucernas orientales ardentes*, putat hic doctor quod candelabrum in oriente & occidente poſitum erat, & quod aliquoties reliquam partem quoque accenſam inveniebant, quia aliæ lucernæ, etſi accenſæ eſſent, decinerabantur; has autem duas lucernas ſi accenſas inveniſſet, non extinguebat. Porro, quia in fine dicitur quod ſi orientales lucernas inveniſſet extinctas, eas denuo accendebat; alias vero ſi inveniſſet extinctas, eas denuo non accendebat niſi veſperi duntaxat.

מדשן את השאר *Decinerabat reliquum*, quinque lucernas occidentales purgabat ab oleo veteri, decinerabat, ellychnia removebat, & omnia imponebat inſtrumento כוז: poſtea oleum novum & ellychnium novum imponebat; deinde mactabatur ſacrificium juge, & ſanguis aſpergebatur, & duæ lucernæ orientales decinerabantur, novo oleo atque ellychniis impoſitis. Quod autem intervalla quædam accidebant inter lucernarum diſpoſitionem, mactationem ſacrificii jugis, & ſparſionem ſanguinis, hæc eſt ratio, quia ſcil. Exod. 30, 7. dicitur, *mane, mane dum lucernæ diſponuntur*; Lex itaque diſpoſitionem dividit in duo tempora matutina. Prius autem quinque lucernæ diſponebantur, & poſtea duæ, quia maxima pars perficienda erat in principio. Quod vero non

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam in Gemara expoſitum eſt ad tractatum Joma, quod lampadum purificatio & incenſio earum quæ extinctæ erant, ellychniorumque mutatio non fiebat eodem tempore in ſeptem lampadibus; ſed hic omnium ordo erat, prius quinque purificabat, & poſtea aliud miniſterium obibat, & tum denuo reliquas duas purificabat. De hoc autem diſſentiunt doctores, hic dicit quod per intervalla purificabantur, ad tempus prolongandum pro miniſterio ut ipſius rumor exeat per totum atrium; ille vero ex eo quod dicitur Exod. 30, 7. *Mane mane quum lampades accenduntur, incendes iſtum ſuffitum*, duo temporis intervalla elicit. Figuram vero ordinis ſeptem lampadum hic tibi delineabo, ſicuti erant inter orientem & occidentem, cuilibet lucernæ inſcribam ut cognoſcatur ſtatim illius expoſitio, atque hæc illius eſt figura; ſic etiam delineabimus quomodo lucernæ ad latus occidentale poſitæ erant una poſt alteram, lucerna autem cui inſcripta erat אחד *una*, eſt lucerna occidentalis, quæ cito extinguebatur, uti notum eſt; & hunc ordinem intendit Lex Num. 8, 2. *E regione faciei candelabri incendebant*, ſenſus eſt quod omnium lucernarum capita poſita ſunt e regione ſancti ſanctorum; idcirco dicit quod dum intrabat ad lucernas parandas, ſi duas inveniſſet incenſas quibus inſcriptum eſſet *ſex & ſeptem*, derelinquebat eas & quinque reliquas parabat, uti diximus; poſtea miniſterium peragebatur quodcunque id eſſet, poſtea duas candelas antea relictas denuo parabat. Si vero eas inveniſſet exſtinctas, quinque parabat quibus inſcriptum erat *ſeptem, ſex, quinque, quatuor, tres.* Duas vero occidentales relinquebat, quibus inſcriptum erat, *unus, duo*, donec aliud peragerent miniſterium, & poſtea denuo eas parabat, & hoc eſt quod auctor dicit, *& poſtea reliquum decinerabat*, cæterum capite tertio tractatus Menachot jam expoſuimus quod candelabrum erat octodecim palmos altum, æquipa-

non parabat ſex & poſtea unam, id fiebat, quia Lex dicit in loco allegato, *dum parantur lucernæ in numero plurali*, ergo ſaltem duæ ſimul parandæ ſunt. Sed hoc ita intelligendum eſt de eo tempore quo non erat miraculum, nempe poſt mortem Simeonis juſti, ſed ante ipſius mortem, quia lucerna occidentalis ſemper ardebat modo miraculoſo, ſicuti dicitur in Beraita, ex eo quod Lex dicit, *extra velum teſtimonii*, conſtat quod divina majeſtas in Iſraële habitat, quæ eſt lucerna occidentalis, in quam dimidium lucernarum aliarum immittebatur; in hac itaque adornanda incipiebant & abſolvebant. Quum vero diſponebat lucernas orientales, primam duntaxat lucernam decinerabat, & parabat; proximam huic lucernam relinquebat ardentem uſque ad veſperam, qua incendebat lucernas, & ope illius omnes alias lucernas accendebat, atque his accenſis parabat & decinerabat hanc lucernam veſperi, & accendebat; etſi enim ſcriptum ſit, *dum lucernæ parantur*, in plurali, idcirco duæ ſimul ſaltem purificandæ ſunt, ita enim præſtat unam duntaxat diſponere lucernam ex orientalibus, & ſecundam lucernam relinquere ardentem uſque ad veſperam ſine diſpoſitione, ad miraculum iſtud divulgandum quod ſemper ardebat. Prius autem quinque occidentales diſponebat, & non quinque orientales & poſtea duas occidentales diſponebat quæ accendendæ erant; ſed non eo ordine pergebat, quia ſcriptum eſt Levit. 24, 3. *Ad accendendum lucernam jugiter ardentem, & extra velum teſtimonii diſponet eam coram Domino*, dicit itaque Lex aliquam lucernam deſtinatam eſſe ad accendendum ex illa alias, ſed quænam iſta eſt? lucerna ſecunda ad orientem quæ lucerna occidentalis vocabatur, quando enim quis Templi palatium ingrederetur, prius obviam veniebat iſti lucernæ, & hoc fiebat abſque præcepti tranſgreſſione. Porro dici poteſt quod in hac confirmatum ſit miraculum, idcirco iſta peculiari modo deſtinata erat ad alias ex ipſa incendendas; nam hoc fieri non poterat e prima lucerna, quia Lex dicit, *coram Domino*; ergo ex iſta lucerna quæ erat a parte divinæ majeſtatis ad occidentem accendebatur, ſed prima lucerna non vocabatur *coram Domino*. *Si extinctæ fuiſſent*, duæ orientales, poſt mortem Simeonis juſti. *Decinerabat & accendebat ex iis quæ accenſæ erant*, non ponebat ellychnia nova nec oleum novum, quæ erat diſpoſitio lucernarum, quia lucernæ orientales nunquam diſponebantur niſi poſt mactationem ſacrificii jugis, ad inter quinque lucernarum diſpoſitionem & duarum reliquarum aliquod intervallum conſtituendum. Cæterum quando Lex dicit, *decinerabat eas*, ſenſus eſt quod cinerem removebant a capite ellychnii veteris, & poſtea denuo accendebat ut intervallum bene dignoſceretur quod erat inter quinque & duarum lucernarum diſpoſitionem; ſi vero non eſſent lucernæ accenſæ, accendebat eas ex altari holocauſtico. *Et decinerabat reliquum*, hæc quinque lucernarum diſpoſitio eſt, nam ellychnia nova & oleum novum imponebat lucernis, & ita lucernas linquebat extinctas uſque ad veſperam, & tum eas demum accendebat. Cæterum quod hic dicit, *& decinerabat*, non ita intelligendum eſt ut id quod dicitur, *eas decinerabat*, ſuperius ſcil. duas orientales diſponebat. Sed poſt jugis ſacrificii mactationem & ſanguinis ſparſionem denuo orientales decinerabat, atque oleum & ellychnium novum imponebat, & ita lucernas relinquebat uſque ad veſperam; lucernam vero ſecundam, quæ occidentalis vocabatur, etiam decinerabat, & oleum ellychniumque vetus removebantur, & nova reponebantur, atque lucerna iſta accendebatur ex altari holocauſtico, ut ex ipſa denuo alii accenderentur veſperi, quia lucerna occidentalis deſtinata erat ad alias lucernas ex ipſa veſperi accendendas, & propterea ea quoque incendebatur ſi extincta eſſet ante mactationem ſacrificii jugis, quandoquidem ea omnino accendenda erat quando poſt mactationem diſponebat lucernas. Ita hanc Miſnam inveni a Rabbenu Baruch filio Iſaci expoſitam, quæ expoſitio omnium optima eſt. Sed Maimonidis expoſitio in hanc Miſnam non ſatis quadrat, etiam in eo quod dicit diſpoſitionem lucernarum conſiſtere in accenſione, & quod omnes candelabri lucernæ accendebantur mane, ſicuti veſperi; nam neminem e magiſtris meis ita exponentem audivi. *Lapis erat e regione candelabri*, nam candelabrum octodecim palmos altum erat, idcirco in locum editum aſcendebat, is qui lucernas diſponere volebat. *Qui habebat tres gradus*, reſpondentes tribus gradibus de candelabro dictis, cujuſmodi ſunt Num. 8, 2. *Dum elevas lucernas*; & Exod. 25, 37. *& eleva lucernas ejus*: & Exod. 23, 20. ad elevandum lucernam jugiter ardentem. *Et vas Cos ponebat in gradu ſecundo, & abibat*, poſt ſanguinis ſparſionem ſacrificii jugis, nam tum lucernæ diſponebantur, & vaſa educebantur. Sic etiam ſocius ipſius educebat vas טני; his itaque eductis ſe incurvarunt peracto miniſterio, ſed non adhuc uſque, quia miniſterium eorum nondum abſolutum erat.

ARNOLDI. באחרונה *Poſtea*, nimirum quando tantum cineris relictum erat שלא היה יכול לקח בחפניו *quod pugillo capere non poſſet*, verritione adhibita in medium Corbis effudit.

הניחו ויצא *Depoſuit eum & abiit*; quia ſtatim auferre non potuit, ut effunderet ad partem altaris orientalem ſed expectare debuit aſperſionem & mactationem ſacrificii jugis, qua præſtita, tam ille qui decineraverat altare interius, quam ille, qui purgaverat lucernas, hic poculum, ille Corbem deferebat in locum ubi cineres conſumebantur, adeo ut aptaverint lucernas prius, quam adolerent ſuffitum. verum huic ſententiæ obſtare videtur illud quod legimus in Joma cap. 1. §. 2. מקטיר הקטורת ומטיב

את הנרות *Suffitum adolebat, lucernas aptabat*, ubi purgationem lucernarum, ſuffitus incenſionem ſequi evidens eſt; facile eſſet hanc difficultatem ſolvere, ſi nobiſcum ſentirent Judæi, id eſt, ſi non eandem, imo aliquando majorem legi ſuæ orali ſive traditionibus, quam legi ſcriptæ, ſive infallibili Dei verbo tribuerent autoritatem. Norunt equidem illi huic loco Jomæ contradicere Moſen Exod. 30, 7. בבקר בהיטיבו את הנרות יקטירנה *ſingulis mane quam primum aptavit lucernas adolebit eum*, ſed utrinque ſe premi ſentientes, nodum ſecant, non ſolvunt, quando in loco Jomæ ad ſacrificium quod mane, in hoc Moſis, quod mane & veſperi fiebat, reſpici volunt.

מצא דולקין *Inveniens ardentes*, quinque lucernas quæ ad occidentem erant, & duas quæ ad orientem, exſtinctas videns, accendebat duas cæteras, quinque purgando exſtinguens ante veſperam non accendebat מצאו שכבו לאלו מזרחיות חוזר ומדליקו ובשאר נרות מצאן שכבו אינו מדליקן עד הערב

מדשן את השאר *Decinerabat reliquas*, illas ſcil. quinque quæ erant ad occidentem, in quo autem hæc decineratio conſtiterit ex Bartenora intelligas מסיר מהן השמן הישן והפתילה ישנה והדשן ונותן הכל בכוז ונותן שמן חדש ופתילה חדשה *removebat ab eis oleum vetus, ellychnium vetus & cinerem, quæ omnia imponens vaſi, oleum novum & ellychnium novum dedit.*

שלש מעלות *Tres gradus*, quia candelabrum altum erat octodecim palmas.

פרק ד לא היו כופתין את הטלה אלא מעקדין אותו מי שזכו באברין אוחזים בו וכך היתה עקידתו ראשו לדרום ופניו למערב השוחט עומד במזרח ופניו למערב של שחר היה נשחט על קרן צפונית מערבית על טבעת שנייה

Caput 4. Non vinciebant agnum, ſed ligabant eum, qui deſignabantur ad fruſta, apprehendebant eum, ſic autem erat ligatio ejus: caput ejus (agni) erat verſus auſtrum, & facies verſus occidentem, mactans ſtabat in oriente & vultus ejus verſus occidentem; qui mane (mactabatur) ad cornu ſeptentrionale occidentale mactabatur, ad annulum ſecundum, qui inter duas veſperas (offerebatur) ad cor-

ושל בין הערבים היה נשחט על קרן מזרחית צפונית על טבעת שנייה שחט השוחט וקבל המקבל בא לו לקרן מזרחית צפונית ונותן מזרחית צפונית מערבית דרומית ונותן מערבית דרומית שיור הדם היה שופך על יסוד דרומית :

nu orientale ſeptentrionale mactabatur ad annulum ſecundum, mactavit mactator, & recepit acceptor, venit ad cornu orientale ſeptentrionale depoſuit ad cornu orientale ſeptentrionale, (venit) ad (cornu) occidentale auſtrale, depoſuit ad (cornu) occidentale, auſtrale, reliquum ſanguinem effundebat ad fundamentum auſtrale.

R. OB. DE BARTENORA.

לא היו כופתין את הטלה *Non vinciebant agnum*, cum duobus armis vel duobus pedibus ſimul, ne idololatrarum ritum imitarentur, quia ita faciebant dum pecus idolo mactabant; ſed armum cum pede ligabant in modum ligationis Iſaci. ראשו לדרום *caput illius erat ad meridiem*, mactabatur in altari ad ſeptentrionem, uti flagitat jus holocauſti, caput ad meridiem, & facies ad occidentem verſa erant, ut ſi excrementa emiſiſſet, non pervenirent ad altare. של שחר *matutinum*, ſacrificium juge matutinum ſuper cornu ſeptentrionale occidentale mactabatur, quia mane ſol verſatur in oriente, & ſplendet e regione occidentis; Lex vero dicit Exod. 29, 35. שנים ליום ſcil. e regione diei, nam ſol vocatur dies; ſed veſpertinum juge ſacrificium, quando ſol eſt in occidente, & illuminat e regione orientis, mactabatur ſuper cornu ſeptentrionale orientale.

על טבעת שנייה *Ad annulum ſecundum*, procul ab altari, quia altare altum erat, & obſcurabat ea quæ circa ipſum poſita erant. Jochanan vero pontifex maximus ſex ordines fecit annulorum, in quolibet ordine quatuor annulos pro viginti quatuor cuſtodiis ſacerdotum; & hi ſolo erant infixi in modum arcus. Quia vero ſacrificium juge non ligabant, ſicuti dixit Miſna in principio capitis, pectus iſtius pecudis in annulos iſtos immittebant quum mactabatur, & caput annuli in terra ponebatur. ונותן מזרחית צפונית *& ſpargebat ſanguinem ad latus altaris orientale ſeptentrionale*, id prius faciebat, poſtquam mactaviſſet juge matutinum in angulo occidentali ſeptentrionali, conferebat ſe ad orientem, atque in terra conſiſtens ſanguinem ſpargebat cum vaſculo infra filum coccineum (quod altare cingebat) & duas faciebat ſparſiones quæ ſunt quatuor, unam quæ inſtar duorum erat, ad cornu orientale ſeptentrionale ſpargebat, & poſtea pergebat ad angulum occidentalem meridionalem, & unam ſparſionem quæ inſtar duarum eſt ad cornu occidentale meridionale ſpargebat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit auctor quod agnum non ligabant, ne ſequerentur gentium idololatricarum ritum, ſed manum pedemque duntaxat, & hoc eſt quod dixerunt, ligatio manuum & pedum ut ligatio Iſaci filii Abrahami. Cæterum ſacrificium juge matutinum ad latus occidentale loci mactationis ligabant, ut e regione ſolis eſſet; ſed juge veſpertinum ad latus orientale ligabant, quia ſol tum eſt in occidente, ut id quoque eſſet e regione ſolis, quia Lex dicit Exod. 29, 35. שנים ליום dixerunt Sapientes, e regione diei, ſol enim dies vocatur, ſicuti dicitur Ezech. 30, 18. ובתחפנחס חשך היום Et capite quinto de ſacrificiis exponitur, quod holocauſti ſanguis bis ad cornua altaris debeat ſpargi, quod efficit quatuor. Ibidemque expoſuimus, quod ſanguis e diametro ad duo cornua ſpargi debeat; & ibidem quoque exponitur duo cornua iſta eſſe orientalia ſeptentrionalia, & occidentalia meridionalia. Et jam diximus in tractatu de Decimis Secundis, quod Johannes ſacerdos in loco mactationis atrii inſtituit annulos ſolo infixos, quibus colligebantur pecudum pedes & armi quando mactabantur, quia omnino ligari non poterant. De ſex ordinibus annulorum pluribus dicetur in tractatu Middot.

ARNOLDI. לא היו כופתין *Non vinciebant*, non ligabant manus hoc eſt pedes anteriores cum pedibus poſterioribus ſimul, ſed unam manum uni pedi *alligabant* & ſic conjunctim, יד ורגל יחד כעקדת יצחק *manum cum pede ſimul, juxta ligationem Iſaci:* quærit autem Gemara מאי טעמא quæ ſit ratio hujus? & reſpondet R. Chaſda משום דמהלך מקריבין זבח לע"ז הם כופתין בחוקי העמים quia gentes quando אותו כן רגלים יחד *offerebant victimas idolis, ligabant eam ita, pedibus conjunctis.*

על קרן צפונית מערבית *Ad cornu ſeptentrionale occidentale*, ſacrificium juge quod mane mactabatur ad hanc altaris partem offerebatur, quia ſol mane in oriente e regione occidentis oriebatur, ideo dicitur Exod. 29, 38. & Num. 28, 3. שנים ליום duos (agnos) ad diem, ubi illud ל per כנגד explicant & יום per השמש hinc vice verſa agnus qui inter duas veſperas offerendus erat, mactabatur ad partem altaris orientalem ſeptentrionalem שחמה במערב ומאירה כנגד המזרח *quia tum ſol erat in occidente, & ſplendebat e regione orientis.*

בטבעת *Ad annulum*, docent Talmudici, ad latus altaris aquilonare, & auſtrale, olim fuiſſe annulos in pavimento לתת ראש הבהמה לתוכו quibus immittebantur colla animalium, & concludebantur ut tanto facilius mactari poſſent. tradunt præterea tales annulos viginti quatuor fuiſſe כמנין המשמרות *juxta numerum vigiliarum* (quarum tres ad ſacerdotes, viginti & una ad Levitas pertinebant) qui ſecundum ordines ſex diſpoſiti erant, quorum unuſquiſque quatuor complectebatur.

על טבעת שנייה *Ad annulum ſecundum.* Docent Hebræi hoc non intelligi debere, de annulo ſecundo ordinis primi, ſed de annulo primo ordinis ſecundi quod ex expreſſiſſimis eorum verbis colligas: לא בטבעת שניה של סדר ראשון אלא בטבעת ראשונה שבסדר שני rationem ſi velis, in promptu habent, nimirum כדי שלא יעכב השמש לבא *ut non impediretur adventus ſolis*, nam ſi collum beſtiæ mactandæ annulo ſecundo primi ordinis immiſiſſet ſacerdos, tum ſol ad manus mactantis pervenire non potuiſſet, שהרי המזבח גבוה עשר אמות וסדר ראשון של טבעת אינו רחוק מן המזבח אלא הי אמות כדתנן בסוף מדות *quia altare altum erat decem ulnas, & ordo primus annulorum non ultra quinque ulnas ab altari remotus, uti docetur in fine tractatus Menſurarum.*

קבל המקבל *Recepit acceptor*, qui ſanguinem ſumebat ad ſpargendum, ſtabat ad latus mactantis facie ad meridiem verſa, dein poſt mactationem aſperſit altare e longinquo שאינו עלה בכבש אלא על הרצפה עומד וזורק *quia non aſcendebat per ponticulum, ſed in pavimento ſtans ſanguinem ſpargebat.*

בא לקרן מזרחית צפונית *Accedens ad cornu orientale ſeptentrionale.* Qui ſpargebat ſanguinem circumibat altare incipiendo a cornu orientali, vergente ad aquilonem, & inde pergebat ad cornu aquilonare, quod occidente claudebatur, ibat deinceps ad cornu occidentale, quod propendebat ad meridiem, & tandem cornu meridionale petebat, quod verſus orientem porrigebatur, & ſingulis cornibus ut ad ea propius acceſſit ſanguinem impoſuit, ſuperne nimirum uſque ad ſummitatem cornu elevans manum, incipiendo a ſummo ejus vertice & deſcendendo ad imum, deſcendebat autem hoc modo ne veſtes inquinaret היה נותן מתנה מלמעלה למטה שאם יתן ממטה למעלה בקרן של פניו הדם זב לתוך בית יד שלו ומטנף את הבגדין *imponebat ſanguinem a ſummo deorſum, nam ſi impoſuiſſet ab imo ſurſum, ſanguis per manum fluens, commaculaſſet veſtes ipſius.*

ב לא היה שובר בו את הרגל אלא נוקבו מתוך ערכובו ותולה בו היה מפשיט ויורד עד שהוא מגיע לחזה

2. Non frangebat pedem, ſed perforabat eum in medio curvaturæ pedis, ſuſpendebatque eum, tum

לחזה הגיע לחזה חתך את הראש ונותנו למי שזכה בו חתך את הכרעים ונתנן למי שזכה בהן מירק את ההפשט קרע את הלב והוציא את דמו חתך את הידים ונתנן למי שזכה בהן עלה לרגל הימנית חתכה ונתנה למי שזכה בה ושתי ביצים עמה קרעו ונמצא כולו גלוי לפניו נטל את הפדר ונתנו על בית שחיטת הראש מלמעלן נטל את הקרבים ונתנן למי שזכה בהם להדיחן והכרס מדיחין אותה בבית המדיחין כל צרכה והקרבין מדיחין אותן שלשה פעמים במעוטה של שלחנות של שיש שבין העמודים :

tum excoriabat, deſcendens uſque dum appropinquaret ad pectus, quando appropinquabat ad pectus, abſcindebat caput, deditque illud ei, cui obtigerant ea, abſoluta excoriatione, corde fiſſo eduxit ſanguinem, findebat manus, deditque illas, cui obtigerant, aſcendendo ad pedem dextrum abſcindebat illum, deditque illi, cui obtigerat & cum eo duo ova, diffindebat, omniaque erant aperta coram facie ſua, ſumebat adipem & impoſuit loco mactati capitis ſuperne, ſumebat inteſtina, & dedit ei cui obtigerant ea ad lavandum, ventrem lavabant in domo, ubi lavabant omnem neceſſitatem ejus, inteſtina autem abluebant ter ad minimum, ſuper menſis marmoreis, quæ erant intra columnas.

R. OB. DE BARTENORA.

לא היה שובר בו הרגל *Non frangebat in eo pedem*, ſicuti lanii facere ſolent, quando pedem amputant cum pelle; ſed ſacerdotes infra genu perforabant quod cum capite vendebatur, & quo pecus pendebat; porro excoriabat pedem cum reliquis pecudis partibus; hinc nos docet auctor quod crura quoque excorianda ſint.

מירק את ההפשט *Abſolvebat excoriationem*, nam pecus non dicebatur excoriata niſi donec pectus excoriatum eſſet; pellis vero adhuc corpori affixa erat. פדר eſt idem quod חלב *pinguedo*. *Et ponebat eam in locum mactationis*, honoris ergo, ne ſanguis mactationis conſpiceretur. *Ventrem lavabant*, a ſtercore purgabant quod in ipſo continebatur. *In domo ablutionis*, in conclavi quod in Templum deſinebat, ſed non abluebant ventrem cum reliquis inteſtinis, ne ea polluerentur. *Ter ſaltem*, quia excrementa ex ipſis vi exprimebantur, eo quod anguſta ſunt. במעוטה id eſt בפחות *ſaltem*, ſi vero plus quam tribus vicibus abluere vellet, poterat id facere.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Diximus in tractatu Joma quod מירוק ſit omnis operis perfectio, ita ibidem dicitur, מרק אחר שחיטה *perfecit poſt mactationem*, ſenſus eſt quod alius quiſpiam abſolvebat mactationem; ſic etiam hoc loco dicitur, *perficiebat excoriationem*, ſenſus eſt, quod excoriationem abſolvebat totamque pellem removebat.

שלשה פעמים במעוטה *Tribus vicibus ſaltem*, ſenſus eſt, quod ea ſaltem tribus vicibus aqua abluebant; ſed his vicibus interdum tot addebant quot ad bene abluendum requirebantur.

ARNOLDI.

לא היה שובר *Non frangebat pedem*, hoc alias inter lanios in uſu erat שמחתכין את הרגל *ut abſcinderent pedem*, ſed in mactatione ſacrificii jugis alia obtinebat ratio, quare a fractione pedis abſtinerent, quare non tantum unum, ſed duos pedes anteriores perforarent, nimirum, quando ſacerdos agnum ad uncos ſuſpenderat, mox excoriabat illum, in fruſta ſuccidebat, & inter alia pedem dextrum abſcindebat, ut ita victima penderet ex pede ſiniſtro qui ſi jam fractus fuiſſet, juxta morem laniis alias uſitatum, nihil impedire potuit quominus תפול הבהמה לארץ *beſtia in terram caderet*.

חתך את הכרעים *Abſcindebat crura*, intelliguntur tantum extrema pedum quæ pertinebant ad primam curvaturam, quod ex illo pariter videas לא הרגלים כלם שסופיהן חותכין *Non totos pedes, ſed partes extremas abſcindebant*.

מירק את ההפשט *Abſolvens excoriationem*. Docet nos Maimonides hæc ita verti debere, quando dicit ad hunc locum מירק הוא גמר הפעולה איזה פעולה מה היה *ſignificat completionem operis cujuſcunque*. adeo ut מרק ההפשט idem ſit quod גמר ההפשט *abſolvit excoriationem*, והסיר כל העור *& detraxit omnem cutem*.

קרעו נמצא כולו גלוי *Ubi diffiderat illum, omnia ipſi fuerunt aperta*. ſcilicet poſt abſciſſionem pedis dextri, omnia quæ erant בפנים יכול לראות *interius conſpici poterant*.

להדיחן *Ad lavandum ea*, ut ita beneficio lotionis הטינוף שבהם הסיר *removere ſordes quæ eis erant*, poſſent.

במעוטה *Ad minimum*: ſunt inter Hebræos qui hanc vocem referunt ad שלחנות ut ita ſenſus eſſet בשלחן קטון *ſuper menſa minori* lavant inteſtina, ſed nos hic ad partes Bartenoræ accedimus, qui ad hunc locum ſcribit: לא פחות ואם רצה להוסיף והדיחן יותר משלשה פעמים מוסיף *Non minus, ſi autem velit ultra tres vices lavare, poterit ſuperaddere*.

ג נטל את הסכין והפריש את הריאה מן הכבד ואצבע הכבד מן הכבד ולא היה מזיזה ממקומה נקב את החזה ונתנו למי שזכה בו עלה לדפן הימנית היה חתך ויורד עד השדרה ולא היה נוגע בשדרה עד שהוא מגיע לשתי צלעות רכות חתכה ונתנה למי שזכה בה והכבד תלויה בה בא לו לגרה והניח בה שתי צלעות מכאן ושתי צלעות מכאן חתכה ונתנה למי שזכה בה והקנה והלב והריאה תלויים בה בא לו לדופן השמאלית והניח בה שתי צלעות רכות מלמעלן בא לו לדופן השמאלית והניח בה שתי צלעות רכות מלמטן וכך היה מניח בחברתה נמצא מניח בשניהם שתים שתים מלמעלן ושתים שתים מלמטן חתכה ונתנה למי

3. Sumebat cultrum & ſeparabat pulmonem ab hepate & reticulum hepatis ab hepate, non autem removebat illud ex loco ſuo, perforabat pectus, dabatque ei, cui obtingebat; aſcendebat ad latus dextrum, quod abſcindebat & deſcendebat ad ſpinam dorſi, non attingebat eam, donec appropinquaret ad duas coſtas tenues, abſcindebat, dabatque ei cui obtingebat, cum jecore ipſi appendente, accedens ad collum relinquebat hinc & inde duas coſtas, abſcindebat illud, dabatque ei cui obtingebat, appendebant ipſi aſpera arteria, cor & pulmo; accedens ad latus ſiniſtrum relinquebat duas tenues coſtas ſuperne & inferne, ita etiam cum dextro latere fiebat, binæ & binæ ſuperne binæ & binæ inferne, abſcindebat illud & dabat cui obtingebat, ſimul cum ſpina dorſi & liene ipſi appendente, hoc erat quidem magnum ſed dextrum vocant magnum, quia jecur ipſi appendebat, accedens

שוכה בה והשדרה עמה והטחול תלוי בה והיא היתה גדולה אלא של ימין קורין גדולה שהכבד תלויה בה בא לו לעוקץ חותכו ונתנו למי שזכה בו והאליה ואצבע הכבד ושתי כליות עמו נטל רגל השמאלי ונתנה למי שזכה בה נמצאו כלן ועומדין בשורה והאברין בידם הרישון בראש וברגל הראש בימינו וחטמו כלפי זרועו וקרניו בין אצבעותיו ובית שחיטתו מלמעלן והפדר נתון עליה והרגל של ימין בשמאלו ובית עורו להוץ השני בשני ידים של ימין בימינו של שמאל בשמאלו ובית עורן לחוץ השלישי בעוקץ וברגל העוקץ בימינו והאליה מדולדלת בין אצבעותיו ואצבע הכבד ושתי הכליות עמו הרגל של שמאל בשמאלו ובית עורו לחוץ הרביעי בחזה ובגרה החזה בימינו והגרה בשמאלו וצלעותיה בין אצבעותיו החמישי בשתי דפנות של ימין בימינו ושל שמאל בשמאלו ובית עורו לחוץ הששי בקרבים הנתונים בבזך וכרעים על גביהם מלמעלה השביעי בסולת השמיני בחביתין התשיעי ביין הלכו ונתנום מחצי הכבש ולמטה במערבו ומלחום וירדו ובאו להם ללשכת הגזית לקרות את שמע :

dens ad cuſpidem ſpinæ dorſi abſcindebat eam dabatque cui obtingebat, ſimul cum cauda, reticulo hepatis, & duobus renibus ſumebat pedem ſiniſtrum, dabatque cui obtingebat, omnes ordine ſtabant cum membris in manibus ſuis: primus cum capite & pede, caput dextra tenebat, converſis ad brachium naribus, cornibuſque inter digitos poſitis; pars ea colli qua mactabatur ſurſum erat, adepſque ipſi ſuper impoſitus: dextrum pedem ſiniſtra tenebat, & pars ea, qua pellis extrahebatur exterius collocata erat: ſecundus cum duabus manibus: dextram dextra, ſiniſtram ſiniſtra tenebat, & pars ea qua pellis extrahebatur, exterius collocata erat: Tertius cum ſpina dorſi & pede, ſpinam dorſi dextra tenebat, cauda inter digitos pendente; ipſique reticulum hepatis & renes adjungebantur. pedem ſiniſtrum ſiniſtra tenebat, & pars ea qua pellis extrahebatur exterius collocata erat: quartus cum pectore & gutture, pectus dextra tenebat, & guttur ſiniſtra, duabus coſtis inter digitos poſitis, quintus cum duobus lateribus, dextrum dextra tenebat, ſiniſtrum ſiniſtra, & pars ejus qua pellis detrahebatur exterius collocata erat. ſextus cum interioribus patera reconditis, ipſiſque crura ſuper impoſita erant. ſeptimus cum ſimila. Octavus cum frixis. Nonus cum vino; ibant, eaque in medio ponticuli verſus occidentem inferne collocabant. ſaliebant ea & deſcendebant & veniebant ad conclave lapidis cæſi ad legendum *Audi*.

R. OB. DE BARTENORA.

אצבע הכבד *Digitus hepatis*, reticulum, id ab hepate ſeparabant, ſed non removebant e loco ſuo, nam id cum cauda offerebatur & apice ſpinæ dorſi; hepar vero cum dextro latere, & pulmones cum collo atque duabus coſtis offerebatur, ſicuti ſtatim exponetur. דופן ימיני *latus dextrum*, id prope ſpinæ dorſi dividebat, niſi quod duas coſtas ſuperius in ſpina dorſi relinquebat, & duas quoque inferius. *Ad ſiniſtrum ejus*, etſi membrorum adductio in ponticulum altaris ſit miniſterium, & miniſterium ſiniſtrum ſit illegitimum, tamen quia id non impedit expiationem, id fiat per ſiniſtram, uti in Joma dicitur. *Et locus pellis ipſius*, eſt locus cui pellem detrahebant, prope digitorum extremitatibus ſitus. *Cum ſimila*, pro libaminibus ſacrificii jugis. *Cum ſcutellis*, frixis pontificis maximi, nam unum dimidium mane, & alterum veſperi offerebatur. *A medio ponticulo & inferius*, ſed non a dimidio & ſuperius, ut cognoſceretur adductio ad altare, quando ab orationis *audi Iſraël &c.* lectione redibant. Verum in diebus profanis duntaxat membra ſacrificii jugis ad occidentem ponebant, ſed in Sabbatis, quia additamenta ſacrificiorum erant ad occidentem, membra ſacrificii continui erant ad orientem. *Ad legendum audi*, cæteraſque omnes benedictiones, uti ex ſequenti conſtat capite.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Satis notum eſt quod ſimila & vinum conficiant agni jugiter offerendi libamen. *Et locus pellis ipſorum*, eſt locus in quo excoriabant pellem prope digitum extremitatibus; ſed hæc jam diximus capite ſecundo tractatus Joma, ubi dicitur ſacrificium juge offerri cum novem. בזך Targum explicat per vocem קערה *ſcutellam*, vide Exod. 25, 29.

ARNOLDI. הפריש את הריאה *Separavit pulmonem a jecore*, ratio hujus erat, quia pulmo adjungebatur collo, jecur lateri dextro & reticulum coſtis; hactenus cultro non opus erat, neque ad accipienda inteſtina aut adipem requirebatur, quia adipem ab inteſtinis ſeparabant בלא סכין *abſque cultro*.

אצבע *Digitus jecoris*, nimirum quando abſcindebant jecur, relinquebant digitum ſive reticulum hepatis ad ſpinam dorſi & renes, adeo ut ex loco non removeretur.

יורד עד השדרה *Deſcendebat ad ſpinam dorſi*, legitur in aliis codicibus עם השדרה quod commentatores explicant per אצל adeo ut, quando ſacerdos latus dextrum abſcinderet, non ſimul cum illo, ſpinam dorſi, ei cui obtigerat, traderet, ſed latus dextrum cum jecore tantum, ſpinam autem dorſi cum latere ſiniſtro, alias enim אם היה חתכו עמו היתה כבידה *ſi abſcidiſſet illam ſcil. ſpinam dorſi, cum latere dextro gravis nimium fuiſſet.*

נטל רגל *Sumebat pedem*, nimirum pes ſiniſter adhuc relictus erat, נשאר עדיין באונקלי יחידי שכל הבהמה מנתחת לאברים *pendebat adhuc ex unco ſolus, eo quod totum animal in fruſta diſſectum erat.*

כלם עומדין בשורם *Omnes ordine ſtabant*, hactenus expoſitus eſt ordo mactationis, jam ſequitur ordo portationis membrorum ad altare כיצר מוליכן קודמים זה לזה *quomodo fruſta deferebant, unum altero prius.*

האחד בראש *Primus cum capite*, quod caput ante omnia fruſta ad altare deferri debuerit, volunt probare Judæi ex Levit. 1, 8. וערכו את הנתחים את הראש *diſponent fruſta, caput &c.* ſi ſequamur *R. Jehoſchua*, tum tenebimus membra eo modo oblata fuiſſe, quo vivus incedebat agnus, ita ut caput primo, deinde cæteræ partes, eo ordine quo in corpore formata erant, ad ponticulum altaris portarentur, verba ejus hæc ſunt in codice Joma cap. 2. §. 3. דרך הלוכו היה קרב *juxta modum inceſſus ejus offerebatur.* verum ſi conſideremus hunc noſtrum paragraphum quem explicamus, alium omnino ordinem ſervari manifeſtum erit.

מחצי כבש למטה *A medio ponticuli inferne*, non autem ſuperne, quia poſt lectionem revertebantur, & deferebant ad

ad altare membra, alias enim ſi altari impoſuiſſent, ante preces & lectionem, non fuiſſet הלכה חשובה, quæ fiebat a media parte ponticuli, quæ ad occidentem erat, per meridionalem ad orientalem altaris partem, ubi ſtrues magna cui imponebatur victima.

לקרות את שמע *Ad legendum Schema.* &c. Vocatur קריאת שמע lectio Audi, a primo verbo hujus textus qui exſtat Deut. 6. ſic v. g. per ויקרא denotatur tertius liber Moſis, eo quod primum verbum iſtius libri ſit, juxta morem Judæis uſitatiſſimum.

פרק ה אמר להם הממונה ברכו ברכה אחת והן ברכו וקראו עשרת הדברים שמע והיה אם שמוע ויאמר ברכו את העם ג׳ ברכות אמת ויציב ועבודה וברכת כהנים ובשבת מוסיפין ברכה אחת למשמר היוצא :

Caput 5. Dicebat illis præfectus benedictionem unam benedicite; illi autem benedicebant & legebant decem verba, Audi, & erit ſi audiveritis, & dixit; benedicebant cum populo tres benedictiones, verum & firmum & miniſterium, & benedictionem ſacerdotum; in Sabbatho addebant benedictionem unam vigiliæ abeuntis.

R. OB. DE BARTENORA.

אמר להם הממונה *Dixit illis præfectus*, primo capite Berachot exponitur hanc eſſe benedictionem, quæ dicitur, *amore æterno* &c. die vero lucente atque ſole orto dicebant benedictionem, *qui format lucem &c.* Cæterum benedictionum ordo non impedit. עשרת הדברים *decem verba*, quia iſta ſunt Legis fundamentum; ſed fas eſt ut ea quotidie legerentur in Terminis, verum abrogarunt ea ob lites hæreticorum, putantium hæc ſola, & non alia Moſi data eſſe in Sinai; שלש ברכות *tres benedictiones*, hæ nempe, *verum, & firmum cultus: & benedicamus Domino*; hanc ultimam ſacerdotalem ſecundum Legis texturam tantum legebant abſque elevatione manuum, quia ſacerdotes non elevabant manus niſi miniſterio ſacrificii jugis & ſuffitus perfecto, ſicuti dicemus ſequenti capite. Iſtas vero benedictiones nunc non recitant, niſi ut ſacrificium juge acceptum eſſet; ſed hoc modo non liberantur a lectione orationis octodecim preces comprehendentis. *Addebant unam benedictionem*, cuſtodia egrediens dicebat cuſtodiæ ingredienti, *cujus nomen in hocce reſidet domicilio, is inter vos amorem, dilectionem, pacem, & amicitiam excolat.* Nam ſingulis diebus Sabbaticis una cuſtodia ad miniſterium intrabat, & altera egrediebatur.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Jam expoſitum eſt in Gemara ad tractatum Berachot, preces quas prius dicebant, eſſe eas quæ de *amore æterno* agunt; ſed poſt ortum ſolis atque lucis ſplendorem dicebant eas quæ de *formatione lucis* agunt, nam precum ordo non impedit, quemadmodum illic exponitur. Decem vero quotidie verba legebant, quia iſta ſunt Legis fundamentum & principium. Cæterum jam dictum eſt quod in Terminis (extra terram Iſraelis) eas legere volebant, ſed quod hoc prohibitum fuerit propter hæreticos; ſed Gemara non declarat quænam ſit iſta hæreticorum controverſia, ſed in principio tractatus Berachot in Talmude Jeruſolymitano dicitur, fas erat ut decem verba legerentur quotidie, quare autem non leguntur? ob hæreticos, ne dicant, hæc duntaxat a Moſe data ſunt in Sinai. Poſtea dicit populum tres orationes legere, quæ ſunt, *verum & firmum ſit; propitius eſto: & confitemur: & pone pacem*: hæc omnia fiebant in conclavi Gazit. Preces vero ſacerdotum notæ ſunt, nempe, *benedicamus Domino*, hæ dicebantur ſuper ponticulo Ulam poſt miniſterium ſacrificii jugis, ſicuti ſequenti capite exponetur. Sed nos jam expoſuimus in fine tractatus de Tabernaculis quod omni Sabbato cuſtodia ſacerdotalis ad miniſterium intrabat, & exibat; in Gemara ad tractatum de benedictionibus ita exponitur hæc Miſna, cuſtodia exiens dicebat cuſtodiæ intranti, *cujus nomen in hac domo habitat, is efficiat inter vos amorem, dilectionem, pacem, & amicitiam.*

ARNOLDI. ברכה אחת *Benedictio prima*, conſtat ex codice Berachot ſacerdotes & Iſraëlitas, ſingulis diebus ante lectionem ſacræ ſcripturæ, debuiſſe adhibere duas benedictiones, quarum una magna, altera minor erat, illa אהבה רבה hæc יוצר האור vocabatur quarum formulas proponere, brevitati cui ſtudemus, obeſſet.

והיה אם שמוע ויאמר *Et erit ſi audiveritis & dixit*, prima lectio Deut. 11, 15. altera Levit. 15, 1. videre eſt.

ברכו את העם אמת ויציב ועבודה *Benedicebant cum populo verum & firmum & miniſterium*, docent nos commentatores Hebræi את העם hic idem eſſe quod עם העם, notandum autem eſt has benedictiones, quarum prima verba hic legis, compoſitas eſſe a Sapientibus, quas poſt lectionem ſacrarum literarum adhibebant.

ועבודה & *miniſterium.*

Hæc erat benedictio quam adhibebant, בשביל העבודה שעשו *propter opus quod abſolverant*, formula ejus, his verbis fuit propoſita: רצה ה׳ אלהינו עבודת עמך ישראל ואשי ישראל ותפלתם תקבל ברצון ברוך המקבל עבודת עמו ישראל ברצון שאותך לבדך ביראה נעבוד : *Domine Deus noſter gratum habeas miniſterium populi tui Iſraël & ſacrificia Iſraëlis, & preces eorum benevole accipias, benedictus ille qui beneplacitum habet in miniſterio populi ſui Iſraël, quia tibi ſoli in timore ſerviemus.*

משמור היוצא *Vigilia diſcedens*, docetur in codice *Succa*, ſingulis Sabbathis vigilias mutatas fuiſſe משמור היוצא עושה תמיד של שחר ומשמור הנכנס עושה תמיד של בין הערבים illamque quæ diſcedebat, hanc benedictionem vigiliæ, quæ accedebat dixiſſe quam Gemariſtæ Babylonici tradunt in codice Berachot cap. 1. fol. 12. מי ששכן את שמו בבית הזה הוא ישכין ביניכם אהבה ואחוה ושלום וריעות *qui fecit habitare nomen ſuum in hac domo, ille inter vos faciat habitare amorem, fraternitatem, pacem & amicitiam.*

ב אמר להם חדשים לקטורת בואו והפיסו הפיסו זכה מי שזכה חדשים עם ישנים באו והפיסו מי מעלה אברים מן הכבש למזבח ר״א בן יעקב אומר המעלה אברים לכבש הוא מעלה אותן על גבי המזבח :

2. Dicebat eis, Novi accedant & ſortiantur ad ſuffiendum, ſortiti ſunt, dignus erat, qui dignus æſtimabatur, novi cum veteribus venerunt & ſortiti ſunt, quis deportaret membra a ponticulo ad altare, R. Æ. filius Jacobi dicebat, qui deportat membra ad ponticulum, ille imponit altari.

R. OB. DE BARTENORA.

חדשים לקטורת *Novi pro ſuffitu*, qui nunquam fecerat ſuffitum, is ſortem projiciebat, qui vero ſemel projecerat, is denuo id non faciebat, quia diteſcebat, ſicuti ſcriptum eſt Deut. 33, 10. Idcirco ſecunda vice neminem ad ſuffitum admittebant. *Novi cum veteribus*, quia Lex in ſpecie utitur

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam dictum eſt capite ſecundo tractatus Joma, quod pro ſuffitu faciendo non fiebat ſortilegium, niſi eſſent ſacerdotes qui ipſum nunquam antea feciſſent, quia is qui ipſum ſemel confeciſſet, in opibus conquirendis proſper erat, idcirco dicit, *novi accedant & ſortiantur ad ſuffitum*

tur voce חדשים *novi*, idcirco auctor hic eadem voce uſus eſt; ſenſus eſt quaſi dixiſſet, quiſquis ſortem conficiendi ſuffitus projecit, & quiſquis non projecit, veniat, ſortemque projiciat. *Qui deportat membra ad ponticulum is quoque imponit altari*, hic non obtinebat ſortilegium; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer filium Jacobi.

tum faciendum. In loco autem ſupra allegato dicitur quod ſors pro ſuffitu erat tertia. Poſtea dicebat, *novi & veteres venite & ſortimini, quiſnam membra deferat ad altare*, quæ erat quarta ſors; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer filium Jacobi.

ARNOLDI. חדשים לקטורת בואו *Novi ad ſuffitum veniant:* Hæc erat ſors tertia ad quam præfectus ſacerdotes compellat, ubi probe obſervandum eſt שהקטורת לא היו מפילין עליה גורל אלא אותם שלא הקטירו אותה עדיין קודם *quod ad ſuffitum adolendum non ſortirentur, niſi illi qui antea nunquam adoleverant.* quia benedictionem huic muneri annexam eſſe putabant, nam ille qui adolebat ſuffitum מצליח בעניניו ומוציא פרנסתו ברווחה illudque colligitur a Talmudicis ex eo quod dicitur, *ponent ſuffitum in naribus tuis & holocauſtum ſuper altare tuum, benedic Domine ſubſtantiæ ejus, & opus manuum ejus ſit tibi acceptum* Deut. 33, 10, 11. ſed præſtiterit ipſa Gemaræ Babylonicæ verba referre, quæ ad Miſnam codicis Joma cap. 2. §. 4. ſic habet: תנא מעולם לא שנה אדם בה מאי טעמא אמר רבי חנינה מפני דמעשרת אמר

ליה רב פפא לאביי מאי טעמא אילימא משום דכתיב ישימו קטורה באפך וכתיב בתריה ברך ה׳ חילו *Traditur, quod nemo unquam bis ſuffitum adolebat, quænam eſt ratio? dixit Rab Papa ad Abai, quænam eſt ratio? fortaſſe quia ſcribitur, &c. benedic Domine ſubſtantiæ ejus*, novi igitur huic miniſterio ſorte deſignati ſunt כדי שיהיו הכל מתעשרים ומתברכים בה *ut omnes divites fierent & benedicerentur*, Bartenora.

חדשים עם ישנים באו והפיסו מי מעלה האברים *Novi atque etiam veteres venerunt & ſortiti ſunt, quis portabit membra*, hæc erat ſors quarta ad quam omnes promiſcue accedebant, tam illi qui antea, quam illi qui nunquam hanc provinciam ſortiti fuerant, adeo ut hic non ſentiant doctores cum R. Eleaſare ואין הלכה כר״א Maimonides.

ג מסרום לחזנים היו מפשיטין אותם את בגדיהם
לא היו מניחים עליהם אלא מכנסים בלבד והלונות
היו שם וכתוב עליהם תשמישי הכלים :

3. Tradebant ſe miniſtris qui exuebant illis veſtes ſuas, non relinquebant ſuper eis, niſi femoralia tantum, arcæ autem erant illic, quibus inſcriptum erat: uſus veſtium.

R. OB. DE BARTENORA.

מסרום לחזנים *Tradebant ſe miniſtris*, iſtos ſacerdotes qui ſe paraverant, & ſortem non conſecuti fuerant, ſed veſtibus ſacerdotalibus veſtiti erant, tradebant ſacerdotibus miniſtrantibus, qui in Templo ſerviebant ad veſtes ſacras exuendas.

לא היו מניחים עליהם אלא מכנסים *Non relinquebant ipſis quicquam præter femoralia*, & veſtimenta profana induebant; poſtea femoralia exuebant, & omnibus veſtibus ſacerdotalibus depoſitis exibant.

וכתוב עליהם תשמישי הכלים *Quibus inſcriptum erat; uſus veſtium*, femoralium capſis inſcriptum erat, *femoralia*; tunicarum capſis inſcriptum erat, *tunicæ*; & ſic in cæteris capſis. Ordo autem veſtes induendi erat, ut femoralia prius induerentur, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 6, 3. ומכנסי בד ילבש על בשרו nulla ergo veſtis induatur ante femoralia, & poſt tunicam, poſtea vero balteo ſe cingebat, pileumque induebat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc Miſna jam expoſita eſt in tractatu Joma, ibique exponitur quod hi omnes ſacerdotes veſtiebantur ſacris veſtibus in Templo, & quod iſtæ repoſitæ erant in conclavi Gazit, tanquam in circulo; præfectus autem iſtas ſignabat pro viro a quo inciperet numerus, & pileum removebat a capite ipſius, atque deinceps reponebat, facto autem ſortilegio exibant ad miniſteria ſua. Reliqui vero quibus ſors non obtigerat, ſunt ii quibus conveniebat exuere miniſtrantium veſtes in Templo; illis enim nullæ veſtes relinquebantur præterquam braccæ. Poſtea induebant veſtimenta profana, & tum braccas exuebant; ſacerdotales vero veſtes omnes in capſis, uti explicatum eſt in tractatu de Tabernaculis.

וכתוב עליהם תשמישי הכלים *Quibus inſcriptum erat; uſus veſtium*, capſis in quibus erant braccæ, inſcriptum erat *braccæ*; in quibus erat pileus, iis inſcriptum erat pileus; & ſic in cæteris. Ordo autem veſtiendi eſt, ut prius induantur braccæ. Quæſiverunt autem, unde tenemus, quod braccæ omnium primæ induendæ ſint? reſp. quia Levit. 6, 3. dicitur ומכנסי בד לבש על בשרו Poſtea induet tunicam, & balteo ſe cinget, pileumque capiti imponet; oportet autem ut ſcias remotionem cineris fieri in iſtis quatuor veſtibus, etſi Lex duarum duntaxat meminerit, uti dicitur Levit. 6, 3. ולבש הכהן מדו Sapientes vero dicunt verbo וילבש & *induet*, includi pileum & balteum in cinere removendo. Cæterum quod Lex dicit Levit. 6, 4. ופשט את בגדיו ולבש בגדים אחרים non intelligendum eſt de veſtibus profanis, ſed viliores æſtimatione; ambæ autem veſtes ſanctæ ſunt. Porro dixerunt, Lex comparavit veſtes exutas cum induendis, ſcil. quemadmodum hæ veſtes ſacræ ſunt, ita quoque iſtæ; ſi ita ſit res, quare Lex dicit, *alias* ſcil. induet? ad denotandum eas quæ viliores ſunt. Ratio autem quare veſtes quas induebant dum cinerem removebant, erant viliores quam veſtes quas induebat dum ſacrificiis operabatur, non eſt ad veſtes conſervandas ne détererentur, quia tibi jam dixi quod nobis ſit fundamentum de Templo quod in loco divitiarum non ſit paupertas. Sed ratio eſt ea quam jam diximus, ſcil. in qua veſte quis ollam coxerit pro Domino ſuo, in ea non infundet poculum pro Domino ſuo; quamvis autem Miſnæ ſcopum hunc diximus, nihilominus tamen ad tractatus ſcopum dicta ſunt.

ARNOLDI. מסרום לחזנים *Tradebant ſe miniſtris.* Buxtorfius, *tradebant ea miniſtris*, nempe membra agni ad ſacrificium juge mactati, ut deferant ea ad altare; quod certe nollem excidiſſe tanto viro, cum ſatis conſtet nullos niſi ſacerdotes ad miniſterium hoc obeundum admiſſos fuiſſe, & tantum illos qui per ſortem quartam deſignati fuerant uti ſtatim vidimus. accedit, quod membra ad altare perferre honori ducebatur, jam autem credibile non eſt ſacerdotes ubi ipſi per ſortem digni habebantur, miniſtros ſuos hoc honore mactatos voluiſſe.

Præterea illi qui hic dicuntur חזנים erant שמשין העסקים בצרכי המקדש כדי שיפשטו בגדי הקדש שעל כהנים *miniſtri qui occupabantur in ſanctuario, ut exuerent veſtes ſacras quibus induti erant ſacerdotes.* Bartenora. quare hæc verba מסרום לחזנים intelligi debent de ſacerdotibus, qui ſe præparaverant, veſteſque ſacras induerant, ſed quibus ſors ad obeunda miniſteria non obtigerat, illi ſe tradebant miniſtris ut veſtes exuerent, ut induti profanas, exire poſſent.

מניחים מכנסים בלבד *Relinquebant femoralia tantum*, ſenſus eſt, quod non ante exuerent braccas, quam vulgares veſtes induiſſent, jam depoſuerant tunicam, cingulum & pileum, ſed braccas tam diu induti manebant, ut detectæ nuditatis ignominiam evitarent.

כתוב עליהם תשמישי הכלים *Super eis ſcriptum erat, veſtium uſus*, arcæ erant, quibus imponebant veſtes, ubi reconditæ erant braccæ, ibi braccæ nomen erat inſcriptum, ubi pileus, ibi pilei, tunica tunicæ, cingulum cinguli nomen legebatur; ordinem autem, quem tenuerunt ſacerdotes in induendis veſtibus ſacris, ex Maimonide ſcies, ומכנסים ילבוש על בשרו ואחר כך ילבש הכתונת וא״כ חוגר באבנט ומקיף המצנפת על ראשו *femoralia linea induet ſuper carne ſua, deinde induet tunicam, deinde applicabit cingulum, & circumdabit capiti pileum.*

ד מי שזכה בקטורת היה נוטל את הכף והכף דמרה לתרקב גדול של זהב מחזיק שלשת קבין והבזך היה בתוכו מלא וגדוש קטורת וכסוי היה לו וכמין מטולת היה עליו מלמעלן :

4. Qui dignus habebatur ad ſuffitum, ſumebat vas, quod vas ſimile erat modio majori aureo, continenti tres cabos, & patera erat in medio ejus impleta & accumulata ſuffitu operculum habebat, & linteum quoddam ſuperne impoſitum erat.

R. OB. DE BARTENORA.

והבזך *Et patera*, eſt ſcutella magna. *Erat plena & accumulata*, ſcil. ſuffitu, & in כף continebatur, quæ erat magna aliqua ſcutella, nam ſi non eſſet magna, cum parva eſſet accumulata, ſuffitus in terra ſpargeretur quum elevabatur. Sed accumulata ſcutella ſola non ſufficiebat, quia honoris erat de ſcutella magna evacuare ſuper prunas quando ſuffitus fiebat.

וכסוי היה לו *Et ei operculum erat*, ſcilicet בוך *pateræ*. וכמין מטולת *& inſtar lintei*, magiſtri mei hanc vocem expoſuerunt quod operculo illius ſuperius erat annulus aliquis per quem portabatur operculum, idque a בוך removebat. Cæterum in Aruch exponitur מטולת eſſe ſegmentum lanæ, uti dicitur, non exibit camelus cum מטולת, videſis capite quinto tractatus de Sabbatho; huic operculo בוך impoſitum erat ſicuti ſudarium parvum, pulchritudinis ergo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מלא וגדוש *Impleta & accumulata*, ita ut patera, quæ erat intra כף, plena eſſet & præparata, ut non diſpergeretur ſuffitus. Cæterum jam expoſuimus in tractatu de Excidiis, quod de hoc ſuffitu quotidie offerebant centum denariorum pondus, quinquaginta mane, & totidem veſperi.

מטולת *Linteum*, eſt ſegmentum aliquod parvum e lana; dicit autem quod בוך implebant ſuffimento, & operculo operiebant; operculo ſuperius imponebant mappam parvam inſtar ſegmenti e lana facti, & poſtea totum בוך imponebant כף, atque ipſum כף manu tenens faciebat cum eo id quod ſequenti capite exponitur.

ARNOLDI. והבזך בתוכו *Et patera in medio ejus*, hoc inſtrumentum fuit כף קטון בתוך כף גדול *vas parvum in vaſe majori*, illud propterea fiebat, ne ſuffitus in terram ſpargeretur, quando ſacerdos ibat ad altare thumiamatis, idem videtur innuere Autor commentarii עץ חיים, qui ad hunc textum ita loquitur אם לא היה הגדול כיון שהקטון גדוש היה מתפזר הקטורת לארץ בהולכו adfertur & alia ratio ab eodem, nimirum, pertinere hoc ad gloriam Dei לערות הקטורת מכף גדוש על הגחלים *quando ſuffitus ex vaſe accumulato ſupra prunas effunditur*. ſciri interim poteſt quantum ſuffitus ſingulis diebus adoleverint ſacerdotes, ſcilicet pondo centum denariorum unoquoque die, ex quo dimidiam partem mane, alteram veſperi conſumebant. *Joma cap.* 4. §. 4.

כמין מטולת *Tanquam fruſtum panni*.

Explicat hanc vocem Maimonides per חתיכה קטנה של בגד *fruſtum laceratæ veſtis*, quo ita ſuffitum in thuribulo, operculo tectum, magis conſervare poſſent אם מלמעלה מפה קטנה אותו מכסרת *ſi ſuperne mappa exigua operiret illum.*

ה מי שזכה במחתה נטל מחתת הכסף ועלה לראש המזבח ופנה את הגחלים הילך והילך וחתה ירד ועירן לתוך של זהב נתפזר ממנו כקב גחלים והיה מכבדן לאמה ובשבת היה כופה עליהם פסכתר ופסכתר היתה כלי גדול מחזקת לתך ושתי שרשרות היו בה אחת שהוא מושך בה ויורד ואחרת שהוא אוחז בה מלמעלן בשביל שלא תתגלגל ושלשה דברים היתה משמשת כופין אותה על גב הגחלים ועל השרץ בשבת ומורידין בה את הדשן מעל גבי המזבח :

5. Qui dignus habebatur ad thuribulum, ſumebat thuribulum argenteum, aſcendebat ad verticem altaris, & agitabat prunas hinc inde, accipiebat, deſcendebat, & effundebat illas in medium thuribuli aurei, diſpergebatur ex illo tanquam cabus prunarum, purgabat autem illa in foſſa & in Sabbatho operiebat ſuper eas ollam, peſachtar erat vas magnum, capacitatis dimidii chomer, duas habebat catenas, unam qua trahebat, qui deſcendebat, alteram qua tenebat, qui erat in ſuperiori parte, ne circumvolvatur, & tribus uſibus inſerviebat, tegebant ea prunas, reptilia in Sabbatho, & removebant cum ea cinerem ab altari.

R. OB. DE BARTENORA.

מי שוכה במחתה *Qui dignus habebatur ad thuribulum*, ad prunas ad altare deferendas aureum, & hac in parte non obtinebat ſortilegium; ſed is cui ſors ſuffitus faciendi obtigiſſet, dicebat ei qui cum ipſo erat, operam dato mecum acerræ, & prunas educito.

ועירן בשל זהב *Et evacuabat eas in aureum*, ſed non educebat prunas ope thuribuli aurei, ne detereret ipſum, quia Lex bonis Iſraëlitarum parcit. *Diſpergebatur ex illo fere Cabi quantitas e prunis*, quia quatuor Caborum acerra argentea educebat eas, atque in auream evacuabat tres Cabos continentem, & ad hanc plenam portandam, poſtremo eam evacuabat, quia id honoris erat.

מכבדן לאמה *Purgabat illa in foſſam*, in foſſam aquæ quæ erat in atrio, ne ſacerdotes ipſis ſe urerent. *Et in Sabbato*, quia prohibitum eſt hanc in partem aggravare quippiam, & magno vaſe contegere. פסכתר erat vas aliquod magnum, & Paraphraſis Chaldaica סירות *ollas* exponit per פסחתרות; Cæterum לתך eſt dimidium Cori, ſive quindecim Sata, quia Corus triginta continet Sata. פסכתר autem duas catenas continebat, unam ab hac & alteram ab iſta parte, quia in ipſo cinerem ab altari demittebant, uti in poſterum dicitur. Quando autem hocce vas cinere plenum demittebant per ponticulum altaris, ſacerdos præibat qui ipſum in catenis excipiebat; alter vero ſacerdos ſupra פסכתר ſtabat, & coram ipſo catenam apprehendebat, ne in deſcenſu ponticuli devolveretur. *Et ſuper reptilia*, ſi aliquod reptile in Sabbato inveniretur in Templo, id tegebant פסכתר, ne ſacerdotes pollucrentur, quia die Sabbati illic removeri non poterat; nam hæc prohibitio Sabbatica vel in ipſo Templo decreta fuit. Et hoc intelligendum eſt ſi in atrio ipſum inveniſſent; at ſi in ipſo Templo, vel in Ulam inveniſſent, ſtatim ipſum removebant, etſi id factum fuiſſet die Sabbati.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſitum eſt in fine tractatus de Mixtura Sabbatica, e quo loco ſerpentem ex altari removebant, ſi is in Sabbato reperiebatur in Templo, quo in loco ipſum relinquebant uſque ad Sabbati exitum; ſed ipſum tegebant olla, & Targum exponit vocem סירה *ollam* per פסחתרות; Cæterum capite quarto tractatus Joma exponitur quod acerra qua ignem educebant, continebat quatuor Sata; ſcutella vero aurea in quam evacuabant, tria Sata continebat, & Cabi quantitas diſpergebatur de prunis; quando autem non erat Sabbatum, prunas in ſolum cadentes conjiciebant in canalem, qui ab altari in fluvium Kidron fluebat. לתך comprehendit menſuram quæ continet Sata quindecim; Sati vero quantitatem jam expoſuimus in tractatu de Muneribus.

ARNOLDI. מחתת הכסף *Thuribulum argenteum*, in die expiationis ſolenni, quo multa a ſacerdote magno peragenda erant, aureum thuribulum habebat, ut aliquantum onere levatus favillas ex uno vaſe in aliud fundere non cogeretur, ſed aliis diebus prunas argenteo thuribulo depromebant quia hoc alias aureum nimis attriviſſet, nam חתיית הגחלים שוחק הכלי *acceptio prunarum, atterit inſtrumentum.*

נתפזר בקב *Diſpergebatur cabus*, thuribulum argenteum quatuor continebat cabos, quando infundebat in aureum quod erat trium caborum, tantum favillarum periit, quod cabum implere poterat.

מכבדן *Purgabat illa*, foſſa erat in atrio, quæ aquas habebat, ad hanc acceſſit ſacerdos, & ignem quo thuribula ex acceptione prunarum candebant exſtinxit, ne alii ſacerdotes יכוו בהן *ad ea ſe urerent.*

בשבת *In Sabbatho*, quia vetita erat illo die prunarum exſtinctio, ideo כופה עליו כלי אחד גדול *tegebat illa inſtrumento magno.*

שתי שרשרות *Duæ catenæ*, quando ſacerdotes ollam cinere repletam ab altari per ponticulum verſus terram deferebant, tunc unus ex illis præceſſit, ollam catena quæ erat ab uno latere attrahendo, alter ſecutus eſt, ollam ab alio latere ſuperne tenens שלא תתגלגל במדרון הכבש *ne in declivi ponticulo convolvatur.*

על השרץ *Super reptili*, v. g. ſi vermis inveniretur in atrio, quando Sabbathum erat, non poterant eum extra atrium projicere, כדי שלא יטמאו בו הכהנים *ne polluerentur ſacerdotes*, & requiem Sabbathi læderent.

ו הגיעו בין האולם ולמזבח נטל אחד את המגריפה וזרקה בין האולם ולמזבח אין אדם שומע קול חברו בירושלם מקול המגריפה ושלשה דברים היתה משמשת כהן ששומע את קולה יודע שאחיו הכהנים נכנסים להשתחות והוא רץ ובא ובן לוי שהוא שומע את קולה יודע שאחיו הלוים נכנסים לדבר בשיר והוא רץ ובא וראש המעמד היה מעמיד את הטמאים בשערי מזרח :

6. Ubi venerant inter veſtibulum & altare, unus ſumpſit magrepham, & aſperſit illud, inter veſtibulum & altare alter alterum non audiebat Hieroſolymæ, propter vocem magrephæ, quæ tribus uſibus inſerviebat; ſacerdos qui audiebat vocem ejus ſcivit quod ſacerdotes convenirent ad incurvandum, currebat, accedebat: Levita quando audiebat vocem ejus, ſcivit fratres ſuos Levitas conveniſſe ad canendum, currebat & accedebat, & caput ſtationis conſtituebat impuros ante portas orientales.

R. OB. DE BARTENORA.

מגריפה Eſt vas magnum, quod conjiciebant in terram ad ſonum excitandum; ſonus autem qui ex ipſo proveniebat, triplicem habebat uſum, ſicuti deinceps exponit. *Sacerdos qui audiebat illius vocem*, ſi non eſſet in atrio, accurrebat & ſe cum fratribus ſuis ſacerdotibus ad orandum incurvabat. ראש המעמד caput ſtationis, quando is ſonum מגריפה audiebat, parabat immundos iſtius cuſtodiæ, qui ad miniſterium inepti erant, & hoc in portis orientalibus; nonnemo dicit, propter ſuſpicionem ita fieri, ne ſcil. homines ſuſpicarentur miniſterium iſtud ſimile eſſe ipſius operi, ipſumque intermiſiſſe miniſterium ſacerdotale; ſed ut cognoſcerent ipſum intermiſiſſe miniſterium ob immunditiem neceſſariam e reptili contractam, vel aliam ob cauſam. Maimonides ſcribit, quod in porta orientali parabat leproſos jam a lepra purificatos, ut diſpoſiti eſſent ut ſanguis ſacrificii pro reatu in illos conſpergeretur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſitum eſt in tractatu de Jejuniis quænam ſint מעמדות *vigiliæ*; dicit autor quod cuſtodiæ præfectus iſtius ſeptimanæ, quando ſonum מגריפה audiebat, leproſos parabat, qui jam in porta orientali a lepra ſua ſanati erant, ut parati eſſent ut ſanguine conſpergerentur ſacrificii pro reatu, ſicuti exponitur in fine tractatus de Plagis.

ARNOLDI. מגריפה *Magrepha*, dicitur in codice Erachin, cap. 2. duo fuiſſe inſtrumenta, quæ magrephæ nomine veniebant אחד לדישון ואחד של שיר *unum ad decinerationem, alterum ad muſicam*, unde dubitatur inter Magiſtros, an hoc idem fuerit cum כלי של שיר an vero tertium fuerit ſpecie diverſum, prior ſententia potior eſt.

ראש המעמד *Præfectus ſtationis*, ſtatio erat cætus delectus, & miniſterio ſacro oblationum & precum præfectus, ut iſta legitime fierent nomine populi totius, qui אנשי מעמדות *viri ſtationum* quaſi ſacris publicis aſtantes dicebantur; ſingulis erat unus præfectus qui ראש המעמד vocabatur. viginti quatuor erant Ephemeriæ ſeu משמרות *cuſtodiæ*, & pro unaquaque harum erat cætus ſtationarius *Hieroſolymis*, qui aſtaret ſacrificiis fratrum. præter hos qui erant ſtati Hieroſolymis erat cœtus ſtationarius in unaquaque urbe. Nam totus Iſraël diviſus erat in 24 ſtationatus, ſecundum XXIV. Ephemerias. ratio inſtitutionis horum ſtationariorum redditur in codice Taanith hal. 2. cap. 4. videlicet כי היאך קרבנו של אדם קרב והוא אינו עומד על גביו *Nam quomodo offerri potuit oblatio cujuſvis, ſi ipſe præſens non aſtaret?* jam vero cum ſacrificium juge, aliaque nonnulla offerrentur pro toto Iſraële, atque impoſibile eſſet ut totus Iſraël adeſſet, inſtituti ſunt hi ſtationarii qui vice totius Iſraëlis manus imponerent ſacrificio jugi, adeſſentque aliis oblationibus, quæ oblatæ ſunt pro toto Iſraële. Et dum iſti hoc præſtarent *Hieroſolymis*, erant & alii ſtationarii, in unaquaque Ephemeria, qui orationibus & jejuniis in civitatibus ſuis promoverunt quantum poterant, miniſterium fratrum ſuorum, qui *Hieroſolymis* commorabantur. videri de hac re poſſunt fuſe diſſerentes Rambam & Obadias de Bartenora.

מעמיד את הטמאים *Conſtituebat immundos*, ſi eſſent ſeminiflui, cum in finem illic conſtituebantur, ut conſtaret, eos מפני טומאת קרי arceri, quo minus miniſterium obirent, ſi immundi a tactu rei impuræ, ut innoteſceret, מפני החשד ..eque populus falſa opinione imbueretur, שלא יחשדוהו שאלו על מלאכותיו הלכו *ne ſuſpicarentur eos ad miniſteria ſua obeunda abire.* ſi leproſi, ut ſuper eos ſanguis reatus ſpargeretur.

פרק ו החלו עולים במעלות האולם מי שזכו בדישון מזבח הפנימי והמנורה היו מקדימין לפניהם מי שזכה בדישון מזבח הפנימי נכנס ונטל את הטני והשתחוה ויצא מי שזכה בדישון המנורה נכנס ומצא שתי נרות מזרחיים דולקין מדשן את המזרחי ומניח את המערבי דולק שממנו היה מדליק את המנורה בין הערבים מצאו שכבה מדשנו ומדליקו

Caput 6. Incipiebant aſcendere per gradus veſtibuli, qui deſignati erant ad decinerationem altaris interioris & candelabri; præcedebant coram facie eorum; cui obtigerat decineratio altaris interioris, ingrediebatur, & ſumebat Teni, incurvabat ſe & exibat; cui obtigerat decineratio candelabri, ingrediebatur, quando inveniebat duas lucernas orientales ardentes, decinerabat illam quæ erat ad orientem, & ſinebat occidentalem ardere, quia ad illam accendebat candelabrum inter veſperas, quando invenie-

ומדליקו ממזבח העולה נטל את הכוז ממעלה שניה והשתחוה ויצא :

veniebat exſtinctam, accendit eam in altari holocauſti, deinde ſumens Cos e gradu ſecundo & ſe incurvans exiit.

R. OB. DE BARTENORA.

החלו *Incipiebant*, quibus obtigerat thuribulum & acerra in quam prunæ colligebantur, ii incipiebant & per duodecim gradus portæ Ulam aſcendebant, nam ei duodecim erant; & coram illis ibant ii quibus obtigerat decineratio altaris interioris, ad educendum vas טני illic relictum. Nam quia cinis prope altare deponendus erat ad orientem, ut cinis candelabri, expectabant donec ſanguis ſacrificii continui aſperſus eſſet; qui enim candelabrum decinerabat, is duas lucernas quoque parabat, & decinerationi candelabri finem imponebat, atque tunc unus educebat טני, & alter כוז, cinisque deponebatur prope altare ad orientem. והשתחוה ויצא *Et incurvavit ſe atque abivit*, quia tum illius præceptum abſolvebatur.

מצאו שכבה *Si inveniſſet eam extinctam*, poſt obitum Simeonis juſti non amplius erat miraculum, ſive extincta eſſet poſt mactationem ſacrificii jugis, ſive ante eam, & poſtea denuo accenſa, ſicuti diximus ſuperius capite tertio, licet tunc ipſam adhuc accenſam inveniſſet, tamen quia nihil miraculoſi in hoc continebatur, extinguebat eam & decinerabat ad duarum candelarum diſpoſitionem ſimul abſolvendam.

ומדליקו מעל מזבח העולה *Et eam incendebat ab altari holocauſtico*, quia lucerna occidentalis nunquam accendebatur niſi ab igne altaris holocauſtici quia ſcriptum eſt Levit. 6, 6. אש תמיד תוקד על המזבח ignis ergo iſte qui de jugi ſacrificio dictus eſt, uti ſcriptum eſt Exod. 27, 20. להעלות נר תמיד accendetur ex altari exteriori. *Ex gradu ſecundo*, e tribus qui coram candelabro erant. *Et ſe incurvans exiit*, quia præceptum ipſius perfecerat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſitum eſt capite tertio quod quinque lucernas purificabat, & egrediebatur, poſtea vero reliquas diſponens; ibique etiam expoſitum eſt, quod lucernis inſcriptum erat numerus ſex, & ſeptem, eaſque eſſe illas quæ relinquebantur, quas ſi ſacerdos inveniebat extinctas, denuo eas incendebat, & tres lucernas iis proximas diſponebat, duabus occidentalibus relictis, quibus inſcriptum erat, *prima*, *ſecunda*. Propterea hic dicit quod ſi eas duas lucernas inveniſſet accenſas, diſponebat eam cui inſcriptum erat, *ſecunda*, quæ eſt orientalis, reſpectu illius cui inſcriptum erat, *prima*. Relinquebat vero eam cui inſcriptum erat, *prima*, nam eam non extinguebat, ſed ſecunda vice diſponebat, educendo ellychnium, & addendo oleum, nam ex occidentali, cui inſcriptum erat, *prima*; cæteras lucernas incendebat inter duas veſperas; propterea, ſi lucernam occidentalem extinctam inveniſſet, tum decinerabat eam, atque ei ellychnium imponebat, & ab altari holocauſtico eam accendebat, ſed non ab aliis lucernis, quia e lucerna occidentali cui inſcriptum erat, *prima*, accendebat alias lucernas extinctas; ipſam vero extinctam denuo non accendebat niſi ex altari holocauſtico. Cæterum capite tertio expoſitum eſt quod כוז in quod colligebatur cinis candelabri, deponebat in ponticulo ſecundo lapideo, qui e regione candelabri erat & poſtea illinc educebat.

ARNOLDI. החלו עולים במעלות *Incipiebant aſcendere per gradus*: illi nimirum qui habebant vas cum ſuffitu, & thuribulum cum prunis, ſed adhuc præcedebant illi, qui decineraverant altare interius & candelabrum, ille ut auferret Teni quod reliquerat, hic ut decineraret duas lucernas quæ erant ad orientem, & eadem opera Cos ſecum ſumeret, quo præſtito שופכין הדשן אצל המזבח קדמה *effundebant cineres ad orientem altaris*:

מצא שתי נרות *Inveniens duas lucernas*, quia jam ante quinque purgaverat, & egreſſus, precibus habitis revertebatur, ad duas accedebat, quas ſi inveniret exſtinctas, decinerabat, non quod imponeret oleum novum, aut ellychnium novum, ſed tantum cinerem removeret שבראש הפתילה ישנה *qui erat in ſummitate ellychnii veteris*, hoc autem fiebat, להפסיק בין הטבת חמש להטבת שתים *ut differentia eſſet inter purgationem quinque, & inter purgationem duarum lucernarum*, neceſſe interim non fuit, ut has duas lucernas orientales, quando exſtinctæ erant, accenderent ad lucem quinque occidentalium, quia etiam aliquando מדליקין ממזבח העולה *accendebant ex altari holocauſti*.

ב מי שזכה במחתה צבר את הגחלים על גב המזבח מרדדן בשולי המחתה והשתחוה ויצא :

2. Cui obtigerat thuribulum, colligebat prunas, ſuper altari, expandebat eas extremitate thuribuli, & incurvans ſe, abiit.

R. OB. DE BARTENORA

צבר את הגחלים *Colligebat prunas*, quæ in thuribulo erant. *Super altari*, holocauſtico. מרדדן *expandebat eas*, ne de ſuffitu quicquam caderet in prunas. Suffitus autem ſuper altari aureo fiebat, & non in thuribulo, die autem expiationis prunæ in thuribulo relinquebantur, & in ipſo incendebantur; at die Expiationis prunæ non expandebantur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi conſtat quod altare ſuffimenti ſit altare aureum quod erat in Templo inter menſam & candelabrum, ſicuti deſcripſimus in tractatu Menachot atque in Middot, ſenſus vocis מרדדן eſt quod expandebat eas in altare.

ג מי שזכה בקטורת היה נוטל את הבזך מתוך הכף ונותנו לאוהבו או לקרובו נתפזר ממנו לתוכו נותנו לו בחפניו ומלמדים אותו הוי זהיר שמא התחיל לפניך שלא תכוה התחיל מרדד ויוצא לא היה המקטיר מקטיר עד שהממונה אומר לו הקטר ואם היה כהן גדול הממונה אומר אישי כהן גדול הקטר פרשו העם והקטיר והשתחוה ויצא :

3. Qui deſignatus erat ad ſuffitum, ſumebat pateram e medio cupæ, dabatque eam amico aut proximo ſuo, ſi ſparſus eſſet ſuffitus in medium cupæ, pugillo ipſius imponebat, docebant eum, cautus eſto, fortaſſe incipies coram facie tua, ne aduraris, incipiens, expandebat & abibat, qui adolebat, non adolebat ante, quam Præfectus ipſi diceret, adole, ſi autem eſſet ſacerdos magnus, Præfectus dicebat, Domine ſacerdos magne adole, diſcedebat populus, adolevit, & incurvans ſe abiit.

R. OB. DE BARTENORA.

ונותנו *Et dabat illum*, in thuribulum. לאוהבו *amico ſuo*, quocum ſe conferebat in Templi palatium; ſi vero de ſuffimen-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam diximus capite antecedenti quod בזך *patera* erat plena ſuffimento, ſi vero in thuribulo eſſet aliquantulum, dabat

fimento in patera aliquid ſparſum fuiſſet in thuribulum, quia patera erat plena & accumulata, & aliquoties de ipſa ſuffitus cadebat in thuribulum, idcirco ſuffitum dabat amico ſuo, ut ſpargeretur in thuribulo quod erat in pugillis illius qui ſuffitum faciebat.

ומלמדין אותו *Et docebant ipſum*, quia nunquam antea ſuffitum fecerat, uti Miſna dixit ſuperius, novi pro ſuffitu venite & ſortimini, idcirco requirebatur ut eum docerent.

שמא תתחיל לפניך שלא תכוה *Fortaſſe incipies coram facie tua, ne aduraris*, effundebat ſuffitum ſuper prunas ad latus occidentale ab ipſo remotum, & quum eas ad latus ſpargebat, tum accumulabat, ſicuti diximus in Joma, ut humor eo diutius detineretur; hoc enim honoris erat ut miniſterium dilataretur. Accumulabat autem in latere occidentali, ut ſi veniret ad ſuffitum ei proximum abradendum, ipſum ad latus occidentale accumularet ab ipſo remotum, & is non arderet cum ſuffitu incenſo, at ſi cumulus eſſet coram ipſo dum pugillo capiebat ſuffitum quo coram ipſo ſparſus erat, eumque ad ſeipſum attraxiſſet, brachium in cumulo ſuffitus adduxiſſet coram ipſo ardentis, hoc eſt quod in Beraita ad caput quintum tractatus Joma dictum eſt, accumulabat intus, quod eſt extra ipſum.

התחיל מרדד ויוצא *Incipiens expandebat & abibat*, ſenſus eſt, ſimulac ſuffitum expandiſſet, exibat. פרשו העם *diſcedebat populus*, omnes ſacerdotes inter portam Ulam & altare diſcedebant, quando ſuffitum faciebat ſummus ſacerdos, uti dictum eſt Levit. 16, 17. Propterea quoties in loco ſanctiſſimo fit expiatio, toties nemo erit in tentorio conventus; idcirco tam inter adolendum quam inter ſparſionem ſanguinis juvenci ſacerdotis uncti, & juvenci pro peccato eccleſiæ occulto, hircorumque pro idololatria, ſacerdotes inter Ulam & altare diſcedebant. Verum dum ſuffitus in die Expiationis fiebat, a Templi palatio ſe duntaxat ſeparabant, quia ſuffitus diei Expiationis non fiebat extra in Templi palatio in altari aureo, ſed intus in loco ſanctiſſimo; ideo non requirebatur ut ſacerdotes inter Ulam & altare diſcederent, niſi in Templi palatio duntaxat.

bat illud in pugillos illius qui ſuffitum adolebat. Diximus quoque eum qui ſemel ſuffitum faciebat, antea nunquam eum feciſſe, idcirco hic dicit quod ipſum monebant ut cautus eſſet ne inciperet coram ſe, ne diffunderet ſuffitum e manu ſua, & combureretur. מרדד *expandebat*, nempe ſuffitum ſuper foco.

פרשו העם והקטיר *Diſcedebat populus, & adolebat*, omnis populus ſacerdotalis inter Ulam & alteram portam exibat, ſicuti exponitur in principio tractatus de Vaſis; & propterea hæc Miſna dicit, & educebant intra Ulam & altare dum fiebat ſuffitus. Sed ad hoc non tenebantur, niſi ad ſuffitum quotidianum; verum ad ſuffitum diei Expiationis, nempe ſi quis in ſanctis ſanctorum adolebat, reliqui homines non tenebantur exire e loco intra Ulam & altare, niſi in palatio Templi ſolum. Oportet autem ut ſcias quod cum ſacerdos intrabat cum ſanguine ſacrificii pro peccato quod intus fiebat ut ſanguis illic ſpargeretur, nimirum in ſanguine ſacerdotis uncti, & in ſanguine hircorum pro idololatria, tum etiam diſcedebant inter Ulam & altare, perinde ac ſi fieret ſuffitus, & hæc colligimus ex iis quæ ſcripta ſunt Levit. 16, 17. *Nemo hominum erit in tentorio conventus &c.* hinc dixerunt, colligimus vocem Expiationis a die Expiationis, ob quamlibet expiationem in ſanctis quidem diſcedebant ſacerdotes inter Ulam & altare, niſi ob ſuffitum diei Expiationis, nam a palatio Templi diſcedebant, ſed non inter Ulam & altare, quia ſummus ſacerdos ab aliis occultus erat in loco ſanctiſſimo, quo nemini licebat ſe conferre, idcirco ne quidem admonebantur quia nemo iſtum locum intrabat. Cæterum in Gemara ad tractatum Joma jam expoſuimus ordinem ſacrificii jugis, & quod ei proximum eſt, dixeruntque Sapientes hanc eſſe traditionem conſervatam, & ad hunc ordinem probandum quædam adduxerunt; atque hic verborum ipſorum ordo eſto. Idcirco ſtrues magna antecedebat ſecundam ſuffitus ſtruem, atque hæc antecedebat ſtruem lignorum, & illa antecedebat decinerationem altaris intimi, & decineratio altaris intimi præcedebat diſpoſitionem quinque lucernarum, diſpoſitio quinque lucernarum præcedebat ſparſionem ſanguinis ſacrificii jugis, & aſperſio ſanguinis ſacrificii jugis præcedebat diſpoſitionem duarum lucernarum, & illa præcedebat confectionem ſuffitus, & illa præcedebat adolitionem membrorum, & hæc præcedebat oblationem muneris, munus præcedebat opus ſartaginis, & hoc præcedebat libamina, libamina præcedebant addititia ſacrificia, & hæc præcedebant pateras, pateræ vero ſacrificium juge matutinum præcedebant, ſicuti expoſuimus, Levit. 6, 5. *Et adolebit ſuper eo adipes pacificorum*, in ipſo igitur omnia ſacrificia abſolvebantur. Atque hicce ordo omnino eſt ſecundum ſententiam Aba Saul, quemadmodum colligit ex eo quod dicitur, quod in ſanguinis ſparſione ſacrificii jugis in altare diſtinguendum ſit inter diſpoſitionem quinque & duarum lucernarum. Sapientes vero dicunt inter adolitionem fieri aliquod intervallum, quo ſpargebatur ſanguis ſacrificii jugis, diſpoſitio quinque lucernarum, & poſtea duarum; deciſio eſt ſecundum Sapientes. Cæterum jam expoſitum eſt capite tertio hujuſce tractatus quod poſt mactationem ſacrificii jugis decinerabant altare interius, & tum ſimul decinerabant candelabrum. Sic etiam capite quarto expoſitum eſt quod poſt ſanguinis ſparſionem membra in fruſta ſecabant, & in ponticulum adferebant. Notum vero eſt quod per *munus* intelligatur munus libaminis, & id quod in hocce tractatu vocatur ſimilæ munus. Et quando ſimpliciter dicitur *libamina*, intelligantur libamina vini. Poſtea ordinem ſacrificiorum quotidianorum ingreditur miniſterii Sabbatici ordo, idcirco meminit addititii ſacrificii duarumque ſartaginum ſuffitus qui cum pane facierum accedebat. Quinto autem capite tractatus de Paſchate expoſitum eſt quod non licet offerre ſacrificium poſt juge veſpertinum, niſi Paſchale de quo dictum eſt quod non mactabitur niſi inter duas veſperas. Hæc vero duo ſegmenta lignorum adduci non poterant niſi cum ſacrificio jugi præter lignorum ſtruem, ſicuti dicitur Levit. 6, 12. *Et incendet in ipſo ſacerdos ligna*, at numerus pluralis ſaltem duo deſignat; ſed duo hæc ligni ſegmenta duntaxat adducebantur a duobus ſacerdotibus inter duas veſperas cum ſacrificio jugi, quia Lex dicit Levit. 1, 7. *Et diſpoſuerunt ligna*, quæſiverunt Sapientes, quare dicat *diſpoſuerunt*? de ſacrificio jugi veſpertino, ſicuti dictum eſt capite ſecundo tractatus Joma. Præterea dixerunt, non fit ſortilegium pro jugi ſacrificio matutino, verum ſacerdoti cui miniſterium illius competebat mane, eidem quoque competebat veſperi, ſuffitus miniſterio excepto, nam pro ipſo tam novi quam veteres ſortiebantur, uti diximus. Jam dictum eſt in Gemara ad tractatum de Tabernaculis, quod cuſtodia egrediens offerebat ſacrificium juge matutinum, & additamenta; cuſtodia ingrediens offerebat ſacrificium juge veſpertinum, & duas ſartagines; panem vero faciei utraque dividebat, quemadmodum illic exponitur. Scias etiam quod inter veſperas neceſſario fieri debebat decineratio altaris interioris & decineratio candelabri, uti diximus de ſacrificio jugi matutino. Propterea veriſſimus ordo hic eſt ex iis quæ diximus ſecundum Sapientes, quod poſt decinerationem altaris exterioris, ſive holocauſtici, ſtruem magnam conſtruebant, & poſtea ſtruem ſecundam, poſtea duo ſegmenta ligni, quæ ſtrui magnæ imponebantur. Deinde agnus ſacrificii jugis parabatur, & porta magna aperiebatur, atque tum ſacrificium juge mactabatur, ſacerdoteſque ad palatium Templi ſe conferebant, nam unus eorum decinerabat altare exterius, alter candelabrum interea dum mactabatur ſacrificium juge; poſtea ſanguis excipiebatur in cratere, ſed non prius in altare ſpargebatur quam abſoluta erat decineratio altaris interioris, atque tum ſanguis ſpargebatur, & poſtea quinque lucernæ diſponebantur ab eo cui id incumbebat; alii vero operam dabant ſacrificio jugi partiendo & fruſta ipſius in ponticulum ferendo, atque illinc educebant. Poſtea in conclave Gazit conveniebant ſacerdotes, ibique legebant, ſicuti diximus. Tum deinde ſuffitum ad palatium Templi ferebant ibique adolebant, & duas lucernas reliquas parabant, uti diximus; poſtea membra in altare deferebant, deinde ſimilam, deinde ſartagines, deinde vinum pro libaminibus, & tum Levitæ inchoabant muſicam ſuam, atque inſtrumenta in tractatu Erachin memorata pulſabant, & novem buccinationes cum totidem intervallis ſecundum intervalla in muſica uſitate buccinabant. Quando autem exibat e Templo is qui adolebat ſuffitum, conſiſtebat in gradibus

bus Ulam cum ſacerdotibus donec membra in altare delata erant; poſtea benedictio ſacerdotalis coram populo dicebatur. Huncce ordinem memoriæ mandes volo, quia omnium quæ in Miſna & Gemara dicuntur, compendium continet.

ARNOLDI. מרדדין בשולי המחתה *Expandebat eas extremitate thuribuli*, ratio ejus erat, ut ſuffitus eo melius poſſet adoleri, nam alias אם לא היו מרקען ופושטן יפול הקטורת מעל הנחלים *ſi non expandiſſent prunas, ſuffitus omnis ſuper prunas cadere non potuiſſet*, unde patet, quod ſingulis diebus ſuffitum adoleverint ſacerdotes, non in thuribulo ſed ſuper altari aureo, quod medium erat inter menſam & candelabrum cujus tamen contrarium fiebat in die expiationis ſolenni, ubi neceſſe fuit adoleri ſuffitum ſuper thuribulo, quia ſacerdos magnus debuit intrare ſanctum ſanctorum, ubi altare non fuit, ſuper quo ſuffitum accendere poſſet.

לאוהבו *Amico*, qui aſcenderat cum ſacerdote illo qui adoleret, ut ipſum adjuvaret in miniſterio, nam fieri aliquando poſſet ut de ſuffitu, qui erat in patera accumulatus, decideret parum in cupam, cui impoſuerat pateram, quod ille tollens manui adolentis imponebat.

מלמדין אותו *Docebant eum*, quia novus erat, qui nunquam ſuffimentum incenderat, nam לא שנה אדם בה *non admittitur aliquis ad illud ſecunda vice*, propter rationes ſuperius a nobis datas.

שלא תתחיל לפניך *Ne incipias ſcil. adolere coram te:* debebat ſuffitum ſpargere ad latus occidentale altaris ubi prunas expanderant, שכשבא לגרור הקטורת צברו לצד מערב רחוק ממנו *quando accedebat, ut adoleret ſuffitum, deponebat illum ad latus occidentale, remotum ab ipſo*, alias enim ſi prope ſe prunas & ſuffitum habuiſſet, neceſſario manus & brachium aduri debuiſſent, quod pariter ex hoc Bartenoræ commentario diſcas: אם היה עושה הגל לפניו כשיאסף הקטורת שנתפזר חוצה לו ומביאו אצלו נמצא זרועו נכוה *ſi cumulum coram facie ſua poneret, quando colligebat ſuffitum, qui extra illum diſſipatus erat, & ad ſe coacervaret, neceſſario brachium ejus aduri debuit.*

פרשו העם *Diſcedebat populus*, hoc eſt, omnes illi ſacerdotes, qui erant inter veſtibulum & altare illo tempore quando ſuffitus adolebatur, debuerunt illinc abire, nam כל כפרה שנעשית בקדש כל אדם לא יהיה באהל מועד *ſi expiatio fiat in ſancto, nullus erit in tentorio conventus* vide *Levit.* 16, 17. Rabbini docent illud non fuiſſe prohibitum in ſolenni expiationis die, imo volunt, ſacerdotes tunc temporis non niſi ex היכל quod *ſanctum* erat, diſceſſiſſe, adeo ut illis inter veſtibulum & altare exterius, quando ſuffiebat ſacerdos magnus in ſancto ſanctorum, omnino licitum fuerit.

אישי כהן גדול *Domine ſacerdos magne*, quis hic non videat autoritatem & gravitatem ſummi Pontificis, quæ non tantum a vulgaribus ſacerdotibus ſed ab ipſo etiam Sagane agnoſcitur. Non audias imperioſe jubentem, הקטר *adole*, præfectum, ſed ſubmiſſe invitantem, *Domine ſacerdos magne ſi placet adole.* Neque putandum eſt ſacerdotem magnum hoc miniſterium obiiſſe, quia forte ipſi obtigerat, nequaquam, nam quacunque vellet perfungi miniſterii parte, conceſſum ipſi fuit. quando placebat, mactabat, portabat membra ad altare, purgabat lucernas, adolebat ſuffitum, imponebat altari victimam.

פרק ז בזמן שכהן גדול נכנס להשתחות שלשה אוחזין בו אחד בימינו ואחד בשמאלו ואחד באבנים טובות וכיון ששמע הממונה קול רגליו של כהן גדול שהוא יוצא הגביה לו את הפרוכת נכנס והשתחוה ויצא ונכנסו אחיו הכהנים והשתחוו ויצאו :

Caput 7. Tempore illo quo ingrediebatur ſacerdos magnus ad incurvandum ſe, tres apprehendebant illum, unus ad dextram, alter ad ſiniſtram, tertius ad lapides pretioſos, & poſtquam audiviſſet præfectus ſtrepitum pedum ſacerdotis magni, quando egrediebatur elevabat ipſi velum, ingrediebatur & incurvans ſe exibat, ingrediebantur fratres ejus ſacerdotes, & incurvantes ſe exibant.

R. OB. DE BARTENORA.

להשתחות *Ad incurvandum ſe*, in Templo; hic autem non dicitur introitus abſque neceſſitate. *Lapides pretioſi*, qui erant in humeris Ephod. *Elevabat ei velum*, quod in janua Ulam ſuſpenſum erat, nam januæ Ulam non erant valvæ ut reliquis Templi januis, ſed velum duntaxat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אבנים טובות *Lapides pretioſi*, nempe lapides qui erant in Ephod; cæterum hæc incurvatio in Templi palatio duntaxat fiebat abſque dubio.

ARNOLDI. קול רגליו של כהן גדול *Strepitus pedum ſacerdotis magni*, non potuit incedere ſacerdos magnus, quin ſtatim audiretur קול פעמוני זהב שבשולי המעיל *ſonitus tintinnabulorum aureorum quæ erant in fimbriis pallii.*

שהוא יוצא *Quando egrediebatur*, nimirum ex loco, in quo erat, ut ſe conferret in ſanctuarium, quemadmodum ſentit Maimonides, alii volunt Præfectum ſacerdoti magno, poſtquam incurvaſſet ſe, quando ex templo egrediebatur cortinam removiſſe adeo ut metatheſin verborum in hoc paragrapho urgeant, ſcilicet ut hoc ordine ponantur נכנס והשתחוה וכיון ששמע הממונה קול רגליו של כ"ג שהוא יוצא הגביה לו את הפרוכת ויצא accedit & illud, quod Æts Chaim, & Jom Tob teſtentur ſe ad manus habere exemplaria, ubi verbum נכנס non eſt impreſſum, ſic enim uterque: ובנוסחאות אחרות שבידי נמחק מלת נכנס & *in alio exemplari, quod habeo verbum* ingreſſus, *deletum eſt.*

הגביה את הפרוכת *Elevavit velum:* notandum eſt in oſtio ſancti non fuiſſe valvas, ſicuti in omnibus januis ſanctuarii, אלא פרוכת בלבד *ſed velum tantum*, quod ſingulis diebus elevatum erat ועומד על ידי קשרים ויתדות & *impoſitum aſſeribus & clavis*, ut libere ingredi & egredi poſſent ſacerdotes, qui requirebantur miniſteria obire circa candelabrum & altare interius; alia autem ratio fuit ſacerdotis magni, qui poſtquam ſanctuarium ingreſſus erat, ſtatim velum ab aſſeribus detrahebatur ut מתיחד אם השוכן בבית ברוך הוא *ut uniretur cum illo benedicto qui inhabitabat domum*, hinc quando revertebatur ad ſuos neceſſe fuit tolli & elevari velum, quod non fiebat בעת כניסתו *eo tempore, quando ingrediebatur ſanctuarium.*

ב באו ועמדו על מעלות האולם עמדו הראשונים לדרום אחיהם הכהנים וחמשה כלים בידם הטני ביד אחד והכוז ביד אחד והמחתה ביד אחד והבזך ביד אחד וכף וכסויה ביד אחד וברכו את העם ברכה אחת אלא שבמדינה אומרים אותה שלש ברכות ובמקדש ברכה אחת במקדש היו אומרים את השם ככתבו

2. Venerunt & ſteterunt ſuper gradibus veſtibuli, ſtabant priores ad auſtrum, fratres eorum ſacerdotes, quinque inſtrumenta in manibus habentes, unus corbem, alter poculum, tertius thuribulum, quartus pateram, quintus cupam & operculum, benedicentes populo benedictione una, ſed qui erant in provincia, benedicebant benedictiones tres, in ſanctuario pronunciabant Nomen prout ſcribitur, ſed

ככתבו ובמדינה בכנויו במדינה הכהנים נושאים את ידיהן כנגד כתפותיהם ובמקדש על גבי ראשיהם חוץ מכהן גדול שאינו מגביה את ידיו למעלה מן הציץ רבי יהודה אומר אף כהן גדול מגביה את ידיו למעלה מן הציץ שנאמר וישא אהרן את ידיו אל העם ויברכם :

ſed in provincia per cognomen ejus, in provincia elevabant manus uſque ad humeros, ſed in ſanctuario ſupra caput, excepto ſacerdote magno, qui non tollebat manus ſuas ſupra frontale, dixit R. Jehuda, etiam ſacerdos magnus elevabat manus ſuas ſupra frontale quia ſcriptum eſt Levit. 9, 22. & elevabat Aaron manus ſuas ſupra populum, benedicebatque illis.

R. OB. DE BARTENORA.

באו ועמדו *Veniebant & ſtabant*, poſt benedictionem, & legebant miniſteriaque ſupra memorata perficiebant, atque ad gradus portæ Ulam perveniebant. עמדו הראשונים *ſtabant priores*, iſti nempe quinque ſacerdotes qui in manibus ſuis tenebant quinque vaſa. *Benedicentes populo benedictione una*, tres ſcil. verſus benedictionis ſacerdotalis, *benedicat tibi* &c. *illuminet* &c. & *attollat* &c. atque has vocat auctor unam benedictionem, quia ad has non reſpondebatur *Amen*, ſicuti in terminis.

השם ככותבו *Nomen prout ſcribitur*, nomen Domini quod quatuor literis ſcribitur. *Et in provincia per cognomen ejus*, uti eſt vox ארני, quia in Templo duntaxat nomen יהוה legeretur cum literis ſuis, ſicuti dicitur Levit. 20, 24. *In omni loco quo nomen meum tibi commemorare facio, veniam & tibi benedicam*, quæ verba ita tranſponenda ſunt, in omni loco in quo ad te veniam & benedicam, quod eſt in Templo, illic commemorare faciam nomen meum. *E regione lumborum ipſorum*, quia palmæ elevandæ ſunt, uti ſcriptum eſt Levit. 9, 22. *Et elevabit Aharon manus ſuas ad populum, & benedicet ei*; & Deut. 18, 5. ſcriptum eſt, *ipſe & filii ipſius omnes dies*, quemadmodum ergo ipſe cum elevatione manuum benedicebat, ita quoque ipſius filii per omnes dies. *Et in Templo*, nam populo benedicebat cum nomine Dei ineffabili conſiſtente inter digitos ipſius divina præſentia, mittendo manus ſupra capita eorum. *Nam manus ſuas non elevabat ſupra frontale*, quia nomen Domini tetragrammatum ei inſcriptum erat; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

באו ועמדו *Veniebant & ſtabant*, inde liquet quod omnes ſacerdotes in conclave Gazit congregati, poſtquam miniſterium eſſet peractum, aſcendebant per gradus januæ Ulam. הראשונים *primi*, ſunt quinque ſacerdotes quorum mentio facta eſt, hi enim miniſterio ſuo prius peracto, conſiſtebant ſuper gradibus januæ Ulam, antequam reliqui ſacerdotes in membris ſacrificii jugis offerendis occupati eſſent, ſicuti ordinem expoſuimus; reliqua hujuſce Miſnæ veniunt capite ſeptimo tractatus de Muliere adulterii ſuſpecta, ubi omnia expoſuimus.

ARNOLDI. באו ועמדו *Veniebant & ſtabant*, intelliguntur illi ſacerdotes, qui in conclavi *lapidis cæſi* legerant, illud nos docente Maimonide רומז אל הכהנים שקראו בלשכת הגזית proinde omnes illi, qui in mactatione pecudis, & aſportatione membrorum ad altare, occupati fuerant.

עמדו ראשונים *Stabant priores*, nimirum quinque illi qui decineraverant altare interius, candelabrum purgaverant & ſuffitum adoleverant, citius abſolverant miniſteria ſua, adeoque jam aſcenderant per gradus veſtibuli, priuſquam accederent reliqui ſacerdotes.

ברכה אחת *Una benedictio*, ſenſus eſt, quod in ſanctuario, quando recitabant benedictionem ſacerdotum, quæ continetur tribus verſibus ex ſ. ſ. deſumptis ad ſingulum verſum Amen non Reſponderint, ut ita pro una benedictione haberi debeat, ſic etiam Bartenora explicat: ברכה אחת לפי שלא היו עונין לאחריהן אמן בין פסוק לפסוק כדרך שעושין בגבולין vocatur *benedictio una quia poſt ſingulum verſum non reſpondebant Amen, quemadmodum faciunt in provincia.*

במדינה *In Provincia*, Nos per provinciam, non tantum urbes, quæ erant in tota terra Iſraëlis intelligimus, ſed ipſam etiam *Hieruſalemitanam*, adeoque Maimonidi, Buxtorfio & Sheringhamio contradicimus, qui volunt, quando מקדש & מדינה opponuntur, per מקדש etiam denotari *Hieroſolymam*, cum illa nunquam ita vocetur, ut hic omnino ſententiæ Bartenoræ, Seldeni, & Braunii ſubſcribamus. Novimus quidem Maimonidem ad cap. 4. codicis Roſch Haſſchanah hæc dicere: מקדש הקרא ירושלים כלה ומדינה שאר עיירות *tota Hieroſolyma vocatur ſanctuarium, & reliquæ urbes provincia*, ſed cum ille ipſe Halacha beth Habbechira capit. I. IV. doceat מקדש continere pronaum, ſanctum, & ſanctum ſanctorum, ut & murum & atrium cum ædificiis, quæ in illo circuitu reperiebantur, difficile eſt dicere, quid ille ſenſerit, notari interim poteſt quod R. S. J. commentatur ad prædictum locum tractatus Roſch Haſſchanah, ubi quando Miſna docet: *die feriato novi anni, qui incidit in Sabbathum, in ſanctuario clangebant buccina, ſed non in provincia*: ille explicat לא בירושלים ולא בגבולים *non in urbe Hieroſolyma neque in Gebulim.* accedit, quod מדינה & גבולים ſumantur pro eodem, nempe pro provincia, ideo Mikdaſch & Gebulim opponuntur, eodem modo quo & Mikdaſch & Medina, ſed Gebulim comprehendere ipſam urbem Hieruſalemitanam, patet ex Gloſſa ad cap. 7. Jomæ כל חוץ לעזרה קרוי גבולים *quicquid eſt extra atrium, vocatur Gebulim i. e. provincia.* Ergo & ipſa urbs Hieruſalem eſt in provincia, cum fuerit extra atrium.

חוץ מכהן גדול *Excepto ſacerdote magno*, manus ſuas ſupra frontale non elevabat מפני שהשם כתוב בו *quia ei nomen tetragrammaton inſcriptum erat*, קדש ליהוה propterea etiam R. Jehudæ ſententia a Rabbinis non æſtimatur eſſe vera.

ג בזמן שכהן גדול רוצה להקטיר היה עולה בכבש והסגן בימינו הגיע למחצה הכבש אחז הסגן בימינו והעלהו הושיט לו הראשון הראש והרגל וסמך עליהם וזרקן הושיט השני לראשון שתי הידים נותנן לכהן גדול וסמך עליהם וזרקן נשמט השני והלך לו וכך היו מושיטין לו שאר כל האברין והוא סומך עליהן וזורקן ובזמן שהוא רוצה הוא סומך ואחרין זורקין בא לו להקיף את המזבח מהיכן הוא מתחיל מקרן דרומית מזרחית מזרחית צפונית צפונית מערבית מערבית

3. Quando ſacerdos magnus volebat adolere, aſcendebat per ponticulum, erat autem præfectus ſacerdotum ad dextram ejus, ubi venerat in medium ponticulum, apprehendebat præfectus ſacerdotum dextram ejus, & aſcendere faciebat eum, tum primus præſentabat ipſi caput & pedem, imponensque manus, aſpergebat, porrigebat ſecundus primo duas manus, qui præſentabat eas ſacerdoti magno, demittebatur ſecundus & abibat, hoc modo reliqua membra ipſi porrigebat, quæ, impoſitis manibus, aſpergebat, quando volebat, imponebat tantum manus, & alii aſpergebant; quando circumibat altare unde incipiebat? a cornu auſtrali, ad orientale, ab orientali ad ſeptentrionale, a ſeptentrio-

מערבית דרומית נתנו לו יין לנסך הסגן עומד על
הקרן והסודרים בידו ושני כהנים עומדים על שלחן
החלבים ושתי הצוצרות של כסף בידם תקעו והריעו
ותקעו באו ועמדו אצל בן ארזא א׳ מימינו וא׳
משמאלו שחה לנסך והניף הסגן בסודרים והקיש בן
ארזא בצלצל ודברו הלוים בשיר הגיעו לפרק תקעו
והשתחוו העם על כל פרק תקיעה ועל כל תקיעה
השתחויה זה הוא סדר התמיד לעבודת בית אלהינו
יהי רצון שיבנה במהרה בימינו אמן :

trionali ad occidentale, ab occidentali ad auſtrale, dabatur ipſi vinum ad libandum, præfectus ſacerdotum ſtabat ad cornu, & vela erant in manu ejus, duo etiam ſacerdotes ſtabant ad menſam adipum, & duæ tubæ argenteæ erant in manibus eorum, clangebant ſono æquali, tum fracto, poſtea iterum fixo & æquali, veniebant & ſtabant apud filium Arſæ, unus ad dextram, alter ad ſiniſtram ejus, quando incurvabat ſe ad libandum præfectus ſacerdotum agitabat ſudaria, filius Arſæ cymbalum pulſabat, & Levitæ dicebant canticum, ubi abſolverant verſum clangebant & populus curvabant ſe, ad omnem ſectionem clangor, ad omnem clangorem incurvatio: hic eſt ordo ſacrificii jugis, juxta miniſterium domus Dei noſtri, ſit beneplacitum ejus, ut cito ædificetur in diebus noſtris. Amen.

R. OB. DE BARTENORA.

בזמן שכהן גדול רוצה להקטיר *Quando pontifex maximus volebat adolere ſuffitum*, nam is adolebat quando lubebat, & eam partem quoque ſibi eligebat quam vellet. למחצית הכבש *ad medium ponticulum*, nam jam paullum fatigatus erat. וסמך עליהן *& manum illis imponebat*, in honorem pontificis maximi, ut ipſius miniſterium omnibus excellentius eſſet. *Et ſpargebat*, uti exponimus illa verba, *& facies holocauſta tua carnem & ſanguinem*, ſicuti ergo ſanguis aſpergitur, ita & caro.

נשמט השני והלך *Dimittebatur ſecundus & abibat*, primus vero illic manebat ad recipiendum membra eo adducta, & ad ea pontifici maximo tradenda. בא לו להקיף את המזבח *venit ad circumeundum altare*, pontifex maximus qui erat in ſummitate ponticuli ad meridiem, circuibat ad dextram, quia omnes circuitus fiebant ad dextram, idcirco ibat ad plagam orientalem meridionalem, & illinc ad ſeptentrionalem orientalem, donec appropinquaret ad occidentalem meridionalem ſive locum in quo erant altaris foramina, per quæ vinum & aqua libaminum diffluebant uſque ad fundamenta שתין dicta, ibique erat ſacerdos aliquis qui ei vinum porrigebat pro libamine, nam pontifex maximus ſecum non portabat vinum, ne id fumo ſtruis in altari corrumperetur dum illud circuibat; inter eundum membra in altari non bene combuſta vertebat fuſcina. Alii vero ſacerdotes quando vinum libabant, ibant ad ſiniſtram ponticuli ad latus meridionale occidentale, quod ponticulo propius eſt, ſicuti dicit Miſna capite ſexto de Sacrificiis, omnes qui aſcendebant, ad dextram ibant, præterquam is qui ob tria negotia aſcendebat, ſcil. libamen vini, aquæ, & holocauſtum avium; ob vinum & aquam, ne adurerentur, ob holocauſtum avium, ne fumo morerentur. Cæterum pontifex maximus qui eſt ut filius domus cui poteſtas eſt ire quo voluerit, quod alii ſacerdotes facere nequeunt, etiam ſine ſortilegio fuſcina vetere poterat membra foco impoſita, & ad dextram circuire altare. *Præfectus ſacerdotum ſtabat ad cornu*, prope pontificem maximum qui venerat libatum, *Et ſudaria in manu ipſius*, ad movendum ea quum libabat ſacerdos, ut Levitæ cantarent, & Ben Arza pulſaret tympana, uti ſtatim dicit. *Super menſa adipum*, duæ erant menſæ in occidentali ponticuli plaga, una argentea cui imponebant vaſa miniſterii, & altera marmorea cui imponebant membra, & hæc menſa adipum vocatur. *Ben Arſa*, eſt nomen alicujus qui optime tympana pulſare ſciebat. *Perveniebat ad caput*, ad finem capitis.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Hæc circuitio non tantum pontifici maximo deſtinata erat, ſed omnis qui altare circuibat, ita ipſum circuibat, ſicuti expoſuimus capite quinto tractatus de Sacrificiis. Præterea capite ſexto de Siclis quoque expoſuimus quod duæ in ponticulo occidentali erant menſæ, una argentea, cui imponebant vaſa miniſterii, & altera marmorea cui membra imponebant; hic vero menſæ cui adipes imponebantur, mentio fit. Diximus quoque capite quinto de Siclis, quod Ben Arſa pulſabat tympana. Et nono capite de muneribus expoſuimus, quod manuum impoſitio duntaxat ſuper vivis fiebat, ut & ſuper membris, idcirco uti illic diximus ob honorem pontificis maximi hæc fiebat differentia. סודרים ſunt lintea ſudaria.

ARNOLDI. רוצה להקטיר *Volebat adolere*, hoc non debemus intelligere de ſuffitu adolendo in altari thumiamatis, ſed de imponendis altari holocauſti victimæ membris; nam in ſequentibus mentio eſt aſcenſionis per ponticulum, qui in altari interiori non fuit, omnium illorum, qui deſignati erant ad deferenda membra e ponticulo ad altare, & tertio aſperſionis ſanguinis, & impoſitionis manuum, quod nullibi niſi in altari exteriori, fieri potuit, hinc in Joma cap. 2. §. 7. dicitur אם רצה להקריב כהן גדול מקריב *ſacerdos magnus ſi velit offerre, offerat.* tunc enim ille plures aut pauciores ſacerdotes, ſibi pro arbitrio adjungens היה נוטל חלק שירצה *ſumebat partem quæ placebat.*

וסמך עליהם *Et imponebat eis manus*, ipſi Judæorum magiſtri fatentur, ſe hunc ritum ex ſacra ſcriptura non poſſe demonſtrare, adhibitum tamen fuiſſe volunt משום כבודו של כהן גדול שתהא חשובה הקטרתו משאר כהנים *propter autoritatem ſacerdotis magni, ut ejus oblatio æſtimaretur, præ cæterorum ſacerdotum oblationibus.*

נשמט השני *Demittebatur ſecundus*, primus apud ſacerdotem magnum relinquebatur לקבל האברין מן המושיטים וליתנן לכ״ג *ut acciperet membra, ab eis qui extendebant ea, quo poſſet præſentare ſacerdoti magno*, nimirum ut manus imponeret, & aſperſione ſanguinis rigaret.

מהיכן הוא מתחיל *Unde incipiebat?* Neceſſe fuit ut dextram verſus altare circumiret, ut ita ab auſtro per orientem, ſeptentrionem & occidentem ambulando, ad auſtralem altaris partem reverteretur, ubi ſacerdos ſtabat qui porrigebat ipſi vinum quod ſecum non ſumpſerat quando circuibat, nam illud יתקלקל בעשן המערכה *depravabatur fumo ſtruis*, teneri interim debet, ſacerdotes gregarios, quando circuibant altare & vinum libabant ſiniſtram verſus iviſſe, שאין רשאין לעשות נסוך יין ולהלך דרך ימין *quia non licitum erat illis, vinum libare & dextram verſus altare circumire*, eo quod hoc ſoli ſacerdoti magno concedebatur.

סודרין בידו *Vela in manu ejus*, ſacerdotum præfectus, juxta ſummum ſacerdotem ponticulum altaris conſcenderat, parva vela habebat in manu, quorum agitatione ſignum Levitis dabat ad canendum.

על שלחן החלבים *Ad menſam adipum*, duæ erant menſæ ad occidentem ponticuli, una argentea, cui imponebant inſtrumenta miniſterii, altera marmorea, cui imponebant membra diſſecta, quæ alias vocabatur menſa adipum.

תקעו *Clangebant*, fieri enim poterat, ut non viderent agitationem ſudarii, שיפנו לכם לדבר כשהיו בתוך הלשכות או בהר הבית, *quando intenti erant alicui negotio, quando in conclavibus*

vibus aut in monte domus erant, ſi autem audirent clangorem tubæ, ſtatim reſpexerunt ad agitationem ſudarii, ſciveruntque tempus canendi inſtare.

הגיעו לפרק *Ubi abſolverant verſum*, Docet nos Maimonides, novies clanxiſſe ſacerdotes ſingulis diebus, nimirum בשיר היו ג׳ פרקים שמפסיקים בו ועל׳ כל פרק היו הכהנים תוקעים ג׳ תקיעות *in cantico Levitarum tres erant ſectiones*, *& ad unamquamque ſacerdotes ter clangebant*, veſperi autem quando portæ claudebantur, de novo ter tubas inflaſſe, autores ſunt alii. Notabile interim eſt, Levitas tum demum cantaſſe, quando ſacerdos magnus libabat vinum, ſecundum illud משכח אלהים ואנשים *Lætificat Deum & homines.* Jud. 9, 14.

ד השיר שהיו הלוים אומרים במקדש ביום הראשון היו אומרים לה׳ הארץ ומלאה תבל ויושבי בה בשני היו אומרים גדול׳ ה׳ ומהולל׳ מאד בעיר אלהינו הר קדשו בשלישי היו אומרים אלהים נצב בעדת אל בקרב אלהים ישפוט ברביעי היו אומרים אל׳ נקמות ה׳ אל נקמות הופיע וגו׳ בחמישי היו אומרים הרנינו לאלהים עזנו הריעו לאלהי יעקוב בששי היו אומרים ה׳ מלך גאות לבש וגו׳ בשבת היו אומרים מזמור שיר לשבת מזמור שיר לעתיד לבא שכלו שבת ומנוחה לחיי העולמים :

4. Canticum quod recitabant Levitæ in ſanctuario: primo die dicebant; Domini eſt terra & plenitudo ejus, orbis & incolæ ejus. ſecundo die dicebant; magnus eſt Dominus & laudatus valde in urbe Dei noſtri, monte ſanctitatis ejus, tertio die dicebant: Deus aſtans in cœtu Dei fortis inter Deos judicat. quarto die dicebant, Deus vindictæ, Dominus vindictæ illuceſcat. quinto die dicebant, cantate Deo, fortitudini noſtræ, clangite Deo Jacobi. Texto die dicebant, Dominus regnat excellentiam indutus &c. in Sabbatho dicebant, Pſalmus, canticum diei Sabbathini, Pſalmus canticum in ſeculum, in diem ubi merum erit Sabbathum & quies ad vitam Seculorum.

R. OB. DE BARTENORA.

ליהוה הארץ *Domino eſt terra*, ita dicebant quia primo die opus creationis inchoatum eſt, ſecundo dicebant, *magnus eſt Dominus &c.* quia in ipſo diviſæ ſunt aquæ, & inter eas factum eſt expanſum. Tertio die dicebant, *Deus adſtans in cœtu &c.* quia in ipſo apparuit arida, in qua judices habitant ad judicandum. Quarto dicebant, *Deus vindictæ &c.* quia in ipſo ſol & luna fuerunt creata cum ſtellis, quæ ſi quis coluiſſet, Deus ab ipſo vindictam ſumat. Quinto die dicebant, *cantate Deo &c.* eo quod in ipſo animalia creata ſunt, quæ ſi quis recte contempletur, laudet creatorem eorum. Sexto dicebant, *Dominus regnat &c.* quia in ipſo creatio abſoluta eſt, & quia in eodem homo creatus eſt qui regem creatorem ſuum cognoſcit. *In tempus futurum quo merum erit Sabbatum, & quies ad vitam æternam*, hic doctor eſt in eadem ſententia in qua eſt is qui dicit, ſex mille annos duraturum mundum, & in uno deſtructum iri, quia autem in ſeptimo millenario nemo erit præter Deum, uti dicitur Jeſ. 2, 11. *Et exaltatus erit Dominus ſolus iſto die*, propterea dicebant in Sabbato, *Pſalmus cantici pro die Sabbati*, ſcil. pro millenario ſeptimo, quia unus dies Deo benedicto eſt inſtar mille annorum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſitum eſt in Gemara ad titulum de novo anno, quare hi Pſalmi deſtinati ſint hiſce diebus; dixerunt die primo, *ad Dominum pertinet terra, & plenitudo ipſius*, quia terra eſt principium creationis divinæ; ſecundo autem die quo aquæ fuerunt ſeparatæ & cœli in locum ſuum congregati, dicebant, *magnus eſt Dominus &c.* Tertio autem, quo terra detecta fuit, quia in ipſa fit judicium, dicebant, *Deus adſtans in cœtu &c.* Quarto die quo ſol & luna creata erant, dicebant, *Deus vindictæ &c.* ut vindictam ſumeret ab iis qui ipſum non recte adorabant. Quinto die, quia in ipſo animalium genera creata erant, & miraculum aliquod reſpectu tantæ variationis ſpecierum earumque motione fit', ut & reſpectu aliorum miraculorum quæ cernuntur in animalibus, dicebant, *cantate Deo, fortitudini noſtræ*, quando enim iſta contemplabantur, creatorem laudabant. Sexto, quia in ipſo creatio perfecta fuerat, & homo quoque in eo creatus erat, qui Dei amplitudinem cognoſcit, dicebant, *Dominus regnat &c.*

ARNOLDI. Pſalmi juxta ſeriem dierum hi fuerunt: *a. Pſ.* 24. *b. Pſ.* 48. *c. Pſ.* 82. *d. Pſ.* 94. *e. Pſ.* 81. *f. Pſ.* 83. *g. Pſ.* 92.

Finis tractatus de Sacrificio Jugi.

Illuſtriſſimis & Potentiſſimis

HOLLANDIÆ
ET
WEST-FRISIÆ
ORDINIBUS

GRATIA & PAX

à Deo Patre & Domino Jeſu Chriſto.

Illuſtriſſimi & Potentiſſimi Domini,

CODex hic ab Hebræis Middoth nuncupatus e Bibliothecis, ubi per mille quadringentos annos & quod excurrit a paucis lectus a pauciſſimis intellectus delituit, ſeſe proripere atque ad vos ire geſtit. Proripere ſe, atque latere diutius non debuit liber, qui tantam lucem ſacris accendit: etenim non ſolum V. Teſtam. ceremonias illuſtrat, quum diſtincte locum locique ſingula ſpatia ubi olim ipſæ peragebantur ob oculos ponit; ſed etiam Evangelicis hiſtoriis facem præfert illuſtrem, dum accurate, qua quodque regione Servator noſter in templo Hieroſolymitano fecerit, atque ubi in eodem docuerit, iis qui iſta hactenus ignorarunt, oſtendit. Quemadmodum autem in omnibus hiſtoriis nihil mentem noſtram aptius dirigit quam topographia ſive locorum deſcriptio; ita in hiſtoriis ſacris habendum eſt, mentis tenebras oppido diſcuti, ſi quo quidlibet loco peractum ſit graphice & limate lectori ſive auditori exhibeatur: quod omnium maxime in iis, quæ in loco ſacro fieri ſolebant, locum habere, norunt ii qui rerum ſacrarum plane rudes non ſunt. Hunc itaque librum merito in lucem clariorem profero: & meis laboribus qua latinitate donatum, qua annotationibus illuſtriorem redditum ad vos deduco; quo ſub illuſtri veſtro nomine omnium animis ſe tanto melius inſinuet, majoremque auctoritatem obtineat, dum ab iis acceptatur, quorum ad exemplum univerſa Reſpub. componitur. Verum enimvero præter uberrimum iſtum fructum eſt & alia cauſa cur hunc codicem veſtro nomini ad ſummum faſtigium comparato inſcriptum ad vos deferam. Quibus illud de ſummi numinis templo ſcriptum magis quadrat, quam vobis? Qui templum Dei quod vivis lapidibus conſtat ædificatis, collapſum reſtituitis, conſervatis, eripitis, defenditis, fovetis, promovetis, & quibuſvis modis ad magnitudinem Dei filio, cui conſecratur, convenientem extollere allaboratis. Sane ſi unquam tempus fuit, quo veſtra hæc diligentia ſummi beneficii a Deo nobis conceſſi loco habenda, hoc illud eſt, quo hodie templum Dei, id eſt, Eccleſiam, periclitari non dico videmus, ſed experimur. Jam locum habet dictum pientiſſimi regis Pſal. 119, 126, *Jova agendi tempus eſt:* cujus ſenſum paſſim Talmudici ita quandoque enarrant, ut illo excitari piorum zelum eo tempore exiſtiment, quo religio periclitatur. Unde Arabs & Syrus interpres mentem concinne explicaſſe videtur, quorum ille ſic vertit هَذَا زَمَانٌ يَعْبَدُ فِيهِ ٱلرَّبَّ, *hoc eſt tempus, quo colendus eſt Deus*; alter vero ܙܒܢܐ ܗܘ ܠܬܫܡܫܬܗ ܠܡܪܝܐ, *Tempus eſt ad ſerviendum Domino.* Non quod privatim ſolummodo pœnitentiæ incumbendum; ſed publica imprimis opera requiratur: quemadmodum etiam Talmudici exemplo Elijæ hoc dictum illuſtrant, qui Eccleſia Dei laborante præclarum facinus auſus fuit. Elijæ zelus hoc noſtro ſeculo efflagitatur: nam quid non moliuntur ubique homines irrequieti? Paſſim Eccleſia impetitur, cum ab aliis errorum patronis; tum etiam iis, qui ſubdole Arianorum & Socinianorum deteſtandas hæreſes introducere, eaſque ancipiti ſuo ſermone palliare annituntur. Sed Dei gratia, etiamnum ſtat Eccleſia, atque etiam floret, D. O. M. veſtræ curæ & aſſiduæ ſollicitudini aſpirante: adeo ut hic tutiſſimam ac firmiſſimam ſedem illa habeat. Et quemadmodum olim taberna-

bernaculum de loco in locum migrabat ac veluti ſedem permanentem quærebat, dum ex deſerto Gilgalem, Gilgale Schiluntem, Schilunte Nobum, Nobo Gibhonem concedebat; atque inde tandem ad ſanctam civitatem ſe recepit, ubi manſionem perpetuam ſibi delegit, quinetiam in firmiſſimum templi ædificium fuit veluti tranſmutatum: pari modo tabernaculum Dei, id eſt Eccleſia aliquandiu per Germaniam, Galliam aliaque loca vagata & manſionem firmam ubi perpetuo ſubſiſteret perquirens; hic tandem ſub veſtris auſpiciis conſtabilitam ſedem ſibi reperiſſe videtur: imo nos oberrantis tabernaculi loco fundatum etiam templum nacti, de ſtabilitate nobis gratulamur; nec de victoria in continuo certamine, adverſus quoſvis Eccleſiæ hoſtes muniti, dubitamus. Non dubitamus inquam, quamdiu veſtrum zelum intuemur; quamdiu pios illos Reges Joſaphatum, Joaſchum, Ezechiam, Joſiam, atque ſimiles deinde principes imitamini, qui in eo toti fuere ut Eccleſiam ſartam tectam ſervarent, & collapſam reſtituerent. O quam beata reſpublica ubi religionis præcipua cura! Quandiu & quotieſcunque eam ſibi curæ eſſe demonſtrarunt Judæorum proceres atque reges; viguit & floruit iſta politia, atque externis hoſtibus quamvis potentiſſimis fortiter reſtitit: ſed illa deſerta ipſa etiam vacillavit ac tandem plane collapſa periit. Novi quidem multos ejus eſſe ſententiæ, ut religionis arbitrium ſingulorum conſcientiis permittendum cenſeant. At cum religionis unuſquiſque paterfamilias inter domeſticos ſatagat, quidni magiſtratus in politia? Nonne Ezechias Deo grata feciſſe legitur 2 Chron. 29, 2. & ſequ. quod regia auctoritate, mandato Eccleſiaſticis dato, Dei cultum reſtauraſſet, remotis falſi cultus inſtrumentis? Similiter Joſias laudatur, 2 Reg. 23, 25. quod falſæ religionis inſtrumenta removerit, verſ. 4. etiam majora hic fecerit, verſ. 8. & 20. mandaveritque Eccleſiaſticis ac cæteris purum Dei cultum, verſ. 4. & 21. Nonne etiam populum ad veram religionem adegit regia autoritate? ut annotatum habemus 2 Chron. 24, 32, 33. *Adegit quemque inventum in Iſraële ad colendum Jehovam.* Quod teſtimonium eſt obſervatu dignum: reperiuntur enim qui hujuſmodi aucupantur libertatem, quæ, remiſſis cuivis errori habenis, contra manifeſtum Dei verbum obedientiam Magiſtratui in vera cultus divini obſervatione debitam infringat, imo tollat. Quaſi Magiſtratui hæc ſolum à Deo cura demandata eſſet, ut arma moveret, imperii pomœria ampliaret, aliaque ejuſdem ordinis curaret; religionem vero unicuique liberam relinqueret. Non ſic Joſias ille cujus jam facta mentio; nec etiam Joſaphat, qui per totum regnum miſit Levitas cum politicis quibuſdam ad religionis inſtaurationem, 2 Chron. 17, 7, 8, 9. quo exemplo vel ſolo ſatis ſuperque docemur, ſummi magiſtratus eſſe, ut per ſingulas urbes pura vigeat religio. Hoc quia ſtrenue hactenus agitis, Patriæ patres, nihil eſt quod vereamur, quin templum hic Dei benigniſſimi beneficio exſtructum non tantum permanſurum; ſed etiam majus indies incrementum adepturum ſit: præſertim cum ſuavi & prudentiſſimo moderamine pro gentis genio, regionum diverſitate & præſertim Regni Jeſu Chriſti indole aptiſſime omnia moderemini; ut nemo quod conqueratur habeat, ſed clementiam deoſculetur magis, quam juris (ut ita dicam) perſecutionem metuat. Atque hoc inprimis videre eſt in templi ſpiritualis, id eſt, Eccleſiæ reſtauratione. Nam nemo eſt, qui præter illa ſuperiora in hoc etiam utriuſque templi ſimilitudinem non videat, quod utrique, ne paulatim impetitum, tandem concideret, opportune manus adhibita ſit. Templum olim vetuſtate & multorum impietate labefactatum fuiſſe novimus: ſed Joas reſarcivit ac reſtauravit quæ collapſa obſervaverat; idem Joſias ſincerus Dei cultor, cum labes & ruina templum invaderet, facere non detrectavit; qui ſui imitatorem poſterioribus temporibus Simeonem Juſtum habuit. Pari modo vos templum vivum, quod ruinam minitabatur, tam prudenti & moderato fulcimine ſtabiliiſtis & reſtauraſtis, ut omnes politiæ exemplar, quod in ſimilibus ſequantur, in hac republica intueri valeant. Quapropter quum ædes iſta Hieroſolymitana non tantum omnium conſenſu vivæ ædis, id eſt, Eccleſiæ typus & figura fuerit; ſed etiam quæ in illa evenerunt per omnia Eccleſiæ hujus, cujus vos curam geritis, ſtatum ac conditionem repræſentent: non inconcinne vobis illius delineationem exhiberi autumo. Parentes ſæpe liberorum ſuorum effigies in conclavibus ſuis diſponunt, quas volupe ipſis eſt intueri, utpote ſuæ ſobolis ſibi a Deo & natura commiſſæ imagines. Eadem ratione blando vultu in hoc, quem lubens meritoque vobis Patriæ & Eccleſiæ patribus offero ac dedico, libro, contemplamini effigiem ac imaginem prolis hujus, id eſt, Eccleſiæ depictæ ac lineamentis & coloribus ſuis expreſſæ in illo templo Hieroſolymitano. Æquo animo ſinite, ut templum hoc vobis oblatum non Hieroſolymis ubi olim fuit, ſed in muſæis veſtris veſtro erga ſtudia favore locum reperiat: hoc enim ſi adipiſcar ut labor meus a vobis hoc modo hilari animo ſuſcipiatur, id quod ab ingenio meo obtinere non poteſt ut aliorum impetum ſuſtineat, inde adipiſce-

adipiſcetur dum veſtra ſeſe proteget faventia. Vos quidem ad altiora hiſce oculos perpetuo intenditis: attamen aquilarum inſtar, quæ oculorum acie deorſum etiam minutiora intuentur, vos mentis acie has minutias, id eſt, laborem meum e faſtigio veſtro proſpicite. Si non ad laborem meum, tamen ad ipſum Talmudicum codicem ejuſque authorem R. Judam principem advertite animum: dignus ſaltem codex cui quemadmodum ego in vertendo & illuſtrando labores meos; ſic vos in accipiendo favorem & gratiam impendatis: quinetiam, ſi quid in ejus explicatione erratum ſit, veniam. Veniam dico, quia ad ſcribendum quoque non ut propriam gloriam captarem, ſed ut Academiæ veſtræ inſervirem, me accinxi: nec ut ſcribendi induſtriam approbarem; ſed negandi verecundiam. Quia negare ſæpius pudebat, ad quod toties me incitabant & adhortabantur clariſſima Academiæ veſtræ lumina: in quibus Nobil. & Amp. vir Daniel Heinſius, (quo ab aliquot ſæculis non fuit homo majore ingenio, acriore judicio, ardentiore pietatis ac virtutis ſtudio, & uberiore doctrina; cujus cauſa Academiam veſtram adeo frequentari, me cum olim in exteris regionibus viverem audiviſſe, adhuc memini) hic, inquam, nunquam me adhortari deſtitit, ut e Talmude Miſnajoth Latine redderem notiſque illuſtrarem. Quum autem ipſe omnes ſcientias & diſciplinas penitus perſpectas haberet, ideoque optime cognoſceret quid ſupprimi, quid produci in publicum expediret, (quis enim hoc novit, niſi is qui omnes diſciplinas inter ſe conferre, quippe ſibi notas, dextre poteſt?) parui libens, ut ſaltem iſtius operis aliquod ederem ſpecimen. Quod dum pararem, non deſtitit calcar addere vir præſtantiſſimus D. Gerardus Voſſius, qui admiranda eruditione, (quæ omnes mundi regiones & regna pervaſit) antiquitatis inveſtigatione, integritate morum, ſuavitate ſermonis ac conſuetudinis, eorum quibuſcum verſatur animos ita occupat, ut ei refragari non poſſint. Quapropter ſi his ducibus laborem meum in publicum edidi quem premi præſtitiſſet, graves authores ſequutus, veniam facile impetrabo: præſertim a vobis qui iſtos Heroas ſemper feciſtis maximi. Opus itaque meum, quod edere aliorum authoritate quæ apud me valet plurimum coactus fui, & ut vobis offerrem veſtra beneficentia, qua me ad Academiam veſtram vocatum honeſto loco habetis, efflagitabat, hoc inquam una mecum veſtro patrocinio fovere ac benigne complecti ne dedignemini.

Deum, *Patrem* (Eph. 2, 21.) *Jeſu Chriſti angularis lapidis*, *in quo totum ædificium congruenter coagmentatum creſcit ut ſit templum ſanctum*, illum inquam ſupplex veneror ut vos porro ſoſpitet, veſtra conſilia ſecundet, ædem veſtram ſpiritualem diutiſſime ſartam tectam conſervet.

Illuſtriſſimæ veſtræ Ampl. obſervantiſſ.

ac obſequentiſſimus cliens.

CONSTANTINUS L'EMPEREUR.

PRÆFATIO
AD
LECTOREM.

Benevole Lector,

Diogenes Laërtius in vita Menedemi hæc ſub finem Diogenis verba refert, θεῶν μὲν ἴδιον εἶναι μηδενὸς δεῖσθαι, τῶν δὲ θεοῖς ὁμοίων, τὸ ὀλίγων χρῄζειν, *Deorum eſſe proprium, nullius rei indigere; eorum vero qui Diis eſſent ſimiles, paucis egere.* Quæ ſane veriſſima eſt ſententia, ſi pro Diis Deum ſubſtituas; atque homines ad Dei ſimilitudinem creatos, in ſtatu gloriæ conſideres: nam de illo dixit olim Paulus Actor. 17, 21. cum manibus hominum colitur, nulla tamen re eum egere; de his vero in Apoc. legitur cap. 21. verſ. 22. & 23. in futura Jeruſalem non opus fore Sole vel Luna, nec templum in ea conſpectum iri. Deus ut aliis rebus non eget; ſic nec cultu noſtro: verum eodem nos egemus, ſi modo beati eſſe velimus. Et nobis quidem externis adminiculis in vita futura opus non erit; quamdiu vero mortale hoc corpus circumferimus, in Dei cultu externis nos juvari neceſſe eſt. Hac tamen differentia, ut in veteri fœdere pluribus aſtrictus fuerit Dei populus; at in novo pauciſſima præſcripſerit Legiſlator. Hinc olim operoſa illa ceremoniarum obſervatio: templique iis deſtinati pretioſa ſtructura; quia locus ad ceremonias totumque Dei cultum publice peragendum requirebatur. Nec Ethnici id quoque olim ignorarunt, ut ordine omnia fierent loca quædam conſecranda: quo populus ad religioſum cultum conveniret, atque communi conſenſu iiſdemque legibus ea peragerent, quæ in hujus vel illius idoli fano agenda forent. Fateor quidem antiquiſſimis temporibus templa in variis gentibus non fuiſſe: nota enim ſunt ex Auguſtino illa Varronis, Romanos centum ſeptuaginta primis annis, ritu Perſico, templis caruiſſe. Attamen quot deinde ipſis exſtructa fuere! Templum omnium Deorum Pantheon dictum, templum Jani, Jovis ultoris, tonantis &c. templum Junonis, templum Æſculapii, Mercurii, Fortunæ, Herculis, atque aliorum plurimorum, de quibus paſſim ſcriptores Gr. & Lat. Quippe ſatis perſpiciebant, quo unanimi affectu ſingula idola colerentur, loca requiri publica ubi publici ritus peragerentur. Illorum autem templorum primum Romæ ſacratum, fuit teſte Livio Templum Jovis Feretrii. Ubi videmus, diabolum, qui teſte Paulo a gentibus colebatur, quo commodius falleret, imitatum fuiſſe hac in parte ipſum Deum: cujus autoritate ante duo circiter ſecula templum Salomonis ædificatum fuerat; quin & pluribus retro annis tabernaculum, Dei juſſu, exſtruxerat Moſes. Etenim Deus Opt. Max. cum ſumma benignitate populum ſuum ex Ægypto eduxiſſet, eundemque ſibi ſpeciali fœdere adjunxiſſet, a quo fide & obedientia coleretur: quia noverat quam proclive eſſet humanum genus ad ſchiſmata, dum ſibi quiſque ſpecialem ac proprium unius vel etiam diverſorum Deorum (quamvis unicus tantum ſit) cultum fingeret; tabernaculum exſtrui curavit, quo ter quotannis mares ſaltem convenirent, atque hac ratione unitatem religionis foverent, dum ad unicum altare ſacrificia ſua mactarent, aliaque ad mutuum fovendum conſenſum perficerent. Hoc itaque tabernaculum in deſerto erectum, ubi in terram Canaañ perveniſſent, Gilgale collocarunt: ubi quatuordecim annis permanſit; prout in סדר עולם רבא ſive Chronico Hebræorum magno his docetur verbis; יד שנה שעשו ישראל בגלגל הן שבע שכיבשו וז' שחילקו, *quatuordecim anni quos tranſegerunt Iſraëlitæ Gilgale, hi ſunt ſeptem quibus ſubjugarunt, & ſeptem quibus diviſerunt*, ſcil. terram Canaan. Deinde tabernaculum tranſtulerunt Schiluntem: ubi, ſi credamus Maimonidi, בנו בית של אבנים ופרשו יריעות המשכן עליו ולא היתה שם תקרה, *ædificarunt domum lapideam, atque ſuper eam aulæa tabernaculi expanderunt, deerat enim tectum.* Illa auctor סדר עולם ר'. hoc modo paulo diſtinctius effert, בית הבחירה שבשילה היה בנוי בנין של אבנים מלמטן ויריעות מלמעלן, *domus electa, quæ erat Schilunte, inferne erat ædificata ſtructura lapidea; ſuperne vero aulæis tegebatur.* Hæc ſtructura lapidea inde confirmari videtur, quod dicatur היכל 1 Sam. 1, 9, היכל autem ſecundum Heb. hujuſmodi complectatur πρόναον, ſanctum & ſanctum ſanctorum,

qua-

qualia in Salomonis templo fuerunt (quamvis his Schilunte tectum defuiſſe aſſerant.) Deinde eo accedit ejuſdem libri cap. 2. comm. 24. ubi vocatur בית: unde Maim. בית של אבנים fuiſſe ſcribit. Verumenimvero quid ſi quis nomina iſta latius dictis locis accipi aſſeveret? ſuffragatur 1 Reg. 3. comm. 2. ſiquidem dicat author diſertis verbis, *Non ædificata erat* בית *domus nomini Domini uſque ad dies illos*, ſcil. Salomonis. Deinde 2 Sam. 7, 6. Deus per Nathanem his verbis alloquitur Davidem, *Non habitavi in* domo בית, *inde a tempore quo deduxi filios Iſraëlis ex Ægypto uſque in diem hunc*; *ſed itavi cum tentorio & tabernaculo.* Tempus quod attinet, quo illic permanſit tabernaculum, id in commemorato Chron. definiunt Judæi annis trecentis ſexaginta novem. Poſtea a morte Eli, Nobi aliquamdiu commoratum fuiſſe tabernaculum aſſerunt, ad mortem uſque Samuelis. Quod enim 1 Sam. 14, 3. poſt mortem Eli, Schilunte ſacerdos videatur fuiſſe Achija: id D. Kimchi & Aben Ezra ita exponunt, ut verba *Sacerdotis Domini Schilunte* ad Eli, cujus proxime facta ibidem mentio, referantur; ipſum olim ibi Sacerdotem fuiſſe. Nobi autem, inquit Maimonides, ædificarunt מקדש *ſanctuarium*: (quod illic 13 annis manſiſſe narratur in סדר עול׳ ר׳) præterea mortuo Samuele, ſanctuarium, inquit idem, exſtruxerunt Gibhone; ubi quinquaginta annis manſit ex calculo auctoris סד׳ עול׳ רב׳. At ibidem in סדר עול׳ רב׳ obſervatur, interea dum tabernaculum eſſet Nobi & aliquandiu dum Gibhone eſſet; arcam tamen fuiſſe in Kirjath Jeharim, donec eam David inde transferret primum in domum Obed-Edomi, deinde in civitatem ſuam. Quemadmodum viciſſim cum eſſet arca in civitate Davidis; tabernaculum tamen manebat Gibhone, donec (poſt an. 43. uti numerant) in templum Salomonis omnia deferrentur: quod manifeſte videre eſt 1 Chron. 16, 39. ac 2 Chron. 1, 3. & ſequ. ubi quoque Salomon poſt mortem patris in excelſo Gibhonis etiamnum ſacrificaſſe legitur. Sic tandem ad ipſum Salomonis templum deventum eſt: in quo etiam inſtrumenta nova rex fieri curavit, ut altaria, lychnuchos, menſas, aliaque; utenſilia vero Moſis partim una adhibita, partim certis locis ſepoſita fuere (ut cap. 3. ſect. 1. docebitur) in eodem hoc Salomonis ædificio. Quod humano arbitrio alicubi temere non fuit erectum, ſed iſto loco ædificatum, quem Deus jam olim deſtinaverat. Itaque hac de re hæc leguntur verba Deut. 12, 11. *Erit ut eo loci quem elegerit Jehova Deus veſter ad collocandum nomen ſuum ibi; adducatis quæcunque ego præcipio vobis*: hoc enim dicitur, ut recte inter alios obſervavit Abarbenel בענין בית הבחירה, *in negotio domus electæ*; ubi templum dicitur domus electa, quia in textu eſt אשר יבחר ייי, *quem locum elegerit Deus.* Locus templi fuit in civitate ſancta mons quidam Moria dictus, ubi Abraham olim ut filium ſuum offerret ſeſe accinxerat, (Gen. 22, 2.) ubi etiam David Araunæ Jebuſæi aream, ut Deum ſacrificio placaret, ſoluto pretio ſibi comparaverat (1 Chron. 21, 28. cum cap. 22, 1.) Quem montem amplius quidem quam quingenta cubita quaquaverſum patuiſſe ferunt; tamen ædificium totum ulterius extenſum non fuiſſe aſſeverant: ſic enim legimus in capitulis cod. מדות ad numerum ה. הר הבית היה לצפון ירושלם והחר היה גדול הרבה מת״ק על ת״ק אלא לא היה קדוש אלא ת״ק על ת״ק *Mons templi fuit ad Septentrionem Ieruſchalaim: & mons quidem multo fuit major quam ut quingentis cubitis undique contineretur; ſed ulterius ipſius ſanctitas non extendebatur.* Quod vero de cubitis dicitur, de ſacris accipiendum videtur; ſacris inquam qui duplo reliquis eſſent majores: quamvis non ignorem minorem cubitorum ſacrorum quantitatem ab Hebræis annotari. Sane ſi quis conferat 1 Chron. cap. ult. com. 1. ac ſequ. & 2 Chron. cap. 2. com. 5, 8, 9. ingentem templi magnitudinem obſervabit, ideoque propoſitam cubitorum quantitatem non reſpuet: quum enim ſiclus ſacer communem duplo excedat; quidni de cubitis idem agnoſcamus? Nam comparatio 1 Reg. 7, 15. cum 2 Chron. 3, 15. quo omnia cohæreant, hujuſmodi cubitorum differentiam exigere videtur: ſi enim illic columnarum baſi cubitum communem tribuas, conveniet numerus, obſervato hoc ſacrorum & communium cubitorum diſcrimine. Ea ratione templum atriaque majora ſtatuuntur, quam ex altera cubitorum ſacrorum quantitate, quæ in codice כלים cap. 17. paragr. 10. definitur. Utique majorem cubitorum quantitatem agnoſcere præſtat, quam cum Judæis codice אבות cap. 5. f. 11. & ſub finem Gemaræ cap. 1. cod. Joma, f. 21. ad miracula confugere: iſtis enim locis decem miracula deſcribunt quæ patribus olim obvenerint. Verba hæc ſunt, עשרה נסים נעשו לאבותינו בבירת המקדש לא הפילה אשה מריח בשר הקדש ולא הסריח בשר הקדש מעולם ולא נראה זבוב בבית המטבחים ולא אירע קרי לכהן גדול ביום הכפורים ולא כבו גשמים אש של עצי המערכה ולא נצח הרוח את עמוד העשן ולא נמצא פסול בעומר ובשתי הלחם ובלחם הפנים עומדים צפופים ומשתחוים רוחים ולא

הזיק נחש ועקרב בירושלם מעולם ולא אמר אדם לחברו צר לי המקום שאלין בירושלם : *Decem miracula majoribus noſtris edita ſunt in templo. Non abortivit fœmina ex odore carnis ſanctæ (correpta ſcil. ſummo ejus deſiderio :) nec caro ſancta unquam fœtuit: nec muſca ulla in poparum loco viſa fuit : nec gonorrhæa contigit Sacerdoti magno expiationis die. Præterea imbres non extinxerunt ignem lignorum quæ in foco altaris erant : nec ita invaluit ventus , ut fumi columnam dimoveret. Nec unquam inventum fuit vitium , quo contaminaretur primitiarum manipulus , aut duo illi panes Levit. 23, 17. aut denique panes propoſitionis. Inſuper ſtabant arctiſſime preſſi , & tamen cum ſeſe proſternerent, erant ſufficienti ſpatio ſeparati : nec ſerpens vel ſcorpio quemquam Ieruſchalajimis læſit unquam : nec denique quiſquam dixit proximo ſuo , anguſtior eſt locus quam ut pernoctare poſſim in urbe Ieruſalem.* (ſcil. ob arctiorem annonam , ut exponunt nonnulli.) Ubi videmus in loci ſacri ſpatio ad cultum peragendum Talmudicos miraculum agnoſcere: cum tamen cubitos ſacros reliquis duplo majores in loci dimenſione admittere præſtet: quamvis hoc Judæis non placeat , (ſicuti in ſequentibus obſervabimus,) qui in Moriæ monte , loco ſacro minorem aſſignant quantitatem. Dehinc poſtquam hoc loco templum ædificatum fuit, כל המקומות כולן לבנות בהן בית ליי ולהקריב בהן קרבן נאסרו , (atteſtantibus Hebræis) *interdictum fuit, ullis locis ædificare ædem Deo , vel in iis offerre ſacrificia.* Unde aliquando cum regum quorundam pietas extollitur , tanquam exceptio quædam ſubjicitur , populum alibi quam in templo Hieroſol. ſacrificaſſe: ut 1 Reg. 22, 44. *Verumtamen ..... adhuc populus ſacrificabat & adolebat in excelſis.* Dixit quidem in Synodo Hieroſolymitana Jacobus (Actor. 15, 21) *Moſes ab ætatibus antiquis oppidatim habet qui ipſum prædicent , quum in Synagogis per ſingula Sabbatha legatur* ; unde in reliquis etiam civitatibus loca cultui divino deſtinata fuiſſe diſcimus: tamen Hieroſolymis tantum ſacrificare licebat , cæteraque peragere quæ Deut. 12. ac alibi ad iſtum locum aſtringuntur. Hic erat illud templum quod dum poſtea ſtaret cultus ceremonialis , magna veneratione proſequebantur Iſraëlitæ : unde etiam (ſi Judæis credamus) de nocte quicquam ibi ædificare in honorem ejus qui *lucem habitat inacceſſam* (1 Tim 6, 16.) non licebat: imo ipſa etiam templi atria adeo religioſe obſervabantur , ut ſi vel lapis in pavimento a reliquis diſſolutus eſſet , quamvis ſuo remaneret loco , pro contaminato haberetur; nec Sacerdos iſti inſiſtens lapidi , ſuo munere defungi poſſet (codice זבחים cap. 2.) Præterea כל שהשלים עבודה ונסתלק לו אינו יוצא ואחוריו להיכל אלא מהלך אחורנית מעט מעט ומהלך בנחת על צידו עד שיצא מן העזרה, *qui peracto cultu e templo ſe recipiebat , non ita egrediebatur , ut tergum ædi obverteret ; ſed paulatim retrogradus exibat & pedetentim laterali greſſu donec atrio egreſſus eſſet.* Hæc Maimonides, qui etiam obſervat hanc Judæorum ſanctionem לא יכנס אדם להר הבית במקלו או במנעל שברגליו או באפונדתו או באבק שעל רגליו או במעות הצרורין לו בסדינו, quam legem Dn. Petrus Cunæus vir præſtantiſſimus, atque ut in aliis, ſic in antiquitate Judaica verſatiſſimus , ſic Latine reddidit ; *Nemo in montem templi veniat cum baculo , aut calceamentis pedum , neque cum mantica , neque cum pulvere pedibus adhærente , aut pecuniis linteo involutis.* Hæc aliaque ſimilia ad templi reverentiam pertinentia , ſtudioſe Judæi obſervaſſe leguntur. Cæterum primum templum a Salomone exſtructum juſto Dei ſummi judicis judicio per Chaldæos combuſtum ac plane devaſtatum fuit: ideoque Judæi e Babylonia reduces novum exſtruere neceſſe habuerunt. Quocirca primo Cyri anno, quo per totam regnavit Aſiam , Judæi impetrata venia templum ædificare aggreſſi ſunt: & quamvis varii varia molirentur (Ezr. 4, 5.) quo opus impedirent ; per annos quadraginta ſex perrexerunt , donec per Xerxem, deinde per Artaxerxem Longimanum opus plane impediretur (Ezr. 4, 6, 7, 23. & 24.) Poſtea intermiſſum fuit opus ad annum 2 Darii Nothi : tandemque ad faſtigium perductum circa annum ipſius ſextum ; quanquam ultima manus in quibuſdam adhibita demum fuerit anno 7 Artaxerxis Mnemonis. (Hæc ſingula diſtincte probavi in notis ad Danielem , quæ Deo benedicente brevi lucem videbunt.) Porro quia anni commemorati continui non fuere, ſed magnis intervallis ſeparati ; poſteriores non connumerarunt Judæi, quum Johan. 2, 20. reſponderent Servatori noſtro , *Quadraginta & ſex annis ædificatum eſt templum hoc.* Cum enim annorum numerum exaggerare vellent , contractiora illa tempora ſub Dario & Artaxerxe poſteriore prætermiſere; diuturnum vero temporis ſpatium , ſcil. annorum 46 Servatori objecerunt , cum oſtendere vellent triduo templum ædificari non poſſe. Nec προφάσεως deſtituebantur Judæi , ubi ad templum Zerubbabelis,

belis, neglecto Herodis templo, reſpicerent, quum magnificentia & ædificandi diuturnitate Servatoris dictum male acceptum refellere vellent: quia cum in illo exſtruendo plures anni fuere conſumti, tum illud etiam oppido magnificum ædificium fuiſſe conſtat vel ex ipſo Dione Hiſtoriæ Rom. lib. 37. vel 3. eorum qui hodie exſtant. Cum ibi Pompeji victoriam de Judæis reportatam enarrat, templi etiam mentionem facit: templi, inquam, a Pompejo expugnati; quo ædificium Herodis multo fuit poſterius. In iſta ergo hiſtoria non tantum templum vocat νεών τε μέγιστον ϗ περικαλλέστατον, *ædem maximam ſimul & pulcherrimam*; ſed de Pompejo & ipſius exercitu affirmare non dubitat, ab iis templum capi non potuiſſe, niſi quia die ſeptimo Judæi locum non defendebant. Verba hæc ſunt, αὐτὸ γὰρ τὸ ἱερὸν ἐπὶ μετεώρου ἦν, ϗ περιβόλῳ ἰδίῳ ὀχύρωτο. ϗ εἴγε ἐν πάσαις ταῖς ἡμέραις ὁμοίως ἠμύνοντο, οὐκ ἂν αὐτὸ ἐχειρώσαντο, *ipſum autem templum ſitum erat loco edito, proprio muro munitum: nec ſi ex æquo omnibus diebus id defendiſſent Judæi, ipſum expugnaſſent Romani.* Cæterum hoc templum, quod poſtliminio reverſi exſtruxerant Judæi, partim ad formam templi Salomonis, partim ad ſtructuram Ezechielis conformatum ſcribunt, qui inter Judæos cum Ezechielem illuſtravere, tum antiquitates ſuas deſcripſere. Ideoque paſſim ea etiam teſtimonia & argumenta producuntur, quæ ad templum Salomonis & Ezechielis pertinent. Atque ut de iis paucis agam; reducum Iſraëlitarum conditio, teſte Ezra, talis fuit ut nonniſi præfinito ipſis ædificare conceſſum a Cyro fuerit: ideoque nihil miri ſi in quibuſdam a forma templi Salomonici deflexum ſit. Structuræ vero Ezechielis alia eſt ratio, ubi in multis a prima ſtructura deflectit: nam nullus dubito, quin hoc modo Deus ille ſapientiſſimus nos docuerit; cum ab illo exemplari quod antea ſcripto tradiderat (1 Chron. 28, 19.) recederet aliamque templi formam diſtincte proponeret, hoc ſibi voluiſſe, templum illud (עתיד *futurum* uti vocant) non fore materiale, ubi eædem peragendæ ſint ceremoniæ, quæ olim in uſu fuerunt; ſed templum, quemadmodum ſcribit R. Alſchech in Hag. cap. 2, 10. רוחני *ſpirituale* expectandum, & כותלים רוחניים *parietes ſpirituales*: quia ut ait idem eodem cap. homines pii ſunt præcipuum templum. (de quibus fortaſſis in ſequentibus plura.) Eadem ratione, cum in iis, quæ ibi ſubjunguntur, Deus futuram Eccleſiæ ſub Meſſia conditionem deſcriberet, ea addidit quæ doctiſſimorum Judæorum conſenſu nunquam in Regno Meſſiæ futura fuerant: ut allegorice iſta accipienda doceret. Cujuſmodi illud capitis 47, 12. *Hinc & inde arbores eſculenti fructus, quarum folia non decidunt, & quarum fructus non conſumuntur*: etenim in ipſa rerum natura nihil immutandum temporibus Meſſiæ tradunt Judæorum antiquiſſimi. Inſpiciatur Codicis Talmud. de Sabbatho folium 63. editionis Venetæ, ubi in Gemara cum de rerum quarundam immutatione agitur, e doctoribus magni nominis quidam Samuel dixiſſe fertur אין בין העולם הזה לימות המשיח אלא שיעבוד מלכיות בלבד, *non eſt inter hoc ſeculum* ſive tempus & *tempora Meſſiæ differentia ulla, niſi quod ſubjuganda ſint regna.* Similia habet Judæorum ille Doctor præclarus Moſes Maimonis filius ſui operis magni יד cap. ult. אל יעלה על הלב שבימות המשיח יבטל דבר ממנהגו של עולם או יהיה שם חידוש במעשה בראשית אלא עולם כמנהגו הולך וזה שנאמר בישעיה וגר זאב עם כבש ונמר עם גדי ירבץ משל וחידה, *Ne ſubeat cogitatio animum, diebus Meſſiæ quidpiam in mundi gubernatione ceſſaturum, aut aliquid novi fore in operibus creationis; ſed mundus eadem ratione gubernabitur: quod vero in Eſaia dicitur*, cap. 11. verſ. 6. Et commorabitur lupus cum agno & pardus hœdo accubabit, *allegoria eſt & ænigma.* Quocirca, quandoquidem, ut docent Judæi, natura priori Meſſiæ adventu immutanda non eſt; quod ex Ezech. 47, 12. productum fuit, ſpiritualiter accipere convenit: quemadmodum & præcedentia, quibus etiam Eccleſiæ ſub Meſſia ſtatus ac conditio deſcribitur; quia alioqui cum præcedentibus Dei præceptis, quibus templum fieri præceperat, manifeſte pugnant. Atque eodem modo ſe habet hac in parte ſtructuræ Ezech. ratio, ac priſcorum rituum & ceremoniarum, quibus Chriſtianæ Eccleſiæ ſtatus in V. Teſt. delineatur ac prædicitur; etenim quum iſtæ ceremoniæ cum Dei præceptis per Moſem traditis non conveniant; hinc colligere eſt in proclivi, id Deo animi fuiſſe, ut nobis hac pugna & diverſitate oſtenderet, iſtas ceremonias quæque eo pertinent proprie intelligenda non eſſe, ſed ſpiritualem continere ſenſum: (de quo alias ex Abarbanele plura.) Exempli gratia ubi Mal. 1, 11. dicit Dominus: *In omnibus locis ſuffimentum afferetur nomini meo & munus purum*; & Eſai. 19, 19. *Tempore illo erit Jehovæ altare in media terra Ægypti*; Deut. vero cap. 12, 14. *In eo loco quem elegerit Jehova, in aliqua tribuum tuarum, ibi offerto holocauſta tua; & ibi facito quæcunque ego præcipio tibi*: ubi, inquam, diverſa

Deus prædicit, & pugnantia cum lege Moſis; nonne ſatis innuit, Malachiæ & Eſaiæ verba, ut omnia conveniant, ſpiritualem continere ſenſum? Pariter cum Eſa. 61, 6. his verbis Deus promiſcue Iſraëlitas alloquitur, *Vos vero Sacerdotes Jehovæ vocabimini, miniſtri Dei noſtri dicemini*; Exod. vero 28. & 29. ſola Aaronis poſteritas ad Sacerdotale munus conſecratur; quid aliud deſignare voluit, quam Eſaiæ verba ulterius reſpicere, ne præcepto legis adverſari comperiantur. Sic, uti ſupra demonſtratum fuit, in templo Ezech. multa a forma olim præſcripta deflectunt, quo intelligamus ulterius Prophetæ verba ſpectare: nimirum ut templum principale, quod vivis lapidibus conſtat, delineetur. Atque diſtincte ſingula membra pertractantur, eaque auguſtiori forma nobis objiciuntur, ne Eccleſiam Chriſtianam ulla in parte veteri cedere arbitremur; ſed potius in Chriſto perfici gradatim, tandemque ad ſummum perfectionis apicem pervenire. Sic quantitatem altaris ſuffitus, quam Deus ipſe Moſi præſcripſerat Exod. 30, 3. in Ezechielis templo cap. 41, 22. multo majorem præſcripſit: ut doceret cultum Dei Meſſiæ temporibus ampliandum fuiſſe, gentibus quibuſvis ad veritatis agnitionem convocatis. Unde Mal. 1, 11. *Ab ortu Solis uſque ad Occaſum ejus magnum erit nomen meum in gentibus, & in omni loco ſuffimentum afferetur nomini meo ... ait Deus exercituum.* Atque hæc generalis differentiæ ratio obſervanda. Quod ſi quæras, quid ſingulæ particulæ hujus fabricæ Ezech. depingant, ſive quænam in Chriſtiana Eccleſia illis, quæ diverſa a prioribus forma proponuntur, reſpondeant; R. Moſis reſpondebo verbis, quæ author eximius de prophetiarum ſpirituali ſenſu ſcripta nobis reliquit, ſua in More Nebuchim præfatione, fol. 2. edit. Salonic.

דע כי משלי הנבואה יש בהם שתי דרכים מהם
משלים שכל מלה שבמשל ההוא יש בה עניין ומהם
מא שיהיה כל המשל מגיד על כל הענין ההוא
הנמשל ויבאו במשל ההוא דברים רבים כאשר אין
כל מלה מהם מוספת עניין בעניין ההוא הנמשל
אבל הם ליפול, vel (ut in comment. legit Schem Tob) ליפות המשל וסדר הדברים בו. Quæ verba Doctiſſ. D. Johannes Buxtorfius, Magni Buxtorfii filius, paternæ eruditionis ex aſſe hæres, ad hunc modum tranſtulit. *Parabolæ autem propheticæ duplicis ſunt generis. In quibuſdam enim ſingulæ voces rem aliquam peculiarem denotant: aliæ vero ſunt, ubi tota Parabola rem ſignificatam totam exhibet, in quibus quidem multa habentur verba, ſed non ſingula rei ſignificatæ aliquid addunt; verum inſerviunt tantum ad elegantiam* vel (ſi Hebr. editionem quæ mihi ad manus eſt ſequamur, diverſa enim eſt lectio) *ut fluat parabola atque in ipſa rerum ordo ſervetur.* Plura in hanc ſententiam ſubjungit Moſes ille Maimonides, quibus variis rationibus diſtinctionem ſuam ſtabilit: unde concludere liceat, ipſis Judæis aſſentientibus in Ezech. ſtructura ſufficere, ſi tota ſententia oſtendatur, quamvis partes ſingulæ peculiaria membra non reſpiciant. Atque hæc de templo Ezechielis ſufficiant; ad reducum Iſraëlitarum ſacrum ædificium redeamus. Hoc inſignem mutationem ſubiit tempore Herodis: hic enim ſi non exſtruxiſſe, ſaltem admodum immutaſſe Judæorum templum legitur. Joſephus præclarum hoc Herodis factum accurate deſcripſit ἀρχαιολόγ. ιε. κεφ. ιδ. ταῦτα τ' ᾠκοδόμησεν ἔτεσιν η. τοῦ ϗ ναοῦ διὰ τῶν ἱερέων οἰκοδομηθέντος, ἐνιαυτῷ ϗ μησὶν ς, ἅπας ὁ λαὸς ἐπληρώθη χαρᾶς. *Hæc* (ſcil. cætera ædificii membra) *octo annis ædificavit: ipſa autem æde per Sacerdotes ſeſquianno abſoluta, totus populus gaudio perfuſus fuit.* E quibus ἐκ παρόδου diſcere licet, Judæos neque hoc tempus (uti ſupra obſervatum) neque hanc ædificii mutationem ſpectaſſe, cum 46 annis templum ædificatum Johan. 2. aſſeverarent. Profecto neminem, qui modo veteres diligenter evolvat, latere poteſt Judæos Herodis quidem ſtructuram agnoſcere, (unde in Gem. cod. סוכה cap. 5. בנין הורודוס במאי בניה, *Herodis ædificium: quibus lapidibus ſtruxit ipſum?* & cod. תענית fol. 23. pag. 1. edition. Conſtantinopolitanæ מצינו בימי הורודוס שהיו עסקים בבנין בית המקדש, *invenimus tempore Herodis quum occuparentur in ſtructura domus ſanctuarii*;) eoſdem tamen exiſtimaſſe certum eſt, templum Zerubbabelis ſive reducum Iſraëlitarum illud eſſe, quod dum Servator in his terris degeret, ſtetit permanſitque ad Titi Veſpaſiani tempora. Non tantum quæ ex Euangelio Johan. citata fuere id demonſtrant; ſed Judæi paſſim idem ſuis ſcriptis oſtendunt. In Gemara Cod. Sanedrin fol. edit. Venet. 104. col. 2. ubi exponitur comma 2. cap. 1. Lament. Jerem. *plorando plorabit noctu*, שתי בכיות הללו למה אמר רבה אמר רבי יוחנן אחד על מקדש ראשון ואחד על מקדש שני *quare duplex ploratio? Refert Rabba dixiſſe R. Ioannem, Una propter ſanctuarium prius; altera propter ſanctuarium ſecundum.* Id eſt, ut alibi exponit Sal. Jarchi in Talmude exercitatiſſimus שתי בכיות על שתי חורבנין, *duplex ploratio ob duplicem vaſtationem.* Similiter Cod. נזיר cap. 5. in Gemara fol. 32. R. Joſeph ad verba Jerem. 7, 4. ibi citata, quibus ״״ היכל ter repetitur, annotat זה מקדש ראשון

ראשון ומקדש שני נהי דידעין להון דיחרוב, *hoc eſt templum primum & templum ſecundum, quæ noverant devaſtanda.* Quibus R. Nathan in voce היכל addit שלישי יעמוד עד עולם *tertium permanebit in æternum :* ſcil. quod tempore Meſſiæ expectant; ut Cant. 1, 17. in par. Chaldaica יתיר יהי יאי בית מוקדשא דעתיד לאתבנאה מיומי מלכא משיחא. *pulchrius erit ſanctuarium quod ædificabitur diebus Regis Meſſiæ.* Quibus verbis ſatis evidenter perſpicitur, antiquiores Judæos duo tantum agnoviſſe templa, unum Salomonis; alterum Zerubbabelis, vel Nehemiæ, ut etiam loquuntur: quorum utrumque vaſtatum ſit; tertium vero ad Meſſiæ adventum differri: adeoque Zerubbabelis & Herodis templum ab iis pro eodem haberi. Sic Maimonides, ubi de iis agit quæ in templo ſemper deſiderata fuere poſt captivitatem Babylonicam, ſolummodo בית שני *templi ſecundi* meminit, ac ſi Herodis templum eſſet illud Zerubbabelis. R. etiam Hazarias in מאור עינים parte tertia cap. 51. id quod in exſtruendo Herodis templo factum fuit, templo ſecundo aſcribit; nimirum quod ex Joſepho in Talmud. Gemara narratur, pluvias noctu tantum decidiſſe, donec Herodes ſtructuram templi abſolviſſet. Hiſtoria quoque Hebraica Joſepho G. aſcripta, quamvis templum ad Herode ædificatum membratim deſcribat, hoc pro tertio templo non habet, ſed ſecundo; tertiumque expectari ſcribit, cap. 55. Similiter in Chronico Hebr. magno & parvo loquuntur, quaſi duo tantum fuiſſent templa: ideo ſub finem Chron. parvi, בשנת ארבע מאות וארבעים שנה לבנין הבית בא אספסיאנוס והחריב הבית .... *anno quadringenteſimo & quadrageſimo ædificati denuo templi venit Veſpaſianus ac templum vaſtavit.* Ubi cum Herodis ſtructura a Romanis devaſtata unum idemque reducum Iſraël. ædificium fuiſſe cenſetur. Rab. Alſchech ſuis in Hagg. commentariis hoc idem ſæpius inculcat: atque hinc aliquoties vocat domum Dei quam ſub Meſſia expectant בית שלישי *domum tertiam*; adeo ut Herodis templum cum ſecundo idem faciat. Huc infinita Judæorum teſtimonia pertinent, quibus lectorem non obtundam. Hoc ſolummodo addam, graviſſimum ſcriptorem Cornelium Tacitum Hiſtoriarum lib. 5. eo modo de ſacro iſto ædificio diſſerere, ac ſi templum a Pompejo expugnatum idem cenſeret cum eo, quod illic a Tito oppugnatum narrat. Præmiſſis enim his verbis, *Templum in modum arcis, propriique muri, labore & opere ante alios ipſæ porticus, quis templum ambiebatur, egregium propugnaculum, &c.* his, inquam, poſtea ſubjicit, *A Pompejo expugnatis, metus atque uſus pleraque monſtravere. Atque per avaritiam Claudianorum temporum, empto jure muniendi, ſtruxere muros in pace, tanquam ad bellum.* Jam conſtat ſatis, Templum a reducibus Judæis primo exſtructum & quod Pompejus ingreſſus fuit, fuiſſe idem: atqui in Taciti verbis urbem templumque hoc munita tantum fuiſſe, non de integro exſtructum templum, ſignificatur; quin etiam Claudii demum temporibus, non Herodis, illam mutationem factam hic legimus. Huc lector advertat animum, quo argumentum quod ex Hagg. cap. 2. deſumi ſolet ſtabilire queat. Si quis ulterius in cauſam inquirat, quare Herodis ſtructura cum illa Cyri permiſſu exſtructa habeatur eadem, hoc ſecum expendat: prius ædificium a poſteriori cenſeri diverſum, quia illo invitis poſſeſſoribus diruto, longum interceſſerat temporis intervallum, quo ſecundum, a reducibus Judæis reparatum, ab illo priori ſecretum ac ſeparatum fuit; ex materia etiam diverſa exſtructum. At a ſecunda ſtructura illa Herodis longo illo temporis intervallo ſeparata non fuit; ſed continuo ſucceſſit: nec illa invitis poſſeſſoribus fuit devaſtata; ſed omnium conſenſu veluti in præſtantiorem permutata: nec tanta hic diverſitas; ſed, quamvis multa e diverſa, plurima etiam ex eadem materia fuere reſtituta. Quocirca ſenex ille qui Herodi reſpondiſſe fertur (Joſephi pſeudogorionidæ hiſt. lib. 6. cap. 55.) inter alia dicebat, אחר תסיר את הבית הראשון ותקדיש אבניו ורעפיו ואת הלקי בבינו לקדושת בנין הבית הגדול שתבנה, *poſtea removeris ædem priorem* (reſpectu iſtius quam Herodes volvebat animo) *& ſanctificaveris lapides ejus tegulaſque ejus membraque ſtructuræ ejus, iſtaque conſecraveris ſtructuræ ædis magnæ quam ædificabis, &c.* Denique hic fuit Herodi animus (uti poſtea videbimus) priorem illam ſtructuram non tam deſtruere, quam ad antiquiſſimam formam revocare. Adeo ut Judæi Herodis templum hoc modo continuo Zerubbabelis templo ſuccedens, cum ipſo idem cenſuerint merito. Quocirca non deſtituuntur argumentis qui aſſerunt, templum ab Herode non de integro exſtructum; ſed immutatum & auctum, veteri conſervato, fuiſſe. Hinc Talmudici ac poſteriores Judæi, dum ædem illam deſcribunt, quam Herodes inſtauraverat, non ſecus loquuntur, quam ſi ædem Zerubbabelis ſeculo exſtructam delinearent: viciſſim quum reducum templum delineant, ac ſi de Herodis ædificio agerent. Quapropter, ubi in ſequentibus per totum hunc Codicem מדות deſcri-

deſcribetur templum, omnia ad Herodis ſtructuram referre licet: nam de numerorum &c. diverſitate, quæ in textu Joſephi Græco, ubi Herodis ædificium proponitur, occurrit, poſtea dicetur; de textu vero Hebræo Joſephi Ben Gorion, qui ſimiliter Herodis opus ſecus delineat, pronuntiare non erubeſco, eſſe figmentum mendaciſſimi Cretenſis. Qui ex Joſepho Matthiæ filio, in bello Judaico Galilææ præfecto, & Joſepho Gorionis filio, cui Hieroſol. cura demandata fuit, unum conflavit Joſephum: atque ſe eum ipſum eſſe finxit (libr. 3. cap. totius operis 15.) vir ſane qui aliquot poſt ſeculis vixit; quemadmodum ex iis liquet, quorum paſſim meminit. Nuper vir hiſtoriarum peritiſſimus Dn. Antonius Thyſius, quem ex tota antiquitate nihil latet, ex inſtructiſſima ſua Bibliotheca hiſtoriam Pſeudogorionidæ Hebraicam mihi ſuppeditavit: ubi cum ea quæ de templo conſcripſerat animo luſtraſſem, multaque a Judæorum præſtantiſſimis ſcriptis diſſona reperiſſem; cœpi diligentius in ipſius fidem inquirere. Tandem, quod ſæpius ab aliis annotatum legeram, Joſephum hunc ſcriptorem ſuppoſititium eſſe deprehendi: quippe qui multo ſit recentior, quam præ ſe ferat; multaque mendacia accumulet. Utriuſque unum atque alterum argumentum ex infinitis ferme protuliſſe ſufficit; quo conſtet omnibus, Miſnajoth ſequentium fidem minime in dubium ideo vocandam, quod ipſis hic Pſeudogorionides refragetur. Primo itaque lib. 6. cap. 1. ſive totius operis cap. 43. fol. edit. Cracov. 53. ubi Julii victoriam, quam de Gallis reportavit, paucis enarrat, ita ſcribit ויכנע את גוי פרנקום (ſic ſcribendum, non פרתקום ut Cracov. edit. hoc loco habet, alia loca docent) & *ſubjugavit populum Francorum.* At quis adeo hoſpes in hiſtoria, ut a vero Joſepho ad Francorum in Galliam adventum ſecula aliquot effluxiſſe ignorare queat? Idem ille Pſeudogorionides putidam inſcitiam mendacio manifeſtiſſimo prodit, quum fol. 25, id eſt, l. 3. c. 1. ſive totius operis cap. 14. de Ptolomæo Philadelpho Ægypti rege ſubjicit וימת הוא וימלך תחתיו איפפיראוס והוא קיסר על רומי ועל מצרים ועל ירושלם ועל בבל ועל מדי ופרם & *eo mortuo regnavit ipſius loco Imperium* (vel *Imperius*, ut loquitur) *is eſt Cæſar qui Romæ, in Ægypto, Hieroſolymis, in Babylonia, Media & Perſide rerum potitus eſt.* Judica, lector, an hoc non ſit egregie nugari, Ægypti Regem Philadelphi ſucceſſorem Romæ aliiſque memoratis locis rerum dominum facere; eidemque nomen *imperium* imponere? Pudet hujuſmodi plura, quibus ſcatet hic author, ſubjicere: ſpecimina hæc ſatisfacient lectori. Nemo ergo mirabitur, ſpero, ſi hujus fabulatoris nullam habeam rationem in annotat. ſequ. nec falſitatis ſuſpectum habebit authorem harum Miſnajoth, quamvis ab eo longe abeat Pſeudogorionides. Et vel hinc ſatis liquet, Joſephum conſtitutionum Talmudicarum, quas Judæi S. Literis æquant, imperitum fuiſſe: quia neglectis iis, quæ hoc Codice Middoth tam accurate & diſtincte proponuntur, ipſe multa fingit, quibus ſimplici lectori imponit; ſe etiam omnia vidiſſe mentitus cap. 55. Quare neglecto hoc falſi Joſephi figmento ad ſequentem Templi Hieroſolymitani deſcriptionem nos conferamus: eam enim nobis reliquit vir omnium Judæorum conſenſu longe doctiſſimus R. Judas, quem *ſancti* & *principis* epithetis inſigniunt Hebræi. Is ſecundo a nativitate Jeſu Chriſti ſeculo vixiſſe legitur: ideoque cum eſſet traditionum Judaicarum obſervantiſſimus (ut nobis Miſnajoth Talmudicæ, quas ſummo & mirando ſtudio collegit, indicio ſunt) templi ſtructuram nullo modo ignorare potuit; quandoquidem tempore, quod templi excidio proximum fuit, ipſe vixit. Quid impediat, non video, quo minus in hoc libro Middoth paſſim ferme fides huic ſcriptori habeatur, ſcriptori inquam antiquitatis ſtudioſiſſimo: quum etiam pater ipſius, unde ſua haurire potuit, templum videre quiverit. Nam in Talmude paſſim Antonino Imp. R. Judas familiaris fuiſſe narratur: Antonini autem initia ad annum Chriſti centeſimum triceſimum octavum referuntur. De authoris autem noſtri fide & veritatis ſtudio, quo docere hac in parte, non fallere allaboravit; & doctrina qua veritatem hic docere potuit (abſque his enim ſit, ſuperiora lectori non ſatisfacient) non addam multa: verum contentus ero paucis, quæ Maimonides de eodem ſcripſit ſua in Miſnajoth præfatione; e quibus liquebit omnibus quo loco hunc R. Jehudam habeant Judæi, איש שנמצאו בו כל החמודות והמדות הטובות עד שזכה בהם אצל אנשי דורו לקראתו רבינו הקדוש ושמו יהודה והיה בחכמה ובמעלה בתכליתם. *vir in quo invenirentur omnia deſiderabilia omneſque virtutes, adeo ut idcirco a viris ſui ſeculi doctor noſter* ſanctus *dici meruerit*; (*nomen erat Jehuda*) *Sapientia autem & dignitate ſummo gradu præditus erat.* De *principis* titulo obſervant Talmudici, & poſteriores Judæi (ut videre licet in Juchaſin fol. 45. & 60. edit. Cracov.) non tantum ideo הנשיא dictum fuiſſe, quod eo tempore ſuos authoritate anteiret;

ſed

ſed etiam, quamvis paterno genere e Binjamine oriundus, inter majores ſuos haberet Hellelem, qui ad Davidem genus ſuum referre potuerat. Atque ut ſermonem de libri ſequentis auctore concludam, quo omnes videant, quo in pretio apud ſuos ipſe fuerit; ſententiam in Talmude aliquoties repetitam ſubjicere non pigebit: tametſi eandem hyperbolicam atque in Dei Prophetas & Apoſtolos injurioſam agnoſco, מימות משה ועד רבי לא היתה תורה וגדולה במקום אחד, *inde a diebus Moſis uſque ad Ribbi non fuit Lex & excellentia in uno loco.* Quæ R. Salomon Jarchi ita enarrat, שאין גדול בישראל גדול בתורה ובעושר כמוהו, *quod non fuerit eximius inter Iſraëlitas, qui in Lege & divitiis hunc Ribbi æquaverit.* Hactenus, facto initio ab ipſo Moſis tabernaculo, ad templi ſtructuram a R. Jehuda nobis delineatam progreſſi, ea levi brachio attigimus, quæ cum ad templum hoc codice Middoth delineatum, tum ad loca ſimilia ejuſdemque uſus pertinentia, videbantur præmittenda: quo diſtinctius & plenius quæ huc ſpectant animo perciperentur. Ordo poſtulat ut ipſum contextum Talmudicum aggrediamur, in quo quid præſtiterim vides lector: me hujus libri auctorem Latine loquentem induxiſſe, quoad orientalis ſermonis proprietas, quam exprimere conatus fui, permiſit. Habes quoque annotationes ad ea loca, quæ eaſdem exigere videbantur. In quibus benevole Lector hoc a te expeto, ne ſimulac aliquid alicubi repereris quod iis repugnare videatur, e veſtigio ipſas falſitatis inſimules; ſed expendas diligentius, quomodo convenire etiam omnia poſſint. Exempli gratia, e Rabbinis docebo poſtea authoritate Ezechielis, *portam ſuperiorem* ad Aquilonem fuiſſe: hic facile cuipiam in mentem veniat comma 20. cap. 23. l. 2. Chron. unde ex aliorum teſtimoniorum collatione, ut 2 Reg. 11, 19. &c. omnino illa porta videri auſtralis queat. At quamvis eadem hiſtoria annotatis locis deſcribatur, non eandem portam utrobique ſignificari neceſſe eſt: ſed *porta curſorum* in ſacro ædificio; *porta* hæc *ſuperior* in regia fuiſſe videtur, ſi modum loquendi utrobique inſpicias; ut illa porta rex egreſſus, per hanc regiam ſuam ingreſſus fuerit: adeoque 2 Chron. 23. de regia porta, in Middoth vero de templi porta agatur. Sic 2 Chron. 6, 22. ad altare acceſſiſſe, quibus juramentum deferebatur, ideoque omnes in Sacerdotum atrium vel ulterius promiſcue admiſſi videntur: qua ratione obſervatio Judæorum in annotat. repetita concidit. At quis ignorat לפני non ita ſemper accipi ut proximum locum deſignet? qui erant in atrio Iſraëlis e regione altaris, vel in חיל non procul ab altari, לפני המזבח ſubſtitiſſe dici queunt: ut hoc modo diſtinctio locorum in Sacris etiam Lit. ſtabilita ſervetur. Itaque de hujuſmodi pluribus, non reprehendendi, ſed potius æquo & benigno animo judica lector: atque ea ratione meis laboribus utere & fruere. Si quid repereris quod ad S. L. illuſtrandas faciat; (in quibus Ezechielis difficillima capita numero) ſive occurrant nonnulla quæ alium fructum producere queant, erit quod Deo, unde (Jac. 1, 17.) πᾶσα δόσις ἀγαθὴ ϗ πᾶν δώρημα τέλειον καταβαίνει, *omnis donatio bona, & omne perfectum donum deſcendit*, agamus gratias; ſin etiam errores deprehenderis, hoc tecum reputa, errare humanum eſſe, *homo ſum, humani a me nihil alienum puto. Vale.*

Lugd. Bat. 10. Kal. Maji, anno 1630.
partæ ſalutis.

ΣΚΙΑΓΡΑΦΊΑ
TEMPLI HIEROSOLYMITANI
E TALMUDISTARUM DESCRIPTIONE:

Inſcripta Nobiliſſ. & Ampliſſ. viris,

Dominis Curatoribus Academiæ Lugd. Batavæ.

Viri Nobiliſſimi & Ampliſſimi,

SI apud Athenæum bene dixit olim Callimachus, Magnus liber magnum malum; eo confidentius hanc templi Hieroſolymitani ἰχνογραφίαν vobis exhibeo: utpote quæ prolixitate ſua talem cenſuram non incurret; ſed ne libri quidem nomen ulla ratione ſuſtinere poteſt. Quapropter eo gratiorem fore confido: adde quod paucis lineamentis totius codicis Middoth *ſummam accurate referat. Non magni æſtimandum hoc munuſculum: ejus tamen poteſt oblatio exigua non videri, ſi magis Templi delineati, quam ſui pretii æſtimatione pendatur; præſertim a vobis, qui templi Dei lapides vivi permanere contenditis.*

Quorum humillimus cliens eſſe geſtio

CONSTANTINUS L'EMPEREUR ab Oppyck.

א Olivarum mons.
ב Pons ad Olivarum montem.
ג Mons Moriæ undique præruptus.
ד Har habbajit, ſive mons Templi.
ה Porta Sur, ſive Jeſod, id eſt, fundamenti.
ו Porticus Salomonis, ubi tres columnarum ordines.
ז Tabernæ vendentium, & numulariorum. vide Roſch Haſchana f. 31. & Scekalim cap. 1. & 5. Matth. 21. verſ. 12.
ח Conclave Nethanmeleci. 2 Reg. 23, 11.
ט Porticus ſeptentrionalis.
י Porta Teri, vel Tedi.
כ Porticus occident. quam Joſephus alicubi duplicem facit.
ל Porta Kipponos.
מ Porta injectus.
נ Porta Chulda, ſive curſorum.
ס Porta Chulda.
ע Porticus triplex, ubi mediæ latitudo ſeſquialtera, altitudo dupla.
פ Chel, ſive intermurale, cum portis ſuis.
צ Conclave quo ſe ſacerdotes ſuo munere defuncti recipiebant.
ק Receptaculum lectorum. 2 Reg. 11. verſ. 2.
ר Conclave poſticum.
ש Conclave poſtremum.


α Atria tria porticibus ex parte ſepta, ubi in contignationibus cum res ſacræ collocabantur; tum celebrabantur convivia ſacra. Nam illic ſedere licebat: quia cœnacula ſive loca ſuperiora Judæis ea non erant ſanctitate; quamvis profana non cenſerentur.
β Atrium mulierum podio in ſuperiore parte cinctum.
γ Porta Nicanor ſive ſpecioſa (Actor. 3. verſ. 2.) poſt gradus 12: ad quam ſenatus 23 judicum conſidebat.
δ Conclave veſtiarii.
ε Conclave cruſtularii.
ζ Atrium lignorum.
η Subſtructiones humiles in 4 angulorum atriis, foraminibus ad ollas ſuſtinendas diſtinctæ.
θ Porta mulierum.
ι Conclave ſalis.
κ Atrium leproſorum.
λ Receptaculum olei.
μ Conclave ſcaturiginis.
ν Porta auſtralis atrii mulierum.
ξ Atrium Naziræorum.
ο Atrium Iſraëlis, ſive virorum.
π Porta cum gradibus 15. ad quam ſedebat alter ſenatus 23 judicum.
ϱ Conclavia infra atrium Iſraëlis.
σ Conclave Mahaſejæ.
τ Conclave Gemariæ cum ſuggeſto.
υ Aſcenſus duorum graduum cum pulpito 3 graduum: ubi odeum perpetuum cum lorica cubitali.
φ Atrium Sacerdotum.
χ Porta prominentiæ, ſupra quam Nitſots.
ψ Conclave Happarvæ, ſupra quod erat balneum.
ω Conclave caſi lapidis, ubi Sanedrin, ſive ſenatus ſupremus.
ωω Porta aquarum, ſupra quam abtines & balneum.


a Aſcenſus ad altare cubitorum 32 quorum duo ſupra fundamentum & circuitum.
b Foramen, pro avibus rejectaneis.
c Ponticulus ad circuitum.
d Ponticulus ad pulvinum ſive fundamentum.
e Altare.
f Fundamentum orientale, altitudine & latitudine cubiti unius, in tribu Judæ.
g Fundamentum ſeptentrionale, in Benjam. tribu.
h Fundamentum occidentale, in Benjamin. tribu.
i Columbaria duo in fundamenti angulo.
k Foramen extra altare, cum tabula marmorea cui affixus annulus.
l Fundamentum auſtrale in tribu Judæ.
m Spacium unius cubiti vacuum.
n Circuitus altitudine cubitorum 5, cum latitudine unius cubiti.
o Spacium inter cornua, altitudine 3 cubitorum, latitudine vero unius cubiti.
p Quatuor cornua quadrata, unius cubiti.
q Columbaria duo in ipſo cornu.
r Ambulacrum ſacerdotum latitudine unius cubiti.
ſ Focus quadratus 24 cubitorum, qui altitudine æquabat cornua; vel ſpacium cornua interjacens.
t Spacium 8 cubitorum inter altare & annulos.
u Annuli ad mactandum.
x Receptaculum poparum.
y Spacium 4 cubitorum inter poparum receptaculum & menſas.
z Locus menſarum marmorearum.

aa Locus columnarum lapidearum 12 ½ cubitorum.
bb Spacium inter columnas & murum 8 cubitorum.
cc Conclave lavantium.
dd Porta oblationis.
ee Beth hammoked, ſive locus focarius: cui cuſtodes Levitæ contermini, unoque latere excepto totus extra atrium. Thalmudicis multis locus videtur ſuperior ſive cœnaculum: quod probare nequeo, cum propter alia, tum ob ſectionem 5. 8. & 9. cap. 1. Middoth.
ff Conclave panum propoſitionis.
gg Conclave lapidum altaris.
hh Conclave balnearum.
ii Conclave agnorum.
kk Clavium repoſitorium.
ll Hic erat porta cum oſtiolo ad atrium deducens; altera in oppoſito latere.
mm Lorica cubitalis.
nn Porta Jechonjæ.
oo Spacium 11 cubitorum poſt ſanctum ſanctorum.
pp Porta quam Rabbi Joſe nominat ſuperiorem.
qq Lorica cubitalis.
rr Porta ardoris, ubi gazophylacium 2 Reg. 12. verſ. 9. & 2 Chron. 24. verſ. 8.
ſſ Porta primogenitorum.
tt Conclave lignorum.
uu Spacium 22 cubitorum inter templum & altare; ubi occiſus Zacharias. Matth. 23. 35. Joſeph. lib. 4. de Bello Jud. c. 19.
xx Labrum cum 12 epiſtomiis.
zz Spacium inter aſcenſum & altare cubitorum 12 ½.

1 Templum.
2 Gradus duodecim ad templum dimidium cubitum alti.
3 Retractio unius cubiti.
4 Areola 3 cubitorum.
5 Areola 4 cubitorum.
6 Porta propylæi ſine foribus; cujus altitudo 40, latitudo 20 cubitorum.
7 Murus propylæi, latus cubita 5.
8 Propylæum 11 cubitorum latitudine.
9 Seceſpitarum repoſitorium, quod ad 15 cubita extendebatur.
10 Aurea vitis.
11 Valvæ bifores.
12 Porta alt. 20. lat. 10 cubitos; ſicuti reliquæ omnes excepta propylæi porta.
13 Oſtiolum ſeptentrionale.
14 Oſtiolum auſtrale, quod nunquam aperiebatur.
15 Murus templi 6 cubitorum.
16 Tres ambulacrorum ordines: quorum ſecundus primo, tertius ſecundo impoſitus erat.
17 Murus templi 6 cubitos latus.
18 Ambulacrum 6 cubitorum.
19 Murus ambulacri 5 cubitorum.
20 Circuitus trium cubitorum: ubi cochlea.
21 Murus ipſius circuitus 5 cubitorum.
22 Tres ambulacrorum ordines, quorum ſupremus duo tantum continebat ambulacra.
23 Murus ambulacri 5 cubitorum.
24 Ambulacrum 6 cubitorum.
25 Murus templi 6 cubitorum.
26 Tres ambulacrorum ordines, ſeptentrionalibus pares.
27 Murus impluvii 5 cubitorum.
28 Impluvium 3 cubita latum.
29 Murus ambulacri 5 cubitorum.
30 Ambulacrum 6 cubitorum.
31 Murus templi 6 cubitorum.
32 Adytum quadratum 20 cubitorum.
33 Spacium intergerini parietis 1 cubiti, velis utrinque incluſum.
34 Sanctum ſive fanum 20 cubita latum, longum vero cubita 40.
35 Hic, ſed ad ipſam contignationem erat porta: ubi ſcalæ quibus in tectum aſcenderetur.

NOTA. *In hac tabula cum ſingulorum membrorum menſuræ juſtam quantitatem ſortitæ ſint; depreſſior nihilominus apparet portarum quarundam altitudo: utpote quarum ſummitates tantum ſpatii anguſtia variis locis admiſerit.*





מסכת מדות

Tractatus de Menſuris Templi.

פרק א בשלשה מקומות הכהנים שומרים בבית המקדש בבית אבטינס בבית הניצוץ ובבית המוקד והלוים בעשרים ואחד מקום חמשה על חמשה שערי הר הבית ארבעה על ארבע פנותיו מתוכו חמשה על חמשה שערי העזרה ארבעה על ארבע פנותיה מבחוץ ואחד לשכת הקרבן ואחד לשכת הפרוכת ואחד לאחורי בית הכפורת :

CAput I. (1) Tribus locis ſacerdotes excubias agunt (2) in domo ſanctuarii : nimirum in (3) Aſtines; Nitſots; ac (4) loco focario. Levitæ vero locis uno & viginti : quorum quinque manipuli ad quinque Ambitus templi portas; quatuor ad quatuor angulos, idque intus; deinde quinque ad quinque portas atrii magni; & quatuor ad quatuor ejus angulos extrinſecus; (5) denique unus ad receptaculum oblationum, alius ad (6) receptaculum poſticum, tertio tandem (7) remotius quoddam a poſtica Adyti parte aſſignarunt.

R. OB. DE BARTENORA.

בשלשה מקומות הכהנים שומרים *In tribus locis ſacerdotes excubias agunt*, non ob metum furum & latronum, ſed in honorem atque amplitudinem domus, ut ea non ſit unquam ſine cuſtodiis; harum vero excubiarum tempus durabat totam noctem. Tria autem loca in quibus ſacerdotes excubias agebant, denotantur ex eo quod ſcriptum eſt Num. 3, 38. שומרים משמרת למשמרת ubi tres excubiæ tribus in locis indigitantur. Sicuti igitur in Tabernaculo Aharon, & ipſius filii excubias agebant tribus in locis, eodem modo in Templo fiebat.

בבית אבטינס ובבית הניצוץ *In domo Abbtines & in domo Nizots*, hæc duo erant conclauia ad latus portarum atrii extructa; ſed domus foci non erat conclave altum, ſed velut fornix in terra extructus, ſicuti expoſitum eſt in principio tractatus de ſacrificio jugi.

והלוים באחד ועשרים מקום *Et Levitæ in viginti & uno loco*, nam in viginti quatuor locis Templum cuſtodiri debebat, uti ſcriptum eſt, 1 Chron. 26, 17, 18. *Ad orientem Levitæ ſex, ad ſeptentrionem, quotidie quatuor, ad meridiem quotidie quatuor, & ad Aſuphim bini; apud Parbar ad occidentem, quatuor pro ſemita, duo pro Parbar*, quæ ſunt viginti quatuor excubiæ, quarum tres erant ſacerdotales, uti in principio diximus, & viginti & unus e Levitis, etſi locus iſte Levitarum duntaxat mentionem faciat, nihilominus tamen ſacerdotes quoque Levitæ dicuntur, uti ſcriptum eſt Deut. 17, 9. *Et ſacerdotes Levitæ filii Zadoci.* Porro dicit Miſna, *quinque ad quinque portas montis Templi*, nempe quinque excubiæ erant ad quinque portas montis domus, & aliæ quatuor excubiæ ad quatuor angulos intra murum montis domus. *Ad quatuor portas atrii*, putat hic doctor quod atrio quinque erant portæ; & ſecundum eum qui poſtea dixit ſeptem fuiſſe, concedit quinque tantum fuiſſe excubias. *Ad quatuor angulos extrinſecus*, quia in atrio ſedere non poterant niſi Reges e familia Davidis duntaxat, & quia excubias agere non poterant in pedes per totam noctem, idcirco ad angulos atrii excubias agebant; ſic etiam ii qui atrii portas cuſtodiebant, foris cuſtodiebant, ut ſedere poſſent; atque hoc collegerunt ex eo quod ſcriptum eſt 1 Chron. 18. *Duo ad Parbar*, perinde ac ſi dixiſſet כלפי בר *extra*, ſcil. extra atrii murum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnes excubiæ ad Templum cuſtodiendum ſunt viginti quatuor, idcirco dicitur 1 Chron. 26, 17. *Ad orientem Levitæ ſex, ad ſeptentrionem, de die quatuor, ad meridiem de die quatuor, & ad Aſuphim bini; apud Parbar ad occidentem, quatuor pro ſemita, duo apud Parbar*, quæ ſunt viginti quatuor excubiæ. Et quamvis in hoc loco omnes vocet Levitas, tres tamen ex illis erant ſacerdotes, uti diximus. Cæterum Sacræ Scripturæ multis in locis ſacerdotes vocant Levitas, ita Deut. 17, 9. *Et ſacerdotes Levitæ filii Zadoci*, ita exponit Gemara; vox פרבר eſt compoſita, perinde ac ſi dixeris, כלפי בר id eſt extra, quia cuſtodia erat extra atrii murum, ſicuti hic exponitur. Ratio eſt quod non licet in atrio ſedere, tota vero nocte ſtare non poterant, idcirco ſecunda excubia extra ipſum erat, ut ſedere poſſet.

חמש שערי העזרה *Quinque portæ atrii*, ſecundum doctorem primum, nam aliqui e Tannaim dicunt atrium quinque portas habuiſſe, uti hic dicitur; aliqui vero ſeptem fuiſſe affirmant, quæ multorum opinio eſt; alii autem tredecim ſtatuunt, ſicuti dicitur capite ſexto de Siclis, & ſecundo hujuſce tractatus. Verum ſecundum Sapientes excubiæ erant ad quinque portas ex ſeptem.

L'EMPEREUR. (1) Recedunt hac in parte Judæi ab inſtituto Davidis, qui Levitas ſtricte ſumptos Templi cuſtodiæ præfecit, in certas claſſes diviſos, ut ſingulæ ordine ſuo vacarent impoſito muneri: & quidem ad portas ipſis loca fuiſſe aſſignata legimus 2 Chron. 1, 14. de angulis vero, quibus cuſtodes dati fuerint, quicquam ſtatutum fuiſſe non memini. Fieri tamen poteſt (prout factum exiſtimo) ut quid poſterioribus ſecundi templi temporibus obtinuerit, hoc loco deſcribatur. Sane triplices Sacerdotum excubias e prioris templi ritibus ſubleſto argumento probare annituntur, nimirum triplici illa repetitione Num. 3, 38. (cum de tabernaculo agitur) ubi שמר cum conjugato משמרת *cuſtodia* bis expreſſo, occurrere annotant. Deinde quicquid ſit de excubiarum diſtributione, ſacerdotes tamen hoc munus obiiſſe, probare ſe poſſe exiſtimat Moſes f. Maimonis in ſuo de templo diſcurſu. Verum quæ profert teſtimonia, ſi huc ſpectent, de templo intelligenda non ſunt, ſed tabernaculo; at ordo poſt Davidis tempora in templo vel templis obſervatus inquiritur. Præterea de alia משמרת locis ab illo allegatis agitur: puta de attenta cura, obſervatione, ſtudio & miniſterio in ſacris obſervando; non vero de locorum ſpeciali cuſtodia. Teſtimonia autem hæc ſunt Num. 3, 38. & Num. 18, 5. Sed comparatio commat. 6. cum 7. cap. hujus 18. Numer. ſatis, ni fallor, ab illo onere excludit ſacerdotes: ideoque Sal. Jarchi in illud com. 2. וישרתוך *miniſtrabunt tibi*, bene annotavit בשמירת השערים *in cuſtodia portarum*: ubi hujuſmodi onera a ſacerdotibus in Levitas tranſlata docet. Levitarum vero excubias uno & viginti locis actas, depromere quidem ſatagunt e 1 Chron. 26. verſ. 17. & 18. verum magnam contextui inferri vim non omnino diffitentur Judæi, dum in conciliando hoc teſtimonio cum ſua παραδόσει deſudant ſatis infeliciter. Effugere ſe poſſe exiſtimant, ſi ſacerdotes, utpote a Levi oriundos, dici Levitas evincant: quod nonnunquam fieri, ut non eo inficias; ſic in præſentiarum ad rem non facere, affirmare non dubito. Etenim ut, Sacerdotes alibi Levitas vocari, concedamus; loco e Chron. allegato hoc non fieri, evincit verſ. 19. qui Levitas, quorum mentionem fecerat, e Korach & Merari originem duxiſſe affirmat. Itaque cum παράδοσις Levitas uno & viginti locis excubias egiſſe dicat; ſacer vero contextus viginti quatuor meminerit ex Judæorum ſententia; qui concordia iniri poteſt, cum de iiſdem Levitis utrobique ſit ſermo?

(2) Porro παράδοσις, ſive Miſna hæc Sacerdotibus tria attribuit loca in בית המקדש, i. ſanctuarii domo, ut Levitis unum & viginti; cum tamen hæc loca in ipſo templo non fuiſſe in confeſſo ſit: unde liquet בית המ׳ late accipi,

cipi, ut ea complectatur, quæ quomodocunque in ſacro monte exſtructa ad ædem ſacram referuntur: ſicuti alicubi Rabbi David Kimchi hiſce verbis in ſimili *ἀκυρολογίᾳ* annotavit הם החצרות והלשכות כי הכול הוא לתשמישי הבית, *illa ſunt atria & receptacula, quia omnia iſta ædi inſerviunt*, expreſſe Maimonides dicto loco הכל נקרא מקדש *omnia veniunt ſanctuarii nomine:* היכל autem (inquit) complectitur propylæum, ſanctum & ſanctum ſanctorum.

(3) Priores Sacerdotibus aſſignatæ regiones vocantur בית אבטינס & בי הניצוץ, quas malo verbis Rabbi Hobadiæ de Bartenora, quam meis deſcribere: fuiſſe ait שתי עליות בנויות בבי שערי העזרה, *duo ἀνώγεω inædificata duabus portis atrii magni*. Saltem de אבטינס diſerte in Talmude tractatu Joma legitur cap. 1. (ubi ritus præparandi Sacerdotem ſummum in diem expiationis fuſe deſcribitur) הוליכוהו לעליית בית אבטינס *deducunt illum in ἀνώγεων beth Aſtines*, quo loco locum ſuperiorem fuiſſe docetur: pleniuſque enarratur in Gemara Hieroſolymitana ad eundem paragraphum, exſtructum fuiſſe על גבי שער המים *ſuper portam aquarum*, de qua in ſequentibus. Ac præter cuſtodiam, hujus loci fuiſſe uſum tradunt Talmudici, ללמדו חפינה, *ut* Sacerdos *doceretur modum decerpendi ſuffimen* Levit. 16, 12. præceptum: illic enim מפטמין את הקטרת *conficiebant ſuffimentum*. quod quia e terræ fructibus fieret, locus ille בי אבטינס dicebatur a *βοτάνη herba*, voce Græce nonnihil (Judæis familiare eſt) corrupta. De ניצוץ vide amplius Sect. 5. Ad utrumque autem locum quod attinet, Bartenoræ deſcriptionem, cap. 1. Tractatus Talmudici, cui nomen Tamid, confirmat.

(4) Quin & continet tertii loci delineationem hiſce verbis בית המוקד כיפה ובית גדול היה טוקף רובדים של אבן, *domus incendii vel locus focarius erat fornix ac domus magna cincta intrinſecus ſtratis lapideis*. Solo inædificatus erat, non vero ut priores loco ſublimi, ut alium ſibi ſubjectum haberet: idque in uſum poſtea data occaſione late explicandum. Hæc tria ædificia extra atrium magnum fuiſſe tradunt: & quidem hac de cauſa, שאין ישיבה בעזרה אלא למלכי בית דוד בלבד ולא היה אפשר לשומר לשמור בעמידה כל הלילה, *quod regibus tantum e ſtemmate Davidis ſedere liceret in Atrio magno; cuſtodes autem ſtantes in excubiis totas noctes agere non valerent*. Atque id pari ratione reliquos cuſtodes concernit, qui uno & viginti locis, extra Atrium omnibus, ſuo hoc munere fungebantur. Quocirca cum ad portas Atrii ipſis aſſignatur locus, non eſt quod intra atrium eoſdem collocemus; ſed ut tradunt שומרים בשערי העזרה שומרים מבחוץ, *qui excubabant ad portas atrii magni, excubabant foris*. Portas autem quinque ponit Miſna, non quod plures non fuerint (de quo diverſi diverſa ſentiunt;) ſed ut inquit R. Schemaja שאינם צריכים שומר אלא להי שערים מרובקים, *quod non egerent cuſtode, ut quæ reliquis quinque eſſent proximæ*.

(5) Inter illos Levitas, poſtremis tribuuntur loca tria, quorum priora videntur ignotiora: exiſtimo tamen receptaculum oblationis eſſe, quod 1 Chron. 26, 15. & 17. vocatur בית האספי & elliptice אספים *collectæ*: nam אספים fuiſſe gazophylacium ſacrum, nullo negotio colligere ex eo licet, quod Hebed-Edomi familiæ argenti aurique ſacri cuſtodia tribuatur, 2 Chron. 25, 24. cum ex eadem familia nonnullos אספי ſervaſſe libro primo videamus: quæ cum קרבן conveniunt optime. Quem locum ut meridionalem fuiſſe templo putemus, faciunt producti verſus cap. 26. 1 Chron. quandoquidem non tantum hujus cuſtodes cum meridionalibus cuſtodibus conjunguntur; ſed etiam ejuſdem familiæ fuiſſe e verſ. 15. conſtat, cum per familias loca ſorte diſtributa fuiſſent. verum de hoc iterum dicendum erit, ubi de contentis primo *ἱερῷ* verba facturus ſum.

(6) Alterum receptaculum eſt הפרוכת, id eſt *veli*, a loco nomen obtinens, quia erat e regione veli, quod vel portæ Adyti obducebatur, vel portæ templi: nam פרוכת etiam legitur in Gemara capitis 1. Tamid Talmudis Babylonici: verum enim vero ubi accuratius perpendo quæ 1 Chron. 26. habentur de hiſce cuſtodibus nec non ad eorum imitationem hos poſteriores recentioris templi ordinatos fuiſſe, (quamvis non uſquequaque, ſicut jam obſervatum fuit,) merito mihi conjicere videor, pro פרכרת legendum פרבר, levi ac perfacili mutatione τῷ כ in ב, & ת in ר. Autor enim Chron. ubi de ſimili ordine diſſerit, ponit פרבר, quod Maimonides exponit כמאן דאמר כלפי בר *ac ſi quis diceret, verſus exteriora:* quia, ut ſubdit, hunc locum ſibi extra Atrii murum (ſcil. occidentem verſus) cuſtos aſſignatum habebat. Conjecturam confirmant Judæi, qui iſta voce פרבר vociſque Etymologia hanc *παράδοσιν* confirmare annituntur.

(7) Remotius ab Adyto erat receptaculum ultimum, ut & prius a tergo ipſius: unde *poſtica*, & *poſticum* voces a Feſto huc non incongrue arceſſuntur, quod uterque locus poſt Adytum compareret, ille propior; hic remotior: quocirca & אחר לאחורי *poſt poſteriora* dictus videtur, propior ſcilicet *τοῖς* שערי הר הבית. De quo הר (quia paſſim ejus crebra fit mentio) ut cætera melius percipiantur, hæc e Joſepho rerum Judaicarum ſcriptore accuratiſſimo ac fide digniſſimo (ubi ſcribarum *παροράματι* ſive incuria codices vitiati non ſunt,) obſervari velim. Cum in colle Moriæ tantum ſpacii non eſſet, ut præter templum, templi atria, hiſque ulteriores alii circuitus (de quibus in ſequentibus) contineri poſſent; Salomon *μεγάλας ἐμφορήσας φάραγγας, ἃς διὰ βάθος ἄπειρον οὐδὲ ἀπόνως νεύσαντας ἦν ἰδεῖν, καὶ ἀναβιβάσας εἰς τετρακοσίους πήχεις τὸ ὕψος, ἰσοπέδους τῇ κορυφῇ τοῦ ὄρους ἐφ' ἧς ὁ ναὸς ᾠκοδόμητο κατεσκεύασε· καὶ διὰ τοῦτο ὕπαιθρον ὂν τὸ ἔξωθεν ἱερὸν, ἴσον ὑπῆρχε τῷ ναῷ.* id eſt, *vallibus expletis, tam profundis, ut ad proſpectum oculi caligarent, & aggeſta ad quadringentos cubitos terra, eas vertici montis in quo templum exſtruendum erat æquavit: atque hoc modo factum eſt, ut exterior area cum ſolo templi (ferme) æquaretur.* Totam hanc planitiem vocarunt הר הבית: quia בית præcipua ejus eſt ſtructura maximeque præcellens. His addendum ex eodem ſcriptore nobiliſſimo, hunc montem tractu temporis ampliatum fuiſſe, ut ejus planities magis magiſque promoveretur ipſi promovendæ ſtructuræ: prout videre eſt *ἁλώσεως λόγῳ ε. κεφ. ιδ. Τοῖς δὲ ἑξῆς αἰῶσιν ἀεί τι τοῦ λαοῦ προσχωννύντος ἀνισούμενος ὁ λόφος ηὐρύνετο.* id eſt, *ſeculis poſterioribus ſemper aliquid aggeris accumulante populo coæquatus collis latior effectus eſt.* Hinc jam liquet quid ſit mons domus & murus montis domus, quorum paſſim *παραδόσεις* meminerunt. quippe montem partim naturalem, partim artificialem cingebat murus in declivibus ejus lateribus circumquaque. Ad ſequentium enim intelligentiam omnino obſervemus oportet, ſi e multis dubiis nos expedire velimus: planitiem montis non fuiſſe omnimode planam ac æqualem, ut nulla ejus pars extuberaverit; ſed latera ferme omnia fuiſſe depreſſiora, præſertim ab oriente, adeo ut paulatim aſcenderetur ad ipſum templum, vel etiam templi adytum, quemadmodum videre eſt Ezech. 42, 9. in quem aſcribenda duxi verba Talmudicorum principis Rabbi Salomonis Jarchi לפי שההר הולך ומשפיע לצד המזרח קורא לו ומתחת, *quia mons paulatim aſſurgit a parte orientali, vocat* (ſcilicet locum templo ab oriente proximum) ומתחת *ab inferiori*, ſcil. parte: quia, ut inquit alius, המערב היה בעליונות *occidentalis templi regio erat ſuperna*. Ad illum murum qui montem cingebat primas agebant excubias cum in portis, tum ad interiores illius quatuor angulos. e quibus ſi de aliis quibuſdam hac ſectione contentis judicium fiat, omnia erunt perſpicua.

ב איש הר הבית היה מחזר על כל משמר ומשמר ואבוקות דולקות לפניו וכל משמר שאינו עומד אומר לו איש הר הבית שלום עליך ניכר שהוא ישן

2. (1) Montis templi præfectus perluſtrabat ſingulas cuſtodias, (2) faceſque eidem prælucebant: unumquemque autem cuſtodem, qui pedibus non inſiſteret, his verbis compellabat præfectus, Pax tibi. Si eum dormire animadverteret, baculo percutiebat:

ישן חונטו במקלו ורשות היה לו לשרוף את כסותו והם אומרים מה קול בעזרה קול בן לוי לוקה ובגדיו נשרפין שישן לו על משמרו רבי אליעזר בן יעקב אומר פעם אחת מצאו את אחי אמה ישן ושרפו את כסותו :

tiebat: eidemque illius comburere veſtimenta permiſſum erat. Hinc illa verba, Quæ vox in atrio magno? vox Levitæ (3) vapulantis, cujus veſtimenta comburuntur, quod excubiarum (4) tempore dormierit. Ita refert R. Eleazar filius Jacobi; ſemel invenerunt avunculum meum dormientem, ideoque veſtimentum ejus combuſſerunt.

R. OB. DE BARTENORA. איש הר הבית *Vir montis Templi*, dicitur hic איש *vir* pro ממונה *præfectus*, is itaque vir omnium excubiarum præfectus erat.

L'EMPEREUR. (1) In Miſna pro præfecto eſt איש *vir:* verum nota eſt Hebræorum diſtinctio, qua, cum ab אדם diſtinguunt איש, hunc dicunt proprie ſignificare הגדול ובעל הדבר וראשו, *magnum rerumque dominum ac caput*; quia, ut alia teſtimonia præteream, Jud. 7, 14. Gideon dicitur איש ישראל *vir Iſraëlis*, id eſt, præfectus. Pari modo, ut inquit R. Schemaja, איש הר הבית *vir montis templi*, eſt ממונה על כל משמר מהשומרים *præfectus omnibus cuſtodum excubiis:* quamvis male ejus munus ad Atrii cuſtodes reſtringat, cum hæc Miſna, ipſe præfecturæ titulus, aliique Hebræorum Magiſtri per totum montem ejus imperium in cuſtodes extendant.

(2) Huic prælucere dicit παράδοσις אבוקות, quæ proprie funalia ſignificant, quod variis funibus inter ſe junctis ac colligatis conſtent: cujus origo אבק a Talmudicis poſterioribuſque Rabbinis in colligandi ſignificatu paſſim adhibita eſt.

(3) Antequam progredior, vox לוקה explicanda venit, quæ pœnam Judæis olim uſitatatem denotat: quam ut pernoſcamus, ſciendum, Judæos præter quatuor illa ultimi ſupplicii genera in tractatu Zanedrin cap. 7. ſect. 1. deſcripta, nimirum סקילה lapidationem, שריפה combuſtionem, הרג occiſionem, id eſt, capitis amputationem, ac denique חנק ſtrangulationem, (quæ eadem Chaldæus Ruthæ interpres, quem poſt conſcriptum Talmud vixiſſe ex ejus traditionibus Talmudicis conjicio, paulo ſecus recenſet; nam enarrat, רגימת אבנא, id eſt, *lapidibus obrutos fuiſſe*, ויקידת נורא, id eſt, *combuſtos igne*, וקטילת סיפא, id eſt, *occiſos gladio*, וצליבת קיסא, id eſt, *de ligno denique ſuſpenſos fuiſſe reos:*) præter hæc, inquam, irrogaſſe & alias ipſis perſonis pœnas, quæ levioribus delictis reſponderent. Quemadmodum cap. 2. & 3. tractatus Talmudici de plagis diſtincte docemur: ubi cap. 2. una cum cauſis late deſcribitur exilium, quo urbe aliiſque locis vivebat extorris, qui enumeratis ibidem delictis tenebatur. Capite vero tertio ſupplicii, quo de agimus, cauſæ, ratio ac modus recenſentur: ſcilicet plagis quadragenis una minus fuiſſe cæſos, qui criminum cap. 3. recenſitorum rei eſſent, affirmant Talmudici ſect. iſtius cap. 11. כמה מלקין אותו ארבעים חסר אחת שנאמר במספר ארבעים, id eſt, *quot plagas infligebant ei? quadraginta una minus; quia dicitur* numero quadraginta. At Judæorum Magiſtrorum pars hic hallucinatur turpiter: primo conjungunt quæ ſacra pagina ſeparavit. Unde hunc fabricantur ſenſum, ſingulis quadragenas una minus plagas fuiſſe infligendas: quaſi Deut. 25. v. 3. dictio ultima מספר *numerus*, ita cum prima voce ſequentis verſus ארבעים *quadraginta* combinanda ſit, ut ambæ in unam enuntiationem coaleſcant, atque hæc emergat ſententia; numerum quadraginta plagarum ſemper ſervari debere, niſi, ut in traditionibus excipiunt, reus par ferendo non ſit. Atqui expreſſe verſ. 3. ſancitur, pro peccati reatu vel majori, vel minori pœnam infligendam eſſe: quod Aben-Ezra recte obſervat, atque ſibi hanc expoſitionem placere fatetur; ſed propter παραδόσεως autoritatem ab ea recedit. Itaque hic eſt ultimorum verſ. 3. verborum ſenſus, quem his Maimonidis verbis exprimere lubet: רי ל״ שלא ילקה בלא שיעור אלא במנין ידוע כפי מה שיוכל לסבול כרשעו, id eſt, *mens legiſlatoris eſt, ne reus plagis innumeris cædatur; ſed intra notum & definitum numerum, quem vires ejuſdem ferre conſtet, ſecundum iniquitatem ipſius.* Poſtea vero verſ. 4. tantum cavet, ne plagæ quæ pro ratione delicti creſcunt, numerum quadragenarium excreſcant, idque in finem, quem Deus ibidem ſubjicit. Secundo, unam plagam qua fronte demunt, cum quadraginta ordinaverit ſummus Legiſlator? ſane quis non rideat hanc bellam doctoris cujuſdam minime eorum minimi rationem (quam hic reddit) cur Deus præcipiat infligi quadraginta, cum intelligat triginta-novem: שגורם לומר אחריו ארבעים *quia numerus trigintanovem in cauſa eſt ſive perficit, ut poſtea dicamus quadraginta.* Nonne merito dixit Servator Matth. 15. verſ. 3. διὰ τί ϗ ὑμεῖς παραβαίνετε τὴν ἐντολὴν τȣ̃ Θεȣ̃ διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν; id eſt, *Quare & vos tranſgredimini præceptum Dei, propter traditionem veſtram?* Sed tempus eſt ut verberandi & percutiendi modus explicetur, quem verbis libri מדות cap. 3. ſupra allegati, quam meis enarrare malo. Sect. יב leguntur ſequentia, כופת שתי ידיו על העמוד הילך והילך וחזן הכנסת אוחז בבגדיו אם נקרעו נקרעו ואם נפרמו נפרמו עד שהוא מגלה את לבו והאבן נתונה מאחריו חזן הכנסת עומד עליה ורצועה של עגל בידו כפולה האי לשנים ושנים לדי ובי רצועות יורדות ועולות · Sect. vero יג ויד ורחבה טפח וראשה מגעת עפי בריתו ומכה אותו שליש מלפניו ושתי ידות מלאחריו ואינו מכה אותו לא עומד ולא יושב אלא מוטה שנאמר והפילו השופט והמכה מכה בידו אחת בכל כחו, id eſt, *Utraque rei manu utrique columnæ lateri alligata, lictor, ſive confeſſus apparitor ejus veſtimenta arripit, inſuperque habet, ſive lacerentur, ſive diſſuantur, donec cor vel partem anteriorem denudet. Lapidi a tergo conſtituto inſiſtens lictor e vituli corio confectum manu tenet flagellum, cujus utrumque lorum erat quadruplum, duæque præterea corrigiæ laxæ dependebant. Manubrii flagelli longitudo palmi erat unius, æqualis flagelli latitudini; ejus autem extremum ad luentis rei umbilicum pertingebat. Cum percutitur, plagarum pars tertia infligitur ventri, duarumque reliquarum partium hanc humerus dexter, alteram ſiniſter accipit.* (Ita Hebræi illud מלאחריו reddere ſolent) *Nec ſtanti, vel ſedenti plagæ infliguntur; ſed reclinato: quia dicit Legiſlator*, dejiciendum curet eum judex, *percutiendoque lictor una manu ſuas omnes exerit vires.* Hinc non tantum Miſna ſuperior, quæ מלקות meminit, illuſtratur; ſed & alii ſcripturæ paragraphi, ut præter Deut. 25. videre licet 2 Cor. 11. ubi inter alia Paulus, cum ſuas commemorat paſſiones, ὑπὸ Ἰȣδαίων πεντάκις τεσσαράκοντα παρὰ μίαν ἔλαϐον. *A Judæis accepi quinquies quadragenas plagas una minus.* Pergamus ad Miſnam ſecundam. Verum ne nimis properemus, huic dubio occurrendum erit, qui fieri potuerit ut juſta pœna nunquam quadraginta plagas ſuperarit; cum in delicta plurima, morte non videatur fuiſſe animadvertendum, quæ tamen majora eſſent, quam ut quadraginta plagis expiarentur. Reſpondent, לוקה ומתרפא וחוזר ולוקה *Acceptis plagis ſanatur, denuoque vapulat:* qui generalis fuiſſe ritus videtur; quamvis Judæi reſtringant.

(4) Porro vapulabant qui dormirent: ſed non quovis tempore vigilare tamen tenebantur: quia nocte in ſuas vigilias diſtributa, iis pœna irrogabatur qui vices ſuas vigilandi non ſervaſſent; reliquis dormire (etſi non quovis loco) licebat. Hæc habentur in capitulis Toſaphoth Codicis Tamid.

ג. חמשה שערים היו להר הבית שני שערי חולדה מן הדרום משמשין כניסה ויציאה קיפונוס מן המערב משמש

3. (1) Quinque erant in (2) Templi ambitu portæ: duabus nomen (3) Chulda, quas ab Auſtro ad ingrediendi egrediendique uſum ſtatuerant; porta au-

משמש כניסה ויציאה טרי מן הצפון לא היה משמש כלום שער המזרחי עליו שושן הבירה צורה שבו כהן השורף את הפרה ופרה (ס״א) וכל מסעדיה יוצאין להר המשחה :

autem (4) Kiponos ab occidente ſita eodem ſpectabat; porta vero (5) Teri ab Aquilone nulli erat uſui; portæ denique orientali impreſſa erat (6) Suſan civitatis imago, per quam intuebatur Sacerdos dum combureret (7) vaccam. (8) Etiam quicunque operis ſocii quæque adjumento in vacca comburenda erant, hac in olivarum montem prodibant.

R. OB. DE BARTENORA.

משמשי כניסה ויציאה *Inſerviebant ad ingrediendi & egrediendi uſum*, nam per iſta loca intrabant & ad montem Templi ibant. *Kiponos*, eſt porta montis Templi ad occidentem, quæ ita vocabatur. *Super illa erat palatium Zuzan depictum*, quando Judæi e captivitate reduces facti ſunt in terram Iſraëlis, mandarunt ipſis Perſiæ reges ut Zuzæ figuram depingerent ſuper portis Templi, ut regem eo magis timerent; delinearunt itaque imaginem illius palatii in porta orientali.

רואה כהן גדול שורף את הפרה *Videbat pontifex maximus dum vaccam combureret*, hæc Miſna eſt ſecundum R. Meyr, dicentem quod vacca rufa per pontificem maximum comburi debeat; ſed ita non deciditur. וכל מסעדיה *& omnes miniſtri illius*, omnes ſacerdotes qui pontifici maximo opem ferebant. *In montem olivarum*, qui erat ab orientali plaga Jeruſolymæ, & ibi vacca rufa comburebatur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando e palatio Zuzan ibant refectum Templum, uti fiebat in temporibus Ezræ, præcepit rex ut delinearent urbem ſecundum palatii Zuzam figuram, ut regem timerent, & non rebellarent contra ipſum, idcirco depinxerunt figuram illius ſuper portam orientalem e portis in monte Templi. Sed in monte olivarum comburebatur vacca rufa, ſicuti exponitur in tractatu de vacca rufa, & is ſitus erat ad orientem Jeruſolymæ. Per hanc portam egrediebatur pontifex maximus, vacca, & ipſius miniſtri in montem olivarum.

רואה כהן גדול שורף את הפרה *Pontifex maximus videbat dum combureret vaccam*, R. Meiri ſententia eſt, uti exponitur in Siphri, ſed ita non deciditur; ſed fas erat ut per ſacerdotem gregarium fieret combuſtio, uti expoſuimus in tractatu de Vacca Rufa; per hanc portam quoque educebant quicquid ad combuſtionem requirebatur, & hoc eſt quod dicit, *& omnes qui opem ferebant.*

L'EMPEREUR. (1) Primum de portarum loco inquirendum, fuerintne in muro atrium mulierum cingente, an vero in ambitu extimo: cum prius Hebræi quidam aſſerant; poſterius vero loca quædam Joſephi ſcriptoris accuratiſſimi quæ hac & ſequenti ſectione citantur exigere videantur, quæ ex poſteriori tantum ſententia inter ſe & cum Miſna conciliari poſſunt: quod deinceps obſervandum.

(2) Itaque הר הבית exiſtimo tropice ſignificare hoc loco parietem, quem Latini in ſacris ædificiis vocant templi ambitum, Joſephus *πρῶτον περίβολον* (quamvis & latius hac voce utatur nonnunquam) nuncupat: *περιῤῥαντήριον* e quodam Æſchinis loco dici poſſe exiſtimo. verba ejus hæc ſunt: *ἔξω τῶν περιῤῥαντηρίων τῆς ἀγορᾶς ἐξείργει, καὶ οὐκ ἐᾷ στεφανοῦσθαι, οὐδὲ εἰσιέναι εἰς τὰ ἱερὰ τὰ δημοτελῆ*; quamvis non ignorem ſecus hæc ab aliis accipi. vocemus Templi ambitum, ſcilicet extimum, adeo ut חומה in verbis Miſnæ ſubintelligatur, ac ſi dixiſſet בחומת הר הבית quinque fuiſſe portas. Joſephus cum portarum in hoc ambitu mentionem facit, ita infit: *Ἐν δὲ τοῖς ἑσπερίοις μέρεσι τοῦ περιβόλου, πυλάς δ᾽ ἐφέστασαν. Occidentalis autem porticus (potius paries) quatuor portas habebat.* Et paulo poſt, *Τὸ δὲ τέταρτον μέτωπον τὸ πρὸς μεσημβρίαν, εἶχε μὲν καὶ αὐτὸ πύλας κατὰ μέσον.* Id eſt, *Quartum autem latus meridianum etiam ipſum habebat portas ab utroque angulo æque diſtantes.* Unde quidem ibi diverſas fuiſſe portas, atque eatenus poſteriorem ſententiam confirmari videmus; ſed hunc earum numerum deſcribere Joſephus videtur, qui cum Miſnæ verbis convenire non videatur: nam ad occidentem quatuor collocat, diverſas etiam (nam Græcus Joſephi contextus diſerte de pluribus loquitur) ad meridiem. Attamen ſi in memoriam ea revocemus, quæ de alius loci i. atrii portis antea dicta fuere, fuiſſe plures portas, ſed quinque tantum cuſtodiis munitas; Joſephum ab aliis Hebræis non ita abire, quin conſenſus oſtendi poſſit, nemo non videt. Nam primo fuerit ad occaſum una præ reliquis eximia, de qua loquatur Miſna; nihil impedit, quin ex *ὑποθέσει* Judæorum præmiſſa, etiam aliæ inferioris notæ ibidem fuerint. Cui ſecundo & hoc addatur, verborum Joſephi ſcopum, ut ſingulorum laterum portas deſcriberet, citatis locis non exigere; ideoque varias portas hic annotatas, ibi fuiſſe prætermiſſas. Si quis cauſam quærat, cur Judæi quidam has portas ad extimum parietem non retulerint, reſponſum inveniet in *ὑποθέσει* Judæorum, his Davidis Kimchi expreſſa verbis: עולי גולה עשו הבנין כדמות שראוהו כבנין יחזקאל העתיד בקצת הדבר, id eſt, *E captivitate reduces quadantenus Templum ædificarunt ad formam, quam in futura Ezechielis ſtructura intuebantur.* Hinc factum fuit, ut portas diverſas in ambitu non agnoverint. Iſti hypotheſi conſequens eſt (ut & hoc addam) murum templi ſecundi convenienter illi ab Ezechiele deſcripto adeo fuiſſe humilem, ut per orientalem ejus portam templum verſus ſpectare Sacerdos ex Olivarum monte non potuerit: quippe quæ humilior fuerit, quam ut oculi, in adytum recta conjecti, ad eam deſcenderent. Verum poſita etiam hac, de utriuſque muri æqualitate, opinione; non iſtam attingam quæſtionem, num mons Olivarum montem Moriæ æquaverit, ut præſupponere videntur: ſed poſtes portæ orientalis in ſexaginta cubitos, teſte Ezechiele, aſſurrexiſſe affirmare poſſem (quamvis interpretes alio Prophetæ flectant verba.) quod ad ſequentium verborum שבו רואה כוהן veritatem ſufficit: de quibus poſtea.

(3) Porro nomen חולדה Hebræi non explicant, tantum dicunt eſſe nomen proprium, ſed ܚܘܠܕܐ Syram vocem eſſe conſtat, qua Pauli interpres uſus fuit 2 Tim. 3, 6. quum eos deſcriberet hypocritas, qui domos ingrediebantur mulierculurum, & quidem כדרך החולדה muſtelæ inſtar, quæ, ut tradunt Talmudici, מיכסי הכא הא קא מיגלי *jam occultatur, ac ſeſe prodit iterum.* Itaque duplex oſtium hoc nomine merito venit, quod illac ſtato tempore (poſtea egreſſuri) ingredi ſoliti fuerint Judæi, ut coram Deo comparerent.

(4) Ad קפונוס *deſcendo*, quod nomen Rabbi Nathan cognomento Juſtus inde huic portæ attributum exiſtimaſſe videri queat, quia נכנס ויוצא ממנו per eam homines ingrediantur egrediunturque, quod קופא ſit foramen Talmudicis. Forte potius referendum ad illud f. 54. Berachoth, אין עושין אותו קפנדריא, id eſt, *eam* (ædem Dei) *non faciunt locum, cui duo ſunt ſibi oppoſita oſtia*, id eſt, tranſitum ac viam quandam, ut æde pro tranſitu utantur: nam ſi tollas דר quod habitantem ſignificat, unde דורא habitaculum, manet vox τῷ קפונוס non male reſpondens, (quamvis Talmudici aliter explicent) notabiturque oſtium occidentale orientali e diametro oppoſitum. Sed קיפנדריא quæ vox Græca eſt, verius ad *κηπαῖαν* & *ἄνδρα*, quo & קיפונוס pertinet, referemus. Nam teſte Suida *κηπαῖα ἡ ἐν τῷ κήπῳ πύλις*, *porta quæ in horto*: unde illud Gal. l. 2. de natur. facult. cap. 6. *τῇ κηπαίᾳ ἀποχωρεῖν poſtico horti diſcedere.* נש vero eſt אנוש *homo*, quod Chaldæi etiam pronuntiant בוש, ſcribunt quoque נש. Itaque קפונוש eſt porta poſtica, ſcil. occidentalis, qua egrediuntur ingrediunturque homines: quod apprime huic Miſnæ loco convenit.

(5) De-

(5) Denique porta טרי dicitur ab humiditate: nam, ut inquit Rabbi Schemaja, ſolummodo בעל קרי היה יוצא בו *gonorrhœa laborans illac egrediebatur.* Tamen plerique legunt טרי, id eſt, הצנע *abſconſio*: ob rarum ejus uſum.

(6) Cæterum ut quod de porta orientali traditur melius percipiatur, facit traditio communis, quæ affirmat, juſſos fuiſſe Judæos e Suſan Metropoli reduces, januam, quæ referret formam civitatis Suſan, conficere, ut Perſarum regis reverentia tenerentur, nec rebellarent: quippe qui exilium hoc modo in memoriam revocarent. Sunt etiam qui ædificium apud portam iſtam, civitatem illam referens fuiſſe aſſerant.

(7) Poſtremo quod de vacca rubra ſubjicit Miſna, ſatis illuſtrabitur, ſi e Num. 19. & tractatu פרה hæc paucula ſubjecero. Ob immunditiem ſeparati, recipiebantur, ubi aqua cum junicis rufæ cineribus permiſta conſperſi eſſent: itaque junicem rufam, poſtquam ad Sacerdotem adduxiſſent, educebant in Olivarum montem, ut combureretur atque in cinerem redigeretur, quibus aquæ injectis conficeretur aqua luſtralis. Cæterum, quandoquidem Deus mandaverat, ut junicis mactatæ ſanguinem Sacerdos verſus anteriorem templi partem aſpergeret, ait Miſna בו רואה כוהן: quod Rabbi A. Ez. ſequentibus *παραδόσεως* declarat verbis, הכוהן השורף את הפרה עומד בהר המשחה ומתכוין ורואה כנגד פתחו של היכל בשעת הזיית הדם id eſt, *Sacerdos cum comburens junicem in Olivarum monte conſiſteret, intentiſſime oculos in ædis portam conjiciebat dum ſanguinem aſpergeret.* Mens ejus hæc eſt, Sacerdotem intuitum eſſe januam templi, per, vel ſupra ambitus portam orientalem collimando, ut hac via eo viſus pertingeret. Sacerdos Magnus quidem non comburebat; ſed comburendam curabat: ideoque Miſna accipienda ut verſ. 5. Num. 19, c. ſi e verſ. 8. exponatur.

(8) Vocat autem Miſna hoc loco מסעדיה teſte Bartenora מסייעים *adjutores*, & expoſitore Maimonide כל הצריך בשרופתה *quicquid neceſſario huic operi perficiendo adhibebatur.* Hinc patet cur Servator noſter voluerit etiam pati in Olivarum monte, emiſſo antequam caperetur cruento ſudore ex animi illo angore piis omnibus venerando: cauſa eſt Dei veritas, quæ typum antitypo reſpondere per omnia voluit. quemadmodum in monte Olivarum e junice rufa & aqua pharmacum confectum fuit: ſic in eodem ex ſanguine illo Chriſti rufo, & exſudante aqua confectum nobis vitale medicamen fuit. Cæterum cum præruptus undique mons eſſet, quo commode in Olivarum montem tranſirent, כבש היו עושין מהשער להר זיתים מפני קבר התהום, *pontem fecere, qui a porta Ambitus in Olivarum montem deduceret, quod profunda interjaceret Abyſſus.*

ד שבעה שערים היו בעזרה שלשה בצפון ושלשה בדרום ואחד במזרח שבדרום שער הדלק שני לו שער הבכורות שלישי (ס״א) לו שער המים שבמזרח שער נקנור ושתי לשכות היו לו אחת מימינו ואחת משמאלו אחת לשכת פנחס המלביש ואחת לשכת עושי חביתין:

4. Septem erant portæ (1) in atrio magno, tres ad aquilonem; tres ad auſtrum; una in oriente. Ad auſtrum erat (2) porta ardoris; huic ſuccedebat (3) porta oblationis; tertia ordine erat (4) porta aquarum. In (5) oriente erat porta Nicanor: quæ duo (6) habebat conclavia: unum a dextra; alterum a ſiniſtra: unum erat conclave (7) Pinchaſi veſtiarii; alterum (8) conclave τῷ ταγηνίζοντι ſive cruſtulario deſtinatum.

R. OB. DE BARTENORA. שער הדלק *Porta ardoris*, quæ ita vocatur quia per eam ducebant ligna pro ſtrue in altare diſponenda. Secunda erat *porta primogenitorum*, quia per illam primogenitæ intrabant, quæ ad meridiem mactabantur. *Porta aquæ*, de qua ſcriptum eſt Ezech. 47, 1. *Et aquæ exibant e latere dextro*, quod eſt latus meridionale ita dictum. Vidit autem Ezechiel e loco Templi ſanctiſſimo prodire aquas teneras inſtar locuſtarum cornuum; quando igitur ad hanc portam perveniſſent, fiebant ut craſſities oris urcei exigui. *Porta Nicanoris*, de hac dictum eſt in tractatu Joma. *Pinchaſi veſtiarii*, is erat præfectus ad ſacerdotes veſtiendos & exuendos ante & poſt miniſterium eorum, & ad veſtes ſacerdotales cuſtodiendas. לשכת עושה חביתין *conclave illius qui ſartagines parat*, in hoc munus parabatur quod pontifex maximus quotidie offerebat, unum dimidium mane & alterum veſperi; & quia Lex dicit Levit. 6, 14. *Super ſartagine in oleo parabis illud*, idcirco hoc munus vocatur ſartagines.

L'EMPEREUR. (1) Quia atrium deſcribere incipit, videamus quid hoc nomine veniat. Olim tria fuiſſe atria, (eo excepto quod Ezech. 43. deſcribitur, & ab hoc loco alienum eſt) עזרת נשים atrium mulierum, עזרת ישראל atrium Iſraëlis, ac denique עזרת הכוהנים atrium Sacerdotum, tradunt Hebræi. Nominis hanc reddit rationem David Kimchi, כי כל הבא להתפלל שם בלב שלם נעזר ביי אלהיו, id eſt, *quia quiſquis eo accederet precatum ſyncero animo, opitulabatur* עזר *ei Dominus Deus*, ſecundum Salomonis preces 2 Chron. 6. enarratas. Atque ad rectam Miſnæ intelligentiam notandum, eorum quidem duo priora dicta fuiſſe conjunctim עזרה גדלה *atrium magnum*, 2 Chron. 4, 9. quo toti Iſraëli cum mulieribus convenire licebat: attamen quia כל המוקף במחיצה שהוא כעין חצר אהל מועד הוא הנקרא עזרא, id eſt, *quicquid cingebatur ſepto inſtar atrii tentorii conventus, id vocatur atrium*, Maimonide teſte; non inconcinne atrii magni nomine vocabimus tria atria, utpote uno muro contenta. Atque hujus atrii magni meminit, & quidem ſub nomine ſimplici, hoc loco *παράδοσις*, ubi ſeptem fuiſſe in ejus exteriori muro portas aſſerit: quamvis Joſephus decem fuiſſe teſtetur *ἁλώσεως λόγῳ ε΄. κεφ. ιδ΄. Ἔνθεν ἄλλοι πάλιν πεντέβαθμοι κλίμακες ἀνῆγον ἐπὶ τὰς πύλας, αἱ ἀπὸ μὲν ἄρκτου καὶ μεσημβρίας ὀκτὼ, καθ᾽ ἑκάτερον τέσσαρες, δύο δ᾽ ἦσαν ἐξ ἀνατολῆς κατ᾽ ἀνάγκην*, id eſt, *Hinc rurſum aliæ quinque graduum ſcalæ ad portas ducebant, quæ a ſeptentrione quidem ac meridie octo erant, quaternæ utrinque, duæ vero ex oriente neceſſario.* Sed Miſnam, quæ ſeptem ſtatuit, approbat *ἀρχαιολογίας λόγῳ ιε΄. Εἶχε δ᾽ ὁ μὲν ἐντὸς περίβολος, κατὰ μὲν τὸ νότιον καὶ βόρειον κλίμα, τρισίχους πυλῶνας, ἀλλήλων διεστῶτας. Κατὰ δὲ ἡλίου βολὰς, ἕνα τὸν μέγαν, δι᾽ οὗ παρῄεσαν ἁγνοὶ μετὰ γυναικῶν.* Id eſt, *Interius ſeptum tam auſtrino, quam ſeptentrionali latere patebat ternis januis æquidiſtantibus; ab oriente vero una magna, per quam intrarent caſti una cum uxoribus.* Hæc ut concilientur obſerves velim, Miſnam atrium mulierum circumcirca atrium Iſraëlis, ut majus quoddam, non collocare; nec Joſephum portas decem ad atrium Iſraëlis tantum referre; verum ut Miſnæ auctorem, ſic Joſephum hoc exiſtimaſſe omnino, attento lectori apparebit; atrium mulierum tantum atrii magni orientalem frontem tota ejus latitudine texiſſe; adeoque in anteriori parte ex illis decem tres habuiſſe portas, primam ab oriente, ſecundam & tertiam ſingulas a lateribus ſingulis. Quæ ſatis liquere puto, ſi quis cum aliis Joſephi verbis expendat ſequentia *ἁλώσεως λόγῳ ε΄. κεφ. ιδ΄. διατετειχισμένου γὰρ κατὰ τοῦτο τὸ κλίμα ταῖς γυναιξὶν ἰδίου πρὸς θρησκείαν χώρου, ἔδει δευτέραν εἶναι πύλην· τέτμητο δ᾽ αὕτη τῆς πρώτης ἄντικρυς.* Id eſt, *Nam quum hic proprius locus, religionis cauſa, mulieribus muro diſcerneretur; altera quoque porta opus eſſe videbatur: hæc ex adverſo primæ ſecreta erat.* Poſteriori vero atrio, id eſt, Iſraëlis (cui atrium Sacerdotum quadantenus incluſum videbimus poſtea) ſeptem fuere: una ab oriente; deinde ab

utro-

utroque latere ternæ : ut in univerſum , ſi atrium Iſraëlis cum anteriori ſepto, id eſt, mulierum atrio conſideres, decem fuerint portæ; ſi ſeorſim atrium Iſraëlis intuearis, ſeptem ſolummodo fuerint. Cum jam Miſna tres portas ſingulis lateribus tribuit, verum dicit; quia eas inferioris & indignioris ſpacii, i. atrii mulierum portas, quarum uſus minus frequens, negligit, quamvis agat de toto atrio virorum & mulierum: (confer etiam ſect. 3.) ſimiliterque qui ex Joſepho attribuit quatuor ; quia tunc portæ atrii mulierum laterales connumerantur. Pariter orientem ſpectat atrii magni porta una, cum atrii mulierum ea porta negligitur quæ ſita erat ad atrium Iſraëlis, quæque potius Odei cujuſdam (ut dicetur poſtea) & luminis per quod mulieres ſpectarent quæ interius agerentur , quam portæ uſum præbuit : attamen etiam duæ fuere , connumerata illius ſepti anterioris, id eſt , atrii mulierum porta obverſa Iſraëlis atrio. Reliqua percurramus ordine.

(2) Ubi primo occurrit porta ardoris, de qua ſicuti etiam de reliquis quibuſdam hoc notandum, alium habuiſſe uſum, quam ut illac vulgus promiſcue ingrederetur; ſed eo ſpectaſſe iſtam שער הדלק , ut per eam ligna , quibus ignis in altari ex lege Levit. 6, 12. ardebat perpetuo, inferrentur: quod Rabbi Hobadia de Bartenora bene annotavit.

(3) Idem arbitratur ſecundam in latere Auſtrali portam, quæ priori orientem verſus ſuccedebat, ex eo habere nomen שבם מכניסים הבכורות ששחיטתן בדרום , id eſt, *quod illa primogenita inferrent , quæ ad auſtrum mactabantur.* Nam ipſa erat in auſtrali latere: ſatis autem liquet e tractatu זבחים, quædam ad aquilonem, quædam ad auſtrum mactari ſolita. Nec eſt, ut quis nomen repugnare aſſerat , quandoquidem Miſna eam שער הקרבן portam oblationis nuncupat: ſiquidem hoc ejus nomen non agnoſcit Bartenora; ſed שער הבכורות גרסינן inquit, id eſt, *legimus portam primogenitorum*, non oblationum. Quamvis vulgaris lectio non omnino improbanda videatur : cum ſectione prima (qua cuſtodiarum loca deſignabantur) mentio fiat receptaculi oblationum, quod eodem loco, id eſt, ad auſtrum fuiſſe , ibi oſtenſum fuit.

(4) Proxima tandem orientali , dicebatur שער המים aquarum porta, ſupra quam בית אבטינס , locum ubi Sacerdotes in excubiis erant, exſtructum fuiſſe , ſupra e Talmude Hieroſolymitano oſtendi. Etymologiam quod attinet , hanc quia Bartenora concinne explicat , ejus verba ſubjiciam. ראה יחזקאל בנבואה שהיו מים יוצאים מבית קדש הקדשים רקים כקרני חגבים (in tractatu Joma legunt סלעם , quod סלעים tamen in commentariis Salomonis Jarchi ſcribitur) וכשמגיעין לשער זה נעשים כמלוא פי פך קטן והיינו דקרי להם מים מפכים, id eſt , *vidit Ezechiel ſpiritu prophetico* cap. 47, 2. *e ſancto ſanctorum prodituros fuiſſe aquarum decurſus , qui ſua exilitate locuſtarum tantum cornua æquarent ; ubi vero ad hanc portam pertingerent , eouſque augerentur , ut bombylii parvi anguſto ori omnino reſponderent : atque hæc eſt cauſa, cur eas aquas bombylii figuram referentes appellet.* Hinc liquet ſatis, ex eo dici aquarum portam , quod vel aquæ eo in templo ſecundo, modo jam enarrato, defluxerint ; vel ad illam portam in tertio (ut Judæi putant) templo defluxuræ ſint. Quorum poſterius , qui allegoricum eſſe affirmaret, ex Apoc. 22. v. 1. haberet, quod ſuæ ſententiæ ſtatuminandæ poſſet arceſſere : prius vero aliquatenus Euſebium teſtem habere videtur, quoniam cum libr. 9. de præparatione Euang. cap. 4. Ariſtææ de aquis templi ſententiam exprimit; ſubterraneas aquas, quæ in templum ad ſacrificiorum ſanguinem abluendum immitterentur, ibi fuiſſe oſtendit. De quibus nihil addo inpræſentiarum, quia poſtea ea de re diſſerendum erit ex profeſſo. Hoc addam ſolummodo , exiſtimare Hebræorum nonnullos , portam aquarum dici שבו מכניסים צלוחית של מים של נסוך בחג *quod ea inferrent phialam , vel potius urnam aquæ , ut in feſto libarent.*

(5) Pergamus ad portam orientalem, quæ nomen Nicanor ab eo habet , qui iſtius valvas Alexandriam profectus fieri curavit : prout liquet e Gemara Talmudis Hieroſolymitani in ſectionem decimam capitis tertii tractatus Jomæ. Ubi duo miracula , quæ Nicanori Alexandria cum valvis redeunti obtigerunt, enarrantur : de quibus , cum ad valvas deventum fuerit , dicendum erit. De uſu ita Rabbi Schemaja הוא משמש כל כניסה ויציאה של עזרה גדלה , *Hac omnes egrediebantur & ingrediebantur atrium magnum:* nam reliquas portas promiſcuo ingreſſui non ita patuiſſe, ex parte vidimus. Hanc Rabbi Schemaja eam eſſe arbitratur , quæ Ezechieli שער האיתון porta introitus dicebatur , cujuſque meminit cap. 40, 15. Ejuſdem ſententiæ eſt Rabbi Salomon. Uterque ab iis abeunt , qui ab Ezechiele portam primam, id eſt, orientalem primi ambitus Templi deſcribi arbitrantur. Jonathan tamen cum prioribus facit , utpote qui exponat תרעא מציעאה , id eſt , *portam mediam:* quam verſionem ſe non intelligere dicit David Kimchi; ſed e ſitu portarum liquet , nominis hanc eſſe cauſam , quod media fuerit inter portam extimi ambitus & portam ipſius templi, quas tres fuiſſe in orientali tractu præcipuas diſtincta narratio videtur oſtendere.

(6) Sequuntur cellæ, vel conclavia, לשכות vocant; reddidi autem diverſimode pro locorum ac circumſtantiarum diverſitate, quæ, quia Hebræum vocabulum latiſſime patet, eandem Latinam vocem admittere non videntur. Itaque quum cellæ nomen reſpondeat Græco ἀποθήκη, non inconcinne hic adhiberi poſſe videtur; quandoquidem Miſna hæc de locis agit, ubi variæ reponuntur. Porro has cellas cum iis, quarum Ezechiel cap. 42. v. 14. meminit, confundere non licet : ſiquidem iſtas Ezechiel inter atrium Sacerdotum & populi atrium conſtituit ; has vero Miſna ab oriente hujus atrii collocat, id eſt, in parte oppoſita: quamvis quadantenus idem earum uſus fuerit , ſicut e locorum collatione liquere poteſt. Ut vel hinc inter Ædem ſecundam & illam Ezechielis, differentiam perſpicere liceat, quæ præter alia in cellis hiſce conſiſtit.

(7) Quarum una Pinchaſi veſtiarii dicitur, qui, ut inquit Hobadia de Bartenora , ממונה היה להלביש הכוהנים בשעת עבודה ולהפשיטם אחר עבודה ולשמור בגדי כהונה , *conſtitutus erat ad veſtiendum Sacerdotes tempore miniſterii eoſque poſt miniſterium veſtibus exuendum , atque ad cuſtodiendum veſtes Sacerdotales.*

(8) Ut alterius cellæ liqueat uſus , Levit. 6. inſpiciatur verſ. 21. ubi Dei præceptum , quo Sacerdotes primum inaugurati coctum in ſartagine munus Deo offerre tenebantur , enarratur : nam cum ſartago מחבת Hebræis dicatur, hinc qui iſtiuſmodi parat עושה חביתין vocatur, quem e Senecæ epiſtola quadam cruſtularium reddidi. etſi non ignorem non quævis cruſtula producto loco deſcribi ; ſed ſimilia mamphulis, quas Feſtus convenienter vocis origini ſcil. נפל deſcribens ait , antequam percoquantur , in carbones cineremque decidere: ideoque cocta muneris fruſta in lege vocantur. His itaque parandis coaptatus locus , cella domus cruſtularii in hac παραδόσει appellatur.

ה ושבצפון שער הניצוץ וכמין אכסדרה היה ועליה בנויה על גביו שהכהנים שומרים מלמעלן והלוים מלמטן ופתח היה לו לחיל שני לו שער הקרבן שלישי לו בית המוקד :

5. Ad ſeptemtrionem erat (1) porta prominentiæ, forma pergulæ cujuſdam : ſupra quam ædificatum erat cœnaculum : ita ut Sacerdotes ſuperiori loco excubias agerent ; Levitæ vero inferiori. Eidemque oſtium erat , quo ad ſpatium intermurale pergerent. Huic ſuccedebat (2) porta oblationis ; tertia dicebatur locus incendii.

R. OB. DE BARTENORA.

כמין אכסדרה *In forma pergulæ*, duo erant parietes, unus ab

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חיל *Antemurale* , eſt murus qui totum cingebat atrium intra

ab hoc, & alter ab illo latere portæ prominentes extra atrii murum verſus montem domus; ſuper iſtis parietibus ædificatum erat conclave. *Quo ad ſpatium antemurale pergerent*, intra murum montis Templi, ſicuti deſcribemus capite ſequenti.

in uno pariete erat porta quæ ad antemurale tendebat, quod eſt ſpatium intra murum montis Templi extra atrium quod חיל vocatur. *Porta oblationis*, per iſtam ſancta ſanctorum introducebantur, quæ ad ſeptentrionem mactabantur. *Domus incendii*, ita vocatur locus iſte quia in ipſo ſemper ardebat focus ut ſacerdotes diſcalceati ſe calefacere poſſent. Eratque conclave aliquod magnum cui ad quatuor latera quatuor erant conclavia exigua, ſicuti ſequenti Miſna exponitur.

L'EMPEREUR. (1) Porta hæc a prominendo &, ut ita dicam, efflorescendo (id enim vox Hebræa deſignat) nomen accepit: quandoquidem longius extra atrii magni murum prominebat: idque ad eum modum, ex Judæorum ſententia, ut duo parietes ab atrio ad iſtud tenderent clauſtrum, quod Chaldæus paraphraſtes Lament. cap. 2. v. 8. מקפנא appellat, atque ſpatium inter atrium & Templi ambitum extremum in duas partes circumcirca dividebat. Earum interior חיל dicebatur: quo nomine & ſeptum duas iſtas partes diſcernens veniebat. Supra iſtos parietes ἀνώγεων extruxerant, ubi Sacerdotes excubias egiſſe obſervavimus, cum בית הניצוץ deſcriberetur: cui loco hæc, qua de agimus, porta nomen dedit, quod portæ huic inædificatus eſſet. Latine hæc ſtructura ex Feſto proceſtrium dici poſſet, cum proceſtrium dicat eſſe quo proceditur in muro, citetque alium qui proceſtria eſſe ædificia extra portam dixerit. Etenim per illam ſtructuram extra portam inter dictos parietes intus exſtructam a muro ad murum procedebatur, nimirum tota vel quadam ſpatii intermuralis latitudine. Erat enim inter illud clauſtrum, cujus modo memini, atque atrium magnum planities: ad quam etiam ab iſto proceſtrio patebat aditus, oſtio laterali, quod uni prædictorum parietum inerat, ab uno proceſtrii latere planitiem ſpectante. Unde jam totam hujus aquilonaris portæ deſcriptionem, quam tradit παράδοσις, liquere exiſtimo. Nam quod ad אכסדרא ſpectat, hac voce ejuſmodi, qualem deſcripſi, locus inter duos oblongos parietes ſuperne tectus denotatur: ideo Talmudici per אספלידה exponunt, quaſi dicas ſpeluncam, i. σπήλαιον vel σπηλάδιον, quibuſdam mutatis; ſicuti paſſim hujuſmodi Latina, & Græca maxime, Talmudici uſurpare ſolent. Iſtud autem prætermittere nolo, Talmudicos in אכסדרא requirere ut unum latus pateat; ſicuti e ſequenti deſcriptione liquet האכסדרה שיש לו שלש דפנות ורופן רביעי שמעמידין בו דלת אינה מגופפת כל עיקר, id eſt, *locus eſt cui tria ſunt latera, quartum autem latus, in quo oſtium eſſe alias ſolet, nulla ſui parte eſt obſeptum.* Adeo ut hic ſimiliter latus aquilonare apertum fuiſſe videatur, vel quod parietes uſque ad prædictum clauſtrum non excurrerint; vel ad clauſtrum pertingentes in eo apertum repererint ſpatium. Cæterum אכסדרא eſſe vocem Græce ἐξέδρα, *cella* vel *conclave*, quivis facile animadvertit.

(2) Præterea Miſna hoc loco, nimirum in hac aquilonari plaga portam oblationis collocat: cui minime hoc nomen impertit, quod receptaculo oblationis, de quo Miſna prima agitur, reſponderet: quia illud, ut vidimus, auſtrum; hæc vero porta aquilonem ſpectabat. Oblationis autem dicitur, quia, teſte Rabbi Hobadia שם מכניסין קדשי הקדשים ששחיטתן בצפון, *eo victimas ſanctiſſimas inferebant, quæ ad ſeptentrionem mactabantur.* Ordo quidem, ut explicaretur porta tertia aquilonaris, exigeret; verum quia ipſa Miſna idipſum in ſequentibus præſtat, eo lectorem remitto. Id modo obſervetur, hunc ardoris vel incendii locum, a quo porta denominatur, ante portæ oſtium ſive aperturam, quam lumen Vitruvius appellat, ædificatum fuiſſe: adeo ut ſecundum Rabbi Schemajam totus fuerit בחיל שכן זקני בית אב ישנים שם, *in loco prophano* (id eſt omnibus, paucis exceptis, expoſito,) *quia hoc pacto paternæ familiæ ſenioribus* (de quibus poſtea) *ibi dormire licebat.* Nam, ſicuti antea dictum fuit, in עזרה *atrio* ne quidem ſedere cuiquam, ſi reges e Davidis ſtirpe oriundos excipias, licitum fuiſſe tradunt. Unde locum hunc extra עזרה *atrium* fuiſſe neceſſe fuit; etſi conclavium ejuſdem omnium parem rationem fuiſſe liqueat e ſequentibus.

ו הארבע לשכות היו בבית המוקד כקיטונות פתוחות לטרקלין שתים בקדש ושתים בחול וראשי פשפשין מבדילין בן קדש לחול ומה היו משמשות מערבית דרומית היא היתה לשכת טלאי (ס"א) קרבן דרומית מזרחית היא היתה לשכת עושי (ס"א) לחם הפנים מזרחית צפונית בה גנזו בני חשמונאי את אבני המזבח ששקצום מלכי יון צפונית מערבית בה יורדים לבית הטבילה:

6. Quatuor conclavia (1) erant in loco focario ſive incendii, veluti totidem κοιτῶνες verſus palatium vel Baſilicam aperti: quorum duo in loco ſancto; duo in prophano. atque (2) proceres ſive trabium capita inter ſanctum & prophanum diſtinguebant. Sed illa in quem uſum? (3) ad occaſum brumalem erat conclave agnorum oblationis; (4) ad ortum brumalem conclave panum propoſitionis; (5) ad ortum æſtivum conclave, quo Haſmonæorum filii altaris lapides olim congeſſerant, quos Græciæ reges prophanarant? ad (6) occaſum denique æſtivum conclave, quo in balneum deſcendebatur.

R. OB. DE BARTENORA.

כקיטונות *Ut cubicula*, ut exigua conclavia verſus baſilica aperta. *Duo in loco ſancto, & duo in profano*, nam erat domus foci partim intra atrium in ſancto, partim vero in loco profano. וראשי פישפשין *& trabium capita*, ſunt extremitates trabium e pariete prominentium uſque ad locum qui erat ſanctus, ad dignoſcendum quinam locus ſanctus, quinam vero profanus eſſet, & ad ſancta comedenda in loco ſancto.

לשכת טלאי קרבן *Ad conclave agnorum oblationis*, in eo enim agni ſacrificii jugis viſitabantur, uti dicitur in Miſna, non diminuunt de ſex agnis in conclavi agnorum. *Conclave panum propoſitionis*, in eo familia Garmu parabat panem facierum.

ששקצום מלכי יון *Quia eos reges Græciæ profanarunt*, quia ſuper illis conſecrarunt idolis; in tractatu de Siclis & de ſacrificio jugi hoc vocatur *conclave ſigillorum. Quo in balneum*

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Jam expoſitum eſt quod domus foci erat magnum conclave, atque ei quatuor erant conclavia parva ad quatuor angulos in forma cubiculorum in baſilicis, cujuſmodi ſunt domus parvæ intra magnas, idcirco dicit, *veluti* κοιτῶνες *verſus palatium aperti.* Sed nos jam aliquoties expoſuimus quod טרקלין ſit palatium regium; קיטון vero notat cubiculum in quo æſtate dormiunt, nam Targum vocem קיץ exponit per קייטא; horum vero quatuor conclavium exiguorum duo erant ad latus atrii, & ſancta habebantur; & duo profana; idcirco in ſuperiori ſolo fecerunt columbaria, ad profanorum & ſanctorum ſolum dividendum.

פישפש Eſt exigua res foraminibus plena, & aliquando e cannis fieri ſolet, & a plebe inter Arabes מרעאב dicitur; aliquando fiunt e ligno, & tum inter nos vocantur שבכיר: aliquando autem vectes faciunt in iſta forma, e quacunque id fiat re, & vocantur פישפשין; hoc modo non erit neceſſe

neum deſcendebatur, per hoc conclave ſacerdos pollutus deſcendebat, & per foveam ſubter Templo ibat ad balneum, ubi erat focus ad quem ſacerdotes ſe calefaciebant poſtquam loti eſſent & aſcendiſſent ut ſe abſtergerent, & iſte locus vocabatur *conclave foci*, quod apertum erat verſus domum foci magni.

ceſſe hanc vocem in ſequentibus denuo exponere. Cæterum quod Miſna dicit conclave agnorum eſſe ad angulum occidentalem meridionalem, & tertio capite de Sacrificio Jugi dicit eum fuiſſe ad ſeptentrionalem occidentalem, id in Gemara jam conciliatum eſt, nempe ipſum eſſe in ſeptentrione, & de meridie participare, in meridie, & participare de ſeptentrione, hinc apparet quod occidentalis meridionalis erat. Caſus vero ita accipiendus eſt, conclave iſtud erat in ipſa domo foci occidentali meridionali, ſicuti hic dicitur, ſi igitur locum ipſius conſideres reſpectu atrii, erat is ab atrio in plaga ſeptentrionali occidentali, uti dicitur in tractatu de Sacrificio Jugi. Cum ita ſe res habeat, conclave eorum qui faciebant panem, quod eſt quartum conclave agnorum ſecundum computum codicis de ſacrificio jugi, meridionale occidentale erit a domo foci, uti hic dicitur. Ego autem novi hæc non facile percipi niſi in figura delineentur; hæc vero ſit domus foci figura in atrio, & quatuor conclavium quæ in ipſo erant, quam intueare & ea quæ de ipſa conſcripta ſunt, tum omnia hic dicta tibi erunt facillima. Satis vero notum eſt quod conclave iſtud quod in tractatu de Sacrificio Jugi vocatur conclave ſigillorum, ſit id ipſum in quo abſconderunt filii Chaſmonæi lapides altaris. Cæterum conclave in quo erat focus, ad quem ſe calefaciebant ii qui loti erant, ſicuti exponitur in tractatu de Sacrificio Jugi, capite tertio, vocatur conclave domus foci, idcirco hic dicit, quod per ipſum deſcendebant ad domum balnei; hæc intelligas volo.

L'EMPEREUR. (1) Ab ardendo nomen habet hæc ſtructura שמדורות דולקים בה תמיד *quod ibi perpetuo lignorum ſtrues arderet:* idque in uſum Sacerdotum, quo paratum ſemper haberent ignem, quandoquidem diſcalceatis pedibus in loco ſancto verſari tenebantur. Hic locus quadratus quatuor habuiſſe conclavia dicitur, nimirum in quatuor angulis, ut tradunt Hebræi: adeoque hæc eorum facies ac forma proponitur, quæ eſt cubiculorum in Baſilicæ vel atrii alicujus angulis exſtructorum, quorum oſtia atrium, cui adhærent, undique ſpectent. Itaque Miſna primo locum quadratum ante portæ lumen cum טרקלין confert: quod non ſolum Maimonides & Hobadia de Bartenora eſſe domum regiam ac ſpatioſam tradunt; ſed etiam ex Gemara Babylonica in cap. 5. Tractatus, cui titulus Bava Bathra, ita fortaſſis non male deſcribetur עגול הוא מלמעלה כקובה ומוקף הוא מכל רבניו ופורסין שושנים לשם כדי שיהא ריחם נודף ושוכבים בתוכו שרים, id eſt, *locus ſuperne inſtar fornicis rotundus ac ab omnibus lateribus circumdatus, ubi roſas, ut earum odor diffundatur, diſpergunt; principeſque hic recumbere ſolent.* Hæc optime conveniunt cum iis quæ Miſna noſtra ſubjungit, ſiquidem fornicem eſſe dicit, ac circumdatum undiquaque non ſolum parietibus, verum etiam ſtratis quibuſdam lapideis, ut ſtatim ſubjiciam. Interea obſervetur, vocem eſſe Græcam, a Talmudicis corruptam, prout hunc eorum morem jam aliquoties obſervare licuit. τρίκλινον autem Græcis (e τρεῖς *tres*, & κλίνη *lectum* ſignificantibus) eſt locus ubi cibum una ſumere tribus lectis ſolebant, cum plebeji, tum etiam primates: ſicuti e Juvenalis Satyra quinta liquet, ubi paraſitum menſis magnatum inhiantem ridens, inquit, *Fructus amicitiæ magnæ cibus; imputat hunc rex*; deinde paucis interjectis, *Tertia ne vacuo ceſſaret culcitra lecto, una ſimus, ait.* Cum itaque primoribus hujuſmodi loca frequentata cæteriſque ornatiora, prout jam annotatum fuit, viderent Judæi, hoc nomen aulis, palatiis ſive Baſilicis adaptarunt. Deinde conclavia illa quatuor cum cubiculis conferunt Talmudiſtæ: nam כקיטונות legendum cum כ, omnino ſeries & nexus edocet; non ut in omnibus exemplaribus, quæ videre licuit, cum ב, id eſt, בקיטונות. Sed videamus quam hic hallucinentur Judæi, dum vocis originem e Chaldæa lingua inveſtigant; quemadmodum ex hiſce Maimonidis verbis videre eſt, וקיטון מקום בית השינה שישנים בו בזמן הקיץ תרגום קיץ קיטא, id eſt, קיטון *eſt dormitorium ubi æſtivo tempore dormire ſolent, nam* קיץ *æſtas Chaldaice redditur* קיטא. At quis non videt קיטון eſſe Græcorum κοιτὼν, quo dormitorium exprimunt. Verumenimvero non eſt exiſtimandum Judæos hæc loca quieti nocturnæ omnino deſtinaſſe: verum hæc eorum mens eſt, quemadmodum hujuſmodi κοιτῶνες in Baſilicis a lateribus ædificati medium aliquod atrium ita reſpiciunt, ut ad iſtud ab illis pateat aditus; ſimili fere ratione in hac ſtructura ſe habere omnia. Sane horum conclavium duo in ipſo atrio collocant, ubi dormire non licuiſſe aſſerunt: eademque ipſi atrii magni muro, ſi non aliquo uſque inſerta, ſaltem proxime intrinſecus adjuncta erant.

(2) Ne autem diſtinguendo ſanctum a prophano error unquam committeretur, adhibuerunt פשפשין: Latine proceres ex Iſidori Etymologiarum libris vertere licet, ſiquidem eos trabium capita, quæ eminent extra parietes, eſſe teſtatur; convenienter huic Hobadiæ de Bartenora deſcriptioni, quæ ראשי פשפשי fuiſſe dicit, ראשי קורות יוצאים מן הכותל, *capita trabium quæ extra parietem eminerent.* Verum idem legit contra codicum authoritatem ראשי pro ראשון, cum tamen hoc nomen conſtruatur cum מבדיל *diſtinguens:* quamvis in editione Veneta בראשון legi fatear, ita ut regatur a particula ב; prætereaque ſingulare pro plurali hic adhiberi. Maimonides per שבכות (quam vocem male quidam ex Vitruvio *columbaria* reddidit) exponit; deſcriptionem autem illius eodem cum illa Bartenoræ non recidere, qui utramque conferet, judicabit. Proſequitur deinde Miſna ſuo ordine quatuor conclavia.

(3) Quorum primum, quod Libanotum ſpectabat, מערבית דרומית *occidentale auſtrale* vocat, quoniam in angulo uno conſtitutum partim ad occidentem, partim ad auſtrum reſpiciebat. Hoc ab agnis ad oblationem luſtrandis nomen habuit: verum in variis Talmudis editionibus טלי *agni* non reperitur. Atque cum hoc paragrapho verſus libanotum iſtud conclave collocetur, nihilominus ad occaſum æſtivum fuiſſe tradunt alibi. Itaque ut hæc enucleentur ordine, primum e capite 28 Numerorum duos agnos unoquoque die offerre juſſos fuiſſe Iſraëlitas diſcamus; eoſque vitio omni carentes, prout cum ibidem, tum Malachiæ cap. 1. legere licet. Quocirca ne hic peccatum committeretur, conclave aliquod, quo luſtrarentur agni ac in eorum munditiem inquireretur, Judæi deſtinarunt: atque hoc eſt iſtud, quo de agimus, לשכת טלי קרבן *conclave agnorum oblationis*; ſive לשכת קרבן *conclave oblationis*, ut habet hoc loco Talmud editionis Baſileenſis & Venetæ. Ne quis autem hoc cum duobus aliis, quæ ſimiliter ab oblatione denominantur confundat, facile cum ſitus, tum uſus diverſitas in ſuperioribus expoſita, impedient. Sed de ſententiarum diſcrepantia paucula dicenda reſtant, cum plagam iſti conclavi diverſiſſimam a Talmudicis aſſignari viderimus: etenim in occidente quidem ipſius, cui adjacebat, portæ, collocant; ſed a loci dextra hi, illi a ſiniſtra. Controverſiam ita dirimit Gemara Talmudis Babylonici, atque hunc diverſum reſpectum oſtendit, דקאי בצפון ומחזיא בדרום. דקאי בדרום ומחזיא בצפון, *quum conſiſtit* (qui aſpicit) *in ſeptentrione, tum conclave ab auſtro eſſe videtur; cum vero conſiſtit ad auſtrum, tum videtur eſſe in aquilone.* Mens hæc eſt, dum recenſentur hic portæ, ab ea, quæ in auſtro vicina occidenti erat, initium fieri; itaque hanc, in cujus delineatione jam occupatur Miſna, cum ſit ultima, etiam occidenti (ubi in hoc ambitu portæ nullæ hic numerantur) proximam fuiſſe: adeo ut caurum, id eſt, occaſum æſtivum reſpexerit tota hæc portæ ſtructura, cujus quatuor angulis hæc conclavia adjacebant. Quocirca ſi quis in עזרה atrio magno conſtitutus, conclave de quo agimus aſpiceret, cum ad portam ſeptentrionalem, quæ occidenti proxima erat, pertineret, huic omnino ad occaſum æſtivum vergere viſum fuiſſe; ſi quis vero e porta ipſa, ſive ſpatio בית המוקד loci focarii medio, ſpectaret ad eum portæ angulum in quo conclave exſtructum erat, huic omnino in obverſa plaga apparuiſſe, id eſt, ad occaſum hybernum, vel Libanotum vergere viſum.

(4) Per-

(4) Pergit Miſna, atque ſecundo loco ſtatuit לשכת לחם הפנים *conclave panum facierum*, ſive προθέσεως (ut poſteriorem vocem reddit Servator Matth. 12, 4.) Rationem nominis ſuppeditavit Moſes Exod. 25, 30. cum in templo menſæ panes imponendos, qui ſemper in Dei conſpectu apparerent, Iſraëlitas doceret: unde in Templi atrio ædificando locum his conficiendis panibus pararunt. Nam hic ejus uſus diſerte exprimitur cap. 1. codicis תמיד in Talmude Babylonico, (nam in Hieroſolymitano non extat.)

(5) De tertii conclavis uſu verba ſunt perſpicua, niſi quod per Græciæ reges Seleucidas intelligat, qui ab Alexandri Magni morte regnum ſuum in Syria ſtabiliverunt: quemadmodum in Maccabæorum libris hic loquendi modus ſervatur paſſim. Hiſtoria etiam, quam hic digito veluti deſignat auctor, ex eorundem librorum primo illuceſcit ſatis, ſi quis capitis primi verſ. 49. & 50. inſpiciat, maxime ſi hos capitis 4. verſ. 46. & 47. noſtram Miſnam illuſtrantes conferat, quos ea de cauſa huc tranſcribendos duxi: ϗ ἀπέθεντο τοὺς λίθους ἐν τῷ ὄρει τοῦ οἴκου ἐν τόπῳ ἐπιτηδείῳ, μέχρι τοῦ παραγενηθῆναι προφήτην τοῦ ἀποκριθῆναι περὶ αὐτῶν. ϗ ἔλαβον λίθους ὁλοκλήρους κατὰ τὸν νόμον, ϗ ᾠκοδόμησαν τὸ θυσιαστήριον καινὸν κατὰ τὸ πρότερον, id eſt, *Repoſueruntque lapides illos* (ſcil. altaris contaminati, ideoque deſtructi) *in monte ædis ipſius commodo loco ſervandos, donec Propheta adventaret qui de illis reſponderet. Et acceptis lapidibus integris ſecundum legem, ædificarunt altare novum ad formam ejus, quod fuerat prius.* Iſtud factum filiis חשמונאי *Chaſmonæorum* tribuitur, quos quidem eoſdem cum Maccabæis fuiſſe in confeſſo eſt; at nominis ratio pariter non videtur eadem omnibus. Aliorum ſententias non referam, quia naturæ quodam ductu a prolixitate abhorreo: tantum quid mihi videatur, brevibus proponam atque probabo. Certum eſt multas Hebrææ linguæ radices in deſuetudinem veniſſe, quarum nihilominus veſtigia in cognatis ac derivatis ab iſta linguis videre licet. Hac ratione in lingua Arabica verbum חשה ſignificatu Hebræis jam ignoto etiamnum in uſu eſſe liquet e Pſal. 67. v. 6. quo hæc de Deo verba leguntur, فلتخشاه جميع سكان للارض *Timeant eum univerſi habitatores terræ:* ubi חשה *reverendi & timendi* ſignificatu uſurpatur. Deinde a מנה, ממונים præfectos formari conſtat; quare 2 Reg. 25, 19. Chaldæus vocem פקיד per ממנא reddidit. Ita ut ex חשה, id eſt, *reverendi* atque מנה *præficiendi* ſignificatu conficiatur חשמנאי, ac ſi dicas præpoſitos & præfectos reverendos. Ita dicti fuere Mattathias ejuſque poſteri, quod Judæorum præfecti fuerint eoſque Judæi ut Patriæ patres fuerint reveriti. Etſi Joſephus ἀρχαιολογ. libr. 12. cap. 8. ſub initium, a proavo Matthathiæ ſive Matthiæ, ut ipſe vocat, (qui Aſſamonæus dictus fuerit,) nominis originem arceſſere videatur, quamvis expreſſis verbis id non aſſerat. Sed ſi quis Pſ. 68, 32. introſpiciat, eumque cum iis conferat, quæ Plinius lib. 5. Hiſt. natur. cap. 9. ſcripta reliquit; facile originem ſuperius propoſitam veram eſſe agnoſcet. Pſalmo enim allegato, ubi Magnatum Ethnicorum ad Eccleſiam Chriſtianam concurſus prædicitur, cum Æthiopum regibus conferuntur Ægyptiorum חשמנים, id eſt, *præfecti*; ſic autem Plinius, cum de Ægypto verba facit, inquit, *Dividitur in præfecturas oppidorum; quas Nomos vocant.* Ergo vox חשמנים præfectos ſignificat. Hiſce accedunt Rabbinorum doctorum teſtimonia, qui eoſdem illos, id eſt, præſides ac præfectos, hac voce notari exiſtimant. Rabbi Joſeph Davidis filius commentariis in Pſalmos, Chaſmonæos interpretatur שרים גדלים המעלה *principes gradu eminentes*; Aben Ezra vero סגנים *præſides*; denique David Kimchi radicum libro אנשים גדולים ונגידים, *viros* dicit fuiſſe *magnos & duces.* Et quoniam de Ægypto iſtic agit Propheta, hæ Rabbinorum interpretationes conveniunt optime; cum Joſephi ſeculo etiam hujuſmodi פקידים præfectos (פקיד autem Chaldæus 2 Reg. 25, 19. per ממנא reddidit, ut jam dixi) Ægyptus agnoverit, Gen. 41, 34.

(6) Poſtremum conclave balnearium fuit, non quod eo loco ſeſe lavarent: verum illac in balneum deſcenderent, ut etiam habes ſub hujus capitis finem; deinde ibidem focus, quo a balneo redeuntes ſe calefacerent abſtergerentque, extrueretur. Unde codice תמיד cap. 3. dicitur לשכת המוקד locus incendiarius vel ardoris, ab ardente illic igni: ideoque differentiæ cauſa ſtructura illa major, cui hoc conclave ſubſtructionis inſtar adjacebat, etiam locus ardoris major vocari aſſolet. Confirmabo paucis Bartenoræ verbis, שם מדורה שמתחמם בה הכהן לאחר שטבל ועלה ונסתפג ולשכת המוקד היא שמרה והיא פתוחה לבית המוקד הגדול, id eſt, *Ibi erat focus ad quem ſe Sacerdos poſtquam corpus abluiſſet calefaceret, atque a balneo aſcendens ſeſe abſtergeret: ardoriſque conclave nuncupabatur, & verſus locum ardoris majorem* (ut loquuntur) *aperiebatur.*

ז שני שערים היו לבית המוקד אחד פתוח לחיל ואחד פתוח לעזרה אמר רבי יהודה זה שהיה פתוח לעזרה פשפש קטן היה לו שבו נכנסין לבלוש את העזרה:

7. (1) Duæ erant portæ domui (quam vocant) incendii ſive loco focario: una aperta verſus ſpatium intermurale; altera quæ atrium reſpiciebat: ita dixit Rabbi Jehuda. Huic quæ verſus atrium aperiebatur (2) oſtiolum erat parvum, per quod, ut atrium luſtrarent, ingrediebantur.

R. OB. DE BARTENORA.

אחד פתוח לחיל *Una verſus antemurale aperta erat*, porta ſeptentrionalis domus foci aperta erat verſus antemurale, & meridionalis aperta erat verſus atrium. פשפש קטן *oſtiolum parvum*, intra portam magnam. *Nam per iſtud tranſibant*, ſingulis mane per iſtud oſtiolum tranſibant ad omnia miniſterii vaſa perluſtranda in atrio, an eſſent in loco ſuo, ſicuti ſcriptum eſt in tractatu de Sacrificio Jugi capite primo Miſna tertia.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam diximus in principio tractatus de Sacrificio Jugi, quod per domum foci intrabant ad altare quotidie perſcrutandum, & per portam parvam. Hujus vero figuram jam expoſuimus quando figuram duarum portarum depinximus, unam in meridie ad latus ſeptentrionale atrii, & alteram in ſeptentrione ad latus antemuralis, uti in figura depinximus.

L'EMPEREUR. (1) Repetendum hic e ſuperioribus, (quia a plurimis neglectum fuit) ſpatium quod inter murum totius ſtructuræ extremum & atrii magni murum intercurrebat, circumcirca in duas partes diviſum fuiſſe: quarum ea quæ muro atrii proxime adhærebat, חיל dicebatur (quamvis hoc nomine quidam ſepimentum intelligant, quod iſtam ſpatii partem undiquaque cingebat.) Itaque duæ cum eſſent in hoc incendii (uti vocabant) loco portæ, harum una חיל, id eſt intermurale ſpatium; altera atrium magnum ſpectabat: cumque prædictus locus ad ſeptentrionem fuerit, portam exteriorem ſimiliter ad ſeptentrionem; interiorem vero ad Auſtrum fuiſſe neceſſe eſt.

(2) Porro ne hanc portam identidem aperire cogerentur, in ea oſtiolum fabricaverant: quo ingrediebantur non promiſcue omnes (huic enim uſui orientalis porta inſerviebat,) ſed quibus vaſorum ac inſtrumentorum cura demandata erat, idque in hunc finem, quem, ut & alia huc pertinentia, deſcripſit Hobadia de Bartenora, היו נכנסים בכל בקר דרך אותו פשפש לחפש על כל כלי שרת שבעזרה שיהיו כלן במקומן אלו הולכים באכסדרה דרך המזרח ואלו הולכים באכסדרה דרך המערב היו בודקין הולכין עד שמגיעין למקום עושה חביתין הגיעו אלו ואלו אמרו שלוי הכל שלוי כלוי כל כלי שרת הן במקומן בשלום, *Quotidie ſub auroram per oſtiolum iſtud ingrediebantur, ut quæcunque in atrio eſſent inſtrumenta recenſerent,*

rent, ſingulane ſuis repoſita eſſent locis: hi in exedra verſus orientem, alii occidentem verſus tendebant, atque perluſtrando pergebant, donec ad cruſtularii conclave pertingerent. Hic cum alii aliis obviam fierent, Omnia bene ſe habent, inquiebant, quaſi dicerent, Omnia inſtrumenta rite ſuis quæque locis reperimus. Sed hic duo explicanda occurrunt. Prius פשפש quo hæc utitur Miſna: atque hoc ſignificat, ut aſſerunt Hebræi, שער קטן בתוך שער גדול *oſtium parvum in oſtio magno*, a verbo פשפש quod *ſcrutari* ſignificat: nam Chaldæus Hebræum חקר *ſcrutatus eſt*, ea voce reddidit. Neque id cum altero פשפש, de quo in præcedentibus, confundi debet: hoc enim a פוש *creſcere*, originem ducit, trabiumque capita e pariete velut excreſcentia & prominentia (ſicuti e Bagnal Aruch liquet) deſignat. Alterum vero quod hic attendendum occurrit, eſt אכסדרה, quo (diverſo ab אכסדרה ſectionis 5. ubi origo vocis explicata fuit) interpres, quem ad Miſnam explicandam produxi, uſus fuit: optimeque ex collatione cap. 3. Jud. verſ. 22. illuſtratur. Etenim pro Hebræo מסדרונה Chaldæus habet אכסדרה: eſt autem מסדרונה, ut inquit David Kimchi, מקום ישיבת העם הבאים אל המלך, id eſt, *locus ubi populus, dum regem adire vult, ſedere ſolet* (nimirum tempus adeundi commodum præſtolando.) atque hoc ferme modo אכסדרה in radicum libro exponit סודרת ונערכת ספסלים וכסאות לישיבת האנשים ac ſi dicat, locum eſſe ubi ordine diſpoſita ſunt ſcamna ſedeſque quibus homines conſideant. Unde liquet non incongrue iſtam vocem per exedram expreſſam fuiſſe, vocem, inquam, alias Græcam a ſedium frequentia dictam, Vitruvioque ac Ciceroni uſurpatam. Quamvis eam fatear improprie atrio, ubi ſedere non licebat, hic a me tribui: verum eadem licentia, qua ipſe interpres, quem verti, אכסדרה per ἀκυρολογίαν adhibuit, etſi ab ordinatis ac diſpoſitis ſedibus nomen dicatur, idem facere auſus fui.

ח בית המוקד כיפה ובית גדול היה מוקף רובדים של אבן וזקני בית אב ישנים שם ומפתחות העזרה בידם ופרחי כהונה איש כסותו בארץ:

8. Domus incendii erat (1) concamerata & magna atque (2) ſtratis ſaxeis circumdata: ubi (3) ſeniores claſſis paternæ dormiebant, atriique magni claves in poteſtate ſua habebant. (4) Et candidatorum Sacerdotii ſingulis erat pulvillus ſuus in pavimento, (5) ubi ſpatium habebant quadratum unius cubiti.

R. OB. DE BARTENORA. היה מוקף רובדין של אבן *Et ſtratis ſaxeis circumdata*, ſcamna undiquaque in pariete exciſa erant, & prominentes e pariete in domum foci ad latus fundi, iſtis impoſiti erant alii lapides breviores etiam prominentes e pariete, & veluti gradus erant unus ſuper altero. *Et ſeniores claſſis paternæ*, una cuſtodia dividebatur in ſeptem claſſes paternas ſecundum ſeptimanæ dies, quælibet claſſis paterna ſuo die ſerviebat, & ſeniores claſſis paternæ iſtius diei dormiebant illic ſuper iſtis ſcamnis. *Et juniores ſacerdotes*, juvenes quibus pili in barba creſcere incipiebant, iique excubias agebant. *Singulis erat pulvillus ſuus in pavimento*, quia non licebat ſternere lectum, niſi in pavimento, ſicuti regum excubiæ ſolent facere.

L'EMPEREUR. (1) Talmudici paſſim hoc ædificium arcuato opere exſtructum fuiſſe tradunt; itaque כיפה *fornicem* vocant, cui ab ipſis opponitur עלייה ἀνώγεων: ideoque fornicis voce locum inferiorem intelligunt, quem hic (etſi alio modo explicat) fuiſſe שוה לקרקע העזרה *aequalem pavimento atrii*, tradit Salomon Jarchi commentariis in codicem Tamid Talmudis Babylonici.

(2) Sed ad ſequentia deſcendamus, ubi רובדים *cubilibus* locus dicitur circumdatus: רובדים vero quæ fuerint docet Gemara Babylonica cap. 1. codicis Tamid: רובדים מאי ניהו גורתא דאצטבתא דסלקי בהו לאצטבתא, id eſt, *ſtrata quid ſunt? ſegmenta graduum* (vel projecturæ e lapide cæſo) *quibus aſcendunt in gradus ſive cubilia.* Ut hæc penitus percipiantur, ſequentia ex Judæorum ſcriptis appoſita, quibus res tota plenius explicatur, transferre non pigebit, אצטבאות סביב של אבני גזית היו משוקעות בכותל ויוצאות מן הכותל לתוך בית המוקד לצד הקרקע ועל גביהן אבנים אחרות קצרוי מהן שיוצאוי נמי מן הכותל והיו כעין מעלות זו על זו, id eſt, *projectura per circuitum* (ſermo eſt de interiori ſtructuræ facie) *e lapide cæſo erant infixa in ipſo pariete, atque a pariete verſus medium loci focarii, a latere pavimenti prominebant: his autem alii impoſiti erant lapides prioribus breviores, qui ſimiliter e pariete prominebant: itaque graduum, qui alii aliis impoſiti eſſent, referebant ſpeciem.* Hinc illuſtratur Talmudica vox אסטווה vel אסטבה, vel denique אצטווא (nam tribus modis in Talmude ſcribitur; illud autem אצטפבה in editione Veneta vitioſum videtur:) quam adhibent Talmudici cum columnæ in baſi inferiorem prominentiam ſeſſioni habilem, quam Feſtus & Vitruvius ſpiram vocat, denotare volunt, ſicuti e Tractatu de Sabbatho non uno loco liquet ſatis; deinde eadem voce projectum tabernæ, ſive tabulam in qua merces expoſitæ oſtenduntur, exprimere ſolent; deinde & ſubſellia iſto nomine veniunt. Simili ratione hoc loco lapides hujuſcemodi prominentes ſignificantur, quibus tanquam gradibus aſcenditur, vel in quibus quidpiam reponitur, ſive etiam de nocte ipſi Sacerdotes decumbebant. Ideo producta Gemara bis אצטוותא meminit, nam hujuſmodi prominentibus lapidibus aſcendebant in ſupremos lapides eoſque ſimiliter prominentes, qui ſpondarum ipſis vicem penſabant. Sed cave ne latus, quod atrium magnum attingebat, delineatis cubilibus ornatum fuiſſe putes: nam cum iſtud in loco ſancto fuiſſe conſtet, ibi dormire minime licuit. Itaque vocem מוקף ex Hebræorum judicio ſynecdochice ſumas oportet.

(3) Ad ſeniores claſſis paternæ quod attinet, ſcire convenit, cuſtodes ſingularum ſeptimanarum in ſex ordines fuiſſe diviſos, ut ſingulis diebus unus miniſtraret ordo: quem hic paternam familiam vocat Miſna, quod Sacerdotes in familias certas ſecundum earum capita diviſi eſſent. Qui ergo ad unum pertinebant ordinem, hic vocantur ſeniores paternæ iſtius familiæ. ſeptimo autem die ſimul miniſtrabant illius ſeptimanæ & cuſtodiæ משמרה ſacerdotes. Porro hi non erant qui excubias agebant; ſed iſti, ut inquit Salomon Jarchi, שהיה להם לעבוד למחר בתוך כניסת החומה, *quorum, cum ingreſſi eſſent, erat poſtridie ſuas miniſterii vices obire intra murum*, ſcilicet atrii.

(4) Poſtea juniorum injicitur mentio, qui nuncupantur פרחי כהונה, quaſi lanuginoſos Sacerdotii dixeris: ſunt enim בחורים שמתחיל שער זקנם לפרוח *adoleſcentes quibus* (ut verbis utar Martialis) *teneri ſordent lanugine vultus*, quique ad Sacerdotale munus præparantur. Hic cuſtodes in pavimento ſuum ſinguli pulvillum habebant (כסות enim Hebræi hic לשון כסתות *ſignificatione pulvillorum*, non vero tegminis, exponunt,) cui innitebantur: nec enim in cuſtodibus hoc prohibitum fuiſſe, antea vidimus.

(5) Cum vero ſpatium cubiti quadratum in hunc finem iis aſſignet Miſna, non male loco pulvilli, cubital (cui veteres inter cænandum innitebantur) ex Horatio ſubſtituas, utpote quod a cubito dicatur. At cubiculares (uti Cicero vocat) lectos huc inferre non licuit: ſiquidem dicat Gemara Babylonica cap. 1. Tamid, לאו אורח ארעא לעיילי מיטות לבית המקדש, id eſt, *non eſt moris in ædem ſanctuarii lectos inferre:* ædis autem nomen hic late ſumi conſtat.

ט ומקום היה שם אמה על אמה וטבלה של שיש

9. (1) Tabulæ vero marmoreæ erat infixus annulus,

שיש וטבעת היתה קבועה בה ושלשלת שהמפתחות היו תלויות בה הגיע זמן הנעילה הגביה את הטבלא בטבעת ונטל את המפתחות מן השלשלת ונעל הכהן מבפנים ובן לוי ישן לו מבחוץ גמר מלנעול החזיר את המפתחות לשלשלת ואת הטבלא למקומה נתן כסותו עליה ישן לו אירע קרי באחד מהם ויצא והולך לו במסיבה ההולכת תחת הבירה והנרות דולקים מכאן ומכאן עד שהוא מגיע לבית הטבילה רבי אליעזר בן יעקב אומר במסיבה ההולכת תחת החיל יוצא והולך לו בטדי :

nulus, item catena e qua ſuſpendebantur claves. Ubi tempus obſerandi oſtium appropinquaret, attollens tabulam annulo, claves e catena deſumebat æditLuus: atque claudebat ſacerdos intus (atrii januas;) Levita autem foris dormiebat. Ubi jam abſolviſſet & obſeraſſet, reſtituit claves catenæ, tabulamque in locum ſuum repoſuit: eique pulvillo ſuo impoſito ſomnum cepit. Si caſus nocturnus alicui ipſorum obtingeret, egreſſus per (2) cochleam deſcendebat in cryptoporticum, quæ (3) ſub ſanctuario deducebatur, (faceſque hinc inde ardebant:) donec Balneo appropinquaret. Rabbi Eleazar (4) filius Jacobi, inquit, per porticum, quæ ſub intermurali permeat, egreſſus pervadit portam Teri.

R. OB. DE BARTENORA.

הגיעה זמן הנעילה *Si advenerit tempus obſerandi*, ad obſerandum atrii portas. *Sacerdos intus*, *Levita autem foris dormiebant*, quia Levitæ ſacerdotibus adjuncti ſunt, ſicuti dicitur Num. 18, 2. וילוו עליך וישרתוך idcirco in domo Abtines & in domo Nizots quæ conclavia erant, ſacerdotes ſupra excubias agebant, & Levitæ infra. Sed in domo foci, quæ bovili ſimilis erat, ſacerdos intus & Levita foris excubias agebat.

במסיבה ההולכת תחת הבירה *Per cochleam deſcendentem ſubter palatio*, nam ſub Templo erant cryptæ; totum vero Templum vocatur בירה palatium, uti ſcriptum eſt 1 Chron. 29, 19. הבירה אשר הכינותי Quia autem ei caſus nocturnus acciderat, idcirco non ibat per atrium, ſed per cryptas, quia nobis hypotheſis eſt quod cryptæ non conſecratæ ſunt. *Faceſque hinc inde ardebant*, in cryptis. *Per porticum quæ ſub intermurali permeat*, ſed non redibat ad domum foci, quia iſto die lotus erat, ſed occaſum ſolis nondum expectaverat; deciſio non eſt ſecundum R. Elieſer filium Jacobi, ſed quemadmodum Miſna dicit in principio tractatus de Sacrificio Jugi, quod redibat ad ſacerdotes fratres ſuos in domum foci, donec portæ eſſent apertæ, & poſtea pergebat, nam ei qui de die lotus eſt & occaſum ſolis nondum expectaverit, prohibitum eſt atrium mulierum intrare, quod eſt Levitarum caſtra; hac tamen in parte allevarunt quia intus pollutus erat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ex hac Miſna patet quod claves erant neceſſariæ ad portas claudendas; ſeræ vero ſimiles erant ſeris quæ Arabice אקפל אלולב dicuntur; hæ autem inter nos conficiuntur & non obſerant niſi clavibus quibus aperiunt; ſed nos hanc expoſitionem jam attulimus in tractatu de Sacrificio Jugi. R. Eliezer filius Jacobi dicit quod is qui de die lotus eſt & nondum ſolis occaſum habuerit, non redit ad domum foci, ſed ad montem Templi ſe confert, nam טרי eſt porta ſeptentrionalis e portis montis Templi, ſicuti diximus in hoc capite; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer filium Jacobi.

L'EMPEREUR. (1) Hic conſiderandum, fuiſſe in בית המוקד (quem obſervavimus locum aquilonarem fuiſſe, qui quatuor in ſuis angulis conclavia haberet) ſpatium quadratum longitudine & latitudine cubiti unius: cui aſſamentum totum hoc ſpatium obtegens impoſitum erat, quod a ſuperiori parte annulum, quo elevari poſſet, ſibi infixum habebat; ab altera vero parte, nimirum inferiori, catenam, cui claves quibus atrium reſerabatur erant affixæ. Tempore itaque ſtatuto, ſolvebat æditLuus ibi repoſitas claves, atque officio defunctus clavibuſque in ſuum locum relatis, ibidem ſomnum capiebat. Hic æditLuus e Sacerdotali erat gente: nam Levitæ ſpecialiter ita dicti foris in excubiis erant.

(2) Sed hiſce levi brachio explicatis, attentius quid ſit מסיבה & בירה quorum Miſna hæc meminit, anquirendum: facemque hic nobis, cum initium codicis Tamid, tum interpretum in dictam περιγραφὴν expoſitiones præferunt. Itaque hæc de מסיבה ſcribit Salomon Jarchi, הוא עמוד של בנין שעולין ויורדין בו על ידי גלגל, id eſt, מסיבה *eſt columna ædificii in qua aſcendunt, atque deſcendunt via orbiculata.* Non longe ab hac definitione recedit David Kimchi commentariis in Ezechielem cap. 41, 7. ubi מסיבה dicit eſſe בלול vel לול: id autem in hunc deſcribit modum הוא בנין כמין עמוד חלול עשוי כמו מעלוי סביב והעולי׳ בו עולים דרך היקי, id eſt, *eſt ſtructura inſtar columnæ concavæ, circumcirca veluti gradibus diſtincta: hac forma ut qui in ea aſcendunt, in orbem circumeant.* Salomon Jarchi vero plenius מסיבה circumſcribens ita inquit: הוא בנין עמוד אבני׳ עשוי מעלות מעלות וההולך בהן דומה כמקיף סביבות עמוד ועולין בו כמה וכמה אמות גבוה ואין צריך לשפע כשאר סולם כי היקפו הוא שיפועו: id eſt, *eſt ſtructura inſtar lapideæ columnæ plena graduum: quique in ea graditur, circa columnam ire videtur* (nam ſcapum ſcalarum cochlidum ambit:) *atque in eadem ad multorum cubitorum altitudinem aſcendunt, nec tamen acclivi & pandante tramite, ſicuti in ſcalis reliquis, aſcendere neceſſe habent, quippe illius circuitus, acclivitatis vicem præſtat.* Ideoque variis locis idem obſervavit, eam eſſe ſtructuram quam Galli *vis à monter* vocare ſolent, Germani vero ווינדלשטיין *windelſteyn.* Hac itaque cochlea deſcendebant iſti (de quibus ſupra) in cryptoporticum, quam Talmudici מחילה vocant, quamque hæc Miſna voce מסיבה comprehendit: nam מסיבה quidem proprie eſt cochlea, vel ſcalæ cochlides; ſed hic late ſumitur, adeo ut locum, quo iſtis gradibus deſcendebatur, complectatur: unde vertere debui, per cochleam deſcendebat in cryptoporticum. Hæc cryptoporticus erat fornix ſubterraneus, qui ſub הבירה producebatur, prout fatentur omnes.

(3) Sed quid בירה fuerit non æque apud omnes in confeſſo eſt: nam איכא מאן דאמר כל המקדש כולו קרוי בירה שנאמר לבנות הבירה אשר הכינותי ואיכא מאן באמר מקום יש בהר הבית ובירה שמו, id eſt, *eſt qui dicit totum ſanctuarium vocari* בירה, *quia dicitur*, 1 Chron. 29, 19. *ad ædificandam* בירה *ædem quam præparavi; eſt & qui affirmat, eſſe locum in ædis monte cui nomen* בירה. Ergo quidam putant fornicem iſtum ſubterraneum infra atrium adeoque totum ſanctuarium ſtricte ſumptum fuiſſe, quæ ſententia potior eſt; alii vero, quod exiſtiment locum ſanctum profanari, ſi contaminatus per cryptoporticum tranſiret, בירה locum intra montis quidem terminos, ſed extra templum atque atrium magnum tamen fuiſſe autumant. Verum reſpondent alii קימא לן מחילות לא נתקדשו, id eſt, *ſtatuta noſtra ferunt, fornices ſubterraneos non eſſe ſanctos.* In hac cryptoporticu pergebant caſu nocturno contaminati, donec ad balneum pervenirent: unde cum ſe abluiſſent redeuntes, in ipſa porticu prope balneum, accenſo foco ſeſe cum calefaciebant, tum abſtergebant, ſi Salomoni Jarchi in principium codicis Tamid fidem habeamus; quamvis alii, ſicuti vidimus in præcedentibus, focum hunc alibi exſtrui ſolitum, exiſtimaverint. Tandem reverſi ad fratres, inter eos donec luceſceret pernoctabant, ut deinde reſeratis oſtiis prodirent foras.

(4) Quamvis R. Eleazar (ſicuti hæc Miſna docet) infra ſpatium intermurale, id eſt חיל, iſtam ſtatuat porticum, & quidem ad ſeptentrionem, quem & porta טרי ſpectabat; at-

que hac egredi ſolitum fuiſſe contaminatum poſtquam ablutus fuiſſet arbitretur, nec ad fratres ſuos ea nocte rediiſſe, quod ei ne quidem in atrium mulierum ingredi licuerit. Sed hæc ſententia rejicitur, quia אף על פי שטבול יום אסור ליכנס לעזרת נשים לזה הקלו לפי שטמא בפנים, id eſt, *quamvis qui ſe abluit nec dum occaſu ſolis poſtea ſubſequuto* (is eſt טבול יום) *ab ingreſſu atrii mulierum prohibeatur; huic gratiam iſtius legis fecerunt, quod intra ambitum contaminaretur.*

פרק ב הר הבית היה חמש מאות אמה על חמש מאות אמה רובו מן הדרום שני לו מן המזרח שלישי לו מן הצפון מיעוטו מן המערב מקום שהיה רוב מדתו שם היה רוב תשמישו :

Caput 2. Mons ædis erat (1) quadratus, ita ut ſingula latera eſſent cubitorum quingentorum. (2) Maximum ſpatium erat ab Auſtro; proximum ei ab Oriente; tertium ab Aquilone; minimum vero ab Occidente. Eo loco ubi majus erat ſpatium, major erat ejus uſus.

R. OB. DE BARTENORA.

הר הבית היה חמש מאות אמה *Mons ædis erat quingentorum cubitorum*, undique muro cinctus erat mons. *Maximum ſpatium ab auſtro, proximum ei ab oriente*, nempe, ſpatium a muro montis Templi ad murum atrii ad latus meridionale majus erat quam ſpatium quod inter atrii muros erat ad latus orientis, & ſpatium orientis majus erat ſpatio ſeptentrionis, ſpatium ſeptentrionis majus erat ſpatio occidentis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit de atrio quod id non erat in medio montis Templi, ſed ſpatium inter murum montis Templi & inter atrii murum ad latus meridiei majus erat quam ſpacium inter illa ad latus orientale, & ſpatium orientis majus erat ſpacio ſeptentrionis, ſpatium ſeptentrionis majus erat ſpatio occidentis. Ego tibi jam figuram delineabo, ut & antemurale, & atrium mulierum de quo hoc capite agitur, ut omnia in una figura delineemus.

L'EMPEREUR. (1) Priora Miſnæ vocabula κατὰ πόδα non reddidi, quo obſcuritatem devitarem: quum phraſi Rabbinica mons *ibi* dicatur quingentorum cubitorum ſupra quingenta cubita. Ubi quadratum exprimitur per על *ſupra*, quemadmodum alibi paſſim: & miſſis reliquis, exemplum manifeſtum habemus in Gemara Babylonica capitis 1. Peſach. Hic enim ubi definit כרמלית ita infit, דאי איכא מקום ארבעי על ארבעה הוא דהויא כרמלית, *quod ſi ſit locus quadratus*, id eſt, *latus & longus palmos quatuor, is eſt Carmelit:* ubi quatuor ſupra quatuor legimus, pro quadrato cujus ſingula latera ſunt palmorum quatuor. Etenim ubi nomen menſuræ reticetur, ſubauditur palmus quum apud Talmudiſtas occurrunt quatuor locorum definitiones neceſſariæ, ut quidem ipſis videtur, ad leges de Sabbatho condendas. Loca iſta, ut hoc obiter addam, ſunt רשות היחיד ורשות הרבים כרמלים ומקום פטור. Sed redeamus ad montem ſacrum, cujus ſingula latera fuiſſe dicuntur cubitorum quingentorum: convenienter iis quæ Joſ. tradit ἀρχαιολ. λόγ. ιέ. κεφ. ιδ'. τοῦτο δ' ἦν τὸ πᾶν περίβολος τεττάρων σταδίων τὸν κύκλον ἔχων, ἑκάστης γωνίας σταδίου μῆκος ἀπολαμβανούσης, *Hoc totum erat circuitus quatuor ſtadiorum circulum continens, unoquoque angulo* (latere inter angulos) *ſtadii longitudinem complectente.* Ubi Joſepho cum Miſna noſtra bene convenire videmus. Nam ſtadium definitur pedibus ſexcentis viginti quinque; pedes vero ſinguli palmis quatuor: adeo ut ſtadium palmos contineat bis mille quingentos. Qui idem numerus conficitur, ſi in illo quingentorum cubitorum numero, ſingulis quinos palmos tribuas. Verumenimvero Ezechiel, qui cap. 42, 20. etiam 500. cubita numerat; de ſacris menſuris ſe loqui demonſtrat v. 5. ubi ſe vidiſſe narrat in manu ejus qui ſtructuram dimetiebatur calamum ſex cubitorum; nimirum ejuſmodi quæ conſtarent cubito communi & palmo: id eſt, cubita iſta fuiſſe palmorum ſex, ſive ſacra, non communia docet. Ideo vulgo citant Rabbini autoritatem R. Jehudæ, qui dixerit, אמת הבנין ששה טפחים ושל כלים חמשה, *cubitum ſtructuræ eſt palmorum ſex; at vaſorum, eſt quinque.* Hiſce conſequens & conſentaneum eſſe videtur, ut Joſephi ſtadium non æquare quingenta cubita fateamur, utpote quæ ſacra ſint. Sed videtur tantum, non vero reipſa conſequens eſt: quia eodem modo ſtadium Joſephi extendere convenit; quemadmodum Judæi, qui Vetus Teſt. in linguam Græcam tranſtulerunt, auxerunt pretium τοῦ διδράχμου. Ille enim cum Exod. 30, 13. reddere vellent ſiclum ſacrum, τὸ δίδραχμον τὸ ἅγιον poſuerunt; quamvis ſiclus ſacer valeret drachmis quatuor: quia creſcente ſicli (qui eſt τὸ δίδραχμον) valore, idem nihilominus nomen quo communiter exprimebatur retinendum autumarunt. Pariter στάδιον continens alias cubita 500. ne tum quidem Joſepho diſplicuit quo minus retineret & uſurparet, ubi eadem cubita jam in ſacra menſura aucta, erant exprimenda. Quibus conſequens eſt, hactenus Joſepho cum Miſna, quam præ manibus habemus, convenire optime.

(2) Videamus porro quod de majori vel minori ſpatio ſubjungitur: quod ſcilicet interjacebat inter murum extimum & ſtructuram interiorem. Sed quænam hæc ſtructura? Plurimi eſſe atrium exiſtimant, adeo ut iſtud ſpatium inter murum & atrium collocent: cum tamen ratio quæ ſubjungitur aliud efflagitare videatur. Ratio deſumitur a miniſterii ſacri officiis, quæ plura in hoc quam illo ſpatio peragebant: at hæc in atrio potius quærenda, quam in intermurali ſpatio inter עזרה *atrium* & murum extimum; ſicut nonnemo ſcite dixit, ſpatia fuiſſe inæqualia, & unum fuiſſe maximum, quia ibi היה רוב תשמיש העזרה, *erat abundantius miniſterium ipſius atrii.* Sic igitur habeto, circa altare vel templum ferme divinum legis Moſis cultum peragi ſolitum; ſed menſura diſpari: ideoque pro iſta diverſitate, diverſum quoque fuiſſe ſpatium inter altaris latera vel templi parietes & montis murum ſive ambitum; ut maximum eſſet auſtrale, huic ſuccederet orientale, ei deinde aquilonare, minimum vero eſſet ſpatium occidentale.

ב כל הנכנסין להר הבית נכנסין דרך ימין ומקיפין ויוצאים דרך שמאל חוץ ממי שארעו דבר שהוא מקיף לשמאל (מה לך מקיף לשמאל) (ש״א) שאני אבל השוכן בבית הזה ינחמך שאני מנודה השוכן בבית הזה יתן בלבם ויקרבוך דברי רבי מאיר אמר לו רבי יוסי עשיתן כאילו עברו עליו את הדין אלא השוכן

2. (1) Omnes accedentes qui ſecundum templi conſuetudinem intrant, ingrediuntur via dextra ac circumeunt; egrediuntur autem via ſiniſtra: (2) eo excepto cui accidit aliquid, qui circumambulat ad ſiniſtram & interroganti, (3) Quid tibi quod ad ſiniſtram circumeas, dicit, Quia ego lugeo, aliis reſpondentibus, Qui hanc ædem inhabitat ſoletur te. Et quum ſubjicit, Quia ego contaminatus rejicior, alii reſpondent, Qui hanc ædem inhabitat indet cordi tuo, atque recipiant te: (4) ut tradit R. Meyr. Cui dixit R. Joſe, Conſtituis illos ac ſi

* tranſ-

השוכן בבית הזה יתן בלבך ותשמע לדברי חבריך ויקרבוך :

tranſgreſſi eſſent ſuper eo jus. Verum dicunt, Qui hanc ædem inhabitat indet cordi tuo, ut auſcultes verbis ſociorum tuorum, quo recipiant te.

R. OB. DE BARTENORA.

נכנסין דרך ימין *Ingrediuntur via recta*, ii ſcil. qui intrabant per portam rectam Chulda dictam, circuibant viam portæ Tedi. *Quia ego lugeo*, nam ab ipſo quæſiverant quare ad ſiniſtram circuiſti? & reſpondebat, quia mihi lugendum eſt; dixerunt ei, quiſquis in hac domo habitat, is te conſoletur. *Conſtituis illos ac ſi tranſgreſſi eſſent ſuper eo jus*, ſi ita ei dixerint, apparet inde quaſi ſocii ipſius jus detorſiſſent & contra id quod jus faſque eſt, ipſum judicarunt. *Indat cordi tuo, ut auſcultes verbis ſociorum tuorum*, jam enim liquet quod is contra jus fecit, & quod pœnitentiam agere debet; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Senſus eſt quod aliquando intrabat per portam Chulda & per latus portæ Tedi; & ſic judices volo de omni eo qui intrat aliquam portam quæcunque illa ſit. כאילו עברו עליו את הדין *quaſi tranſgreſſi eſſent ſuper eo jus*, quando non fecerunt prout decet, tale quid de judicibus non timendum eſt; ſed de ipſo deciderunt quod peccavit, & idcirco excommunicatus eſt; verba R. Joſis vera ſunt.

L'EMPEREUR. (1) Primum hic præcipitur (ſi cum Judæis quibuſdam loquamur & ſentiamus) שיעשו קפנדריא, id eſt, *ut ingreſſi egrediantur porta adverſa*. Nam קפנדריא Talmudicis eſt locus cui duo ſunt oſtia ſibi invicem oppoſita, ut in præcedentibus dictum fuit: quo fit ut Judæorum magiſtris *kephandriam* facere dicatur, qui ædes ingreſſus per poſticam portam egreditur; vel, ſi a latere dextro intret, per ſiniſtrum exit. (ſed obſerva aliud eſſe facere *kephandriam*, ut ſolummodo viæ compendium facias per locum ſacrum tranſeundo; aliud vero eo modo ad ſacrum cultum accedere iterumque diſcedere: nam illud illicitum; hoc vero permiſſum, imo juſſum.) Ita ut hinc liqueat quid ſibi velit lex iſta: videlicet, ſi quis ad divinum cultum in loco illo ſancto obeundum ſe accingat, ei portam iſtam ad ingreſſum deligendam eſſe cujus obverſa egreſſurus ſit. Hoc enim obſervare videtur non nemo interpretum, id quod de dextri lateris, id eſt, Meridiei portis vel ingreſſu dicitur, tanquam exemplum proponi; non vero quod illac omnibus ingrediendum foret: ita ut Maimonides, quamvis diverſum ſenſum amplectatur, non male ſubjiciat וכן תקיש לכל הנכנס על שער מהשערים, *& hoc æque competit cuique qui per aliquam portam ingreditur*; ſcil. ut per oppoſitam egrediatur. Hanc expoſitionem & ratione firmare poſſemus & Scriptura, unde hanc παράδοσιν hauſerunt. Ratio, inquam, confirmare dicta videtur: quia præter meridionales etiam alias fuiſſe portas huic uſui deſtinatas dicitur cap. 1. ſect. 3. Per portam enim orientalem & occidentalem commeabant: ut taceam præter quinque portas illic recenſitas & alias fuiſſe; quamvis cuſtodiis non munirentur, ideoque in iſta recenſione omitterentur. Sed jam videamus unde παράδοσις confirmari poſſe videri poſſit. In ritibus templi, quod Ezechiel vidit, deſcribendis Spiritus Dei inter alia hæc adhibet verba cap. 46. verſ. 9. *Quum veniet populus terræ ante Jehovam in ſolemnitatibus; qui venerit via portæ Aquilonaris ad incurvandum ſe, abito via portæ meridianæ, & qui venerit via portæ meridianæ, abito via portæ Aquilonem verſus: non revertitor via portæ qua venerit, ſed e regione illius abito.* Hinc Judæi exigunt, ut quicunque ingrediuntur intermurale, vel atrium; per oppoſitam portam egrediantur, & ea quæ interjacent quo minus recta pergant, circumambulent: unde factum fuit ut hæc vocabula adhibuerint, מקיפין, מקיף.

(2) Cæterum de eo diverſum ſancitur, שארעו דבר, id eſt, *cui accidit aliquid.* Hic eſt gonorrhæa laborans: qui eadem de cauſa dicitur etiam בעל קרי *dominus accidentis*; quod ei accidat ut effluat ſemen. Hic quacunque via locum ſanctum ingreſſus fuiſſet, per portam Aquilonarem exire tenebatur: nam ſemper per portam טרי quæ ad Aquilonem erat diſceſſiſſe ferunt.

(3) Quod cum alii obſervarent, eum contra morem receptum venire in eo quod ſecus atque reliqui abiret; quid rei eſſet, percunctabantur: quibus reſpondebat ſe a via recepta diſcedere quod ſuam lugeret immunditiem. Sed reſponſionem diſpeſcebat in duo membra, quia interrumpebatur ſubjecta conſolatione: adeo ut quum dixiſſet, Quia ego lugeo, qui ſolabantur ſubjicerent, *Qui hanc ædem*, &c. quum vero luctus cauſam addidiſſet, iidem ſubjungerent conſolationis partem alteram. Hæc eſt mens & ſententia Miſnæ: quam propter ellipſin duplicem ſatis obſcuram, ſuppleto defectu interpolare coactus fui.

(4) Verum in ſecunda reſponſione non convenit Rabbino Meyr cum R. Joſe: ſed interſerenda exiſtimavit ſequentia, *ut auſcultes verbis ſociorum tuorum*; quia alioqui videbantur iſti qui ſolabantur contaminatum, eundem abſolvere, & eos peragere reos qui ſecundum legem receptam hujuſmodi hominem ſacro conventu arcerent. Arcebantur autem hujuſmodi contaminati, donec ea peregiſſent, quæ ad reatum ceremonialem quem contraxerant delendum facerent, atque hac ratione ſuis magiſtris morem geſſiſſent. Quocirca jam liquet, cur R. Joſe hæc verba *ut auſcultes verbis ſociorum tuorum*, addita voluerit. Duo addam antequam deſcendam ad reliqua: quorum primum eſt, in multis codicibus poſt לשמאל hæc ſubjungi מלך מקיף לשמאל, ubi proculdubio ſcriba errore levi omiſit ה, ut pro מלך legatur מהלך, quaſi dicatur, *pergebat circumambulans ad ſiniſtram.* vel (quod malim) מלך contractum eſt ex מה לך, *quid tibi*, ſcil. eſt, *quod obambules ad ſiniſtram*? quæ expoſitio Baſileenſi lectione confirmatur; & ſubſequenti reſponſione, quæ in Miſna legitur. Verum hoc membrum alii prætermittunt, cum in textu; tum in commentariis ſuis. Secundo quod de circuitu dicitur, quo ad oppoſitam portam, ingreſſi in locum ſanctum, pergebant, Ezechielis quidem templo competere videri queat; at hic Miſnæ verba ſecus accipienda videntur. Nam hic etiam ſenſus commodiſſimus eſt, ſi nihil aliud præcipi ſtatuamus, quam ut ii qui per aliquam portam ingrediuntur ſemper ad dextram vergant, nimirum non templi, ſed ſuam; atque ita deinde pergant, ut ea porta egrediantur quæ fuit ingredientibus ſiniſtra: ſi illos excipias, de quibus ſupra actum fuit.

ג לפנים ממנו סורג גבוה עשרה טפחים ושלש עשרה פרצות היו שם שפרצום מלכי יון וחזרו וגדרום וגזרו כנגדן ג' עשרה השתחויות לפנים ממנו החיל עשר אמות ושתים עשרה מעלות היו שם רום מעלה חצי אמה ושלחה חצי אמה כל המעלות שהיו שם רום מעלה חצי אמה ושלחה חצי אמה חוץ

3. Ab interiori parte erat (1) cancellata ſepes, altitudine decem palmorum, cui inerant (2) effracturæ tredecim, quas effregerant reges Græciæ: ſed eas denuo Judæi obſepſerant ſive reſtaurarant, atque decrerant iis reſpondentes tredecim adorationes. Citra illam erat (3) intermurale decem cubitorum latitudine; ubi (4) duodecim gradus, quorum cuique erat altitudo dimidii cubiti, ut & (5) retractio: ita omnium graduum qui ibi erant, ſingulorum altitudo dimidii cubiti, ac retractio ſive projectura

חוץ משל אולם כל הפתחים והשערים (ס״א) שהיו שם גובהן עשרים אמה ורחבן עשר אמות חוץ משל אולם כל הפתחים שהיו שם היו להן דלתות חוץ משל אולם כל השערים שהיו שם היו להם שקופות חוץ משער טדי שהיו שם שתי אבנים מוטות זו על גבי זו כל השערים שהיו שם נשתנו להיות של זהב חוץ משער נקנור מפני שנעשה בהן נס ויש אומרים מפני שנחשתו מצהיב :

jectura dimidii cubiti; præter eos qui ad (6) porticum ſive pronaum erant gradus. Ad omnia oſtia & portas iſtius loci quod attinet, cujuſque altitudo viginti cubitorum erat, latitudo vero cubitorum decem, (7) excepta porticus porta. Omnibus iſtius loci oſtiis erant fores (8) præterquam in porticu. Omnibus portis erant (9) limina, excepta porta Teri: (10) ibi erant lapides duo, altero alteri immiſſo. Omnes portæ quæ ibi erant mutatæ fuerunt, ut ex auro eſſent: præter portam Nicanoris, propterea quod ibidem editum fuerit (11) miraculum; alii dicunt propterea quod æs ipſius coruſcaret ac niteret in modum auri.

R. OB. DE BARTENORA.

לפנים *Intus*, intra murum montis Templi erat סורג *ſeptum* quod eſt paries foraminibus plenus, ut lectus funiculis inſtructus; eratque hoc ſeptum e ligni aſſamentis conſtructum longis & brevibus, aliis ſuper aliis tranſverſim contextis.

וגזרו כנגדן י״ג השתחויות *Et decreverunt reſpectu earum tredecim adorationes*, quando quis appropinquaſſet coram ſingulis effracturis, adorabat, Deoque agebat gratias quod iniquum Græciæ imperium deſtruxiſſet. לפנים *intus*, intra iſtud ſeptum סורג dictum erat concavum decem cubitorum, & hoc vocatur חיל *antemurale*.

ושנים עשר מעלות היו שם *Et duodecim gradus erant illic*, ad illinc aſcendendum in atrium mulierum. *Altitudo gradus*, unus gradus altior erat altero dimidium cubiti. ושלחה *& retractio*, latitudo gradus, quæ eſt locus qui pedibus calcatur dimidium cubiti conficiens. *Præter illos qui ad porticum pertinebant*, gradibus ſcil. inter porticum & altare exceptis, qui omnes non ita erant, uti dicit Miſna capite tertio. *Præter eum qui ad porticum ſpectat*, dicit enim Miſna ſequenti capite quod altitudo illius quadraginta erat cubitorum, latitudo autem viginti. *Erant ipſis limina*, uno lapide ſuper duobus poſtibus tranſverſim poſitis, quos janua ſubinde percutit vel collidit. שקופות idem eſt quod משקוף *ſuperliminare*. *Quia in illis miraculum editum eſt*, uti expoſitum eſt capite tertio tractatus Joma. מצהיב eſt idem quod מוהיב *deauratum*, quia color proxime accedebat ad colorem auri, idcirco non requirebatur ut porta iſta ex auro conſtaret.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando quis ad aliquam effracturam perveniſſet, ſe illic incurvabat, Deoque gratias agebat quod malum Græciæ imperium extirpaſſet, uti diximus in tractatu de Siclis. Aſcendebat autem nonnemo a pavimento antemuralis per duodecim gradus, & tunc pergebat in pavimento dextro. Dicit autem quod omnes gradus Templi erant dimidium cubiti alti. Sed capite tertio jam expoſitum eſt quod graduum portæ Ulam unuſquiſque altus erat dimidium cubiti, & latus integrum cubitum.

שקופות *Limina*, nam ſupra porticum habebant limen. שתי אבנים מוטות זו על גב זו *duo ibi erant lapides*, *altero alteri immiſſo*, ſecundum hanc figuram; cardo januæ poſita erat in loco *Aleph*, & in loco Beth. Cæterum de miraculo portæ Nicanoris jam diximus capite tertio tractatus Joma. מצהיב eſt colorem aureum proferre; quod autem ſcriptum eſt alicubi, שער זהוב id jam expoſitum eſt in Siphra. Et quod dixerunt *ſecundum faciem auri*, id ſe habet uti expoſuimus in tractatu de Plagis.

L'EMPEREUR. (1) Primum videamus quid ſit סורג *ſeptum*. R. Schemaja confectum fuiſſe dicit מקלעות עצים ארוגות זו באלכסון כעין מסרגין את המטות, *ex aſſamentis* (nam pro קלעות R. de Bartenora ſubſtituit דפי) *lignorum*, *aliis ſuper aliis tranſverſim contextis*, *eorum inſtar qui contexunt lectorum retia*: ubi per מטות intelligit reticulatum opus, quod tabularum vice in multis ſpondis plumeis culcitis ſubſternitur. Non abs re fuerit alius ſententiam proponere qui hujus ſepimenti duas conſtituit partes, parietem loco inferiori; & ſupra hunc opus reticulatum: idque fortaſſis oculos conjiciens in ſtructuram Salomonis 1 Reg. 6. deſcriptam: ubi non de hoc ſepto; ſed de atrii interioris pariete verſ. 36. hæc legimus, *ædificavit atrium interius tribus ordinibus lapidum cæſorum*; *& ordine ſectarum cedrorum*. Quibus ſimilia, imo potius eadem occurrunt 1 Reg. 7, 12. quum atrium magnum deſcribitur. Itaque ad hanc formam forte exiſtimavit ille ſeptum, quo de agimus, confectum fuiſſe: ita ut ordinem cedrorum non veſtiviſſe parietem interiorem, ſed ſupra eum fuiſſe collocatum arbitratus fuerit. Sane ſi Joſephi verba cum Miſna facere ſtatuamus, ſuperior illa comparatio utriuſque ſtructuræ minime erit negligenda. Ita enim Joſeph. ἁλώσ. λόγ. ε. κεφ. ιδ'. δρύφακτος περιϐέϐλητο λίθινος, τρίπηχυς μὲν ὕψος, πάνυ δὲ χαριέντως διειργασμένος, *Septum lapideum circumjectum erat trium cubitorum altitudine*, *nimiumque grato opere confectum*: ubi τρίπηχυς μὲν ὕψος *altitudine trium cubitorum*, non admittit Miſna, quæ decem ſolummodo agnoſcit palmos. Verum ſi hic tres ordines lapidum ſtatuamus, quibus quartus deinde addatur e lignis conſtans, nulla erit pugna: adeoque pro τρίπηχυς ſubſtituamus τρίστεγος, ut hoc ſeptum tria veluti tecta habuiſſe dicatur, duo e ſecundo & tertio ordine lapidum, tertium vero e lignis; vel legamus τρίστοιχος, ut tres ſolummodo ordines lapidum veluti parietes agnoſcamus, interius lignis veſtitos.

(2) Pergamus ad effracturas: quas Judæi Græciæ regibus imputare ſolent, quemadmodum & alias ſtrages atque calamitates; cum tamen Aſiæ & Syriæ regibus potius aſcribi debeant. Itaque יון hic non ſatis convenienter hiſtoriæ poni exiſtimo: ſed idem hoc loco eveniſſe quod notis meis ad cap. 9. Danielis ex hiſtoriæ veritate manifeſtiſſima demonſtravi ſæpe Judæis uſuveniſſe; ut Aſiæ & Syriæ reges cum Græciæ regibus confunderent. Adoratio vero, quam reſtaurationis occaſione obſervarunt, non uno loco peracta fuit, ſed בשמגיע כנגד כל פרצי ופרצי משתחוה ומודה על אבדן מלכות יון, *prout quis accederet ad hanc vel illam ruinam*, *adorabat & confitebatur gratias agens pro interitu regni Græciæ*.

(3) Porro inter ſeptum hoc & atrium primum erat ſpatium intermurale decem cubitorum: non quod ejus hæc fuerit altitudo, ut quidam arbitratus fuit; ſed latitudo, quæ inter utrumque parietem interceſſit. Nam hoc ſpatium erat ἰσόπεδον planitiei primæ, quæ ſeſe ingredientibus offerebat: niſi quod mons ſacer acclivis eſſet ut paulatim ad templum in ſublime aſcenderent. Deinde R. Schemajæ ratio ſatis valida eſt, cum de latitudine ſermonem eſſe ex eo probat, מדלא קתני הכא גבוה כדקתני בסורג ש״מ אורך ורוחב קא חשיב, *quia hic non legit* (id eſt docet) *nominatim altitudinem*, *ſicut legit ſive docet in ſepto*: *inde audias* (i. diſcas) *longitudinem vel latitudinem menſum fuiſſe*, ſcil. metientem. Hoc tamen, ſi Joſephum non vero Talmudiſt. ſequamur, concedi poteſt, editiorem quendam locum fuiſſe inter hoc חיל & atrium: μετὰ δὲ τὰς δεκατέσσαρας βαθμὰς, τὸ

μέχρι

μέχρι τȣ̃ τείχȣς διάϛημα πηχῶν ἦν δέκα, πᾶν ἰσόπεδον, poſt 14. *autem gradus, ſpatium uſque ad murum erat decem* (non, ut imperite legitur in Gelenii verſione, trecentorum) *cubitorum, totumque erat planum.* Hæc verba leguntur libr. de bello Jud. 5. cap. 14. ſecundum Græcam diſtinctionem: iiſque locum quendam latum cubitis decem & altum ſeptem (nam gradus ſinguli erant dimidii cubiti) deſcribi conſtat. Sed hujuſmodi ad ea referri poſſent, quæ Herodes innovavit, niſi templum Sorobabelis qua ab Herode reſtauratum in Miſnajoth deſcribi conſtaret: verum his omiſſis, ſanctitatem potius, quam Joſephus ibidem deſcriptis locis tribuit, videamus. Habuimus ſpatium in partes duas diſpeſcitum, quarum prior ab ambitu templi ad ſeptum cancellatum; poſterior vero ab hoc ſepto ad atrium vel atria pertingebat. Totus locus ſanctior quidem erat regionibus circumjectis; cedebat tamen atriis: nam atria ingredi alienigenis non licebat, ne iis quidem Iſraëlitis qui impuri eſſent: ideo inquit *ἀνδρῶν δ' οἱ μὴ κατὰ πᾶν ἡγνευκότες, εἴργοντο τῆς ἔνδον αὐλῆς, viri autem qui non per omnia caſti eſſent, ab interiori aula prohibebantur.* Quamvis autem alienigenis &c. deſcriptum jam locum & bipertitum adire liceret; tamen ſanctitate quadam eundem multis aliis præferebant, cum eundem non ſolum leproſis, & certo quodam caſu cadaveribus, (quod omnibus civitatibus muro cinctis commune fuit) multis denique rebus a tota civitate Jeruſalem arceri ſolitis; ſed etiam gonorrhæis, menſtruatis iiſque quæ recenter pepererant interdicerent quoad partem exteriorem, quæ ſynecdochice הר הבית *mons templi* dicebatur, quæque proxime cingebat ipſum חיל ſive *intermurale*. In ſpacii deſcripti partem interiorem ſive חיל non admittebant quoque hæreticum, nec contaminatum ex cadavere, aut qui cum menſtruata conſuevisset. Quæ omnia plurimis locis in Talmude docentur. Quum autem Actor. 21, 28. accuſatur Paulus quod Græcos in templum, *ἱερὸν*, introduxerit, cultus ceremonialis adjuncta deſcriptio affatim docet, de eo ſermonem eſſe quod Joſephus *δεύτερον ἱερὸν* vocat, ubi atria fuere. Antequam ad reliqua deſcendamus, non ingratum erit, ſi loca quædam S. Scripturæ illuſtrentur ex iis quæ ad hunc deſcriptum locum, quem ex Joſepho *πρῶτον ἱερὸν* nuncupare poſſemus, pertinent. Primum Joſephus nos docet manifeſte totum hoc *πρῶτον ἱερὸν* non hypæthrum; ſed ex parte porticibus affabrefactis ornatum fuiſſe, quibus ab injuria cæli immunes eſſe poſſent qui ulterius non progrediebantur. *διπλαῖ* (inquit eodem capite jam producto) *αἱ ϛοαὶ πᾶσαι, κίονες δ' αὐταῖς εἰκοσιπέντε πηχῶν τὸ ὕψος ἐφεϛήκησαν, μονόλιθοι λευκοτάτης μαρμάρȣ· κεδρίνοις δὲ φατνώμασιν ὠρόφοντο. duplices porticus omnes, quas columnæ ſuſtinebant quinis & vicenis cubitis altæ, de ſingulis ſaxis marmore candido: laquearibus autem cedrinis tegebantur.* Itaque cum *ἱερȣ̃* (quod templum reddunt) frequens mentio fiat in Euangeliſtarum ſcriptis, non ſunt eorum verba ſemper de ipſo templo proprie dicto accipienda: nam Servator in templo iſto populum non docuit, utpote inde excluſum; ſed vel in atriis, vel hoc exteriori loco quem Joſeph ſicut & Euangeliſtæ *ἱερὸν* vocant, ſcil. primum: ut atria ſecundum (quod jam attigi) *ἱερὸν* dicuntur. Sane cum Servator in templo docuiſſe cap. 8. Johannis legitur, quo mulierem in adulterio depræhenſam Phariſæi ipſi adduxerunt; alium locum præter hunc, qui erat extra atria, deſignari credere nequeo: quandoquidem e Joſepho obſervatum jam fuit, impuris atria adire fas non fuiſſe. Qui in atrio docuerit Chriſtus, dicetur poſtea: pergo ad nomen generale בית יהוה, quo *πρῶτον ἱερὸν primum templum* etiam deſignari autumo; quia præter varia S. S. teſtimonia (2 Reg. 23, 11. &c.) quibus illius nominis uſus extenditur, alicubi bene obſervat id ipſum D. Kimchi, cum inquit, הר הבית בכללו נקרא בית המקדש, *mons domus in univerſum vocatur domus ſanctuarii.* Quocirca nihil impedit quominus iſtud 2 Reg. 11, 2. חדר המטות, *receptaculum lectorum*, fuerit in eodem illo primo ſancto, (ut vocatur ex Joſepho;) quamvis in domo Dei fuiſſe dicatur: quia hoc nomen latiſſime patet. Nam lectorum uſum ab interiori atrio religioſe arcuiſſe Judæos, demonſtratum fuit cap. 1. ſect. 8. Ideoque ſubleſto argumento nituntur, qui ex eo quod Jehoſebah nepotem Joaſchum in domo Dei occultaverit, in æde ſacra vel proximum ædem in cellis ei adjectis moniales virgines habitaſſe contendunt. Etenim ut nihil dicam de Jehoſebæ matrimonio (juncta enim erat viro ſacerdoti Jojadæ;) nec de honeſtate, quæ minime permittebat ut virgines Deo ſacræ monas ſuas cum ſacerdotibus haberent communes: fœminis interiora iſta loca adire non dabatur; ac ne quidem Jehoſebam eo penetraſſe ex illo loco evinci poteſt, ſaltem ſi Judæis in ſuis ceremoniis & ritibus fidem habere velimus. Verum ſpectemus alia. In eodem loco. i. inter ambitum templi ſive murum montis & atrium collocari debet, meo judicio, exedra illa 2 Reg. 23, 11. ubi alebantur equi quos Soli conſecraverant, quibuſque Soli orienti obviam procedebant, (prout iſta idololatria ex Hebræis & profanis auctoribus liquet.) Quia ſecus ſentientes in eo decepti videntur, quod לשכה *exedram* domum ſignificare, quæ in ſuburbiis civitatis eſſet, exiſtimaverint; cum tamen appendicem alicujus ſtructuræ paſſim deſignet: cujuſmodi hic varias fuiſſe, i. exedras ſive cellas aut conclavia, e cap. 1. hujus tractatus liquere poteſt. Deinde ſignificatio τȣ̃ פרורים, quod 2 Reg. 23. legitur, errori cauſam præbuiſſe videtur: quia enim hoc nomen Chaldæis ſuburbia ſignificat, ideo iſto loco idem deſignare creditum fuit. Sed ſi quis conferat 1 Chron. 26, 18. intelliget facile, tropum iſtic agnoſcendum eſſe: nam פרורים in ſingulari eſſet פרור, quod idem eſſe cum פרבר per literarum בומף enallagen quis non videt? atqui פרבר in Chronicis locum hunc de quo agimus deſignat. Quemadmodum enim ſuburbia extra civitates ſunt, & earum veluti partes exteriores quæ civitates ſæpe cingunt: pari modo extra atria omnia, intra templi ambitum, i. murum extimum locus erat ipſa cingens atria ædemque iis incluſam, inſtar ſuburbiorum quorundam; ubi porticus columnis diſtinctæ variaque receptacula ſuburbanarum ædium veluti ſpeciem præbebant. Verum quidem eſt l. 1. Chron. cap. 26, verſ. 18. פרבר ſtrictius accipi. i. pro parte ſpatii iſtius occidentali: at non per ſe; ſed quia ibidem per מערב reſtringitur ad latus occidentale. Cæterum in eodem ſpatio, ſed meridionali, fuit *γαζοφυλάκιον*, cujus crebra in Novo Teſt. fit mentio; etiam libri שקלים variis cap. ubi cum varia nobis gazophylacia proponantur, iſtud inprimis ad rem præſentem facit quod cap. 5. ſect. 6. deſcribitur. שתי לשכוי היו במקדש אחרת לשכת חשאים ואחרת לשכת הכלים לשכת חשאים יראי חטא נותנים לתוכה בחשאי ועניי בני טובין מתפרנסין מתוכה בחשאי, *duo receptacula erant in ſanctuario, unum receptaculum ſilentium; alterum vaſorum, receptaculum ſilentium erat, in quod timentes peccati eleomoſynam conferebant cum ſilentio; pauperes vero bonorum filii inde alebantur cum ſilentio.* Sic autem gazophylacium pauperam erat in primo *ἱερῷ*, ut inhæreret atrii muro, adeoque inter utrumque eſſet locum: qua ratione ad עזרה *atrium* Judæi illud retuliſſe mihi videntur. Nam quod in מקדש ſtatuatur, nihil eſt cur quemquam moveat; quia ſupra docui totum הר הבית *montem ædis* eo nomine venire. Hanc ſententiam præter 1 Chron. 28, 12. exigunt Marci verba & *παράδοσις* cap. 1. ſect. 1. hujus libri; admittit vero Joſephus. Mar. cap. 12. verſ. 41. hæc legimus, *καθίσας ὁ Ἰησȣ̃ς κατέναντι τȣ̃ γαζοφυλακίȣ, ἐθεώρει* &c. *ſedens Jeſus e regione gazophylacii, videbat &c.* ubi conſediſſe Servator legitur: quod tacite non prætermiſiſſent, vel æquis animis paſſi fuiſſent Judæi, ſi in atrio factum fuiſſet: quandoquidem docent שאין ישיבה בעורה אלא למלכי בית דוד, *ſedere in atrio non concedi niſi regibus familiæ Davidis*; iſti vero Judæorum magiſtri Servatorem noſtrum regem (quamvis eſſet) non agnoſcebant. Deinde ſect. 1. cap. 1. inter loca Levitarum excubiis aſſignata fuit לשכת הקרבן *receptaculum oblationum:* atqui Levitas extra atrium excubias egiſſe conſtat. Denique illi ſententiæ non adverſatur Joſephus *ἁλώσ. λόγ. έ. κεφ. ιδ'.* cum de atrii porticibus ait, *αἱ ϛοαὶ μεταξὺ τῶν πυλῶν ἀπὸ τȣ̃ τείχȣς ἔνδον ἐϛραμμέναι πρὸ τῶν γαζοφυλακίων*, (quæ ſic reddo) *porticus inter portas, a muro averſæ intro, ante gazophylacia.* Nam Joſephus

cum antea diceret διὰ τέτε προϊόντων ἐπὶ τὸ δεύτερον ἱερόν, *per hoc procedentibus ad ſecundum ſanctum*, & prius exteriora quam interiora deſcriberet, oſtendebat ſatis, ſe cum ex humani corporis ſitu loca deſcriberet hominem ſpectaſſe ut oculos ad interiora loca convertentem. Quapropter ubi dicit πρὸ τῶν γαζοφυλακίων, *ante gazophylacia* fuiſſe atrii porticus; hoc ſibi vult, eum qui ſe a templi ambitu & gazophylaciis convertit ad atrium, i. locum interiorem, habere ante ſe atrii porticus: unde gazophylacia fuiſſe porticibus exteriora conſequi videtur. Atque idem de nummulariorum menſis & vendentium cathedris judicium eſto: in hoc extimo ἱερῷ fuiſſe. Qua ratione intelligendum quod de bobus & ovibus ejectis ἐκ τῦ ἱερῦ & menſis ibi everſis tradunt Euangeliſtæ Matth. 21, 12. Joh. 2, 14. & 15. Ubi quæ de animalibus habentur, aptis & idoneis ad ſacrificia in templo peragenda, ſatis percipiunt qui ad ceremonialem veterum cultum attendunt: de numulariis magis ambigi poſſet, quo ſpectarint. Invenio tamen in libro שקלים, e παραδόσει etiam in ἱερῷ numularios fuiſſe: adeo ut cum de venditione ac emptione, tum de re numaria facile probari poſſint quæ ad Euangeliſtarum teſtimonia illuſtranda faciunt. Sane tabernas, in quibus uſui neceſſaria mercarentur plurimi, agnoſcit Gemara Talmudis Babylonici variis locis: inter alia libri עבודה זרה cap. 1. annotatur R. Iſmaëlis moribundi prophetia, ארבעין שנה עד לא חרב הבית גלתה סנהדרין וישבה לה בחניות, *quadraginta annis antequam vaſtaretur Ædes, migravit ſupremus ſenatus & conſedit in tabernis.* Idem dicitur in ראש השנה in Gemara, fol. edit. Venetæ 31. facie priori ſub finem, גלתה סנהדרין מגמרי מלשכת הגזית לחנות ומחניות לירושלם, *migravit ſupremus ſenatus omnimode ab exedra lapidum cæſorum* (loco ubi olim habebatur ſenatus) *ad tabernas, & a tabernis ad Jeruſalem.* Quaſi dicerent, ob populi peccata ſenatum iſtum paulatim locum ſanctum dereliquiſſe: quemadmodum Talmudiſtæ ibidem enarrant. Unde videmus inter atrium & Jeruſalem aliaque circumjacentia loca, fuiſſe officinas vel tabernas, apud quas ſenatus etiam habebatur cum ſanctiorem locum reliquiſſet: nimirum in hoc exteriori inter atrium & ambitum extimum ſpatio, quod ſpeciatim הר הבית *mons ædis* indigetatur. Ita enim R. Nathan qui *juſtus* cognominatur, מקום חוץ מלשכת הגזית היה בהר הבית ושמו חניות, *locus erat extra exedram lapidis cæſi in monte ædis, cui nomen tabernæ.* In quibus quid ageretur indicat Elias, ואנחנו נוהגים לקרא למקום פתוח לרוחה שמוכרין שם הסחורה חנות וכן הבית שמלוים שם ברבית נקרא חנות, *nos autem ſolemus vocare locum apertum ad ſpatia libera, ubi vendunt merces, tabernam: ſic domus ubi mutuant pecuniam cum fœnore dicitur taberna.* Ubi videmus poſterioribus verbis etiam numulariis locum aſſignari: quorum genus quoddam nobis in שקלים proponitur, idque ſub unius nomine qui præ cæteris pius & juſtus fuerit, uti ferunt. Sic igitur auctor infit cap. 5. ſect. 1. אלו הן הממונים שהיו במקדש יוחנן בן פינחס על החותמות, *hi ſunt præfecti qui fuere in ſanctuario, Joannes filius Pinchaſi præfectus teſſeris, &c.* Deinde ſubjungit ſect. 4. מי שהוא מבקש נסכין הולך לו אצל יוחנן שהוא ממונה על החותמות נותן לו מעות ומקבל ממנו חותם בא לו אצל אחיה שהוא ממונה על הנסכים ונותן לו אותם ומקבל ממנו נסכים ולערב באים זה אצל זה ואחיה מוציא את החותמות ומקבל כנגדן מעות, *quicunque quærit libamina adit Joannem, qui teſſeris numariis præfectus eſt: cui dat nummos, & viciſſim teſſeram accipit: deinde compellat Achijam qui præeſt libaminibus; cui tradit teſſeram, accipiens viciſſim libamina. veſperi conveniunt ſimul, Achija profert teſſeras, & earum loco numos accipit.* (ubi etiam emendi vendendique conſuetudo obſervetur.) Alibi etiam in eodem libro varie explicatur, qui in templo pecuniam tractaverint: ad quæ menſis opus fuit. Quin & numulariorum & τραπεζῶν *menſarum* expreſſa fit mentio ejuſdem libri cap. 1. ſect. 3. בחמישה עשר באדר שולחנות יושבים במדינה בעשרים וחמשה בו ישבו במקדש, *die decimoquinto Febr. ad menſas ſedebant in urbe* (Jeruſalem, ut vult Barten.) 25. *autem die ad menſas ſedebant in templo.* Ubi conſideranda Maimonidis verba: שולחן לשולחן שלפני השולחני שמקבל עליו וכן קורין השלפני שולחני בכל המשנה, *menſa*, i. *ad menſam quæ eſt ante numularium ſive trapezitam, qui ſuper ea accipit* (ſcil. pecuniam.) *& ſic vocant eum, qui permutat pecuniam, trapezitam in Miſna*, i. traditionibus Talmudicis. Quia vero Matth. 21. & Joh. 2. (quæ capita jam produxi) mentio fit κολλυβιςῶν, ſectio 6. capitis hujus 1. Schekal. negligenda non eſt, quum ab iis qui ſiclum permutant numulariis perſolvendas eſſe קולבנות lege ſanciatur; a קלבון autem Græcum κόλλυβος derivetur. Deducunt autem קולבון a קל, ac ſi leve & vile ac minutulum quid dicas: nam פון eſt ſyllabica adjectio, quæ ף ſuum in vicinum ב permutat. Adeo ut קולבון videatur eſſe λεπτὸν tenue & minutulum illud de quo Luc. 21, 2. nam Heb. קולבון 24. vel (quæ potior ſententia) 48 ſicli ſacri partem eſſe affirmant. i. ad ſummum (etiamſi ad poſteriora tempora reſpiciamus) quinque numulos ſive *deutas* ut vocant Belgæ, cum poſteriorem numerum, i. 48, amplectimur. Unde liquet quid muliercula iſta in pauperes contulerit. Sed de his ſatis: ulterius progrediamur. & quum varia quæ ad primum ἱερὸν pertinent percurramus, portam quoque inſignem, cujus cap. 1. Miſna ſpeciatim & diſtincte non meminit, contemplemur: quia verſ. 5. cap. 10. l. 1. Reg. hinc lucem mutuatur; cum alias non appareat, qui tantopere extollatur aſcenſus ille quo rex ad domum Dei aſcendebat. Verum quidem eſt reges etiam per Orientalem portam ingreſſos fuiſſe templum, unde factum ut hæc porta 1 Chron. 9, 18. porta regis nuncuparetur: attamen portam habuerunt propriam in Occidente, eamque mirandi operis. Nam quum profunda vallis inter urbem & occiduum templi latus dehiſceret, ut pene ad proſpectum oculi caligarent, aggeſta terra eam explere neceſſe habuit rex Salomon: quo aditum ſibi in templum pararet per eam portam, quæ illic in primo erat ἱερῷ, & cum aliis quibuſdam a Joſepho his verbis deſcribitur. ἐν δὲ τοῖς ἑσπερίοις μέρεσι τῦ περιβόλυ πύλαι δ΄ ἐφέςασαν. ἡ μὲν εἰς τὰ βασίλεια τείνυσα, τῆς ἐν μέσῳ φάραγγος εἰς δίοδον ἀπειλημμένης. αἱ β΄ δὲ εἰς τὸ προάςειον, ἡ λοιπὴ δὲ εἰς τὴν ἄλλην πόλιν. *Occidentales autem ambitus partes quatuor portas habebant. Harum una in regiam ducebat, intermedia valle ad tranſitum intercepta; duæ in ſuburbia ferebant; poſtrema in reliquam urbem.* Atque inter has poſteriores etiam & urbem occurrebat vallis, ut Joſephus adjicit. Inde jam perſpicitur quare una ex illis 1 Chron. 26, 16. dicatur *porta injectus in aggere aſcendente*; puta quod terra injecta agger ad aſcenſum commodum creverit & aſcenderit. Imo hinc locus alioqui difficilior in Eſaia (cap. 6. ver. 13.) illuſtratur quoque: quum enim dicitur, *Sicut quercus & robur, quæ in injectu, ſtatumen in eis*; ſi ad commemoratam portam oculos convertamus, convenientiſſimus ſenſus ſe nobis offeret. Nam ſi ſubaudiatur porta, q. d. *in porta injectus* (cujuſmodi ellipſin cum Eſt. 5. 1. tum alibi obſervarunt interpretes) prophetiæ hæc fuerit mens: quemadmodum ad portam injectus, quæ in templi ambitu ſita ex injecta terra quo vallis ſubjecta impleretur nomen habet, omnia firmabantur, quo minus dilaberentur, roboribus aliiſque arboribus firmiſſimis; ſic ſemen ſanctum habitans in templo ſpirituali impiis etiam erit inſtar ſtatuminis alicujus. Quo ſpectant verba Doctoris noſtri Matth. 24, 22. *Niſi contracti fuiſſent dies illi* (afflictionis) *non fuiſſet ſervata ulla caro: ſed propter electos contrahentur dies illi.* Cæterum Achaz rex impius quum regi Aſſyriæ, cujus ope ab Iſraëlitarum & Syrorum regibus liberatus fuerat, gratificari vellet, hunc acceſſum ad Dei ædem amovit: quemadmodum & alia ad Dei cultum pertinentia in idololatræ illius gratiam ſummoviſſe legitur 2 Reg. 16, 18. Inter quæ fuit *operimentum Sabbathi*, מוסך השבת: quod in eum finem confectum videtur, quo populus diebus Sabbathicis magna frequentia confluens, quem porticus quandoque capere non poterant, ſub illo tegmine ab injuria cæli tutus eſſet. Non me fugit qui Judæi citatum paragraphum explicent: verum variis de cauſis (quas addere prolixum; nec neceſſarium, quia propoſita enarratio cum vocum ſignificatu & antecedentibus omnibus congruit maxime) nondum arridere potuit. Porro quæ hic annotata fuere de regis ingreſſu per portam orientalem & occidentalem, non ita accipi velim, ac ſi nunquam ipſi alia porta patuerit: nam fuit cum & alia via exi-

ret.

ret. Sic 2 Regum 11, 19. rex Joaſchus e templo ad regiam deductus dicitur *via portæ curſorum*. Quæ porta quo loco fuerit docet comparatio verſ. 6. ejuſdem capitis cum 2 Chr. 23, 4. ubi eadem porta collocatur inter portas הספים, quas ad meridiem fuiſſe exiſtimant; ſicuti portam סור ſive היסוד, cujus ibidem fit mentio, ad Orientem fuiſſe ſtatuunt. Quæ tamen ita accipienda non ſunt (quicquid Judæi quidam ſentiant) quaſi prædictæ portæ in atrio fuerint; ſed in ambitu extimo. Etenim duo regiorum cuſtodum (e ſacris miniſtris deſumptorum) ordines ibi deſcribuntur, quorum unus circa regem, alter ab eo remotior ad extrema templi latera ſive montis templi ambitum invigilarent, ne quid adverſus regem ab Hathalia moveretur. Atque ex ipſa hiſtoria liquet portam qua de agimus ad poſteriorem ordinem pertinuiſſe, eamque *poſt curſores ſive ſatellites* nuncupari, quod hi ad illam vicinaſque portas ita excubias agerent, ut medii inter illas ambitus portas & atrii murum ſubſiſterent. Denique hoc ex Joſepho addam, cum in primo ἱερῷ præter porticus & varia receptacula multum ſpacii, ut jam ex parte vidimus, vacuum fuerit, totum hoc fuiſſe variegatum lapidibus diverſis: τὸ ὕπαιθρον ἅπαν (hujus ſpatii) πεποίκιλτο παντοδαπῶν λίθων κατεστρωμένον. i. *totum ſub dio ſpatium variabatur, omnium generum lapidibus ſtratum.* Hactenus varia quæ in הר הבית (ſtricte ſumpto) & חיל continebantur expedivimus, adeo ut ad הלכות redeundum videri queat: verumtamen quia huc collimo, ut ea inprimis annotem quæ ad S. literas penitius intelligendas faciunt, nec quemquam latere poteſt quædam ab Euangeliſtis in στοᾷ τοῦ Σολομῶντος *porticu Solomonis* geſta perhiberi; ideo quamvis de primis porticibus jam actum ſit, diſtinctius de hac parte quæ a Salomone nomen habet dicendum eſt. Itaque de loco dubitari poſſet iſtius porticus: nam quia primum templum a Salomone ſolo conditum fuit, ratio non apparet cur hæc porticus potius quam illa dicatur Salomonis; & poſtquam eo diruto aliud templum extructum fuit; quæ ratio in novis porticibus unam præ reliquis a Salomone denominari ſuadeat, non ſtatim apparet. Verumenimvero rem expedit paucis Joſephus, cum de populo, qui opificum otium averſabatur nec pecuniam quæ aliis tandem præda fieret repoſitam habere volebat, ita loquitur ἀρχαιολ. λόγ. κ΄. κεφ. η΄. ἔπειθε τὸν βασιλέα τὴν ἀνατολικὴν στοὰν ἀνεγεῖραι. ἦν δὲ ἡ στοὰ τοῦ μὲν ἔξωθεν ἱεροῦ, κειμένη δὲ ἐν φάραγγι βαθείᾳ τετρακοσίων πηχῶν τοὺς τοίχους ἔχουσα, ἐκ λίθων δὲ τετραγώνων κατεσκεύαστο, καὶ λευκῶν πάνυ. τὸ μὲν μῆκος ἑκάστου λίθου, πήχεις εἴκοσι, τὸ δ᾽ ὕψος ἕξ. ἔργον Σολομῶντος τοῦ βασιλέως. *Suaſit regi orientalem inſtauraret porticum. erat autem porticus exterioris templi* (i. הר הבית ut apparet l. 8. c. 2.) *profundæ valli imminens, proinde ſubnixa muris quadringentorum cubitorum, ſaxis quadratis conſtructa valde candidis. Longitudo autem cujuſque ſaxi erat cubitorum viginti, altitudo vero ſex. Opus Salomonis regis.* Quibus verbis multa docemur, primo Salomonis dici, quod reliquis porticibus everſis hæc ſola ex illius operibus ideoque & porticibus. Deinde ubi & quænam fuerit: nimirum in prima templi (late ſumpta hac voce) regione fuiſſe primam porticum orientalem valli orientali eique profundiſſimæ imminentem. Tertio, cur diſcipulorum unus admirabundus his verbis compellet Servatorem Marc. 13, 1. διδάσκαλε, ἴδε ποταποὶ λίθοι, *Magiſter, aſpice quales lapides:* hic enim (ut alia mittam) forma & magnitudo, quæ ipſis admirationem movebant, ob oculos ponuntur. Denique, quis locus deſignetur cum Joh. 10, 21. tum alibi, ubi porticus illius fit mentio; nequis exiſtimet, cum Chriſtus in templo in porticu Salomonis ambulaſſe dicitur, eum in porticum templi quæ Sancto adhærebat ultra ſacerdotum atrium fuiſſe ingreſſum. Atque hæc quidem de iis quæ in prima regione conſpiciebantur dicta ſunto; ad atrium nos conferamus, quod τὸ δεύτερον ἱερὸν uti vidimus Joſepho dicitur: ubi noſtra Miſna de gradibus, quibus ad atrium mulierum aſcendebatur, verba facit; atque illorum occaſione quædam multis, totius ſtructuræ partibus communia proponit.

(4) Gradus autem inter πρῶτον περίβολον & τὸ δεύτερον hic numerantur duodecim, quibus dimidii cubiti altitudo & latitudo tribuuntur, ut & reliquis omnibus, ſi eos qui ad porticum templi ſive pronaum erant excipias. At Joſephus, quum ei in pluribus cum auctore noſtro conveniat, hac in parte longe ab eodem recedit. Si enim verba illius, cum de Herodis templo loquitur, bene expendas, invenies primo numeri diverſitatem, quum pro duodecim ſubſtituat quatuordecim; nec hos ubique: quia ſecundum circuitum alicubi dicit fuiſſe πρόσβατον βαθμῖσιν ὀλίγαις, *paucis gradibus ſcanſilem*; cum tamen 14 reſpectu 15, quibus plures in hac ejus deſcriptione non ponuntur, pauci non ſint. Cujus cauſa eſt (quæ ſecundo notetur differentia) graduum, ut ipſe agnoſcit, inæqualitas: orientales enim facit iis qui latera claudunt depreſſiores; ut hæc verba edocent quæ in graduum atrii Iſraëlis deſcriptione adhibet, τῶν γὰρ κατὰ τὰς ἄλλας πέντε βαθμῶν ἦσαν βραχύτεροι, *namque illis quinque gradibus, qui ad alias portas ducebant, erant breviores.* Quæ Gelenius male vertit vel ſaltem diſtinxit, quaſi gradus, quorum ibi meminit Joſephus, a gradibus aliarum portarum ſuperarentur gradibus quinque: quem ſenſum Græca conſtructio non admittit, nec etiam graduum numerus. Etenim iſto loco, i. ἁλώσ. ε΄. κεφ. ιδ΄. gradus illos quindecim cum quinque aliis confert, quorum antea mentionem fecerat, & (ſicuti ex attenta collatione liquet) a lateribus dextro ſiniſtroque atrii Iſraëlis & Sacerdotum collocaverat: adeo ut plane impoſſibile fuerit, hos gradus ab illis, qui tantum quinque erant, quinque gradibus ſuperari. Tertia differentia inprimis obſervanda, cum Joſephus altitudinem quinque graduum, i. ſecundum Miſnajoth, duorum cubitorum cum dimidio, inter atrium virorum & Sacerdotum non collocat cum hujus libri auctore; ſed in lateribus atrii Iſraëlis ſive virorum: ubi locum fuiſſe latum decem cubitis, altioremque primo περιβόλῳ teſtatur; unde ulterius ad Iſraëlis & Sacerdotum atrium quinque illis gradibus aſcenderetur.

(5) Porro in graduum deſcriptione utitur Miſna vocabulo שלחה, Vitruvius dicit retractionem; ibi Philander, *Retractiones vocat, ubi gradus calcantur:* conveniunt Hebræi, שלחה משך רוחב המעלה והיינו מקום דריסת הרגל, i. שלחה *eſt tractus latitudinis ipſius gradus*, i. *locus calcationis pedum*; גב המעלה היא שלחה *ſuperficies ipſius gradus eſt* שלחה *ſive retractio.*

(6) Quod deinde de porticu ſubjicitur, id de porticu templi inter templum & altare accipiatur, ubi præter alias differentias etiam hæc cap. 3. ſect. 6. annotatur, quod retractiones ampliores fuerint.

(7) Sic iſtius porticus portæ a reliquis differebant ex utriuſque ſententia, Joſephi & autoris noſtri: quamvis in ſua cuique tribuenda menſura non conveniant in cubitorum numero: niſi in numerorum notis deſcribendis Scribas negligentiæ & imperitiæ inſimulare malimus. Inter has portas quærenda eſt illa cujus mentio fit Actor. 3, 2. & 10. quam ob pulchritudinem ὡραίαν dicebant, i. *ſpecioſam:* ubi claudus, qui ibidem curatus legitur, quotidie eleemoſynam petierat ab ingredientibus. Eam omnino exiſtimo fuiſſe orientalem portam atrii mulierum: nam ibi proculdubio claudus collocabatur, ubi a plurimis qui ad cultum divinum atria, i. loca ſanctiora ingrediebantur conſpiceretur; at hæc porta orientalis a plurimis frequentabatur. Sic enim Joſephus ἀρχαιολ. ιε΄. εἶχε δ᾽ ὁ μὲν ἐντὸς περίβολος καθ᾽ ἡλίου βολὰς ἕνα τὸν μέγαν, δι᾽ οὗ παρήεσαν ἁγνοὶ μετὰ γυναικῶν, *interior autem circuitus patebat ab oriente una magna porta, per quam intrarent caſti cum uxoribus.* Ubi piorum, qui non tantum in exteriorem circuitum, ſed in ipſa atria ſe recipiebant, maximam frequentiam ad hanc portam ſtatuit; quia non tantum viri, ſed etiam mulieres illac ingrediebantur. Verum omnem dubitandi ſcrupulum eximit Joſephus, cum nobis nominis notationem aperit, cur dicatur ſpecioſa: quoniam ubi 9. reliquas interioris circuitus portas auro undique tectas dixiſſet, de porta decima ſubjicit, μία δ᾽ ἡ ἔξωθεν τοῦ νεὼ κορινθίου

θὶκ χαλκῦ, πολὺ τῇ τιμῇ τὰς καταργύρυς ᾗ περιχρύσυς ὑπεράγυσα, *una vero extra templum* (ſic nominat atrium, ut inſpicienti patet) *ex ære Corinthio, quæ multum argento incluſas & inauratas dignitate ſuperabat.* Hanc portam orientalem quæ ad atrium ab ipſo חיל *intermurali* deducebat multum reliquis præfert, non quidem materia ut apparet, ſed elegantia: adeo ut hinc *ὡραίαν* dictam fuiſſe nemo inficiari queat.

(8) Poſtea eadem ſectione fores vel valvæ in templi porticu fuiſſe negantur: quod etſi ſatis ſecure Hebræi alii prætermittant, tamen ex Joſepho ſatis innoteſcit. Senſus eſt, in illa porticu oſtium ſive aperturam, vel lumen (ut aliis dicitur) fuiſſe; attamen defuiſſe valvas quibus clauderetur: hæc enim ſunt illius verba cum ad templi proprie dicti deſcriptionem ſe accingit, *ἡ πρώτη ᾿ αὐτῦ πύλη θύρας ὐκ εἶχε· τῦ γὰρ ὐρανῦ τὸ ἀφανὲς ᾗ ἀδιάκλειςον ἐνέφαινε*, *prima vero ejus porta fores non habebat, cœlum enim undique conſpicuum & ubique patens ſignificabat.* Præter cauſam hanc annotat idem & aliam, quare fores defuerint: ut fani pars anterior auro conſpicua una cum illa vite aurea, de qua in ſequentibus, conſpiceretur. Quocirca cum alibi idem in hunc modum loquitur, *θύρας ᾿ ἐπὶ τοῖς εἰσόδοις σὺν τοῖς ὑποθυρίοις ἶσον ἐχύσας τῷ ναῷ ποικίλοις ἐμπετάσμασι κεκόσμητο*, *fores in ingreſſu cum ſuperliminari ipſi fano æquales variegatis aulæis ornatas habebat*, cum inquam hæc dicit, non exteriorem; ſed interiorem portam quæ ad fanum ducebat, quamque alibi *τὴν εἴσω πύλην* nominat, intelligi vult.

(9) De liminibus etiam agit Miſna ſub nomine שקופות ejuſdem ſignificationis cum משקף: a שקוף, non qua *proſpiſpicere* ſignificat, quod limen ſuperum proſpectui pateat; ſed quatenus deſignat *impellere*, *allidere*, ut Pſal. 136. ſub finem ܢܫܦܩ ܠܟܐܦܐ *allidet ad petram.* Hinc R. Schemaja; hujuſmodi fieri לשם הקשת הדלת *ad illiſum januæ*, ut janua & fores impellantur & illidantur illis. Quæ eo pertinent, ut hic omnia deſignari ſciamus quæcunque fores impulſas excipiunt, cujuſmodi ſunt uterque poſtis, limen ſuperum & inferum.

(10) Convenienter expoſitioni qua exceptionem in porta שקופות τῶν טרי enarrant Judæi: ita enim in ea defectum farciri docent, ut non ſolum liminum, ſed etiam poſtium loco ſaxa veniant. בי אבנים מונחות ז על גב ז באחת חקוק חצי הפתח משקוף העליון ותקוקי חצי מזוזה מכאן וחצי מזוזה מכאן ובאחרת חקוק מפתח התחתון וחצי מזוזה חקוקה מכאן וחצי מזוזה חקוקה מכאן, *duo erant lapides, quorum unus alteri erat impoſitus: in uno exſculptum erat dimidium oſtii.* ſcil. *limen ſuperum, & dimidius poſt is ſculptus ab una parte, & dimidius a parte altera. In altero* (lapide ſcil. inferiori) *exſculptum erat limen inferum, & dimidius poſtis exſculptus erat ab uno latere, & dimidius poſtis ab altero latere ſculptus erat.* Unde jam quid contextus verba מונחות ז על גב ז ſibi velint videre licet: cum tamen vir doctus inter Judæos ſe ea non percipere fateatur.

(11) Unicum hic ſupereſt notatu dignum, ſi credere fas eſt: nimirum duplex miraculum quod in valvis portæ atrii orientalis, i. Nicanor deferendis editum narrant Judæi: cujus cum hoc loco tum alibi meminerunt. Verba eorum omnia recenſere & interpretari nimis longum eſſet: itaque quæ in Gemara Hieroſolymitana libri *Joma* & alibi reperi, brevibus proponam. Nicanor, ut ferunt, vir pius Alexandriam in Ægyptum profectus valvas ſive fores fabrefactas magnaque induſtria confectas ſibi comparaverat: quarum unam, cum navi ad terram ſanctam veherentur, magna orta tempeſtate, nautæ in mare projecerunt. Hic Nicanor amplectitur alteram: quam ſe non dimiſſurum; ſed ſi ipſa in mare projiciatur, ſe quoque una projectum iri affirmat. Quocirca Deus hominis miſertus tempeſtatem ſedavit; imo quum in Ptolemaidis portum perveniſſent, priorem quoque jam demerſam illi reſtituit: quippe quæ ſub navi (ut volunt) paulatim in portum prorepſerit. En duplex miraculum, quod ne hæc porta immutaretur, in cauſa, ſicuti hic legimus, fuiſſe ferunt.

ד כל הכתלים שהיו שם היו גבוהים חוץ מכותל המזרחי שהכהן השורף את הפרה עומד בראש הר המשחה ומתכוון ורואה בפתחו של היכל בשעת הזיית הדם:

4. Atque omnes parietes qui ibi erant, erant alti, præter parietem orientalem: quia Sacerdos vaccam comburens ſtabat in cacumine montis Oliveti, atque collimabat ac intuebatur in portam ædis, eo tempore quo ſpargeret ſanguinem.

R. OB. DE BARTENORA.

כל הכותלים שהיו שם *Omnes parietes qui illic erant*, in omnibus ædificiis montis Templi. *Alti erant*, uſque adeo ut omnes portæ quæ illic erant viginti eſſent cubitorum, præter id quod ſupra portas erat. *Præter parietem orientalem*, qui eſt inferius circa montis planitiem.

שהכהן השורף את הפרה עומד בראש הר המשחה *Quia ſacerdos vaccam comburens ſtabat in cacumine montis olivarum*, ad orientem Jeruſolymæ, & ſacerdotis facies ad occidentem converſa erat, conſiſtens ipſe ſuper altitudine cacuminis parietis, per portas intra murum videbat januam Templi, quando ſanguis ſpargebatur, ſicuti ſcriptum eſt Num. 19, 4. *Et ſparget e regione Tabernaculi conventus.* Si igitur paries altus eſſet, etſi omnes januæ ſibi invicem oppoſitæ eſſent, porta montis Templi erat e regione portæ atrii mulierum, & porta atrii mulierum e regione portæ atrii magni; & porta atrii magni e regione januæ Templi, januam Templi videre non poterat per viam januarum, quia mons magis magiſque aſſurgebat uſque dum fundus portæ Templi altus eſſet viginti duos cubitos ultra montis Templi fundum. Hinc fiebat ut limen portæ Templi altius eſſet ſuperliminari portæ montis Templi duas ulnas, quia porta montis Templi non altior erat viginti cubitis, ſicuti Miſna dixit ſuperius. Inde conſtat quod ſacerdos vaccam ruſam comburens videre poſſet concavum januæ Templi per iſtius portæ viam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Prolixa indiget expoſitione hæc Miſna, idcirco animum advortas volo ad ea quæ dicenda ſunt, poſtquam præmiſero quod e ſanguine vaccæ ruſæ ſpargi debebat coram Templo ut eſſet in conſpectu ipſius, ſicuti ſcriptum eſt Num. 19, 4. *Et ſparget e regione Tabernaculi conventus.* Hicce vero tractatus eſt ſecundum R. Eliezer filium Jacobi in hoc capite dicentem quod atrium mulierum altius erat atrio Iſraëlitarum ultra duos cubitos cum dimidio. Quando autem per portam Zuzæ montis Templi intrabat via recta donec ad antemurale perveniſſet, deinceps ab antemurali per duodecim gradus aſcendebat donec ad atrium mulierum perveniſſet. Mulierum vero atrium erat altius monte Templi ſex cubitos; diximus enim quod omnis gradus in Templo dimidium cubiti altus erat. Poſtea ibat per totam atrii mulierum domum ad dextram, & a fine illius aſcendebat ad atrium Iſraëlitarum per quindecim gradus uti dicemus inferius in hocce capite; idcirco atrium Iſraëlitarum ſeptem cubitos & dimidium altius erat atrio mulierum. Deinde vero ab atrio Iſraëlitarum aſcendebat ad atrium ſacerdotum per ſuggeſtum, qui cubitum altus erat, & per tres gradus ſupra ſuggeſtum. Tum ibat per atrium ſacerdotum, & altare inter porticum Ulam & altare per ſolum rectum. Poſtea per duodecim gradus ibat ad porticum Ulam, uti dictum eſt tertio capite hujuſce codicis. Ulam vero & Templum erant in ſolo recto, idcirco Templum erat ſupra atrium ſacerdotum ſex cubitos. Elicimus ergo ex omnibus altitudinibus quod Templi ſolum altius erat ſolo montis Templi, ubi porta Suſan erat, viginti duos cubitos; & altitudo portæ Suſan ſaltem viginti erat cubitorum, uti diximus, quod hoc erat omnium portarum altitudo. Propterea, cum ſacerdos ſtaret in monte olivarum, & per portam Suſan videret,

viſus

viſus ipſius aſſequebatur gradum octavum porticus Ulam; ſed Templi januam nullo modo videre poterat, quia inferius limen altius erat ſuperiori limine portæ Suſan duos cubitos e regione. Propterea neceſſe erat ut paries ſupra portam Suſan eſſet humilis, ut Templum conſpicere poſſet ſupra eam. Dixerunt autem eam fuiſſe e. g. plus quam viginti cubitos humiliorem, & ut eam conſpicerent a porta Templi, plus quam duos cubitos; ſi igitur parietis altitudo minor fuiſſet, id quod de porta Templi vidiſſent, plus eſſet abſque dubio; & hæc clara ſunt.

L'EMPEREUR. Satis notum eſt e Lev. 4. victimarum, quæ totam eccleſiam ſpectarent, ſanguinem digito Sacerdotis ſeptem vicibus coram Jehova aſpergi ſolitum: ideoque Lev. 19. in junice vel vacca rufa, quæ promiſcue quibuſvis immundis proderat, ſancitum, ut e regione tentorii conventus ipſius ſanguis ſpargeretur. Verum hac obſervata differentia, ut illarum ſanguis ſpargeretur in ſanctuario; hujus vero victimæ, i. junicis rufæ, extra caſtra: idque, ut Levit. 19. docet Abarbanel, להעיר כוונת הפרה שהיא להביא המרוחקים ממחנה שכינה להתקרב אליה, i. *ut in mentem revocaret vaccæ ſcopum, qui eſt reducere ſeparatos a caſtris divinæ præſentiæ, ut eo iterum appropinquarent.* Quo factum fuit, ſicuti ex parte cap. 1. ſect. 3. ſub finem expoſui, ut ædificato Salomonis templo extra civitatem in Olivarum monte ſanguis hujuſmodi junicis ſpargeretur: quemadmodum in eodem monte Servatoris ſalutaris victimæ ſanguis ſparſus fuit, cum ſudoris guttæ quaſi grumi ſanguinis in terram deſcenderent, Luc. 22, 44. idque ut filios Dei ſeparatos & diſperſos congregaret ac ad Dei ſanctuarium adduceret, Joan. 11, 52. convenienter iis quæ ex Abarbanele jam percepimus. Ubi videmus ſacerdotem cum ſanguinem ſpargeret, in ſanctiora templi intendere oculos debuiſſe: ideoque ſi quæ inter montem & ipſam ædem eſſent interjecta, vel habuiſſe portas ejus altitudinis quæ viſus radios ad ædis portam tranſmitterent; vel humiliora quam ut illum proſpectum impedirent fuiſſe: ita ut murus templi extimus aliique parietes in templi exterioribus exſtructi ad Orientem, cæteros non æquaverint. Hinc Miſna ſive *halacha* orientalem murum a reliquis excipit. Atque reliquorum quidem כתלים nomine, reliquarum tantum plagarum & laterum muros intelligit; tamen ſeptum cancellatum & ſi quæ alia ad exedras pertinentia ibi fuerunt in Oriente (quæ murorum & parietum nomine hic non dignatur) Sacerdotis aſpectum non prohibuiſſe, optima ſequela innuit; cum ejuſmodi ſepimenta Orientali muro montis ſacri humiliora ſaltem æqualia ſolummodo fuerint. Quod ſi objicias, quantacunque fuiſſet hujus muri altitudo, ſacerdotem per portam muri fores templi intueri potuiſſe; in procinctu eſt reſponſio: ſummum portæ in muro, de quo agimus, ne quidem limen inferum templi æquaſſe (ſi Talmudicos ſequamur: nam quid ex Ezech. dici poſſit jam ſupra attigi,) ideoque ab alto Oliveti montis cacumine Sacerdotem per iſtam portam fores templi viſu aſſequi nequiviſſe. Etenim cum portæ ad viginti tantum cubita aſcenderent; a planitie montis ſacri duodecim gradibus ad atrium mulierum, inde quindecim ad Iſraëlis atrium, atque hinc altitudine (ſaltem, ſi non numero) quinque graduum ad atrium Sacerdotum aſcendebatur, unde tandem ad limen templi inferum 12. gradibus pergebant. Cum autem gradus ſinguli dimidii cubiti eſſent; certiſſimum eſſe, omnes gradus ad cubita viginti duo excreviſſe, quis non videt? Itaque cum viſus radii recta a montis cacumine (ubi ſanguinem ſpargebat Sacerdos) ad templi valvas pertingentes altiſſimam portæ ſtructuram ſuperarent; murum fuiſſe humiliorem neceſſe fuit, quo Sacerdos e regione templi in ſacrarium (ſpargendo ſanguinem) collimare juſſus, abſque ullo impedimento officio perfungeretur. Hinc intelligimus, cur tum demum diſcipuli Servatori magnifica templi ædificia monſtrarint, quum in Olivarum montem aſcenderent, Matth. 24, 1, 2, 3. Marc. 13, 1, 2, 3. Cauſa eſt in propatulo: quia enim interius ædificium ab oriente, ubi Oliveti mons, ob muri humilitatem magis erat conſpicuum, ideo Servatoris diſcipuli quum ſtructuræ magnificentiam in conſpectu Doctoris ſui exaggerare vellent, locum hunc orientalem delegerunt. Hinc pariter Joſephi quibuſdam verbis, antea quidem lectis & relectis, ſed (fateor) non intellectis, fax accenditur. Verba hæc ſunt de ſacro ædificio, *ὡς περίοπτον ἐκ πολλῶν ςαδίων εἶναι τοῖς τὴν χώραν νεμομένοις, μᾶλλον δ᾽ εἴ τινες κατ᾽ ἐναντίον οἰκοῦντες ἢ προσιόντες τύχοιεν*, *adeo ut a multis ſtadiis conſpicuum regionem inhabitantibus eſſet, maxime ſi qui ex adverſo habitarent aut adventarent.* Interpres, quia quicunque in circumjacente regione habitabant, videbantur ipſi omnes habitare ex adverſo montis; priora verba ut ſupervacanea neglexerat: verumtamen diverſis vocibus notantur diverſa; quia *καί ἐναντίον* Joſephus addidit, quo orientalem plagam deſignaret. Senſus enim eſt, ab oriente maxime conſpicuum fuiſſe ædificium, idque ob murum ab ea parte depreſſiorem: nam abſque hoc fuiſſet, Joſephus in iſtum modum non fuiſſet locutus. Non diffiteor tamen, quin totius templi in urbe ſitum etiam reſpexerit.

ה עזרת הנשים היתה ארך מאה ושלשים וחמש על רוחב מאה ושלשים וחמש וארבע לשכות היו בארבע מקצעותירה של ארבעים ארבעים אמה ולא היו מקורות וכך הם עתידים להיות שנאמר ויוציאני אל החצר החיצונה ויעבירני אל ארבע מקצעות החצר והנה חצר במקצוע החצר חצר במקצוע החצר בארבעה מקצועות החצר הצירות קטורות ואין קטרות (פ"א) אלא שאינן מקורות ומה היו משמשות דרומית מזרחית היא היתה לשכת הנזירים ששם הנזירים מבשלים את שלמיהן ומגלחין את שערן ומשלחים תחת הדוד מזרחית צפונית היא היתה לשכת העצים ששם הכהנים בעלי מומין מתליעים העצים וכל עץ שנמצא בו תולעת פסול מעל גבי המזבח צפונית מערבית היא היתה לשכת מצורעים מערבית דרומית אמר רבי אליעזר בן יעקב שכחתי מה היתה משמשת אבא שאול אומר שם היו נותנין יין ושמן היא היתה נקראת לשכת

בית

5. (1) Atrii muliebris longitudo centum & 35. cubitorum, cum latitudine 135. atque (2) quatuor conclavia erant in quatuor ejus angulis, ſingulaque cubitorum 40. quæ non erant contignata. Et ſic etiam futura ſunt, quia dictum eſt (Ezech. 46, 21, 22.) *& eduxit me ad atrium exterius, fecitque ut tranſirem ad 4. angulos atrii: ecce autem atrium in angulo atrii &c. & in quatuor angulis atrii erant atria* (3) *caminata*; ſed non erant contignata. Verum cui rei inſerviebant? Ad ortum brumalem erat atrium (4) Nazyræorum; quod ibi Nazyræi coquerent euchariſtica ſua, & detonderent capillos ſuos, eoſque ollæ ſummitterent. Ad ortum æſtivum erat conclave lignorum; quod ibi Sacerdotes immundi vermes in lignis perſcrutarentur: omne autem lignum in quo vermis inveniretur rejiciendum erat ab altaris tecto. Ad occaſum æſtivum erat (5) conclave leproſorum. De conclavi (6) ad occaſum brumalem dicit R. Elieſer filius Jacobi, inveni cui inſerviret; Aba Saul dixit, ibi reponebant vinum & oleum, ideoque vocabatur conclave domus olei. In (7) ſummis lateribus læve ac planum erat atrium mulierum,

ſed

בית שמניה והלקה היתה בראשונה והקיפוה כצוצרה שהנשים רואות מלמעלן והאנשים מלמטן כדי שלא יהו מעורבין וחמשה עשר מעלות עולות מתוכה לעזרת ישראל כנגד חמשה עשר מעלות שבתהלים שעליהם הלוים אומרים בשיר לא היו טרנטות אלא מוקפות כחצי גורן עגולה :

ſed id circumſcripſerunt interno podio, ut mulieres ſuperne proſpicerent; viri autem inferne, ne miſcerentur. (8) Et 15. gradus aſcendebant ex ejus medio in atrium Iſraëlis, reſpondentes quindecim gradibus qui in Pſalmis occurrunt: in quibus Levitæ canebant. Non erant gradus recti; ſed gyrati inſtar dimidii rotundæ areæ.

R. OB. DE BARTENORA.

אורך *Longitudo*, ab oriente ad occidentem. *Super latitudinem* a ſeptentrione ad meridiem. קטורה *caminata*, eſt idem quod קיטור *fumus*, ita Gen. 19, 28. dicitur והנה עלה קיטור fumus itaque ſurſum aſcendebat dum ſuffitus adolebatur, quia locus non erat contignatus. *Et ollæ eos ſubmittebant* ut igne ſub olla comburerentur, in qua pacifica coquebantur, uti ſcriptum eſt Levit. 6, 18. *Et conjiciet in ignem quod eſt ſubter ſacrificio pacifico.*

מתליעים העצים *Ligna purgabant a vermibus*, ſi quæ ligna vermibus affecta eſſent, ea purgabant, quia ad focum inepta erant. לשכת המצורעים *conclave leproſorum*, nam in eo leproſi ſe lavabant octavo purificationis die, quando manum ſuam immittebat intro ad munus pollicis, etſi veſperi aquis ablutus eſſet. *Dixit R. Eliezer filius Jacobi, oblitus ſum cui inſerviret*, inde colligitur quod R. Eliezer filius Jacobi omnia antecedentia dixit, ita in Gemara docetur ad tractatum Joma, quod Miſna ſimplex codicis Middot ad R. Eliezerem filium Jacobi pertineat.

והלקה היתה בראשונה *Et læve erat in principio*, apertum & nullo pariete clauſum, ita Maimonides. כצוצרה *ut podium*, atrium mulierum undique clauſerunt ut mulieres eſſent ſuper podio, & viri inferius, ad conſpiciendum quanto cum gaudio hauriebatur aqua e fonte Silo, ne quis in laſciviam incideret mulierum. *Et quindecim gradus*, ſolum atrii Iſraëlitarum erat altius quam mulierum. לא היו טרוטות *non erant recti*, non oblongi & anguloſi uti omnes eſſe ſolent gradus, ſed circulares in forma dimidii circuli.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam noſti quod קיטור vocetur fumus, & קטורה iſta exhalatio quæ e fumo ſurſum avolat, locus enim in quo ſuffitus adolebatur, non habebat tectum. מתליעין *vermes removebant*, ligna purificabant a vermibus, ſicuti dixerunt removent vermes a lapidibus in viam projectis. Cæterum ex eo quod R. Eleazar filius Jacobi dixit, ego oblitus inveni id quo probari poſſet ipſum eſſe eum qui dixit omnia quæ diximus de Templo, ita exponit Gemara. חלקה *læve erat*, apertum & nullo pariete clauſum. Cæterum in fine tractatus de Tabernaculis expoſui quod ibi erat congregatio ad lætitiam agendam in diebus feſti tabernaculorum; & ne mulieres cum viris miſcerentur, iſtud undiquaque circumdederunt aſſeribus clauſis, ut e mulieribus iſtis nonnullæ intuerentur magnum iſtud gaudium quod inter Iſraëlitas erat dum aquam e Silo hauriebant, uti dicitur in fine de Tabernaculis. Poſtea dicit Miſna quod gradus atrii mulierum non tam longi erant ut cæteri, ſicuti hodie expoſitum eſt, ſed quiſque gradus habebat dimidium circuli perinde ac ſi quis partem ſcamni ſumpſerit eamque gradui impoſuerit ad figuram gradus complendam; hoc quidem intelligi, ſed pingi nequit.

L'EMPEREUR. (1) Atrium mulierum (quod 2 Chron. 20, 5. החצר החדשה *atrium novum* dicitur, quia ſerius reliquis additum fuit in Salomonis templo, hoc inquam non cinxiſſe atrium Iſraëlis in hac quæ deſcribitur fabrica, indicio eſt ipſa delineatio: nam æqualis fuit atrii hujus & atrii Iſraëlis latitudo; adeo ut cum cinctum latitudine ſua æquare id ipſum quod cingit nequeat, atrium mulierum atrio Iſraëlis circumjectum non fuiſſe, omnino conſequatur. Nec eſt quod quiſquam regerat, longitudinem demum (non latitudinem) atrii poſterioris cum latitudine prioris, i. atrii mulierum eandem fuiſſe, quia ſcil. ſect. 6. אורך legitur: nam qui in Rabbinorum ſcriptis verſati ſunt norunt ſatis, quantitatem majorem venire longitudinis nomine; ideoque longitudinem citato loco inter meridiem & ſeptentrionem ſpectari, quemadmodum hoc loco conſideratur latitudo. Niſi atrium Iſraëlis ab auſtro in ſeptentrionem undecim cubita ſolummodo patuiſſe inſulſe dicamus; quod illic hæc ei latitudo tribuatur. At quorſum hæc? dicat aliquis. Ut, inquam, quæ de portarum ſitu e cap. 1. diſputari queunt, hinc non ſolum lucem mutuari, ſed etiam definiri poſſint: quod penitus rem examinanti liquebit. Profecto (ut hoc ſolum annotem) cum illic ſect. 3. in quatuor lateribus portæ a portis atrii diverſæ deſcribuntur, id ulla ratione ad mulierum atrium referri nequit: ſi, quemadmodum oſtenſum eſt, atrium Iſraëlis atrio mulierum undiquaque incluſum non fuit. Itaque R. Schemajæ ſententia mihi nunquam probabitur. Unde cum ibidem ſect. 4. fit mentio עזרה *atrii*, non exiſtimo cum D. Kimchi Iſraëlis atrium deſignari; ſed totum illud ſpatium quod in atrium virorum ſive Iſraëlis & mulierum (& forte etiam Sacerdotum) diſpeſcitum fuiſſe conſtat. quod etiam עזרה גדולה in ſacris literis vocatur; quamvis hoc nomine ſolum Iſraëlis deſignari quidam autument. Sane qui Iſraëlis atrium dicatur עזרה גדלה non video; quum atrio mulierum multo minus fuerit. Porro ſi excipias minus eſſe non debuiſſe, quum mares in tribus ſolemnitatibus magis quam mulieres ad templum convenire tenerentur: reſpondebo, atrium mulierum non dici quod eo tantum mulieres admitterentur; ſed quod ulterius progredi mulieribus fas non eſſet, ut Joſephus obſervat. Etenim codice סוכה cap. 5. ſect. 2. diſertis verbis, viros in atrium mulierum admiſſos fuiſſe, legitur: במוצאי י"ט הראשון של חג ירדו לעזרת נשים ומתקנים שם תקון גדול ומנורות של זהב היו שם, i. *finiente primo die feſti tabernoculorum, deſcenderunt in atrium mulierum, atque ibi ordinarunt ordinationem accuratam, aureique lychnuchi ibidem erant.* Quod de ordinatione dicitur his verbis explicat Maimonides, מתקנים מקום לאנשים ומקום לנשים ומקום הנשים למעלה, *diſponunt locum viris & locum mulieribus: locus autem mulierum erat ſuperior.* Cæterum lychnuchorum meminit, quia (prout Maimonides tradit parte prima יד חזקה fol. 266. facie ſecunda) poſtquam ex lege mactaſſent victimam veſpertinam, מתחילם לשמוח לשאר היום עם כל הלילה, *incipiebant exhilarari per diei reliquum totamque noctem.* Sed de hoc gaudio ſtatim plura: inde ſatis ſuperque liquet, in mulierum atrium viros ob loci capacitatem admiſſos fuiſſe.

(2) Pergit Halacha ad conclavia, quæ in quatuor hujus atrii angulis conſpiciebantur: quorum quidem figura hinc certo colligi nequit, ſed tamen non omnino dubia eſt iis qui ex Ezech. conjecturam faciunt. Si quidem Ezech. cap. 46. verſ. 22. longitudinem quadraginta cubitorum, triginta vero cubitorum latitudinem iiſdem tribuit: ita ut quadraginta cubita, quorum הלכה noſtra meminit, de longitudine tantum accipienda videantur. Quapropter Joſephus hinc illuſtratur, qui de iiſdem verba faciens, cum turribus ea comparat; etſi ad altitudinem nondum perrexerit: cum tamen in turribus altitudo præcipue ſpectetur. Scilicet quod conclavia oblonga eſſent forma, i. longitudo latitudinem decem cubitis excederet; ideo ipſa cum turribus contulit: quamvis altitudinem non ſpectaret. Verba extant ἁλώσ. λόγ. έ. ἐξέδρας εἶχον εὖρός τε καὶ μῆκος πυργοειδεῖς, *conclavia babebant quæ latitudine & longitudine turres referrent.*

(3) Porro ultimum paragraphi ex Ezech. producti vocabulum

bulum interpretes quidam ſecus atque Talmudici exponunt: D. Kimchi enim iſta voce hoc ſignificari contendit, conclavia conjuncta & veluti קשורות *alligata* ipſis atrii angulis fuiſſe; Talmudici vero קטורות exponunt מעלות עשן לפי שאין להן תקרה *exhalantia fumum, quod ipſis deſit tectum*, & huc referunt Gen. 19, 28. עלה קיטור הארץ *aſcendebat fumus terræ*. Sed notanda diverſa lectio: nam codices Talmudici, quotquot videre licuit, poſt קטורות ſtatim ſubjiciunt אלא שאינן מקורות, at cum D. Kimchi & S. Iſacides locum citant interſerunt אין קטורות, adeo ut poſt קטורות, i. ultimam vocem paragr. ex Ezech. citati, plena oratio ſit אין קטורות אלא שאינן מקורות *nihil vox caminata ſignificat quam atria contignata non fuiſſe*: quaſi iſta conclavia nihil niſi camini fuerint; ideoque, uti obſervant, חצרות etiam dicta, quod ſuperne, ut fumus libere aſcenderet, aperta eſſent. Hanc lectionem confirmant, quæ paſſim cum ab Ezech. tum ab הלכות noſtrarum interpretibus annotantur. ad exedrarum uſum nos conferamus.

(4) In primo conclavi ſive exedra præter alia Nazyræi tonſi capillos ollæ ſummiſiſſe dicuntur, ex lege Num. 6, 18. *Acceptos capillos Nazyræatus ſui imponet igni, qui ſubeſt ſacrificio euchariſtico.* Nam euchariſticum (obſervante Abarbanele) ad gaudium de Nazyræatu impleto conceptum pertinebat: ideo ei comburendos capillos ſubjiciebat Nazyræus, quo impletum jam eſſe Nazyræatum teſtaretur, comamque ex illis Nazyræorum inſtitutis alendam nullam ſupereſſe. Quod vero in hoc ritu de olla vel lebete dicitur, e ſequenti Judæorum obſervatione declaratur: quia intra exedrarum illarum parietes, ſubſtructiones fuiſſe aſſeverant, eaſque humiles, quæ diverſis foraminibus ad ollas ſuſtinendas idoneis diſtinctæ eſſent, & inferne ad exſtruendum focum excavatæ. Atque huc referunt Ezech. 46. verſ. 23. *Et ordo erat in eis circumquaque, & focis inſtructus locus ſub ordinibus iſtis per circuitum.* Ollæ itaque ſive lebetes quorum meminit Miſna, ſunt ollæ iſti ordini (ut loquitur Ezech.) impoſitæ, quibus ſubjectus ignis dictos capillos abſumebat.

(5) Ad conclave tertium venio: nam in ſecundo omnia plana & perſpicua eſſe autumo. Tertium dicitur leproſorum, quia ibidem a lepra liberati ſe abluebant, antequam in atrium interius ſe reciperent. Judæi enim præter ea quæ Levit. cap. 14. de abluendis a lepra ſanatis Dei auctoritate ſanciuntur, etiam exigebant ut quamvis iſti die ſeptimo ex lege Levit. 14, 9. abluti eſſent, denuo lavarentur ipſo die octavo antequam propius ad templum accederent: ubi Sacerdos de ſanguine reatus accipiens imponebat infimæ auriculæ dextræ, pollici manus dextræ & pollici pedis dextri ejus qui purgabatur; ſimiliter quoque utrique pollici imponebat oleum. Iſtam ablutionem octavi diei ipſis non affingi, ſed revera legibus recentioribus ſancitam fuiſſe fatebitur, quicunque R. Hobadiæ & Schemajæ commentaria in noſtram הלכה contulerit.

(6) De quarta exedra, ubi oleum & vinum aſſervabatur, dicere ſuperſedeo: cum de uſu eorum in ſacris e ſacris literis res notiſſima ſit. quæ ſequuntur attentius expendenda veniunt.

(7) Atrium mulierum initio podium nullum habuiſſe ferunt; ſed poſtea ob celebritatem quandam nocturnam additum fuiſſe: quorum membrum prius his verbis exprimi putant, חלקה בראשה, quemadmodum codicibus, quos vidi hactenus, conſtanter legitur; quamvis commentatores habeant בראשונה. Sane ſi poſteriorem ſequamur lectionem, manifeſtius quod de podio dictum fuit exprimetur; ſiquidem Deut. 13, 9. בראשונה ſignificet *primo*: nam בראשה, quamvis idem deſignare interpretibus videatur, potius id quod in verſione poſui denotat. Hoc autem cum iis quæ de portis & exedris cum hic, tum in Ezechiele dicuntur apprime convenit. Nam ſi ab initio fuit aperta quædam planities (prout conſequitur, ſi חלקה *plana erat* legas abſque ulla loci reſtrictione: nam חלקה per *collem* interpretari cum Gemaræ codicis סוכה, inauditum eſt,) quorſum portæ? Et ubi exedræ, quibus quadantenus cingebatur hoc atrium? At cum legimus בראשה *in ſummitate ſua*, atrii pavimentum cinctum fuiſſe non negatur præciſe: verum ſummos parietes ab omni ſtructura aliquando fuiſſe liberos affirmatur; poſteaque demum additum fuiſſe podium, de quo dicendum erit. Talmudici variis nominibus hujuſmodi ſtructuras indigitant, ſcil. גזוזטריות 1: גסוסטריות 2, גצוצטריות 3, כצוצטראות 4, ut voces ex iis contractas reticeam: ſicuti Miſna etiam noſtra habet כצוצרה, ubi litera ט eliditur, quemadmodum nonnunquam in præcedentibus contingit. Ut autem nominum origo liqueat, obſervandum eſt ex illorum comparatione, literam ג cum כ, ſimiliter ז cum ט & צ permutari: adeo ut ſi unius גזוזטר originem noverimus, quæ reliquorum ſit etymologia latere nequeat. גזיזא inter alia, ut auctor libri Aruch docet, ſignificat *fruſtum, ſegmentum*; טר eodem auctore *montem* etiam deſignat; טור vero (unde טר deduci poteſt) Ezech. cap. 46. ſub finem Chaldæo eſt נדבך *ordo ſtructuræ* ſive *paries*, ut vertunt interpretes. Unde prima fronte prædicta vox גזוזטר ſtructuram inſtar alicujus montis altam, eamque e lignorum ſegmentis confectam, vel ſimpliciter parietem e ſectis lignis denotare videtur: cujuſmodi etymon cum Talmudicorum & recentiorum obſervationibus non male convenit. Si verba Nathanis in Aruch ad enumeratas antea voces, nec non Maimonidis, Salomonis Jarchi, R. Schemajæ, denique Hobadiæ de Bartenora conferantur; hanc indigitari videbimus ſtructuram, qua projecta e ſuperiori parietis parte tigna ſive trabes non tantum aſſeribus ſternuntur, ſed etiam ea ratione in ſuis extremitatibus aſſurgunt, ut pergulæ & ambulacri ſpeciem præbeant, cum feneſtris ad proſpectandum idoneis. Unde podii vocem e Vitruvio adhibui, quam Lipſius hoc modo deſcribit; *Podium appello projecturam hanc quæ in ſummo muro paulum provehitur & propendet, inſtar pedis: unde & nomen. Menianorum ea quædam ſpecies eſt, facta in theatris, templis, ædibus, ad circumeundum, innitendum, ſpectandum.* Singula membra huic qua de agimus גזוזטרא competere, e dictis autoribus probare non foret arduum: ſed quorſum? quandoquidem in tractatus סוכה Gemara Babylonica fol. 51. pauca occurrunt verba, quæ ex ipſo uſu & utilitate totam rem facile expedient. Iſta quum ferme cum Miſnæ noſtræ verbis eadem ſint, ideoque ipſa illuſtrent, hic etiam ſubjicere libuit: הקיפוה גזוזטרא והתקינו שיהו נשים יושבות מלמעלה ואנשים מלמטה ... כשהיו רואים שמחת בית השואבה, *circumdederunt ei atrio mulierum podium, & ordinarunt ut mulieres ſederent ſuperne & viri inferne ... cum ſpectarent gaudium domus hauriendi aquam.* Verumenimvero quid his poſtremis verbis deſignetur, conſiderare erit operæ pretium: quandoquidem tota podii ſtructura eo ſpectat, ipſa res hactenus neglecta fuit, & denique S. Scripturæ paragraphi aliquot obſcuriores iſtinc lucem mutuabuntur. Cum ex lege Judæi tabernaculorum feſtum celebrarent de die; ipſi ſponte ſua veſpertinam, vel potius nocturnam feſtivitatem addiderunt: eamque tanto cum gaudio, ut in סוכה cap. 5. ſect. 1. אמרו כל מי שלא ראה שמחת בית השואבה לא ראה שמחת מימיו, dicant, *Qui non vidit gaudium loci ab hauriendo denominati, nunquam vidit gaudium.* Locus huic ſolemnitati in atrio mulierum (ut antea obſervatum fuit) aſſignabatur: ubi e podio mulieres; viri autem in cuneis ipſius pavimenti ſpectabant & audiebant illa quæ citato capite enarrantur. Sectione 4. iſtius capitis pii in ſpectantium oculis ſaltantes & faces manibus præferentes, cantiones & hymnos ceciniſſe dicuntur: ſimiliter Levitæ quamplurimis imo [illegible] inſtrumentis luſiſſe; ſacerdotes vero tubis clanxiſſe perhibentur. Hujuſmodi in multam imo per totam noctem extendebantur; quinetiam in hiſce gaudiis ſingulas feſti tabernaculorum producebant noctes (niſi inſtrumenta cap. 5. ſect. 1. סוכה die ſanctiori interdicta exceperis; de quibus conſulenda Gemara iſtius ſectionis:) atque ita ſomnum capiebant, ut iſtinc non decederent plurimi; ſed quemadmodum loquitur Gemara fol. 53. הוו מנמנמי אכתפא דהדדי, *dormitarent alii aliorum humeris innitentes.* Porro iſti celebritati ab aqua haurienda inditum nomen fuit; quia ſimulac hauſta fuiſſet aqua magno cum gaudio, eaque ut & vino libaviſſent altare; ſtatim ſeſe ad nocturnam illam feſtivitatem, ubi illud conceptum gaudium prorogabatur, conferebant. Unde R. Joſua filius Chananiæ in Gemara סוכה folio 53. ſupra citato, abiiſſe ac ſeſe recepiſſe narrat לתמיד של בין הערבין מכאן ואילך לשמחת בית השואבה, *ad juge ſacrificium inter duas veſperas* (ubi libabant;) *dehinc & ulterius ad gaudium loci ab haurienda aqua dicti.* De qua aqua

aqua cap. 4. סוכה ſub finem ולוחית של זהב מחוקת שלשה לוגים היה ממלא מן השלוח הגיעו לשער המים תקעו והריעו ותקעו, *quidam phialam auream, quæ tres heminas contineret, e Schiloa* (fonte prope Jeruſalem) *implebat: quam ad portam aquarum* (quæ in atrio erat) *delatam, taratantara & clangore excipiebant.* Nam S. Jarchi notis ſuis in Talmud Babylonicum bene obſervavit taratantaræ cauſam fuiſſe שאיבת מים של ניסוך *quod aqua ad libamen hauſta eſſet.* De libamine iſto (non enim omnium eandem eſſe rationem docent commentatores in cap. 2. Maimonidis de opere oblationum, parte tertia יד חוקה) hæc ferme traduntur. in occidentali altaris parte verſus auſtrum duo libæa ſive ſimpula fuiſſe, quorum unum contineret vinum; alterum aquam, qua de actum fuit: idque in hunc finem, quo Sacerdos, effuſa aqua e libæo aquæ in libæum vini & vice verſa, liquorem per libæorum foramina inferiora in altaris duo columbaria ſive foramina & veluti æquæductus tranſmitteret, ad ipſius profundas quaſdam concavitates. Hic obſervavit Maimonides myſteria quædam ſignificari: & vulgo inde ab ipſo Moſe hanc feſtivitatem arceſſunt. Quam hæc antiqua ſint non diſputo; tamen ſacrorum ſcriptorum temporibus non plane incognita fuiſſe, indicio ſunt dicta quædam ejuſmodi ceremonias reſpicientia; ideoque illinc declaranda: quandoquidem ſanctis ad ritus ſponte a Judæis receptos ſermones ſuos, quo facilius intelligerentur, aptare libuit. Auctor 1. l. Samuelis cap. 7. poſtquam Iſraëlitarum pœnitentiam enarraſſet, qua derelictis idolis veri Dei ſincero cultui ſe tradiderant; eoſdem Samuelis juſſu deinde Mitzpam conveniſſe ſubjungit, ubi aquam hauſerint, & coram Jehova effuderint: quibus poſtremis verbis ritum in ſuperioribus obſervatum, ſaltem ſimilem lectorum oculis objicit. Etenim cum interpretibus illa ad luctum & triſtitiam referre, quibus Judæi ſummum gaudium exprimebant, cum rationi adverſatur, tum iis quæ ſubjunguntur: nam ſi hauſta aqua ad conceptum de peccatis dolorem referebatur quo & jejunium ſpectabat; quorſum iſta de die eodem obſervatio, jejunium ſcil. non alio ſed eodem die celebratum fuiſſe, pertineat non video. Quare verſ. 6. hoc ſibi auctor voluiſſe videtur, Iſraëlitas poſtquam (nam ו in ויצומו ſig. *poſtquam*, ut Exod. 16, 20.) jejunaſſent & culpam faſſi fuiſſent; concepta de ſua ſalute fiducia ex illis Samuelis verbis verſ. 3. *liberabit vos de manu Peliſtæorum*, tum inquam gaviſos fuiſſe, quemadmodum in feſto tabernaculorum ipſis ſolemne erat. Huc ſimiliter refero Eſa. 12, 3. *& haurietis aquas cum gaudio e fontibus ſalutis:* quibus verbis propheta gaudium illud prædicebat olim, quod fideles e ſalute per Meſſiam parta percepturi erant. Id autem e ritu Iſraëlitis notiſſimo deſcribebat: q. d. Maximi facitis gaudium, quod in tabernaculorum feſto quotannis recurrit, quum aqua e fonte Schiloah hauſta, eaque libata, exultare aſſueviſtis: ſed Meſſiæ temporibus gaudebitis magis; quia aquas non e fonte Schiloah prope Jeruſalem, ſed e fontibus ſalutis Meſſiæ haurietis. Quis non videt, utroque iſtius commatis tertii membro prophetam ad celebritatem & feſtivitatem, quam Iſraëlitæ ſibi annuam fecerant, alluſiſſe? In novo etiam federe Servator noſter ad aquam in feſto tabernaculorum hauſtam reſpexit: ideoque ſpiritum S. abunde fidelibus conferendum per aquam copioſe fluentem deſignavit eo ipſo tempore, quo in tabernaculorum feſto quotidie poſt hauſtam aquam ſummopere exhilarabantur Judæi. Quod Joannes Euangelii cap. 7. verſ. 37, 38, 39. cum verſ. 2. & 10. collatis docet; ubi Servator omnino ad Judæorum receptum morem alluſiſſe videtur. Ac ſi dixiſſet; Video vos aquam haurire e fonte Schiloach, & cum ea infertur per aquarum portam ſumme lætari, ſimiliter quoque poſtquam eadem libata eſt: verum aqua quam gaudium ſubſequitur hæc demum eſt, quam non quæſitum eunt ad fontem Schiloah, ſed ad me (verſ. 37;) quæque ſitula fidei adeo copioſe hauritur, ut in fidelibus fluviorum fons fiat (verſ. 38.) quia Spiritus eſt aqua viva vitale gaudium proferens; unde hoc gaudium χαρὰ πνεύματος, & (quia fide accipitur) χαρὰ πίστεως vocatur 1 Theſ. 1, 6. Phil. 1, 25. E quibus obiter & hoc obſervari velim, Servatorem (Joh. 9, 7) cum cæcum curare vellet, hunc non de nihilo, ſed prudenti conſilio ad fontis Schiloah piſcinam (i. rivulum qui ex iſto fonte urbem influebat) lavatum miſiſſe: quo ſcilicet firmiorem de recipiendo viſu ideoque futuro gaudio ſpem conciperet cæcus; utpote ea abluendus aqua, quæ e Schiloah hauſta maximi inter Judæos gaudii erat initium. Atque hoc eo liquebat magis, quod illo mandato Servator cæcum inſtrueret die feſtum tabernaculorum ſubſequente (conf. Joh. 7, 37. cum 8, 2.) quum jam per octiduum, ſaltem dies ſeptem aquam ad feſtivitatem ex illo Schiloah ſive Σιλωάμ (ut Græci 70 & Johannes vocant) hauriri ſolitam intuiti eſſent Judæi.

(8) Porro הלכה, quam hactenus dicta illuſtrant, atrium Iſraëlis quindecim gradibus ſcanſile facit: tot enim gradibus atrio mulierum altius erat. Quorum quidem graduum altitudo per totam atrii Iſraëlis latitudinem extendebatur, ipſi gradus tamen ad atrii portam ſolummodo erant diſpoſiti. Quam portam Joſephus cæteris majorem facit, cum ἁλώσ. λόγ. έ. eam deſcribens ait, τεσσαρακονταπήχεις τὰς θύρας εἶχε, *quadraginta cubitorum fores habebat*; quamvis R. Judas, qui Miſnajoth diſpoſuit, huic portæ altitudinem tantum viginti cubitorum, & decem cubitorum latitudinem, capitis hujus ſectione tertia tribuat. Veriſimilior autem eſt Joſephi ſententia, quia cum quicquid intus ageretur nonniſi per hanc portam ſpectare potuit magna mulierum multitudo; tum amplius ſpatium, quam decem exæquent cubita, ſacri muſici occupaſſe videntur: quorum tamen locus, quem ᾠδεῖον Græci dixerunt, (& Vitruvius, retenta Græcorum voce, *odeum*) ibi etiam conſtanti Judæorum ſententia collocatur. Duplex inprimis ferunt fuiſſe odeum, unum inter Iſraëlis atrium & atrium Sacerdotum; alterum inter mulierum atrium & atrium Iſraëlis: quorum prius ad ſectionem ſequentem; poſterius ad hanc pertinet. Dubium non eſt e verſ. 4. cap. 16. l. 1. Chron. aliiſque locis plurimis, quin Levitæ Deum O. M. laudarint & celebrarint publice: adeo ut certa loca iſti officio deſtinata habuiſſe neceſſe fuerit. Quæ cum in Oriente fuiſſe his verbis doceamur (2 Chron. 5, 12.) *Levitæ ... cum cymbalis*, &c. *ſtabant ad Orientem altaris, & cum illis Sacerdotes*; nihil impedit quo minus Talmudiſtis aliiſque Judæis recentioribus aſſentiamur; qui ambo odea in illis memoratis locis fuiſſe aſſeverant: quandoquidem loca illa ad Orientem altaris fuiſſe fatentur omnes. Poſterius autem odeum, de quo in hac Miſna ſermo eſt, non tantum Judæorum autoritate in 15. illis gradibus fuiſſe probatur; ſed id etiam 15. Pſalmorum tituli ſive inſcriptiones commonſtrant. Examinatis enim titulorum iſtorum interpretationibus, nulla convenientior reperitur quam hæc Talmudica; qua *canticum graduum* exponitur *canticum* Levitis datum ut in 15. *gradibus*, i. odeo ad fides &c. caneretur: qua de cauſa etiam pro 15. graduum numero Pſalmi quindecim conſcripti videntur.

ו ולשכות היו תחת עזרת ישראל ופתוחות לעזרת הנשים ששם הלוים נותנים כנורות ונבלים ומצלתים וכל כלי שיר עזרת ישראל היתה אורך מאה אמה ושלשים וחמש על רוחב אחד עשרה וכן בעזרת כהנים היתה אורך מאה ושלשים וחמש על רוחב אחד עשרה וראשי פספסין מבדילין בין עזרת ישראל לעזרת הכהנים רבי אליעזר בן יעקב אומר מעלה

היתה

6. Erant autem conclavia (1) infra atrium Iſraëlitarum, quæ aperta erant atrio mulierum: ubi Levitæ collocabant citharas & nablia cum cymbalis omniaque inſtrumenta muſica. Atrium Iſraëlis erat (2) longitudine 135 cubitorum, latitudine 11. (3) ſimiliter atrium Sacerdotum erat longitudine 135 cubitorum, latitudine 11. Trabium (4) capita dividebant inter atrium Iſraëlis & atrium Sacerdotum. R. Elieſer filius Jacobi dicit, aſcenſus

(5) erat

היתה וגבוהה אמה והדוכן נתון עליה ובה שלש מעלות של חצי חצי אמה נמצאת עזרת הכהנים גבוהה מעזרת ישראל שתי אמות ומחצה כל העזרה היתה ארך מאה ושמנים ושבע על רוחב מאה ושלשים וחמש ושלש עשרה השתחויות היו שם אבא יוסי בן חנן אומר כנגד שלשה עשר שערים (ס"א) שערים דרומיים סמוכים למערב שער העליון שער הדלק שער הבכורות שער המים ולמה נקרא שמו שער המים שבו מכניסין שלוחית של מים של ניסוך בחג רבי אליעזר בן יעקב אומר ובו המים מפכים ועתידין להיות יוצאין מתחת מפתן הבית ולעומתן בצפון סמוכין למערב שער יכניה שער הקרבן שער הנשים שער השיר ולמה נקרא שמו שער יכניה שבו יצא יכניה בגלותו שבמזרח שער נקנור ושני פשפשים היו לו אחד בימינו ואחד בשמאלו ושנים במערב לא היה להם שם :

(5) erat ejuſque altitudo (6) cubitalis, cui impoſitum erat pulpitum : atque in eo erant tres gradus, ſinguli ſcil. cubiti dimidii. Reperitur atrium Sacerdotum duobus cubitis cum dimidio altius atrio Iſraëlis. Totius (7) atrii longitudo erat 187 cubitorum cum latitudine 135. Atque 13. adorationes ibi erant. Aba Joſe filius Chanan dicit; e regione tredecim (8) portarum: quarum auſtrales vicinæ occidenti, Porta (9) ſuperior, Porta incendii, Porta primogenitorum, Porta aquarum. At quare vocatur nomine Portæ aquarum? quia ea inferunt lebetem aquarum libaminis in feſto: R. Elieſer filius Jacobi dicit; quia in illa aquæ mutabantur egreſſuræ ſub limine ædis. E regione (10) iſtarum in ſeptentrione adhærentes occidenti, Porta Jeconiæ, Porta oblationis, Porta (11) mulierum, Porta (12) cantici. At quare nuncupatur Porta Jeconiæ? quia ea exivit Jeconia in captivitatem ſuam. Quæ autem erat in oriente, Porta Nicanoris dicebatur : cui duo erant (13) oſtiola, unum ab ejus dextra; alterum ab ejus ſiniſtra. Duabus (14) in occidente non erat nomen.

R. OB. DE BARTENORA.

וראשן פכפסין *Et capita earum ſcil. trabium*, prominebant e pariete ad dividendum inter atrium Iſraëlitarum & ſacerdotum. מעלה היתה *gradus erat*, in atrio Iſraëlis. *Altitudinis cubitalis*, & longitudo erat ſimilis longitudini totius atrii. ודוכן *&* *ſuggeſtus*, Levitarum ſuggeſtus ſuper ipſo conſtructus erat in forma ſcamni; altus vero erat ſuggeſtus cubitum & dimidium, & in ipſo tres erant gradus quiſque dimidii cubiti, per quos ad ſuggeſtum aſcendebant.

כל העזרה *Totum atrium*, ab initio atrii Iſraëlitici uſque ad undecim cubitos loci vacui poſt domum contectam. *In latitudine*, a ſeptentrione ad meridiem. י"ג שערים *tredecim portæ*, quas ſtatim enumerat. Qui vero dicit quod atrio ſeptem erant portæ, is rationem addit propter tredecim adorationes reſpectu tredecim rupturarum in ſepto a Græciæ regibus factarum, uti ſuperius in hoc capite dictum eſt. Sed hæc Miſna jam tota expoſita eſt capite primo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Per atrium cujus hic fit mentio, quando dicit, totius atrii longitudo *erat* 187 *cubitorum* &c. intelligitur ſpatium illud quod ab initio atrii Iſraëlitarum & ſuperius uſque ad undecim cubitos poſt Templum ſe extendit, ſicuti in fine hujus tractatus exponitur. Et ob huncce locum tenetur excidio, ſi quis de induſtria contra ipſum peccaverit; & ſacrificio pro peccato, ſi ex errore. Et hic locus in genere vocatur ſanctuarium. Cæterum jam aliquoties expoſuimus hæc ſecundum doctorem primum dicta eſſe, qui ſtatuit tredecim fuiſſe atrii portas. Sapientes dicunt ſeptem fuiſſe, & illi rationem dant quod tredecim incurvationes erant reſpectu tredecim rupturarum, quæ erant in ſepto, ſicuti diximus hoc capite.

L'EMPEREUR. (1) Priora verba ſatis feliciter enarrat R. Schemaja cum inquit, מחילות התחיה ופתוחות לעזרת הנשים בגובה אותן ט"ו מעלות, *profunditates ſive ſpeluncæ erant ſub iſto* (atrio Iſraëlis) *eæque apertæ verſus atrium mulierum altitudine illorum* 15. *graduum.* Cum itaque ſinguli gradus fuerint dimidii cubiti, receptacula ſive conclavia iſta ſeptem cubitorum cum dimidio altitudinem habuiſſe neceſſe eſt: adeo ut commode eo ab atrio mulierum ingredi & inſtrumenta muſica ſeponere Levitæ potuerint.

(2) Quod de atrii Iſraëlis longitudine poſtea ſubjungitur, ſano ſenſu accipiendum eſt: non enim eſt exiſtimandum, quouſque ab oriente in occidentem ſeſe hoc atrium extenderit, illa longitudine definiri; ſed ſpatium inter auſtrale & ſeptentrionale latus longitudinem vocari. Paſſim enim Rabbini obſervant quantitatem majorem longitudinis; minorem vero latitudinis nomine venire: unde quia ab auſtro in aquilonem longius quam ab oriente in occidentem Iſraëlis atrium protendebatur, prius ſpatium longitudinem dixerunt; contra vero in mulierum atrio delineando evenit ob utriuſque ſpatii quantitatem æqualem.

(3) Sequentia, *ſimiliter atrium Sacerdotum erat longitudinis* 135 *cubitorum*, *latitudinis* 11. Hæc inquam in Baſileenſi & nitidiſſima illa editione Veneta non leguntur: quamvis in alia repererim; adeoque etiam eadem verba enarret R. Schemaja.

(4) Diſtinguitur autem atrium hoc ab illo per *proceres :* nam ראשי פשפשין exponunt per ראשי קורות *capita trabium*; quemadmodum Iſidorus *proceres* eſſe dicit capita trabium quæ eminent extra parietes. Sed hos proceres ſive tignorum capita quidam e pavimento, alii e parietibus eminuiſſe affirmant: quæ ſententiarum diverſitas atriorum diſtinctionem non imminuit tamen. Hoc majori attentione dignum quod R. Schemaja obſervavit, omnibus Iſraëlitarum maribus, ſi confertiſſimi (id enim ſonat vox צפופי) ad templum congregati eſſent, poſtica & lateralia ædis ſpatia, quæ atrio Sacerdotum & altaris loco intra atrii magni murum verſus occidentem ſuccedebant, occupare licuiſſe: ita ut atrium Sacerdotum cum altaris circuitu atrio Iſraëlis in frequentiſſima concione incluſum, ideoque per illos proceres utrimque aliquatenus diſtinctum fuerit. Quæ ab *iis* expendi velim, qui locum concionibus aſſignatum juſto anguſtiorem fuiſſe cauſantur: quoniam nemo inficias ibit, quin amplus & ſpatioſus ille ædis circuitus innumeros pene homines capere potuerit, cum ſtarent צפופין, i. quemadmodum Talmudici exponunt, adeo preſſi & conferti ut multi pavimentum non tangerent, ſed e terra nonnihil preſſura iſta attollerent. Quamvis non ignorem, codice אבות cap. 5. ſect. 5. inter decem miracula quæ patribus, dum templum ſtaret, obvenerint & hoc numerari, quod in tanta frequentia etiam ſuo more humi procumbentes adorare valuerint.

(5) Veniamus ad locum quem in nitidiſſima editione Veneta omnino corruptum autumo; quia legitur מעלה ורובר גבוהה אמה נתון עליה, *gradus & areola alta cubitum impoſita ei:* quam lectionem in contextu non immutavi; quia & Baſileenſis editio congruit: eam tamen nec Grammatica, nec partium iſtarum ſtructura admittit. Qui nomen רובר maſculinum, quemadmodum evincit נתון, cum fœminino גבוהה convenit? præterea gradus ſaltem dimidium cubitum

tum alti erant: quocirca ſi gradui infimo imponas areolam altam cubitum (prout ex illa lectione ſequitur) nullo modo quod ſubjicitur conſiſtere poterit; puta additos tres gradus ſive ſeſquicubitum cum præcedentibus ſolummodo duo cubita cum dimidio conficere. Ut taceam in רוכב *areola* non ſpectari altitudinem, non magis quam in שלחה *retractione* (cum tamen in hac lectione *alta* dicatur:) nam רוכב in gradibus delineandis *areolam* denotare indicabit caput ſequens; areola vero hic, Philandro in Vitruvium teſte, eſt retractio amplior, in qua ſuperficies non altitudo ſpectatur, utpote quæ planum gradus ſignificet. Denique ſi poſtea בה vertas *in ea*, ut loco continente pulpitum unius cubiti: quomodo ergo in hoc tres gradus, ſingulique dimidii cubiti fuerint? utrumque tamen in iſta lectione & expoſitione (ut ſecundam difficultatem devites) affirmatur. Quapropter legamus מעלה היתה וגבוהה אמה והדוכן נתון עליה, *aſcenſus erat altus cubitum, cui pulpitum impoſitum erat:* ubi דוכן occurrit, vox quæ & *pulpitum* e Vitruvio, & *ſuggeſtus* e Cicerone reddi poteſt. *Pulpitum* in דוכן quadrat, quia ibi Levitæ canebant ac inſtrumenta pulſabant: cum enim in Chronicis (lib. 1. cap. 16.) Sacerdotes & Levitæ Deum coram arca celebraſſe leguntur, eos remotiori loco inter atrium mulierum & Iſraëlis ſemper ſubſtitiſſe exiſtimandum non eſt. Suggeſtus etiam apte adhibetur: quia in דוכן Sacerdotes populo ex lege Num. 6. (quam & hodie obſervamus) benedixiſſe annotarunt Hebræi. Itaque miror, Eliam in Thisbi mirari paraphraſten Chaldæum, qui verba Pſal. 134. *attollite manus veſtras in ſanctitate* ſic παραφράζει טולו ידיכון כהניא על דוכן קודשא, *attollite manus veſtras Sacerdotes ſuper ſuggeſtum ſanctum*; utpote qui Sacerdotes in דוכן benedicere autumaverit: nam revera & Levitæ muſicam in דוכן exercuerunt tempore oblationis, ut inquit Kimchi, & Sacerdotes bene precati ſunt populo in eodem loco. Utrumque ſtare poteſt, nec hoc illud evertit.

(6) Quod vero de aſcenſu integrum cubitum alto annotat Miſna, cum præcedentibus non pugnat: quia מעלה hic aſcenſum, qui duos gradus continebat ſingulos dimidii cubiti altitudine, notat; adeo ut graduum quantitas in præcedentibus expreſſa hic etiam maneat.

(7) Ad totius atrii menſuram cum accedit libri auctor, totum atrium excludendo mulierum atrium metitur: quia cubitis 187 per partes ſuas diſpeſcitis, nihil atrio mulierum relinquitur; quandoquidem ſi ab ortu ad occaſum pergas, in atrio Iſraëlis anteriori (i. ſtricte ſumpto) cubita undecim, in Sacerdotum atrio pariter undecim, pro altari triginta duo, poſt altare viginti duo, pro æde ſive templo proprie accepto centum, poſt templum ad occidentalem murum undecim invenies. Quæ ſumma quum 187 non excedat, ut atrium mulieris includatur fieri nequit: ideoque quum antea (non in excerptis e Joſepho ſed) in Miſnajoth atrii portæ recenſerentur, hujus laterales portæ non connumerabantur; ſed orientalis tantum. Et hæc quidem cum reliquis prætermiſſa non fuit: quia cum in toto atrii complexu orientalis quædam porta aſſignari debuerit, inter atrium vero mulierum & virorum potius odeum eſſe quam porta videretur; iſtam orientalem aſſabre factam, in cujus foribus miracula edita ferunt, prætermittere viſum non fuit. Atrium vero mulierum in hac computatione poſthabitum fortaſſis fuit, quia viri quam mulieres digniori erant loco; adeo ut nec has in genealogiis computarent: deinde quod olim exiſtimarint quidam atrium mulierum aliquando muro cinctum non fuiſſe, quemadmodum in ſuperioribus verba illa חלקה בראשה accepta fuiſſe vidimus; ideoque eodem cum reliquis ordine illud non cenſeri autumaverint.

(8) Poſtea auctor noſter tredecim portas ordine recenſet, non e Sapientum (ut vocant) ſententia, ii enim in hac regione ſeptem tantum ordine & diſtincte recenſent (quamvis plures fuiſſe non negent, de quibus vide cap. 1.) ſed ex unius Rabbini mente: qui tredecim adorationes, de quibus in præcedentibus actum fuit, tredecim portas arguere putavit, quum ſolummodo 13. tranſennæ ſive cancellatæ ſepis effracturis reſponderint. Deinde in eo erravit gravius ille R. Joſe, quod dempto etiam mulierum atrio 13 ſupereſſe portas putaverit; & portam Nicanor contra Joſephum & ipſam veritatem inter atrii Iſraëlis portas locaverit: quas conſiſtere non poſſe, e præcedentibus ſatis liquere arbitror.

(9) Dum auſtrales portas ab occidente recenſere incipit, nominat שער העליון *portam ſuperiorem*: quam quidem in ſacro hoc ædificio fuiſſe minime negatur, quia hujuſmodi portam antea ædificaſſe Jotham legitur 2 Chron. 27, 3. ſed hunc locum occupaſſe Rabbini cæteri negant. Nec ratione deſtituuntur; quia Ezech. cap. 9, 2. antequam templum novum & ſpirituale deſcriberet, diſertis verbis affirmavit portam ſuperiorem vel ſupremam reſpicere Aquilonem: atqui R. Joſe eam ad Auſtrum collocat. Quæ ad reliquas auſtrales pertinent, partim e ſectione præcedenti, ubi de aqua hauſta & illata ad libandum Tabernaculorum feſto agebatur; partim ex annotationibus in ſectionem 4. capitis 1. cognoſci queunt. quare ad aquilonares pergamus.

(10) Hic ordine diverſo ab eo qui cap. 1. ſect. 5. ſervatur portæ enumerantur: nam ibi ab oriente ad occidentem; hic vero ab occidente ad orientem proceditur. Et obſervandum, quemadmodum hic in auſtralibus quarta porta additur; ſic quoque in aquilonaribus fieri: nec dubito quin utraque porta, quæ ſuperiori cap. ſect. 4. & 5. non recenſetur, tunc demum aperiretur, cum populus ob maximam frequentiam in poſticam atrii partem ſe reciperet, quemadmodum ſupra e R. Schemaja percepimus. Primo & ſecundo hoc capite eædem numero quidem in hoc latere portæ, ſi Jechoniæ portam rarius aperiri ſolitam exceperis, leguntur; ſed quædam ut nominibus ſic reipſa fuere diverſæ.

(11) Quæque illic porta prominentiæ dicitur, etſi cæteris lateralibus magis ad orientem vergens, tamen non eſt ea quæ hic a mulieribus nomen habet: quia hac etiam mulieres in atrium ſuum ingrediebantur, ſicuti Joſephus planiſſime ἁλώσ. λόγ. έ κεφ. ιδ΄. cum de mulierum atrio loquitur, his verbis edocet, *μία βόρειος, δι᾽ ἧς εἰς τὴν γυναικωνῖτιν εἰσῆγον, una ſeptentrionalis, qua ad mulieres introibant;* at ibi cap. 1. mulierum portas laterales prætermiſſas fuiſſe vidimus.

(12) Unde animadvertere licet, *portam cantici* quæ hic in hoc latere collocatur ultima, ſcilicet verſus orientem (nam ab occidente fit initium) alieno loco locatam fuiſſe: quandoquidem una tantum porta fuit in ſeptentrionali muro atrii mulierum, nec ulterius orientem verſus atrium extendebatur, ut ibi portam admittere poſſet. Quocirca convenientior portæ cantici tribuetur locus poſt Jeconiæ portam, ante portam oblationis: eademque cenſebitur cum ea quæ cap. 1. ſect. 5. locus incendii dicebatur. Et ſicuti (ut alia in ſuperioribus annotata mittam) propter altare etiam, ubi victimæ comburebantur, ab incendio denominabatur, quod non procul ab illo ſita eſſet; ſic etiam porta *cantici* dici potuit ob muſicam cum oblationibus quibuſdam victimarum conjunctam: quam Judæorum teſtimonio ſupra probatam vidimus.

(13) De פשפשים ita habendum eſt, hoc loco ea ſignificatione non poni, qua ſupra cap. 1. ſect. 6. num. 2. cum de capitibus פשפשים trabium (nam ibi per ש correcti codices iſtam vocem exprimunt) ſermo eſſet; verum hic פתחים קטנים, *oſtia parva*, deſignantur: ſic enim eam Hebræi c. 4. ſect. 2. exponere ſolent, omninoque id huic paragrapho convenit.

(14) Hæc oſtiola an ibi fuerint necne in medio relinquo; poſticas ſaltem duas portas quas R. Joſe poſtremo ſubjungit, ut contra aliorum Rabbinorum, ſic contra Joſephi auctoritatem confictas indubium eſt. Verba Joſephi hæc ſunt, τὸ δὲ πρὸς δύσιν μέρος οὐκ εἶχε πύλην, ἀλλὰ διηνεκὲς ἐδεδόμητο ταύτῃ τὸ τεῖχος, *occidua vero pars portam non habebat, ſed perpetuus extructus ibi erat murus.* Varia erant in dictis Templi atriis loca, quorum conſideratio ſuum in Scriptura intelligenda momentum habet: ideoque ut de iis nonnihil ſubjiciam, operæ pretium videtur. Quemadmodum mulierum atrium ſuis porticibus atque exedris exornatum fuit, ſic in Iſraëlis & Sacerdotum atriis hujuſmodi non defuiſſe e ſequentibus manifeſtum fiet: nam porticus quo populus a cæli injuria, imbribus &c. tutus eſſet requirebatur; ſicuti conclavium ſive exedrarum manifeſtus

erat

erat uſus in ſacra pecunia (extra gazophylacia ſuperius deſcripta) inſtrumentis ſacris, primitiis, decimiſque &c. reponendis, nec non ad corpus cibo potuque reficiendum. Sane Joſephus qui Templum ipſe vidit, de porticibus nos dubitare non ſinit, quum contra Apionem ſingula iſta loca quibus templum cingebatur vocat porticus, utpote porticibus ornata: diſtinctèque ſingularum porticuum meminit, ubi primam ſive extimam alienigenis etiam tribuit; ſecundam in oriente Judæis; tertiam viris tantum; quartam ſolis ſacerdotibus. Quæ tamen ita non eſſe accipienda, quaſi ſingula loca undique porticu cincta fuiſſent, docet idem *ἁλώσ. λόγ. έ.* ubi fuiſſe dicit εὔλιθόν τι ϗ χαρίεν γείσιον ὅσον πηχυαῖον ὕψ☉, ὃ διεῖργεν ἐξωτέρω τὸν δῆμον ἀπὸ τῶν ἱερέων, *loricam gratiſſimam ex pulcherrimo ſaxo ad cubitum aſſurgentem, quæ populum a ſacerdotibus ſegregabat.* Ibidem nonnulla quidem minus cum auctore noſtro conſonantia habentur; ſed ea omitto: hoc modo animadvertatur quo Joſephus ſecum conſentire appareat, Sacerdotum atrium partim porticu, partim humili ſepto circumſcriptum fuiſſe. Nam ex ipſis Miſnajoth manifeſtum eſt, atrium Iſraëlis cum Sacerdotum atrio ejuſdem fuiſſe latitudinis: ideoque illud Joſephi γείσιον *ſeptum* latera ubi muri erant non clauſiſſe, ſed tantum a parte orientali vel etiam occidentali omnes ſacerdotibus exceptis arcuiſſe. Cæterum in porticibus etiam atrii Iſraëlis docebatur populus, & prophetarum oracula excipiebantur, (adeo ut nullus dubitem quin ibidem etiam docuerit Servator.) Sic Baruch cum frequentiſſimus populus illuc conveniſſet, Jer. 36, 10. verba Jeremiæ legitur prælegiſſe in atrio Iſraëlis: utpote *audiente toto populo.* Locus autem ibidem dicitur *atrium ſuperius:* quia mons ſacer, ubi hæc ſacra erant ædificia, paulatim verſus ædem extollebatur, adeo ut Iſraëlis atrium atrio mulierum, quippe magis orientali, eſſet altius: unde id ei nomen impoſitum fuit, ut atrium ſuperius diceretur. Similiter Zecharias, cum 2 Chron. 24, 20. e ſuperiori loco populum objurgaſſe narratur, ſuggeſtus aliquis in virorum atrio deſignari videtur: quoniam a conjuratis in atrio domus Domini ob iſtam concionem e veſtigio interficiebatur; ut hac ratione in atrio videatur concionatus. Niſi hunc Sacerdotem eundem fuiſſe velimus cum eo, quem Servator inter templum & altare interfectum dicit Matth. 23, 35. hac enim ratione in חצר (quod hic cum עזרה idem eſt) *atrio* illa pars ab auctore Chronicorum non deſignabitur, quæ atrium Iſraëlis nuncupabatur; ſed ſpatium illud viginti duorum cubitorum quod altare & πρόναον ſive veſtibulum templi interjacebat. Verum Chriſti verba per anticipationem dicta, & (prout in Prophetiis Vet. Teſt. imo aliquando in Euangelio fieri videmus) aoriſtum (ſæpiſſime in præteriti ſignificatione poni ſolitum) pro futuro fuiſſe poſitum, videtur; ut per *quem occideritis* non male reddantur Chriſti verba ὃν ἐφονεύσατε. Enimvero Joſephus lib. 4. de bello cap. 19. (ſecundum Græci contextus Baſil. expreſſi diviſionem) Chriſti prophetiam impletam narrat, cum Zachariam filium Baruchi non diu ante urbis excidium interfectum dicit ἐν μέσῳ τῷ ἱερῷ *in medio templo*; ubi veluti digito locum a Servatore deſignatum notare videtur: nam medius ille locus in ἱερῷ *templo*, erat ante ναὸν *ædem*; quam ut Servator alibi ſic Joſephus hoc loco templi late ſumpti partem facit. Porro quod de exedrarum uſu ſupra annotatum fuit, plenius explicandum: atque ut de eo nihil dicam, quod e ſuperiori exedræ alicujus loco veluti ſuggeſto ad populum verba in atrio Iſraëlis facerent, prout e 2 Chron. 24, 20. cum Jer. 36, 10. collato liquet; & ad præcedentia ſpectat; ad conviva ſacra me conferam. Primum primogenita cedebant Sacerdotibus Num. 18, 19. eaque coram Jehova etiam comedebantur: qua circumſcriptione atrium quoque mulierum continetur; quandoquidem & a Sacerdotum filiabus edebantur. Deinde in atrio Iſraëlis exedræ quædam cibo ſumendo deſignatæ erant; in quibus ſcil. (quamvis & alibi) maribus tantum ex lege Levit. 10, 12, 13. conceſſa ederent Sacerdotes cum filiis: niſi in proximo ædi loco illas fuiſſe & ibidem ipſos ediſſe ſancta illa malis. Sane Sacerdotibus quoque in ſuo atrio quædam loca ad eum uſum deſtinata fuiſſe annotavit D. Kimchi in Ezech. cap. 42. quod confirmari poteſt e Num. 18, 10. ubi ſanctitas ſanctitatum non niſi atrium Sacerdotum ſignificare videtur. Unde, ſicuti etiam ex aliis plurimis teſtimoniis, ut Levit. cap. 6. verſ. 16. & 26. Jer. 35, 4, 5. &c. Iſraëlitas a convivio in atriis celebrando agendaque lætitia minime alienos fuiſſe apparet ſatis: non diſſimili ratione atque olim ſeptuaginta ſeniores cum Aarone convivio intererant, quod coram Jehova inſtituerat Moſis ſocer Exod. 18, 12. Ad quem ritum Pſaltes, Pſal. 116, 13. proculdubio reſpexit, cum ad gratiarum actionem ſe ſalutis calicem ſumpturum vovit: quemadmodum enim votivis & euchariſticis ſacrificiis cum gaudio veſcebantur Judæi, ut e Levit. 7. & aliunde videre eſt; ſic eoſdem in iſtis epulis bibiſſe eſt certiſſimum. Itaque calix, cujus Pſaltes meminit, erat calix gratiarum actionis uſitatiſſimus inter Judæos: ſiquidem moris inter eos fuit, ut in quotidianis etiam menſis Deo benedicentes biberent (in Beracheth cap. 6. ſect. 5. & ſequentibus:) quanto magis ubi euchariſticis ſacrificiis veſcerentur? Unde videmus in agno paſchali cum memoria maximi beneficii celebraretur, accuratiſſime ejuſcemodi benedictiones & laudes obſervatas fuiſſe: quod in libro Peſachim Talmudiſtæ pluribus atteſtantur. Quapropter in ſacra cœna ποτήριον τ͂ εὐλογίας *poculum benedictionis* deſcribit Paulus 1 Cor. 10, 16. Ex illo autem convivandi modo in locis ſacris, i. templi exedris, originem traxerunt Chriſtianorum ἀγάπαι, quarum non ſemel in Apoſtolorum epiſtolis fit mentio: ſacra quippe erant Chriſtiani cœtus convivia Chriſtianæ charitatis teſtimonia; ubi ad morem veterum Judæorum *capiebant cibum* (ut Lucæ Actor. 2, 46, 47. utar verbis) *cum exultatione laudantes Deum.* Hæc convivia, cum Eccleſiæ hoſtes quo minus publice fierent impedirent, domatim agebantur; alias in loco publico agitari ſolita: cujuſmodi in Corinthiorum Eccleſia obſervare licet ex Epiſt. ad Corinth. 2. cap. 11. Quamvis iſta Paulus, quum ſchiſmatis potius & odii, quam concordiæ & amoris ſigna eſſe obſervaret, ſuſtulerit; ſacramque Cœnam iis conjungi ſolitam ſeorſim celebrari juſſerit: ita ut ſeorſim epularentur privatim in ædibus ſuis; in cœtu vero publico conjunctim cœnam ſumerent. Porro his ex occaſione interjectis ad inſtitutum redeamus. Exedræ etiam in atriis interioribus variarum rerum erant repoſitoria: quamvis enim extra atria eſſent gazophylacia in quæ promiſcue adeuntes ſuam liberalitatem exonerabant, nec non tabernæ ſive exedræ ubi plurima venundabantur; tamen & interiores erant exedræ in Iſraëlis vel Sacerdotum atrio, quibus collecta pecunia, aliave conſecrata ſervarentur. Sane (1 Chron. cap. 26, verſ. 20, 24, 26. & cap. 28. verſ. 12.) in exedris theſaurorum domus Dei diſtinctis a theſauris aliis rerum ſanctarum, omnino pecuniæ repoſitoria etiam fuiſſe mihi videntur: nec probabile eſt omnem pecuniam extra atria cuivis etiam alienigenæ concreditam fuiſſe. De primitiis aliiſque rebus ſacris, ut Nehem. 13, 9. ac 12, 24. &c. prætercam, Judæorum promiſſio extat Nehem. 19, 37. ſe eas allaturos in cubicula ſive exedras domus Dei; idque ad Sacerdotes, quaſi iſtæ exedræ in Sacerdotum atrio fuerint; commate autem 33. inſtrumenta ſanctuarii ibidem fuiſſe leguntur: etſi utrumque atrium Sacerdotum & Iſraëlis deſignari potuerit; quia (ut obſervant Hebræi) ſacerdotes quamvis proprium haberent atrium, in atrio etiam Iſraëlis verſabantur. Si quis vero hæc ſpatia anguſtiora, nec tot exedris capiendis idonea exiſtimet; e ſuperioribus repetat, fuiſſe etiam ſub pavimento receptacula quædam: nec prætereundum eſt, ὑπερῷα fuiſſe quædam cubicula ſive exedras, quæ reliquis altiores imo reliquis impoſitæ eſſent. Exemplum duplex Jer. 35, 4. proponitur: nam Recabæi adducuntur domum Dei in cubiculum ſive exedram propinquam exedræ principum, quæ erat ſupra exedram Mahaſejæ obſervantis limen; quare cum receptaculum filiorum Chananis Prophetæ, quo Recabæi adducebantur, laterale & vicinum fuerit cubiculo principum quod ὑπερῷον erat, & ipſum ὑπερῷον fuiſſe neceſſe eſt. Hic vero obiter obſervetur, cum exedræ & cubicula ex hoc vel illo homine nominantur, veluti exedra Mahaſejæ &c. exiſtimandum non eſſe eundem illam exedram tunc temporis occupaſſe; ſed eum primum

vel primarium & inter cæteros celeberrimum fuiſſe aliquando: quod in ſimili quodam caſu docte obſervavit Hobadia de Bartenora, quum annotationibus in cap. 5. ſect. 1. codicis Schekalim agit de perpetuis muneribus; quibus tamen ſingulis ſinguli viri præpoſiti illic in textu Miſnajoth dicuntur. quaſi ſinguli ſuo munere perpetuo functi fuiſſent donec munera ipſa deſinerent. Itaque adjicit illa explicans, מיהו הנך גברי דחשיב לא בזמן אחד היו אלא החסידים והכשירים שבכל דור ודור הוא מונה, *tamen iſti viri quos recenſet uno eodemque tempore non fuerunt, ſed eos qui pietate & probitate in ſingulis ætatibus præcelluerunt ipſe numerat:* deinde vero idem H. de Bartenora veterum ſententiam proponit, qui primos iſtis muneribus functos numerari arbitrabantur. Similiter cum exedræ hujus vel illius nomen ſuſtinent, non ſtatim eos tunc vixiſſe concludendum eſt; ſed e diverſiſſimis etiam ætatibus præſtantiſſimos electos, aliquando etiam primos qui iſta loca occuparunt.

פרק ג המזבח היה שלשים ושתים על שלשים ושתים עלה אמה וכנס אמה זה היסוד נמצא שלשים על שלשים עלה חמש ונכנס אמה זה הסובב נמצא עשרים ושמונה על עשרים ושמונה מקום הקרנות אמה מזה ואמה מזה נמצא עשרים ושש על עשרים ושש מקום הילוך רגלי הכהנים אמה מזה ואמה מזה נמצא עשרים וארבע על עשרים וארבע מקום המערכה אמר רבי יוסי מתחלה לא היה אלא עשרים ושמונה על עשרים ושמונה כונס ועולה במדה זו עד שנמצא מקום המערכה עשרים על עשרים וכשעלו בני הגולה הוסיפו עליו ארבע אמות מן הדרום וארבע אמות מן המערב כמין גמא שנאמר והאריאל שתים עשרה ארך בשתים עשרה רוחב רבוע יכול שאינו אלא שנים עשר על שנים עשר כשהוא אומר אל ארבעת רבעיו מלמד שמן האמצע הוא מודד שתים עשרה אמה לכל רוח וחוט של סיקרא חוגרו באמצע להבדיל בין הדמים העליונים לדמים התחתונים והיסוד היה מהלך על פני כל הצפון ועל פני כל המערב ואוכל בדרום אמה אחת ובמזרח אמה אחת:

Caput 3. Altare (1) fuit quaquaverſum 32. cubitorum; (2) exurgens in cubitum, in cubitum coarctabatur, quod erat (3) fundamentum, ſive pulvinus: deprehendebatur eſſe quaquaverſum 30. cubitorum. (4) Aſcendebat 5. cubitis, & coarctabatur in cubitum, qui eſt circuitus: deprehendebatur (5) eſſe 28 cubitorum quaquaverſum. Locus (6) cornuum, ab omni (7) parte unius cubiti: adeo ut quaquaverſum remanerent 26 cubita. Locus (8) ambulationis ſacerdotum, hinc inde unius cubiti: ita ut pateret circumquaque cubitos 24 locus (9) pyræ. Dixit R. Joſe; (10) Ab initio non patebat altare niſi 28 cubitos quaquaverſus: contrahebatur & ſurgebat ſecundum iſtam menſuram, donec redderetur locus focarius 20 cubitorum quaquaverſum. Cum autem aſcendiſſent qui ſuſtinuerant captivitatem, addiderunt illi quatuor cubita a ſeptentrione & quatuor cubita ab occidente inſtar literæ Gamma: (11) quia dictum eſt, Ezech. 43, 16. *Ariel eſt duodecim cubitorum longitudine, cum duodecim latitudine, quadratum.* Dici poterat, nonniſi duodecim fuiſſe quaquaverſus; itaque cum dicit *verſus quatuor quadraturas ſuas*, docet ſe a medio menſurare duodecim cubitos in quamvis partem. Filum (12) vero coccineum cingebat altare medium, ad diſcernendum inter ſanguines ſuperiores & inferiores. Atque (13) fundamentum erat ambulacrum ſive pervadebat per totum latus ſeptentrionale ac totum latus occidentale; & abſumebatur ad Auſtrum uno cubito, pariterque ad Orientem: vel ab Auſtro occupabat unum cubitum; ſimiliter ab Oriente.

R. OB. DE BARTENORA.

המזבח היתה ל"ב אמה על ל"ב אמה *Altare erat triginta & duorum cubitorum quaquaverſum*, conſtructio ita fiebat, quatuor tabulas quadratas adducebant, & cuique tabulæ erat longitudo triginta & duorum cubitorum, latitudo autem unius cubiti, qui erat altitudo formæ; has calce, pice, lapidibus, & plumbo conflatas implebant, & ſic materia dura fiebat e triginta duobus in cubitis longitudinem & latitudinem, cujus altitudo erat unius cubiti; & hinc fiebat יסוד *fundamentum.*

עלה אמה וכנס אמה *Exſurgens in cubitum & coarctans cubitum*, poſtquam fundamentum in cubitum aſſurrexiſſet, aliam formam adducebant, nam quælibet tabula triginta cubitos longa erat, & quinque cubitos alta, eamque imponebant fundamento, & lapidibus, pice, calce, & plumbo eam implebant ut priorem, & poſtea ipſam fundamento affigebant, atque ſic fiebat inde fragmentum aliquod durum triginta cubitos latum & longum, idque fundamento imponebatur; hæc fabrica dicitur סובב *circuitus*, & quinque cubitos altior erat fundamento, atque is ſenſus eſt illius quod dicitur *& coarctans cubitum*, nam ad quodque latus de fundamento decerpebat cubitum. Poſtea tertiam formam adducebant quæ viginti octo cubitos longa & lata erat, & tres alta, quæ imponebatur circuitui & implebatur ut prima, atque hic erat locus in quo ſtrues ligni pro foco ſtruebatur, qui eſt quaſi caput & cacumen altaris; hinc fiebat ut fundamen-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Non meminit altitudinis altaris totius, quia notum eſt ipſam non mutatam, nec additam, nec diminutam eſſe. Dixerunt, altare quod conſtruxit Moſes, decem eſſe cubitorum, & ejuſdem menſuræ fuiſſe ea quæ facta ſunt a Salomone, & ab iis qui reduces fuerunt e captivitate Babylonica.

ארבע אמות קומתו *Quatuor cubitorum altitudo*, ab ore ſtruis & ſuperius. Sed jam expoſitum eſt quod altitudo illius decem erat cubitorum, fundamentum erat unius cubiti, circuitus quinque cubitorum, locus ſtruis lignorum trium erat cubitorum, cornua vero unius, quodlibet enim cornu longum atque latum erat cubitum unum. Delineabo itaque menſuram eorum per cubitos ſecundum id quod hæc dicit Miſna, & poſtea menſuras accurate examinabo, & proferam ea quæ in Gemara ad codicem Menachot dicuntur. Lex enim menſuræ altaris in primis rationem habuit, ut & loci ipſius; in 1. libro Chronicorum 22, 1. altari aſſignatur ſuus locus, hoc ſenſu, *& dixit David, hæc eſt domus Domini Dei & hoc eſt altare holocauſticum pro Iſraële.* Dixerunt Sapientes noſtri, dixit R. Elieʒer, vidit altare ædificatum & Michaëlem magnum iſtum principem ſtantem atque offerentem ſuper ipſo. Porro dixerunt, tres prophetæ cum illis aſcenderunt e captivitate, unus qui de altari teſtatus eſt, & alter qui de loco altaris teſtatus eſt, tertius qui teſtatus eſt quod ſacrificia fierent licet non eſſet Templum. Quando dixe-

damentum promineret extra circuitum ad quodque latus unum cubitum, & ut circuitus magis promineret quam ſtrues, ſcil. unum cubitum ad quodque latus. Deinde quartam formam adducebant, unum cubitum latam & longam, & altam quoque cubitum, qui angulo altaris imponebatur, & poſtea implebatur, ex qua fiebat *cornu altaris* ad quatuor angulos ipſis.

מקום הלוך רגלי הכהנים *Locus ambulationis ſacerdotum*, nam non requirebatur ut ſacerdotes ambularent inter cornua, ſed unum cornu relinquebatur vacuum interius pro ambulatione ſacerdotum. מתחלה *ab initio*, tempore Salomonis. *Viginti octo cubitos tantum quaquaverſus*, aſſurgebat enim coarctando altare a fundamento & circuitu, locus ambulationis ſacerdotum, ita ut locus ſtruis ligni eſſet viginti cubitos latus & altus.

וכשעלו בני הגולה וכו׳ *Et quum aſcenderent filii captivitatis &c.* & ope iſtius additamenti fundamentum triginta duorum factum eſt cubitorum in longitudine & latitudine, & locus pro ſtrue lignorum viginti quatuor in longitudine & latitudine. *Inſtar literæ Gamma*, nam Gamma Græca habet figuram noſtræ literæ Nun inverſæ. Sed capite quinto codicis de Sacrificiis exponitur quod ob foramina שתים dicta, per quæ libamina fiebant, altare magis extenderunt ad meridiem, & occidentem, quam tempore Salomonis, & illa verba, *altare terreum*, expoſuerunt de altari terra occluſo, ne ullibi cavum eſſet, quando autem libabant ſuper altare ad cornu meridionale occidentale, libamina deſcendebant ab altari ad fundum, & porro incidebant in foſſam prope cornu meridionale occidentale circa altari, ſed non ſubter ipſo. Qui vero e captivitate reduces fuerunt, ii altari aliquid addiderunt quo foſſa iſta ſubter colligeretur, & præterea foramina in ſummitate altaris e regione illius ut eo mearent libamina, nam illi dixerunt, potus ſimilis eſt cibo, nempe ſicuti cibus in altari conſumitur, cujuſmodi ſunt ſacrificia quæ in altari comburuntur, ita quoque potus ſive libamina in altari conſumuntur. Cæterum quando Lex meminit *altaris terrei*, id expoſuerunt de altari terra conglutinato, quia ipſum non ædificarunt ſuper bovili nec ſuper fovea.

שנאמר האריאל שתים עשרה ארך *Uti dictum eſt, & Ariel duodecim erat &c.* eſt nimirum locus Ezech. 43, 16. quo prophetavit de menſura Templi ſecundi & futuri. Cum dicit *& ariel duodecim &c.* vult dicere quod ſtrues ligni duodecim erat cubitorum. *Docet ſe a medio menſurare duodecim cubitos in quamvis partem*, ſcil. in longum & latum.

וחוט של סיקרא חוגרו באמצע *Et filum coccineum cingebat medium illius*, filum rubrum undiquaque cingebat altare circa medium ab altitudine illius in fine quinti cubiti, qui eſt unus cubitus de altitudine circuitus סובב dicti. *Ad diſcernendum inter ſanguines ſuperiores*, nam ſanguis ſacrificii pro peccato e pecore deſumpti, & holocauſti ex avibus ſpargebatur ſupra filum coccineum. *Et inferiores*, & ad diſcernendum inter reliqua ſacrificia, quorum ſanguis infra filum coccineum ſpargitur.

ואוכל בדרום אמה אחת ובמזרח אמה אחת *Et abſumebatur ad auſtrum uno cubito, pariterque ad orientem*, totum altare erat in parte terræ Benjaminis, excepto cubito per ſuperficiem meridiei in longitudine, & cubito per ſuperficiem orientis in longitudine, quem decerpebat e parte Judæ; ſed cubitus orientalis ſe non extendebat per totam ſuperficiem orientis, nam poſtquam cubitus perveniſſet ad cornu orientale ſeptentrionale, deſinebat intra cubitum prope cornu. Sic etiam cubitus quem altare decerpebat e meridionali plaga, non ſe extendebat per totam meridionalem plagam, nam poſtquam ad cornu meridionale occidentale perveniſſet, deſinebat cubitus prope cornu, hinc fiebat ut tria cornua altaris eſſent in parte Benjaminis; ſed cornu meridionale orientale duntaxat erat in parte Judæ, & quia Jacobus benedixit Benjamini, dicendo, Gen. 49, 27. זאב יטרף בבקר יאכל וכו׳ Targum iſta verba interpretatur, *in hæreditate ipſius ædificabitur Sanctuarium*; quicquid ergo ſacrificiis conſecratum eſt, id in parte Benjaminis duntaxat erit, idcirco in cornu meridionali orientali non ſtruxerunt fundamentum, quia non erat in parte Benjaminis, propterea ſanguines non ſpargebantur infra filum in iſto cornu ſive angulo. Sed cum formam quadratam fundamenti faciebant, ut iſtud lapidibus, calce, pice, & plumbo impleretur, aſſerem vel aliud quid in angulo meridionali orientali ſtatuebant, ne angulus iſte impleretur; poſtea removebant iſtum aſſerem, & locus iſte fiebat vacuus ab omni fundamento, idcirco media altaris pars appellabatur סובב, quia circuibat totum atrium, quod ita non fiebat in fundamento.

dixerunt ipſum teſtatum fuiſſe de altari, intelligas quod accurate locutus ſit de menſura illius, uti exponam. Sciendum vero tibi eſt quod altare ædificatum non erat excavatum, uti id quod fecit Moſes, ſed ex integro corpore, uti quæſiverunt de modo conſtructionis illius, quomodo conſtruxerunt altare? adducebant formam quadratam triginta & duorum cubitorum in longum & latum, & unius cubiti in altum; adduxerunt quoque lapides magnos parvoſque, calcem, & picem, & plumbum conflatum, eaque illic deponebantur e quibus fiebat altaris fundamentum. Porro adducebant formam quadratam triginta cubitos latam & longam, quinque vero altam, adducebantque etiam lapides &c. atque inde conſtruebatur סובב *circuitus*. Poſtea adferebant formam viginti octo cubitos longam & latam, & tres altam; adferebantque lapides &c. Non fiebat locus pro מערכה *ſtrue*. Deinde adducebant formam unum cubitum latam & longam, & cubitum quoque altam, atque inde fiebat ſpatium pro cornibus. Quamvis autem hæc verba rem intellectui aperiant, ut ſenſibus eam depingere non opus ſit, tamen eam depingam uti promiſi ad majorem declarationem, atque hæc altaris figura eſt. Jam vero menſuras accurate examinabo. Jam diximus in Menachot quod cubiti altaris aurei, & altaris cornua, circuitus, & fundamentum, erant cubiti quinque palmorum (vulgaris autem & mediocris cubiti menſuram Miſna memoravit ſex palmorum) cætera vero ſex palmorum, ita Traditione accepimus. At hoc probatur ex Ezec. 43, 13. *Et hæ menſuræ altaris cum cubitis*, nam altare duas cubitorum menſuras continebat; ne igitur quis putaret omnia menſurari cubito quinque palmorum, idcirco dicitur, *cum cubitis*, & *cubito, cubito*, &, *palmo*, quia ſcil. unus cubitus altero major eſt palmo, perinde ac ſi dixiſſet, nonnulla metiuntur parvo cubito, nonnulla vero cubito & palmo inſuper. Nos autem magno ſtudio e Gemara collegimus quod fundamentum ſit quinque palmos altum, & ſic etiam coarctatio illius. Circuitus vero triginta palmorum altus erat, & coarctatio illius quinque; nam de coarctatione circuitus duntaxat intelligendum eſt id quod dicitur circuitum fuiſſe cubiti quinque palmorum. Cæterum locus in quo ſtrues lignorum poſita erat, octodecim erat palmos altus, cornua vero ſingula quinque erant palmorum; ſed quadrata cornuum forma ſex erat palmos lata & longa, ita ut tota altitudo quinquaginta octo eſſet palmorum, dimidium vero novendecim erat palmorum, ad ſextum palmum erat filum coccineum, nam ſex de circuitu reliqui erant palmi, & hoc eſt quod dicitur, poſt cubitum ipſius. Dixit autem Miſna de holocauſto ex avibus, quod ſanguis illius ſupra filum ſpargi debet, ſicuti expoſitum eſt ſeptimo capite de Sacrificiis; dixeruntque aſcendebat in ponticulum & divertebat in circuitum, veniebatque ad cornu meridionale orientale, & implebat caput ipſius &c. ſi vero ipſum confeciſſet ſub pedibus ipſius, licet unius cubiti quantitatem, tamen bene habet, nam jam expoſitum eſt quod ſi quis ſtaret in loco circuitus coarctato, inter illius pedes & filum coccineum altare in duo dimidia dividens, eſſet cubitus unus. Et quandoquidem caſus de menſuris ſe habet uti diximus, clarum eſt id quod dicitur, *hinc triginta quaquaverſum erunt palmi*; erunt ita triginta duo palmi quaquaverſum, uti expoſitum eſt. Sic etiam quando dicitur, *hinc viginti octo erunt palmi quaquaverſum*, intelligendum eſt quod viginti octo & quatuor palmi ſint quaquaverſum, niſi quod palmos cubito minores non enumeraverit; & hæc certa ſunt. Jam menſuras altaris accurate expoſuimus, quantum nos e verbis Miſnæ, Gemaræ, & Toſaphtæ explicare potuimus; nunc autem requiritur ut ſermoni noſtro finem imponamus.

L'EMPEREUR. (1) Non agitur hoc loco de altaribus, quæ Moſes ipſe Dei juſſu fieri curavit; quorum unum altare ſuffitus, alterum altare holocauſti nuncupabatur: quandoquidem utriuſque quantitatem longe minorem deſcribit legiſlator Exod. 27, 1. ac deinde cap. 30, 2. Nec forma convenit, quoniam cavum e tabulis (ut ibi cap. 27. legitur) erat altare illud holocauſti; hoc vero ab auctore noſtro deſcriptum, totum ferme ſolida materia farctum erat, ut in ſequentibus videbimus: nec materiam altarium eandem fuiſſe facilime animadvertet, qui Moſem conſuluerit. Porro ſi quis propter dictam differentiam Iſraëlitarum reducum in extruendo altari induſtriam reprehenſione dignam cenſeat, hic ſecum reputet, non abſurde alicui videri poſſe, Deum de hujuſmodi altari jam olim per Moſen mandata dediſſe: ſi quidem dicit Exod. 20, 24. *altare terreum facito mihi....... 25. quod ſi altare ex lapidibus facies mihi, ne extruito ex eis cæſis.* Unde R. Elieſer exiſtimavit lapideum altare fuiſſe Schilunte, Nobi, & Gibhone: quemadmodum narratur in Gemara Babylonica, codice de ſacrificiis, folio 61. facie ſecunda. Certe Abarbenel non tantum ante, ſed etiam poſt extructum templum illa Dei verba Exod. 20. executioni mandata fuiſſe arbitratur: quamvis ignorare nequiverit quid de æneo altari in Chronicis legamus. Sed Judæorum quidam (uti ex Jarchio & Kimchio in 1. lib. regum videre eſt) quod 2 Chron. 4, 1. & c. 7. v. 7. de altari æneo invenitur, convenienter ſuæ hypotheſi explicant. quaſi ob uſum ſimilem id nominis gereret: puta, quia ſucceſſit altari Moſis æneo, & holocauſta cæteraque in hoc ſimiliter, atque olim in illo, adolebantur; ſanguiſque etiam ſpargebatur. Verum de illa expoſitione verba Kimchi pronuntio, אלא דברים של תימה הם *hæc verba ſunt admiratione digna:* nec etiam eo nos recurrere ulla cogit neceſſitas. Certe utrumque agnoſcere convenit, Salomonem auctoritate ipſius Dei 1 Chron. 28, 19. altare æreum feciſſe; nec iſtud prohibere, quominus & tum terreum aliquod ſive lapideum eſſe quiverit: ſi quidem etiam 1 Reg. 8. 65. ſimulac illud æreum extrui curaſſet, (urgente ſacrificiorum multitudine) atrii medium, quod erat ante Dei ædem, conſecraſſe legitur; quo ibidem oblationes fierent: quod aptiſſime Hebræorum quidam de altari ſecundo ad tempus e lapidibus exſtructo accipiunt. Quemadmodum Moſes duo altaria parare juſſus, poſtea Dei nomine de alio altari lapideo, quod trajecto Jardene conficeretur, Deut. 27, 5, 6. mandata proponit, ſecundum Dei edicta Exod. 20, 25. Quo Judæi e Babylonia reduces oculos intenderunt, ut ex Dei præſcripto altare holocauſti conſtruerent, Ezræ 3, 2. Nam Zerubbabelem ſtructuram ſacram ex ipſius Dei autoritate procuraſſe dubitari nequit: utpote quem Deus ſubinde per Prophetam Haggæum alloqueretur, & mandatis inſtrueret, ipſo Haggæo cap. 1. & 2. Prophetiæ ſuæ id atteſtante. Unde Maimonides in Jad haſaka tom. 3. pagina mihi 2. folii 167. e prophetarum præſcripto altare reducum Iſraëlitarum ædificatum fuiſſe ſcribit. Itaque non eſt quod miremur vel carpamus, altare quo de agimus a Moſis altaribus duobus & Salomonis æneo fuiſſe diverſum. Verumenimvero interroget quis, num conjuncta fuerint omnia altaria, ut in Salomonis ædificio æreum cum lapideo conjungebatur olim; deinde ſi Moſis altaria ſublata fuerint, quo tranſlata ſint. Ad priorem quæſtionem quod attinet, Davidis Kimchi ſententia non diſplicet, qui cum obſervaret Salomonem loco tentorii conventus ſtruxiſſe templum, ſimiliter pro inſtrumentis Moſaicis feciſſe nova, ſcilicet altaria, lychnuchos, menſas aliaque in ſacris recenſita; nec ut omnia illa Moſis & hæc Salomonis combinarentur quadraſſe: quid enim tentorium conventus in templo præſtitiſſet? hæc inquam ſecum expendens pronunciare non dubitavit, מזבח של משה גנוז עם אהל מועד *altare Moſis alicubi recondiderunt cum tentorio conventus.* Scilicet quum forma loci ſacri, inſtrumentorum & ordinis eccleſiaſtici, juſſu divino (1 Chron. 28, 19. 2 Chron. 29, 25.) immutata fuiſſet; novis in veterum locum ſubſtitutis, quæ amplius uſui non fore videbantur honeſto loco ſepoſuerunt: itaque ab hominum oculis removerunt plurima, quæ ad ceremonialem cultum pertinerent. Quo iſtud forte innuere voluerunt veteres fideles, fore tandem ut omnes ſuæ ceremoniæ honeſte ſeponantur & abrogatæ ab hominum oculis removeantur. Nihilominus quare ſepoſita ſacra utenſilia fuerint, dubitare vel potius mirari videtur Salomon Iſacides, inquiens, ubi de altari ſuffitus verba facit, תמיה אני ושל משה למה נגנז *miror* (proprie *admiratio*, ut per תניא, Talmudiſtis jam *legit* ſive *docet*, alias *traditio* & *doctrina* deſignatur) *ego, Moſis altare quare reconditum fuerit:* niſi למה de loco, quo delatum fuerit, accipere malis. Sed ad ſecundam quæſtionem deſcendamus: cui facem veluti præferunt verba, quæ 1 Chron. 28. leguntur verſ. 11. & 12. *dedit David Salomoni filio ſuo ſtructuram porticus, & domorum ejus, & gazophylaciorum ejus, cœnaculorumque ejus, ac cubiculorum ejus .... Denique ſtructuram omnium quæ erant penes eum informata per ſpiritum, de atriis domus Jehovæ, & de omnibus domibus circumquaque: pro theſauris domus Jehovæ & pro theſauris rerum ſanctarum.* Quibus verbis varia loca deſignari, ubi utenſilia illa Moſis collocari commode potuerint; nemo dubitat: ac inprimis עליות *cœnacula*, ſive potius ὑπερῷα, illis vaſis recipiendis deſtinata videri queant; ſive iſta ὑπερῷα cum Kimchio in ſuperiori porticus parte; ſive totius ædis contignatione cum maxima Rabbinorum parte collocemus. Itaque quum Kimchi alicubi hæc ſcribit, ארון שם ס"ת נראה כי נתנוהו באוצרות בית יי עם אהל מועד ועם הכלים, *arcam, in qua erat liber legis, ſepoſuiſſe videntur in theſauris domus Dei cum tentorio conventus & cum inſtrumentis*; עליות denotaſſe ideo exiſtimo: quia quorſum alioqui tot ὑπερῷα ædificata fuerint non video; quamvis quid e voce אוצרות, quæ 1 Chron. 28. reperitur, objici queat non ignorem. Præterea illud ſibi voluiſſe David Kimchi ex eo videtur, quod librum legis (etſi hunc in arca poſitum non exiſtimem, utpote cum id commati 25. cap. 31. Deut. & 2 Chron. 5, 10. adverſetur; quæ tamen quidam magiſtrorum cum Kimchii ſententia convenire volunt) cum reliquis inſtrumentis in eundem locum tranſlatum fuiſſe exiſtimet: atqui Chilkia Joſiæ tempore, cum etiamnum argentum ad reſtaurandam ædem produceretur, id eſt reſtaurationis initio, alicubi ex inopinato librum legis*, i. Moſis authenticum autographum inveniſſe videtur, ubi præter opinionem latebat. Certe in diuturna populi idololatria fieri potuit, ut quid in ſuperioribus templi locis repoſitum eſſet parum attenderint; ſed ad cætera conclavia & receptacula, aliave ad templum pertinentia vel identidem vel ſtatis temporibus commeare ferme ſolebant: adeo ut ibi liber legis latere ſaltem Sacerdotem magnum nequiverit. Quocirca in illis עליות *conclavibus ſuperioribus*, vel templi vel porticus, vaſa illa ſacra ſepoſita fuiſſe e Kimchi ſententia videntur: quandoquidem librum legis ibi maxime latere potuiſſe conſtat; ipſe autem omnia eodem loco ſepoſita cenſet. Scio quidem quid Talmudiſtæ minus convenienter aliis ſuis traditionibus de arca, virga Aäronis & oleo unctionis in codice Cerithouth & Horajoth ſtatuant: ea in occultas templi ſpeluncas abdita fuiſſe. Sed fundamento plane nulli innituntur: ſi quidem ad eam rem producunt 2 Chron. 35, 3. *Ponite arcam ſanctam in domo quam ædificavit Salomon.* Hinc logica ſua Judaica deducunt Joſiam hoc Levitis dediſſe in mandatis, ut arcam, &c. ad ſpecus profundas & tortuoſas detruderent. At quanto melius Salomon Jarchi, qui alioqui Talmudicis eſſe ſolet addictiſſimus, לפי פשוטו שהעבירו מנשה ואמון את הארון לפיכך צוה יאשיהו להושיבו, *ſimplex ſenſus eſt, quod Menaſſe, deinde Amon amoverint arcam; ideoque eam reſtitui juſſerit Joſias.* Niſi forte את per *cum* exponere magis allubeſcat, ut hæc fuiſſe mens dicatur; Paſchata *cum*, i. *coram* arca eſſe mactanda a Levitis, quum alio onere levati eſſent. Sed hic ſenſus eſt ſimpliciſſimus; arcam quæ antea de loco in locum transferri ſolebat, & ab impiis regibus e loco fixo mota fuerat, reſtituendam in locum ſuum, i. ſanctum ſanctorum, nec inde aliò transferendam.

(2) Porro altaris ſtructuram membratim conſiderabimus: atque imprimis membra quatuor, fundamentum, quadratum corpus, circuitum & cornua. Halacha noſtra alia etiam commemorat; ſed in Gemara Babylon. cap. 6. de ſacrificiis, illa ſolummodo abſolute neceſſaria judicantur: folio enim 62. leguntur ſequentia תנו רבנן קרן וכבש ויסוד וריבוע מעכבין מידת ארכו ומידת רחבו ומידת קומתו אין מעכבין

מנהני

מנהני מלי אמר רב הונא אמר קרא המזבח כל מקום ש"נ המזבח לעכב, *docent Rabbini; Cornu, aſcenſus (etſi non ſit altaris pars) fundamentum & quadratum, impediunt altaris uſum,* ſcil. cum deficiunt; *at menſura longitudinis, latitudinis, denique menſura altitudinis non impediunt. Unde iſta verba? Dixit Rab. Houna; Ait Scriptura; Altare: ubicunque dicitur, Altare; hoc ad excludendum.* Poſteriorum verborum ſenſum hiſce expreſſit Iſacides, דהמזבח משמע כשהוא כן הוא דמיקרי מזבח ואי לא לא, *quia altare docet, quum hujuſmodi eſt, vocari altare; ſin minus, non vocari.* Paulo poſt in Gemara additur, R. Joſen dixiſſe אף הסובב *etiam circuitus*, ſcil. ſi deſit, reddit altare ineptum. Hic ea habemus, quibus deſideratis altare altaris nomen ſuſtinere nequit: ut etiam ea, quæ abſque altaris detrimento varias mutationes ſubire poſſunt; cujuſmodi altitudo &c.

(3) Diſpiciendum primo de fundamento, unde etiam orditur הלכה: quæ 32 cubitorum longitudinem ſimul ac latitudinem eidem tribuit. At Ezech. (de quo Talmudici accipiunt, quod de Propheta altaris menſuras delineante tradunt) c. 43. verſ. 16. *Eſt autem ipſum ariel 12. cubitorum longitudine, cum duodecim latitudine:* quem numerum ſi ab altaris medio ad ejus circumferentiam cum Judæis deducas, ad ſummum longitudinem ac latitudinem vigintiquatuor cubitorum reperies; cum in Miſna, quam hic expendimus, triginta duorum fiat mentio. In Talmudicis Toſaphoth codicis זבחים *de ſacrificiis* ſic reſpondetur, אלמא מקום מערכה כ"ד על כ"ד ומהאי קרא דרשינן במתניתין דמדות ו"יל דאי לאו עדות הייתי מפרי עם מקום קרנות, *Ergo* (id enim eſt אלמא fol. 3. נזיר &c.) *locus focarius patebat in ſingulas partes 24 cubita: atque ex hoc Scripturæ loco argumentamur in conſtitutionibus codicis Middoth. Dici autem poteſt; quod ſi non ſit idoneum teſtimonium, explicabo & accipiam illud cum cornibus.* Senſus eſt, ſpatium illud viginti quatuor cubitorum (de quibus Ezech.) conſiderandum in ſuprema altaris parte, ubi focus ſtruebatur: cornuaque & inter cornua ſpatium cubitalis latitudinis annumerari debere; ſi cubitorum numerus alioqui non conveniat. An reſponſio quadret, parum noſtra refert, qui omnes novimus, in templo Ezechielis plurima ab aliorum forma abire: unde in iis diutius immorari neceſſe non eſt. Fabricam fundamenti non aliunde melius addiſcemus quam e Gemara Talmudis Babylonici in caput quintum de Sacrificiis; ubi folio 54. his verbis illa deſcribitur: מביאין מלבן שהוא שלשים ושתים על שלשים ושתים וגבהו אמה ומביא חלוקי אבנים מפולמות בין גדולות בין קטנות ומביא סיד וקוניא וזפת וממחה ושופך וזה הוא מקום יסוד, *adducunt formam quæ in longitudinem & latitudinem pateat triginta duo cubita, cubitumque alta ſit: deinde afferunt læves lapides eoſque (duros vel) recentes, cum magnos tum parvos; apportant etiam calcem & cum plumbi ramentis picem, quæ contundunt ac calcant poſtquam injecta ac infuſa ſunt. Atque hoc eſt fundamentum.* Itaque primo ex aſſeribus ſive tabulis quatuor conficiebant *formam* (formam dico ſimili ratione ac Plin. ubi l. 36. inquit, *ex iis formæ fiunt in quibus æra funduntur*, דפוס *typum* reddunt Hebræi) eamque ad cubita 32 producebant quaquaverſum, altitudine unius cubiti. Eam implebant congerie lapidum &c. adeo ut non inconcinne *pulvinum* nominare liceat e Vitruvio: quoniam Philander in Vitruvium annotat, Pulvinum eſſe fundamentum farctum cæmentis aut arena. Similia hic adhibita fuiſſe legimus: nam primo Gemara lapides commemorat, eoſque læves & מפולמות. Quid hac voce deſignetur, fortaſſis liquet ex enarratione ſectionis ultimæ cap. 22. codicis Schabbath, ubi & textus & Gemaricæ commentationes nonnihil lucis afferunt; ſed inprimis Rabbinorum notæ: nam R. Hobadia contextus verba, אין יורדין לפולמא *non deſcendunt in uliginoſam vallem ſive rivulum ubi occulti latent fontes*; explicans, פולמא eſſe dicit בקעה מלאה מים ותחתיה טיט כמו דבק ויש בה מקומות שיטבע הרוחץ שם, *vallem* (*foſſam* melius ſecundum Talmudicos) *plenam aquis, quæ ſubjectum habet lutum inſtar glutinis* (vel, ut R. Nathan loquitur, טפל *intritæ*) *habetque loca in quæ confidentior quis immergitur.* Tamen in Talmudis editione Lublinenſi legitur אין יורדין לקורדימא *non deſcendunt in Kurdima:* ubi S. Jarchi nomen fluvii eſſe putat, & in Gemara legis rationem exprimi affirmat: in Gemara autem ratio redditur pauciſſimis; nimirum מאי טעמא משום פיקא *quæ eſt ratio? ob* (vacillationem:) *ſubmerſionem vel* (ut alii) ביקעה *vallem vel foſſam, cujus fallit fundum.* Senſus eſt, ne quis die Sabbathi vada foſſarum hujuſmodi tentare audeat; quia immerſus non niſi magno labore, qui Sabbathum violaret, extrahi poſſet. Hic, ſecundum priorem lectionem, פולמא ad foſſam & aquas referri videmus: adeo ut non temere in Gemara noſtra *lapides* מפולמות, S. Jarchi exponat לחות *humidos*; quem ſequitur D. Kimchi in cap. 43. Ezech. Verum quemadmodum לח *humidus*, pro *recenti* etiam uſurpatur tropice, unde alicubi voce πρόσφατ☉ reddiderunt ſeptuaginta interpretes; ſic voce מפולמות recentes ſignificantur lapides, qui non ita pridem ex hujuſmodi rivis & vallibus educti ſint. Sed Maimonides pro מפולמות habet שלמות *integros lapides*, ut cæſos non fuiſſe ſignificetur: quod apprime cum aliis traditionibus convenit. Atque ſic recentior quidam Judæus מפולמות lapides eſſe dicit qui omnia ſua latera habent integra, quibuſque nihil ablatum eſt. Sunt tamen qui in paraphraſi Chald. Job 28, 3. אבנין משלמין vertunt *lapides duros.* Cæterum ubi cum lapidibus picem & קוניא nominat, hac voce ניתוך אבר *ramenta plumbi* intelligit, כעין שעושין לציפוי כלי חרס *cujuſmodi præparant ad obducendum vaſa teſtacea*, prout Judæi ſentiunt: quamvis ob præcedentia, ubi de lapidibus agitur, iſtiuſmodi vaſa ſcil. confracta fortaſſis deſignari videantur; ſiquidem nonnunquam קניא in Talmude eo ſignificatu legatur. Priori tamen ſententiæ aſtipulor: hujuſmodi enim quid, quod inſtar glutinis cohæreret aliaque conjungeret, deſignatur; quod una cum pice & calce in ſubjectos lapides effundebatur, quo in pulvino hoc omnia ſolide compingerentur. Talis erat pulvinus ſive fundamentum, cujus altitudinem cubitalem omnes ſtatuunt.

(4) Succedebat quadratum altaris corpus, ſive pila veluti, aut quadrata columna. Hæc erat contractior; ideo dicitur in halacha, *Deprehendebatur eſſe quaquaverſum 30 cubitorum:* nam retractio pulvini poſtquam hic in unum cubitum aſcendiſſet, pariter unum cubitum lata erat. Ita ergo pulvinus protuberabat, ut altaris corpus uno cubito ab omni parte minus eſſet; adeoque cum pulvinus eſſet 32 cubitorum, illud triginta tantum pateret cubita. Hac deinceps quantitate æqualiter ad quinque cubitorum altitudinem aſſurgebat, i. ad initium cubiti ſeptimi, ſi fundamentum connumeres: ubi, ſcilicet poſt ſextum, coarctabatur, idque ſpatio iterum unius cubiti; quæ erat ſecunda retractio. Hanc Hebræi סובב nuncupant, quia totum altare cingebat: nec cingebat tantum, ſed etiam ambulacri ſpeciem præbebat. Quæ autem materia adhibita fuerit, docetur in Gemara citata e codice זבחים: ubi eodem cum baſi modo & ex iiſdem reliqua in hoc altari exſtructa fuiſſe obſervare licet. Aſſeres adhibebantur longitudine cubitorum 30. unde quadratum altitudine quinque cub. conficiebatur: quod ſimiliter lævibus lapidibus, pice, calce, plumbo (nam עופרת pro illo קוניא ponitur) implebant. Totam hanc molem vocant quandoque סובב *circuitum*: quamvis סובב proprie de retractione ſuperiore dicatur, qua altare ſupra molem iſtam arctabatur, antequam altius ſurgeret.

(5) Sed quæ fuerit ulterius altaris altitudo, halacha noſtra non annotavit: ideoque eam ex ipſis ſacris literis Judæi conficiunt. Itaque verba commatis 1 cap. 27. Exod. *Trium cubitorum altitudo ejus*, ea ratione exponunt, ut iſtam quantitatem metiantur משפת סובב ולמעלה *inde a circuitu ſurſum:* id eſt, eam altitudinem definiri contendunt, quæ inter סובב *circuitum* ſuperius delineatum & altaris ſuperiora ſpectatur. Volunt ergo hoc altare ejuſdem cum Moſis altari altitudinis fuiſſe; nam ibi in Exodo ſuperiorem tantum altaris Moſaici partem definiri. Verum ut ibi decem cubita conficiant (quot in hoc altari numerantur) quam ſubleſto utuntur argumento! Quia ſcil. Exod. 30, 2. ubi de altari ſuffitus agitur, vox רבוע *quadratum* etiam occurrit, ſicuti cap. 27, 1. in altaris holocauſti deſcriptione; hinc nonnemo concludit, מה להלן גבהו פי שנים כארכו אף כאן גבהו פי שנים כארכו, *quemadmodum ibi* Exod. 30, 2. *illius altitudo duplo excedit longitudinem, etiam hic* Exod. 27, 1. *hujus altitudo longitudinis dupla eſt.* Unde poſtea (e loco dialectico quem in Talmude paſſim nominant גזרה שוה *deciſionem parem*,

quem-

quemque inter 13 argumentandi modos ſecundum faciunt) inferunt: quia altare Moſis quinque cubitorum habebat longitudinem; ideo altitudinem fuiſſe decem cubitorum, i. duplam. Logicam Rabbinorum quæſo expendant lectores, quæ alibi etiam multo eſt ineptior: adeoque nihil miri, ſi e veriſſima Scriptura, ſua inſulſa logica, falſiſſima dogmata eliciant. Hoc loco multa e Gemara codicis מנחות *obl. veſp.* & aliunde diſputari poſſent de cubitorum quantitate, quot palmos cubitis in altaris dimenſione alii tribuerint, ſexne an quinque, & in quibus partibus ſex, ubi vero quinque: nam exempli gratia in pulvini dimenſione quinque tantum palmos cubito tribuunt; non eoſdem ſemper in partibus ſuperioribus. Sed hæc ἀκρίβεια magnum uſum non habet: ideoque in communi obſervatione Judæorum acquieſcamus, cubita omnia in hac doctrina ſex palmis æſtimari, iis exceptis quæ in pulvino, & retractione ſecunda, i. סובב, nec non in cornuum altitudine conſiderantur. Hinc fit ut quæ in Miſna noſtra de cubitis dicuntur, ſemper præciſe accipienda non ſint; verum palmi quandoque addendi & detrahendi: quos cum Miſna noſtra ad rotundandum numerum prætermittemus ut plurimum. Sed his obiter inſertis animadvertere convenit, illam retractionem (ut dictum eſt) cinxiſſe totum altare cubiti latitudine: adeo ut ſuperior pars huic סובב impoſita, tanto eſſet undique contractior, ac latera ſingula viginti octo tantum cubitorum haberet. Surgebat vero ad cubita tria, & conſtabat quoque extrinſecus axibus ſive ſectilibus tabulis; intrinſecus vero congeriem lapidum ſtatuminabant (ut cum Palladio loquar) calx, pix atque plumbum, eodem modo atque in pulvino & pila factum fuiſſe vidimus.

(6) Tandem cornua ſuccedebant: quæ ſi credamus Gemaræ in cap. 5. זבחים, eodem modo cum inferioribus confecta fuiſſe fatebimur: nimirum lævibus lapidibus iiſque ſtatuminatis pice, calce &c. implebantur. Eorum altitudo, latitudo ac longitudo erat cubitalis: ita tamen, ut altitudinis cubitum quinque palmorum eſſet; reliqua vero ſex palmos continerent. Porro de lapidibus, quibus farctum erat altare, ex profeſſo aget noſter ſect. 4. hujus capitis: hic ſolummodo ex hypotheſi ibidem tradita, conſiderandum fuerit, qui in fundamento & cornibus lapides ferrum non ſenſerint: quum tamen ab illo pars præciſa; in his vero foramina facta fuerint. Poſtea videbimus, a fundamento per cubiti latitudinem auſtrale & orientale latus alicubi ablatum fuiſſe: hic vero diſceptatur, quomodo חלוקי אבנים *læves lapides*, vel lapides, ut interpretantur, quos ferrum intactos reliquerit, manere in tam accurata & exacta laterum præciſione intacti potuerint. Ideoque Gemara זבחים *codicis de Sacrificiis* objicit, וכ״ת דגויז ליה *quod ſi dicas ab eo* ſcil. fundamento *præciſum eſſe quid:* deinde reſpondens ait, אבנים שלמות כתיב דמחית מידי מתותיה ושקיל ליה *lapidibus integris ſcriptum eſt* (Deut. 27, 6.) *nam ſupponit aliquid infra ipſum, quod poſtea aufertur.* Senſus eſt, cum fundamentum ædificarent, trabes ſive harum fruſta vel ſegmenta, iis locis ubi partes quædam altaris auferendæ erant, collocabant; illiſque partes auferendas implebant: adeo ut iis poſtea abſque ullo ferreo inſtrumento ſublatis lapides ex lege manerent integri, & pulvinus ex traditione, quantitate trabium minueretur. Idem de cornibus dicendum: nam cum ea pararentur, tigilla vel ſimilia ponebantur inter lapides, atque infundebantur pix, calx &c. quibus ex parte ſiccatis & induratis tigilla extrahebantur, relictis foraminibus in uſum deinceps explicandum.

(7) Jam perſequamur reliqua, quæ in altaris erant ſuperficie: ubi primo ſeſe offert ſpatium oblongum latitudine unius cubiti, quod ab omni parte inter cornua vacuum, aliud æquale, i. ejuſdem longitudinis (nam cornua ſeorſim ſpectantur in illo, ideoque hujus ac illius ſpacii par longitudo) & latitudinis cingebat. Idque interius non erat illi exteriori ἰσόπεδον ſed profundius, atque Sacerdotibus qui altari inſerviebant ad circumeundum altaris ſummitatem accommodum; nam hoc ambulacrum loco cornuum, ſi cornua connumerentur, contractius, a cornibus quo minus totum altare cingeret non impediebatur.

(8) Hoc ſibi vult הלכה, cum intra cornuum locum 28 cubitorum, 26 tantum pro Sacerdotum ambulacro relicta teſtatur: & cum ejus latitudo cubitalis fuerit, pro foco 24 ſolummodo remanſiſſe.

(9) Focus vero ſupra ambulacrum ſacerdotale ad duo cubita aſcendiſſe mihi videtur: quia cum decem in univerſum altaris altitudini tribuantur; nec non in fundamento, pila, & reliqua ad cornua uſque ſtructura novem abſumpta fuiſſe ſtatuantur, a cornuum loco unum cubitum ſuperfuiſſe conſtat: atqui ambulacrum exteriori ſpatio ubi cornua erant uno cubito depreſſius fuit. Conſentit gloſſa R. Salomonis in Gemaram cap. 6. זבחי. ubi inter alia focum ambulacro altiorem; ambulacrum vero extrinſecus ſeptum fuiſſe tradit, ſcilicet ſpatio quod cornua interjacebat.

(10) Deinde in Miſna noſtra privata quædam de altaris quantitate profertur opinio, in cujus enarratione hæc verba עולה במדה ו *aſcendit hac menſura* vel *ſecundum hanc menſuram*, dextre accipere convenit: etenim hic ſenſus non eſt, ut fundamentum 28 erat cubitorum, pariter impoſitam pilam vel altaris corpus eandem obtinuiſſe menſuram ad focum uſque, qui viginti cubitis definitus fuerit. Verum hoc ſibi volebat R. Joſe, quemadmodum poſterioribus temporibus, i. poſt captivitatem Babylonicam, reducum altare quod ipſi ædificarunt, a cubitis 32 paulatim, eo quo dictum eſt modo, contrahebatur donec locus foco deſignaretur, qui ultra viginti quatuor non pateret; pari ratione, eademque proportione, ſub regibus ante captivitatem, altare a cubitis 28 paulatim certis gradibus ſupra annotatis contractum fuiſſe donec viginti foco remanerent. Quæ enim eſt ratio illius, eadem eſt & hujus numeri; ſive qua ratione ſe habent 32. ad 24. eadem quoque 28 ad viginti. Certe altari Salomonis tantum 20 cubitos tribuit auctor 2 Chron. 4, 1. *Fecit altare æreum viginti cubitorum longitudine & 20 cubitorum latitudine.* Huic ergo ſi alterum Salomonis altare 1 Reg. 8, 64. (de quo in præcedentibus) æquale fuit, R. Joſe bene dixit, ante captivitatem altaris partem ſupremam, i. focum viginti cubitos non exceſſiſſe; quandoquidem illius Salomonici formam poſtea fuiſſe obſervatam veriſimile eſt. Quia quod præter æneum ad captivitatem duravit, lapideum fuiſſe tradunt; quemadmodum & illud ſecundum Salomonis. Qui, cum videret æneum minus eſſe quam ut victimis ſufficere poſſet, alterum lapideum (ut tradunt) adjecit: ſic enim etiam verba 1 Reg. 8, 64. *Sanctificavit rex medium atrii*, explicant in Gemara cap. 6. זבחים fol. 60. ut de altero altari exponant, מאי קידש להעמיד בה מזבח *qui ſanctificavit? ut ibi altare ſtatueret.*

(11) Ejus vero, quod poſt captivitatem fuit, altaris menſuram ex Ezechiele colligunt; ut in Miſna noſtra docetur paucis: ſed in Gemara ad Miſnajoth de ſacrificiis jam citata res plenius deducitur. Senſus eſt, Ezechielem quidem 12 tantum cubitorum meminiſſe; ſed a ſuperficiei puncto medio faciendum eſſe initium, ut a puncto ſuperficiei medio ad latus orientale 12 reperiantur, pariterque ad latus occidentale, & hac ratione 24 cubiti exſurgant: eodemque modo a meridie ſeptentrionem verſus &, vice verſa calculus inſtituatur. Nec eſt quod cuiquam nominum diverſitas negotium faceſſat, quod hic de *altari* מזבח ſermo ſit, cum illic הראל & אריאל legatur: hæc enim nomina altare, vel potius ſupremam ejus partem, i. focum denotant. Putant nonnulli focum altaris אריאל (i. leonem fortem) dictum fuiſſe, quia immanis alicujus leonis inſtar holocauſta conſumebat; alii vero, quia leonis forma ignis cælo delapſus altari incumbebat; ſunt etiam qui a templi forma deſumptum nomen putant, ut e Miſnajoth ſequentibus patebit. Non diſplicet tamen quod obſervavit Kimchi אריאל, אראל & הראל ab eadem eſſe radice, quamvis litera י in ſecundo & tertio deſideretur, atque in tertio א mutetur in ה. Quicquid ſit, iis גדול & גבור denotari conſtat: quæ notio altari ob dictam cauſam competit. Deinde nomen ad urbem quoque Hieroſolymorum, ubi altare fuit, transfertur: proprie etiam in viris fortibus ſpectatur, qui hoc nomine veniunt 2 Sam. 23, 20. Benaja percuſſit *duos* אריאל *valentiſſimos.* Sic alia nominis forma Eſ. 33, 7. הן אראלם צעקו *ecce valentiſſimi eorum clamabant.* Ut hanc ſignificationem, quæ diverſis Scripturæ paragraphis illuſtrandis conducit, illuſtrem ac confirmem, locum quendam e codice כתובות, in quem nuperrime incidi, tranſcribere & vertere non pigebit: idque eo magis, quia

eadem

eadem opera, cum Judæorum de animarum poſt mortem conditione ſententia perſpicietur; tum obſcuriores quædam Talmudiſtarum phraſes innoteſcent. Capite igitur 12. ſect. 3. in Gemara leguntur ſequentia de רבי Ribbi (ſic pronuntiant, ut a Rabbi voce generaliore diſtinguant) qui alias R. Judas ſanctus vocatur, diciturque congeſſiſſe Miſnajoth; ut habetur in Jouchaſin fol. 60. editionis Cracovienſis.

ההוא יומא דנח נפשיה דרבי גזרו רבנן תעניתא ובעו רחמי אמרי כל מאן דאמר נח נפשיה דרבי ידקר בחרב סליקי אמתיה דרבי לאיגרא אמרה עליונים מבקשין ותחתונים מבקשין את רבי יהי רצון שיכופו תחתונים את העליונים כיון דאחזאי כמה זימני דעייל לבית הכסא וחלץ תפילין ומנח להו וקמצטער אמרה יהא רצון שיכופו עליונים את התחתוני ולא הוו שתקי רבנן מלמיבעי רחמי שקלה כוזא שדייא מאיגרא אישתיקו ונח נפשיה דרבי אמרו ליה רבנן לבר קפרי זיל עיין אזל אשכחיה דנח נפשיה קרעיה ללבושיי ואהדריה לקרעיה לאחוריי פתח ואמי אראלים ומצוקיי אחזו בארון הקודש נצאו אראליי את המצוקים ונשבה ארון הקודש אמרו ליה נח נפשיה אמר להו אתון קאמריתו ואנא לא קאמינא בשעת פטירתו של רבי זקף עשר אצבעותיו כלפי מעלה רבונו של עולם גלוי אמר וידוע לפניך שיגעתי בעשר אצבעותי בתורה ולא נהניתי אפילו באצבע קטנה יהי רצון מלפניך שיהא שלום במנוחתי יצתה בת קול ואמרה יבא שלום ינוחו על משכבותם א״ר אלעזר בשעה שהצדיק נפטר מן העולם שלש כיתות של מלאכי השרת יוצאות לקראתו אחת אומי לו בא בשלוי ואחת אומי הולך נכחו ואחת אומרי לו יבא שלום ינוחו על משכבותם :

Ea die qua requievit anima Ribbi, decreverunt Doctores jejunium, & implorarunt miſericordiam. edixerunt, quicunque dixerit, Quieſcit anima Ribbi (putabant de pientiſſimis hoc dici non poſſe) *transfigetur gladio. Ancilla iſtius Ribbi conſcenſo tecto inquit, ſuperi quærunt & inferi* (loquitur cæli reſpectu, & homines qui etiamnum in vivis intelligit) *quærunt R. Judam, O utinam ſit voluntas Dei, ut mortales inflectant ſuperos: at cum videret, eum quotieſcunque latrinam ingrederetur* (nam profluvio laborabat) *ſolvere frontalia* (quibus pars verborum Moſis inſcripta, quæque ſumma ſuperſtitione in fronte gerunt) *& ea ſeponere, miſereque cruciari; dixit, Utinam ſuperi inflectant mortales. Nec interea ſiluerunt doctores, quo minus implorarent miſericordiam: ſed cum ipſa ſumptum vaſculum dejeciſſet e tecto, illi obticuerunt; atque expiravit R. Juda. Cum doctores dixiſſent filio Kaphræ, i. intuere; hic ivit, eumque jam expiraſſe deprehendit: ergo diſcidit ſibi veſtes, & denuo aggreditur dilacerare poſteriores. Itaque farier inſit, Angeli & ſancti* (nam gloſſa Gemaram explicans מלאכי וצדיקים habet) *homines apprehenderunt arcam ſanctam, ſed victoriam reportarunt angeli, & capta eſt arca* (i. R. Juda ad ſuperos migrans.) *Quidam dicebant illi (filio Kaphræ;) Requievit anima ejus: quibus reſpondebat, Vos dicitis; at ego non dico* (nam iſta phraſi interdixerant doctores omnibus.) *Hora* ἀναλύσεως *ſuæ Ribbi ſuſtulit decem digitos ſuos ſurſum, ac dixit, Domine mundi, manifeſtum & notum eſt tibi, quod laboraverim decem digitis meis in lege, nec ullum emolumentum perceperim, nequidem in minimo digito: utinam placeat tibi pacem eſſe in requie mea. Prodiit filia vocis ſive oraculum* (minus voce prophetica eſſe dicunt, ut videre eſt Gem. Sanedr. f. 11. fac. 1.) *Ingredietur pacem, requieſcent in cubilibus ſuis, Eſa.* 57, 2. Deinde quadam perverſa ſcripturæ interpretatione interjecta, ſequitur: *Dixit R. Eleaſar, Hora qua juſtus* ἀναλύῃ (hoc Apoſt. verbo *Phil.* 1, 23. commodiſſime נפטר redditur) *ex hoc mundo, tres angelorum* λειτουργικῶν (ſic Hebræa vox exprimitur Hebr. 1, 14.) *chori obviam illi procedunt: unus ei dicit*, Ingreditur pacem; *alius dicit*, quiſquis ambulat in æquitate ſua (*Eſa.* 57, 2.) *tertius inquit*, ingredietur pacem, requieſcent in cubilibus ſuis.

Hæc occaſione vocis אראלים (quæ, quia robuſtos & fortes ſignificat, hic angelos qui viribus præſtant denotat) dicta ſunto.

(12) Tempus, ut filum coccineum maximi in ſacrificiis uſus conſideremus, poſtulat. Filum, inquiunt, altare cingebat medium adeo exacte, ut ſexto infra סובב *circuitum* palmo iſtud conſpiceretur, i. in extremitate quinti cubiti ab ipſa baſi: quo hac ratione Sacerdos in ſpargendo ſanguine ab errore ſibi commode cavere poſſet. Etenim hanc diſtinctionem olim obſervatam tradunt, ut pecudis pro peccato & avis in holocauſtum oblatæ ſanguis ſupra filum; reliquorum vero ſanguis infra filum ſpargeretur: nec hac in parte omnino rationibus ex ipſa Scriptura depromptis deſtituuntur. Primis capitibus Levitici, ubi ſacrificiorum ritus deſcribuntur, victimarum pro peccatis ſanguinem Sacerdos altaris interioris vel exterioris cornibus indere jubetur; tametſi reliquum ſanguinem in altaris holocauſti fundamentum poſtea effundere tenebatur: at in holocauſtis, euchariſticis, ſacrificiis pro reatu &c. ſimpliciter circum altare circumquaque ſanguinem ſpargere Deus præcepit; cornuum vero quæ in ſuperiori altaris parte eminebant nulla mentio. De avibus eadem diſtinctio ex illo 9 commate cap. 5. collato cum 15 commate cap. 1. Levitici aliquatenus firmari poſſet: cum illic locus ſpargendi ſanguinis ut ſuperior, a fundamento parte altaris infima diſtinguatur; hic vero in holocauſto id non obſervetur. illis tamen quia illic per קיר *parietem* inferiorem partem intelligunt, contrarium ſancire placuit, atque olim obſervatum fuiſſe volunt: prout legere eſt codice זבחים cap. 6. ſect. 2. Quouſque ſe iſta (cujus lex meminit) in ſpargendo ſanguine differentia extenderit, jam non diſputo, quaſi certi quid ſtatuere velim: certum tamen eſt, Scripturæ diverſum ſermonem diverſi quid denotaſſe. Judæi quo probent diſtinctionem ſuam etiam Moſis ſeculo & ante Salomonis templum ſemper obtinuiſſe, quod Exod. 27, 5. de reticulo medium altaris attingente legitur, huc citant cap. 5. de Sacrificiis: atque ex reticulo, ut poſtea ex filo ſanguinem ſuperiorem ab inferiore Sacerdos diſtinxiſſe ferunt.

(13) Ad fundamentum denuo, Miſnæ noſtræ veſtigia legentes, deſcendamus: ubi quid obſervant paſſim Talmudici, cujus tamen in ſacris literis altum ſilentium; etſi prophetiam Jacobi Gen. 49. eo flectere ſatagant. Legatur Gemara cap. 5. de Sacrificiis, ubi fol. [illegible] facie ſecunda obſervationis in Miſna noſtra expreſſæ ratio redditur. Altaris pulvinum ita ab auctore noſtro delineari videmus, ut ad orientem & meridiem pars illa protuberans, quæ ad occaſum & ſeptentrionem conſpicitur, deſideretur; ſi unum cubitum utrobique excipias, ſcilicet in angulo qui Boream & in angulo qui Africum reſpicit: vel potius illum ita deſcribi dicemus, ut angulus communis, ſcil. lateris orientalis & meridionalis in pulvino deſideretur. Niſi cum aliis hoc ſtatuamus, altari hic in tribu Jehudæ ab Oriente & Auſtro cubiti unius latitudinem per totam pene altaris longitudinem & latitudinem attribui: id cum plurimi fateantur, Miſnæ illis verbis doceri. (conſtat enim, varie exponi vocem אוכל, unde delineatio dependet.) Ratio ergo deficientis ſaltem anguli, in dicta Gemara hæc redditur; quia iſta altaris regio non erat בחלקו של טורף *in portione diſcerpentis:* ubi gloſſa Gemaræ mentem aperiens hæc addit בנימין דכתיב ביה זאב יטרף *hic eſt Benjamin, de quo ſcriptum eſt* Gen. 49, 27. *ut lupus diſcerpet.* Hoc igitur ſibi vult (ut exiſtimo) Gemara, totum altaris angulum qui Vulturnum reſpiciebat, fundamentum protuberans non habuiſſe; quod in tribu Benjaminis non eſſet: Jacobum enim hoc prædixiſſe, fore ut tantum Benjamin lupi inſtar abſumeret holocauſta, cum altare in ditione ſua ædificatum foret. Paraphraſis Onk. & Hieroſol. aſtipulantur באחסנתיה או בתחומיה יתבני מקדשא *in poſſeſſione ſive* (ut Hieroſol.) *in termino ejus exſtruetur ſanctuarium.* Et ne quis hic deſignari putet vel templum propriiſſime acceptum, vel quæcunque eo ulla ratione pertinent quorum poſterius cum Judæorum traditione, (unde iſta paraphraſis tamen deprompta eſt,) prius cum paraphraſeos ſcopo non convenit; ſequentia utriuſque paraphraſeos verba altare deſignari oſtendunt: verba ſcilicet quibus Jacobi prophetia, *mane comedet prædam, & ad veſperam dividet ſpolium*, refertur cum ad jugia illa matutina & veſpertina ſacrificia, tum res ad altare oblatas quæ ſacerdotibus ex lege cedebant ut eas inter ſe dividerent. Illa autem duo altaris latera Orientale ac Auſtrale tota ferme fuiſſe extra Benjaminis tribum, magis ibidem in citata Gemara exprimitur; cum in Judæ ditione fuiſſe additur: ubi cum ex illorum ſententia altaris ſaltem anguli eſſe non potuerint, ubi ad cornua ſanguis ſpargebatur atque, ut loquuntur Talmudici, veluti comedebatur & abſumebatur; pulvilli projectura, quæ

quæ convenienter reliquis partibus ibi Vulturnum verſus eſſe debuerat, in dicto iſto angulo deficiebat. Nam Judæ territorium ad altaris latus orientale pertingebat, adeoque de illo dubium eſſe nequit, ſed qui meridionale latus Judæ territorio conterminum fuerit, amplius diſpiciendum. Legimus in Gemara de latere meridionali, רצועה היתה יוצאה מחלקו של יהודה ונכנסה בחלקו של בנימין, *lingula* (ſic oblongum & intercurrens ſpatium vocant) *prodibat e ſorte Judæ, quæ immeabat in ſortem Benjaminis.* Ab altaris parte meridionali & ſeptentrionali, Judæ tribus non extendebatur: ideoque hac ratione ſuam hypotheſin ſervant Talmudiſtæ, ut Judæ territorium oblongo quodam ad Meridiem ſpatio in Benjaminis ſortem excurriſſe dicant. Verum cauſam hujus inæqualis in diverſa tribu ſitus cognoſcere ſi quis expetat, quoad Orientale latus legiſſe non memini, quare ita ad Orientem promotum fuerit altare, ut projecturam pulvini magna ex parte, non tamen circumcirca addere licuerit, (illi quidem ſentiunt.) Sed quoad Meridionale non reticetur cauſa in Gemara cap. 5. זבחים, ubi quidam ſenſiſſe narratur, auctum cubitis aliquot fuiſſe altare a meridie & occidente quia הוסיפו שיתין *adjunxerunt columbaria.* Ita habendum eſt, olim altare verſus Occidentem & Auſtrum contractius fuiſſe; & foramen ſive foramina, quibus libamina per altare decurrentia excipiebantur, ad angulum in quem duo iſta latera concurrebant, in pavimento extra altare effoſſa fuiſſe: poſtea itaque cum columbaria altari includere vellent, duo iſta latera ampliare neceſſe habuerunt. Hæc cauſa fuit, ut cum antea altare ſuum prominentem pulvinum per totum meridionale latus in Benjaminis tribu habere potuerit, idem tamen poſt ampliatum ab illa parte altare fieri nequiverit: unde pulvinus ob columbaria incluſa productus; quantum convenienter reliquis lateribus ultra Benjaminis territorium intra Judæ tribum ampliaretur, tantum in uno ſaltem angulo amiſit. Hinc autem illud etiam, quod de gamma halacha noſtra dixerat, percipitur melius: additamentum enim duplex, ab Auſtro & Occidente gamma Græcorum refert, non quidem minus, ſed majus quod in initio adhiberi ſolet, cujuſmodi eſt Γ. Sed operæ pretium eſt hoc loco & alteram additamenti cauſam annotare, quæ in citata Gemara producitur: ſcilicet multitudinem ſacrificiorum id exegiſſe autumarunt quidam; quæ in minori altari ante captivitatem facilius conſumi potuerint quam poſt reditum ex eadem. Ignis enim prioris altaris cælitus delapſus fuit ideoque vehementiſſimus: at in altari poſt reditum exſtructo illum defuiſſe, eum vero qui ſucceſſerit lentius exuſſiſſe ferunt. Sane codice הוריות *de documentis*, cap. 3. in Gemara Hieroſolymitana, quinque in templo ſecundo defuiſſe leguntur, inque iis numeratur ignis: quem cum reliquis quatuor paſſim Hebræorum doctores poſt captivitatem deſiderarunt; quamvis in quinque illis recenſendis non uſquequaque in verbis conveniant. Quicquid ſit, quamvis diverſis vocibus, quinario numero tamen complectuntur שכינה & רוח הקודש, i. *præſentiam divinitatis & Spiritum Sanctum:* ut videre eſt cum alibi tum apud Kimchium & S. Jarchium in cap. 1. Hagg. verſ. 8. Quod obſervari velim propter verſ. 10. cap. 2. ejuſdem prophetæ, ubi majorem gloriam Deus ædi poſteriori attribuit quam priori: cum tamen quinque illa in poſteriori defuiſſe, quibus maxime gloriantur, Judæi agnoſcant. Unde conſequitur aliquid in ſecundo templo fuiſſe quod illa non tantum æquaverit; ſed etiam ſuperaverit: nimirum Meſſiam Deum & hominem, ubi erat ipſa divinitas (in ſecunda perſona S.S. Trinitatis ſubſiſtens) modo longe præſtantiori quam olim in priori templo, una cum Spiritu qui abſque menſura in ipſo habitabat; adeo ut hac ratione in ſecundo templo שכינה & רוח הקודש modo præſtantiſſimo habuerint Judæi. Non me latet, quid ipſi regerant, quæque non proferant vel excogitent; ut ex iis prærogativam templi ſecundi fabricentur, quamvis quinque illa defuerint. Sed quicquid dicant, quæcunque accumulabunt, omnia longe erunt inferiora שכינה *divinitate vel præſentia Dei*, & *Spiritu Sancto* (quamvis enim Spiritus Sanctus ſit verus Deus, tamen hæc duo diſtincte nominant inter quinque in ſecundo templo deſiderata:) nam quid quæſo ipſi Deo præferre audebunt? Itaque præclare in מאור עינים cujus auctor עזריא (quamvis ipſe Hazarias locum Hag. detorqueat) השכינה וחמשת הדבריי היקריי אשר היו בבירת ראשון ולא בבירת שני ינטלוהו לאין ערך, *Divinitas & quinque res pretioſæ quæ fuerunt in æde priori, non in poſteriori, efferebant illam in ſublimitatem quæ æſtimari non poteſt.* Quocirca niſi ad Meſſiam deveniatur, templum prius ob illa quinque ſecundo glorioſius fuiſſe fateri debent: quod tamen Haggæus Propheta negat. Sed ad altare unde digreſſi eramus, regrediamur: in quo ad ea quæ de communi tribui utrique loco dicta ſunt eo magis attendendum, quo frequentius Benjaminis tribum Judæ aſcribi videmus. Jam percepimus altare, ſi pulvinum undique completum habuiſſet, partem in Judæ ſorte occupaturum fuiſſe; imo ſi Jud. quorundam expoſitionem ſequamur, qui אוכל אמה eo modo enarrant ac ſi de latere cubitum lato in Judæ ditione occupato ageretur; partem illam altari attribuere neceſſe eſt. Nam ut ſupra dixi phraſis illa variis modis enarrari poteſt: ita tamen ut alterutér eligendus videatur: ſcil. ut ſignificari dicamus vel defuiſſe angulum quendam; vel etiam ab Auſtro & Oriente unum cubitum per totam ferme longit. & latin. in Judæ tribu fuiſſe. Atque hanc ſententiam alteri præfero: ita ut undique cubitum prominuiſſe dicatur; modo illum excipias angulum, in quem latus meridionale & orientale concurrebant. Nihilominus in Miſna priorem ſententiam etiam reddidi: quia Miſna anguli defectum ſic expreſſit; & uterque ſenſus conſiſtere poteſt. Porro ob illam utriuſque tribus communionem, aliquoties Scriptura cum de Juda verba facit, Benjaminem vel ejus ſaltem partem maximam una intelligi vult, ſicuti videre eſt 1 Reg. 12, 20. collato cum cap. 11. verſ. 31. & 32. nam relictis Jeroboamo decem tribubus, Judæ tribum Salomonis filium retinuiſſe legimus; cum duæ tamen tribus, demptis illis decem, ſupereſſent. Sed cap. 12. comm. 21. ſatis oſtenditur, Benjaminem etiam Judæ nomine venire: quando Rehabham qui Judæos retinuerat, Benjaminitas, utpote ſubditos, contra cæteros qui defecerant conſcripſiſſe legitur; quoniam illi inter hos eſſe non potuerunt, niſi hoſtes ſeipſos oppugnaſſe velis. Præterea expendantur ea quæ 2 Chron. cap. 11. comm. 3, 10, 12. & 23. nec non cap. 15. paſſim leguntur: unde apparebit, ubi Judæ in regni diviſione ſit mentio, una Benjaminem Judæ nomine ſynecdochice comprehendi. Sane commate 12. cap. 11. 2 Chron. hæc habentur expreſſe, *Fuit ipſi* Rehabhamo *Jehudah & Benjamin.* Cæterum R. Levi Judæ nomen ita ampliari arbitratur, quod Benjaminis regio Judæ regione incluſa fuerit. Verior tamen eſt gloſſa Salomonis Jar. in Gemar. cap. 5. זבחי׳. ubi hæreditatem Benjaminis collocat a latere Judæorum ſeptentrionali, inde a Jardene uſque ad Jeruſalem: quouſque Judæ terminus deflectebat; ſcilicet ad altare in iſta civitate exſtructum. Ab altaris parte orientali deinde vergebat magis ad Meridiem, & eo ductu ad mare uſque reflectebatur: unde ad altaris latus meridionale non niſi per רצועה *lingulam* (de qua ſupra) pervenire potuit. Etenim ſors Benjaminis latus Judæ aquilonare ea longitudine qua Hieroſolyma a Jardene diſtabat claudens, ibi ad Jeruſalem aliquouſque Judæam ab Occidente cingebat: atque eo modo infra Jeruſalem ad Kirjatjeharim expatiabatur. Unde ſequitur, Judæ territorium hic aliquatenus ad Orientem, inter Jardenem vero & Jeruſalem ad Meridiem Benjaminis fuiſſe ſitum: quantum quidem e Talmudiſtarum variis dictis inter ſe collatis elicere poſſumus. Qui convenienter illi delineationi tradunt codice ſæpius citato גמירי דסנהדרין בחלקו דיהודה ושכינה בחלקו דבנימין, *Senatores* (quamvis uſitatius גמירי ſignificet *tradunt* πατροπαράδοτα, q. d. Tradunt quod Sanedrin &c.) *Synedrii erant in portione Judæ; & Divinitatis præſentia in portione Benjaminis:* quia anteriores templi partes, atrium mulierum, & atrium Iſraëlis ac Sacerdotum, idque ad altaris uſque frontem, in Judæ diœceſi fuiſſe; loca vero ſanctiora, ubi altare &c. conſtituta fuere ad Occidentem, Benjamini ceſſiſſe ferunt. Quod enim curia Sanedrin in atrio Iſraëlis vel in proximo fuerit, inde probare annituntur, ubi Deus Deut. 17, 8. ita infit de cauſis gravioribus in Synedrio Hieroſolymitano diſceptandis, *Surges & aſcendes ad locum quem elegerit Dominus:* is autem fuerit tota templi ſtructura. Unde pergunt atque idem argumentum magis e prophetia Jacobæa ſtatuminant: ſic enim Gen. 49. *Non recedet ſceptrum e Juda,*

neque

neque legiſlator e medio pedum ejus : ubi Synedrium ſaltem in Judæa fore promittitur. Unde apparet (quod inprimis attendere convenit) hanc vetuſtiorum Judæorum fuiſſe ſententiam, ad Meſſiæ adventum uſque Synedrium in terra ſancta & quidem in Judæa permanſurum, Jacobum prædixiſſe : inſulſe alioqui illud teſtimonium profertur ad collocandum Synedrium in Judæorum ſorte. Atque hac ratione inde firmiſſimum emergit argumentum, quo Meſſiam natum & adveniſſe demonſtratur. Meſſias venire debuit antequam poteſtas illa auferretur de qua Jacob locutus fuit: atqui vel ex illa vetuſtiorum Judæorum argumentatione Jacob locutus eſt de Synedrio, quod neceſſario in Judæ territorio habitet. Quis jam quid conſequatur non videat? nimirum iſto Synedrio jam per mille quingentos vel ſexcentos annos ex illa Judæ vel etiam templi regione ſublato, fieri non poſſe quin Meſſias jam pridem venerit. Nam Synedrium ſive ſummum ſenatum jampridem inde e templo & Judæ diœceſi imo omnino ſublatum eſſe non negant ſanæ mentis homines : quin hoc fatetur D. Kimchi in Hoſ. 3, 4. hæc enim Prophetæ verba *multis diebus ſedebunt Iſraëlitæ abſque ullo rege & abſque ullo principe*, hæc inquam ad tempora poſt vaſtatam urbem decurrentia applicat. Ubi obſervandum eſt, Chaldæum paraphraſten, cum *principem* explicat, eadem adhibere verba, quæ in reddenda Jacobi prophetia adhibita erant: habet enim לית דעבד שולטן *non eſt qui poteſtatem exerceat*; quomodo etiam in paraphraſi ſua Onkelos Geneſ. 49, 10. Jacobi verba reddit, לא יעדי עבד שולטן מדבית יהודה, *non diſcedet qui poteſtatem exerceat a domeſticis Judæ, &c.* Hæc eo pertinent, ut poteſtatem, quam Jacob ad Meſſiam permanſuram dixerat, jam ſublatam eſſe ipſorum Judæorum teſtimonio liqueat. Quin etiam diſertis Kimchi verbis hoc affirmatur, eos hac poteſtate deſtitutos; ideoque in poteſtate aliorum degere. ברשות הגוים אנחנו וברשות מלכיהם, *ſub poteſtate gentium ſumus nos, & ſub poteſtate regum ipſorum.* Ad tempora vero Meſſiæ filii Mariæ Synedrium ſaltem viguiſſe cum fatentur Judæi paſſim, tum Joſephus ſatis indicat cum de antiq. Jud. lib. 14. cap. 17. quod Sameas prædixerat eventu comprobatum narrat, διήμαρτε δ᾽ οὐδὲν τῶν εἰρημένων· ὁ γὰρ Ἡρώδης τὴν βασιλείαν παραλαβὼν, πάντας ἀπέκτεινε τοὺς ἐν τῷ συνεδρίῳ, *ſed nulla in re falſus fuit; nam Herodes regnum adeptus, omnes Senatores interfecit.* At interficere non potuit, niſi Judæi etiamnum Synedrium ſuum habuiſſent. Verum de Judæorum amiſſa poteſtate plenius actum fuit in ſyſtemate Theologico: ordo poſtulat ut ad ſecundam hujus capitis ſectionem oratio ſe convertat.

ב ובקרן מערבית דרומית היו שני נקבים כמין שני חוטמין דקים שהדמים הניתנין על יסוד מערבי ועל יסוד דרומי יורדין בהן ומתערבין באמה ויוצאין לנחל קדרון :

2. Cornu (1) autem inter Occidentem & Auſtrum habebat duo (2) foramina inſtar duarum narium exilium : per quæ ſanguis ſparſus cum ſuper pulvinum ſive fundamentum Occidentale, tum ſuper fundamentum Auſtrale deſcendebat, (3) & miſcebatur uterque ſanguis in canali, ac effluebat (4) in torrentem Kedron.

R. OB. DE BARTENORA.

ובקרן מערבית דרומית *Et in cornu meridionali occidentali*, inferius in cubito fundamenti duo erant foramina. *Per quæ ſanguis ſparſus ſuper fundamento occidentali deſcendebat*, uti ſunt reliquiæ ſanguinis ſacrificii pro peccato cujus ſanguis ad altare interius ſpargebatur, nam poſt omnes ſparſiones, ſanguinis reliquiæ ſuper fundamento occidentali ſpargebantur.

ועל יסוד דרומי *Et ſuper fundamentum auſtrale*, ſuper hoc fundamento ſanguinis reliquiæ ſacrificii pro peccato ad altare exterius ſpargendi, effundebantur. יורדין בהן *deſcendebant per iſta*, ſcil. foramina, & commiſcebantur in canali aquæ atrii, & illinc effluebant in fluvium Kidron; hortulani vero ſanguines iſtos emebant a præfecto ærarii ad agros ſtercorandos.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Poſtquam expoſuerimus quod fundamentum circuibat quatuor latera, uti diximus, & poſtea denuo de duobus lateribus diminuerunt, hinc eſt ut fundamentum cingeret altare in hac figura; ex hac figura tibi conſtabit id quod hic dicitur, & quod cornu meridionale orientale non habebat fundamentum. Cæterum capite quinto de Sacrificiis expoſitum eſt quod reliquiarum ſanguinis aliæ ſpargebantur ſuper fundamento altaris occidentali, aliæ ſuper fundamento meridionali, idcirco duo foramina poſita ſunt in cornu occidentali meridionali fundamenti, uti figura oſtendit. Scias autem circuitum vocari סובב, eo quod altare circuibat ad quatuor latera a principio ad finem; quod non ita faciebat fundamentum.

L'EMPEREUR. (1) Quod de cornu dicitur, præciſe accipiendum non eſſe arguunt ſequentia: ubi cum ſanguis in fundamentum effuſus in iſtius cornu foramina influxiſſe dicatur, certe illa columbaria cornuum interiora, quibus libamina ab eorum faſtigio intrinſece deſcendebant, non deſignari certum eſt. Erant ergo hæc duo foramina ad prædicti cornu latera, idque in יסוד *pulvino :* ut intra altaris principale corpus quidem non eſſent; non tamen extra altare; ſed in prominente fundamento.

(2) Cæterum duo erant propter duo latera, Meridionale & Occidentale : quæ ſola שירי הדם *reliquias ſanguinis*, ut vocant, excipiebant. Sic Talmudiſtæ Levit. cap. 4. verſ. 7. & 25. ſimiliaque loca accipiunt: juſſos fuiſſe Sacerdotes hoc modo ſanguinem ad fundamentum effundere, ut ad duo iſta latera ſolummodo id fieret. Hac quidem differentia, ne ſanguis ſacrificiorum pro peccato, quorum aliquid in ſanctum ſanctorum illatum eſſet, alibi quam in Occidente effunderetur : cujus vero ſanguinis aliquid cornua vel latera infra filum (de quo in præcedentibus) eique proxima altaris holocauſti participaſſent, is ad Auſtrum ſpargeretur.

(3) Poſtea ſanguis utriuſque lateris per duo columbaria in unum canale deſcendebat, quod etiam recipiebat libamina quæ in cornu intrinſecus demittebantur.

(4) Atque hac ratione per rivulum veluti ſubterraneum libamina & ſanguinis maxima copia in torrentem Kedron defluebant. Et ſi Judæis fidem habeamus, בעלי הגנות היו קונים אותן מן הגזברין לזבל בהן את הקרקע, *olitores illa redimebant ab ærarii præfectis, ut iis agros ſtercorarent.* Alveus autem ille infra atria decurrebat, quo ad orientalem torrentem recta pervenire poſſet : ut hac ratione ſacrificiorum ſanguis fluxu ſuo locum veluti indigitaret, ubi primariæ victimæ ſanguineus ſudor exprimendus & effundendus eſſet. Etenim Servator noſter graviſſimam ſuam paſſionem trans torrentem Kedron primum ſuſtinere cœpit, quamvis & antea per totam vitam varia perpeſſus eſſet: atque ea ratione, quod in ſui figura Davide, qui in graviſſima ſua afflictione trans torrentem eundem (2 Sam. 15, 23.) cum ſuis abierat, præmonſtratum fuerat, perficere voluit. Cæterum in templo non ſolum hujuſmodi canale fuit recipiendo ſanguini reliquo & libaminibus; ſed fontes etiam ſubterranei, unde aquæ ſcaturirent, quibus pavimentum a victimarum ſanguine &c. ablueretur. De his legere eſt in Ariſtææ hiſtoria de Scripturæ per 70 Interpret. tranſlatione pag. edit. Baſil. 27. & ſequen. ubi de templo loquitur: τὸ δὲ πᾶν ἔδαφος λιθόστρωτον καθέστηκε· καὶ κλίματα πρὸς τοὺς καθήκοντας τόπους ἔχει τῆς τῶν ὑδάτων ἐπιφορᾶς ἕνεκεν, ἣ γίνεται διὰ τὴν σμῆξιν τῶν ἀπὸ τῶν θυσιῶν αἱμάτων,

Pavimentum totum eſt lapide conſtratum, tractuſque habet aquæ immittendæ, ad loca certa; quæ immittitur ad abluendum ſanguinem hoſtiarum. Paulo poſt hæc addit, ὕδατος δ' ἀνέκλειπτός ἐστι σύστασις, ὡς ἂν καὶ πηγῆς ἔσωθεν πολυῤῥύτου φυσικῶς ἐπιῤῥεούσης· ἔτι δὲ θαυμασίων καὶ ἀδιηγήτων ὑποδοχείων ὑπαρχόντων ὑπὸ γῆν πέντε σταδίων κυκλόθεν τῆς κατὰ τὸ ἱερὸν καταβολῆς, *Aquæ vero conſluxus nunquam deficit: & quia fons intrinſecus abundans naturalem ſcaturiginem habet, & quia ſubtus terram ſunt mira & inenarrabili arte aquarum receptacula, confecta per quinque ſtadia circa templi fundamenta.*

ג למטה ברצפה באותו הקרן מקום היה שם אמה על אמה וטבלא של שיש וטבעת היתה קבועה בה שבו יורדין לשית ומנקין אותו וכבש היה לדרומו של מזבח שלשים ושתים על רוחב שש עשרה ורבובה היתה לו במערבו ששם היו נותנים פסולי חטאת העוף:

3. Inferius in pavimento ad idem cornu erat locus quadratus unius cubiti, ubi tabulæ marmoreæ annulus infixus erat: qua deſcendebant in (1) foveam ſive camarinam, eamque purgabant. Præterea (2) aſcenſus erat ab Auſtro altaris 32 cubitorum, cujus latitudo 16. habebatque (3) foramen in parte occidentali: ubi effundebant ſanguinem ſuper pulvinum occidentalem & pulvinum meridionalem, per quos defluens deinde miſcebatur ac tandem effluebat. eo etiam projiciebant rejectanea ſacrificia pro peccato ex avibus deſumpta.

R. OB. DE BARTENORA.

באותו הקרן *In iſto angulo*, ſcil. occidentali meridionali. שבו יורדין לשית *quia illinc deſcendebant in foſſam*, in foſſam ſubter altari e regione loci libaminis. *Et ponticulus erat ad meridiem altaris*, nam aſcenſus iſte ſimilis erat ponti per ad altare non licebat aſcendere, ſicuti Lex vetat Exod. 20, 23.

שלשים ושתים *Triginta duorum cubitorum*, longitudo ad meridiem ad ſeptentrionem tendebat, & latitudo ab oriente ad occidentem ſedecim cubitorum. ורבובה *& pulvinus*, in forma feneſtræ excavatæ erat hæc foſſa, & unum cubitum longa & lata, atque ea ſita erat ad occidentem ponticuli.

ושם נותנים פסולי חטאת העוף *Eo etiam projiciebant rejectanea ſacrificia pro peccato ex avibus deſumpta*, quæ illic permanebant donec rejectanea eſſent & poſtea comburebantur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam diximus aliquoties quod שתים vocentur foramina per quæ vina libaminis effluebant, quæ conjungebantur in loco ſubterraneo שית dicto, כבש autem eſt ponticulus ſuper quo in altare aſcendebant, quia in ipſo nulli erant gradus, ſicuti Lex dicit Exod. 20, 23. *Non aſcendes per gradus in altare meum.* Iſte autem ponticulus paulatim deſinebat, nam in ipſum aſcendebant veluti in montem, & longus erat in aſcenſu ipſius triginta & duos cubitos, terræ autem ſuperficieis ipſius diſtabat triginta cubitos, latus vero erat ſedecim cubitos; & hæc eſt figura ipſius. Si vero illius figuram menti tuæ delineare volueris, conſidera ipſam in atrio ad meridiem altaris; erit itaque diſtantia a ſeptentrione ad meridiem triginta cubitorum, & ab oriente ad occidentem ſedecim cubitorum, ſi ergo ſumpſerit filum cujus una extremitas juncta ſit terræ, & altera cornibus altaris, triginta & duorum erit cubitorum. Ego autem plus inveni quam erat neceſſarium. Dixerunt autem in Gemara, duo ponticuli exigui prodibant e magno ponte, quia per iſtos in fundamentum & circuitum altaris aſcendebant, & hi ab altari diſtabant in craſſitie fili. ורבובה היתה לו במערבו *& pulvinus erat in occidente*, id eſt, in occidente erat ponticulus, nam in ipſo ponte erat fiſſura ſive excavatio quædam, in quam projiciebant rejectanea ſacrificia pro peccato ex avibus deſumpta. Dixerunt in Toſaphta tituli de Sacrificiis, ad occidentem ponticuli erat feneſtra unum cubitum lata & longa, quæ vocabatur רבובה, in quem locum conjiciebant rejectanea ſacrificia pro peccato donec comburenda eſſent.

L'EMPEREUR. (1) Eſt differentia inter שיתין & שית: plurali enim numero de columbariis ſive foraminibus dicitur, quibus liquores in altare, ut etiam in ſubjectam ſentinam, decurrebant; numero vero ſingulari de fovea ſubjecta, unde in canale fluebant ſanguis & libamina. Adeo ut videantur nomina diverſa, illudque a שתת quod Talmudiſtis eſt *fluxit*, quia per foramina iſta influebant liquores; hoc vero a שוחה eliſa litera ח factum videri queat: nam שחת etiam *fovea* explicatur; qualis hic ſanguini recipiendo accommoda apparet. Sane in Bava Kama cap. 10. in Gemara quibuſdam codicibus legitur (quamvis in Veneta ſecus reperiatur) ההוא שיתא דהוו מנצו עלה, *quædam erat ſchitha de qua litigabant.* ubi R. Nathan in Aruch ſcribit per שיתא ſignificari שיחתא: & expreſſe addit; חי מובלעת, *eliditur litera* ח. Fateor quidem per שיחתא, i. שוחה (ut ipſe addit) eum rete intelligere; ſicut R. S. in gloſſa Gemaræ per מכמורת interpretatur: nihilo ſecius hoc manet R. N. pro more Talmudiſtarum (qui ſimiliter מתחותי pro מתחותיו *ſub illo*, & in Gemara ניתחי ביה פורתא, ונחתי *deprimamus in illo parum*, uſurpant ניתחי pro ניחחתי) ח eliſum in illa voce agnoſcere; at שוחה ubi ח apparet *foveam* etiam ſignificat. Atque hoc ſignificatu hic occurrit שית, ubi halacha noſtra de tabula impoſita verba facit. Addendum hoc loco eſt ex Ariſtæa; quemadmodum ad purgandam illam ſentinam cubitale foramen paraverant, ſic alia in pavimento ad aquam immittendam (de qua ſupra ex eodem auctore) adaptata fuiſſe. Verba ejus hæc ſunt, εἰσὶ δὲ πυκνὰ τὰ στόματα πρὸς τὴν βάσιν, ἀοράτως ἔχοντα τοῖς πᾶσι, πλὴν αὐτοῖς οἷς ἐστι λειτουργία· ὡς ῥοπῇ καὶ ῥεύματι πάντα καθαρίζεσθαι τὰ συναγόμενα παμπληθῆ τῶν θυμάτων αἵματα, *Sunt multa oſtia in baſi, quæ nemo cernere poteſt, præter illos quibus miniſterium eſt commiſſum: ita ut impetu & effluxu aquæ, ſanguis quantumvis copioſus à victimis collectus, expurgetur.* Attamen cum omnium ſanguinem immiſſa aqua expurgari vult, in eo auctori noſtro adverſatur: qui totum ferme per certa columbaria deſcendiſſe ſcribit, atque poſtea demum ad Kedronis aquas deſfluxiſſe, craſſioribus ſordibus e ſentina exhauſtis.

(2) Dicendum jam eſt de aſcenſu quo ad altare aſcendebant Sacerdotes: quamvis objici poſſint quæ cap. 20. Exod. leguntur, *non aſcendes per gradus ad altare meum.* Verum reſpondent, gradus prohiberi quo minus in altari fierent: ſed molli & acclivi aſcenſu, quo pedetentim & ſine pedum magna divaricatione paulatim aſcenderent, nunquam Sacerdotibus interdictum fuiſſe. Confirmant verbis commatis 26. *ut non detegantur pudenda tua:* hoc enim tantummodo fieri cenſent, ſi non æquali & plana via, ſed diſtinctis gradibus aſcendatur; quia hoc modo alternatim ſublatis ad gradus pedibus, diducebantur & elevabantur veſtes.

(3) Quæ deinde de foramine &c. ſequuntur, & transpoſita & mutila ſunt: ea itaque in ordinem redigam, quæque ſcribarum παροράματι prætermiſſa ſunt ſupplebo, & quidem certiſſimo e Gemara זבחים aliiſque Judæorum ſcriptis argumento. Nullus dubito quin hæc omnia hoc ordine olim

olim ſcripſerit R. Juda cum has *παραδόσεις* concinnaret: ſcilicet poſt illa verba עַל רחב י"ו, ſic legenda ſequentia ורכובה היתה לו במערבו ושם היו נותנים פסולי חטאת העוף ושני כבשים קטנים יוצאין מן הכבש שבהן פונים לסובב וליסוד ששם היו נותנים על יסוד מערבי ועל יסוד דרומי ויורדין בהם ומתערבים ויוצאים, *Et foramen ibi erat in parte occidentali, quo projiciebant rejectaneas victimas pro peccato ex avibus deſumptas. Duo vero ponticuli ab aſcenſu prodibant, in quibus ſe convertebant ad circuitum & ad fundamentum: ubi ſanguinem fundebant in fundamentum occidentale & meridionale per quæ deſcendebat, deinde miſcebatur* (in ſubjecta foſſa) *ac denique effluebat* (in torrentem Kedron.) Primo hic de foramine quodam agitur, quod hic רכובה (ab aliis רבוכא, ab aliis רכובה lectum) nominatur; quidam etiam per חלון *feneſtram* explicant, quia quadrata quædam fuit apertura & foramen in aſcenſus parte occidentali: in quod ſi quæ aves ad peragendum ſacrificium ineptæ eſſent, utpote in quibus quæ in legitimis victimis ſive earum oblatione concurrere debebant omnia non invenirentur, (iſtas enim nominant פסולי העוף) immittebantur. Ubi aliquandiu manebant donec, ſtatuto tempore elapſo, ad cætera quæ comburenda erant efferrentur. De ponticulis ita habendum eſt: unum, quo ad סובב, i. *circuitum* pergebat Sacerdos ſacris operans, ſpectaſſe Orientem; alterum vero, quo ad יסוד *pulvinum* aſcendebatur, occidentalem obtinuiſſe locum in magno illo ponte ſive aſcenſu, quo altare conſcendebant Sacerdotes: inde enim uterque initium habuit. Quæ ultimo loco in correctione noſtra ſubjiciuntur, quæque illo loco ſi admittenda ſunt legi debent, e præcedentibus irrepſiſſe videntur: ubi ſatis ſuperque obſervatum fuerat, ſanguinem ab utroque latere profluentem tandem per unum idemque canale, ubi commiſtus eſſet, in torrentem Kedron decurriſſe.

ד אחד אבני הכבש ואחד אבני המזבח מבקעת בית כרם וחופרין למטה מהבתולה ומביאים משם אבנים שלמות שלא הונף עליהן ברזל שהברזל פוסל בנגיעה ובפגימה (ופגימה ש"ס) לכל דבר נפגמה אחת מהן היא פסולה וכולן כשרות ומלבנים אותן פעמים בשנה אחת בפסח ואחת בחג וההיכל פעם אחת בפסח רבי אומר כל ערב שבת מלבנים אותו במפה מפני הדמים לא היו שדין אותן בכפיס של ברזל שמא יגע ויפסול שהברזל נברא לקצר ימיו של אדם והמזבח נברא להאריך ימיו של אדם אינו בדין שיונף המקצר על המאריך :

4. La[illegible]es cum aſcenſus, tum altaris fuerunt e convalle (1) Beth Cerem, quos effoderunt infra (2) terram incultam: atque inde adducere ſolent lapides (3) integros, ſuper quos agitatum ferrum non fuit; quia ferrum vitiat tactu & qualibet crena: alicui lapidi ſi crena inciſa ſit, is vitiatus, omnes reliqui legitimi ſunt. Eoſdem (4) extergunt bis annuatim, ſemel tempore Paſchatis, iterum (5) feſto tabernaculorum; Templum vero ſemel ſub ipſum Paſcha. Ribbi dicit, ſingulis Sabbathi veſperis extergunt mappa, (6) ſanguinis cauſa. Eoſdem (7) adhibita trulla ferrea non incruſtant calce, ne forte ferrum tangat & vitiet: quia (8) ferrum creatum eſt ad contrahendum dies humanæ vitæ, at altare creatum eſt ad protrahendum dies humanæ vitæ; æquum autem non eſt, ut agitando applicetur decurtans prolonganti.

R. OB. DE BARTENORA.

מבקעת בית כרם *E convalle Bethcherem*, id eſt e terra nondum antea ſubacta, quæ virgo dicitur. והפגימה *& crena*, crena lapides reprobos facit omni modo etſi ferro non facta ſit. ומלבנין אותן *& extergebant eos*, ope calcis. *Ribbi dicit &c.* is non contradicit doctori primo, ſed addit quod ſingulis Sabbathi veſperis eos mappa abſtergebant propter ſanguines. *Non incruſtant eos*, trulla ferrea adhibita, jam redit ad verba doctoris primi, dicentis quando eos bis quotannis incruſtabant, non incruſtabant ope trullæ qua opifices incruſtare ſolent.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Quia Miſna dixit quod mappa abſtergebant; idcirco addit rationem quare prohibitum ſit calce incruſtare ope trullæ ferreæ, ſcil. ne ferrum attingeret altaris lapides. Poſtea dicit rationem quare Deus hoc tanto cum rigore prohibuerit, & propterea dicit, quia ferrum creatum eſt ad contrahendum dies humanæ vitæ.

L'EMPEREUR. (1) בית כרם reddi poſſet *vinetum*. q. d. locum ubi vites creſcunt, quemadmodum dicunt בית זרע *locum ſeminis* pro agro conſito: tamen loci Neh. 3, 14. nomen eſſe videtur, unde lapides altaris effodiebant.

(2) Poſtea additur *infra* בתולה *virginem*, cujus loco in contextu poſui *terram incultam*: nam alicubi in additamentis codicis שביעית *de anno ſeptimo* numerant שלשה בתולות הן בתולת אדם בתולת אדמה בתולת אילן, *tres virgines, nimirum eſt virgo homo, virgo etiam terra, denique virgo arbor*. De hominibus res nota eſt; de arboribus cum alibi, tum in iſtius libri שביעית c. quarto indubium eſt, iis virginitatem tribui: ibi enim legimus בתולת שקמה *virginem* vel potius *virginitatem ſycomori*, i. frondes ipſius primas antequam amputatum quicquam fuerit. Eas inquit non præcidunt anno ſeptimo, alias enim amputare ſolebant in ſycomoro ramuſculos & frondes, ſicut in vinetis palmites ac ſarmenta in putandis viribus abſcindi videmus. Terræ etiam virginitas tribuitur in אהלות ſive *libro de tabernaculis*, cap. 16, ubi de quærendis cadaveribus: hæc enim inter alia habentur עד ההוא מגיע לסלע ולבתולה, *donec perveniat ad petram aut virginem*. Virginem vocant terram שלא נחפרה לעולם, *quæ nunquam foſſa fuit*, ut Hobadiæ aliiſque placet. Pariter hic בתולה ſumitur pro fundo, quem nemo aravit, fodit aliove modo coluit unquam: inde altaris lapides effodiendos, lege ſanciverant.

(3) Præterea ut lapides integri eſſent requirebant ex lege Exod. 20, 25. ubi Deus rudes incultoſque lapides adhiberi præceperat: quod interpretes eouſque extendunt, ut ſi vel minima crena & fiſſura in lapide apparuiſſet, ideo rejici debuerit; quamvis tantum ungue vel ligno quodam facta fuiſſet. Hæc enim omnia illic prohiberi aſſerunt, ſi lex illa cum Deut. 27, 5, 6. conferatur.

(4) Porro lapides ſanguine identidem conſperſos detergebant: hoc enim eſt מלבנים, quod, etſi *dealbantes* ſignificat, hic eſt מנגבים *exſiccantes* & מקנחים *extergentes*.

(5) מפה autem ab Elia per *mappam* redditur, quamvis & peniculum ex linteolis etiam fieri ſolitum dici poſſit: quomodo Terentianus ille *peniculo abſtergerem vulnera*, dicebat.

(6) Deinde per חג *feſtum* noſter intellexit feſtum tabernaculorum: ſic nomen hoc generale reſtringitur ſubinde, ut in Gemara cap. ברכות, ubi feſta majora פסח *Paſcha*, עצרת *pentecoſte*, ([illegible]ias diem octavum tabernaculorum etiam denotans) & חג *feſtum tabernaculorum* ordine collocantur. Similiter 1 Reg. 8, 2. uſurpatur: quamvis etiam in ſacris ſpeciatim Paſcha deſignet quandoque, ut Exod. 23, 18. & alibi.

(7) Denique ubi trulla in altari dealbando prohibetur, penicilli tectorii uſus approbatur: quandoquidem alterutro incruſtari ipſum altare neceſſe fuit. Nam סרים hic deſig-

nare

nare eos exiſtimo qui סיד, i. *calcem* inducunt: ſic enim expreſſe R. Schemaja exponens כפים *trullam*; שסרין בה הטיט *qua inducunt lutum* (ſic calcem nominat.) Trullæ igitur uſus Judæis videbatur illicitus, & quidem ex illo generali interdicto, ne ferrum agitaretur ſuper altaris lapides, Deut. 27, 5. Hinc Haſmonæi quum lapides altaris, quos reges Syriæ (ipſi dicunt Græciæ, ſed illum errorem in notis ad Danielem ſatis refelli) prophanarant, omnino auferre vellent, ita locuti narrantur in Gemara codicis *de Idololatria*, cap. 4. היכי נעביד ניתברינהו אבנים שלמות אמר רחמנא בנסרינהו לא תניף עליה ברזל אמר רחמנא, *quomodo faciemus? frangemus illos: nam lapides integros dixit Miſericors*, Deut. 27, 6. *Secabimus eos: nam non agitabis ſuper eos ferrum, dixit Miſericors.* Quaſi dixiſſent, quum Deus in altaris lapidibus ferri uſu interdixerit, & integritatem requiſiverit; quo plane lapides prophanati rejiciantur, frangamus & ſerremus eoſdem: tum ipſa Dei lege erunt inutiles.

(3) Sed rationem expendamus, cur Deus integros lapides in extruendo altari adhiberi voluerit: quia auctor noſter Deum ad ferri uſum quendam reſpexiſſe arbitratur, puta ferro occidi homines. Verum ſi hæc ratio admittatur, fiat (ut dixit quidam,) על צד הדרשות *per modum allegoriæ:* ſacræ literæ alio nos deducunt, ſi accuratius attendamus. Cum Moſes populum Deut. 4, 15, 16. ad legitimi cultus obſervationem adhortaretur, & inprimis imaginibus illi omnibus interdiceret, hoc utebatur argumento: Deum nulla imagine, cum illum alloqueretur, viſum fuiſſe. Hic paragraphus optime & perſpicue illuſtrat illa Exod. 20. verba quibus ferrum prohiberi Judæi docent. Commatis 22. & ſequ. hic penitius introſpicienti apparebit ſenſus, ſi cum præcedenti Deut. paragrapho fiat collatio. q. d. Deus, E cœlo Deus locutus vobiſcum; ſed abſque imagine; ideoque ne facite deorum argenteorum &c. imagines: & ne ſculpatis imagines in altari ullo, ut fieri ab idololatris ſolet; lapides incultos & rudes adhibete. Sic verba iſta accepit Abarbenel doctis ſuis in Exod. commentariis, ubi inquit טעם המצוה הזאת לדעת הרב המורה הוא כדי שלא יבואו לעשות באבנים צורות, *ratio iſtius præcepti hæc eſt ex ſententia Magiſtri Doctoris (perplexorum,) ne Iſraëlitæ eo devenirent, ut in lapidibus formarent imagines.* Quod ex מורה citat, id Maimonides ſcripſit Doctoris perplexorum (hic libri titulus) lib. 3. cap. 45. ubi non tantum iſtius legis hanc ſtatuit cauſam, Deum noluiſſe ut reliquis gentibus, qui ſua altaria figuris ornarent, ſimiles eſſent Iſraëlitæ, ſed etiam ſequentem legem explicat: hanc legem intelligo; *Ne aſcendito per gradus ad altare meum; ut non detegantur pudenda tua ad illud.* Sane hæc L. ideo in eodem contextu Exod. 20. ſequitur & cum præcedenti conjungitur, quia eodem ſpectat: non tantum enim ad honeſtatem in ſacris vel inprimis obſervandam pertinet; ſed ad vitandam idololatriam. Ideo inquit Maimonides וכבר ידעת פרסום עבודת פעור בזמנים ההם אשר היתה בגלוי הערוה מפני זה צוה הכהנים לעשות מכנסים לכסות בשר הערוה בעת העבודה ושלא יעלה למזבח עם כל זה במעלות אשר לא תגלה ערותך עליו, *Jam pridem noſti per vulgatam rationem cultus Pehoris illis temporibus, quæ conſiſtebat in retectione turpitudinis. Ideo præcepit Deus Sacerdotibus, ut facerent femoralia ad tegendam carnis turpitudinem cum ſacris operarentur. Item, ut non aſcenderet* (Sacerdos) *ad altare, quamvis jam tectus, per gradus: ne detegatur* (inquit) *turpitudo tua ad illud.* Ubi recte obſervatur, Deum, cum idololatriam & quemvis imaginum cultum prohiberet, etiam ſpeciatim Pehoris idololatriam abominatum fuiſſe. Sed quo hæc percipiantur melius & Maimonidis priora verba ob brevitatem obſcuriora plene intelligantur, de Pehoris cultu quædam addenda ſunt: quandoquidem inde quidam Scripturæ paragraphi lucem mutuabuntur. E Num. 25. capite liquet, Iſraëlitas Pehoris cultu Deum ad iram provocaſſe: idque technis Bileami, qui hoſtibus hoc conſilii dederit, ut Iſraëlitas ad idololatriam allicerent, factum fuiſſe agnoſcet qui Num. c. 24. verſ. 14. & cap. 31. verſ. 16. cum Apoc. cap. 2. verſ. 14. contulerit. Quin idem confirmant Onkelos & paraphraſtes Hieroſolymitanus in cap. num. 24. nam hic Bileamo conſilium ſuppeditanti hujuſmodi tribuit verba, quibus Balakum inſtigaverit contra Iſraëlitas, חטי יתהון ואין לא לית את שליט בעמא האלין, *da operam ut peccent, ſin minus, non dominaberis in populum iſtum.* Quæ paraphraſtes ille deſumſit ut & alia multa e libris Talmudicis: nam in Gemara Hieroſolymitana famoſi illius capitis חלק, editionis Venetæ fol. 28. facie ſecunda, ſacris literis convenienter idem Bileami conſilium enarratur: quamvis ea quæ intercurrunt, ſingulaſque conſilii circumſtantias ibidem expreſſas pro certis venditare nolim. Videmus ſaltem quod de Bileami conſilio Apoc. 2, 14. dicitur, quamvis totidem verbis a Moſe expreſſum non ſit, Judæos etiam antiquiſſimos perſpectum habuiſſe: nam cum illic idololatria & ſcortatio conjungantur; utramque ſuaſiſſe Bileamum in Gemara iſta legitur. Ad ſcortationem quod attinet, Bileam in hæc verba Balakum allocutus fertur העמידו בנותיכם בזימה, *proſtituite filias veſtras ad fornicationem.* Deinde ibidem ſubjungitur, אמר ליה ומישמע לי אינון אמר ליה אקים בנתך קומוי וינון חמיין ושמעין לך, *reſpondit ei, an auſcultabunt mihi iſti? regeſſit, proſtitue filiam tuam primo; deinde iſti videntes auſcultabunt tibi.* Atque ſic in iſta Gemara exponitur Num. cap. 25. verſ. 15. ubi ea, quæ ad ſcortandum in caſtra Iſraëlitarum abducta fuerat, fuiſſe dicitur *filia Tzuris qui primarius nationum paternæ familiæ inter Medianitas erat:* non quod Tzur cum Balak idem fuerit, ſed conſilium Moabitarum regi ſuppeditatum, Medianitarum principes ſecutus fuerit: in commune enim utraque gens conſulebat, ut ex initio cap. 22. Num. patet. Sed idololatriæ actus videamus: & cum aliis eo prætermiſſo qui Apoc. 2, 14. annotatur, hunc ex illa Gemara intueamur qui magis ad negotium noſtrum pertinet. Filiæ Midianitarum Iſraëlitas invitaſſe narrantur, & quum amore accenſos concubitumque expetere obſervarent, dixiſſe feruntur הינזר מתורת משה *diſcede vel ſepara te a lege Moſis:* atque inſuper e ſinu idolum Pehoris eduxiſſe, idque adorari antequam ſui copiam facerent voluiſſe. Quum vero Iſraëlitæ primum detrectarent, eas regeſſiſſe dicit Gemara, ne gravarentur, quandoquidem ſola pudendorum detectio ſufficeret: Pehoris enim cultum vel eo ſolo peragi poſſe, ſi quis vel in privatis ædibus vel in templo coram illius imagine pudenda & nates denudaret. Itaque pronunciarunt Judæorum magiſtri (ut illic refertur) הפוער עצמו לבעל פעור זו היא עבודתו, *ſi quis denudet ſeipſum coram idolo Pehoris: hic eſt cultus ejus:* quem exemplis quibuſdam ibidem illuſtrarunt, quæ narrare ſuperſedeo, quia iſta honeſtæ aures audire non ſuſtinerent. Quam commode e dictis de 1 amore mulierum, 2 apoſtaſia, ac diſceſſione a lege, 3 & pudenda denudatione, explicari poſſint Prophetæ Hoſ. 4, 10. verba, dicere nihil attinet: ſatis hoc manifeſtum eſt verba hæc legenti, *Ipſi venerunt ad idolum Pehoris, & ſepararunt ſe ad pudorem, & fuerunt abominationes prout amaverunt.* Inde etiam liquet, quid Maimonides ſibi voluerit verbis ſupra citatis: eundemque recte obſervaſſe, Deum cum ab idololatria populum ſuum revocaret, hoc ſummopere caviſſe, ne in ſui cultu vel minima cultus Pehoris umbra remaneret: atque hanc fuiſſe cauſam cur gradibus ad altare ſuum aſcendi non permiſerit, ne pudendorum locus ullo modo detegeretur, quod in Pehoris nefario cultu quam turpiſſime fieri ſolebat. Non videtur prætermittendum, obſcœnum iſtum Pehoris cultum paulo ſecius in altera Gemara, i. Babylonica, explicari ex ſententia gloſſatoris. nam פער non exponit per גלה *detegere*, quemadmodum in Hieroſolymitana illud verbum explicatur; ſed magis proprie ſumi exiſtimat; utpote qui annotet עבודתו של פעור שמתריזין לפניו, *cultus Pehoris eſt, ut crepitum ventris emittant coram eo.* Ubi propius accedit ad proprietatem פער qua *aperire* ſignificat. Verum cum Gemara Hieroſolymitana longe ſit antiquior Babylonica, atque etiam Pehoris cultum plenius explicet, ejus authoritas hac in parte apud me prævalet: ſed hæc ad ea, quæ hunc abominandum cultum in Iſraëlitarum hiſtoria reſpiciunt, ſufficiant.

ה וטבעות היו לצפונו של מזבח ששה סדרים של ארבע

5. Ad ſeptentrionem (1) altaris erant annulorum ſex

ארבע ארבע ויש אומרים ארבע של שש שש
שעליהן שוחטין את הקרשים בית המטבחיים היה
לצפונו של מזבח ועליו שמונה עמודים ננסין ורביען
של ארז על גביהן ואנקליות של ברזל היו קבועין
בהם ושלשה סדרים היה לכל אחת ואחת שבהם
תולין ומפשיטין על שלחנות של שיש שבין (נ"א
ושלחנות של שיש בין) העמודים :

ſex ordines, quorum ſinguli continebant quatuor: ſunt qui aſſerant, fuiſſe 4. quorum ſinguli continerent 6. ad quos mactabant victimas. Receptaculum (2) poparum erat ad ſeptentrionem altaris, atque in eo vel apud ipſum octo columnæ humiles, quibus erant impoſita (3) quadrata e cedro ligna: (4) his vero unci ferrei ita infixi erant, ut ligna ſingula haberent ordines eorum tres; e quibus ſacrificia ſuſpendebant, ac pelle nudabant ad menſas marmoreas, quæ inter columnas erant.

R. OB. DE BARTENORA.

וטבעות היו בצפונו של מזבח *Et annuli erant in ſeptentrione altaris*, quia ſacrificium juge non ligabant, ſicuti dicitur in tractatu de Sacrificio Jugi. Sancivit vero Jochanan pontifex maximus ut viginti quatuor annuli infigerentur pavimento atrii pro viginti quatuor ſacerdotum excubiis, in forma arcus, hiſce immittebant pecorum colla quando mactabantur, & hi poſiti erant ad ſeptentrionem altaris, quia ſanctiſſima ſacrificia ad ſeptentrionem mactabantur. *Octo columnæ humiles*, columnæ lapideæ humiles. *Quadrata e cedro*, ſegmenta cedri ſuper columnis erant. *Unci ferrei his infixi erant*, iſtis ſcil. quadratis cedri infixi erant, quibus alligabant pecora. *Et tres ordines*, uncinorum, hic ſuper illo in quolibet cedri quadrato ligno, ad pecora magna & parva iis alliganda. *Super menſis marmoreis*, in quibus abſtergebant ilia, quia marmor frigidum facit & carnem conſervat ne corrumpatur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in tractatu de Sacrificio Jugi quod hi annuli facti ſunt a Johanne ſummo pontifice, qui pavimento infixi erant, ut pedes iis alligarentur quum mactabantur. Porro octo illic erant menſæ marmoreæ. Sed notum eſt ex iis quæ in hoc libro diximus quod omnia publica ſacrificia ſunt ſanctitates ſanctitatum, & mactatio eorum fiebat ad ſeptentrionem, idcirco ad ſeptentrionem annuli erant fixi, ita quoque locus mactationis.

L'EMPEREUR. (1) Scire convenit, Judæis ſacrificia quædam dici קדשי קדשים *ſanctitates ſanctitatum*, vel *ſancta ſanctorum*; alia vero קדשים קלים *ſancta levia:* quorum illa cenſebantur holocauſta, victimæ pro peccato & reatu, nec non euchariſtica totius cœtus; hæc vero reliqua euchariſtica & quæcunque in priori genere non continentur. Pro priori itaque victimarum genere annuli parati erant ad ſeptentrionem altaris, ut ibidem priora ſaltem mactarentur animalia ex lege Levit. 1, 11. *Mactabit eum ad latus altaris aquilonare:* cui ſimiles alias ad hanc rem proferre ſolent qui ſacrificiorum ritus inter Judæos conſcripſere. Porro annuli iſti, quamvis Hebræa vox id exigere videatur, non erant proprie integri annuli; ſed potius dimidiata annulorum ſegmenta: quorum ſingulorum cum duæ eſſent extremitates, una pavimento affixa permanebat; altera demum immiſſo animalis collo eidem pavimento annectebatur. Hac ratione, ut tradunt, vel unus mactationi par erat.

(2) In eodem altaris latere popis, i. iis qui victimas mactabant & pelle nudabant cæteraque peragebant, locum paraverant: in quo (nam עליו nonnemo explicat כלומר, באותו מקום, q. d. *in iſto loco*, quamvis aliis locorum vicinitas tantum ſignificari videatur, quod admodum eſt veriſimile) non 5. ut habet editio Veneta, ſed 8 erant columnæ, eæque (ut addunt interpretes) lapideæ, atque humiles erant. Eas enim fuiſſe dicunt ננסין, ac ſi dicas pumiliones: quo depreſſas non altas fuiſſe ſignificent.

(3) His octo columnis quadratas trabes impoſuerant, quas e Vitruvio tranſtra dicere poſſumus: adeoque binæ columnæ ſingula tranſtra ſuſtinebant. Itaque ſi ſingula tranſtra quadrata fuere, male in nitidiſſima editione Veneta legitur רביעת, pro רביען; ut & גביה pro גביהן: quemadmodum habet editio alia quæ Venetiis quoque prodiit.

(4) Quod de uncis ſubjicitur ita accipiendum eſſe vult R. Schemaja: ut cum ipſi tranſtris infixi eſſent, minima animalia de infimis; media de mediis; maxima animalia de ſummis uncis ſuſpenſa dicamus. Quæ deinde fierent, R. Schemaja his verbis enarrat, מפשיטין ומנתחים ומביאין הקירביים על שולחנות של שיש שלמטה בין העמודים, *excoriabant & diſſecabant, atque inteſtina extrahebant in menſas marmoreas, quæ inferiùs inter columnas ſitæ erant.* Ubi *inter* proprie non accipi, docet cap. 5. ſect. 1. quia ſpatium columnarum a menſarum loco ſeparatur: adeo ut hoc tantum ſignificetur, menſas directe e regione columnarum non fuiſſe, ſed ſpacio ei reſpondiſſe quod inter columnas interciperetur. Atque in menſis inteſtina aliaque abluta tradunt, & cum illa, tum hac ratione impleta volunt, quæ Levit. 1, 6. & 9. ac alibi paſſim ea de re præcipiuntur: quod enim de inteſtinis abluendis ibidem Levit. 1, 9. legimus, etiam in menſis iſtis factum aſſeverat R. Hobadia; addita quoque cauſa, ob quam marmor adhiberi in hoc cultu debuerit, על שולחנות של שיש מדיחים הקרבים לפי שהשיש מקרר ומצנן ושומר הבשר שלא יסריח, *in menſis marmoreis abluebant inteſtina; quia marmor rigidam & frigidam reddit carnem, conſervatque eandem ne fœteat.* Cæterum obſerva alibi etiam (Midd. 5. ſect. 2.) inteſtina lavari ſolita: unde in Toſaphoth capitis 5. hujus libri, הקרביים מדיחים פעם ראשונה בלשכת מדיחים בצנעא לפי שמלוכלכיי הרבה בפרש, *inteſtina abluunt prima vice in conclavi lavantium, in occulto, quia valde ſordida ſunt e ſtercore.* Deinde iterum inteſtina, ſtomacho excepto, accuratius in hiſce menſis abluebant: ut ibidem ſubjungitur. Verum de toto ſacrificiorum apparatu alius eſt dicendi locus: hæc tantum occaſione altaris dicta ſunto.

ו הכיור היה בין האולם ולמזבח ומשוך .כלפי
הדרום בין האולם ולמזבח עשרים ושתים אמה ושנים
עשר מעלות היו שם רום מעלה חצי אמה ושלחה
אמה אמה אמה ורובד שלש ואמה אמה ורובד ג'
והעליונה אמה אמה ורובד ארבע רבי יהודה אומר
העליונה אמה אמה ורובד חמש :

6. (1) Labrum erat inter propylæum ſive porticum & altare, ac protrahebatur verſus Auſtrum. Fuit ſpacium 22 cubitorum inter altare & porticum, ubi 12 gradus erant. Altitudo (2) gradus erat dimidii cubiti & retractio cubiti; deinde iterum retractio cubiti, retractio cubiti, poſtea areola trium cubitorum; iterum retractio cubiti, retractio cubiti, deinde areola trium cubitorum; & ſupremus gradus poſt retractionem cubiti, retractionem cubiti, fuit areola 4 cubitorum. R. Jehuda inquit, ſupremus gradus poſt retractionem cubiti, habebat areolam 5 cubitorum.

R. OB.

R. MO.

R. OB. DE BARTENORA.

Ita legendum eſt, רום מעלה חצי אמה ושלחה אמה אמה אמה ורובד שלש ואמה אמה ורובד ארבע רבי יהודה אומר העליונה אמה אמה ורובד חמש ita Rabbi Baruch teſtatur ſe in optimis codicibus inveniſſe manuſcriptis; explicatio verborum hæc eſt, gradus altitudo erat dimidii cubiti, ſicuti erant omnes gradus, latitudo autem, quæ pedibus teritur, erat unius cubiti. Secundus atque tertius gradus lati erant cubitum, & hoc notat quum dicit, *cubitus*, *cubitus*. Quartus gradus latus erat tres cubitos: per רובד intelligitur lapidum ſeries. *Cubitus*, *cubitus*, id eſt, quintus & ſextus gradus latus erat unum cubitum; רובד autem tres, nam ſeptimus gradus tres cubitos latus erat.

העליונה אמה אמה ורובד ארבע *Supremus quiſque unius cubiti, & pavimentum quatuor*, ſenſus eſt, gradus ſupremus qui eſt duodecimus poſt quatuor, qui habebant ſinguli unum cubitum; latus erat quatuor cubitos uſque ad porticum Ulam; hinc fiet ut omnes gradus novendecim habeant cubitos a primo uſque ad porticum Ulam, & tres cubitos in latitudine pavimenti lævis ab altari uſque ad principium graduum, hinc viginti duo cubiti erunt inter Ulam & altare. *R. Juda dicit*, *ſuperior gradus unius unius*, *& areola quinque*, nempe uſque ad Ulam, nam is putat quod in fine duorum cubitorum altaris inciperent gradus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hi duodecim gradus jam a nobis depicti ſunt, & de iſtis locuti ſumus ſuo loco; poſtea dicit quod parietes portæ Ulam ædificati erant in hoc ordine, unus cubitus in longitudine ſua lævis erat, & æqualis ut reliqui parietes; deinde ædificium erat e pariete prominens tres cubitos altum, in forma podii. Poſtea quoque unum cubitum ſeparabant, & ædificium prominebat, atque hoc eſt quod vocatur רובד *areola*; & ſic poſtea totum ædificium ipſius erat unus cubitus & areola, perinde ac ſi dixiſſet, unus cubitus de pariete, & tres de areola ſeparandi ſunt, nam unum cubitum parieti & tres areolæ ſubtrahebant, ita ut inſtar podii exterius prominerent; ſuperius autem podium quatuor erat cubitorum; & ſic erat circuitus Templi, ſicuti hoc capite exponetur.

L'EMPEREUR. (1) De hoc vaſe כיור ejuſque uſu legantur quæ Moſes ſcripta reliquit Exod. 30, 18. & 19. cujus loco poſtea Salomon ים *mare* feciſſe legitur 2 Chron. 4, 2, 3, 4, 5, 6. una cum labris decem: ut ex illo Sacerdotes, ex hiſce vero victimæ abluerentur. Poſtea vero pro mari, a reditu Judæorum ex illa 70 an. captivitate, labrum eos reſtituiſſe apparet e Maimonidis tract. de ביאת המקדש *de iis quæ in ſanctuarium admitterentur*, cap. 5. ſect. 14, 15. Quo autem ſimul & commodius ex iſto vaſe abluere pedes ac manus ſuas poſſent Sacerdotes, pro duobus epiſtomiis 12 feciſſe legitur quidam cap. 3. codicis Joma. בן קטין עשה שנים עשר דד לכיור שלא היה לו אלא שנים, *filius Katin fecit duodecim epiſtomia ipſi labro, cui non niſi duo erant.* Quæ ſint דדיי, ita explicatur in Aruch, כמין דדי אישה שמשם יוצאין המים ורוחצים ידיהם ורגליהם, *inſtar mammarum muliebrium, e quibus epiſtomiis ſcaturiunt aquæ, ut Sacerdotes lavent manus & pedes ſuos.* In Babylonica Gemara cap. illius 3. Codicis Joma ſimilia habentur; addita etiam ratione, quare 12 fuerint epiſtomia, (hæc vox placuit, quia Vitruvius hujuſmodi lib. 10. cap. 13. vocat epiſtomia) תנא כדי שיהיו שנים עשר אחיו הכוהנים העסוקים בתמיד מקדשין ידיהם ורגליהם בבת אחת, *traditur* (ſcilicet 12 epiſtomia ab illo confecta fuiſſe) *ut duodecim ejus fratres Sacerdotes operantes ſacris illius jugis holocauſti, ſanctificarent* (lavarent) *manus ſuas & pedes ſuos una pupilla*, id eſt, ut loquitur Maimonides, כאחת *ſimul:* ab oculorum nictatione deſumpta phraſi in Rabbinorum ſcriptis uſitatiſſima, ita ut בת ſit contractum e conſtructo בבת: quomodo dicere ſolent בבת עין & בת עין *pupillam oculi.* Ni magis arrideat altera ſignificatio, qua בת *filiam* deſignat: ut בבת אחת *in una filia*, idem tempus ac momentum ſignificet, ſubaudito ac ſubintellecto temporis vocabulo, plenaque oratio ſit, *in una eademque temporis filia*, pro *eodem tempore.* Quemadmodum Syri, cum aliquid eodem tempore & ſtatim factum aut dictum ſignificant, dicere ſolent ܒܪ ܫܥܬܗ *in filio horæ ejus* vel *temporis ejus:* ſic Matth. interpres cum dicere vellet Jeſum eodem temporis momento alloquutum fuiſſe diſcipulos dixit, ܝܫܘܥ ܒܪ ܫܥܬܗ ܡܠܠ ܥܡܗܘܢ, *Jeſus in filio horæ ejus* (quod ibi narratur) i. eadem hora *loquutus eſt cum illis.* Ubi videmus filium & filiam temporis pro ipſiſſimo tempore poni: ſicuti Chaldæi paſſim pro ſemine dicunt filium ſeminis בר זרע, ut in paraphr. Onk. Geneſ. 47, 19. & aliis locis plurimis. Simili ratione paſſim in Euangelio Servator noſter dicitur ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου *filius hominis*, quaſi dicas ipſiſſimum hominem, verum veri hominis filium; ne de humanitate ipſius ullo modo dubitemus. Sed redeamus ad epiſtomia, quæque de iis in producta Gemara traduntur. Et quo hæc plenius percipiantur, obſerva duodecim Sacerdotes, præter eum qui mactabat, occupatos fuiſſe in jugi ſacrificio, quod quotidie bis peragebatur; ipſum vero filium Katin etiam Sacerdotem fuiſſe: ideo dici epiſtomia 12 paraſſe pro fratribus Sacerdotibus. Sed ulterius inquirendum quo modo aqua inderetur cum mari Solomonis, tum labro: nam de utroque extant antiquiorum obſervationes. De mari æneo in Gemara Talmudis Hieroſolymitani cap. 3. *de die expiationis* ſive יומא, הים אמת המים מושכת לו מעיטם, *in mare* (ſive lacum Salomonis) *canalis derivabatur a fonte Hetam.* In textu quidem ſimpliciter Hetam: verum fontem fuiſſe vel in ipſa civitate Jeruſalem vel in proximo, docent me verba Gemaræ Babylonicæ in cap. 5. זבחים fol. 54. quæ præmiſſis quibuſdam e Joſuæ libro depromptis ſubjiciuntur: ש״מ הכא הוא מקומו סביר למבנייה בעין עיטם דמדלי אמרי ניתתי ביה קליל כדכתב ובין כתפיו שכן, *inde diſce* (ex iis quæ citata ibidem) *quod hic exiſtimatus fuerit locus, ubi ædificaretur* (ſcil. templum) *iſtud ad fontem Hetam, quia excelſus eſſet: at dixerunt, Deprimamus ipſum parum per* (verbotenus, *deſcendamus cum ipſo parum*, Arabiſmus: ſimiliter enim Arabes verba diſceſſus & adventus juncta cum ب pro *adducere*, *auferre*, *abducere*, & ſimilibus uſurpant, ut quum ذهبوا با لفتي *diſceſſerunt cum puero*, pro abduxerunt puerum, aliaque his ſimilia adhibent.) *quemadmodum ſcriptum eſt* (Deuter. 33, 12.) *Inter humeros ejus habitat.* Senſus eſt; cum regio Benjaminitica eſſet omnium altiſſima, de extruendo ad fontem Hetam (ubi regio altior) templo deliberatum fuiſſe: ſed cum in mentem veniret citati teſtimonii, quo juſſi videbantur Judæi ut in humeris non in capite Benjaminis (ut explicat gloſſa) id eſt, non in altiſſimo, ſed paulo humiliori loco Templum extruerent; promoviſſe paululum ut in ſortem Judæ ex parte deſcenderet ædificium. Hinc videmus Hetam in Benjamine fuiſſe extra templum ad Occidentem ejuſdem: ſi modo ea conferantur, quæ in præcedentibus de locorum iſtorum ſitu dicta fuere. An vero hic fons ab Hetam nomen habuerit, quod inde a civitate Hetam in tribu Judæ 2 Chron. 11, 6. vel pago Hetam in Simeonis tribu 1 Chron. 4, 32. fluxerit, expendatur amplius. Ad labrum quod attinet, qui impleretur olim: in diverſas ſententias abeunt Rabbini; & quidem ea tradunt quæ e ſacris ſaltem literis confirmari nequeunt. Quidam exiſtimant circa labrum aliud fuiſſe vas unde aqua in labrum deflueret, quod in labro pernoctare prohiberetur: vas autem illud vocant מוכני vel ut in Talmud. Hieroſ. legitur מוכני. Quæ jam in halacha noſtra ſequuntur nullam haberent difficultatem, niſi in Veneta editione quantitas male expreſſa fuiſſet: quo accedit ſuccinctus & breviſſimus ac conciſus ſermo.

(2) Senſum brevibus exprimam: unde graduum, quibus ad templum proprie dictum aſcendebatur, quantitas, i. cum altitudo, tum retractionum latitudo apparebit. Si ad Hebrææ linguæ phraſin attendamus, facile obſervabimus quatuor terniones graduum hic deſcribi; quamvis trium ſolummodo mentio fieri videatur. Norunt omnes qui linguam ſanctam delibarunt, Hebr. continua ſubſtantivorum repetitione diſtributionem exprimere conſueviſſe, omiſſa ut plurimum

rimum conjunctione, quandoque etiam interpoſita. Prioris exemplum habemus Num. 17, 2. *Accipe ab illis virgam, virgam:* id eſt, a ſingulis tribubus unam, ſingulas a ſingulis. Pariter in hac halacha repetit אמה *cubitum*, & quidem tribus vicibus hanc vocem bis collocat; ita ut aliquoties occurrat אמה אמה: qua repetitione hujuſmodi diſtributio notatur, ſingulas retractiones fuiſſe unius cubiti, i. in ſingulis ternionibus (quibus tres gradus continebantur) duorum inferiorum graduum ſingulos habuiſſe ſingulas retractiones unius cubiti. Ubi corrigenda editio Veneta, quæ pro אמה habet חצי אמה, errore manifeſto: manifeſto, inquam, quia cap. 2. ſect. 3. dicitur verbis expreſſis, omnes retractiones fuiſſe dimidii cubiti præter retractiones in gradibus hujus porticus; ideoque חצי אמה hic ferri nequit. Quamvis Maimonides etiam cap. 6. de בית הבחירה ponat חצי אמה: poſtquam enim de atriorum gradibus egiſſet, hæc ſubjicit (quæ, cum alia quoque huc pertinentia contineant, hic aſſcribere non gravabor) מהלך כל עזרת כהנים והמזבח ובין האולם ולמזבח בשוה ועולה משם לאולם בשתים עשרי מעלות רום כל מעלה חצי אמה ושלחה חצי אמה והאולם וההיכל כולו בשוה, *pervadebat* (ingrediens templum) *totum atrium Sacerdotum & altaris, deinde ſpatium inter altare & pronaum, via æquali; dehinc aſcendebat in πρόναον gradibus duodecim; quorum ſingulorum altitudo dimidii cubiti, pariterque retractio dimidii cubiti. πρόναον autem ſive propylæum & ναὸς ſive fanum cum adyto, habebant æqualis altitudinis pavimentum.* Ubi videmus Maimonidem a traditionibus Talmudicis in retractionum menſura abire: quod in aliis quoque eidem inſuctum non eſt. Poſteriorem Hebraiſmum legere eſt Ezdr. 10, 14. *Seniores civitatis & civitatis*, id eſt, cujuſque civitatis. Pariter in authore noſtro totarum partium repetitio interpoſita particula ו & (ſecundum eos qui hic poſt primum רובד גי legunt ואמה & *cubitus*) diſtributionem hanc denotat: nimirum donec ad duodecimum gradum perveniatur, ſingulos graduum ternarios eodem modo ſe habere: ſcilicet in ſingulis ordinibus non tantum duos inferiores gradus habere retractionem cubitum latam; ſed etiam areolam tertii cujuſque gradus eſſe cubitorum trium, ſi in quarta ſerie העליונא id eſt, *ſuprema*, extremi gradus areolam exceperis, utpote quæ quatuor vel quinque cubitos complexa fuerit. (Unde iterum videmus poſt ſecundum רובד in editione Veneta reſtituendum eſſe גי: nam ut in primo ſic in ſecundo ordine areola fuit trium cubitorum.) Itaque quamvis illa verba ter ſolummodo repetantur; non idcirco putandum eſt tres tantum terniones ſive novem gradus contra præcedentia verba, ubi 12 ponebantur, fuiſſe: non magis quam in ſuperiori loco e civitatis unica repetitione, duarum tantum civitatum Seniores intelliguntur; cum certum ſit diſtributionem deſignari. Tandem hoc obiter annotandum, quod architecti in gradibus obſervare ſolent (ut Philander in Vitruvium obſervavit) ut ſi pluribus gradibus conſcendendum ſit, retractio ſubinde fiat amplior & veluti areola, ubi (ut ſubdit) feſſi reſpirare & quieſcere poſſint: hoc inquam in hiſce gradibus non fuiſſe neglectum, ſed accuratius quam in aliis ædificiis obſervatum. In illis enim poſt ſeptimum vel nonum gradum areola requiritur; hic vero tertio loco recurrebat.

ז פתחו של אולם גובהו ארבעים אמה ורחבו עשרים אמה וחמש מלתראות של מילה היו על גביו התחתונה עודפת על הפתח אמה מזה ואמה מזה שמעלה ממנה עודפת עליה אמה מזה ואמה מזה נמצאת העליונה שלשים אמה ונדבך של אבנים היה בין כל אחת ואחת:

7. (1) Oſtium propylæi erat altitudine 40 cubitorum, ejuſque latitudo erat 20 cubitorum. (2) Et quinque everganeæ trabes e ligno (3) gallæ, i. robore erant in ejus ſummitate: infima redundabat ſuper portam cubito hinc & inde, & hac ſuperior redundabat (4) ſuper ipſam cubito hinc & inde: deprehendebatur, ſupremam eſſe 30 cubitorum. (5) ſerieſque ſive corium lapidum erat inter ſingulas.

R. OB. DE BARTENORA.

וחמש מלתראות *Quinque trabes Malteraot*, ſunt trabes excavatæ & imaginibus ornatæ. מילה notat arborem in qua gallæ creſcunt. *Infima*, trabs infima ſuper limine extenſa in porticu per latitudinem, nam ea viginti cubitos lata erat, & trabs ſe extendebat ſuper limen in quantitate cubiti ab utraque parte, hinc fiebat ut viginti duos cubitos longa eſſet. Sed trabs ſecunda ſupra primam ſe extendebat per ſpatium cubiti ab utraque parte, hinc longitudo viginti quatuor erit cubitorum; tertia vero viginti ſex cubitorum, quarta viginti octo, & quinta triginta cubitorum. *Et ſeries lapidum erat inter ſingulas*, hæ quinque trabes inter ſe non erant contiguæ, ſed lapidum ſeries inter eas interjaciebat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מלתראות Sunt trabes excavatæ in quibus variæ depictæ ſunt figuræ, & ab opificibus Arabicis vocantur מקרבין: ſed nos hæc jam diximus in tractatu de Mixturis Termini Sabbatici; Sapientes vero ejuſmodi trabes מלתראות dixerunt.

מילה Eſt ſpecies trabis, in quibus hujuſmodi excavationes ſunt; vel eſt nomen ædificii quod מקרבין dicitur. Porro dicit quod ſeries quædam lapidum erat inter quodlibet מלתרא, etſi enim unaquæque trabs Maltera in terram ſe extenderet, ſicuti e veſtigio depingam, tamen una ſuper alteram tendebat, & non omnes in una erant ſuperficie, niſi donec ad porticum Ulam perveniſſent, ſicuti res exterius prominens, uti in magnis ædificiis videre licet; ita eſt figura illius.

L'EMPEREUR. Devenimus tandem ad primam templi partem, quam porticum vocant: ſed quia alio ſignificatu hæc vox in ſuperioribus etiam uſurpata fuit, (quamvis & in hac ſignificatione aliquando cum de gradibus &c. ageretur) diſtinctionis gratia propylæum dicere poſſumus: Græci πρόναον vocant; & ex Valla qui alicubi Latine reddidit προνηΐας ἀθηνᾶς *protemplaris Minervæ*, protemplare fanum dici poſſet. In hujus frontiſpicio author noſter ornamenta quædam deſcribit: quæ, poſtquam portæ magnitudinem viderimus, enucleabuntur.

(1) In altitudine deſcribenda erratum eſt in Veneta editione, ubi כ, i. viginti, pro מ, i. quadraginta legitur: cum tamen aliarum editionum auctoritate & interpretum conſenſu poſterior lectio confirmetur. Deinde exiſtimandum non eſt hanc aperturam ſive lumen (ut vocat Vitruvius) valvas habuiſſe: ſed omnia hic fuiſſe omnibus conſpicua & aperta. Hoc enim docet Maimonides in יד חזקה, ubi propylæum deſcribens hæc inter alia habet, פתחו של אולם היה גבוה ארבעים אמה ורוחב עשרים ולא היה לו שערים, *Oſtium propylæi habebat altitudinem quadraginta cubitorum, latitudinem viginti; valvis autem non claudebatur.* (Hic obiter obſerva, præcedentem lectionem in luminis altitudine delineanda confirmari: expreſſe enim ponit *quadraginta*.) Defuiſſe autem valvas Joſephus etiam præter hunc alioſque Hebræos teſtatur, qui de hac re ita diſſerit, ἡ πρώτη δὲ αὐτȣ̃ πύλη (quantitatis deſcriptionem, utpote fortaſſis a ſcribis male deſcriptam, omitto) θύρας ȣ̓κ εἶχε, τȣ̃ γὰρ ȣ̓ρανȣ̃ τὸ ἀφανὲς ϗ ἀδιάκλειςον ἐνέφαινε, *prima vero ejus porta fores non habebat: cœlum enim undique conſpicuum & apertum ſignificabat.* Poſtea aliam rationem veriſimiliorem ſubjicit: δι' αὐτῆς ὅ, τε πρῶτος οἶκος ἔσωθεν ἅπας κατεφαίνετο, μέγιςος ὢν, ϗ τὰ περὶ τὴν εἴσω πύλην, πάντα λαμπόμενα χρυσῷ τοῖς ὁρῶσιν ὑπέπιπτεν, *per eam prima ædes intus* (intra porticum, non templum, dum totum exteriorem parietem, ea parte contemplarentur) *tota apparebat quæ maxima erat, quæque circum interiorem portam* id eſt, portam templi) *erant, utpote auro coruſcantia, aſpicientibus occurrebant.*

(2) Videamus jam trabes everganeas ſive affabre factas; quas ſupra oſtium collocatas affirmant Hebræi. Eas etiam e Vitruvio Zophoros nominare poſſemus: ita enim Barbarus ad Vitruvium de Zophoro, *fregium noſtri dicunt, Græci* ζώφορον *a ferendis imaginibus & ſculpturis.* Hæc optime conveniunt hiſce מלתראות. Sane nihil aliud eſt מלתראה, vel (ut etiam ſcribi ſolet) מלתרה, quam Zophorus cum encarpo: encarpus autem (ut Philander optime deſcripſit) eſt florum frondiumque contextus, foliis flores & fructus intercurſantibus. Sic Hebræi de מלתראות: Maimonides, מלתרה הקורה המפותחת שבה חופרין קורות ודמיונות, *Zophorus eſt trabs everganea in qua exſculpunt figuras & imagines*; cui aſſentiens R. Hobadia de Bartenora ſic inquit, מלתראות קורות מצויירות ומכויירות, *Zophori ſunt trabes figuris inciſæ atque tornatæ*: ſimilia vel potius eadem leguntur in commentariis ad יד חזקה.

(3) Hæc non ſunt incerta; magis de ligno ambigitur, ex quo factæ fuerunt: unde videmus eum, qui editioni Venetæ præfuit, hujus halachæ verbis non ſatis intellectis pro של מילה ſubſtituiſſe שלמעלה; niſi ſphalma ſit typographicum. Quid מילה vel מילא (utroque enim modo ſcriptum invenio) ſit, non aliunde melius liquet, quam e Gemara Babyl. cap. primi codicis גיטין, i. *de libellis repudii*: nam hic, quum de ſignandis ejuſmodi libellis agitur, fructuum illius arboris fit mentio. Poſtquam teſtibus qui ſcribere non valerent permiſſum eſſet, ut ſequerentur alios qui aqua gallarum literas delineaſſent; atque objectum fuiſſet, aqua gallarum non poſſe aliis viam ad ſcribendum præparari, quandoquidem recte bene ſcribitur gallarum aqua, ideoque hac ratione non teſtes ſed eos ſubſignare qui illa aqua ſcribendi imperitis literas delinearent: tandem ſubjicitur לא קשיא הא דאפיץ הא דלא אפיץ שאין מי מילין על גבי מי מילין, *non valet objectio, hic* (loquitur de eo caſu) *quum præparata eſt* (membrana,) *alter, quum non præparata eſt: quia gallarum aqua nihil prodeſt impoſita gallarum aquæ.* Hæc mens eſt: pro ſcriptura quidem haberi, ſi quis hujuſmodi aqua ſcribat; verum ea conditione, ne charta vel membrana hujuſmodi aqua tincta & parata ac adaptata ſit: ſin tincta ſit hujuſmodi aqua, eum non cenſeri aliquid ſcribere, qui ea utitur; quia non poterunt exſiccatæ literæ cognoſci: ideoque tantum recens exaratas poſſe imperitis teſtibus prodeſſe, quo quod imitentur habeant. Hic ex aliis quæ in Gemara adjiciuntur & ex gloſſa, quid ſit מילה (unde Talmud. plurale מילין formarunt, niſi cum aliis מילה eſſe arborem, מילין vero fructum ejus ſtatuamus) cognoſci poteſt: gloſſa manifeſte מי מילין מים ששרה בהן עפצים שחוקים, *aquæ millin ſunt aquæ in quibus* (quis) *macaravit gallas contuſas*; quemadmodum eadem pagina, עפצים inquit ג"לש בלעז *haphazim vulgo dicuntur galles*, ſcil. lingua Gallica. Gallæ autem, Plinio lib. 15. cap. 17. teſte, ſunt fructus quercus vel roboris; diverſæ enim ſunt ibi lectiones, & alioqui etiam utrique tribuit hunc fructum. Quod ſi in citata gloſſa ſimpliciter גלש poſitum fuiſſet, nec e circumſtantiis conſtaret commemoratum fructum deſignari, facile cuidam dubium oborīretur, annon per גלש notaretur lignum odoratum ἀγάλλοχον, cujus meminit Dioſcor. lib. 1. cap. 21. Sed de fructu גלש nos dubitare non ſinunt præcedentia: unde perſpectum habemus ex quo ligno trabes illæ confectæ fuerint: jam de ſitu earundem.

(4) Ubi obſervaverimus ad commodum ſenſum eruendum pro על אמה מזה ועל אמה (quomodo in nitidiſſima Veneta & Baſileenſi reperimus) legendum עליה אמה מזה ואמה, & pro מצאת (editionis Venetæ) etiam נמצאת, quemadmodum tranſtuli. Quinque erant zophori ſive trabes everganeæ; ſed inæquales: oſtio proxima ejus fronte erat longior, quippe ab utroque latere exſtabat uno cubito. Pariter ſecunda altius ab oſtio remota & ſublata vincebat inferiorem, & æqualiter cubito a lateribus redundabat: qui exceſſus in reliquis tribus, i. ad altiſſimam trabem conſpiciebatur. Itaque cum ſuperliminare 20 cubitorum eſſet, & quinque zophori vel trabes utrinque creſcerent uno cubito; ſupremam triginta cubitorum fuiſſe neceſſe eſt: nam quinque additamenta cubitalia in duobus lateribus ſive extremitatibus decem tandem conficiunt.

(5) Porro hæ trabes contiguæ non erant ut ſeſe tangerent invicem; ſed marmoreos lapides interpoſitos habebant: alibi enim quod hic de lapidibus dicitur, de marmore interpretantur. In textu eſt נדבך, quam vocem commodiori non poſſe reddi exiſtimo, quam *corio*: nam corium etſi in alia quandoque ſignificatione; tamen etiam hac apud Vitruvium invenitur, ut ordinem & ſeriem ac diſpoſitionem ordinatorum lapidum deſignet. Sic Hebræi dicunt נדבך hic eſſe שורה של בנין אבנים, *parietem vel potius ordinatam ſtructuram e lapidibus confectam*: prout e Joſepho Karro aliiſque Judæis liquere poteſt.

ח וכלונסות של ארז היו קבועין מכותלו של היכל לכותלו של אולם כדי שלא יבעט (נ"א יבעטו) ושרשרות של זהב היו קבועין בתקרת האולם שבהן פרחי כהונה עולין ורואין את העטרות שנאמר והעטרות תהיה לחלם ולטוביה ולידעיה ולחן בן צפניה לזכרון בהיכל ה׳ גפן של זהב היתה עומדת על פתחו של היכל ומודלה על גבי כלונסות כל מי שהוא מתנדב עלה או גרגיר או אשכול מביא ותולה בה אמר רבי אליעזר ברבי צדוק מעשה היה ונמנו עליה שלש מאות כהנים:

8. (1) Tranſtra quercina infixa fuere a pariete templi in parietem porticus, ſive propylæi, ne pandaretur. (2) Catenæ aureæ erant infixæ contignationibus porticus, quibus candidati Sacerdotum aſcendebant & videbant coronas. Quia dicitur Zach. 6, 14. *Et coronæ erunt Chelemo & Tobijæ & Jedajæ & Cheni filio Zephanjæ in memoriale in templo Dei.* (3) Vitis aurea expandebatur ſuper portam templi, erigebaturque (4) ſuper canterios. (5) Quicunque vovebat folium aut uvam aut botrum, adducebat ſuſpendebatque ex ea. Dixit R. Eliezer filius R. Zadok, (6) Evenit ut numerarentur trecenti Sacerdotes in ea dimovenda occupati.

R. OB. DE BARTENORA.

כדי שלא יבעטו *Ne pandarentur*, ne parietes ob nimiam altitudinem deciderent; iſtæ autem trabes ab uno pariete in alterum extenſæ, duos parietes ſuſtentabant ne caderent. *Et videbant coronas*, quæ in feneſtris Templi erant.

כל מי שמתנדב *Quiſquis voviſſet*, aurum pro Templo, & voluiſſet ut ipſum aurum votum in Templo poneretur, totum enim Templum auro coopertum erat; ſi igitur ex auro iſto quod voviſſet figura grani, vel folii, vel botri fieri poſſet, ſuſpendebant id ipſum.

שלש מאות כהנים *Trecenti ſacerdotes*, propter gravitatem auri quod opus habebat trecentis ſacerdotibus ad movendum & mutandum iſtud ex uno loco in alium. Hic porro unus eſt

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כדי שלא יבעט *Ne pandaretur*, ne paries in medio inclinaret ob magnam illius altitudinem, idcirco fecerunt contignationes e porticu Ulam prominentes uſque ad parietem Templi, ut una inniteretur alteri. Cæterum trabis figuram auream ſuper Templi portam fecerunt, ad benedicendum ei ut viti, quia cœtus Iſraëliticus viti aſſimilatur, ſicuti e literis Sacris conſtat. Quiſquis autem aurum pro Templo offerebat, nempe ut ipſum aurum cederet in Templi pulchritudinem, ubique enim auro tectum erat, idcirco fiebat ex iſta quantitate quando offerebat figuram folii, vel grani, vel botri, idque ſuſpendebant.

שלש מאות כהנים *Trecenti ſacerdotes*, hyperbolice hoc dicitur,

eſt ex iſtis locis de quibus Sapientes hyperbolice locuti ſunt, quia proprie non erant tredecim ſacerdotes, & ſcopus R. Eliezeris filii Sadoci tantum fuit ut diceret ingentem auri copiam illic fuiſſe.

L'EMPEREUR. (1) Neſcio quid illi qui editioni Venetæ præfuit in mentem venerit, cum pro אלון *quercu vel robore* poſuit אבן: quis unquam legit כלונסות של אבן *tranſtra vel trabes lapideas*? vox כלונסות ſæpius in Talmude occurrit: ſed cum adjuncta voce ארז ſignificante *cedrum* vel aliis, nunquam cum אבן *lapide* aliiſve ſimilibus. Unde liquet tigna, longurios &c. iſta voce deſignari: adeo ut in Aruch exponatur עץ ארוך כמין קנה של רומח, *lignum teres inſtar haſtilis alicujus lanceæ.* Hoc loco ſignificantur denſæ ac firmæ magnæque trabes, quæ ædem & propylæum ita connectebant, ut propylæum loco moveri non poſſet: nam ob ejus ſummam altitudinem quæ longiſſime longitud. & latitud. ſuperabat, metus ac periculum erat ne pandaretur ſive ponderi cederet, & ſua mole rueret. Trabes autem iſtæ nulla ratione impedimento erant vel ædificii formam, pulchritudinem ac ornatum vitiabant, quamvis extarent: quia intus porta altiores erant, earumque capita ſive proceres longe quidem extra ædem, non vero propylæum protuberabant.

(2) Sequitur de catenis; eas e coaſſatione ſive ſolo contignationis ſuſpenſas fuiſſe: idque in hunc uſum, ut earum adminiculo adoleſcentes candidati muneris Sacerdotalis aſcendere poſſent ad coronas. Nam in pronao (quamvis id Joſepho non placeat aliis contra ſentientibus) erat ἀνώγεων unum vel plura, ſive conclavia quædam ſupra contignationem: ubi in feneſtris (ut & in feneſtris ſuperioribus ulterioris templi, ſi aliis credamus) corollæ conſpiciebantur, quas ad ornatum & pulchritudinem a Chelemo ſociiſque diſpoſitas ferunt. Harum videndi cupidis adoleſcentibus iſtæ catenæ ſcalarum uſum præbebant. De coronis illis Zachariæ verba accipienda autumant, ubi cap. 6. jubetur Propheta coronas conficere (non Chelem &c. ut Schemaja putavit) ex auro & argento quod reduces Cheldai ſive Chelem aliique Deo conſecraverant: eaſque Sacerdotis magni imponere capiti; utpote qui typus eſſet ejus Sacerdotis cui nomen *germen*, ideoque germen diceretur (ſicuti paſſim ſignum & ſignificatum de ſe invicem dicuntur.) Qua ratione regale Chriſti Sacerdotium olim deſignavit Deus in veteri Judæorum Eccleſia: atque eapropter utrumque munus Sacerdotale & Regium conjungitur verſ. 13. eoque forte illud *conſilium pacis* (quod ibidem legitur) referendum fuerit. Sic coronæ iſtæ in μνημόσυνον rei futuræ ſeponebantur: ut verſ. 14. exponit R. Alſchech. Verba Prophetæ hæc ſunt: *Et coronarum quæque erit Chelemo & Tobijæ & Jedajæ & Cheni ſive Joſijæ filio Zephanjæ, in memoriale in templo Dei.* Ubi ad hæc *in memoriale*, annotat Alſchech Judæus על מה שיהיה לעתיד בהיכל יי, *ejus quod erit temporibus futuris in templo Dei.* Hæ coronæ typo Chriſti, id eſt, Joſuæ Sacerdoti magno impoſitæ, poſtea perſonis illis ſpeciatim rei futuræ & adumbratæ ſignum fuerunt, quarum liberalitate paratæ fuiſſent: ideoque dicto loco in perpetuam rei memoriam fuere ſepoſitæ.

(3) In eodem pronao ſive porticu vitem fuiſſe, præter alios ſcriptum reliquit Joſephus: qui plenius quam alii Hebræi ipſam depinxit cum alibi, tum ἁλώσ. λόγ. έ. ἡ δὲ ἔσω τοῦ οἴκου πύλη, κεχρύσωτο μὲν ὡς ἔφην πᾶσα, καὶ ὅλος περὶ αὐτὸν τοῖχος. εἶχε δὲ καὶ τὰς χρυσᾶς ὑπὲρ αὐτῆς ἀμπέλους, ἀφ᾽ ὧν βότρυες ἀνδρομήκεις κατεκρέμαντο, *interior vero in pronao porta, inaurata erat (ut dixi) tota, totuſque circum eam paries. Deſuper autem habebat aureas vites, unde botri ſtatura humana dependebant.* Alibi obſervat eas ſupra velum quod templi oſtio obtendebatur, id eſt, ſuperiori loco expanſas fuiſſe: unde hic dicitur *ſupra portam templi* על פתחו של היכל. Cauſam annotant Hebræi, quare palmitibus ornata hæc porta fuerit; puta, quia cætus Iſraëliticus aſſimilatur viti, ut Eſa. cap. 5. & Pſal. 80. verſ. 9. ac alibi paſſim. Quemadmodum autem hæc vitis adumbrabat eccleſiam Judaicam; ſic etiam templum eccleſiam referebat: unde aliquoties R. Alſchech Iſraëlitas eſſe & dici templum obſervavit. Conſulantur ejus comm. in Prophetam Haggæum cap. 2. circa initium. Unde obiter videre licet, promiſſiones Dei de templo, & ſic etiam de terra Canaan vitaque in eadem tranſigenda, ad literam, ut loquuntur, ſemper accipiendas non eſſe: ne quidem Judæis expoſitoribus. Sane ille loco citato aliquoties, cum de templo ædificando ibidem agitur, Iſraëlitas eſſe primarium היכל *templum*, משכן *habitaculum*, & templum Meſſiæ fore ſpirituale, affirmat. Quin etiam Abarbenel diſertis verbis omnes ceremonias omniaque huc pertinentia, ſpiritualia & divina quædam nobis depingere, atque hæc præcipue in illis eſſe conſideranda, docet fol. 197. commentariorum in legem: ubi varia in hanc ſententiam, atque hæc ſub finem columnæ tertiæ, quæ ſaniorum Judæorum mentem exprimunt, כל הענינים שבאו בתורה מאי זה מין שיהיו הנה עיקר הכוונה בהם שיהיו כספר חכמה עליונה ולימוד אלהי, *eorum quæcunque in lege occurrunt cujuſcunque ſint generis, tabernaculi aliorumque hæc eſt intentio ac ſcopus principalis, ut ſint inſtar libri alicujus Sapientiæ ſuperioris & doctrinæ divinæ.* Quod vero terram Canaan concernit, Maimonides in יד tractatu de pœnitentia cap. 8. ſect. 1. & 2. illas promiſſiones futuram vitam eamque ſpiritualem deſignare aſſeverat. Nam promiſſionem Deut. 22, 7. de prolongandis diebus in terra Canaan (hanc deſignari circumſtantiæ textus edocent) ita accipit, ut העולם הבא *ſeculum futurum* vel *mundum futurum* promitti exiſtimet. In iſto autem mundo dicit שאין אכילה ושתיה *non edere nec bibere quoſquam*: adeo ut ſpiritualem futuræ vitæ conditionem deſignet. In hac autem deſcribenda, falſa admiſcet: ſed quæ ad inſtitutum præſens non faciunt. Videmus ſaltem Paulum jure optimo in Epiſt. ad Hebr. 11, 10. docere, Abrahamum cum Iſaaco & Jacobo promiſſiones terræ Canaan ita accepiſſe ut cæleſtem inde hæreditatem exſpectarent, utpote illa adumbratam.

(4) Redeamus ad vitem quam auctor noſter pedatam & ſtatuminatam vel potius canteriatam, i. canteriis jugatam fuiſſe dicit: id enim ſibi hæc verba volunt מודלה על גבי כלונסות, *attollebatur ſuper canterios.* Ubi כלונסות vel *canterios* ſignificant quibus jugabatur vitis; vel tranſtra, quæ porticum ſive pronaum ſtatuminantia ad exteriorem ipſius parietem penetrabant: atque hoc modo vitem quoque ſtatuminare poterant.

(5) Sequentia verba ita enarrant interpretes, ut hic emergat ſenſus: non, ut verba præ ſe ferunt, eum qui folium & cætera voviſſet, ad vitem ea ſuſpendiſſe; ſed ſi quis conſiderans aurum quo templum ornatum erat voveret aurum, nec vellet permutari a Sacerdotibus, ſive alia ejus pretio in templi ornamenta alioſve uſus comparari, eum ex auro confeciſſe pampinum ſive folium vitis, aut acinum, vel denique racemum ſive botrum: quæ poſtea de vite illa ſuſpenderet.

(6) Denique ad exaggerandam vitis magnitudinem & pondus proponit מעשה *opus*, i. exemplum: nam paſſim Hebræi eo ſignificatu hac voce utuntur, & inprimis in Rabboth, i. magnis & antiquiſſimis commentariis; ſic מעשה במלך *exemplum habemus in rege*, מעשה בעבד *exemplum habemus in ſervo &c.* Verumenimvero hoc exemplum eſſe hyperbolicum docent in Gem. cap. 7. חולין: quia trecentos Sacerdotes operas conjunxiſſe ad eam loco movendam veriſimile non eſt. Dico loco movendam, quia לפנותה enarrant שלטלה ממקום למקום *ad protelandam eam de loco in locum.* Hujuſmodi autem hyperbolen appellare ſolent ſuo idiomate גוזמא; quam ſic definiunt מילתא בעלמא ולאו דווקא *ſermo in mundo* (id eſt, in genere, ac παχυτέρως accipiendus) *& non præciſus.* Nominatur etiam hyperbole לשון הואי vel לשון הבאי *ſermo hyperbolicus*: quem ita deſcribunt, לשון הדיוט שאינו מדקדק בדבריו ומוציא בפיו דבר שאינו ולא שיתכוין לשקר אלא לא דק, *ſermo idiotæ qui non eſt limatus in verbis ſuis, ideoque ore ſuo profert aliquid quod non eſt: non quod intendat falſum; ſed ἀκριβὴς non ſit.* Exemplum profertur & hoc inter alia, ערים גדולות ובצורת בשמים, *urbes magnæ & munitæ ad cœlum uſque.*

פרק ד פתחו של היכל גבהו עשרים אמה ורחבו עשר אמות וארבע דלתות היו לו שתים בפנים ושתים בחוץ שנאמר ושתים דלתות להיכל ולקדש החיצונות נפתחות לתוך הפתח לכסות עביו של כותל והפנימיות נפתחות לתוך הבית לכסות אחר הדלתות שכל הבית טוח בזהב חוץ מאחר הדלתות רבי יהודה אומר בתוך הפתח היו עומדות וכמין איצטרמיטה היו ונקפלות לאחריהן אלו שני אמות ומחצה ואלו שני אמות ומחצה חצי אמה מזוזה מכאן וחצי אמה מזוזה מכאן שנאמר ושתי דלתות לדלתות שתים מוסבות לדלתות שתים לדלת אחת ושתי דלתות לאחרת:

Caput 4. Portæ templi (1) altitudo erat 20 cubitorum; & latitudo 10 cubitorum: habebatque quaternas valvas, binas intus & binas foris: quia dicitur *binæ valvæ templo & ſanctitati.* Exteriores aperiebantur intra portam, (2) tegendo muri craſſitiem; (3) interiores vero aperiebantur intra ædem, obtegendo quod a tergo erat valvarum: quia tota ædes erat obducta auro præterquam a tergo valvarum. (4) Rabbi Jehuda inquit, Intra portam conſiſtebant, erantque ſimiles (5) ſcamno plicatili ſpondæ, & retro plicabantur ſingulæ ad duos cubitos cum dimidio (præterea hinc inde poſtes dimidii cubiti) quia dicitur, *Binæ valvæ binis foribus, valvæ verſatiles:* unis foribus duæ valvæ & duæ valvæ alteris.

R. OB. DE BARTENORA.

שתים בפנים *Duæ intus*, in craſſitie parietis introrſum. *Et duæ foris*, in craſſitie parietis extrorſum, quia Templi parietis craſſities ſex erat cubitorum, & in fine cubiti exterius craſſitiei parietis erant januæ foris, una ad dextram januæ, & altera ad ſiniſtram ipſius, quælibet autem porta quinque cubitos lata erat, & quando obſeratæ erant, una tangebat alteram, claudebantque latitudinem concavi portæ, quod decem cubitos altum erat. Sed quando aperiebantur intus, quinque cubiti contegebant parietis craſſitiem. Reliquæ vero januæ ejuſdem menſuræ infixæ erant fini craſſitiei parietis interius, & quando aperiebantur, earum quinque cubiti ab utraque parte tegebant craſſitiem parietis Templi interius, ibi enim paries non auro linitus erat ut aliis in locis, quia iſta pars non erat conſpicua.

וכמין איצטבא מיטה היו *Et ſecundum ſpeciem ſcamno placatili ſpondæ*, erant tabularum fragmenta ope vertebrarum conjuncta, quando aperiebantur, & quum lubebat, denuo valvas complicabant, hoc modo omnes januæ tam interiores quam exteriores conjunctæ erant ope vertebrarum, & in fine dimidii cubiti craſſitiei parietis infixæ erant, tam interiores quam exteriores, & quinque cubiti craſſitiei parietis dividebant inter januas interiores & exteriores, quælibet autem janua erat quinque cubitorum e duabus tabulis juncta, quælibet tabula duorum cubitorum cum dimidio; quando autem exterior janua intus aperiebatur, una pars media alteri applicabatur, craſſitiemque parietis tegebat in quantitate duorum cubitorum cum dimidio. Sic etiam quando janua interior aperiebatur foris, una pars alteri applicabatur, & parietis craſſitiem in quantitate duorum cubitorum cum dimidio tegebat. *Sicuti dicitur, binæ valvæ binis foribus*, hinc conſtat quod omnis janua binas habebat valvas.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Exponetur inferius in hoc capite quod parietis Templi craſſities ſex erat cubitorum; latitudinem portæ decem cubitorum fuiſſe, jam diximus; idcirco quia in qualibet janua duæ erant valvæ, quælibet quinque cubitorum dum aperiebantur ambæ valvæ intus, craſſities parietis tegebatur & cubitus duntaxat remanebat. Sic etiam ambæ valvæ interiores vertebant ſe verſus Templum, & in pariete duplicabantur intus, poſterior autem valvarum pars contegebatur. Dicit autem R. Jehuda quod januæ duæ erant valvæ, eamque iſto ſenſu duplicatam fuiſſe, & ſimilem fuiſſe figuræ inter ipſos notæ; atque ita quatuor januas intus aperuerunt. Quandoquidem vero quælibet janua in duas valvas dividebatur, ſicuti hodie inter nos notum eſt, iſtæ forent duorum cubitorum cum dimidio; eodemque modo aliæ interiores, ſicuti ex hac figura conſtat. Cubitus vero iſte qui de parietis craſſitie reliquus erat, poſtis erat dimidii cubiti exterius; omnes vero iſtæ quantitates erant in craſſitie parietis januæ. Deinde probare conatur quod omnes quatuor januæ in duas valvas diviſæ erant, & ope articulorum conjunctæ, ex eo quod dicitur Ezech. 41, 24. *binæ valvæ binis foribus.* Quando addit, *valvæ verſatiles*, intelligendum eſt quod duplicabantur ſicuti portæ diviſæ duplicari ſolent.

L'EMPEREUR. (1) Non me fugit quid Joſephus ἁλώσ. λόγ. έ. κεφ. ιδ΄. de portæ hujus aliarumque quantitate ſcripſerit: nimirum, ὄντος γὰρ ἤδη τοῦ ναοῦ διστέγου, ταπεινοτέρα τῆς ἔξωθεν ἦν, καὶ θύρας εἶχε χρυσᾶς, πεντηκονταπέντε πηχέων τὸ ὕψος, εὖρος δὲ ἑκκαίδεκα, *quia autem ædes mediam coaſſationem habebat, interior erat exteriori humilior: foreſque aureas habebat quinquaginta quinque cubitorum altitudine, latitudine vero ſedecim.* Verumenimvero quandoquidem cap. 2. ſect. 3. hujus libri מדות accurate & diſtincte eam portarum quantitatem, quæ cum præſenti auctoris noſtri deſcriptione convenit, delineatam habemus, nec in Joſephi numeris & menſuris acquieſcere ubique poſſumus, ut docebo inferius exemplo manifeſtiſſimo: auctori noſtro hac in parte potius, quam Joſepho aſſentior.

(2) Ulterius in æde craſſities muri conſideranda, quo intelligantur melius, quæ de foribus traduntur: hæ ſiquidem binæ ab utraque parte fuiſſe perhibentur. Itaque muri craſſities fuit cubitorum ſex: & hic murus verſus porticum ſive πρόναον, poſt cubitum fores habebat; diſſimiliter verſus adytum alteras, utpote in extremitate ſitas. Hoc probant ex Ezech. cap. 41. verſ. 23. nam quando ibidem להיכל *ædi*, & לקודש *ſanctitati* fores tribui videntur; bis binas anteriori ædis muro ita aſſignari exiſtimant, ut hæc verba interiorem & exteriorem oſtii partem deſignent: id eſt, ut להיכל ſit כלפי חוץ *verſus exteriora*, לקודש vero כלפי פנים *verſus interiora.* Tamen D. Kimchi ſecus enarrat: has fores fuiſſe in ſancti muro exteriori, alteras vero in ſancto ſanctorum; quamvis & hoc innui addat, fores in illo priori muro fuiſſe duplices, unas porticum reſpicientes, alteras interiora templi. Porro cum fores exteriores aperirent, inquit noſter, valvæ muri craſſitiem tegebant: nam ſi decem cubitis a ſe invicem diſtabant oſtii latera, utraſque valvas quinque cubitis latas fuiſſe conſtat; adeoque has poſt cubitum fixas reliquum parietem occultaſſe, quippe qui, dempto illo cubito, quinque ſolummodo latus eſſet.

(3) Ad extremitatem internam oſtii ſic alteræ valvæ, non intra portam ut priores, ſed ad muri ſuperficiem internam (quod ſupra obſervatum fuit) collocatæ erant; ut ſuperficiem muri obtegentes aperirentur; nempe intra ipſam ædem. Quod ex ſententia R. Judæ fieri nequit; quia valvas interiores ad craſſitiei extremitatem internam non collocat: adeoque ipſas dimidio cubito intra oſtii lumen (ſive aperturam) promovens, eas ſecundum interiorem muri ſuperficiem duci & flecti non permittit.

(4) Hæc ipſius erat ſententia, valvas ab utraque oſtii parte, i. interiori & exteriori, paululum intra lumen ſive aperturam promoveri, nimirum ad dimidium cubitum: ideoque parieti intra valvas ſolummodo quinque cubita, quæ illis tegi poſſent, reſtare. Quapropter hic valvas cum exteriores tum interiores facit biſores, ut plicari ſingulæ poſ-

ſent:

ſent: unde ex ejus ſententia, cum panderentur plicatæ & in ſe reductæ dimidium illius ſpacii quinque cubitorum ſolummodo implebant. Cum ergo in ſpacio quinque cubitorum reliquo præter dimidium cubiti extra valvas utrinque remanens (ut vidimus) fores quinque cubitorum exteriores & interiores plicatæ, tantum duo cubita cum dimidio utrinque exigerent: hinc ſimul murum craſſitie quinque cubitorum intrinſecus operiebant. Confirmavit hæc ille ex Ezech. 41, 24. ubi non tantum interpretes Hebræi favent; verum ipſe etiam contextus.

(5) Sed expendenda venit vox איצטבא cujus in hac ſectione fit mentio: quam diverſimode legunt, alii איצטבא מישה, alii איסתרמיטא, alii איצטרמיטא per duplex ט: ſunt & qui legunt איצרכה מטה, nec non אצטרוכי מטה, alii denique איסרמיטא. Quia idem omnes deſignant, qui earum lectionum unam noverit, omnes norit: itaque reliquis miſſis, una vel altera deſcribatur. Nam illas varias lectiones antiquas omnes non eſſe conſtat, ſed recentiorum ſcribarum errores, ut vel ex איצטבא liquere poteſt: cum vox iſta niſi quid addatur huc non pertineat. Sane R. Nathan in ſcriptis Talmudicis verſatiſſimus duas tantum lectiones obſervat אצטרבא מיטא ac אסטרופומטא: & ſi quis attendat, facile obſervabit, reliquas lectiones partim e literarum כ & ב figura ſimili partim ט vel ת nec non ב & פ affini ſono; partim denique ex contractione ortas eſſe. Duas autem R. Natha lectiones genuinas eſſe ex origine patet: quoniam (quemadmodum ſæpius hoc animadvertere in Talmud. ſcriptis licet) vox illa cujus meminit noſtra halacha in valvarum deſcriptione, ex Hebræa & Græca voce ortum ducit; ſcilicet compoſita eſt e מטה *ſpondam* vel *lectum* & ςρόϐῳ *gyrum*, vel ςροφῇ *converſionem* & *flexum* denotantibus. In anteriori ſpondæ parte olim fuiſſe ſcamillos quoſdam plicatiles & verſatiles, agnoſcunt Hebræi: quibus, quod plicarentur & verterentur una parte in alteram reducta, nomen אצטרבא (a ςρόϐῳ,) & אסטרופו (a ςροφῇ) competeret. Hujuſmodi ergo templi valvas fuiſſe exiſtimavit R. Juda: plicari ſingulas potuiſſe, ut quinque earum cubiti ad duos cum dimidio redigerentur; quo exteriores & interiores, cum panderentur intra murum ſolummodo quinque cubita occuparent. Simili ratione in Bereſchit Rabba fol. 58. col. 1. edit. Salonicenſis, cum explicatur com. 30. c. 27. Gen. ubi de Jacobo diſcedente poſt acceptam benedictionem ab Iſaaco agitur; iſtud nomen ab illis ſcamillis ad fores transfertur, & eodem vel potius ſimili ſignificatu uſurpatur. פוליונו של אבינו יצחק מפולש חירה זת בא מכאן וזה בא מכאן רבנן אמרו כמין איסטרופו מיטא הדלתות היו נכפלין לאחוריהם, πυλεὼν *patris noſtri permeabilis erat, unus hinc, alter inde veniebat. At magiſtri dicunt, ut ſcamilli plicatiles ſpondæ erant fores*, ſcil. *plicatiles retro, ſive quæ in ſe reduci poſſent.* Quibus verbis noſtra halacha oppido illuſtratur. Cæterum quum ad præcipuam Templi portam devenerimus, quam certum eſt certo ordine ſtatiſque temporibus apertam atque clauſam fuiſſe, quum hic certa lege omnia fierent: non ingratum erit ordinem inſtitutum hac in parte obſervare, quem his verbis explicat Maimonides parte tertia יד חזקה, libro de inſtrumentis ſanctuarii, cap. 7. ſect. 3. זה שעל נעילת שערים על פיו נועלים ועל פיו פותחים ואין התוקעין תוקעין בכל יום לפתיחת השערים אלא ברשותו, *Quod ad hunc attinet qui portis claudendis præeſt, ejus juſſu claudunt, ac ſimiliter ejus juſſu aperiunt. Nec tubicines tuba clangunt ſingulis diebus, quo portæ aperiantur; niſi petita ab ipſo venia.* Hic videmus iſti portas claudendi aperiendique officio, quo omnia κατὰ τάξιν fierent, quendam præfectum fuiſſe: quemadmodum & alios quatuordecim aliis muneribus in loco ſacro obeundis præpoſitos legimus. Quorum primus tempora ſacrificiorum &c. indicabat; ſecundus in cuſtodes dominabatur, qui cap. 1. ſect. 2. vocatur איש הר הבית *præfectus montis templi*; tertius cantoribus præerat; quartus inſtrumentorum rationem habebat; quintus in ſortibus, quibus ſua Sacerdotibus ſingulis diebus diſtribuebantur officia, occupabatur; ſextus oblationem quæ ex avibus fierent curam gerebat. Id quo diſtinctius percipiatur, ad hunc Judæorum morem, qui poſterioribus temporibus obtinuit, attendendum: puta, ſi pulli columbini aut turtures offerendi eſſent, qui offerre iſta ſacrificia tenebantur pecuniam in arcas ſacras conjiciebant; qua accepta columbas vel turtures ipſis ſuppeditabat hic præfectus, qui etiam aves rejectancas recipiebat atque cum legitimis & idoneis permutabat. Hæc cum alibi fuſius, tum compendioſe proponuntur ab interpretibus codicis Schekalim cap. 5. ſect. 1. & Maimonide de inſtrument. ſanct. cap. 7. Nonne hæc plane reſpondent iis quæ Servator rejiciebat, ubi Johan. 2, 16. τοῖς τὰς περιςερὰς πωλȣ̃σιν εἶπεν, ἄρατε ταῦτα ἐντεῦθεν, *iis qui columbas vendebant diceret, auferte iſta hinc*? Hæc cum iis conferantur quæ antea de emtione & venditione in loco ſacro uſitata dicta fuere: ad ſeptimum præfectum deveniamus. Hic teſſeras ad accipiendum libamina &c. diſtribuebat: de quo in ſuperioribus plenius. Octavus, libaminum & ſimilæ ſummus erat diſpenſator. Nonus, erat Sacerdotum archiater. Decimus generalem aquarum Hieroſolymitanarum curam gerebat, in gratiam præſertim eorum qui ad feſta conveniebant. Undecimo panes propoſitionis commiſſi erant; Duodecimo vero ſuffitus. Decimus-tertius iis præerat textoribus qui aulæa ſive vela conficiebant, quibus obducebantur portæ atrii magni, ac ipſius ædis. Nam ſingulæ atrii magni portæ ſua habebant vela ſive aulæa; quin & ipſum πρόναον *porticus*: quod tamen velum identidem ad latera retrahebatur, quo vitis aurea cæteraque anterioris partis ornamenta conſpicerentur. Decimo-quarto præfecto veſtium ſacerdotalium cura demandata erat. Hi quatuordecim una cum primo, i. in univerſum quindecim (quibus & alii e cap. 11. Nehem. adjungi poſſent) alios complures ſibi ſubjectos habebant, quibus adminiſtris utebantur. Hæc maxima ex parte e cap. 5. Schekalim Hebræiſque iſtius libri interpretibus deprompta. Porro iſti quindecim præfecti vel eorum quidam non incongrue referri poſſe videntur ad eos, quos Luc. 22, 52. vocat ςρατηγȣ̀ς τȣ̃ ἱερȣ̃, *præfectos templi.* Erant quidem alii templo præfecti, qui dicebantur נגידי בית האלהים *præfecti vel duces domus Dei*, quos Græci 70 dixerunt ἄρχοντας οἴκȣ τȣ̃ Θεȣ̃: verum hos non deſignavit ibi Lucas; quum ex Euangeliſtis conſtet, poſtea demum ad primarium & ſecundarium Sacerdotem deductum fuiſſe Servatorem; atqui 2 Chron. 34. 14. Chilkias, qui inter illos נגידי Templi duces numeratur 2 Chron. 35, 8. Sacer. ſummus agnoſcitur. Quocirca tres iſtos נגידים a Luca deſignari non eſt veriſimile: utpote qui fuerint Sacerdos magnus, ab eo ſecundus, ac denique ordine tertius. Adeo ut ex prioribus quindecim nonnullos ſaltem una fuiſſe exiſtimem, cum captivum abducerent Dominum noſtrum. Sed de his ſatis.

ב ושני פשפשין היו לו לשער הגדול אחד בצפון ואחד בדרום שבדרום לא נכנס בו אדם מעולם ועליו הוא מפורש על ידי יחזקאל שנאמר ויאמר אלי ה׳ השער הזה סגור יהיה לא יפתח ואיש לא יבא בו כי ײ אלהי ישראל בא בו והיה סגור נטל את המפתח ופתח את הפשפש ונכנס לתא ומהתא להיכל רבי יהודה אומר בתוך עביו של כותל

2. Duo (1) oſtiola erant portæ magnæ: unum ad Aquilonem; alterum ad Auſtrum: per id quod ad Auſtrum, nemo ingreditur in æternum. Et de eo hoc explicate traditum eſt per (2) Ezechielem: nam dictum eſt, *Et dixit mihi Deus, hoc oſtium clauſum erit, non aperietur, nec quiſquam per id ingredietur, quia Deus Dominus Iſraëlis intrat per iſtud; eritque clauſum.* Sumit quis clavem, aperitque oſtiolum, ingrediturque in (3) thalamum, & ex thalamo in templum. R. Jehuda dicit, quod eat per medium denſitatis muri donec conſiſtat inter binas

כותל היה מהלך עד שנמצא עומד בין שני השערים ופתח את החיצונות מבפנים ואת הפנימיות מבחוץ :

valvas; aperiatque (4) exteriores intrinſecus, & interiores extrinſecus.

R. OB. DE BARTENORA.

ושני פשפשין *Et duo oſtiola*, unum ad dextram magnæ portæ Templi, & alterum ad ſiniſtram, paulum a porta remotum; de meridionali ſcriptum eſt Ezech. 44, 1. *Clauſum erit, non aperietur*, Templo ſcil. futuro ſtante, & ita quoque Templo præterito. *Aperitque oſtiolum*, & per iſtud ingredietur תא, quod eſt conclave aliquod versus Templum apertum; & a תא intrabit Templum, per quod ambulabit uſque ad portam magnam quæ erat in fine craſſitiei parietis interius, quam aperiebat & deinde ad portam ſecundam pergebat, quæ erat in fine craſſitiei parietis exterius, eamque aperiebat. *R. Jehuda dicit, intra craſſitiem parietis incedebat*, is enim putat quod e תא non egrediebatur in craſſitiem parietis, niſi donec comperiebat ſe eſſe inter duas portas; poſtea portæ exterioris valvas aperiebat intus, & portæ interioris valvas aperiebat foris.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Jam tibi depingam totum Templum cum porticu Ulam, & menſuram illius in longitudine & latitudine depingam, ſicuti in hocce capite exponetur. Ex hac figura tibi conſtabit id quod dicitur de introitu per portam Templi, ejuſdemque craſſitie & ambulatione in craſſitie parietis, ſicuti dicit R. Jehuda, & reliqua hoc capite tibi exponenda; hæc ſit figura illius.

L'EMPEREUR. (1) Quia iterum recurrit vox פשפש & quidem alia ac diverſa ſignificatione: uno conſpectu ejus ſignificata ob oculos ponere operæ pretium videri queat, quo vox in Talmudicis libris frequens diſtincte percipiatur. Quatuor inprimis deſignat ſub eadem forma quæ diverſam & differentem ſpectant originem: quandoque a פוש *creſcere, augeri*, ſignificationem arceſſit; quandoque verbi פשפש *palpare* a פשש derivati ſignificationem imitatur. Prioris originis eſt, cum proceres ſignificat ſive trabium capita, teſte in Aruch R. Nathane; ſcilicet ejuſmodi quæ e pariete (ut loquitur) prodeunt, & veluti excreſcunt. Ad quam originem etiam referri poteſt ſignificatio צימ"צי *cimicis*, animalculi quod in ſpondarum lignis ſua ſponte creſcit & augetur: hoc enim etiam eſſe פשפש docet R. Nathan his verbis, רמש הוא ויש לו דם הרבה ומצוי במשכבות בלעי צימצי, *eſt reptile abundans ſanguine, quod invenitur in ſpondis, vulgo cimex.* Ad alteram originem, ubi palpandi notio, pertinet tertia ſignificatio, qua *ſcrutari* ſignificat, quia palpando & contrectando etiam ſcrutamur. Eodem quoque referenda præſens, i. quarta ſignificatio, cum in noſtra Miſna oſtiolum deſignat; quia per oſtiola perveſtigantur & luſtrantur interiora & penetralia ædificii. Illuſtrari hic ſignificatus poteſt fragmento quodam enarrationum in Pſalmos: quod propter Apocalyp. paragr. quendam aſcribere libuit. Sic igitur legitur in antiquis collectaneis ad hæc com. 1. Pſ. 87. verba, *fundamentum ejus in montibus ſanctitatis*, עתיד הקדוש ברוך הוא לעשות שער מזרחי ושני פשפשין אבן אחת של מרגלית *Futurum eſt ut Deus benedictus faciat portam orientalem* (ſcil. templi) & *duo oſtiola e ſingulis lapidibus margaritæ*, i. *ex ſingulis margaritis.* Hoc modo Johannes in Apocal. cap. 21. verſ. 21. de nova Jeruſalem, ἀνὰ εἷς ἕκαστος τῶν πυλώνων ἦν ἐξ ἑνὸς μαργαρίτου, *ſingulæ portæ erant ex ſingulis margaritis.* Unde videmus, N. T. ſcripta paſſim accommodata eſſe iis quæ a Judæis jam recepta erant: quod nullo negotio, ſi præſens inſtitutum id exigeret, e Talmude & paraphraſibus Chaldaicis cum ſcriptis N. T. collatis demonſtrari poſſet.

(2) Sed ad productum ex Ezech. 44, 2. teſtimonium deſcendamus, quod in Miſna non ſatis concinne huc proferunt, quandoquidem de oſtio magno, non de quodam פשפש *oſtiolo laterali* ibi ſermo eſt: quod ipſe Kimchi annotavit. Cæterum non obſcurum eſt, per principis prærogativam in hac porta (de qua Ezechiel) portamque omnibus aliis clauſam, exiſtimatum etiam fuiſſe, Mariam virginem e qua inviolata ſolus Meſſias prodierit deſignari: quod tamen in medio relinquo. Forte ad hanc applicationem momentum attulit aliquod Davidis Kimchi ſententia, quia per principem illum Meſſiam deſignatum ſcripſit; quo etiam ſpectat R. Alſchech judicium de templo, templum principale eſſe eccleſiam: conſtat autem Apoc. 12. (ſecundum plurimorum explicationem) Eccleſiæ matri partum Meſſiæ tribui.

(3) Ad ultimam hujus ſectionis partem quod attinet, ante omnia quid fuerit תא expendendum eſt: deinde via ac ratio aperiendi templi conſideranda. תא, cujus hic frequens mentio, reddi poteſt paſtophorium, & thalamus (cum hæc Latina vox latius ſumitur; alioqui thalamus ſtrictius uſurpatur propria ſignificatione) vel etiam cella: quamvis non ignorem Vitruvium etiam hac voce maximam templi partem deſignare. Thalami vocem retinui, quia ſono convenit, quamvis origine variet: nam תא eſſe a תוא docet ſyntaxis verborum תאי השער Ezech. 40, 10. ubi camets immutatum originem arguit. Syri autem Hebræorum חדר *conclave* hac etiam voce exprimunt, niſi quod ܢ, i. *Nun* ſervile adjiciant: ut Pſal. 105, 30. חדרי מלכיהם *cubicula regum eorum*, Syrus vertit ܬܘܢܐ ܕܡܠܟܝܗܘܢ; ubi alius codex pro ܬܘܢܐ habet ܬܐܘܘܢܐ: etſi priorem lectionem inveniamus etiam Luc. 12, 3. cum vox ταμεῖον exprimitur. E quibus quænam iſta תאים, quorum toties hoc capite meminit noſter, fuerint, cognoſcere eſt in proclivi: nam cellæ & conclavia erant, ad pteromata ſcilicet templi, ejuſque partem poſticam exſtructa; quemadmodum e ſingulorum deſcriptione poſtea liquebit magis. Ut jam ad rationem & modum aperiendi Templi deveniamus; ſpectandus eſt thalamus qui in latere ſeptentrionali erat quam maxime orientalis, i. fronti ædis proximus in illo latere. Deinde quo omnia bene percipiantur ſciendum eſt, murum templi cavum fuiſſe ac veluti excavatum: adeoque ambulacrum circa ædem intra ejus murum, per oſtiolum aquilonare ingredientibus viam præbuiſſe, qua ad oppoſitum portæ latus pertingerent. Itaque cum porta aperienda eſſet, Sacerdotum aliquis per portæ magnæ oſtiolum laterale in murum templi orientalem ingreſſus, in iſto muro ad thalamum ſeptentrionalem (de quo dictum fuit) procedebat: ubi plura erant oſtia. Inprimis ſpectantur duo huic muneri deſignata, unum quo e muro orientali eo patebat ingreſſus; alterum quo æditus in thalamum ingreſſus flectebat iter & in templum progrediebatur ad interiores portæ magnæ valvas: quibus reſeratis per denſitatem muri ad exteriores progreſſus eaſdem ſimiliter reſerabat. R. Jehuda autem ſecus hac de re judicavit, nixus comm. 11. cap. 41. Ezech. (quamvis eo prior ſententia non evertatur) ubi chors quædam libera ab omni ædificio ſive area pura deſcribitur, quæ collocatur ab utraque templi parte verſus Orientem, ut hac ratione ad locum extremæ ſaltem partis illius angularis thalami, ſpatium fuerit vacuum; locus ſcilicet aliquis quo ad thalamos deinde procedebatur. Verba enim Ezechielis quæ ibi leguntur, ורחב מקום המונח חמש אמות סביב סביב, & *latitudo areæ puræ quinque cubitorum circumquaque*: hæc inquam verba ita accepit, ac ſi per סביב repetitum duo anguli orientales deſignarentur, ubi ab utroque templi latere areæ puræ eſſent quinque cubitorum. Unde conſequi videbatur, per murum orientalem in thalamum prædictum perveniri non potuiſſe, ſed potius ad aream puram: ideoque ea via in templum non deveniſſe æditum. Exiſtimavit ergo, æditum per muri ambulacrum internum circumiviſſe ædem, donec ad portam perveniret: ibique inter binas valvas ſubſtitiſſe eaſque ordine reſeraſſe.

(4) Iſta autem ultima verba מבפנים *intrinſecus* & מבחוץ *extrinſecus* intelligenda ſunt ex ejus ſententia, qui in denſitate (ut loquuntur Hebræi) oſtii inter binas valvas fores utrinque panſas includi ſive contineri exiſtimabat: nam qui intra ædem circumagi & reflecti exiſtimabant, valvas interiores extrinſecus paſſas non agnoſcebant.

ג ושלשים ושמנה תאים היו שם חמשה עשר בצפון וחמשה עשר בדרום ושמנה במערב בצפון ושבדרום חמשה על גבי חמשה וחמשה על גביהם ושבמערב שלשה על גבי שלשה ושנים על גביהם ושלשה פתחים היו לכל אחד ואחד אחד לתא מן הימין ואחד לתא מן השמאל אחד לתא שעל גביו ובקרן מזרחית צפונית היו חמשה פתחים אחד לתא מן הימין ואחד לתא שעל גביו ואחד למסיבה ואחד לפשפש ואחד להיכל :

3. (1) Ibi erant 38 thalami; 15 ad Septentrionem; 15 ad Auſtrum; 8 ad (2) Occidentem. Eorum, qui ad Septentrionem & Auſtrum, quinque erant impoſiti aliis quinque; deinde quinque ſuperimpoſiti iſtis: eorum, qui ad Occidentem, tres impoſiti tribus; deinde duo ſuperimpoſiti iſtis. Tres portas habebant ſinguli: unam ad thalamum dexterum; alteram ad thalamum ſiniſtrum; tertiam ad thalamum ſuperiorem. (3) Et in angulo inter Orientem & Septentrionem erant 5 portæ: una ad thalamum dexterum; altera ad thalamum ſibi impoſitum; tertia ad ſcalas cochlides; (4) quarta verſus oſtiolum; ultima ad ipſam ædem.

R. OB. DE BARTENORA.

תאים ſunt conclavia. Quindecim ad ſeptentrionem, poſtea in hoc capite, quando auctor a ſeptentrione ad meridiem enumerat ſeptuaginta cubitos, dicit, paries circuitus quinque, & circuitus tres, paries Ta quinque, & Ta ſex, & paries Templi ſex. Eodemque modo enumerat in meridie. Sed non vult dicere quod circuitus parietis craſſities, & parietis Ta craſſities, ut & parietis Templi craſſities in ſeptentrione ita ſe habebat; ſed recenſet duntaxat parietis craſſitiem cum illius concavo, quod inter ipſum & ſecundum parietem erat. Cæterum quinque erant cubiti parietis circuitus, & tres ipſius circuitus, quinque parietis Ta, & ſex parietis Templi, his inquam omnibus quinque locis erat conclave quod Ta vocatur; ſuntque ad ſeptentrionem quinque thalami. Eodemque modo quinque ad meridiem, quibus ſuperædificati erant quinque alii, & præterea quinque alii ſuper his ædificati, qui in ſeptentrione quindecim ſunt thalami, & quindecim in meridie. Pariter in occidente auctor numerat in hoc capite inferius, in pariete Templi ſex cubitos, totidem in Ta, in pariete Ta quinque, in quolibet autem eorum erat conclave unum, eo quod paries non ſex cubitos craſſus erat, ſed paries cum conclavi illius erat ſex cubitorum, & Ta quod erat extra ipſum, ſex erat cubitorum, thalami paries alterius Ta quod extra ipſos erat cum conclavi illius erat quinque cubitorum, qui ſunt tres thalami; his vero tribus thalamis ſuperædificati erant alii tres, & duo ſuper iſtis, qui ſunt octo thalami in occidente. *Et una ad oſtiolum*, ad thalamum in quo erat oſtiolum ſeptentrionale, nam per iſtum thalamum intrabant in Templum. Cæterum Miſna hæc eſt ſecundum ſententiam Sapientum, qui ſuperius dixerunt, intrabat per thalamum Ta ad Templum, contra R. Jehudam qui dixit quod inter craſſitiem parietis ambulabat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam diximus in tractatu de Sacrificio Jugi quod תא vocetur diſtantia iſta quæ eſt inter duos parietes, & quando inſpexeris figuram Templi a nobis delineatam, quinque diſtantias invenies ad ſeptentrionem, & ita quoque ad meridiem, idcirco dicit quod ſuper iſtis quinque diſtantiis fuerunt quinque תאים *thalami*, & hic ſenſus eſt illius quod dicitur, *quinque ſuper quinque, & quinque ſuper iſtis*, ita ut tres eſſent thalamorum ordines, in hac forma; eodemque modo ad meridiem. Sed ne erres in eo quod ipſos vocavit כותל *parietem*, &, מסבה *circuitum*, &, *parietem thalami*, *thalamum*, &, *parietem Templi*, poſtea iſta omnia vocet תאים *thalamos*, nam diſtantia iſta quæ eſt inter duos parietes, vocatur תא, & omnes diſtantiæ תאים. Sed paries circuitus & תא, atque Templi non erat obſtructus, ſed inter illos duo parietes, atque inter illos diſtantia quædam, ſicuti delineavimus. Aliquibus vero תאים erant nomina, idcirco inferior ordo vocabatur מסבה *circuitus*, &, *domus deſcenſus aquæ*, & ſic porro, ſicuti in figura deſcripſimus, & hocce capite dicitur. Si ergo figuram inſpexeris, in occidente quoque tres diſtantias invenies, quæ ſunt, paries Ta, Ta, & Templi paries, qui tres ſupra ſe habebant thalamos, & ſupra hos duos.

ואחד לפשפש *Et una ad oſtiolum*, intelligit Ta, ubi erat oſtiolum ſeptentrionale per quod Templum intrabant; atque hæc eſt porta ad ſeptentrionem Ta, cui quinque erant januæ. Hic ergo erat תאים *Taim* ordo in medio, & ſuper מסבה *circuitum*.

L'EMPEREUR. (1) De Templi thalamis tria latera, Auſtrale, Septentrionale & Occidentale cingentibus etiam Joſephus egit ἀρχαιολ. λόγ. ή κεφ. β'. ubi cum ædi, excepto pronao, fuiſſet longitudinem cubitorum ſexaginta, latitudinem vero viginti, quibuſdam interpoſitis tandem ſubjungit: περιῳκοδόμησε δὲ τὸν ναὸν ἐν κύκλῳ τριάκοντα βραχέσιν οἴκοις ... ἕκαστος δὲ τῶν οἴκων τούτων, εὖρος μὲν εἶχεν εἴκοσι πέντε πήχεις, μῆκος δὲ τοὺς αὐτοὺς, ὕψος δὲ εἴκοσι. ἐπῳκοδόμηντο δὲ τούτοις ἄνωθεν οἶκοι ἕτεροι, *Conſtruxit autem in circuitu templi triginta domunculas ... ſingulæ vero harum domuncularum ſive cellarum latitudinem habuerunt vigintiquinque cubitorum, quoad longitudinem totidem, altitudinem denique 20 cubitorum. Super has ædificatæ ſunt alteræ domunculæ, &c.* Davus ſum, non Oedipus, ut hinc congruum ſenſum percipere poſſim, & quid ſibi hæc verba velint hariolari: nam e ſequentibus Joſephi verbis, quibus ſecundas & tertias cellas primis illis ſuperimponit, eum de cellis in pavimento extructis, i. infimis agere, luce meridiana clarius eſt. Præterea de cellis ædem contingentibus eique proxime adhærentibus eum loqui, verba citata docent; & quum cellæ συνοχὴ τοῦ παντὸς dicuntur, quia parietes ædis fulciebant. Quis autem ullo Mathematico calculo, aut Geometrica dimenſione in circuitu centum & quadraginta cubitorum (totidem enim duo latera & poſtica, templi quod ibi a Joſepho deſcribitur, pars conficiunt) metiri & numerare valeat ſeptingenta & quinquaginta cubita? atqui totidem conficiunt triginta cellæ, quarum ſingulæ ad 25 cubita extenduntur. Quocirca de numeris in Joſephi ſcriptis annotatis pronunciare non vereor, ſcribarum incuria & inſcitia pluribus locis depravatos mihi videri: quod eo libentius, certiſſimo indicio hic comprobare libuit, ne cui in autore noſtro numerorum diverſitas, qua a Joſepho, quum etiam idem templum deſcribit, quandoque longiſſime abit, negotium faceſſat. Variis locis hæc quidem inculcari poſſent: ſed ſemel atque iterum monuiſſe ſufficiat. Cæterum quæ de cellis dicuntur non carent utilitate, quia cellarum ſive thalamorum deſcriptio 1 Reg. 6. & Ezech. 41. cap. etſi non plane eadem, inde tamen illuſtratur.

(2) Porro thalamorum ſitus duplex fuiſſe poteſt, vel ut quinque infimi ſicut & medii ac ſupremi ſecundum ædis longitudinem alii poſt alios collocati fuerint: ut exempli gratia in meridionali latere ex infimis primus fuerit Orienti vicinior, ſecundus remotior, & ſic deinceps, ut tandem quintus fuerit ad Occidentem; & eodem ordine ac modo ſuperiores ſeſe habuerint. Vel (quæ plurium eſt ſententia) lateralis ſitus admittendus: id eſt, thalamos ſingulos ſecundum totam ædis longitudinem extenſos agnoſcamus neceſſe eſt, eadem Occidentalium ratio. Hic ex interpretibus Hebr. diſcendum eſt, muros templi, circuitus & thalami in ſin-

gulis

gulis lateribus non fuiſſe ſolidos, ut vacuum in iis ſpatium non fuerit; ſed cavos fuiſſe, ut in iis ambulare Sacerdotes potuerint. Ideoque in ſingulis, thalamos ſingulos collocant interpretes Talmudici: quamvis ſpatium unum præ reliquis thalamus vocetur, quia illud reliquis erat latius. Verum quidem eſt murum templi ſex cubitorum latitudinem habuiſſe: ſed in thalamo ſpeciatim ita dicto tanta erat areæ latitudo; in muro vero partim areæ partim parietum lateralium.

(3) Deinde ad portas anguli quod attinet, earum quædam aliis erant communes, ut fortaſſe quibus ad laterales thalamos & ſuperiorem ibatur: nam quæ ad מסיבה ducebat huc pertinere potuit, quia מסיבה etiam thalamus erat, ita dictus quia ſcalas cochlides continebat; quarum in iſto angulo initium conſpiciebatur.

(4) Sed portæ ſpeciales & propriæ, quarum hic meminit noſter, ſunt cum quæ in templum ducebat, de qua in præcedentibus; tum quæ ad פשפש dirigebat: ubi ellipſis manifeſta, quia פשפש *oſtiolum* ponitur pro תא שיש בו הפשפש *thalamo in quo eſt oſtiolum.* Hoc ſibi vult, oſtium unum obverſum muro orientali fuiſſe, eique concavo, in quo oſtiolum apud portam magnam fuiſſe vidimus, quo æditus in murum cavum ingreſſus ad hoc conclave vel thalamum pergebat, in ædem ingreſſurus. Qui thalamus vel fuit angularis ſecundum ſitum priorem; vel ex ſitu poſteriori in ſuperioribus delineato, latus totum claudens, ſaltem exiguo ſpatio Orientem verſus relicto, ac ad Occidentem uſque deinceps productus. Verum de thalamis in cæteris ſectionibus plura.

ד התחתונה חמשה ורובד ששה והאמצעית ששה ורובד שבע והעליונה שבע שנאמר היציע התחתונה חמש באמה רחבה והתיכונה שש באמה רחבה והשלישית שבע באמה רחבה :

4. (1) Pteroma infimum 5 cubitorum erat, (2) & tabulatum ſex; medium deinde ſex cubitorum, ejuſque tabulatum ſeptem cubitorum; ſupremum denique ſeptem cubitorum: quia (1 Reg. 6, 6.) dicitur, *Pteron infimum erat 5 cubitorum latitudine ſua; & medianum ſex cubitorum latitudine ſua; tertium vero ſeptem cubitorum latitudine ſua.*

R. OB. DE BARTENORA.

התחתונה חמש *Infimum quinque cubitorum*, extra parietem circuitus, qui eſt paries exterior loci ſancti podia prominebant quæ ſanctuarium ad tria latera circumdabant, nempe ad occidentem, ſeptentrionem, & meridiem, & hæc podia erant inferiora, bina & terna. Infimum vero podium quinque erat cubitorum cum cubito latitudinis, & pavimentum quod huic impoſitum erat, nempe tectum illius inferius & ſolum medium erat ſex cubitorum cum cubito latitudinis, quia circuitus paries ſurſum fiebat arctius; & quando ad tectum perveniebat infimi podii, intus coarctabatur per ſpatium cubiti, & iſti cubito foras prominenti imponebant aſſerem podii, hinc medium podium unum cubitum latius erat infimo, qui eſt iſte cubitus quo paries intus coarctabatur. Sic etiam quando ad tectum perveniebat medii podii, quod eſt ſolum ſive pavimentum tertii, paries coarctabatur intus in ſpatio cubiti; ut tigni extremitas imponeretur iſti cubito, nam paries medii podii magis prominebat foras quam paries ſupremi, hinc fiebat ut podium ſupremum uno cubito latius eſſet medio, & duobus cubitis latius infimo; & hoc eſt quod dicitur 1 Reg. 6, 6. *Nam imminutiones dedit domui, ne apprehendat parietes domus.* Senſus eſt quod Templi murus paulatim imminuebatur in craſſitie parietis foris per ſpatium cubiti in tecto medii podii, & præterea quoque per cubiti ſpatium in ſupremo, ut locus eſſet cui extremitates tignorum pavimenti imponerentur, ne parietibus domus foramina imprimenda forent, iiſque tignorum extremitates infigendæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

היציעים Sunt podia quæ Templum exterius circumdabant, media vero tabula latior inferiori, & ſuperior latior media, & hoc colligitur ex eo quod dicitur, & diminutiones domui poſuit &c. Hoc itaque modo totum Templum exterius circumdatum erat tribus podiis ad parietem circuitus, in hac forma.

L'EMPEREUR. (1) Deinceps ſpeciatim de thalamis agit, nec quod hic dicitur ad quoſvis pertinet: extremas enim alas ſive ſubſtructiones, quibus in hac æde remotiſſimi ab interiori templo thalami continebantur, delineat. Hoc patet e voce יציע quæ 1 Reg. 6, 6. in Templi Salomonis deſcriptione occurrit: ubi ædificii latera, quæ pteromata Græcis dicuntur, quibuſque ſtructura maxima ex parte cingebatur, denotari extra controverſiam eſt. Alas ergo iſtas intelligit noſter, quas poſtea alio nomine כותל המסבה *murum circuitus* appellat: quem murum antea vidimus ſolidum non fuiſſe, sed cavum, ut thalamum includeret. Confirmant jam dicta, ea quæ ſectione 7 de ædis latitudine diſtincte proponuntur, [illegible]que ultra murum circuitus aliam ſtructuram, quæ ædi adhæſerit, non fuiſſe demonſtrant: ut quis demirari queat quid Maimonidi in mentem venerit, cum ad hunc modum ſcripſit, יציעים היו מוקפים לבית כולו מסביב חוץ לכותל המסבה *alæ cingebant totam ædem circumquaque extra murum circuitus*: nam niſi Talmudicis traditionibus, quas ipſe in eodem ſcripto methodice diſponere allaboravit, aſſenſum renuntiemus, verba ejus conſiſtere nequeunt. Verum in promptu eſt cauſa, quæ Maimonidis ſententiam ſuadere poſſit: quia cum thalamo proximo, i. מסיבה ſolummodo 3 cubiti aſſignentur, ſi alas illas ei proximas ſtatuamus, ipſi מסיבה in ſuprema contignatione unus cubitus tantum remanebit, qui thalamum tamen capere nequit. Sed reſpondetur vel retinendam priorem ſententiam de ſitu thalamorum, quibus hæc pteromata extrinſecus accedant; vel (quod magis probo) in contignationibus thalamos paſſim ulterius promotos fuiſſe ad templi murum intimum, ubi manente ejus thalamo duo cubiti demi potuerunt.

(2) Contignationes ergo pteromatum latitudine differebant: nam cum infima hujus ſtructuræ pars 5 cubitos lata eſſet, ſuperior cubito augebatur, pariterque ſuprema cubito uno mediam ſuperabat. Quia murus interior ita contrahebatur, ut ejus craſſitiem extrinſecus ad dicta intervalla uno cubito minuerent architecti: idque in eum finem ne foramina in interiori alarum muro effoderentur ad trabes contignationum ſuſtinendas; ſed hunc uſum præberent projecturæ muri contracti & minuti ad ſingulas contignationes pteromatum. רובד autem quod hic dicimus, paulo ſecius accipitur quam in præcedentibus, ubi de gradibus ſermo fuit: nam hoc loco non eſt areola ſive graduum retractio latior; ſed ſimile quid, nempe תיקרא *contignatio* ſive *coaſſatio*, quæ ſubjecto thalamo imponebatur, quæque uno cubito creſcebat ob muri craſſitiem hac menſura diminutam. Atque huc pertinent verba 1 Reg. 6, 6. *contracturas indiderat domui circumquaque extrinſecus, ne hærerent muris domus:* quamvis fatear Salomonis templum per omnia huic in Miſnajoth delineato non reſpondere. Porro ad propylæum quod attinet, ibi ſimilia pteromata agnoſcit Maimonides in יד; quæ ſane ad propylæi ornatum faciunt, quamvis falſo fundamento innitatur. Etenim quæ in hoc libro de προνάῳ gradibus dicuntur eo trahit: quemadmodum Joſephus Karrus obſervavit. Sed quæcunque eum ratio moverit, a vero aberraſſe non videtur: cum hujuſmodi meniana multiplici ſua diſtinctione ac partibus Templi frontiſpicium in pronao auguſtius reddiderint. Verum audiamus Maimon. parte 3. citati libri fol. 172. כן היו אמה אחת חלק ורובד שלש אמות ואמה חלק ורובד ג׳ אמות עד למעלה ונמצאו הרובדין מוקפין לכתליו רוחב כל רובד שלוש אמות עד למעלה וכן כל רובד ורובד אמה ורובד העליון היה רוחבו ארבע אמות :

Hac

Hoc modo ſe habebant (יציעים *pteromata*, vel potius meniana, ut poſtea docebo,) *ſupra nudum ac lævem parietem unius cubiti erat menianum trium cubitorum, ulterius ſimiliter ſupra parietem planum unius cubiti erat menianum 3. cub. idque ad faſtigium uſque; ſic conſpiciebantur meniana cingentia* προναὸς *parietes. Singula meniana habebant latitudinem trium cubitorum ad faſtigium uſque; atque inter ſingula meniana ſpacium cubiti: at menianum ſupremum habebat latitudinem quatuor cubitorum.* Hic duo expendenda, quid ſit hoc loco רובד; deinde qui accipere conveniat, quod τῷ רובד tribuitur latitudo. רובד duplici ſignificatu in præcedentibus Miſnajoth uſurpatum novimus: priori pro *areola graduum* ſive *retractione latiori* adhibebatur; poſteriori vero ſignificatione pteromatum contignationem denotabat. At hoc loco רובדים ſunt quæ Vitruvius lib. 5. cap. 1. meniana appellat: quæque ſecundum Philandrum ſunt *podia pergulæve, cujuſmodi ſunt ea quæ hodie projicere aſſuevimus, ut mutulis firmiſſimis quieſcant & nitantur.* Hæc a Menio quodam inventore (non mœniis, ut nonnemo exiſtimavit) nomen habent: quamvis non ignorem Codic. lib. 8. titu. 10. ubi de ædificiis privatis agitur, vocari τειχιοσὰς a nomine τεῖχος ſign. murum ſive parietem vel mœnia: verba Imp. Honor. & Theod. hæc ſunt, *Meniana quæ Græco vocabulo* τειχιοσὰς *appellant.* Sed vir doctus ibidem recte obſervavit atque probavit pro τειχιοσὰς legendum eſſe ἐξιόσας: cujus rationibus hæc addi poſſet, in Zenonis Imper. verbis quæ prolixe illic ſubjiciuntur ἐξώσας vocari: at neutra vox etymologiam a mœniis deſumptam admittit; ſed ab eminendo & protrudendo ſive protuberando menianis impoſita eſt. Jam videamus an רוחב latitudo hiſce menianis hoc loco recte aſcribatur: nam certum eſt lata & alta fuiſſe; ſed quæ iſta voce quantitas deſcribatur quæri poſſet merito. Ipſe Maimonides ſeipſum explicat comm. in Miſnajoth: nam pro eo quod hic ſcribit רוחבו illic habet גבהו, id eſt, pro latitudine ponitur altitudo. Proprie denotata quantitas eſt altitudo, ſed quia Hebræi minorem quantitatem vocare ſolent latitudinem, majorem vero longitudinem; hæc vero altitudo menianorum erat minor longitudine, ideo magna ἀκυρολογίᾳ latitudinem pro altitudine Maim. illic poſuit. Sane latitudo deſignari nequit: nam ternorum cubitorum ad faſtigium propylæi ſemper excreſcentium in latitudinem moles nulla ratione in aëre ſuſtinere potuiſſet, ſed altiſſimam ac anguſtam porticum ſuo pondere ab ipſa æde avulſiſſet; ipſa ſaltem meniana corruiſſent.

ה ומסיבה היתה עולה מקרן מזרחית צפונית לקרן צפונית מערבית שבה היו עולים לגגות התאים היה עולה בפשפש (ס"א) ופניו למערב הלך על כל פני הצפון עד שהוא מגיע למערב הגיע למערב והפך פניו לדרום הלך על כל פני מערב עד שהוא מגיע לדרום הגיע לדרום והפך פניו למזרח היה מהלך בדרום עד שהוא מגיע לפתחה של עליה שפתחה של עליה פתוח לדרום ובפתחה של עליה היו שנים כלונסות של ארז שבהן היו עולין לגגה של עליה וראשי פספסין מבדילין בעליה בין הקדש לבין קדש הקדשים ולולין היו פתוחין בעליה לבית קדשי הקדשים שבהן היו משלשלין את האומנין בתיבות כדי שלא יזונו עיניהן מבית קדשי הקדשים:

5. (1) Cochlea ſurgebat a cornu Cæciam (*ut Ariſt. ea voce utitur*) ſpectante inter Orientem & Septentrionem verſus cornu Caurum ſpectans inter Septentrionem & Occidentem, qua aſcendebant in thalamorum tecta. Aſcendebat quis per oſtiolum facie ſua Occidenti obverſa, ibatque per totum latus Septentrionale donec perveniret ad Occidentem; ubi perveniſſet ad Occidentem, obvertebat faciem Auſtrum verſus, ibatque juxta Occidentem donec perveniret ad Auſtrum; cum perveniſſet ad Auſtrum, facie ad Orientem obverſa ibat ſecundum Auſtrum donec perveniret ad portam (2) cænaculi, i. ἀνώγεω ſive ὑπερώϋ: nam porta ὑπερώϋ verſus Auſtrum aperiebatur. Et in porta ὑπερώϋ erant (3) duæ trabes cedrinæ, quibus aſcendebant in tectum ὑπερώϋ. Atque proceribus ſive trabium capitibus diſtinguebant in cænaculo inter ſanctum & ſanctum ſanctorum: (4) foramina etiam erant aperta in cænaculo ad ſanctum ſanctorum, per quæ catenis demittebant fabros in (5) arcis; ne eorum oculi nutrirentur e ſancto ſanctorum.

R. OB. DE BARTENORA.

מסבה *Cochlea*, erat inſtar ſcalæ per quam ad thalamorum tecta aſcendebant, & quia per gyrum aſcendebant & deſcendebant, idcirco iſto nomine vocatur. לולין ſunt aperturæ in cœnaculis. *Per quæ fabros demittebant in arcis*, eos demittebant in arca funiculis inſtructa.

כדי שלא יזונו עיניהם *Ne oculi eorum nutrirentur*, ne commodum perciperent e viſu loci ſanctiſſimi, ſed ut duntaxat ea corrigerent quæ corrigenda erant, dum aſcendiſſent.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Circuitus hicce qui Templum cingebat uſque ad cœnaculum, erat intra thalamos תאים dictos, qui Templum circumdabant, ſicuti depinximus. Jam vero dicit aliquod fuiſſe cœnaculum ſupra Templum & locum ſanctiſſimum, atque in pavimento cœnaculi erat interſtitium aliquod inter tectum Templi & loci ſanctiſſimi tectum ſeparans.

לול Eſt apertura exigua. idcirco dicit Miſna quod לול erat in pavimento cœnaculi aperti verſus locum ſanctiſſimum, ut per ipſum opifices intrarent in locum ſanctiſſimum, quando aliquid reparandum erat. Quia autem fabrorum fecimus mentionem, hic dicemus quod ſi neceſſarium eſſet intra Templum quicquam reficere, curabat ut faber iſte ſacerdos eſſet legitimus. In Toſaphta ad codicem de vaſis ſacris dicitur, omnes fabricatum intrare poſſunt Templum, & propulſatum immunditiem illius; attamen ad ſacerdotes pertinet hoc officium, & ſi non adſint ſacerdotes, intrant Levitæ, ſi nec hi adſint, Iſraëlitæ intrant, & ſi hi non ſint puri, intrent impuri, & præceptum etiam poſtulat perfectos, ſi vero non ſint perfecti, intrent imperfecti ſive vitiis affecti. Et porro præcipitur ut intrent in arcas, ſi vero non ſint arcæ, intrent per januas.

L'EMPEREUR. (1) Quo diſtincte ſingula percipiantur, varius hujus nominis מסבה uſus diſtinguendus: cum duo hoc capite deſignet, primo ſcalas cochlides; deinde thalamum. Scalæ cochlides inter parietes intercurrentes tria ferme templi latera cingebant, idque inæquali altitudine: nam in lateris ſeptentrionalis extremitate orientali, pavimento junctæ paulatim in circuitu aſcendebant, donec ad thalamorum tecta in oppoſito latere pertingerent. Quamvis concinnius fortaſſis in priori illa extremitate tota cochlea ſtatueretur: atque hoc conceſſo, quæ in Miſna de circuitu dicuntur ea ratione exponenda fuerint, ut ſuperatis demum cochleæ gradibus, in ſuperiori parte orbiculata illa itio & gyra-

gyratio facta dicatur. Potuit enim quis per ſcalas cochlides ad laquearis altitudinem aſcendere, ac deinde in iſta altitudine latera templi perambulare donec ad oppoſitum latus perveniret. Secundo מסבה de thalamo quodam exteriori dicitur, qui ab ædis interiori muro quartus ſeptentrionale claudebat latus: eoque dicebatur nomine, cum quia ea parte ac regione cingebat templum, tum inprimis quia ab ipſius extremitate ſcalæ cochlides inchoabantur.

(2) Vocem עליה nomen *cænaculum* ſatis exprimere potuiſſet, nam *cænacula*, ut inquit Budæus, *ſunt altiora domus ad quæ ſcalis ſeu cochleis aſcenditur:* quia tamen teſte Varrone locum *ubi cænitabant Cænaculum vocitabant*; ne quis forte inibi Sacerdotes corpora ſua cibo reficere autumaret, Græca vocabula ὑπερῷον & ἀνώγεων locum ſuperiorem quemvis in ædibus deſignantia addenda videbantur, ne de cænaculo ſtricte ſumpto עליה acciperetur. Porro quot cubitis hujus cænaculi contignatio inferior a templi pavimento ſurrexerit, cum hic reticeatur, e Joſepho haurire convenit: hic ἀλωσ. λόγ. ε. τὸ δ' ὑπερῷον μέρος, τούτους μὲν οὐκ ἔτ' εἶχε τοὺς οἴκους, παρόσον ἦν καὶ ϛενότερον, ὑψηλότερον δ' ἐπὶ τεσσαράκοντα πήχεις, καὶ λιτότερον τοῦ κάτω. συνάγεται γὰρ οὕτω πρὸς ἑξήκοντα τοῖς τοῦ ἐπιπέδου πηχῶν ἑκατὸν τὸ πᾶν ὕψος. *Superior autem pars iſtas domunculas non habebat, quo magis erat anguſta; altior autem ad* 40 *cubitos, minus anguſta quam inferior. Colligitur enim ea ratione cum ſexaginta ejus quæ in ſolo, id eſt, inferioris partis, univerſa altitudo centum cubitorum.* Quibus verbis cum hæc Miſna, tum ea quæ ſubſequitur illuſtratur: quia cum hic cochlea ad thalamorum tecta & oſtium cænaculi deducere perhibetur; qui iſta etiam conveniant, e Joſepho liquet. Nam uſque ad ὑπερῷον μέρος *cænaculum* ſolummodo, laterales ſtructuræ aſcendiſſe dicuntur: ubi ſimul & hoc obſervatur, inferiorem ædis partem ſexaginta cubita altam fuiſſe. Unde Ezræ paragraphus tertius cap. 6. explicandus videri fortaſſe queat, *Domus Dei Jeruſalem intus* (in civitate) *ædificator .... altitudine ſua cubitorum ſexaginta, latitudine cubitorum ſexaginta.* Hæc enim de tota altitudine accipienda non videntur; ſed de inferiori ædis parte uſque ad contignationem: quouſque & cellas laterales pertigiſſe putant in templo poſteriori; non priori, ubi ad quindecim cubita tantum attollebantur, quia ſingulæ erant altitudine quinque cubitorum, 1 Reg. 6, 10. Sed Joſephi verba dimenſioni, quæ ſect. ſexta hujus capitis diſtincte proponitur, refragari videntur: nam inibi a fundamento ad ſupremam inferioris contignationis ſive laquearis partem cubiti recenſentur quinquaginta & unus. Et revera ita ſe res habet, prout illa ſectione continetur: ſed Joſephus qui laquearis ut etiam tecti ſingulas partes non attendit; quia ſuperior templi pars inferiori erat depreſſior, totaque altitudo erat centum cubitorum, ad rotundandum numerum (ut vocant) ſuperiori quadraginta, inferiori ſexaginta tribuit. Qua ratione & Ezdram eſſe intelligendum, non inconcinne quis arbitretur: ſicut etiam eundem calculum ſecutus videtur auctor libri primi Regum, cum ædi priori (ſcil. ædis parti inferiori) triginta cubitorum altitudinem tribuit: 30 enim cubiti ſacri, alterius generis ſexaginta conficere cenſentur, utpote duplo majores. Adeo ut utrobique ſuperior pars reticeatur quidem, ſed ſubintelligatur tamen: nempe altitudo (ſi παχυτέρως loquamur) 40 cubitorum. Niſi in priori æde inferiorem partem fuiſſe depreſſiorem, ſuperiorem vero tanto altiorem, cum Judæis quibuſdam agnoſcamus. Sane e 1 Chron. 28, 11. Salomonis templum diverſa ἀνώγεω עליות habuiſſe creditur: adeo ut ad centum & viginti cubitos aſſurrexiſſe, e comparatione verſ. 3. & 4. cap. 3. lib. 2 Chron. ſint qui affirment. Hiſce poſtremis Joſephus etiam aſſentitur ἀρχαιολ. λόγ. ιε. κεφ. ιδ'. quando Herodis templum a captivitate exſtructum cum priore conferentis verba refert: ἐνδεῖ δ' αὐτῷ πρὸς τὸ μέγεθος εἰς ὕψος ἑξήκοντα πήχεις· τοσούτοις γὰρ ὑπερεῖχεν. ὁ πρῶτος ἐκεῖνος ὃν Σολομὼν ἀνῳκοδόμησε, *deſunt autem ei* (ſcil. templo quod poſtliminio reverſi patres inſtauraverunt) *ad magnitudinem in altitudine ſexaginta cubita: tanto enim celſius erat primum illud, quod Salomon extruxerat.* Unde videre eſt, Judæos in univerſum ſecundo templo a reducibus extructo 60 tantum cubitorum altitudinem tribuere (quod ſimplicius & Ezræ verbis convenientius eſt quam illud, quod probabilitate quadam dici poſſe ſupra annotavi:) adeoque Ezdræ verba ita de tota altitudine accipi poſſe, ut pars inferior templi ad triginta cub. aſſurrexerit, ſicuti in templo priori; ſuperior ad totidem in illo, at vero in Salomonis templo ad nonaginta. Expreſſe enim Joſephus, poſteriori loco jam citato altitudinem bis 60, id eſt, centum & viginti cubitorum Solomonis templo aſcribit, quæ reſtituere ſe velle affirmabat Herodes: ut inde & ex aliis ſequentibus eodem capite liqueat, Herodis conſilium fuiſſe ut templum ſuum Salomonis templo æquaret; non vero eo anguſtius redderet. Unde conſtat, argumentum alias contra Judæos e cap. 2. Hag. verſ. 10. depromptum eo eludi non poſſe, quod Herodes gloriam ſecundi templi illuſtriorem reddiderit: nam magnificentius non fuit Salomonis, ſed reducum Iſraëlitarum templo ædificium Herodis; ſiquidem de eo præter illa in ſuperioribus annotata dicitur, τὸ παρημελημένον ἀνάγκῃ καὶ δουλείᾳ τοῦ πρότερον χρόνου διορθούμενος, *neglectum neceſſitate & ſervitute antecedentium temporum reſtituens.* Quin etiam in hiſt. Joſep. Ben Gorion falſo aſſcripta hæc Herodi verba tribuuntur cap. 55. מדוע נתעצל ולא נבנה את היכלו ואת ביתו כבנין הראשון, *cur deſides ſimus, quo minus ædificemus templum & domum Dei ſecundum ſtructuram priorem.* Deinde quibuſdam interjectis, hæc ſimiliter Herodi tribuuntur, נבנה את בית ה׳ כבנין הראשון כארכו ורחבו וגבהו, *ædificemus domum Dei ſecundum ſtructuram priorem, ſecundum longitudinem, latitudinem & altitudinem ipſius.* Et ponamus præſtantius hoc ædificium fuiſſe: profecto eorum defectus, quæ in Gemara Babylonica cap. 1. codicis Joma poſt captivitatem Babylonicam defuiſſe traduntur, poſteriora ædificia primo reddunt obſcuriora. Iſta ſunt quinque illic diſtincte propoſita fol. 21. ſub finem: 1 arca cum propitiatorio & cerubim; 2 ignis cælitus delapſus, 3 Divinitas, 4 Spiritus Sanctus, 5 urim & thummim. Quia nihil locum illuſtriorem reddere poteſt quam Divinitas ac Spiritus Sanctus: ubi hæc deſunt, quicquid ſubſtituatur, par gloria ulla ratione eſſe nequit. Sed de his jam in ſuperioribus paginis quædam dicta fuere, quibus præcedens illuſtre teſtimonium, data occaſione, adjiciendum putavi.

(3) Ad כלונסות deveniamus: quæ apud illam erant portam, qua in cænaculum dabatur ingreſſus. Harum adminiculo in tectum aſcendebatur. At dices, Quo modo trabibus quis in tectum aſcendet? Ideo e R. Schamaja notare convenit, כלונסות *trabes* nudas non fuiſſe, ſed iis interpoſitos κλιμακτῆρας ſive ſcalæ gradus. Itaque de iſtis ad hunc modum ſcribit שני כלונסות זקופות למעלה כלפי גג הבירה ובין הכלונסות שליבות שבהן עולין לגגה של עליה, *duæ trabes ſurſum erectæ verſus tectum ædis, & inter trabes κλιμακτῆρες quibus aſcendebant in tectum cænaculi.* Sub finem hujus ſectionis, poſtquam rationem, qua ipſius lacunaris ſuperficies ſecundum inferioris loci diſtinctionem diſtingueretur, annotaſſet.

(4) Etiam ibi לולין fuiſſe obſervavit: quæ לולין aliquando quidem ſcalas cochlides ſignificant; ſed hoc loco ſunt ארובות *cataractæ*: unde Maimonides לול inquit eſt פתח קטן *oſtium parvum.* Per iſta foramina in arcis demittebantur fabri, ſi quid forte reparandum eſſet.

(5) In תיבות *arcis* autem funibus demittebantur, ne alerentur, ut loquuntur, מזיו שכינה *e ſplendore divinæ præſentiæ*; quia ita deſcendebant ut ex illis arcis ea tantum viderent ſpatia, ubi quid ſarcire & reſtaurare debebant. Attamen tradunt, referente Maimonide, quemvis in ædem admitti ad ædificandum, reparandum, aut removendum ea quæ locum ſanctum contaminarent: & lege quidem exigi Sacerdotes puros, quibus tamen deficientibus admitti Levitas; & ſi ne hi quidem obtineri poſſent, admitti in ædem Iſraëlitas. Addit etiam Maimonides, primum requiri mundos, & ſi tales non adeſſent, immundos non arceri: ſic perfectos nullo vitio laborantes quæri; quibus non inventis, etiam corporeo quodam vitio deformes admitti. Denique ſubjungit, ſi arcæ ad manus non eſſent, fabris etiam per portas ingredi licuiſſe.

ו וההיכל מאה על מאה על רום מאה האוטם שש אמות וגובהו ארבעים אמה אמה כיור ואמתים בית דלפה ואמה תקרה ואמה מעזיבה (וגבהה של עלייה ארבעים אמה ואמה כיור ואמתים בית דלפה ואמה תקרה ואמה מעזיבה) ושלש אמות מעקה ואמה כלה עורב רבי יהודה אומר לא היה כלה עורב עולה מן המדה אלא ארבע אמות היה מעקה :

6. Templum erat latitudine & longitudine 100 cubitorum, cum altitudine centum. (1) Solum 6 cubitorum; altitudo (2) deinde 40 cubitorum; (3) trabes everganeæ cubiti; & (4) duorum cubitorum intertignium; deinde coaſſatio unius cubiti; & (5) nucleus cubiti. Altitudo autem cœnaculi 40 cubitorum; & ulterius erant unius cubiti trabes everganeæ; duorum cubitorum intertignium; coaſſatio unius cubiti; & cruſta cubiti; triumque cubitorum erat (6) lorica: denique cubiti unius erat (7) tænia vel potius acroterium. R. Jehuda (8) inquit, non ſurgebat tænia ſupra illam loricæ quantitatem, ſed lorica erat quatuor cubitorum.

R. OB. DE BARTENORA.

מאה על מאה ו *Centum ſuper centum*, centum in longitudine & latitudine. אוטם notat fabricam occluſam ut ſit fundamentum domus, cui imponebant parietes. אמה כיור *cubitus Kiur*, notat tignum inferius tecti, quod unum cubitum latum erat; & vocatur כיור, quia auro contectum erat, artificiis elegantiſſimis depictum.

ואמתים בית דילפה *Et duorum cubitorum erat domus ſtillicidii*, tigna ſuperiora quæ tignum inferius ſuſtentabant duos cubitos craſſa erant, & vocabantur *domus ſtillicidii*, quia tabulæ tecti iſtis annexæ erant. Sed non eſt ut mireris quod tigno inferiori omnia ſuſtentabantur etſi craſſities unius cubiti duntaxat eſſet, & contra tigna ſuperiora duorum cubitorum, licet non ferrent tantum onus; nam tignum interius, quandoquidem valde latum erat, craſſitiei unius cubiti, fortiſſimum erat, & fabricam ei impoſitam recipere poterat, ſed tigna ſuperiora quæ palmum tantum vel minus lata erant, craſſiora eſſe debebant. Vel etiam tigna ſuperiora duos cubitos craſſa erant, ad tectum a tigno ſuperiori diſtinguendum, quia id elegantiſſimis artificiis depictum erat, & ſi tectum ei affixum fuiſſet, picturæ non conſpicuæ fuiſſent. תקרה *tectum*, notat tabulas tignis impoſitas, quæ cubitum craſſæ erant. מעזיבה notat lutum, lapides, & calcem quæ tabulis impoſita erant. כלה עורב *conſumens corvos*, ita vocabatur lamina quædam terrea acuminata inſtar falcis, quæ cubitum alta erat & loricæ impoſita, ne aves ſupra Templum ſeſe ponerent; & propterea conſumens corvos vocatur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Prius auctor agit de menſura altitudinis, & poſtea de longitudinis & latitudinis menſura. אוטם eſt ædificium occluſum in pavimento fundamenti extructum, cui imponuntur parietes. כיור ſive ציור notat excavationem quam opifices in calce & lapidibus excavant.

בית דילפה *Domus ſtillicidii*, ita vocatur aquæ deſtillatio de tecto, ſolebant enim veteres domibus ſuis duo facere tecta, unum ſupra alterum, relicta inter utrumque aliqua diſtantia, quod ſpatium vocabatur *domus ſtillicidii*, ut aquæ in iſtud vas colligerentur ſi de tecto deſcendiſſent. תקרה eſt tectum e tignis duntaxat confectum. מעזיבה notat calcem & lapides quos tecto applicant; ſed hanc vocem jam expoſuimus in codice de Tabernaculis.

כלה עורב *Acroterium*, ita vocatur quod corvos deſtruebat, nam id circumdabat Templum ad quatuor latera ipſius ſupra loricam, inſtar laminæ terreæ, cubiti acuminati, ne aves inſiderent Templo, mediante enim lamina iſta pedes incidebantur, idcirco vocatur *conſumens corvos*.

L'EMPEREUR. (1) E capite tertio repetendum eſt, duodecim gradus, ſingulos altitudine dimidii cubiti, ante pronaon fuiſſe: adeoque totam ædem proximo atrio fuiſſe altiorem 6 cubitis. Quocirca hoc loco אוטם *ſolum*, 6 cubitorum altitudinem habuiſſe dicitur: אוטם enim eſt בנין אטום שבונים בגוף הקרקע יסוד ועליו מעמידים הכתלים, *ſtructura oppilata quam in ipſo ſolo ædificant; fundamentum in quo muros collocant.* Hoc ſibi vult hujus definitionis auctor, אוטם eſſe veluti pavimentum ſtatuminatum; ea ſignificatione qua dicimus *ſtatuminare rudus*, i. teſtam contuſam &c. cum calce committere & hoc modo ſolidare: adeo ut bene compreſſam & firmam ædis baſin deſignet.

(2) Dehinc pro inferioris ædis altitudine 40 cubitos connumerat noſter: quibus imponit כיור ſive ציור, ut alias appellatur.

(3) Non me latet quid de כיור alii tradant: ſed optime rem definit R. Hobadia; הקורה התחתונה של תקרה לפי שהיתה טוחה בזהב ומצויירת ציורים נאים נקראה כיור, *trabs inferior contignationis, quia obducta fuit auro & figurata pulchris figuris vocabatur* כיור. Vitruvius כיורים nuncuparet *trabes everganeas.*

(4) Hiſce altior erat בית דלפה *locus conjunctionis*, vel *locus ſtillicidii*, pro diverſa origine huic דלפה aſſignata ab interpretibus: nam quidam a דלף *ſtillavit* deducunt; alii vero a Chaldaico לפא ſive לפף *conjunxit* ita derivant, ut litera ד genitivi Chald. nota ſit; unde R. Hob. tanquam ſimile producit e cap. 26. Exod. verſ. 4. Chald. בית לופי, quomodo ibi Hebr. מחברת *conjunctio* vertitur; niſi quod ד omittatur. Utramque etymologiam res ipſa admittit: quia cum בית דילפה duplex eſſe poſſet; unum in tecto, alterum in inferiori laqueari ſive contignatione collocaverant. In tecto autem בית דלפה duo continebat laquearia, non longe a ſe invicem diſtantia: quorum ſuperius (præter ea etiam quæ ſuper imponebantur) pluvias arcebat; inferius vero, ſi quid aquarum magna tempeſtate & inſueto imbre penetraſſet, id ipſum retinebat, deinde exonerabat. Atque hæc, non in tecto tantum, ſed etiam in prima contignatione fuiſſe quidam perhibent: & quamvis ibi non fuiſſent (quod potius exiſtimo) locus ille a ſtillicidio & excipiendis pluviis nomen habere potuit; quia in proximo extra parietem erat thalamorum tectum imbricatum pluvias exonerans in בית הורדת המים de quo in ſequentibus. Secundum alteram etymologiam, ipſa tigna quibus axes ſive aſſeres contignationis imponuntur, illo nomine veniunt; quia affiguntur & conjunguntur in ipſis impoſiti aſſeres: ideoque בית דלפה *locus conjunctionis* vocantur. Deeſt quidem nobis proprium nomen; tamen *intertignium* e Vitruvio vel *metopas* (deflexo nonnihil ſignificatu) dici poſſe, videri queat: quia interius inter tigna duos cubitos alta, opaſque ſeu tignorum cubilia ſpatium deſignatur; quamvis in Miſna una denotari ipſa tigna certum ſit. Quid ſi φατνώματα appellemus? certe φάτναι ſunt etiam cavitates in quas dentes infixi ſunt: unde φατνώματα dicuntur iſtæ laquearium ſive coaſſationum partes inferiores, quas contignationum cœlos vocant; cavitates nimirum quas ordine diſpoſita tigna conficiunt. Nam ſupra magnam trabem vel trabes tigna transverſa diſpoſuerant, quæ ad ornatum altiſſima multas concavitates totidem veluti cæla aſpicientibus præbebant. Dicta non parum explicant, quæ Joſephus Salomonis templo narrat, cum ſcribit, τὴν δ' ὑπὸ τὰς δοκοὺς στέγην τῆς αὐτῆς ὕλης ἐβάλλετο πᾶσαν ἐξεσμένην εἰς φατνώματα, καὶ πρὸς κόλλησιν χρυσοῦ, *trabibus vero fornicem ſubjecit ex eadem materia, eumque in laquearia expolitum cum juncturis aureis.*

Iſtæ trabes Joſephi ad ipſa ſuperiora laquearis pertinent: ſed cætera verba inferiorem contignationis faciem concavam & ornatam nobis depingunt: quam ſuperiora illa tigna (de quibus ſupra) exhibebant.

(5) Deinde his omnibus impoſita coaxatione, tandem addiderunt מעזיבה *cruſtam ſupremam:* quam ideo e Vitruvio *nucleum* appellari non inconcinne arbitror; quia ipſo teſte nucleus e teſta tuſa & calce ſimilive materia conſtat (quamvis ſupremo loco, ut hic, eum non collocet.) Conſtat autem e Gemara codicis Baba Metsja, מעזיבה olim ex iſtiuſmodi vel non abſimili materia fieri ſolitam. Gemaræ ad cap. 10. cod. Baba Metsja hæc ſunt verba (quamvis alii ſecus legant) מאי מעזיבה רבי חנינא אמר קנים סנאין וטינא, *quid eſt mahaziva? R. Chanina inquit; Calami, ſpinæ rubi* (vel fracturæ) & *lutum.* Quæ a R. Nathane explicantur per קנים קוצין חרסית וצרורות, *calamos*, (vel, ſi mavis, *coria*) *ſpinas* (aut *ſegmenta*) *calcis effoſſæ minutias* (nam hujuſmodi calcem dari, dicique חרסית tradunt Heb.) & *rudera.* In Gemara quidem additur ſententia Reſch Lakiſch, qui לוחאי *aſſeres* eſſe dixit: verum id earum regionum reſpectu dixiſſe fertur, ubi contignationis ſuprema cruſta ex aſſeribus fieri conſueverat. R. Chaninam aliquatenus ſequitur Maimonides; non Iſacides in Baba Bathra, cum cap 2. explicat מעזיבה ſequ. verbis: אשט"ריך בלשון אשכנז טיח קרקע, *Eſterich lingua Germanica, tectorium pavimenti*; ille vero מעזיבה eſſe inquit, הסיד והאבנים שנתנין על הקרוי, *calcem lapideſque quos contignationi imponunt:* (quibus Bartenora lutum addit, i. טיט.) Quod enim de lapidibus (quos R. Chanina & R. Nathan non recenſent) hi affirmare videntur; de fragmentis & ruderibus accipi queat: priores autem illi calamos ſeorſim adhiberi non tradunt; ſed proculdubio ubi calamos ſive arundines cum luto & calce conjungunt lutum paleatum ſive argillam arundinibus quiſquiliiſque ſubactam, eique ſimilem qua parietes cratitii lutantur, ſignificare voluerunt. Niſi pro קנים legas cum S. Jarchi, קינים & קוצים a קוץ deductum velis, quatenus *ſcindere* Talmudicis ſignificat: adeo ut illo nomine cubilia (tanquam nidos) injectorum ruderum; hoc vero ſegmenta & fragmenta ſive rudera deſignari ſtatuatur. Itaque autores iſti pavimentum vermiculatum, i. minutis ſegmentis elaboratum ſive λεπτουργὲς deſcribere voluerunt: quamvis nomina טינא & טיט nimis generalia videantur. Si vero arundines & ſpinas retineamus, i., ſi ex his ſimilibuſve laquearis corium confectum fuerit (de quo vehementer dubito;) nullum eſt dubium, quin omnia affabre facta & ſumma cura miſta & lævigata fuerint, & viliora inferiorem; præſtantiora ſuperiorem locum obtinuerint in מעזיבה. Quicquid ſit, מעזיבה corium ſive contignationis cruſtam ſuperiorem eſſe videmus: unde verbum עזב Neh. 3, 8. in reſtauratione Hieroſ. legimus, ויעזבו ירושלים & *inſtauraverunt Jeruſalem.* Ubi יעזבו non videtur eſſe *reliquerunt*; verum dilatata illius העזיבה (cujuſmodi ſtructura antiquiſſimis temporibus in uſu fuiſſe poteſt) ſignificatione, עזב non tantum eſſe pavimentum ſternere, ſed quælibet in ædificio quovis extruere, non inepte diceretur, ut apparet Neh. 4, 2. Certe עזב etiam latiſſimæ notionis verbum, quolicet modo quod prodeſt facere, denotare alicui videri poſſet: qua ratione Exod. 23, 5. de aſino inimici ſuo oneri ſuccumbente præceptum datur, עזוב תעזוב *omnino opitulaberis:* nam ſi hoc *deſerendi* notione accipias, legiſlatoris menti repugnabis. Itaque Deut. 22, 4. pro עזוב תעזוב legitur הקם תקים *omnino eriges.* Tempus eſt ut ad Halacham noſtram redeamus: ubi, poſt cænaculi altitudinem aliaque cum inferiori lacunari communia, oculis ſubjicitur מעקה.

(6) Hæc dictio ſemel tantum occurrit in S. literis: attamen quid ea deſignetur verba adjuncta ſatis ſuperque declarant. Eſt autem, definiente Salomone Jarchi, גדר סביב לגג *ſeptum circumcirca tectum:* quod voce תיקא *periboli*, ſuccincte & egregie expreſſit Onkelos. Hujuſmodi loricas ad tecta facere (quia in iſtis locis plana erant, in quibus deambularent) terræ ſanctæ incolis præcepit Deus, ne deambulantes deciderent: ut diſtincte edocetur Deut. 22, 8. Quam legem in præceptis affirmativis cum Maimonides tum alii repetunt: ita tamen ut de privatis ædibus tantum accipiatur: quod videre eſt in Gemara Babylonica codicis Cholin fol. 136. Etenim ibidem in exponendo loco iſto Deut. 22. hæc leguntur; גגך למאי אתא למיעוטי בתי כנסיות ובתי מדרשות, *illud* Deut. 22, 8. Tecto tuo *quorſum tendit?* (id eſt, quare dicitur *tecto tuo*, & non ſimpliciter *tecto:*) *ad excipiendum, cum Synagogas ac Templa; tum Scholas.* Ubi gloſſa conſequentiam ſtabiliens addit, loca iſta publica non eſſe alicujus ſeorſim, ut dici queat *tectum tuum*; ſed totius cætus, illorumque etiam qui in longinquis locis habitant: præterea Synagogam &c. ad בית דירה *locum habitationis* non pertinere; de hoc vero legem Deut. 22. accipiendam eſſe. Porro legem iſtam latius patere quam quidem verba prima fronte præ ſe ferunt, bene annotavit Abarbanel, בכלל המצוה הואת כל דבר שיש בו סכנה, *complexu hujus legis, i.* (in hac lege) *continetur quicquid periculum habet*; non enim ſola lorica tectorum præcipitur, ne quis de tecto decidat; ſed ut ea omnia, quibus vita proximi in diſcrimen venire poſſet, ſtudioſe arceantur. Hinc in Bava Kama cap. 1. hæc inter alia continet Gemara, מניין שלא יגדל אדם כלב רע בתוך ביתו ואל יעמיד סולם רעוע בתוך ביתו תלמוד לומר לא תשים דמים בביתך, *unde hoc quod homini non liceat rabidum canem alere domi ſuæ, nec ſcalam fractam erigere in domo ſua? id docetur* (proprie *doctrina ad dicendum:* ſic infinitis locis loquuntur Talmudici, cum Scrip. ſacram producunt, ubi *doctrina* quædam contineatur, *quæ* nobis id quod ventilatur & alioqui dubium eſſet *indicet*) Deut. 22, 8. *ut non imponas reatum ſanguinis domui tuæ*, (quæ verba ad prædictam legem pertinent.) Hæc eadem iiſdem pene verbis leguntur ſub finem Gemaræ cap. 4. nec non in Cetouboth ſub finem Gemaræ cap. 3. quibus locis lex Deut. 22. ad ea omnia ſynecdochice extenditur, quæ proximum in periculum conjiciunt; quamvis unius atque alterius ſpeciei Talmudici tantum diſtincte mentionem fecerint. Ulterius prætereundum non eſt, ex illa Iſraëlitarum conſuetudine, tecta olim plana fuiſſe (ut ſupra attigi,) omnino conſequi: quorſum enim lorica quæ prohiberet, quo minus e tectis deciderent; niſi moris fuiſſet, ut in tectis quemadmodum in ædibus ipſis verſarentur? Quocirca cum Matth. 24, 17. Chriſtus ait, *Qui erit in ſolario* vel *tecto, non deſcendat ut ſumat quicquam e domo ſua*, de ſcandulariis eum loqui exiſtimandum non eſt; ſed communiter de quovis hominum genere, quippe qui non ſolum intra ædes, ſed etiam in tectis verſarentur. δῶμα quidem Græcis eſt οἶκος; attamen Helleniſtis etiam tectum ſignificat cum alibi, tum hoc loco: quod circumſtantiæ docent, & Syrus, qui ὁ ἐπὶ τοῦ δώματος vertit ܗܘ ܕܒܐܓܪܐ ܗܘ, *qui in tecto eſt.* Sic ſimilia loca accipienda ſunt: veluti Matth. 10, 27. *Quod in aurem auditis, prædicate in tectis*; & Actor. 10, 9. *Aſcendit Petrus in tectum ut precaretur:* nam quis in tectum pectinatum (cujuſmodi noſtratia fere tecta viſuntur) ad precandum aſcenderet? Jam ad Miſnam noſtram revertamur, quæ templo etiam מעקה aſcribit: non quod legem Deut. 22. hoc requirere exiſtimarent Talmudici (contrarium enim probatum fuit:) ſed quia quod reliquis ædificiis ſpeciem & ornatum quendam ex neceſſitate addidit, in Templo præter neceſſitatem quidem, ad ornatum tamen fuiſſe autumarunt. Abſque neceſſitate inquam, quia tectum templi planum non fuit & deambulationi accommodum; ut lorica ſive corona, quæ præcipitium prohiberet, opus eſſet: ſed tectum diſpluviatum (ut cum Vitruvio loquar) i. utrinque parumper devexum erat, quod divortio quodam hinc inde pluviam demitteret. Atque eouſque acclivitate ſua aſſurgebat, donec ipſam loricam æquaret: nam in utriuſque quidem lateris ipſius tecti extremitate lorica tribus cubitis tecto erat altior, i. tota altitudine ſua ſupra tectum infimum aſcendebat; attamen faſtigium tecti vel tholus (ſi teſtudinis potius quam fornicis aliquam ſpeciem hoc tectum habuiſſe dicamus) ſummæ loricæ non cedebat, ſed ipſi examuſſim erat æqualis. Hinc R. Schemaja, גג עשוי על המעזיבה משפע ועולה עד לשוה גובהו של מעקה, *tectum ſupra cruſtam expanſum acclivitate ſua aſcendebat, donec loricæ altitudinem æquaret:* quibus ſuperiora ſatis confirmata videmus.

(7) Summa pars templi dicitur כלה עורב (ſive ut alii כולה,

כולה, quaſi מכלה in alia conjug. ut Jud. annotant) *conſumens corvum;* ratio nominis ab effecto, quia corvum aliaſque aves acumine ſuo ab ædis tecto prohibebat, earum pedes diſcindens. Quippe quæ, uti tradunt, lamina erat ferrea, acuta, ad cubitum aſſurgens, ac cum loricæ, tum tecti faſtigio impoſita (quibus idcirco nulla avis inſidere poſſet;) qua ratione tænia appellari queat. Sed quia hoc modo aves quidem a lorica, non vero a tecto univerſo abactæ fuiſſent; שפודיי נעצין בגג *verua tecto infixa* nonnemo Judæorum affirmat: non per totum tectum; ſed ea parte qua loricam æquabat, i. ſuprema. Verum ut ibi verua ſimiliave collocemus neceſſe non eſt: ſiquidem טס *lamina*, (uti illi loquuntur) ad abigendas aves ab ipſo tecti faſtigio ſatis ſuperque ſuffecerit. Cæteras enim tecti partes avibus commodas non fuiſſe, utpote devexas ac declives, exiſtimaſſe videntur Hebræi: nam de iis nihil reperio annotatum. Porro quia שפודיי *verua*, præter טס *laminam* hic fuiſſe quidam arbitratur, voce generaliori e Vitruvio uti malui, & *acroterium* reddere: Matthæus autem cap. 4. verſ. 5. πτερύγιον q. d. *alulam* appellaſſe videtur, cum Jeſum Chriſtum in ſummo templo conſtitutum enarraret.

(8) Sed ex iſta hiſtoria liquet; R. Jehudæ ſententiam, quæ in Miſna narratur, priori eſſe veriorem: qui enim in acuta hujuſmodi lamina conſiſtere quis potuit? Ideo amplectamur quod ex R. Jehudæ mente ſubjungitur: nullum fuiſſe acutum acroterium; ſed ut centum cubiti explerentur, loricam non trium, ſed quatuor cubitorum altitudine tectum cinxiſſe: adeoque πτερύγιον Matth. *loricam* exponamus. Quod vero de avibus arcendis dicitur, pinnas illas non ſtabilit: quia in Salomonis templo illis opus non fuiſſe fatentur; nec omnes qui aliquid in tecto fuiſſe ad aves prohibendas agnoſcunt, acuta iſta acroteria admittunt: quandoquidem quadam effigie & imagine prohibitas fuiſſe arbitrantur; quemadmodum in hortis & pomariis aves ab arboribus & fructibus arceri videmus. Atque hæc cum e R. Nathan in Aruch liqueant ſatis, ad ſequentem הלכה nos conferamus.

ז מהמזרח למערב מאה אמה, כותל האולם חמש והאולם אחד עשר כותל ההיכל ו׳ ותוכו ארבעים אמה אמה טרקלין ועשרים אמה בית קדש הקדשים כותל ההיכל ו׳ והתא שש וכותל התא חמש מן הצפון לדרום שבעים אמה כותל המסיבה חמש והמסבה ג׳ כתל התא חמש והתא שש כותל ההיכל ו׳ ותוכו עשרים אמה כותל ההיכל שש והתא ו׳ וכותל התא חמש ובית הורדת המים שלש אמות והכותל חמש אמות האולם עודף עליו חמש עשרה אמה מן הצפון וחמש עשרה אמה מן הדרום והוא היה נקרא בית החליפות ששם גונזים את הסכינים וההיכל צר מאחריו ורחב מלפניו ודומה לארי שנאמר הוי אריאל אריאל קרית חנה דוד מה הארי צר מאחריו (ס״א) ורחב מלפניו אף ההיכל צר מאחריו ורחב מלפניו:

7. (1) Ab Oriente ad Occidentem 100 cubiti. Murus pronai erat 5. πρόναον ipſum 11. murus templi ſex; & fanum 40 cubitorum; (2) unius cubiti ſpatium intergerini parietis; 20 cubitorum adytum; murus templi 6, & thalamus 6, & murus thalami 5. Ab Aquilone ad Auſtrum 70 cubiti. (3) Murus ipſius circuitus 5, & circuitus 3; murus thalami 5, & thalamus 6; murus templi 6; & fanum ipſum 20 cubitorum: murus templi 6, thalamuſque ſex, & murus thalami quinque: impluvium autem trium cubitorum; murus denique quinque cubitorum. Porticus ſive πρόναον fano amplius erat ac latius quindecim cubitis a Septentrione, & ſedecim cubitis a Meridie: nomen iis (4) ſeceſpitarum repoſitorium; quia eo congerebant ſeceſpitas. Templum erat anguſtum a parte poſteriori, ſed latum ab anteriori: referebatque leonis figuram; quia dictum eſt, *Væ Ariel*, *Ariel*, *civitati ubi caſtrametatus eſt David*: (5) quemadmodum leo arctior eſt a parte poſteriori, latior autem ab anteriori; ita templum anguſtius a poſteriori, latius vero ab anteriori parte erat.

R. OB. DE BARTENORA.

כותל האולם *Paries porticus*, paries porticus Ulam ad latus orientale quinque cubitorum craſſus erat; ſic etiam paries Templi ad latus orientale ſex cubitos craſſus erat. ותוכו *& internum illius*, concavum Templi erat quadraginta cubitorum.

אמה טרקסין *Unius cubiti erat interſtitium*, paries qui inter Templum & locum ſanctiſſimum dividebat, vocabatur טרקסין, quia is claudebat arcam & tabulas in Sinai datas, nam טרק Chaldaice notat *claudere*, & סין notat Sinai. Sed paries hicce unum cubitum craſſus erat; an vero illius ſanctitas referenda eſſet ad ſanctitatem loci intimi, an vero ad ſanctitatem loci extimi, id Sapientes non deciderunt, idcirco in Templo ſecundo duo fecerunt vela, unum exterius & alterum interius, & inter utrumque ſpatium cubiti reliquerunt, ad comprehendendum in eo ſpatium parietis, qui unum cubitum craſſus erat.

כותל ההיכל שש *Paries Templi ſex cubitorum*, jam expoſuimus ſuperius quod paries Templi ad occidentem non ſex cubitos craſſus erat; ſed parietis Templi cum concavo inter hunc & alterum parietem exteriorem craſſities erat ſex cubitorum. Secundi vero parietis craſſities Ta dicta cum concavo inter hunc & inter tertium parietem erat ſex cubitorum. Craſſities tertii parietis, qui vocatur paries Ta, cum concavo inter hunc & inter quartum parietem exteriorem quinque cubitorum. Tres vero loci vacui inter quatuor parietes erant tres thalami Taim dicti, quibus alii tres Taim impoſiti erant, ſicuti Miſna dixit ſuperius, *in occidente erant tres*

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Templi figuram in longitudine & latitudine, cæteraſque dictas menſuras jam expoſuimus in principio hujuſce capitis, quam ſi inſpexeris, omnia quæ hic dicuntur, intellexeris. Sic etiam reſpectu Templi primi ſcriptum eſt quod longitudo Templi ſexaginta cubitorum, & latitudo viginti, ſanctum ſanctorum, quod tertium erat in Tabernaculo, viginti cubitorum, & Templum quadraginta. Paries vero qui inter Templum & ſanctum ſanctorum dividebat, vocabatur טרקסין in qua erat porta cui impoſitum erat velum. Sed in Templo ſecundo dubium ortum eſt de craſſitie parietis טרקסין an iſta comprehenderetur ſub quadraginta cubitis Templi, diſtabat enim velum a pariete occidentali viginti & unum cubitum; an vero comprehenderetur ſub ſancto ſanctorum, & extremitas veli eſſet in tertio pariete ſtricte; idcirco addiderunt parietis craſſitiem extra menſuram Templi & loci ſanctiſſimi. Præterea velum unum poſuerunt intus, & alterum foris, טרקסין vero inter utrumque velum; ſpatium inter utrumque duorum erat cubitorum, ſicuti expoſuimus capite quinto tractatus de Die Expiationis. Totum vero Templum habebat centum cubitos in longum & latum; attamen ædificium paululum inclinabat ad latus occidentale, & ad latus orientale dilatabatur, ſicuti leo qui ab anteriori parte latus eſt, a poſteriori vero anguſtus, in hac figura.

tres

tres ſuper tribus & duo ſuper illis; *item*, *a ſeptentrione ad meridiem*, *paries circuitus &c.* quæ omnia numeranda ſunt cum ſpatio quod inter unum atque alterum parietem erat, uti ſuperius dictum eſt. *Quindecim cubiti ad ſeptentrionem*, nam paries porticus Ulam quinque cubitos craſſus erat, & ipſa porticus decem ad ſeptentrionem, & totidem ad meridiem. *Domus ſeceſpitarum*, ita vocabatur iſte locus ob cultros ſacros in ipſo reſervatos, חלפים enim vocantur cultri magni. *Arctior a poſteriori parte*, ad latus occidentale. *Latior autem ab anteriori*, ad occidentale latus, ſed neſcio quo modo erat, quia Templum erat centum cubitorum in longum & latum ex æquo.

L'EMPEREUR. (1) Multa hic de templi quantitate dici poſſent, cum de amplitudine, tum etiam altitudine ejuſdem; cum ex Hebræorum commentariis, tum ex Joſepho, qui præter alia, Herodis templum illo Salomonis templo depreſſius fuiſſe cubitis viginti ſcribit (quod ad argumentum ſupra ex Haggæo productum pertinet:) verum quandoquidem eorum magnum uſum non perſpicio, nec Miſnæ verba inde magnam lucem mutuantur; cum paſſim brevitati ſtudeam, de iis verba multa facere ſuperſedebo: eaque in הלכה præſenti, quæ obſcuriora ſunt, brevibus illuſtrabo.

(2) Primo occurrit טרקסין *τάραξις* Græce: nam unuſquiſque facile videt טרקסין vocem Græcam eſſe, eamque corruptam nonnihil; quemadmodum in Talmude & Robboth fieri conſuevit. Atque cauſa & origo ipſius rei, etymon oſtendit: nam cum ſecundo ædes exſtruenda eſſet, de pariete ſanctum a ſancto ſanctorum ſeparante dubitabant, num paries unum cubitum craſſus ad 40 cubitos anteriores, an vero ad 20 poſteriores, i. ipſum adytum pertineret, id eſt, num cubitus ille iſtis 40, an vero his viginti demi deberet. Quocirca cum eorum mens hac in parte veluti perturbaretur; ac dubii ne in hanc vel illam partem peccarent metuerent; vice iſtius parietis locum vacuum unius cubiti in medio reliquerunt, eumque *τάραξιν* טרקסין nuncuparunt: nam etiam oculi, ac ſi morbo, quem *τάραξιν* medici vocant, laborent, quid fieri oporteret & ubi paries collocandus eſſet non perſpiciebant. Non me fugit tamen, quid alii e Chaldaica lingua proferant: etenim a טרק *concluſit*, & סיני montis nomine ubi lata lex fuit, ita derivant, ut ideo טרקסין parietem dictum aſſerant, quod clauderet & obtegeret legis tabulas, quæ in monte Sinai Moſi datæ fuerant. Ulterius Hebræi hic duo vela fuiſſe volunt, ab utraque parietis vel ſpacii vacui parte; ne ullo modo aberrarent, quomodocunque ſeſe res in illo dubio haberet: quia enim velo ſanctum ſanctorum a ſancto ſeparare tenebantur, velo interno huic ſententiæ ſatisfaciebant, quæ parietem ad adytum non pertinere cenſebat; externo autem velo alteri ſententiæ fiebat ſatis, quæ parietem ſancti ſanctorum partem, ideoque velo includendum tuebatur. Hinc lux accenditur Apoſtoli verbis, quibus Hebræos compellans ait cap. 9. *μετὰ τὸ δεύτερον καταπέτασμα, σκηνὴ, ἡ λεγομένη ἅγια ἁγίων*, *poſt ſecundum velum*, *tabernaculum*, *quod dicitur ſanctum ſanctorum:* ubi per *ſecundum velum*, internum iſtud denotari exiſtimo, quo ſpatium vacuum intrinſecus obducebatur; vel oſtium, ut aliis placet (qui parietem agnoſcunt.) Fateor quidem aliud velum ante fanum fuiſſe, i. ante ſanctum, ut Joſephus præter alios atteſtatur: ſed ejus rationem habuiſſe ibi Apoſtolum non autumo; quia hac ratione velum internum, quod arcam proxime ſeparabat & a reliquorum oculis arcebat, non ſecundum ſed tertium dicendum fuiſſet.

(3) Secundo de מסבה *circuitu* quædam addenda veniunt: quo modo quave ratione ipſi in templi altero latere בית הורדת המים *impluvium* reſponderit; deinde quæ ejus una cum ſuo pariete fuerit menſura ac quantitas. Ex ipſis Miſnæ verbis liquet ſatis, מסבה & הורדת המי *circuitum* & *impluvium* ſibi invicem in templi lateribus reſpondere: ut ſpacium in uno latere dictum מסבה, in altero dicatur בי הורדת המים; & ſimiliter extremus paries in hoc latere nominatus כותל המסבה *paries circuitus*, in illo latere nominetur כותל בית הורדת המים *paries impluvii.* Hic e ſuperioribus repetendum eſt, parietes, quorum hic mentio fit, omnes concavos fuiſſe, ut pertranſiri potuerint, adeoque tot thalamos fuiſſe quot parietes; imo plures, quia alii etiam ſeorſim in Miſnajoth noſtris recenſentur. Itaque externus paries, cum qui a circuitu; tum qui ab impluvio denominatur, ubique fuit pervius: cui interius & templum propius ſuccedebat aliud ſpacium concavum, in quo ſcalæ cochlides tria templi latera pene tota aſcendendo cingebant; & certo quodam loco aqua, cum ea quæ a ſuperiore templi contignatione uſque ad thalamorum tectum derivata erat, tum quæ in thalamorum tectum e cælo deciderat, excipiebatur ulterius extra ſtructuram derivanda. Verumenimvero quod cochleæ initium infimique gradus ad Septentrionem ſcanderentur, ſpacium iſtud ſpeciatim מסבה appellabatur: quia eo nomine Talmudicis cochlea & tortuoſus aſcenſus venit, cujuſmodi cochlea ibidem, ut dictum eſt, incipiebat. Deinde quod ad Meridiem exciperentur (proculdubio ad ortum lateris meridionalis) aquæ, quæ undique a tectis eo defluerent; totum hoc ſpacium, quod eodem ordine & ſerie alteri reſpondebat, merito בית הורדת המים nuncupabant. Jam quantitatem & latitudinem quod concernit, halacha noſtra cochleæ cum ſuo pariete, ut & impluvio cum ſuo pariete, octo cubitos tribuit, qui ſimul ſedecim conficiunt. Sed Hebræi ut aliquatenus (nam omnino nequeunt) hanc fabricam ad illam Ezechielis exigant & reducant; quia ſpacium, quod ſingulari ratione thalamum (nam alioqui plures ſunt) nuncupant, apud Ezech. 41, 5. habet cubitorum 4 latitudinem, at in hac ſtructura 6; quo tamen, inquam, totam ſaltem latitudinem parem efficiant, מסבה *cochleam* ſive *circuitum* cum ſuo pariete in Ezechielis templo decem cubita latum faciunt, & eandem latitudinem in oppoſito latere impluvio tribuunt. Sed hic Judæorum variantem ſententiam notare lubet, cum quæ in ſacris de יציע & צלע dicuntur ad ſecundum a templo thalamum, id eſt, תא ſpeciatim dictum referunt; præterea etiam ad quartum, ubi מסבה erat, vel in altero latere impluvium, applicant; vel etiam ad extremum, ut e præcedentibus liquet; vel denique illis locum tribuunt extra cubitorum 70 latitudinem: quæ plane *ἀσύστατα* ſunt, nec ulla ratione conciliari poſſunt.

(4) Tandem ad בית החילפות accedendum, eo prius obſervato, male ab uno latere, ſcil. meridionali, cubitorum numerum his verbis in utraque Veneta & Baſileenſi exprimi, שש עשרה אמה מן הדרום *ſedecim cubitis a meridie:* nam pro שש עשרה legendum eſt חמש עשרה *quindecim:* quod ſatis manifeſtum eſt ei qui totam ſummam ſubducit; ſiquidem tota latitudo centum cubita excedere non poteſt. Aſtipulatur R. Joſephus Karrus in Ceſeph Miſnæ, i. comment. in Maimon. nec non R. D. Kimchi, & Sal. Jarchi in Ezech. 41. Porro בית החילפות verti commode queat ſeceſpitarum ſive ſacrorum cultrorum repoſitorium: nam teſtantur Hebræi locum iſtum reponendis cultris publicis in ſacrificiis uſitatis comparatum fuiſſe. In Gemara Babyl. codicis יומא, id eſt, *de die expiationis*, cap. 3. hæc legimus cum expoſitione S. Jar. מן החילפות ולפנים הכל מודים שפסול, *a ſeceſpitarum repoſitorio & ulterius omnes fatentur eſſe profanum*, ſcil. vel locum, vel ibi collocatum juvencum quo de ibidem agitur. Ad hæc verba Sal. Jar. annotat קרוי בית החלופות שהיו בהן עשרים וארבע חלונות חלון לכל משמר ששם גונזין סכיניי של קדש וסכין קרוי חילוף בלשון ערבי, *vocatur locus chillophoth*, *quia ibi erant 24 riſci*, *ſinguli pro ſingulis cuſtodiis*; *ubi reponebant ſeceſpitas ſive cultros ſacros*; *& culter vocatur chilloph lingua Arabica.* Claſſes Sacerdotum 24 (de quibus 1 Chron. 24.) per vices munus ſuum obire ſolitas, cultros e ſingulis riſcis ad ſacrificia deprompſiſſe volunt Judæi: idque in cauſa fuiſſe cur duo illa pronai brachia, quæ ultra fani latitudinem extendebantur, *repoſitorium ſeceſpitarum*, *i. ſacrorum cultrorum* nuncuparentur; quod cultros in riſcis ſepoſitos inde ſingulæ claſſes ſuis vicibus depromerent. חלון autem tranſtuli *riſcum*, quia ſenſus id exigit; tum etiam quia Maimonides cap. 8. de inſtrumentis ſanctuarii eo ſenſu voce illa חלון utitur; Servio autem *riſcus* eſt feneſtella aut capſula intra parietem apparata. Cæterum in verbis S. Jarchi etymologia non placet, quia culter Arabibus non dicitur חילוף: ſed Judæi cum ſe expedire non poſſunt, ſæpe

voci-

vocibus Arabicam quandam ſignificationem affingunt. Quanto melius loci nomen deduxiſſet a خلف qua ſignificat *poſt ſe reliquit*? nam inde خلف *poſterior pars.* Itaque in ſingulari legendum חלפה, unde in plur. חלפות: nam י quod occurrit in textu, pro ſcheva in puncto rapto mobili, ut alias, ponitur. Significatur ergo locus, qui poſt quadratam ſtructuram jam completam ad latera additus fuit ad ſeceſpitas, i. cultros ſacros aliaque ſeponenda. Nam מחלפיי ſunt ſeceſpitæ, quibus in victimis mactandis, ſecandis &c. utebantur: unde meritiſſimo cenſent Judæorum quidam בית החילפות derivandum. Quamvis enim ſi ex Arabica lingua etymon petendum ſit, ſecunda etymologia priori longe ſit præferenda; tamen nullus dubito, quin Heb. מחלפים huic loco nomen dederint. Unde R. Joſephus comment. in verſ. 9. cap. 1. Ezræ, מחלפים הם סכינים גדלים לצורך שחיטה הפשט וניתוח אשר היה נקרא הבית שבמקדש אשר שם היו מצניעיי אותם בית החלפות, *ſeceſpitæ ſunt cultri magni, qui requiruntur ad mactandum, excoriandum ac diſſecandum: qua de cauſa locus in templo, ubi cultros iſtos ſeponebant, dicebatur locus ſeceſpitarum.* Cui aſſentitur S. Jarchi in comment. Ezræ:

quamvis alio loco ad Arabiſmum infeliciter recurrat. ἐν παρόδῳ ex illa ſuperius producta Gemara illud confirmari notetur, quod in præcedentibus obſervatum fuit: locum qui poſt πρόναον templi latera clauderet ea non fuiſſe ſanctitate, quin eum promiſcue ingredi populo licuerit; quod feſtis ſolemnioribus in tanto populi confluxu fieri neceſſe fuit.

(5) Subjicitur tandem etymologia vocis Ariel, de qua etiam ſupra actum fuit: hoc ſolummodo addam, non deeſſe qui templum אריאל (q. d. *leonem Dei* vel *fortem*) inde, quod ſimilitudinem leonis gereret, nuncupatum negarent: ſiquidem additis ſubſtructionibus quibuſdam poſteriorem templi partem priori æquent: qua de re conſulatur Hobadia de Bartenora. Cæterum, teſtimonium in Miſna ex Eſa. 29, 1. productum, quo ad rem faciat, ita exponendum eſt, ut per אריאל commatis primi non altare cum Chaldæo paraphraſte; ſed templum intelligamus: & quod ſequitur ſcil. קרית per appoſitionem explicandum, *væ Arieli, i. templo, & væ civitati*; vel illic ſequendus Chaldæus, qui ibidem vertit דבני בקרתא *quod ædificatum eſt in civitate*, q. d. vaſtatio manet templum ipſum quod in civitate exſtructum eſt.

פרק ה כל העזרה היתה אורך מאה ושמונים ושבע על רחב מאה ושלשים וחמש מן המזרח למערב מאה ושמנים ושבע (מקום דריסת ישראל אחרת עשרה אמה ס"א) מקום דריסת הכהנים אחת עשרה אמה המזבח שלשים ושתים בין האולם ולמזבח עשרים ושתים אמה ההיכל מאה אמה ואחת עשרה אמה לאחורי בית הכפורת מן הצפון לדרום מאה ושלשים וחמש הכבש והמזבח ששים ושתים מן המזבח לטבעות שמונה אמות מקום הטבעות עשרים וארבע מן הטבעות לשלחנות ארבע מן השלחנות ולננסין ארבע מן הננסין לכותל העזרה שמנה אמות והמותר בין הכבש לכותל ומקום הננסין:

Caput 5. (1) Totius atrii longitudo erat centum octoginta ſeptem cubitorum; latitudo vero centum triginta quinque. Longitudo ab Oriente ad Occidentem centum octoginta ſeptem cubitorum cum latitudine centum triginta quinque, ita ſe habebat: (2) locus inceſſus, ſive ambulacrum Sacerdotum, undecim cubitorum; altare vero triginta duorum; ſpatium inter porticum & altare viginti duorum cubitorum: Ædes ſive fanum cum adyto erat cubitorum centum: deinde undecim cubiti a tergo loci ipſius propitiatorii. (3) Ab Aquilone ad Auſtrum centum triginta quinque, hoc modo: ab aſcenſu ad altaris extremitatem erant cubiti 62; ab altari ad annulos 8 cubiti: (4) locus annulorum erat 24 cubitorum; deinde ab annulis ad menſas erant cubiti 4; a menſis ad columnas uſque 4; a columnis ad murum atrii 8 cubiti: reliqui cum inter aſcenſum & murum, tum (5) ſpatium erant columnarum.

R. OB. DE BARTENORA.

כל העזרה *Totius atrii*, totius atrii circuitus, nam intra iſtum circuitum erat ſanctuarii fabrica ad occidentale latus, atrium vero & altare ad orientale, longitudo erat centum, & octoginta ſeptem ab oriente ad occidentem, latitudo autem centum & triginta cubitorum, & quinque a ſeptentrione ad meridiem.

מקום דריסת רגלי ישראל *Locus qui ab Iſraëlitis terebatur*, qui vocatur atrium Iſraëlitarum; eſt locus qui a ſacerdotibus terebatur, & ſacerdotum atrium dicebatur. *Altare triginta duorum erat cubitorum*, hoc ſupra in principio capitis tertii expoſitum eſt.

ההיכל מאה אמה *Templum erat centum cubitorum*, nempe craſſities parietis Ulam, & ipſum Ulam, atque parietis Templi craſſities, & ipſum Templum, & cubitus Tarkeſin, & concavum ſancti ſanctorum, & paries Templi ad occidentem, & Ta ſive thalamus, & paries ipſius, omnes iſti loci centum erant cubitorum, uti expoſitum eſt capite ſuperiori.

ואחת עשרה אמה לאחורי בית הכפורת *Et undecim cubiti a tergo loci ipſius propitiatorii*, inde a pariete exteriori Templi ad latus occidentale uſque ad parietem occidentalem atrii undecim erant cubiti loci vacui cum parietis craſſitie, quod ſpatium vocabatur *poſteriora domus expiatoriæ.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam diximus in principio tractatus quod tertia porta atrii meridionalis vocetur porta aquæ. Et in Gemara ad titulum Joma exponitur quod ſuper hac porta erat balneum in quo pontifex maximus die Expiationis ſe lavabat lotione prima; eo autem confluebat aqua e fonte quodam dicto Etam, de hac lotione dixerunt in codice Joma eum in loco profano ſitum eſſe, ſicuti ibidem expoſuimus. Porro quoque expoſitum eſt quod pontifici maximo erat conclave aliquod prope huic loco ſuper atrii porta. Et quantum e Gemara liquet, conclave hoc ligneum erat, nam ad ſeptentrionem ubi eſt conclave pontificis maximi, erat quoque conclave Parhedrin in principio Jomæ memoratum. Illud vero conclave quod ad meridiem erat ſuper porta aquæ, eſt conclave domus Abtinis, in quo pontificem maximum ad jusjurandum adigebant pridie ante magnum Expiationis diem, uti ibidem expoſitum eſt. Pariter in Gemara tituli Joma exponitur conclave Gazit partim in loco ſancto, partim in profano poſitum fuiſſe, eique duas fuiſſe portas, unam quæ verſus ſanctum aperiebatur, alteram quæ verſus profanum aperiebatur ad occidentem, in qua parte ſedere licebat, nam jam expoſuimus quod in atrio nemo præter regem ſedere poterat e ſtirpe Davidica.

פרוה Eſt nomen alicujus Magi, qui hoc conclave ad miniſterium ſacrum inſpiciendum fabricavit in atrii pariete, & deinde occiſus eſt, idcirco hoc conclave a nomine ipſius denominatum eſt. Quandoquidem vero jam oſtendimus figuram altaris, ejuſdemque menſuræ accuratam deſcriptionem, ut & Templi, jam figuram totius atrii, ejuſdemque menſuras in longum & latum depingam, omniumque conclavium quæ in ipſo erant. Præterea adjungam atrium mulierum, & domus foci, ſed non detinebo me in figura Templi exponenda, & altaris, ſed ea duntaxat referam ſecundum nomina jam

a me

a me dicta, abſque commemoratione menſuræ partium, quia eam jam expoſuimus; hæc igitur ſit figura univerſalis, quam in multis Miſnæ locis promiſimus.

L'EMPEREUR. (1) Ex ſuperioribus repetendum eſt: ex ſententia plurium parietes atrio mulierum defuiſſe, locumque fuiſſe planum antequam podium, ubi in aquarum feſto gaudia illa populi ſpectabantur (de quibus ſupra,) exſtrueretur. Hinc factum fuit, ut in hac atrii totius (quo diverſa membra ſive atria comprehendebantur) dimenſione, illius nulla habita fuerit ratio: ſiquidem mulierum atrium, quod quaquaverſum centum triginta quinque cubita patebat, partibus hic diſtincte enumeratis additum, longitudinem longe majorem redderet quam 187 cubitorum, quorum in hac Miſna meminit auctor.

(2) Deinde nulla ratione prætermittendum eſt, manifeſto (ut liquet e Gemara cod. Joma fol. 16. pag. 2.) errore in hac dimenſione, undecim cubita atrii Iſraëlis prætermiſſa fuiſſe: quod in ſubducenda ſumma adeo manifeſtum eſt, ut id ſimpliciter annotaſſe ſufficiat. Quocirca inter לק"ה & מקום דריסת inſerenda hæc verba עזרת ישראל אחת עשרה אמה *atrium Iſraëlis ſeu virorum erat undecim cubitorum:* hoc enim ejus ab Oriente ad Occidentem fuit ſpatium.

(3) Denique quo dextre totius ſtructuræ figura partiumque ſitus mente concipiatur, verba hæc quæ Hebræorum nonnemo annotavit, repetere non pigebit; idque præſertim ob mulierum atrium: כותלי כל העזרות הולכים בשוה ובמישור מן הצפון לדרום, *muri omnium atriorum protenduntur pari & æquali ductu, cum a Septentrione tum a Meridie.* (poſtrema tamen verba, ſenſu manente, ad ſequens ibidem comma referri poſſunt.) Quandoque tota hæc fabrica ita delineari a diverſis videtur, ut atrium mulierum cingat virorum atrium; hoc viciſſim aliud ſcil. ſacerdotum atrium ambiat: quod ſane tam aperte huic dimenſioni refragatur, quam quod maxime. Vidimus mulierum atrium ultra 135 cubita non excurriſſe; quæ menſura inter Meridiem & Septentrionem reliquis omnibus atriis communis fuit: ideoque recte obſervatum, muros atriorum hactenus æquales fuiſſe, æqualive ſpatio meridionales & ſeptentrionales a ſe invicem abiiſſe. Ordine igitur ab Oriente ad Occidentem ſibi ſuccedebant atria: ut atrium mulierum poſt הבית Orienti eſſet proximum; huic ſuccederet virorum ſive Iſraëlis atrium; quod deinde Sacerdotum ambulacrum cum ſequenti altaris ſpatio excipiebat. Ulterius ædes ſequebatur, quæ cum lateralia ſpatia habuit, eaque (connumerata æde) intra 135 cubitorum latitudinem contenta; tum poſticum latitudine eadem, ſed longitudine multo minori. Quibus poſtremis ſpatiis, ut ſectione ult. cap. præc. vidimus, populus non arcebatur; ſicuti nec ſemper ab atrio Sacerdotum excludebatur: nempe (ut legitur in פיסקי תוספות *capitulis additionum* codicis Tamid) בשעת סמיכה ותנופה *tempore impoſitionis* manuum, & *agitationis* rei oblatæ; tunc enim in atrium illud admittebatur. Nam ſæpius occurrit mandatum de manibus pecudi mactandæ imponendis; quo teneretur is, pro quo offerebatur. Similiter quædam cum conſecrarentur, agitabantur, i. movebantur ſurſum, deorſum, verſus Orientem, Occidentem cæteraſque mundi plagas: quod תנופה dici, obſervavit Iſacides aliquoties ſuis in Exod. & Levit. com. Cujus itaque nomine iſta תנופה fieret, cujuſque pecus illo ritu mactaretur, is etiam coram altari ſe ſiſtebat in atrio Sacerdotum. Ubi vero quis eleemoſynam conferret, huic extra aream illius atrii erat gazophylacium: quin etiam ubi Joaſchi juſſu ſacra pecunia apud altare colligeretur, eo tamen proprie non appropinquabant. Adeo ut ſacer ille locus ea de cauſa frequentari a populo non conſueverit. Fateor quidem 2 Reg. 12, 9. hæc legi verba, *Accipiens Jehojada Sacerdos arcam unius, excavato foramine in operculo ejus; poſuit eam juxta altare ad dextram, qua ingreditur quiſque domum Jehovæ.* Hæc tamen verba אצל המזבח *juxta altare* non innuunt, in ipſo Sacerdotum atrio apud altare arcam illam collocatam fuiſſe: ſed cum altare ante πρόναον locatum utrinque portas ſpectaret, ad quandam auſtralem, arcam poſitam fuiſſe; utpote quæ ad dexteram altaris eſſet. Ubi etiam unuſquiſque promiſcue ab ipſo חיל ingrediebatur atrium Sacerdotum; Sacerdotes quidem quicunque vellent, reliqui vero certis de cauſis ſupra expoſitis. Ibi ergo ante ingreſſum erat arca, de qua hic quæritur: unde 2 Chron. 24, 8. expreſſe additur, arcam poſitam fuiſſe חוצה *foris* ad portam domus Jehovæ.

(4) Poſtea noſter annulorum locum definit, eique 24 cubita tribuit: non tamen hac mente quaſi annuli totum hoc ſpacium occupaverint; verum cum annuli ad mactandas victimas pertinerent, ſynecdochice complexus fuit בית המטבחיו, *receptaculum poparum:* prout colligere licet e ſect. 5. cap. 3. hujus libri. Deinde ubi author noſter a menſis ad columnas quatuor cubita ſtatuit, hoc ita accipere convenit quemadmodum antea dixerat, *ab aſcenſu*, &c. ubi aſcenſus in adjuncto cubitorum numero comprehendebatur: atque ſimiliter hoc loco, menſas ſpatio quatuor iſtorum cubitorum incluſas fuiſſe, deſignatur. Denique prætereundum non eſt, ea quæ hic enumerantur eo ſitu collocata fuiſſe, quem hic delineatum videmus: ideoque, ubi cap. 3. ſect. 5. ante receptaculum poparum collocantur columnæ, & ſub finem ſect. ad columnas menſæ; hunc ordinem intelligi, ut menſæ inter receptaculum poparum & columnas fuerint. Itaque ad verba quæ ultimo loco ibidem leguntur שבין העמודים *quæ inter columnas*, addenda videri poſſint ſequentia ולבית המטבחים & *locum poparum erant:* quamvis fatear בין alium ſenſum illic admittere, quemadmodum ibidem obſervatum fuit.

(5) Antequam ad ſect. ſequentem deſcendatur, ſphalma corrigendum: nam in fine ſectionis pro eo quod antea legebatur מקום *loco*, legendum ומקום & *locum:* ſenſus enim eſt, ſpatium 25 cubitorum reliquum, partim fuiſſe inter aſcenſum altaris & parietem meridionalem; partim columellarum locum in altera parte altaris fuiſſe: ut utrobique 12½ cub. ſtatuere conveniat.

ב שש לשכות היו בעזרה שלש בצפון וג' בדרום שבצפון (נ"א שבדרום) לשכת המלח לשכת הפרוה לשכת המדיחים לשכת המלח שם היו נותנין מלח לקרבן לשכת הפרוה שם היו מולחין עורות קדשים ועל גגה היה בית הטבילה לכהן גדול ביום הכפורים לשכת המדיחין ששם היו מדיחין קרבי הקדשים ומשם מסיבה עולה לגג בית הפרוה:

2. Sex conclavia erant in (1) atrio, tria a Septentrione; tria ab Auſtro. Quæ a Septentrione, dicebantur conclave ſalis, conclave Happarvæ, conclave lavantium. In (2) conclavi ſalis reponebant ſal pro oblationibus: in conclavi (3) Happarvæ, ibi ſale condiebant pelles victimarum; atque in ejus tecto erat balneum pro Sacerdote magno in feſto expiationis. (4) conclave lavantium erat, ubi lavabant victimarum inteſtina; atque inde cochlea ſurgebat in tectum illius Happarvæ.

R. OB. DE BARTENORA. לשכת הפרוה *Conclave Parva*, erat is Magus quiſpiam dictus Parva, qui conclave iſtud ædificaverat, a cujus nomine id denominatur; ita ego inveni. Sed Maimonides ſcribit ipſum in pariete atrii excavaſſe conclave ad conſpiciendum miniſterium ſacerdotale, & quod illic occiſus ſit.

ועל גגה היה בית הטבילה לכהן גדול *Et in tecto illius erat balneum pro pontifice maximo*, omnes quinque pontificis maximi lotiones die Expiationis, quando veſtem ipſam auream mutabant cum alba, & viciſſim, fiebant ſupra tectum domus Parva, quia id conſecratum erat ſanctitate atrii; lotiones enim iſtæ ob diem Expiationis in loco ſancto fieri debebant, ſicuti

uti ſcriptum eſt Levit. 15, 13. ורחץ בשרו במים במקום קדוש prima lotione excepta, quia iſta non fiebat ob diem Expiationis. Præterea reliquis anni diebus nemo licet purus intrabat atrium niſi prius ſe laviſſet, idcirco prima lotio fiebat in profano loco, ſuper aquæ porta, quæ eſt tertia porta ad meridiem; illuc enim affluebat fons per canalem provenientem e fonte Etam, & illic prima lotio perficiebatur. מסבה *cochlea*, eſt ſtructura lapidea per quam ope ſcalarum aſcendebant ad tectum domus Parva.

L'EMPEREUR. (1) Per עזרה, ſi aliud non addatur, vel atrium Iſraëlis, vel utrumque Iſraëlis & Sacerdotum, vel triplex, Mulierum, Iſraëlis & Sacerdotum intelligunt in hoc libro ut & alibi Talmudici. Itaque cum quædam conclavia, quorum hic mentio fit, ad Sacerdotes pertineant, quædam vero ad alios quoque; latiori ſi non latiſſima ſignificatione de atrio accipi inpræſentiarum arbitror. Porro in atrii lateribus conclavia collocantur: nec diſtinctius loca, quam ut ſuo quæque lateri tribuantur conclavia, definiuntur.

(2) Atque in priori ordine ad Septentrionem primo ponitur conclave ſalis, quod cujuſmodi fuerit ſic ſatis ex appoſita deſcriptione liquet, ſi conferatur lex Levit. 2, 13. *Omnem oblationem muneris tui ſale ſalito*, & paulo poſt, *cum omni oblatione tua offerto ſalem.* Quapropter cum in templo ædificando iſtius legis ſatagerent Iſraëlitæ, id operam dedere, ne unquam ſal deeſſet; ſed aſſidue ad manus haberent: adeoque conclave hoc exſtruxerunt, quo legem tam ſtudioſe inculcatam negligendi nulla daretur occaſio. Cæterum legis illius Abarbanel cauſam reddit duplicem, eamque obſervatu utilem ad teſtimonia quædam N. T. eo melius intelligenda: ideoque Abarbanelis ſententiam aſcribere non gravabor; eoque libentius, quo autorem iſtum omnibus commendatiorem reddam: quia ex ipſo plura, quam ex omnibus Hebræorum doctoribus, addiſci poſſunt; quippe ſi quid in ſacris literis obſcurius ſit, feliciter (niſi quum contra veritatem Chriſtianam cum ſuis obnititur) enarrante. Sic ergo ille: הטעם כי הבשר מלוח לא יסריח אך יתקיים גם שהוא ערב לאוכליו אך הטפל מבלי מלח נבזה אוכלו, *ratio* (nimirum legis de addendo ſale) *quia caro ſallita non putreſcit, ſed conſervatur: præterea grata eſt eam comedentibus; at quæ eſt inſulſa non ſallita, reſpuitur eſus ipſius.* Has rationes in verbis Jeſu Chriſti attendere convenit, quo mens ipſius nobis magis liqueat, cum Matth. 5, 13. tum Marc. 9, 49. Priori loco ſuis diſcipulis inquit Servator, *Vos eſtis ſal terræ:* cum hac de cauſa, quod doctrinæ & adhortationum ſale reliquos a putredine ſpirituali conſervare deberent, ut docent verba ibidem ſequentia; tum ob ſuavitatem ſermonum quibus utebantur, atque etiam converſionis qua ut inſtrumenta divinæ efficaciæ homines Deo ut ſacras victimas eaſque acceptas ſiſtebant. Quæ duo in poſteriori cauſa & ratione cum primo illo ut obſervemus, facit Apoſtolus cum ad Coloſſ. tum ad Romanos ſcribens. Siquidem cum illic cap. 4. dicit, *Sermo veſter ſemper ſit cum gratia, ſale conditus.* quid *ſale* deſignetur per *gratiam* explicat; gratiam eam deſignans quam ad Epheſ. 4, 29. fluere docet e ſermone non putri, ſed commodo (ut D. Beza reddit;) adeoque ſermonis illam ſuavitatem deſignat, quæ in animum influens eum ædificat, ut vox οἰκοδομῆς ibidem indicat affatim. Ad Romanos vero cap. 15. verſ. 16. ſatis manifeſte innuit, imo totidem pene verbis aſſerit, ſe ἱερεργοῦντα τὸ εὐαγγέλιον Gentibus convertendis eas Deo in oblationem gratam & acceptam obtuliſſe. Servator vero altero loco ſcil. Marc. 9, 49. his verbis, *Omnis homo igne ſalietur* (cum antea diſcipulos monuiſſet, ut infirmiorum maximam curam gererent, non negligerent, ſed ſibi ipſis potius quibuſvis rebus chariſſimis interdicerent, quam ipſis ſcandalo ſuo obeſſent) hoc ſignificare voluit; ipſos eſſe ſalem quo alii condirentur (ut poſtea ſubjungit) tanquam igne, cujus efficax eſt virtus & grata lux. Comes ergo & gratos ac acceptos ſe præberent, non contemtui haberent illos vel negligerent; deinde eminentiæ gradu ſuſque deque habito, potius id ſtuderent, quo potentiam Evangelii oſtenderent in promovendis ardenti zelo infirmis, & veluti ſale adverſus corruptiones imminentes conſervandis. Ubi Abarbanelis rationes locum habere videmus.

(3) Sed ad alterum conclave deſcendendum, quod a פרוה nomen habet: פרוה autem ſicuti legimus in Gemata codicis Joma, fol. 35. pag. 1. fuit veneficus. מאי פרוה אמר רב יוסף פרוה אמגושא, *quid eſt* פרוה? *dixit Doctor Joſeph,* פרוה *eſt magus.* Hinc ergo conclave nomen ſortiebatur: quidam enim magum, cui id nomen (quamvis ה præponatur) fuit, ædificaſſe iſtud conclave exiſtimant; alii quia magus iſte ad hoc conclave atrii parietem ſuffoderat, quo quid Sacerdos magnus ageret perſpectum haberet, ab eo hac de cauſa interſecto conclave nomen iſtud obtinuiſſe tradunt, inter quos Maimonides. Tranſtuli autem אמגושא *magum, veneficum*, authoritate Gemaræ ad cap. 7. de Sabbatho, ubi hæc leguntur fol. 75. pag. 1. ſub initium: מגושתא רב ושמואל חד אמר חרשי וחד אמר גדופי, *de mago diverſa ſentiunt Rab & Samuel, unus dicit veneficum eſſe* (חרשי enim in gloſſa exponitur per מכשף;) *alter vero blaſphemum eſſe putat* (nam gloſſator enarrat per מגדף את השם *blaſphemans Deum.*) Tamen non eo inficias, quin μάγος (unde illa vox derivata fuit) etiam eum Sapientem deſignet, qui rebus politicis & eccleſiaſticis præeſt: unde Cicero 1. de Divin. cum magorum meminit, ita inquit, *Quod genus Sapientum & doctorum habebatur in Perſis.* Xenophon de inſtitut. Cyri pag. 161. edit. Baſil. ſacrorum curam iis aſſignat, κατεστάθησαν οἱ μάγοι ὑμνεῖν τε ἀεὶ ἅμα τῇ ἡμέρᾳ τοὺς θεοὺς, *Magi conſtituti ſunt, qui ſemper ſimulac illuceſceret Deos hymnis celebrarent.* Unde videmus Matth. 2. veros etiam Dei cultores iſto nomine indigitari: nam ſane ſua origine *meditantem, enuntiantem* ſignificare videtur, ab Hebr. מהגה cujus radix הגה. Sed aliam originem iſtius הפרוה videamus. R. Schemaja aliam etymologiam profert: nam a פרים *juvencis*, quorum plurimas pelles ibi ſalliebant ne corrumperentur (nam infinitæ ferme ex oblationibus coacervabantur,) conclave פרוה nomen habere exiſtimat. Argumentum addit, דומיא לחברותיה שנקראו על שם מעשיהן, *ſimile eſt conclavibus vicinis, quæ ex officiis ſuis denominantur:* itaque cum cætera ab iis quæ inibi fiunt nomen habeant; quidni & hoc etiam? Poſtea ſubjicit זהב פרוים *aurum Parvajim*, 2 Chron. 3, 6. inde quoque dici, quod juvencorum ſanguini ſimile eſſet: ubi colorem intelligi vult, nimirum rubedinem. Hæc quidem eſt vetuſtiorum de 2 Chr. 3, 6. ſententia; alii tamen loci nomen eſſe dicunt, habetque magnam cum *Peru* convenientiam; ſi numeri notam tollas: verum hæc non adeo ad rem faciunt. Porro de Balneo iſti conclavi impoſito tradunt, ibi quidem ſeſe Sacerdotem ſummum abluere ſolitum; ſed tamen prima vice (nam plures ablutiones requirebantur) hoc officio defungi conſueviſſe in altero balneo, quod in Auſtro fuit ſupra portam aquarum apud conclave Abtines, de quo loco ſect. 1. & 4. cap. 1. dictum fuit. Solummodo hoc addam, præter cauſas cur porta illa dicta fuerit porta aquarum, & hanc addendam: quod aquæductus eo e fonte Hetam (de quo ſupra) derivatus fuerit, qui ad ſuperiorem locum, ubi Balneum erat, attollebatur.

(4) In tertio conclavi (ut etiam in menſis cap. 3. ſect. 5. quæ ſimiliter ad ſeptentrionale altaris latus erant diſpoſitæ) lavabant quarundam victimarum inteſtina: idque ex lege Levit. 1, 9. *inteſtina ejus & crura ejus lavabit aqua, &c.* Unde videmus, קרביו in Miſna late accipi, ut crura quoque eo nomine veniant. Miſna autem de ſacrificiis omnibus non loquitur: quia iſtum ritum in oblationibus pro peccatis non pariter atque in holocauſtis uſitatum fuiſſe, docet cap. 4. Levit. ſi cum primo conferatur.

ג שבדרום (נ"א שבצפון) לשכת העץ לשכת הגולה לשכת הגזית לשכת העץ אמר רבי אליעזר בן

3. Quæ ad Auſtrum, erant conclave ligni; conclave ſcaturiginis; conclave cæſi lapidis. (1) De conclavi lignorum dixit R. Elieſer filius Jacobi, reperi

בן יעקב שכחתי מה היתה משמשת אבא שאול אומר לשכת כהן גדול היתה והיא היתה אחורי (ס״א) שתיהן וגג שלשתן שוה לשכת הגולה שם היה בור קבוע (ס״א הגולה) והגלגל נתון עליו ומשם מספיקים מים לכל העזרה לשכת הגזית שם היתה סנהדרי גדולה של ישראל יושבת ודנה את הכהונה וכהן שנמצא בו פיסול לובש שחורים ומתעטף שחורים ויוצא והולך לו ושלא נמצא בו פיסול לובש לבנים ומתעטף לבנים נכנס ומשמש עם אחיו הכהנים ויום טוב היו עושים שלא נמצא פסול בזרעו של אהרן הכהן וכך היו אומרים ברוך המקום ברוך הוא שלא נמצא פסול בזרעו של אהרן ברוך הוא שבחר באהרון ובבניו לעמוד לשרת לפני ה׳ בבית קדשי הקדשים :

peri quis ejus fuerit uſus. Aba Saul inquit, fuit conclave Sacerdotis magni, (2) ut alterum illud. Horum vero trium tectum æquale fuit. (3) Conclave ſcaturiginis quod attinet, ibi puteus fixus ſive cavatus, atque (4) trochlea impoſita erat; unde aquas ſuppeditabant toti atrio. In (5) conclavi cæſi lapidis conſeſſus magnus Iſraëlis ſedebat, ac etiam judicabat Sacerdotes. Sacerdos in quo inveniretur vitium induebat ſibi atras, ac atris involvebat ſe, itaque egreſſus abibat: cui vero non inerat vitium induebat ſibi (6) veſtes albas, ac ſe albis involvebat, & ingreſſus miniſtrabat cum ſacerdotibus fratribus ſuis. Atque feſtum celebrabant diem, cum non inveniretur vitium in ſemine Aaronis Sacerdotis: hæc loquuti, laudibus efferatur Deus ille laudandus, quia non invenitur vitium in ſemine ſacerdotali Aaronis; &, Laudetur is, qui elegit Aaronem, ejuſque filios, ut aſtarent ad miniſterium coram Deo in æde ſacroſancta.

R. OB. DE BARTENORA. לשכת הגולה *Conclave captivitatis*, puteus ita vocabatur quod foſſus erat ab iis qui e captivitate reduces erant. *Aba Saul dicit, fuit conclave pontificis maximi*, ſcil. conclave ligni, & conclave Parhedrin de quo in principio codicis Joma, quod ſeptem dies ante diem Expiationis in ipſum ducebant pontificem maximum. *Horum vero trium tectum erat æquale*, unum tectum erat tribus. *In eo conſidebat ſynedrium magnum Iſraëlis*, nempe in conclavis parte profana, nam conclave Gazit partim erat ſanctum, & partim profanum, at in dimidio ſancto non licebat ulli ſenatori ſedere, quia ſolis regibus e ſtirpe Davidis licebat in atrio ſedere, quemadmodum ſcriptum eſt 2 Sam. 7, 18.

L'EMPEREUR. (1) Primo nomen expendendum, ubi primum conclave a ligno denominatur: quod ſane verum non eſt, ſi plurimorum ſententia admittatur, qua conclave hoc cum conclavi פלהדרין vel (ut alii codices & quidem melius) פרהדרין idem eſſe ſtatuitur. Nam, ut legitur initio Gemaræ codicis Joma, iſtud פלהדרין dicebatur olim לשכת בית האבן *conclave loci lapidum*: idque hac de cauſa, quia multum vaſis lapideis ibi utebantur. Quocirca pro לשכת העץ ſubſtituendum videtur ex illa Gemara לשכת בית האבן *conclave lapidum.* Vocatum poſterioribus temporibus etiam לשכת פרהדרין nomine compoſito ex Hebræa & Græca voce, quod & antehac in ſuperioribus obſervatum fuit ſubinde contingere, ut linguas miſceant: niſi quod hujus loci nomen e dictionibus ſeparatis conficiatur; ſupra vero diverſarum linguarum voces in unam coaleſcere viderimus. Cæterum cum לשכה *conclave* omnium conſenſu Hebræa vox ſit, ei tamen Græcam ſubjungi, nimirum פרהדרין πρόεδροι *præſides ſive Magiſtratus*, (ut interpretatur Budæus) nemo inficias ibit, qui cum literas contulerit, tum ea legerit quæ in dicta Gemara fol. 8. pag. 2. & fol. 9. p. 1. leguntur, וכי לשכת פרהדרין היתה והלא לשכת בלווטי היתה, *quid? an fuit conclave πρoέδρων? nonne conclave βȣλευτικὸν fuit?* (nota Talmudicos cum ſæpe Græcis vocabulis utantur, hoc quandoque facere deflexa paululum ſignificatione; unde Sal. Jar. בלווטי per שרים *principes* reddit, quamvis βȣλευταὶ *ſenatores* ſint: ideoque Jerem. 35, 4. לשכת השרים *exedram principum* eandem facit cum לשכת בלווטי; cum tamen illa exedra ſupra aliam ſita fuerit, quod an huic לשכת בלווטי conveniat vehementer dubito.) Poſtea idem fuiſſe docetur, & ratio redditur, quare idem illud *conclave* βȣλευτικὸν *dictum fuerit conclave* πρoέδρων. Quia poſterioribus temporibus, cum pecunia redimerent ſummum ſacerdotium, id quandoque annuum faciebant, ut ſingulis annis novi Sacerdotes crearentur: כפרהדרין הללו שמחליפין אותם כל שנים עשר חודש, *ſicut iſti præfecti, quos ſingulis annis permutant* reges; ut ait Sal. Jar. Ubi videmus פרהדרין præfectos & procuratores deſignare, i. פקידי המלך, ut ait S. Jar.: adeo ut non quivis πρόεδροι ſignificentur; ſed qui ſuperioris magiſtratus & regis nomine præſunt. At quid hæc ad Sacerdotes? quæras: nam hoc conclave in Miſna noſtra Sacerdoti magno tribuitur. num is ſimili nomine venit? Sane Apoſtolus Actor. 23, 5. Ananiam agnovit etiam ἄρχοντα τȣ̃ λαȣ̃: quem ex eorum hypotheſi, qui eum pro pontifice maximo habebant, Sacerdotem, cum ab ipſis reprehenſus eſſet, agnoſcebat. Unde videmus Sacerdotes πρoέδρων ſaltem nomine nuncupari poſſe. Verumenimvero quum hic ad pontifices devoluti ſimus, prætereaque ex hoc primo codicis Joma capite, unde ſuperiora deprompta fuere, de iis oborta quæſtio forte non inconcinne ſolvi queat; hanc expendamus. Anna quandoque vel ſolus vel cum alio ſummus Sacerdos iis annis nominatur, quibus eo munere functus non cenſetur; ut ſub Pontio Pilato quum Johannes ad prædicandum mitteretur, Luc. 3, 2. conf. Act. 4, 6. Ubi primum notari velim, nulla ratione conſequi, Annam, quia ante iſta tempora pontificatu motus fuerat, ideo dictis locis improprie Sacerdotem ſummum nuncupari: nam ſicuti e ſuperiori Gemara perſpeximus, annuus aliquando Pontificatus fuit, ut prout quiſque plures vel pauciores pecunias erogaret, Pontificatum vel adipiſceretur, vel amitteret: quod vel e Jaſonis & Menelai exemplis 2 Maccab. 4. videre eſt. Deinde ἀρχιερεὺς (quamvis non ignorem ſingularum claſſium primarios Sacerdotes eo etiam nomine indigitari poſſe) non is tantum dicitur, qui proprie reliquis omnibus ſolus præeſt; ſed etiam qui ſucceſſor deſignatur, ſi forte primarius ille caſu quodam impediretur, quo minus ſuo muneri vacare poſſet. Quemadmodum initio codicis Joma legimus expreſſum, מתקינין לו כהן אחר תחתיו שמא יארע בו פסול, *ſubſtituunt ei Sacerdotem alium ipſius loco, ſi forte in ipſo caſu quodam vitium inveniretur.* Quid ſi hic ſit ille, quem auctor 2 Reg. 25, 18. vocat כהן משנה *Sacerdotem ſecundum?* qui etiam סגן הכהנים *antiſtes* vel *princeps Sacerdotum* nominatur; ut cum aliunde, tum ex initio cap. 1. cod. Joma manifeſtum eſt. Quid ergo impedit, quin cum סגן הכי vocetur, ἀρχιερεὺς etiam, quæ vox quoque latius patet, dici queat? Atque hæc ad propoſitam quæſtionem applicare quilibet poteſt. Nam vel Annas antea Pontificatu motus, poſtea eundem liberali donatione emit (quod Gemara uſitatum fuiſſe docet;) vel cum eſſet vicarius, i. סגן הכהנים *princeps Sacerdotum*, ut vocant Hebræi, non inconcinne ἀρχιερεὺς dictus fuit. Verum ad conclave noſtrum redeamus: id contra auctoritatem hujus Miſnæ Gemara illa cap. 1. Jomæ in angulo aquilonari verſus Orientem collocat.

(2) Et hic iterum mendum annotemus: nam R. Schemaja & Maimonides in בית הבחירה cap. 5. ſub finem, ſatis perſpicue indicant, in hujus conclavis deſcriptione hoc

pacto

pacto legendum eſſe, היתה אחרי שתיהן *fuit poſt ambas iſtas*, puta exedras vel conclavia. Secundum quam lectionem vertendum eſt, *idque poſt ambo iſta*. Reſtituta ergo particula אחרי, hic emergit ſenſus, hoc conclave poſt duo ſequentia ſitum fuiſſe: quod ita accipio, ac ſi occidentale fuiſſet in ſuo latere, ſi abſolute hic loquatur auctor; vel orientale, ſi hujuſmodi ſeriem verborum agnoſcamus (qualem & ſupra habuimus,) ut a lateris unius Oriente exorſus ſimiliter in alterius lateris Oriente deſinat, conclavibus aliis ſuo quibuſque loco aſſignatis. At hoc diligenter attendatur, quamvis Maimon alium ſequatur ordinem, ſecundum conſtantem omnium codicum, quos vidi, lectionem, tria poſtrema conclavia ad Auſtrum collocari: quod ſi admittamus, conclave hoc lignorum non erit conclave פרהדרין, quod (uti ſupra vidimus) multi exiſtimant; quandoquidem hoc ad Septentrionem ſtatuitur.

(3) Secundum in hoc latere conclave nuncupatur conclave הגולה: idque, ut quidem Hobadiæ de Bartenora placet, quia reduces e גולה *captivitate* puteum ibi foderunt. Etymologia non quidem omni ex parte diſplicet; ſed tamen omnino arridere nequit: quia ſi a גולה *captivitate* nomen obtineret; quidni & quælibet, ſaltem quæcunque inſignia & præcipua hoc nominis gerant? Itaque putei quidem reſpectum non plane excludo, nec etiam omnem ſignificatum nominis גולה: ſed hac conditione, ut ea voce *modiolus*, quo aqua hauritur, veniat; vel *ſcaturigo*, quia puteus fontis inſtar aquas ſuppeditabat.

(4) Puteus hic גלגל habebat, qua aqua commode hauriri poſſet: ideoque cum præter rotulam, ductario etiam fune & axiculo per rotulam trajecto circa quem rotula verſatur, ut aqua hauriri commode queat, opus ſit; hæc omnia illa voce deſignari ſaltem ſynecdochice exiſtimo. Quocirca *trochlea* apte redditur: quia hæc vox illa omnia ambitu ſuo complectitur. Quamvis non repugnem, quin pro *trochlea* ponatur *rechamus*: quod is quidem etiam trochlea ſit, ſed abſque ductario fune; ideoque vocem גלגל preſſius exprimere cenſeri queat. De aqua in præcedentibus ex Ariſtæa & aliunde quædam producta fuere: verum hic de aqua alterius uſus auctor noſter in hac Miſna differere videtur. Illa aqua ad ablutiones; hac puteali ad potum uſos fuiſſe judicat R. Schem. בור הגולה מים מתוקים לשתייה ואמת המים להדחה, *puteus conclavis* גולה profert *aquas dulces ad potum*; *at rivus aquæ ſive canalis* (de quo ſupra) *ad ablutionem* ſcil. ſcaturit.

(5) Tandem ad לשכת הגזית accedendum eſt: atque primum de nomine agendum, quod non eadem ratione evolvunt interpretes. Quidam a ſeparando ſic nuncupatum arbitrantur, quod a reliquis ita ſecretum eſſet, ut nonniſi jam ingreſſo conſpiceretur: atque huc arceſſunt illud Num. 11, 13. ויגז שלוים *& abripuit* ſive *ſeparavit coturnices*. Verum melius alii ſentire mihi omnino videntur, qui ab apparatu lapidum, quibus hoc conclave exſtructum fuit, nomen impoſitum cenſent. 'Lapides enim hos ſingulari quadam ratione fabrefactos, cæſos aut dolatos fuiſſe aſſerunt: nam אבני גזית 1 Reg. 5. comm. penult. Chaldæus vertit אבנין פסילן *lapides dolatos*. Sed vetuſtiſſimorum Judæorum commentum hic adjicere libet, qui ne quidem in monte, unde illi lapides Salom. eruebantur, ullo ferreo inſtrumento præparatos, cæſos vel dolatos fuiſſe lapides admittunt: quia 1 Reg. 6, 7. legimus, *Lapide integro ædificabatur*, nimirum templum. Qui tamen paragraphus explicatur ſatis capitis præced. comm. penult. & ult., collato cum eodem hoc paragr. quia ibi dolatos &c. fuiſſe lapides, expreſſe affirmatur; hic vero, inter ædificandum inſtrumentum ferreum auditum non fuiſſe, utpote omnibus antequam adveherentur præparatis At qui diverſum olim defendebant, quomodo ſententiam ulla ſpecie tueri conabantur? fabula placuit pluribus in Talmude enarrata. Inſpiciatur fol. 48. codicis סוטה ſive de muliere quæ in adulterii ſuſpicionem venit: ubi Gemara continet quæ ſequuntur, שמיר ברייתו כשעורה ומששי ימי בראשית נברא ואין כל דבר קשה יכול לעמוד בפניו במה משמרין אותו כורכין אותו בספוגין של צמר ומניחין אותו באיטני של אבר מליאה סובי שעורין, *Vermis Schamir forma eſt inſtar hordei, atque inde a ſex diebus creationis creatus fuit: nihil autem tam durum eſt, quod coram eo conſiſtere queat. Sed ubi ſervant eum? Includunt eum ſpongioſæ lanæ, & imponunt calamo plumbeo furfuris hordeacei pleno.* Hunc calamum cuique rei applicabant, unde vel partem tollere, vel quam affabre parare, cuique certam formam & figuram imprimere contendebant: nam omnia cedebant iſti *Schamir*, quamdiu haberi potuit; jam autem non amplius exſtare affirmant. Itaque abſque ullo ferro cum lapides templi, tum veſtium Aaronis, iſtius vermis adminiculo adaptari potuiſſe tradunt: nam ut jam lapides ferro cedunt, ac frangi, findi atque lævigari videmus; ſimiliter imo multo facilius olim per *Schamir* omnia peracta narrant. vide D. Kim. prolixe hac de re differentem in cap. 6. lib. 1. Reg. Iſtis nugatoribus plane gemini ſunt, qui ex ſuperiori illo loco, verbis ſcil. ibi ſubjunctis, templum ab ullo homine ædificatum negant; ſed angelorum tantum miniſterium hic agnoſcunt: ut annotatum habemus in antiquiſſimis commentariis in Exod. dictis Rabboth, ſect. 52. Similia leguntur ſect. 14. eorundem comm. in Num. ubi lapides ſua ſponte in ædificium aſcendiſſe narrantur. Sed de his ſatis: ad לשכת הגזית redeamus, quæ ſtructura lapidibus גזית tota conſtabat; ideoque etiam hoc nomen obtinuit. Templum ſive ædes ipſa Salomonis in fundamento magnos lapides habebat 10 & octo cubitorum; reliquum vero his lapidibus גזית exſtructum erat: ut videre licet 1 Reg. 7, 10. & 11. Tradunt autem Judæi quantitatem lapidum גזית tunc temporis notam, fuiſſe inſtar menſuræ alicujus qua lapidum quantitatem definirent: & ut illis placet, quinque palmorum erant communes; at Salomonis, etiam majores.' Ex his itaque ſolis in atrio (ibi enim maximorum lapidum fundamenta non requirunt) hoc conclave conſtructum fuiſſe videtur. Sed de loco diſpiciamus, an ad Orientem, num vero ad Occidentem atrii collocandum ſit: etenim rationes diverſæ diverſum ſuadere videntur. Primum omnium conſenſu conſtat (ut e Gemara cod. Joma Magiſtri probant) conclave iſtud fuiſſe partim in atrio, partim in loco communi ſive (quidam enim legunt חיל non חול) intermurali: verum quandoquidem hoc atrii totius ſpatium magnum fuit, idque [illegible] iſto חול vel חיל cinctum; in quovis ejus limite ſecundum illam deſcriptionem eſſe potuit. Duas tamen ſolummodo ſententias, quæ diverſæ videri queunt, hactenus reperi: prior verſus Occidentem hanc curiam ſtatuit; poſterior ab atrii Oriente. Prior eſt Maimonidis, qui de curia iſta differens ait שחציה של חול הוא לצד מערב, *quod dimidium ejus in loco communi ſitum ſpectet Occidentem*: cujus hoc videri poſſit fundamentum; conclave lignorum ſive lapidum ideo in ſuperioribus אחרי *poſt* reliqua duo conſtitui, quod in conclavibus recenſendis ultimum locum (ut docet particula אחרי) ſortiatur. Ita ergo ſi quis ab unius lateris Oriente exorſus conclavia ordine recenſeat, tandem in Orientem alterius lateris, ubi hoc conclave, incidet. Ideoque cum hac ratione conclave lapidum vel lignorum (ut hic appellatur) orientale ſit; tertium ab eo in hoc eodem latere erit verſus Occidentem. Verumenimvero cum ad ea reſpiciemus quæ in ſuperioribus dicta & probata fuere, hæc ſententia forte diſplicebit: quia hoc pacto poſtica pars atrii maximi in tribu Judæ collocari videtur, quod Talmudicis traditionibus refragatur. Hæc erunt perſpicua & plana, ſi ad Gemaram ſupra in altaris deſcriptione allegatam oculos convertamus: ſi quidem fol. 45. cod. *de ſacrificiis* hæc leguntur ואיבעית אימא גמירי דסנהדרין בחלקו דיהודה ושכינה בחלקו דבנימין, *& ſi cupis pronunciabo, Senatores ſynedrin in ſorte Judæ collocentur; & divina præſentia in ſorte Binjaminis.* Eſt quoque tam manifeſtum, ut nonniſi in his literis hoſpes & doctrinæ Talmudicæ ignarus id negare poſſit; altare quod in atrio, & quicquid ab ejus tergo verſus Occidentem fuit, ad Binjaminis tribum ſpectaſſe: quod vero ante ipſum altare fuit Orientem verſus, in Judæ territorio fuiſſe. Quocirca ſi ſecundum allegatam Gemaram Senatores, qui in conclavi גזית congregabantur, ibique jus dicebant, in Judæ ſorte collocandi ſunt; nulla ratione fieri poteſt, ut poſt altare ad Occidentem in Benjaminis tribu quærantur. Argumentum vero prioris ſententententiæ quod concernit; conclave lignorum ſtatui אחר שתיהן *poſt duo iſta*, i. poſt conclave ſcaturiginis & poſt conclave גזית: magis proprie illud ab Occidente, iſtud vero & hoc verſus Orientem illius reſpectu ſita fuiſſe ſignificat. His ita

ad majorem perſpicuitatem ventilatis, ſic habendum eſt: hoc conclave גזית ſive *cæſi lapidis*, ubi Senatores ſupremæ curiæ ut plurimum conſidebant, in latere atrii Sacerdotum meridionali fuiſſe; id eſt, ſi atrium latiori ſua ſignificatione accipias pro Iſraëlis & Sacerdotum atrio, ad meridionale quidem atrii latus, ſed magis Occidentem verſus fuiſſe exſtructum. Etenim primo nec in Oriente nec in Occidente eſſe ulla ratione potuit: quia cod. Joma cap. 2. in Gemara fol. 25. pag. 1. legimus, אמר אביי שמע מינה לשכת הגזית חציה בקודש וחציה בחול ושמע מינה שני פתחים היו לה אחד פתוח בקודש ואחד פתוח בחול, *dixit Abai, diſce ex ea* (ſcil. diſceptatione quæ ibidem legitur) *exedræ cæſi lapidis* (ubi Sanedrin) *dimidium fuiſſe in loco ſancto; dimidium alterum in profano: inde etiam diſce, duo habuiſſe oſtia, quorum unum verſus ſanctum; alterum verſus profanum aperiretur.* Ratio horum verborum hæc eſt, quod ad negotia quædam ibi peragenda exigeretur locus ſacer, ut ibidem docetur: deinde etiam ſederent ibi Senatores, ut omnibus in confeſſo eſt; atqui אין ישיבה בעזרה אלא למלכי בית דוד, *ſedere in atrio nonniſi regibus e ſtirpe Davidis conceſſum eſt* (uti antea annotatum;) præterea multa inter judicandum &c. ocurrerent, quæ a profanis omnino ſegregari non poſſent. Illinc, ſcil. e Gem. verbis perſpicue deducitur, in alterutro atrii latere curiam iſtam fuiſſe exſtructam: quia ab Oriente atrii, i. inter atrium mulierum & atrium Iſraëlis non fuit hoc, quo de agitur, חול *profanum*, vel ut alii legunt חיל *intermurale* (de quo 1. cap.) ab Occidente etiam ſtatui nequit, quia Occidentalis atrii pars in tribu Benjam. fuiſſe perhibetur in Gem. e cod. de ſacrificiis allegata; at Sanedrin in tribu Judæ ibidem collocatur. Secundo, excluſo Oriente & Occidente, non in Septentrione, ſed Meridie fuiſſe, probatu eſt facillimum: quia cap. hoc ultimo Middoth hæc exedra cum duabus aliis, diſertis verbis in hoc latere ponitur. Jam vero in hoc latere proximum Orientem fuiſſe dici nequit: quia ab orientali Senatu, nimirum qui ad portam atrii orientalem ſedebat, ulterius ad ſupremum Senatum in hoc conclavi גזית coactum pergebant, qui ibi expediri non poterant, ut docetur in Gemara Sanedrin fol. edit. Ven. 88. fac. 2. ideoque cum ab Oriente accedentibus hic Senatus ſupremi locus ultra orientalem atrii regionem quærendus fuerit; ſatis manifeſte verſus Occidentem in meridionali latere collocatur. Atque hoc eſt quod dixit Maimonides (cujus ſententia recte explicata probanda) לצד מערב *verſus Occidentem:* non quaſi in occidentali latere fuerit; ſed in meridionali verſus Occidentem. At quouſque Occidentem verſus promovebatur? non ultra atrium Sacerdotum: alioqui in tribu Benjaminis fuiſſet; cum tamen in Juda ejus locum fuiſſe ſupra probaverim. Atque ſic ſatis ſuperque, ubi לשכת הגזית quæri debeat, demonſtratum autumo: cum alias locus videretur obſcurior. Unum tamen examinandum venit: qui Salom. Jar. comment. in cap. 10. Sanedrin iſtud conclave בתוך העזרה *in medio atrii* ſtatuerit: quandoquidem partim quoque extra atrium ei locum aſſignant in Gem. cod. Joma. Salom. Jarch. ſeipſum ibidem explicat, atque ſe allegatæ Gemaræ non refragari oſtendit: etenim תוך *medium* accipit more Scrip. S. uſitato, ubi quod ad latus eſt in medio eſſe cenſetur, modo ex parte eum locum ingrediatur, in cujus medio eſſe dicitur: ut cum Ezech. 27, 23. Tyrus in medio maris ſtatuitur. Quia autem hæc exedra ſive curia partim in חיל fuiſſe perhibetur, obſerva, ex iis quæ in ſuperioribus de hoc loco plenius propoſui, חיל omnia atria cinxiſſe: erat enim ſpatium intermedium inter atriorum extremum parietem & ſeptum illud, quo ab omni parte area murum montis templi ſive extremum montis incluſi ambitum, & atriorum parietem interjacens in duas partes dividebatur: uti e ſuperioribus liquet. Quocirca cum לשכת הגזית partim חיל (alii tamen חול *profanum* legunt, quod eodem quoad ſenſum recidit) ædificatam legimus; ita hoc accipere convenit, ac ſi intra illud ſeptum & atrii parietem pars illius fuiſſe dicatur: iſta nimirum pars, ubi ſedebant Senatores, cujuſque oſtium ſpectabat חיל vel חול. Duplex enim hic locus fuit, partim ſacer, cujus oſtio ad עזרה *atrium* tendebant; partim profanus ac communis, cujus oſtium ad oppoſitum conclavis latus. Hæc enim oſtia locum vel ſacrum vel profanum reddebant, quamvis uterque eſſet conjunctiſſimus. Unde Maimonid. tomo tertio יד cum de templo agit, הלשכות הבנויות בקדש ופתוחות לחול אם היו גגותיהן שוים עם קרקע העזרה תוכן חול וגגותיהן קדש ואם אינן שוין אף גגותיהן חול, *Conclavia exſtructa in loco ſancto, & aperta verſus profanum locum, ſi eorum tecta æqualia ſint ſive ἰσόπεδα atrii pavimento; interius ipſorum, profanum; tecta vero ſancta cenſentur; ſin æqualia non fuerint: tunc etiam tecta erunt profana.* Poſtea ſubjungit, היו בנויות לחול ופתוחות לקדש תוכן קדש לאכילת קדשי קדשים אבל אין שוחטים שם קדשים קלים והנכנס לשם בטומאה פטור וגגותיהן חול לכל דבר, *Si exſtructa ſint in profano ſpatio & aperta verſus locum ſanctum; interius ipſorum ſanctum habetur, quoad eſum oblationum ſanctiſſimarum; attamen oblationes mediocres ibi mactare non licet: qui vero cum immunditie ſua eo ingreditur, innocens habetur: tecta vero omnimode profana ſunt.* Hinc videmus, qui ob diverſum portæ ſitum locus ſanctitatem vel obtineat vel amittat: præterea quid de tectis etiam conclavium circa עזרה extructorum cenſendum ſit; iſta nimirum ſancta non haberi, ni pavimento loci ſancti fuerint æqualia. Cæterum ſupremus Senatus, cujus in hoc conclavi ſedes, duplex fuiſſe videtur pro rerum Eccleſiaſticarum & politicarum diverſitate: quoniam Deut. 17, 12. ubi de ſupremis ſenatoribus agitur, manifeſte Sacerdos a Judice diſtinguitur, אל הכהן או אל השופט *ad Sacerdotem aut ad Judicem*, i. Sacerdotes aut Judices; ut comment. 9. indicio eſt, ubi pro *Sacerdote* ponuntur *Sacerdotes.* Adde, Jehoſchaphatum, cum judicia Hieroſolymis reſtauraret, duos ordines conſtituiſſe, Sacerdotes & Capita familiarum, ad judicium Dei, & ad litem: ſimiliter duos præſides commat. 11. unum לכל דבר יהוה *ad omnem cauſam Dei*; alterum, ſcil. ducem Judæorum, לכל דבר המלך *ad omne negotium regis.* Quibus ſuccinunt verba Jer. 19, 1. quibus Seniores populi a Senioribus Sacerdotum diſtinguuntur. Quocirca in N. T. ſublato (ut videtur) per Herodem uno ſynedrio, ſcil. politico; alterum Apoſtolorum ſeculo ſuperfuit, in quo politici etiam manebant reliquiæ: nam ab eccleſiaſticis *Seniores populi* diſtinguuntur, Matth. 26, 3, 59. & cap. 27. verſ. 1. Ni magis placeat, quod ab aliis obſervatum fuit, Herodem, ſublatis 70 Senioribus e familia Davidica, alios inferiores ſubſtituiſſe: quod judiciorum quibuſdam exemplis firmari videtur. Adeo ut illis temporibus duplex quoque ſynedrium fuerit; quamvis utriuſque Senatores ſubinde convenirent: quo forte referendum τὸ συνέδριον ὅλον, quod Matth. 26, 59. Marc. 14, 55. & 15, 1. Act. 22, 30. occurrit. Quin etiam cap. 1. cod. Jomæ eadem diſtinctio his verbis confirmatur (ubi de præparatione Sacerdotis magni ad diem expiationis agitur) מסרוהו זקני בית דין לזקני כהונה, *tradunt eum Seniores domus judicii, Senioribus ſacerdotii.* Ulterius progrediendum foret, atque ritus aliaque quæ ad Sanedrin pertinent hic pertractanda: verum cum vir eximius & admiranda eruditione conſpicuus D. J. Coch amicus meus hæc in ſuo Sanedrin plene pertractarit, de iis agere ſuperſedeo. Partem ſolummodo quandam Gemaræ Sanedrin, ab ipſo utpote jam in Miſna expreſſam ſuccincte, omiſſam, hic ſubjicere non gravabor, quo breviter liqueat, quem proceſſum judicialem olim habuerint Iſraëlitæ. Ad hunc modum itaque fol. edit. Venet. 88.

בית דין של שבעים ואחד יושבין בלשכת הגזית ושני בתי דינין של עשרים ושלשה אחד יושב על פתח הר הבית ואחד יושב על פתח העזרה ושאר בתי דינין של עשרים ושלשה יושבין בכל עיירות ישראל הוצרך הדבר לשאול שואלין מבית דין שבעירו אם שמעו אמרו להם ואם לאו באין לזה שסמוך לעירם אם שמעו אמרו להם ואם לאו באין לזה שעל פתח הר הבית אם שמעו אמרו להם ואם לאו באין לזה שעל פתח העזרה ואומר כן דרשתי וכן דרשו חבירי כך למדתי וכן למדו חבירי אם שמעו אמרו להם ואם לאו אילו ואילו באין ללשכת הגזית:

Curia 71 judicum in conclavi lapidis cæſi ſedebat: & alibi duæ curiæ 23 judicum hoc ordine, ut una ſederet ad portam montis templi; altera ad portam atrii; reliquæ curiæ, ſingulæ 23 judicum, in omnibus Iſraëlitarum civitatibus. Si de re conſulendum eſſet, conſulebant curiam ſuæ civitatis; hic ſi judices a majoribus ea de re inſtituti eſſent, de jure illis reſpondebant: ſin minus, pergebant ad proximam ſuæ civitati curiam;

curiam; ubi ſi a majoribus accepiſſent, illis reſpondebant: ſin minus, pergebant ad curiam quæ ad portam montis templi erat; ubi, ſi inſtituti eſſent, reſpondebant illis: ſin minus, pergebant ad eam quæ ad portam atrii erat, ac dicebat qui conſultum venerat, Sic elicui (e S. L.) ita autem elicuerunt ſocii mei, ſic docui, ita autem docuerunt ſocii mei; *ſi accepiſſent traditionem, eam reſpondebant: ſin minus, tam hi, quam illi tandem deveniebant ad conclave caſi lapidis.* (conf. 2 Chron. 19, 10.)

Ubi tota ferme controverſiarum decidendarum ratio verbis pauciſſimis ob oculos ponitur: dico ferme, quia præter illos judices erant in minimis oppidulis alii, triumviri ſcilicet (quin etiam duo ibi Sanedrin, ſi dotibus requiſitis eſſent præditi, conſtituere poterant.) Itaque hic erat ordo, ut judices extra Jeruſalem vicinas curias conſulerent: ubi ſi non ſatisfieret ipſis, adirent judices Hieroſolymitanos. Ac primum conſulebant judices ad portam montis ſedentes: quam portam cave putes aliam, quam quæ in orientali latere atrii mulierum conſpiciebatur; quia de porta montis interiori agitur, & mons templi late accipitur ut חיל comprehendat, R. Sal. teſte, cum quandoque ſpatium inter חיל & montis murum ſolummodo deſignet. Quum poſtea aſcendiſſe leguntur ad atrii portam, eam intelligas quæ inter mulierum & Iſraëlis atrium ſita erat. Ad hunc ordinem judicialem proculdubio reſpexit Servator Matth. 5, 22. ubi gravitatem peccati adverſus 6 pr. commiſſi, adeoque pœnæ ipſi coram Dei tribunali debitæ, formulis ex illo ordine deſumptis exprimeret. Itaque cum illi (Judæi) homicidam demum judicio Jud. 23. id eſt, mortis teneri arbitrarentur, Servator morte etiam teneri eum aſſeverat, qui fratri ſuo temere ſuccenſuiſſet; eumque qui dixiſſet *inepte*, teneri Synedrio, (magnum intelligit, quod eo nomine ſæpius abſque additamento venit) ubi graviſſima pœna irrogabatur. Qui vero dixiſſet *fatue*, eum graviori pœna teneri, quam ut a Synedrio magno infligi poſſet, atteſtatur: ad Gehennam enim detrudendum, i. ad ignem infernalem. Nam e paraphraſibus liquet, vetuſtiſſimos Judæos per Gehennam ignem infernalem deſignaſſe, qui omne humanum ſupplicium longe ſuperaret. Hinc enim ſub finem cap. 3. Geneſ. in paraphraſ. Hieroſolymitana, אתקן גהנם לרשיעיא אתקן בגוה זקקין דנורא וגומרין מבערן לרשיעיה לאתפרע מנהון, *præparavit gehennam improbis: paravit in ea ſcintillas ignis & prunas quæ adurerent improbos, ut vindictam de ipſis ſumeret.* Hoc ergo ſibi vult Servator, quemadmodum omnibus conſtabat judicio 23 decerni mortem, ſynedrio vero Hieroſolymitano omnium etiam graviſſimam, quam tamen pœna gehennæ longe ſuperaret; eaſque pœnas ſingulas, quamvis gradibus differrent, tamen oppido graves eſſe: ſic coram Deo horribilium pœnarum, quamvis certis gradibus, reos eſſe qui contra ſextum præceptum veniſſent; quamvis nondum homicidium perpetraſſent: nec eſſe hæc peccata cum Judæorum doctoribus adeo extenuanda, ac ſi homicidium demum mortem corporalem mereretur. Priuſquam ab hoc conclavi הגזית (de quo hactenus) diſcedam, præcedentibus adjiciendum videtur: Judam cum ad principes Sacerdotum & Seniores proditionis pretium referret, eos in hoc conclavi pro more congregatos adiiſſe: huc enim convenire ſolebant. Itaque Judas argentum projeciſſe legitur ἐν τῷ ναῷ: ubi ὁ ναὸς late accipitur, adeo ut totum circa ædem ædificium, cujus iſtud conclave pars erat, eo nomine veniat. Quamvis alioqui fatear, ut in Joſephi hiſtoria, ſic in N. T. τὸν ναὸν & τὸ ἱερὸν diſtingui: ut illa voce ædes ipſa, ſive templum proprie dictum; hac vero exteriora ædificia ac ſtructuræ deſignentur. Sed hæc diſtinctio perpetua non eſt; quemadmodum Johan. [illegible] ubi tota ſtructura hoc nomine indigitatur. Itaque Arabs Matth. 27, 5. κὴ ῥίψας τὰ ἀργύρια ἐν τῷ ναῷ reddit فطرح الفضة في الهيكل *& projecit argentum in templo:* ubi exprimens ναὸν eadem utitur voce, qua uſus fuerat cap. 26. verſ. 55. quum Servator teſtaretur, ſe quotidie in templo ſedentem docuiſſe; quod ſane de exteriori ſtructura accipiendum eſſe e ſuperioribus liquet. Ut hinc jam perſpiciamus affatim, τὸν ναὸν Matth. 27, 5. late accipi poſſe & exteriora ædificia continere; in quibus etiam conclave Sanedrin. Quamvis enim היכל Hebræis proprie deſignet ædem ipſam; Arabs, ut alia prætercam, iſto هيكل cum τὸν ναὸν expreſſit, tum etiam τὸ ἱερὸν, ubi ſedens Servator quotidie docuiſſe legitur.

(6) Denique ſectione hac ultima, quod de veſtibus ſubjicit ne prætermittamus: quibuſdam enim N. T. comment. facem præferet. Sacerdotes vitio & immunditie ceremoniali vacui, induebantur albis veſtibus; & feſtum agebant diem quod mundi deprehenderentur; denique hujuſmodi intromittebantur in Templum, ut Deo cum fratribus miniſtrarent. Similiter Apocal. cap. 5, 5. inquit Servator, *Qui vicerit, amicietur veſtimentis albis: neque unquam delebo nomen ejus ex libro vitæ, ſed profitebor nomen ejus coram Patre meo.* Hic quoque iis qui mundi reperientur (verſ. 4.) aſſignantur veſtimenta alba; quibus etiam gaudium ac lætitia deſignatur; & ingreſſus in templum cœleſte (ut verba indicant,) ubi Deo ſervient cum fratribus ſuis in æternum.

הדרן עלך: *Reditus noſter tibi contingat.*

In fine cujuſque capitis Gemara illuſtrati, quin etiam ſi Gemara quandoque deſit, Talmudici hæc ſubjicere ſolent הדרן עלך: quæ dum exponere conatur Elias, eum ſenſum amplectitur, qui literam ן in Imperativo ſingul. ſuperfluam relinquat. Unde hac difficultate animadverſa fatetur, קשה לי על הנון *ſcrupulum mihi injicit litera* ן: etenim explicat חזור בך *redeas ad te*, q. d. cum animo tuo hæc repetas. Quippe Dan. 4, 33. quod Nebucadnezar inter alia profert ליקר מלכותי הדרי ſic reddit Sal. Jar. לכבוד מלכותי חזרתי *ad gloriam regni mei redii:* ut ת deficiat in הדרי, eo ſtilo quem poſtea Talmudici ſæpius ſecuti ſunt. Et ſane non eo inficias, הדר Talmudicis in hac ſignificatione eſſe vocem uſitatam: exempli gratia cap. 2. Schabbath in Gemara R. Abai narrat de Mar, quod alio oleo uſus מהדר אמשחא דזיתא *redierit ad oleum olivæ.* Verum retenta hac ſignificatione, ſecus illa verba & commodius enarrari poſſunt. Judæi ſemper & quotidie oculos ad terram Canaan convertentes, continue reditum exoptant; nec majus quid præſtantiuſve hoc reditu aliis exoptari poſſe exiſtimant. Hinc factum ut in legum Talmudicarum explicatione, quarum uſum poſt reditum ſuum fore arbitrantur, repetitis antecedentis capitis primis verbis (ut pro more caput finiri deſignent,) tandem votum veluti ad diſcipulum ſubjungat is qui leges vel explicationes Gemaricas collegit. Votum autem Talmudicum tale eſt הדרן עלך *reditus noſter ſuper te*, id eſt, fias tu quoque particeps reditus noſtri, ubi in hiſce legibus bene teipſum exercueris, ſingulaque accurate examinaveris. Vel (quod ad Eliæ ſententiam magis accedit) idem notatur ac ſi diceret auctor ad doctrinam traditam, *redeamus ad te*, vel *reditus noſter ad te:* quia ſic legimus fol. 99. codicis Sanedrin ſub finem pag. 1. כל הלומד תורה ואין חוזר עליה דומה לאדם שזורע ואינו קוצר, *quicunque diſcit legem, nec redit ad eam* (ſcil. ut inquit Salom. Jar. in illum locum לשנותה *ad repetendum eam*) *ſimilis eſt homini qui ſerit, ſed non metit.* Prius tamen probo magis. Quamvis etiam illud הדרן aliunde deductum dici queat: nimirum ex affixo primæ plur. ן & Hebr. הדר vel Chald. הדרא qua decorem & pulchritudinem ſignificat, vel gloriam, ut D. Kimchi notat Pſal 29. ההדר הוא הכבוד *decor eſt gloria.* Unde alia forma ſub initium ejuſdem Pſal. legimus, *Adorate Deum* בהדרת קדש *in decore ſanctitatis*; quod exponens R. Joſeph inquit הוא בירת המקדש, id eſt, *in domo ſanctuarii.* Quæ phraſis eadem ſignificatione occurrit 1 Chron. 16, 29. Hic itaque exurget ſenſus iſtorum verborum הדרן עלך: Futuræ noſtræ conditionis elegantia, decor, gloria tibi etiam obveniat, atque ut in tertio templo (quod Judæi expectant) una cum reliquis adores Deum, ipſe tibi largiatur. Sed tandem brevis hæc codicis Middoth enarratio ad finem, Deo benedicente, perducta eſt: ubi e Gemara, nec non commentariis Rabbinorum poſteriorum, præſertim Moſis Maimonis filii & Salomonis Jarchi in Talmud, aliorumque cum veterum, tum recentiorum multo plura adduci, nec non παρεκβάσεις aliquot ſubinde plures interſeri potuiſſent: ſed ea fuiſſe

propoſita, quæ materiam hanc ſatis explicent, quæque Talmudicorum & Rabbinicorum ſcriptorum uſum in ſacris non imperitis & indoctis fortean videbitur. Quin alii plura deſideraturi ſint, eaque inprimis quæ a neotericis bene obſervata hiſce inſeri ſuis locis potuiſſent, non dubito: verum quorſum attinet, ea repetere quæ aliorum libris paſſim obviis ſatis copioſe deſcripta ſunt? Hoc aliis relinquam: mihi, ex omnium antiquiſſimis poſt Sacras Literas ſcriptis rem ipſam deprompſiſſe ac declaraſſe, ſuffecit; ne verborum prolixitate lectores obtunderem. Novi ſuam brevitati etiam eſſe laudem: imo ut judicavit in proverbiis Imperator Ali, جودة الكلام في الاختصار *præſtantia ſermonis conſiſtit in brevitate.* Fateor quidem annotationes ad ſingula membra, quæ illuſtrari potuiſſent, adjectas non fuiſſe; cum tamen totum ſcriptum explicare fuerit animus: verum plurima, quamvis in ſe obſcuriora appareant, ſi ſeorſim a reliquis ac ſeparatim legantur; attamen ubi ordine una cum cæteris conjunguntur & expenduntur, nulla egent luce. Quocirca ſi his, ut liber ſaltem creſceret (ſunt enim qui quantitate libros æſtimant) ſemper aliud adjicere voluiſſem, revera id הוה *fuiſſet*, (ut loquar cum R. Abai in Gemara cap. 6. de Sabbatho) אשרגא בטיהרא *lucernam in meridie accendere.* Quocirca licet alii de templo etiam magna volumina conſcripſerint, multaque utilia annotarint; in hoc codice Middoth illuſtrando eos imitari neceſſe non fuit: has Miſnajoth, ubi templum depingitur, ſpero, facile intelliget, qui verſionem cum annotationibus contulerit. Τὸ λακονίζειν mihi gratum ſemper; aliis etiam non ingratum fore ſpero: modo illius obſervata fuerit definitio qui olim bene dixit, *τὸ λακονίζειν οὐ τοῦτο ἐστὶν ὀλίγας συλλαβὰς γράφειν, ἀλλὰ περὶ πλείστων ὀλίγας*: quam definitionem an obſervarim, id eſt, num pro ſubjecti ſive rei enarrandæ dignitate & varietate de multis pauca ſcripſerim, doctiorum judicium eſto.

Finis Tractatus de Menſuris Templi.

מסכת קנים

פרק א חטאת העוף נעשית למטן וחטאת בהמה למעלה עולת העוף נעשית למעלה ועולת בהמה למטה אם שינה בזה ובזה פסול סדר קנים כך הוא החובה אחד חטאת ואחד עולה בנדרים ונדבות כלן עולות איזהו נדר האומר הרי עלי עולה ואיזהו (ס"א) נדבה האומר הרי זו עולה מה בין נדרים לנדבות אלא שהנדרים מתו או נגנבו חייבים באחריותם ונדבות מתו או נגנבו אין חייבים באחריותם :

Tractatus de Avium Pullis.

CAput 1. Sanguis ſacrificii expiatorii ex avibus ſpargitur infra, ejuſdem ſacrificii e pecore ſanguis ſpargitur ſupra. Sanguis holocauſti ex avibus ſpargitur ſupra, ejuſdem ſanguis ex pecore ſpargitur infra; ſi in utroque ſecus fecerit, reproba ſunt. Ordo nidorum hic eſt, debitum obligat ad unum expiatorium, & ad unum holocauſtum; ſed in votis & ſpontaneis oblationibus ad holocauſta tantum. Quid eſt votum? ſi quis dixerit, *en ſuper me holocauſtum.* Quid eſt oblatio ſpontanea? ſi quis dixerit, *en hoc ſit holocauſtum.* Sed quid intereſt inter vota & ſpontaneas oblationes? ſi votiva obierint vel abrepta fuerint, tenentur ad cautionem damni. Spontanea vero ſi obierint vel arbrepta fuerint, non tenentur ad cautionem damni.

R. OB. DE BARTENORA.

חטאת העוף נעשית למטן *Sacrificii pro expiatione peccati ex avibus deſumpti ſauguis ſpargitur infra*, ſcilicet infra filum coccineum altare circa medium circumdans, de quo ſermo fit Levit. 5, 9. Per parietem ergo cujus reliquiæ ſanguinis exprimuntur in fundamento altaris intelligas parietem inferiorem, ſcil. infra filum coccineum; nam ſi eſſet ſuperior paries, ſcil. ſupra filum, tum ſanguis aliquoties ad circuitum effundi debuiſſet, ut, ſi ſupra circuitum ſparſiſſet ſacerdos, quia filum infra circuitum eſt in menſura cubiti.

וחטאת בהמה למעלה *Et ſacrificii pro peccato ſanguis ſuperius ſpargebatur*, ſupra filum coccineum, quia de ipſius ſanguis teſtante lege ad altaris cornua ſpargi debebat, id eſt in ipſo altari. *Holocauſti ex avibus ſanguis ſupra ſpargi debebat*, ſupra filum, ſicuti conſtat ex eo quod dicitur Levit. 1, 15. Quemadmodum ergo adolitio fiebat in ſummitate altaris, ita quoque, ungue-ſectio & ſanguinis expreſſio fiebat in ſummitate altaris. Pecorei vero ſacrificii ſanguis infra ſpargebatur, quia ſparſio illius ſecundum Legem ad fundamentum altaris fieri debebat.

אם שינה בזה ובזה פסול *Si in utroque ſecus fecerit, reproba ſunt*, nempe ſi opera ſacrificii pro peccato ex avibus fecerit ſuperius, id de ſparſione ſtricte intelligendum eſt, at ungue-ſectio avis ſacrificii pro peccato ſuperius quoque legitime fit, quia ungue-ſectio in omni loco altaris legitime fit. Sed in holocauſto ex avibus non obtinet ſparſio, ſed expreſſio ſanguinis duntaxat, & ſi hæc infra facta ſit, illegitime facta cenſetur. *Ordo nidorum*, ex debito unum in ſacrificium pro peccato, & alterum in holocauſtum offerendum eſt, ut, quod pro ſeminifluo, & ſeminiflua, puerperio, & immunditie Templi, ejuſdem ſanctitatum, pro auditu vocis maledicentis, & pro juramento futili, pro iis omnibus avium pulli adducendi ſunt a pauperibus; ſed ſeminiflui & ſeminifluæ adducunt pullos, ſive divites ſive pauperes ſint. Et quamvis nidi pulli a peregrino ex debito offerantur, & ambo in holocauſta, doctor Miſnicus tamen ea non meminit, quia minus uſitata ſunt. *Sed in votis & ſpontaneis oblationibus omnia fiunt in holocauſta*, quia votiva & ſpontanea in holocauſta & pacifica duntaxat offeruntur, at ex avibus non offeruntur pacifica, idcirco votiva & ſpontanea ſacrificia omnia in holocauſta offeruntur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חטאת העוף נעשית למטן *Sacrificii pro peccati expiatione ex avibus deſumpti ſanguis ſpargitur infra*, omnia hæc ſatis clara ſunt, & jam a nobis expoſita ſexto & octavo capite codicis de Sacrificiis. סדר קנים *ordo nidorum*, quando in mentem revocaveris ea quæ dicta ſunt a nobis in prologo hujuſce libri, invenies eum qui ex Lege obligatur duos turtures vel duos columbæ pullos offerre, unum offerre debere in holocauſtum, & alterum in ſacrificium pro peccato expiando. Præterea quoque in prologo hujuſce libri expoſuimus quod neque votum neque oblatio ſpontanea offertur niſi de pacificis & holocauſtis, & quod ex avibus non offeruntur pacifica, idcirco exponitur quod ſi quis adduxerit votiva ſacrificia vel oblationes ſpontaneas, ea duntaxat in holocauſta offerantur. Sed auctor in hocce tractatu non meminit ſacrificii peregrini, quod e duobus turturibus vel e duobus columbæ pullis conſtabat, qui in holocauſtum offerebantur, uti ego in præfatione hujus libri expoſui. Cæterum quod dicimus holocauſtum & ſacrificium pro peccato eſſe debitum, id eſt ſecundum fundamentum debiti primi, ſi quis partem ſacrificiorum obtulerit, quando viginti holocauſta debebat, & decem ſacrificia pro peccato, omnia ex debito, vel contra. Idcirco in hoc tractatu numeri ſacrificiorum pro peccato ex debito offerendorum mentio fit, ut & holocauſtorum ex debito, ſed non dimidii debiti. Hæc ſcias velo, ne erres in eo quod nos in hoc tractatu diximus exempli gratia de dimidio debiti.

ב חטאת שנתערבה בעולה ועולה בחטאת אפילו אחד בריבוא ימותו כלם חטאת שנתערבה בחובה אין כשר אלא כמנין חטאות שבחובה וכן עולה שנתערבה בחובה אין כשר אלא במנין עולות שבחובה בין שהחובה מרובה והנדבה ממועטת בין שהנדבה מרובה והחובה ממועטה בין ששתיהן שוות :

2. Si ſacrificium pro peccato cum holocauſto mixtum fuerit, & contra, licet unum cum myriade commixtum ſit, omnia moriantur. Si ſacrificium pro peccato mixtum fuerit cum eo quod ex debito venit, id non eſt legitimum niſi in numero ſacrificiorum pro peccato ex debito. Pariter, ſi holocauſtum mixtum fuerit cum eo quod ex debito venit, id non eſt legitimum niſi in numero holocauſtorum ex debito venientium, ſive id quod ex debito venit, ſit majus, & oblatio ſpontanea minor, ſive contra ſe res habeat, ſive ambo ſint æqualia.

R. OB. DE BARTENORA.

אפילו אחד בריבוא ימותו כולם *Etſi unum cum myriade mixtum*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam ibi aliquoties expoſui in hocce libro quod ſi aliquod ſacri-

tum ſit, *omnia moriantur*, & non intercidit iſtud unum in plurima parte, quia pecora magni habenda ſunt, idcirco numerus eorum non intercidit in commixtione alius ſacrificii.

חטאת שנתערב בחובה *Si ſacrificium pro peccato mixtum fuerit cum eo quod ex debito venit*, ſi columbæ pullus vel turtur mixtus fuerit cum duobus pullis ex debito offerendis, qui ſunt pulli ſimpliciter a puerpera vel ſeminiflua offerendi, quorum unus pullus fit in holocauſtum, alter vero in ſacrificium pro peccato, ergo jam quinque aves ſimul commixtæ reperiuntur.

אין כשר אלא במנין חטאות שבחובה *Non eſt legitimum niſi in numero ſacrificiorum pro peccato ex debito*, ſed ex iſtis quinque avibus duæ tantum in ſacrificia pro peccato offerri poſſunt, hicce enim numerus in duobus nidis legitimus eſt ex debito. Nam ſi tria ſacrificia pro peccato paraverit ſacerdos, fieri poteſt ut iſta conficiat e duobus nidis, & non e pullo cum iſtis mixto; at de nidis duobus non plura quam duo ſacrificia pro peccato fieri poſſunt. Sed ne unum quidem holocauſtum fieri poteſt, quia ſacrificium pro peccato mixtum forſan accipiet.

וכן עולה שנתערבה בחובה *Et ſic etiam ſe res habet cum holocauſto quod mixtum eſt cum eo quod venit ex debito*, ſi columbæ pullus vel turtur pro holocauſto ſeparato mixtus ſit cum eo quod venit ex debito, tum numerus holocauſtorum duntaxat legitimus eſt, ſicuti expoſuimus de ſacrificio pro peccato. *Sive id quod ex debito venit ſit majus*, & *oblatio ſpontanea minor*, *ſive contra ſe res habeat*, ſi unus nidus pro holocauſtis ſeparatus mixtus fuerit cum nidis multis pro puerpera vel ſeminiflua offerendis, quorum unus nidus pro holocauſto fit, & alter pro ſacrificio pro peccato. Vel ſi nidus ex debito offerendus mixtus fuerit cum multis nidis in holocauſta offerendis. Vocat autem holocauſta ea quæ ſeparata ſunt in oblationem ſpontaneam, quia votiva & oblationes ſpontaneæ omnes in holocauſta offeruntur, quemadmodum Miſna dixit in principio tractatus in quo verſamur.

ſacrificium pro peccato mixtum ſit cum cæteris ſacrificiis, iſta omnia relinquantur donec ſponte obierint. Præterea quoque diximus quod חובה *debitum* ſit partim ſacrificium pro peccato & partim ſacrificium holocauſticum; נדבה *ſpontaneum* vero totum in holocauſtum, idcirco, ſi ſacrificium pro peccato ex avibus mixtum ſit cum aliis avibus quæ omnes ex debito offerendæ erant, quarum unum dimidium in ſacrificia pro peccato, & alterum in holocauſta offerendum eſt, uti dictum eſt, legitima ſunt, ſi e. g. quinquaginta fuerint, quæ ſunt numerus ſacrificiorum pro peccato, & quinquaginta unum reliqua; dicimus quod iſta avis quæ in ſacrificium pro peccato offertur, ſi mixta ſit cum quinquaginta, in holocauſtum offeratur. Pariter ſi id quod mixtum eſt, majus fuerit, ut ſi aves centum ſacrificii pro peccato mixtæ fuerint cum decem quæ ex debito offerendæ ſunt, e centum & decem quinque duntaxat legitimæ ſunt, quæ numerum ſacrificiorum ex debito offerendorum conficiunt, centum vero & quinque ſunt illegitimæ. Ita quoque ſe res habet cum holocauſto, ſi id cum pullis ex debito offerendis mixtum ſit, vel ſi pulli ſpontaneæ oblationis mixti fuerint, qui omnes in holocauſta offerendi ſunt, uti diximus; de hocce caſu dicit auctor, *ita quoque comparatum eſt cum holocauſto cum ſacrificio ex debito offerendo*, *mixto*, ſcil. cum pullis oblationis ſpontaneæ qui in holocauſta offerendi ſunt. Idcirco huic caſui annectit, dicendo, *ſive id quod ex debito venit*, *ſit majus*, & *oblatio ſpontanea minor*, *vel contra*; uti exemplo diximus de ſacrificio pro peccato quod cum ſacrificio debiti mixtum eſt. Horum vero omnium ſi dimidium unum ſupra & alterum infra peregerit, & duo ex debito oblata fuerint ut ſacrificium pro peccato, tum partim ſparget ſanguinem ſupra filum coccineum, & partim infra ipſum, hinc dimidium ſacrificii ex debito oblati erit legitimum.

ג במה דברים אמורים בחובה ובנדבה אבל בחובה שנתערבה זו בזו אחת לזו ואחת לזו שתים לזו ושתים לזו שלש לזו ושלש לזו מחצה כשר ומחצה פסול אחת לזו ושתים לזו ושלש לזו ועשר לזו ומאה לזו הממועט כשר בין משם אחד בין משני שמות בין מאשה אחת בין משתי נשים :

3. De quo hæc verba dicta ſunt? de debito & oblatione ſpontanea. Verum ſi debitum mixtum ſit, unus nidus cum altero, vel unus cum hoc, & unus cum illo, vel duo cum illo, & duo cum hoc, vel tres cum illo, & tres cum hoc, dimidium unum legitimum eſt, & alterum illegitimum. Si unus nidus cum uno, & duo cum altero, vel tres cum uno, & decem cum altero, & centum cum uno, minima pars legitima eſt, ſive unius, ſive duorum ſit nominum, ſive unius ſint mulieris ſive duarum.

R. OB. DE BARTENORA.

בחובה ובנדבה *De eo quod venit ex debito*, *deque oblatione ſpontanea*, ſi nidi ex debito offerendi, mixti quorum unum dimidium in ſacrificia pro peccato, & alterum in holocauſta offerri debet, mixti fuerint cum nidis oblationis ſpontaneæ, qui omnes deſtinantur holocauſto.

אבל בחובה שנתערבה זו בזו *Verum ſi id quod ex debito venit miſceatur hoc cum illo*, ſi nidus puerperæ vel ſeminifluæ mixtus fuerit cum nido alterius puerperæ & ſeminifluæ. *Unum dimidium legitimum eſt* & *alterum illegitimum*, & de quatuor commixtis duntaxat duos offeret, unum in holocauſtum, & alterum in ſacrificium pro peccato, & non plures. Si enim duo holocauſta paraverit, forſan illa ex uno fecerit nido, ſed ex uno nido ſimpliciter fit unum holocauſtum, & unum ſacrificium pro peccato.

הממועט כשר *Minima pars legitima eſt*, ſi nidus unus mixtus fuerit cum aliis tribus vel duobus, unus tantum offertur, unus pullus in ſacrificium pro peccato, & alter in holocauſtum. Sed duo holocauſta parare nequit, eo quod ſacerdos forſan ſumat nidum qui prius pro una parte offerendus erat, de quo unus pullus in ſacrificium pro peccato & alter in holocauſtum parari poteſt. Pariter, ſi decem nidi mixti fuerint cum centum, decem duntaxat de omnibus offerantur, unum dimidium in ſacrificium pro peccato & alterum in holocauſtum; reliqui vero illegitimi ſunt.

בין

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit auctor ſe jam ſuperius dixiſſe quod holocauſtorum numerus qui ex debito offertur, ſit legitimus duntaxat; idque ſolummodo intelligendum eſſe ſi nidi ſpontaneæ oblationis, e quibus omnibus fiunt holocauſta, mixti fuerint cum nidis ex debito offerendis, e quibus partim fiunt holocauſta & partim ſacrificia pro peccato; at ſi id quod ex debito offerendum eſt mixtum fuerit cum altero quod ex debito offerendum eſt, jus illius ſe habet ſicuti ubi dicam, ſi unum ſit tantum quantum eſt alterum, unum dimidium eſt legitimum & alterum illegitimum, quocunque fecerit modo. Nam ſi omnes nidos paraverit ſupra altare, tum dimidium holocauſto deſtinatum, eſt legitimum, & dimidium alterum ſacrificio pro peccato deſtinatum eſt illegitimum. Si vero omnes infra paraverit, omnia ſe contra habent, nam dimidium ſacrificio pro peccato deſtinatum eſt legitimum, & dimidium holocauſto deſtinatum, eſt illegitimum. Si vero unum dimidium ſacerdos paraverit ſupra, & alterum infra, tum dimidium ſupra paratum, eſt partim legitimum & partim illegitimum; ita quoque ſe res habet cum dimidio infra parato; verbi gratia, ſi nidi octo Rachelis mixti fuerint cum nidis octo Leæ, & ſacerdos omnes nidos ſimul ſumpſerit, eoſque partim infra, partim ſupra altare paraverit, tum quatuor ex octo ſupra paratis ſunt legitimi in holocauſta, & quatuor illegitimi. Sic etiam quatuor ex octo qui infra

parati

בין משם אחד *Sive unius ſint (mulieris) nominis*, omnes pro puerperis, vel omnes pro ſeminifluis, ſive pro una ſive pro duabus mulieribus offerendi. *Sive duarum*, ſcil. puerperæ & ſeminifluæ, ſive ad duas ſive ad plures mulieres pertineant, ſicuti deinceps exponitur.

parati ſunt, legitimi ſunt in ſacrificia pro peccato, hinc fiet ut pro Rachele duo ſacrificia pro peccato oblata ſint, & duo holocauſta; totidemque pro Lea. Pariter, ſe res habet in hocce caſu ſive ſacerdos rogaverit mulierem, quosnam nidos in ſacrificium pro peccato, & quosnam in holocauſta parabit; ſive non rogaverit, ſed ei tota res concredita fuerit. Verum ſi numerus unius major fuerit quam alterius, differentia eſt, nempe, ſi omnes pullos paraverit ſupra altare, vel omnes infra, unum dimidium legitimum eſt, alterum illegitimum neceſſario, perinde ac ſi numero ambarum æquales eſſent, & quaſi unaquæque ex ambabus obtuliſſet dimidium ſacrificiorum ipſius, ſecundum iſtud fundamentum quo id quod ex debito venit, partim in ſacrificium pro peccato & partim in holocauſtum offerri debet; ſacrificii autem pro peccato parandi locus eſt infra altare, holocauſti ſupra; ſin contra factum fuerit, male habet. Sive dimidium mixti unum paraverit ſuperius, & alterum inferius, tum diximus quod minimum ſit legitimum dummodo ſacerdos rogaverit, tum enim res ei non tradita cenſetur ut holocauſtum & ſacrificium pro peccato paret pro lubitu, minoris numeri domina ei dicere poterit quod dimidium ſupra paratum contineat ipſius holocauſtum, quia id minimum eſt, & quod dimidium infra paratum contineat ſacrificium pro peccato ipſius, quia id quoque minimum eſt, & quod ipſa hac in parte ſacerdoti nullam dedit facultatem. *Si unum cum altero*, *& decem cum alio*, *& centum cum alio*, non vult dicere quod *una avis*, *decem aves*, *& centum aves mixtæ fuerint*, ſed quod unus & decem nidi & centum nidi commixti fuerunt. Nidus autem vocatur pullorum par, cujus unus ſit in holocauſtum, & alterum in ſacrificium pro peccato. Poſtea dicit perinde comparatum eſſe cum hac mixtura, ſive ea ſit unius nominis & unius mulieris, vel unius nominis & duarum mulierum, vel duorum nominum, & unius mulieris, vel duorum nominum & duarum mulierum; hæc quatuor ſequenti Miſna exponit.

ד כיצד משם אחד לדה ולידה זיבה וזיבה משם אחד משני שמות לידה וזיבה כיצד שתי נשים על זו לידה ועל זו לידה על זו זיבה ועל זו זיבה משם אחד משני שמות על זו לידה ועל זו זיבה רבי יוסי אומר שתי נשים שלקחו קיניהם בעירוב או שנתנו דמי קיניהן לכהן לאיזה שירצה כהן יקריב חטאת ולאיזה שירצה כהן יקריב עולה בין משם אחד בין משני שמות:

4. Quomodo unius nominis? partus cum partu, ſeminifluxus cum ſeminifluxu vnius eſt nominis; duorum vero nominum, eſt partus cum ſeminifluxu. Quomodo? ſi duæ mulieres ſuper uno partu & ſuper altero, ſuper uno ſeminifluxu & ſuper altero adduxerint, id unius eſt nominis. Duorum vero nominum, ſi ſuper una ſit offerendum pro partu, & ſuper altera pro ſeminifluxu. R. Joſe dicit, ſi duæ mulieres nidos ſuos promiſcue acceperint, vel pecuniam eorum ſacerdoti dederint, quiſquis voluerit, offerat ſacrificium pro peccato, & quiſquis voluerit, offerat ſacrificium holocauſticum, ſive id unius ſit nominis ſive duorum.

R. OB. DE BARTENORA.

R. Joſe dicit, duæ mulieres ſi nidos ſuos promiſcue ſumpſerint, &c. initio non eſt quod putat R. Joſe dari electionem, & dicendum eſſe, quum ſacerdos unum nidum offert in nomine unius mulieris, quod res inverſo ordine exponitur, quia ab initio quo emtus eſt nidus iſte, ad ipſam pertinuit. Sed Gemara exponit capite tertio codicis de commiſtionibus Sabbaticis, quod R. Joſe loquitur de conditione quam inierunt dum emtio fiebat, ita ut ſacerdos parare poſſet pro muliere quemcunque nidum vellet, & pro quacunque muliere vellet; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Auctor Miſnicus exempla propoſuit pro toto hocce tractatu de Mulierum Sacrificiis, quia iſtæ ad nidos magis obligantur, nam mulieres æque ad illos tenentur ac viri, & puerpera additur viris, tum etiam quia fluxus ſeminis in fœminis vulgarior eſt quam in viris; deciſio eſt ſecundum R. Joſe.

פרק ב קן סתומה שפרח ממנה גוזל לאויר או שפרח בין המתות או שמת אחד מהן יקח זוג לשני פרח לבין הקריבות פסול ופוסל אחד כנגדו שהגוזל פסול ופוסל אחד כנגדו:

Caput 2. De nido ſimplici e quo unus pullus evolavit in aërem, vel evolaverit inter eos qui obierunt, aut ſi unus ex illis obierit, ſumet par pro ſecundo complendo. Si avolaverit inter eos qui offeruntur, reprobus eſt & reprobat unum reſpectu ipſius; pullus enim qui evolavit, reprobus eſt & reprobat unum reſpectu ipſius.

R. OB. DE BARTENORA.

קן סתומה *Nidus ſimplex*, de quo nondum dictum eſt an is in holocauſtum, an vero in ſacrificium pro peccato offeretur; & non requiritur ut hac in parte quid doceat de nido declarato quia ſatis notum eſt quod ſi unus pullus evolaverit, pro ſecundo ſumet par aliud, quia unus ab altero ſeparatus eſt, & quiſque ſuo gaudet nomine, ſed etiamſi nidus ſimplex ſit, in quo pulli adhuc conjuncti ſunt, & de quibus adhuc pronunciari debet cuinam ſacrificio deſtinati erunt, unde intelligi poſſet quod ſi unus evolaſſet, alter mori deberet, idcirco nos docet auctor rem ita ſe habere cum nido ſimplici.

או שפרח בין המתות *Aut ſi evolaverit inter mortuos*, inter nidos qui interficiendi ſunt, ut ſacrificium pro peccato quod cum holocauſto mixtum eſt, de quo capite primo dictum eſt quod omnes morte afficiendi ſunt pulli.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קן סתומה *Nidus ſimplex*, eſt ejuſmodi de quo nondum ſtatutum eſt quod unus pullus offeretur in holocauſtum, & alterum in ſacrificium pro peccato. או שפרח בין המתות *aut ſi evolaverit inter eos qui obierunt*, ſcil. inter nidos emortuos, de quibus capite primo dictum eſt, *ſi omnes obierint*. Iſte autem de pullo qui evolavit inter ſacrificia, ſcil. inter nidos clauſos, quorum pulli partim in holocauſta, partim in ſacrificia pro peccato offeruntur, ſi quid determinatum fuerit, jus illius ſe habet uti diximus, nempe ſi fuerit ſacrificium pro peccato, perit quicquid cum ipſo miſcetur, excepto numero ſacrificii pro peccato quod ex debito venit; eodem modo ſe res habet ſi holocauſtum ſit, uti diximus. Quia autem de hoc pullo nihil dictum eſt, an is in holocauſtum, an vero in ſacrificium pro peccato offerri debeat, ideo reprobat tantum unum duntaxat reſpectu ipſius; rem eam illu-

לבין הקריבות *Inter eos qui offerendi ſunt*, inter nidos obſignatos qui offerri debent. *Reprobus eſt & reprobat*, quia ſimplex eſt, & quia de ipſo non dictum eſt an ſit ſacrificium pro peccato, an vero holocauſtum, idcirco non reprobat, niſi unius reſpectu ipſius. illuſtrabimus, ſi hicce pullus mixtus fuerit cum centum qui omnes ex debito offerendi erant, & de omnibus iſtis quinquaginta & unus oblati fuerint ſupra altare, & quinquaginta infra, dicimus, ſi pullus mixtus ſit is qui ſuperius oblatus ſit, omnes centum legitimi ſunt, quia partim ſupra partim infra oblati ſunt, ſecundum debitum, ſi vero pullus infra oblatus ſit, quadraginta novem ſunt legitimi quia de iſtis centum ſunt quinquaginta holocauſta omnino legitima, & quadraginta novem ſacrificia pro peccato omnino neceſſaria; & hoc modo comparationem inſtituas, ſi quinquaginta & unus infra, & quinquaginta ſupra oblati ſint, omnino quinquaginta ſacrificia pro peccato erunt legitima, & quadraginta novem holocauſta; hinc conſtat quod unus reſpectu ipſius duntaxat reprobat, & illum ipſum reprobum eſſe. Nam ſi ſacerdos ipſum ſupra obtuliſſet, dicere poſſemus hunc forſan idoneum eſſe in ſacrificium holocauſticum. Poſtea exponit caſum de nido obſignato de quo pullus volavit in nidum obſignatum.

ב כיצד שתי נשים לזו שתי קנים ולזו שתי קנים פרח מזו לזו פוסל אחת בהליכתו חזר פוסל אחד הן בחזירתו פרח וחזר פרח וחזר לא הפסיד כלום שאפילו הן מעורבות אין פחות משתים :

2. Quomodo? ſi duæ ſint mulieres quarum uni duo ſunt nidi, & alteri duo, atque pullus ex uno nido ad alterum volaverit, unus reprobat in abitu ſuo. Si redierit, unum reprobat ſuo reditu. Si volaverit & redierit, idque aliquoties, nihil perdit, etſi enim mixti ſint, tamen non pauciores ſunt quam duo.

R. OB. DE BARTENORA.

פרח *Si volaverit*, ſi unus pullus volaverit ex uno nido in alterum, tum unus iſte reprobum reddit tranſitu ſuo e loco unde venit, atque ipſe pullus reprobus eſt, aut unus quoque pro ipſo quia mixtus eſt; quando enim una avis e duobus nidis ad alios duos nidos avolavit, tres aves ſeorſim ſunt, & quinque etiam, at e tribus non plures quam duæ offerri poſſunt, una in ſacrificium pro peccato, & altera in holocauſtum, nam ſi duas in holocauſta paraverit, tertia reliqua, & ea quæ avolavit, deſtinatæ erunt in ſacrificium pro peccato, jam vero de quinque offerri non poſſunt niſi duo tantum ſacrificia pro peccato, uti ſe habet jus ſacrificii pro peccato quod mixtum eſt cum debito. Nam primo capite jam diximus quod numerus ſacrificiorum ex debito venientium duntaxat legitimus ſit; ſed nec tertia avis reliqua offerri poteſt, quia eam quæ avolavit ad quinque, forſan offerent, eamque in ſacrificium pro peccato parabunt, & parem illius inter tres aves reliquam etiam parabunt in ſacrificium pro peccato, hinc duo fient ſacrificia pro peccato ex uno nido. Sic etiam e quinque avibus non plura quam duo offerri poſſunt ſacrificia pro peccato, & duo holocauſta, ſi enim ſacerdos tria ſacrificia pro peccato, vel tria holocauſta paraverit, forſan ea e duobus nidis fient ad unam mulierem pertinentibus; ſed e duobus nidis duo duntaxat ſacrificia pro peccato & duo holocauſta fieri poſſunt, hinc illa quæ avolavit, reproba eſt, vel alia pro ipſa quæ mixta eſt, atque ipſa aliam reddit ſicuti ipſa eſt e loco unde avolavit, atque ſeparavit.

חזר פוסל אחד בחזירתו *Si redierit, reprobum reddit unam ſuo reditu*, ſi una e quinque avibus volaverit in tres, jam erunt quatuor aves ab una & ab altera parte, & una erit reproba ſuo reditu e loco ex quo avolavit & ſe abſtraxit, ipſa vero atque aliæ erunt illegitimæ in loco ubi mixta fuit, idcirco e quatuor avibus ab una parte unum ſacrificium pro peccato & unum holocauſtum duntaxat offerri poſſunt, & ſic etiam eadem ſacrificia e quatuor ab altera parte. Nam iſta avis quæ volando redierit forſan e duobus iſtis nidis eſt, & non ea quæ prius mixta erat, hinc e duobus nidis tres aves reliquæ erunt, & ea quæ prius eo volaverit. Sic etiam ſe res habet in ſecundo loco, nempe ſi duo holocauſta paraverit in uno loco, & unum ſacrificium pro peccato, tum ea quæ avolavit ad ſecundum latus, parabitur in ſacrificium pro peccato, quia illic unum duntaxat ſacrificium pro peccato offerri poteſt, eo quod omnia tria ſacrificia pro peccato ex avibus ab utraque parte paratis, pertineant ad duos nidos unius fœminæ, idcirco in quolibet loco unum holocauſtum & duo ſacrificia pro peccato parabit, vel duo holocauſta & unum ſacrificium pro peccato ab una parte, & unum ſacrificium pro peccato ab altera parte, atque a tertia parte unum holocauſtum. Si vero denuo mixti fuerint perpetuo, non habent pauciores quam duos nidos qui legitimi ſunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scias id quod in omnibus hiſce caſibus dictum eſt וחזר *& redierit* non intelligendum eſſe quaſi avis iſta ipſa redierit, nam quamdiu illa adhuc eſt in hoc nido, nullum eſt damnum, ſed res ita intelligenda eſt quod poſtquam illa volaverit ex uno nido in alterum, una avis redit & in primum nidum volavit; hinc forſan ipſa prima rediit ad nidum ipſius, vel alia; ſi ergo Racheli, verbi gratia, duo ſint nidi, & duo Leæ, atque una avis e nido Rachelis volaverit ad Leæ nidum, hinc Lea acceperit quinque aves & Rachel tres, idcirco e quinque quas Lea accepit, tres duntaxat legitimæ ſunt, & duæ illegitimæ, una quæ e nido Rachelis volavit, & altera reſpectu ipſius, ſicuti expoſuimus, quia de iſtis quinque tres ab una parte offeret, & duas ab altera parte, ſcil. ſupra & infra. In loco autem in quo duæ paratæ ſunt, una ex illis eſt omnino legitima, quia iſte habet duas quæ ad ipſum pertinent in iſta parte. Sed in loco ubi tres aves paratæ ſunt, duæ ex illis omnino legitimæ ſunt; & hæc omnia ſatis clara ſunt, ſi intellexeris ea quæ diximus. Si vero una e quinque denuo evolaverit & cum tribus ad Rachelem pertinentibus mixta fuerit, tum unam Rachelis reditu ſuo perdidit, & Racheli duo duntaxat reliquæ erunt e quatuor. Sic etiam eadem avis reditu ſuo unam e tribus Leæ perdidit legitimis, & e quatuor reliquis duæ ſunt legitimæ, quia dicimus quod una ex ipſis ad Rachelem pertinet, quæ prius evolavit, & aliam reddit reprobam reſpectu ipſius, Leæ enim non plures quam tres legitimas habebat quando ei quinque erant aves. Verum cum illa redierit, quatuor habet Lea, & quatuor Rachel, & propterea ambæ æquales ſunt in caſu juris. Hinc fiet manifeſtum ipſam reditu ſuo unam Leæ, & unam Rachelis reprobam reddere. Poſtea dicit hoc jus de primo avis reditu duntaxat intelligendum eſſe, quo una unam, & altera alteram illegitimam reddit, reditumque ipſius volatu addere damno quod intulit. Quæque autem poſt iſtum reditum redierit, licet millies, non addit quicquam damno primo reditu illato, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *nil perdit*; nam quia rediit, idcirco duæ e quatuor in poteſtate Rachelis legitimæ ſunt, & duæ illegitimæ. Sic etiam illæ quæ ſunt in poteſtate Leæ, & quæ illis de mixtis ſucceſſerint, poſtea non quicquam addunt damno, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *etſi mixtæ fuerint*. Nam ſi res Leæ mixta fuerit cum re Rachelis, ita ut non conſtet quid ad Leam vel ad Rachelem pertinet, unum dimidium legitimum eſt, & alterum illegitimum, ſicuti dictum eſt capite primo. Cæterum dimidium legitimum conſtat quatuor avibus, duabus Leæ & duabus Rachelis; & hic ſenſus eſt illius quod dicitur *non pauciores quam duo*. Atque hoc ita ſe habet quia Miſna de duobus nidis agit; ſi vero numerum multiplicaverit, perdet in ſecundo reditu, & in tertia ac quarta ſecundum multitudinem numeri, ſicuti ſequens dicit Miſna. Præterea tibi exponam caſum cui tuto inniti poteris, nempe quod omnis avis tam prima quam ſecunda omnino illegitima ſit, & illegitimam reddat aliam reſpectu ipſius, donec remanſe-

rit

rit ea quæ numeri mixti dimidium eſt, nam ſi evolaverit & poſtea redierit, non addit quicquam damni, quia damni finis eſt, qui fieri potuit ob perfectam mixturam, ſed dimidium unum legitimum, & alterum illegitimum.

ג לזו אחרת לזו שתים לזו שלש לזו ארבע לזו חמש לזו שש לזו שבע פרח מן הראשונה לשניה לשלישית לרביעית לחמישית לששית לשביעית חזר פוסל אחד בהליכתו ואחד בחזירתו הראשונה והשניה אין להם כלום השלישית יש לה אחת הרביעית יש לה שתים החמישית יש לה שלש הששית יש לה ארבע השביעית יש לה שש פרח וחזר פוסל אחת בהליכתו ואחת בחזירתו השלישית והרביעית אין להם כלום החמישית יש לה אחת הששית יש לה שתים השביעית יש לה חמש פרח וחזר פוסל אחד בהליכתו ואחד בחזירתו החמישית והששית אין להם כלום השביעית יש לה ארבע ויש אומרים השביעית לא הפסידה כלום ואם פרח מבין המתות לכלם הרי כלם ימותו :

3. Si uni mulieri unus ſit nidus, & alteri duo, alteri tres, alteri quatuor, alteri quinque, vel alteri ſex, & alteri ſeptem, & ſi pullus a prima volaverit ad ſecundam, vel ad tertiam, ad quartam, vel ad quintam, vel ad ſextam, vel ad ſeptimam, & redierit, unum abitu ſuo illegitimum reddit, & unum reditu ſuo, & tum prima & ſecunda nihil habent, tertia vero unum, & quarta duos, quinta tres, ſexta quatuor, ſeptima ſex; ſi evolaverit & redierit, unum illegitimum reddit abitu ſuo, & unum reditu; tertia autem & quarta mulier nihil habent, ſed quinta unum, ſexta duos, ſeptima quinque. Si evolaverit & redierit, unum abitu ſuo illegitimum reddit, & alterum reditu, tum quinta & ſexta nihil habent, ſed ſeptima quatuor. Nonnulli dicunt, ſeptima nil perdit, & ſi evolaverit ex iis qui mori debent ad omnes, tum omnes moriuntur.

R. OB. DE BARTENORA.

לזו אחת לזו שתים *Si huic mulieri unus ſit nidus, & illi duo*, ſi a muliere prima avolaverit pullus ad ſecundam, iſte unus qui in principio remanſit, ſtatim reprobus factus eſt, ſi enim ſacerdos illum in ſacrificium pro peccato paraverit, ille qui avolavit, deſtinatus eſt in holocauſtum; & is qui ad ſecundam avolavit, offerri nequit, neque cum aliis nidis quibuſcum commixtus eſt, niſi dimidium offeratur in holocauſta, ut holocauſtum quod mixtum eſt cum debito. Si a ſecunda avolaverit ad tertiam, forſan e pullis mulieris ſecundæ volavit, & is qui a prima avolavit, illic manſit apud ſecundam, ergo de ſecundæ mulieris pullis non plures quam duo pulli parari poſſunt, unus in ſacrificium pro peccato, & alter in holocauſtum. Nam ſi duos in holocauſta paraverit, forſan e pullis ſecundæ mulieris eos paravit; & ſi ita ſe res habeat, iſte qui avolavit ad tertiam, deſtinatus erit ſacrificio pro peccato; at hoc fieri nequit; ſed dimidia ex parte duntaxat in ſacrificia pro peccato offerri poteſt, & non plus. Sic etiam ſi a tertia volaverit ad quartam, forſan e pullis tertiæ mulieris eſt is qui avolavit, ita ut apud hanc non plures quam quinque pulli reliqui fuerint, & unus de ſecunda ad quam volavit, e tertiæ mulieris pullis igitur duo ſacrificia pro peccato, & duo holocauſta fieri poſſunt, propter pullum cum quartæ mulieris pullis mixtum. Pariter, ſi a quarta volaverit ad quintam, apud quartam mulierem duntaxat tria ſacrificia pro peccato, & tria holocauſta fieri poſſunt, ita quoque ſe res habet ſi a quinta ad ſextam volaverit, apud quintam parabit quatuor ſacrificia pro peccato, totidemque holocauſta. Si a ſexta ad ſeptimam volaverit, apud ſextam quinque ſacrificia pro peccato, & totidem holocauſta duntaxat fieri poſſunt; ſi enim ſex holocauſta paraverit, is qui avolavit ad ſeptimam, deſtinatus erit ſacrificio pro peccato; at apud ſeptimam duntaxat ſeptem holocauſta fieri poſſunt, abſque ullo holocauſto. Si redierit a ſeptima, & unus volaverit ad ſextam, forſan non eſt iſte qui avolavit a ſexta, nec e mulieris ſeptimæ pullis, idcirco apud ſeptimam duo pulli reprobi erunt; ſex vero ſacrificia pro peccato & totidem holocauſta fieri poſſunt, ſi enim ſeptem ſacrificia pro peccato paraverit ſacerdos, iſte qui avolavit ad ſextam mulierem, deſtinabitur holocauſto, & holocauſta tantum offerri poſſunt ex uno pullorum dimidio, alterum vero eſt illegitimum, ſicuti eſt jus holocauſti quod cum debito mixtum eſt. Si a ſexta volaverit ad quintam, hoc reditu reprobus factus eſt præterea alter nidus, tum apud ſextam mulierem tantum quatuor ſacrificia pro peccato & quatuor holocauſta fieri poſſunt, quia a ſexta forſan avolavit unus pullus ad ſeptimam & unus ad quintam ſuo reditu, ita ut decem pulli tantum reliqui fuerint e pullis ſextæ mulieris, ſi vero quinque holocauſta & quinque ſacrificia pro peccato paraverit, forſan duo pulli qui avolaverint ex ipſa, ambo in holocauſta oblati fuerint, & ſi ita ſe res habeat e ſex nidis ſeptem fiunt holocauſta, vel ambo in ſacrificia pro peccato; at e ſex nidis tantum ſex holocauſta & ſex ſacrificia pro peccato fieri poſſunt. Porro, ſi a quinta ad quartam, a quarta ad tertiam, a tertia ad ſecundam mulierem volaverit, tertia mu-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Notum eſt quod in poteſtate primæ mulieris duæ erant aves, quatuor in poteſtate ſecundæ, & quatuordecim in poteſtate ſeptimæ, nam nidos duntaxat numeramus, uti diximus. Nam ſi a prima muliere ad ſecundam volaverit avis, ipſa reproba eſt & unam reprobam reddit reſpectu ipſius, hinc in poteſtate mulieris primæ remanet una avis, & tres aves legitimæ e quinque remanent in poteſtate ſecundæ, uti expoſuimus. Si vero una avis a muliere ſecunda volaverit ad tertiam, apud ſecundam reprobam reddit avem unam, & unam apud tertiam, hinc apud ſecundam duæ legitimæ duntaxat remanebunt, & tertia mulier unam avem perdet. Si a tertia muliere volaverit ad quartam, unam avem reprobam reddidit in tertio, & unam in quarto nido, hinc tertia mulier unum nidum, & quarta unam avem perdet. Si a quarta ad quintam volaverit, quarta perdet ſecundam avem, & deficiet nidus unus; quinta vero unam perdet. Si ad ſextam volaverit, quinta unum perdit nidum, & ſexta unam avem. Si a ſexta ad ſeptimam volaverit, ſexta perdit nidum, & ſeptima avem. Si redierit a ſeptima ad ſextam, ſeptima ſecundam avem perdit, & unum quoque nidum, & in nido ſexto perditam reddidit unam avem quando eum intrabat. Si redierit ad quintum, ſexta perdit unam avem, & quinta quoque unam, hinc ſexta perdet nidum ſecundum. Sic etiam ſi a quinto ad quartam redierit, quinta perdit nidum ſecundum. Si vero a quarta ad tertiam redierit, quarta perdit nidum ſecundum. Si a tertio ad ſecundum redierit, tertia perdit ſecundum nidum. Si a ſecunda ad primam redierit, ſecunda perdit nidum ſecundum, ſive eum qui in poteſtate illius remanſerit. Pariter prima mulier perdit avem quæ in poteſtate illius erat dum hæc intrabat nidum. Hinc tibi conſtabit quomodo prima & ſecunda mulier perdunt quicquid haberent, & ſeptima duntaxat unum nidum; quæ vero ſunt inter ſecundam & ſeptimam, eæ ſingulæ duos nidos perdunt, ſive quatuor aves; dum enim una avis in alias intrat, unam ex illis perdit, & dum egreditur, perdit alteram avem; idcirco ſemper unum perdit nidum ingrediendo & egrediendo. Ad ſeptimam vero mulierem intravit avis, ſed ab ipſa ſemel tantum exiit, & reliquæ bis; deciſio non eſt ſecundum aliquos qui dicunt &c.

lier duos tantum habet pullos, unum in ſacrificium pro peccato, & alterum pro peccato. Si vero dixeris, quare tertia perdat duos, quandoquidem ex iis qui ad ſecundam volaverunt reditu ſuo, non offeruntur, ſicuti dicit Miſna quod ſecunda nihil habet, dicamus potius quod tertia duos habet nidos, & ſecunda nihil, vel quod ſecunda unum habet nidum, & tertia quoque unum? reſp. quandoquidem in nidis reliquis ſcil. a quarta & deinceps, duo nidi fiunt reprobi, unus abitu pulli & alter reditu, id etiam de muliere tertia decrevimus. Sed apud ſeptimam unus nidus tantum illegitimus fit, quia unus pullus tantum ex ipſo aufugit reditu ſuo, nam abitu ipſius nullus reprobus factus eſt, & idcirco nihil deeſt. *Si volaverit & redierit*, hoc non ad primam neque ad ſecundam mulierem referendum eſt, quia nihil habent, ſed quod mori debeant omnes; ſi unus ex ipſis volaverit in reliquos nidos, omnes moriantur, ſicuti ſtatim dicit Miſna. Sed hoc ad tertiam referendum eſt, ſi ex ipſa volaverit ad quartam, & ab hac ad quintam, & ab hac ad ſextam, & ab hac ad ſeptimam, atque a ſeptima redierit ad ſextam, & ſic porro uſque ad tertiam, tum de ſeptima perierunt duo pulli, unus in primo reditu, & alter in ſecundo, ergo apud ſeptimam non plures quam quinque in holocauſtum, & quinque in ſacrificium pro peccato legitimi ſunt pulli, ſi enim ſex holocauſta paraverit ſacerdos, forſan duo qui ex ipſo avolarunt, in holocauſta oblati erunt, & ita octo erunt holocauſta; at in ſeptem nidis non plura quam ſeptem erunt holocauſta. Sextæ autem mulieri quatuor pulli deficient, duo in abitu primo redituque, & duo in ſecundo, relictis duobus nidis legitimis. Nam ſi tria paraverit holocauſta, forſan quatuor ex illo nido pulli, parabuntur in holocauſta, & ita ſeptem erunt holocauſta, at in ſex nidis non plura quam ſex holocauſta erunt. Sic etiam e nido quinto duntaxat unus legitimus erit in holocauſtum, & unus in ſacrificium pro peccato. Sed nonnemo objicere potuiſſet, quod cum quartæ mulieri nihil ſit, apud quintam tria holocauſta offerri poſſint, & tria expiatoria pro peccato, quia non offeruntur illi qui ſunt apud quartam. Et quia apud quintam unus eſt tantum, duo holocauſta offerri poſſunt apud quartam, & duo ſacrificia pro peccato; idcirco de abitu & reditu decernimus duos nidos. Pariter, ſi tertia vice avolaverit & redierit, nihil habent, ſeptimo excepto qui habet quatuor, idcirco decernimus duos nidos pro toto abitu & reditu. *Sunt qui dicunt, ſeptima nihil perdit*, nempe abitu & reditu tertio, ſed quinque nidi ſemper offeruntur ex ipſo, quia tres pulli ex ipſo avolaverunt ad ſummum, & undecim pulli apud ipſam remanent, e quibus quinque fiunt ſacrificia pro peccato, & totidem holocauſta, quandoquidem ſexta nihil habet; ſed hic non decernimus de volatu hujus, ſicuti de reliquorum nidorum volatu, nam quia nullo volatu quicquam perdit iſte, idcirco de reditu ipſius nihil decretum eſt; deciſio non eſt ſecundum iſtos qui dicunt &c.

ד קן. סתומה וקן מפורשת פרח מן הסתומה למפורשת יקח זוג לשני חזר, או שפרח מן המפורשת ראשון הרי כלן ימותו:

4. Si nidus ſimplex ſit & declaratus, & pullus ab ſimplici avolaverit ad declaratum, pro ſecundo ſumatur par. Si redierit vel volaverit a declarato prius, omnes moriuntor.

R. OB. DE BARTENORA.

קן סתומה *Nidus ſimplex ſive obſignatus*, de quo non declaravit proprietarius quinam pullus in ſacrificium pro peccato, quinam vero pro holocauſto parabitur a ſacerdote. קן מפורשת *nidus declaratus*, etenim notum eſt hunc eſſe holocauſto & ſacrificio pro peccato deſtinatum. Hic autem ſermo eſt de caſu in quo ambo pulli mixti fuerint ſimul, poſtquam de illis dictum eſt cui ſacrificio deſtinati erunt, nunc autem nondum conſtabat quinam pullus holocauſto, quinam vero ſacrificio pro peccato addictus ſit, ita notatur in fine Miſnæ, quando dicit, *vel ſi e nido declarato prius avolaverit, omnes moriuntor.* Si vero non mixti fuerint pulli declarati inter ſe, quare moriantur? ſi holocauſtum avolaverit, ſacrificium pro peccato reliquum offeretur, & e nido ſimplici unus pullus offeretur in holocauſtum, propter holocauſtum quod cum illo mixtum eſt? reſp. ſed hic ſermo eſt de caſu in quo pulli declarati mixti fuerunt inter ſe. Si unus pullus e nido ſimplici ſive obſignato avolaverit in nidi declarati pullos, pro ſecundo ſumatur par aliud, & declaretur unus in ſacrificium pro peccato, & alter in holocauſtum; & tres qui mixti fuerint, moriantur omnes. Si unus e tribus commixtis redierit, & commixtus fuerit cum uno e nido ſimplici; vel ſi in principio avolandi ſe miſcuerit pullus nidi declarati cum pullo nidi ſimplicis, omnes intereant, nam cum pulli declarati inter ſe commixti ſint, jam non offeruntur, & quando unus eorum ad alium locum avolaverit, hic unus eſt ex iis qui intereant, quia volavit inter eos qui offeruntur, idcirco omnes intereant.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קן מפורשת *Nidus expoſitus*, de quo expoſitum eſt quiſnam pullus parabitur holocauſto, & quiſnam pro ſacrificio pro peccato. Cæterum quod Miſna dixit pro ſecundo ſumendum eſſe par aliud, eumque qui mixtus eſt cum ſacrificio pro peccato, & cum holocauſto, reprobum eſſe, at non reddere reprobum reſpectu ipſius, quia holocauſtum, & ſacrificium pro peccato cognoſci poſſunt, idcirco offerunt ipſum cum quocunque mixtus fuerit, nam ipſe reprobus eſt, ſicuti expoſitum eſt.

חזר או שפרש מן המפורשת ראשון *Si redierit aut ſeparaverit ſe a declarato prius*, ſi dubium fuerit, & nobis non conſtiterit, an a ſacrificio pro peccato, an vero ab holocauſto avolaverit. Sed quum nobis de re conſtiterit, ſe jus habet uti diximus capite primo, quod ſi ſacrificium pro peccato avolaverit, numerus ſacrificiorum pro peccato e nido obſignato legitimus eſt, ſi vero ab holocauſto avolaverit, numerus holocauſtorum legitimus eſt; & quia nobis non certo conſtat, idcirco abſque dubio moriuntor.

ה חטאת מיכן ועולה מיכן וסתומה באמצע פרח מן האמצע לצדדין אחד הלך ואחד הלך לא הפסיד כלום אלא יאמר זה שהלך אצל חטאות חטאת וזה שהלך אצל עולות עולה חזר לאמצע האמצעיים ימותו אלו יקרבו חטאות ואלו יקרבו עולות חזר או שפרח מן האמצע לצדדין הרי כולן ימותו אין מביאין תורין כנגד בני יונה ולא בני יונה כנגד תורין כיצד האשה שהביאה חטאתה תור ועולתה בן יונה תכפול. ותביא עולתה תור (עולתה תור וחטאתה

5. Si ſacrificium pro peccato ſit ab una parte, & holocauſtum ab altera, atque in medio nidus ſimplex, & ſi volaverit e medio ad latera, unus ad hoc, & alter ad illud latus, nihil perdidit; at dicet, is qui fuit cum ſacrificiis pro peccato, ſit ſacrificium pro peccato; qui cum holocauſtis, is ſit holocauſtum. Si redierit ad medium, medii pulli intereant, at hi offerantur in ſacrificia pro peccato, illi in holocauſta. Si redierit vel volaverit e medio ad latera, omnes iſti intereant. Non adducuntur turtures pro columbæ pullis, nec contra; quomodo? ſi mulier adduxerit in ſuum ſacrificium pro peccato turturem, & columbæ pullum in holocauſtum, duplicabit, & turturem adducet in holocauſtum. Si tur-

וחטאתה בן יונה תכפול ותביא עולתה) בן יונה
בן עזאי אומר הולכין אחר הראשון האשה שהביאה
חטאתה ומתה יביאו היורשין עולתה עולתה ומתה
לא יביאו היורשין חטאתה:

turturem in holocauſtum, & columbæ pullum in ſacrificium pro peccato, duplicabit, & in holocauſtum adducet columbæ pullum. Ben Azai dicit, ſequuntur primum. Si mulier adduxerit ſacrificium pro peccato, & ea obierit, hæredes ipſius adducant holocauſtum. Si holocauſtum, hæredes ipſius non adducant ſacrificium pro peccato.

R. OB. DE BARTENORA.

חטאת מכאן *Sacrificium pro peccato ab hac parte*; ſi unus pullus in ſacrificium pro peccato declaratus ſit ab hoc latere, & alter pullus in holocauſtum declaratus ſit ab iſto latere, in medio autem duo pulli e nido clauſo, & poſtea unus pullus e mediis volaverit ad latus dextrum, & alter ad ſiniſtrum, non perdit quicquam; is enim qui mixtus eſt cum ſacrificio pro peccato, fit ſacrificium pro peccato, qui vero cum holocauſto, is fit holocauſtum, at non ſacrificium pro peccato, ne forſan ex holocauſto declarato fiat.

חזר לאמצע *Si redierit in medium*, ſi unus pullus redierit ab hoc, & alter ab iſto latere redierit, & ſi mixti fuerint, moriuntor, quia ſacrificium pro peccato & holocauſtum mixta fuerunt; qui autem pulli ſeorſim manſerunt, ii offeruntur ſecundus jus ipſorum.

חזר מן האמצע לצדדין *Si redierit e medio ad latera*, tum mixta ſunt ſacrificia pro peccato & holocauſta, idcirco omnes moriantur. *Non adducunt turtures pro columbæ pullis*, ſed ambo turtures aut ambæ columbæ eſſe debent. *Duplicabit & in holocauſtum columbæ pullum offeret*, uti eſt caſus de ſacrificio pro peccato, quia ſacrificium pro peccato eſt principale, ſive id prius, ſive poſterius ſeparatum fuerit. *Sequuntur primum*, & ſecundum pullum non adducunt, niſi de ſpecie quam ſeparavit prius, ſive primus pullus ſit ſacrificium pro peccato, ſive holocauſtum; deciſio non eſt ſecundum doctorem primum. *Hæredes non adducunt ipſius ſacrificium pro peccato*, quia eſt ſacrificium pro peccato cujus dominus obiit; ſi non ob hanc rationem factum fuerit, adduxiſſent ſacrificium pro peccato, etſi holocauſtum prius oblatum fuerit, & quamvis in omni loco ſacrificium pro peccato præcedat holocauſto, nihilominus tamen hoc duntaxat fit ad præceptum promovendum, & non ad impediendum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si redierint in medium, nempe, ſi cum holocauſto mixtum ſit, ſacrificium pro peccato, moriuntor. Pariter ſi e medio redierint ad latera, omnes pulli moriuntor, quia holocauſtum forſan ad ſacrificium pro peccato volaverit, vel contra.

פרח מן האמצע לצדדין *Si a medio volaverit ad latera*, nempe ſi volaverit ad unum latus in quo erant ſacrificia pro peccato, vel holocauſta, & illinc ad latus aliud, quia ſacrificium pro peccato jam mixtum eſt cum holocauſto; idcirco omnes iſti pulli moriuntor, ſicuti in principio codicis oſtenſum eſt. Doctor primus ſequitur ſacrificium pro peccato, quia Lex ipſum præmiſit, quemadmodum expoſitum eſt capite decimo codicis de Sacrificiis. Ben Azai ſequitur ſpeciem illius quod prius ſeparatum eſt, ſive ea conſtat ſacrificio pro peccato, ſive holocauſto; deciſio eſt ſecundum doctorem primum.

פרק ג במה דברים אמורים בכהן נמלך אבל
בכהן שאינו נמלך אחת לזו ואחת לזו שתים לזו
ושתים לזו שלש לזו ושלש לזו עשה כולן למעלה
מחצה כשר ומחצה פסול כולן למטן מחצה כשר
ומחצה פסול חציים למעלה וחציים למטה את
שלמעלה מחצה כשר ומחצה פסול ואת שלמטן
מחצה כשר ומחצה פסול:

Caput 3. De quo dicta ſunt hæc verba? de ſacerdote quærente. At vero de ſacerdote non quærente, ſi una habeat unum, & altera unum, vel una duos, & altera duos, vel una tres & altera tres, atque iſti omnes ſupra parati fuerint, unum dimidium eſt legitimum, alterum vero illegitimum. Vel omnes inferius, unum dimidium legitimum & alterum illegitimum. Si dimidium unum paratum ſit ſupra, & alterum infra eos qui ſupra parati ſunt, partim legitimi ſunt, & partim illegitimi, qui vero infra, ii partim legitimi, partim illegitimi ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

במה דברים אמורים בכהן נמלך *De quo dicta ſunt hæc verba? de ſacerdote quærente*, hæc ad primum caput referenda ſunt, ſenſus autem hic eſt ac ſi diceret, de quo dicta ſunt iſta verba quod ſi ſacrificium pro peccato cum holocauſto mixtum ſit, omnes pulli intereant? pariter, ſi una mulier habeat unum nidum & altera duos, & tertia tres, minima pars legitima eſt; quod intelligendum eſt de ſacerdote qui quæſivit de jure pullorum offerendorum. Verum ſi ſacerdos non quæſiverit, at ſponte nidum integrum paraverit ſuper filum, qui ad unam pertineat mulierem, tum holocauſtum eſt legitimum, at ſacrificium pro peccato illegitimum. Si vero integrum nidum paraverit infra filum, ſacrificium pro peccato legitimum eſt, holocauſtum vero illegitimum. Propterea, ſi una habeat unum, & altera unum, vel unicuique ſunt duo, atque iſti omnes ſupra parati fuerint, dimidium unum eſt legitimum, & in holocauſta offertur, alterum vero illegitimum, & in ſacrificia pro peccato offertur. Si vero omnes paraverit infra, ſacrificia pro peccato legitima ſunt, holocauſta autem illegitima. Primum caput totum agit de eo qui de induſtria fecerit, ſed hoc caput de eo qui ex ignorantia fecerit. Et ſi uni ſit nidus unus, & alteri duo, uti diximus ſuperius de ſacerdote qui rogavit in quo nomine ſacrificium fiet, minima pars legitima eſt; hic vero ubi de ſacerdote

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ea quæ hic dicuntur in ſpecie, referenda ſunt ad capitis tertii Miſnam primam, ubi dicitur, *minimus numerus legitimus eſt*, idcirco dicit auctor hæc de ſacerdotibus intelligenda eſſe, quærentibus, an unum dimidium pullorum ſuperius, & alterum inferius paratum ſit. Si vero ſacerdos ſine quæſtione proprietarii ſponte paraverit ſupra & infra, maximus numerus legitimus eſt. Et rationem addit, nempe quod cum tota mixtura dividi poſſit, & ex pullis mulieris in duobus dimidiis nulli ſint ſimul, atque unum dimidium ſupra, alterum infra paratum ſit, unum dimidium legitimum, alterum vero illegitimum eſt, quia dicimus forſan pullos unius omnes ſupra aut infra paratos eſſe, idcirco dimidium eſt legitimum. Et hoc fieri poteſt quando numerus æqualis eſt, ita ut dividi poſſit in duo dimidia, quorum unum ſupra, alterum infra offertur. At ne dimidium pullorum ſupra oblatorum, & dimidium infra oblatorum unius ſint mulieris, ſed ii forſan omnes ad unam mulierem pertineant, vel dimidia pars, quæ parata eſt ad alterutrum latus. Quando autem tota nequit dividi mixtura & partim ſupra, partim infra parari, ſed quum unius mulieris pulli jam ſupra & infra altare parati ſunt, plurima pars legitima eſt, quia domina plurimæ partis eſt ea cujus pulli ſupra & infra parati ſunt; ſed hic procul dubio eſt numerus qui major eſt alte-

cerdote qui non rogavit, maxima pars legitima eſt, quia dimidium unum ſupra, alterum vero infra paratum eſt; quomodo? ſi ex illius quæ unum habet nidum, paraverit ſupra altare, & e duobus nidis alterius mulieris unum pullum ſupra paraverit, ita ut dimidium eorum ſupra paratum fuerit & tres pulli infra remanſerint, duo holocauſta ſupra legitima ſunt, & duo infra, hinc duo nidi legitimi erunt, & tertius illegitimus, & hoc eſt quod dicitur, plurima pars legitima eſt. Pariter ſi duos habet una, & tres altera, e duobus nidis quatuor pulli ſupra parati ſunt, &, ſi præterea ſumpſerit pullum unum e tribus nidis, qui ſunt quinque nidi ſupra parandi, & totidem infra, in quinque pullis ſupra paratis tria fient holocauſta, & tria ſacrificia pro peccato ex altero. Senſus eorum quæ dicta ſunt, hic eſt, ſi Racheli duo ſint pulli, & Leæ quatuor, atque hi omnes mixti fuerint, e quibus tres ſupra & tres infra oblati ſunt, tum quatuor pullis Leæ neceſſario aliqui parati erunt ſupra & infra; & quia iſti ad duo latera parati ſunt, dixerunt ipſius pullos omnes legitimos eſſe, & holocauſtum eſſe ſi unus ex iſtis ſuperius paratus fuerit, ſi inferius, ſacrificium pro peccato, quandoquidem ſacerdos non quæſivit a domina, nec ab ipſa licentiam accepit, quemadmodum verba noſtra confirmamus de ſacerdote qui non quæſivit a domina quos pullos in holocauſtum vel in ſacrificium pro peccato offerret, ſed qui pro lubitu ſuo fecerit. iis qui infra parati ſunt, qui ſunt tres nidi legitimi, & hic ſenſus eſt illius quod dicitur, *plurima pars legitima eſt.* At vero ſi decem ab una muliere ſumpſerit & centum ab altera, hoc modo res non procedet, quia pares ſunt. Sed neceſſario dicendum eſt id quod noſtra dicit Miſna, nempe, quod plurima pars ſit legitima; duntaxat referendum eſſe ad iſta verba, ſi unus hujus mulieris, & duo ſint alterius &c. qui non ſunt pares. Quia vero Miſna ſuperius dixit hoc modo, quod minima pars legitima ſit, idcirco eodem modo dicit plurimam partem eſſe legitimam, ſi ſacerdos non rogaverit quo titulo pullos parabit. Nihilominus ſi decem ab hac muliere ſumpſerit ſacerdos, & centum ab illa, plurima pars legitima eſt, quia decem nidi duntaxat reprobi facti ſunt ab ipſo, quia omnes nidi forſan unius mulieris ſupra altare parati ſunt, & ſacrificia pro peccato illegitima facta, tum decem nidi integri neceſſario reprobi erunt. *Eorum qui ſupra parati ſunt dimidium unum legitimum eſt, alterum vero illegitimum*, quia nidum integrum ſacerdos ſupra paravit, & quia nidi iſti ad duas mulieres pertinent, idcirco unum in ſocietate adducent inita inter ipſos conditione, ſi e primo nido paratum ſit holocauſtum pro Lea, in ſecundo continetur ſacrificium pro peccato Leæ, vel contra. Hoc intelligendum eſt ſi nidus unus a ſacerdote ſupra altare paratus fuerit; at ſi diviſerit nidos, atque unum pullum ſupra, alterum vero infra paraverit, omnia legitime ſe habent, quia dicimus holocauſtum ſupra paratum eſſe, & ſacrificium pro peccato infra, quia ſacerdotis opere nidi exponuntur.

ב אחת לזו ושתים לזו ושלש לזו ועשר לזו ומאה לזו עשה כולן למעלה מחצה כשר ומחצה פסול כולן למטן מחצה כשר ומחצה פסול חציין למעלה וחציין למטן המרובה כשר זה הכלל כל מקום שאתה יכול לחלוק את הקנים ולא יהו משל אשה אחת בין מלמעלן בין מלמטן מחצה כשר ומחצה פסול כל מקום שאי אתה יכול לחלוק את הקנין עד שהוא משל אשה אחרת בין מלמעלן בין מלמטן המרובה כשר:

2. Si huic mulieri ſit nidus unus, iſti duo, illi tres, alii decem, & alii centum, atque hi omnes ſupra parati fuerint, partim legitimi, & partim illegitimi ſunt. Si omnes infra, partim legitimi, partim vero illegitimi ſunt. Si partim infra, partim ſupra parati fuerint, plurima pars legitima eſt; hæc regula ſit generalis, quando nidi dividi poſſint, & ii non ſint unius mulieris, ſive ſupra, ſive infra parati fuerint, partim legitimi, partim illegitimi ſunt. Quando autem dividi nequeunt nidi, quia unius ſunt mulieris, ſive ſupra, ſive infra altare parati fuerint, plurima pars legitima cenſetur.

R. OB. DE BARTENORA. *Hæc regula ſit generalis, quando nidi dividi poſſunt, & ii non ſint unius mulieris &c.* nempe unius mulieris nidus dividi nequit in duos, ſed ſi unius mulieris nidus ſupra, alterius vero infra altare paratus ſit, partim legitimi, partim illegitimi ſunt. Quando autem dividi nequeunt nidi, nempe ut unus pertineat ad unam mulierem, & alter ad alteram, quia alterutrius mulieris pulli ſupra & infra parati ſunt, plurima pars legitima eſt, quemadmodum expoſuimus.

ג חטאת לזו ועולה לזו עשה (ס"א) כלן למעלן מחצה כשר ומחצה פסול כולן למטן מחצה כשר ומחצה פסול חציין למעלן וחציין למטן שתיהן פסול שאני אומר חטאת קריבה למעלן ועולה למטן:

3. Si huic ſit ſacrificium pro peccato, & illi holocauſtum, & omnia ſupra parata ſint, partim legitima, partim illegitima ſunt. Si omnia infra, partim legitima, partim illegitima ſunt. Si partim ſupra, partim infra parata fuerint, ambo illegitima ſunt, quia ego dico ſacrificium pro peccato ſupra oblatum eſſe, & holocauſtum infra.

R. OB. DE BARTENORA.

חטאת לזו ועולה לזו *Si huic ſit ſacrificium pro peccato, & huic holocauſtum*, hæc quoque referenda ſunt ad ea quæ Miſna ſuperius dixit capite primo, nam ſi holocauſtum cum ſacrificio pro peccato mixtum eſt, vel contra, omnes pulli intereant. Sed hoc intelligendum eſt de eo qui conſuluerit aliquem, ſi vero ſacerdos neminem conſuluerit de mixtura, & unum nidum infra, alterum vero ſupra paravit, unum dimidium legitimum, alterum vero illegitimum eſt. Et quamvis conſuluerit aliquem, tamen ei dicimus, non offeres, ſicuti Miſna dicit, omnes intereant; hic autem ubi non conſuluit, dicimus quod unuſquiſque pullus ſit paratus ſecundum jus, & rem ſe recte habere.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hic plane nulla eſt mixtura, nam ſi mixtura eſſet, jus eſſet ut omnes pulli morerentur, uti diximus. Sic hic dubium ortum eſt, quoſnam ſacerdos ſupra paraverit, quoſnam vero infra: & hæc intelligas volo.

ד חטאת ועולה וסתומה ומפורשת עשה כולן למעלן מחצה כשר ומחצה פסול כולן למטה מחצה כשר.

4. Si ſit ſacrificium pro peccato, holocauſtum, ſimplex, & declaratum, atque omnia ſuperius parata fuerint, partim legitima, partim illegitima ſunt.

כשר ומחצה פסול חציין למעלן וחציין למטן (נ"ל) אין כשר אלא סתומה והיא מתחלקת ביניהן:

ſunt. Si partim ſupra, partim infra parata fuerint, ſimplex duntaxat illegitimum eſt; aliud vero dividendum eſt inter illas.

R. OB. DE BARTENORA.

חטאת ועולה סתומה ומפורשת *Sacrificium pro peccato, holocauſtum, ſimplex, & declaratum*, hoc ſenſu, ſi duæ mulieres tres nidos emerint, & una ſacrificium holocauſticum ſibi parari voluerit & nidum integrum, ex quo duo holocauſta & unum ſacrificium pro peccato fieri poſſunt; altera vero ſibi parari voluerit ſacrificium pro peccato & nidum integrum, ex quo duo ſacrificia pro peccato, & unum holocauſtum fieri poſſunt. Et porro iſti ſacerdotes unius nidi pullum declaraverint in holocauſtum pro hac muliere, & alterum pro illa in ſacrificium pro peccato, uno autem nido obſignato relicto, de quo non declaratum eſt quinam pullus in holocauſtum, quinam vero in ſacrificium pro peccato paretur; ſed de tertio declaraverint quinam pullus in holocauſtum, & quinam in ſacrificium pro peccato paretur; verum proprietarii non declaraverint: hinc ſacrificium pro peccato erit pro una muliere, & holocauſtum pro altera, & præterea nidus ſimplex & nidus declaratus, qui nidi ambo neceſſario offerri debent pro ambobus holocauſtis ſupra, & pro ſacrificiis pro peccato infra. Holocauſtum vero unius & ſacrificium pro peccato alterius neceſſario in nomine proprietariorum offerenda ſunt. Si eas ſacerdos partim ſupra, partim infra paraverit, nidus ſimplex duntaxat legitimus eſt, nam e quocunque holocauſtum vel ſacrificium pro peccato paraverit, bene habet, quia quilibet nidus ſeorſim eſt. *Dividendum eſt inter illas*, quia eos ſimul ſumpſerunt, una mulier ſatisfacit officio ſuo in ſacrificio pro peccato, altera in holocauſto.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Rerum ordo hic eſt, nidus in ſacrificium pro peccato & in holocauſtum declaratus, & nidus obſignatus quoque holocauſtum eſt, niſi quod obſignatus ſit, & non dixerit ſacerdos de ipſo, hoc ſit ſacrificium pro peccato vel holocauſtum; ut poſtea ei dubium natum fuerit, ita ut neſciat quinam nidus ſit obſignatus, quinam vero declaratus, tum hic non eſt mixtura; hoc probe intelligas volo; ſed coram ſacerdote tres ſunt pullorum nidi, quorum unus eſt holocauſtum, alterum ſacrificium pro peccato, tertium ſacrificium pro peccato & holocauſtum obſignatum. Si omnes hoſce nidos in uno altaris latere paraverit ſacerdos, omnino partim legitimi, partim illegitimi ſunt. Si vero duos nidos partim ſupra partim infra altare paraverit, & tertium partim ſupra partim infra, tum nidus declaratus omnino illegitimus eſt, ego enim dico ſacrificium pro peccato ſuperius paratum eſſe, & holocauſtum inferius, nidus obſignatus eſt legitimus, quia dimidium unum illius jam ſuperius, & alterum inferius paratum eſt, ipſe vero non eſt mixtus. Ne vero eum ſepararemus, neque diceremus huic mulieri, hicce nidus ad te pertinebat, quia legitimus eſt; quia ſacerdos ſponte declaravit de uno, & alterum reliquit obſignatum, quia totus hicce ſenſus tractat de ſacerdote qui non quæſivit in cujus ſacrificii nomine pararet nidum & cui non conſtitit pro qua declaravit iſtum nidum, propterea nos rem dividimus, ut pro qualibet nidorum domina valeat dimidium nidi obſignati; quod reſtat, id unaquæque e ſacrificiis ſuis complebit.

ה חטאת שנתערבה בחובה אין כשר אלא מנין חטאות שבחובה חובה שנים בחטאת מחצה כשר ומחצה פסול וחטאת שנים בחובה המנין שבחובה כשר וכן עולה שנתערבה בחובה אין כשר אלא מנין עולות שבחובה חובה שנים בעולה מחצה כשר ומחצה פסול עולה שנים בחובה המנין שבחובה כשר:

5. Si ſacrificium pro peccato mixtum fuerit cum eo quod ex debito venit, non eſt legitimum, niſi numerus ſacrificiorum pro peccato ex debito venientium. Si debitum duplex mixtum ſit cum ſacrificio pro peccato, partim legitimum, partim illegitimum eſt. Si ſacrificium duplex mixtum ſit cum debito, numerus debiti eſt legitimus. Pariter ſi holocauſtum cum debito mixtum ſit, numerus holocauſtorum ex debito venientium duntaxat legitimus eſt. Si debitum duplex cum holocauſto mixtum ſit, partim legitimum, partim illegitimum eſt. Si holocauſtum duplex mixtum ſit cum debito, numerus debiti eſt legitimus.

R. OB. DE BARTENORA.

חטאת שנתערבה בחובה *Si ſacrificium pro peccato mixtum ſit cum eo quod ex debito offerendum eſt*, ſenſus eſt, id quod ſuperius dictum eſt capite primo, ſi ſacrificium pro peccato cum debito mixtum ſit, numerus ſacrificiorum ex debito venientium duntaxat legitimus eſt; interdum tamen numerus partim legitimus, partim illegitimus eſt, & interdum quoque minus quam dimidium conficiebat, ſicuti auctor ſtatim exponet.

חובה שנים בחטאת *Debitum duplex ſi cum ſacrificio pro peccato mixtum ſit*, ſenſus eſt, ſi duo nidi ex debito offerendi in ſe comprehenderint duplex ſacrificium pro peccato, nempe, ſi ex iſtis unum holocauſtum oblatum ſit, relictis duobus ſacrificiis pro peccatis, atque uno holocauſto, unum dimidium probum, alterum vero reprobum eſt, quia unum holocauſtum relictum nequeat offerri, eo quod hoc forſitan ſacrificio pro peccato deſtinatum erat, at ſacrificium pro peccato quod mixtum eſt, offerri nequit, quia id forſan eſt holocauſtum relictum, idcirco duo ſacrificia pro peccato duntaxat offerentur, & ſacrificium pro peccato mixtum, holocauſtumque relictum illegitima erunt, & hoc eſt quod dicunt, dimidium unum probum, alterum reprobum eſt. *Si ſacrificium pro peccato duplex mixtum ſit, cum debito*, nempe, ſi unum ſacrificium pro peccato oblatum ſit e duobus nidis, & duo remaneant holocauſta, & unum ſacrificium pro peccato, quæ conſtant quatuor pullis cum ſacrificio pro peccato cum illis mixto; at duo holocauſta offerri nequeunt, quia ſacri-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si, exempli gratia, quinque in ſacrificia pro peccato cum decem pullis ex debito offerendus mixti fuerint, ii partim ſunt ſacrificium pro peccato, partim holocauſtum, & hi omnes ſunt quindecim pulli, e quibus decem offerentur ad unum altaris latus, & quinque ad alterum; e decem vero ad unum altaris latus paratis neceſſario quinque erunt ex debito offerendi; jam vero quinque ad unum latus parati ſunt ex iis qui ex debito offerendi ſunt, & bene ſe res habet. Si vero decem pullos ſupra altare paraverit ſacerdos, media pars ex debito venit, & quinque erunt holocauſta legitima. Si decem paraverit ſacerdos infra altare, media quoque pars ex debito venit, & quinque ſacrificia pro peccato legitima erunt, idcirco declarat id quod dixit, numerus ſacrificiorum pro peccato ex debito venientium duntaxat legitimus eſt, idque intelligendum eſſe quando ſacrificium pro peccato majus eſt; eodem modo ſe res habet cum holocauſto: hæc in memoria teneto.

ſacrificium pro peccato commixtum forſan ſumet ſacerdos. Neque duo ſacrificia pro peccato offerri poſſunt, quia forſan ſumet id quod deſtinatum eſt holocauſto, idcirco unum ſacrificium pro peccato duntaxat offeret, hinc numerus iſte in ſacrificio ex debito offerendo minor erit dimidio legitimo. Hoc modo tibi quoque notum erit id quod dicitur, ita etiam ſe res habet cum holocauſto cum debito mixto.

ו האשה שאמרה הרי עלי קן כשאלד זכר ילדה זכר מביאה שתי קנים אחת לנדרה ואחת לחובתה נתנתם לכהן והכהן צריך לעשות שלש פרידין מלמעלן ואחת מלמטן לא עשה כן אלא עשה שתים למעלן ושתים למטן ולא נמלך צריכה להביא עוד פרידה אחרת ויקריבנה (ס"א) למעלן ממין אחד ומשני מינין תביא שתים פירשה נדרה צריכה להביא עוד שלש פרידים ממין אחד משני מינין תביא ארבע קבעה נדרה צריכה להביא עוד חמש פרידים ממין אחד ומשני מינין תביא ו' נתנתם לכהן ואין ידוע מה נתנה הלך הכהן ועשה ואין ידוע מה עשה צריכה להביא עוד ארבעה פרידים לנדרה ושתים לחובתה וחטאת אחת בן עזאי אומר שתי חטאות אמר רבי יהושע זה הוא שאמרו כשהוא חי קולו אחד וכשהוא מת קולו שבעה כיצד קולו שבעה שתי קרניו שתי חצוצרות שתי שוקיו שני חלילין עורו לתוף מעיו לנבלים בני מעיו לכנורות ויש אומרים אף אמרו לתכלת רבי שמעון בן עקשיא אומר זקני עם הארץ כל זמן שמזקינין דעתן מטורפת עליהן שנאמר מסיר שפה לנאמנים וטעם זקנים יקח אבל זקני תורה אינן כן אלא כל זמן שמזקינין דעתן מתישבת עליהן שנאמר בישישים חכמה ואורך ימים תבונה :

6. Si mulier dixerit, *en ſuper me nidus, ſi pepero maſculum*, tum ſi maſculum pepererit, duos nidos adducat, unum pro voto, & alterum pro debito. Si illa tradiderit eos ſacerdoti, ſacerdos vero tres pullos ſupra, & unum infra parare debeat, at is ſecus fecerit, ſcil. duos ſupra, & duos infra, atque non conſuluerit, tum illa propterea unum pullum adducat ex una ſpecie, qui offeratur ſupra, duos vero e duabus ſpeciebus. Si expoſuerit votum ſuum, inſuper tres pullos adducere debet ex una ſpecie, duos vero ex quatuor ſpeciebus. Si illa expoſuerit votum ſuum, adhuc quinque pullos adducat ex una ſpecie, e duabus vero ſex. Si dederit illa ſacerdoti, at neſciverit quid dedit, ſacerdoſque paraverit, at ipſe etiam neſciverit quid paravit, illa adhuc quatuor pullos adducat pro voto, & duos pro debito, atque unum ſacrificium pro peccato. Ben Azai dicit, duo ſacrificia pro peccato. Dixit R. Joſua, hoc eſt quod dixerunt, quando vivit, tum vox illius una eſt, quando obiit, vox illius eſt ſeptem. At quomodo vox illius ſeptem eſt? duo ſunt ipſius cornua, duæ buccinæ, duo crura, duæ tibiæ, pellis illius pro tympano, inteſtina dura illius pro nabliis, inteſtina tenuia pro citharis; ſunt qui dicunt, lana illius pro hyacinthino. R. Simeon filius Acaſiæ dicit, ſenes plebeji quando ſeneſcunt, tum ipſorum ſcientia perturbatur, uti ſcriptum eſt Job. 12, 20. Sed ita ſe res non habet cum ſenioribus Legis, nam quando ii ſeneſcunt, tum ſcientia eorum requieſcit in ipſis, quemadmodum dicitur Job. 12, 12.

R. OB. DE BARTENORA.

הרי עלי קן כשאלד זכר *Recipio in me nidum ſi peperero maſculum*, ſermo hic eſt de puerpera paupere, dives enim adducit agnum pro debito ſuo. *Sacerdos tres pullos ſupra parare debet*, qui nidi ex voto adducti ambo cedunt holocauſtis, nidus qui ex debito offertur, cedit holocauſto & ſacrificio pro peccato offerendis. Sacerdos vero non ita fecerat, ſed duos ſupra & duos infra paraverat, & non rogaverat proprietarium quinam offerretur, itaque pullus reprobus factus eſt, & alius pullus adducendus eſt qui ſupra offeretur.

ממין אחד *Ex una ſpecie*, hoc ſcil. intelligendum eſt ſi omnes fuerint ex una ſpecie; ſi vero duos diverſæ ſpeciei nidos adduxerit, ſcil. unum nidum turturum, & alterum columbæ pullorum, ad complendum pullum qui reprobus factus eſt; nobis enim non conſtat, an duo fuerint turtures, an vero duo columbæ pulli. Miſna autem ſupra dixit, duo turtures non adducantur pro duobus columbæ pullis, nec contra.

פרשה נדרה *Si expoſuerit votum ſuum*, ſi fœmina duos ad ſacerdotem nidos adduxerit, & mentem ſuam declaraverit, dicendo, hi pro me parantor in ſacrificium pro voto, iſti vero pro debito.

ממין אחד *Ex una ſpecie*, ſi duo iſti nidi ex una fuerint ſpecie, nempe ambo e turturibus, vel ambo e columbæ filiis, & ſacerdos ex illis duos obtulerit ſupra, & duos infra, unus duntaxat pullus reprobus eſt ex omnibus quatuor oblatis, quod eſt holocauſtum pro debito oblatum, ſicuti ſe res habet cum holocauſto cum debito mixto, de quo ſuperius diximus quod id reprobum ſit, præter numerum holocauſtorum pro debito allatorum. Porro tres pulli adduci debent, e quibus unus in ſacrificium pro peccato infra offeratur,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi diximus in hujuſce codicis principio quod debitum conſtet e pullo holocauſti, & ſacrificio pro peccato, & quod votum contineat duo holocauſta, idcirco quatuor adducet pullos, duos ex illis in ſacrificium pro puerpera, unum holocauſtum, & unum ſacrificium pro peccato, atque holocauſta duo, quia votum eſt, idcirco tres ſupra altare in holocauſta offerendi ſunt, & unus infra in ſacrificium pro peccato. Si vero ſacerdos duos ſupra, & duos infra paraverit, & non conſuluerit proprietarium, unus e quatuor pullis duntaxat illegitimus erit, quia duo ſupra parati, pro voto offerendi ſunt, duo vero infra parati, pro debito offerendi ſunt, unus vero in ſacrificium pro peccato legitimus eſt; holocauſtum vero illegitimum eſt, quia id infra paratum eſt, idcirco plus quam unum adducet, ut a ſacerdote offerantur ſupra, quod eſt holocauſtum quod ei reliquum erat adducendum, & tum voto ipſius ſatisfactum eſt, & debito. Sed hæc omnia intelligenda ſunt ſi quatuor adduxerit pullos, quorum duo ſupra, & duo infra parati ſunt ex una ſpecie, nempe, ſi omnes fuerint turtures, vel omnes columbarum filii. At vero ſi duarum illi fuerunt ſpecierum, & adduxerit duos turtures, duoſque columbæ filios, duos tum pullos adducere debet, turturem ſcil. & columbæ filium, qui ambo offerantur ſupra. Ratio horum hæc eſt, quia neſcimus quænam ſpecies ſupra oblata ſit, ſi duos turtures adduxerit; unus autem turtur reliquus erit in holocauſtum offerendum; vel ſi duos columbæ filios adduxerit proprietarius, qui infra parantur, tum unus ei reliquus eſt pullus columbæ pro holocauſto, idcirco turturem adducet, & columbæ pullum, qui ambo offerantur ſupra altare. Et hoc ſecundum fundamentum quod diximus in fine capi-

ratur, quod eſt ſacrificium pro peccato ex debito offerendum; & duo ſupra pro voto.

משני מינין תביא ארבע *E duabus ſpeciebus adducet quatuor*, ſi illa duos nidos adduxerit duarum ſpecierum, & votum ſuum expoſuerit, ſacerdoti vero non conſtiterit, uter ex iſtis ſupra paratus fuerit, uter vero infra, tum iſta mulier quatuor pullos adducat, quia duo turtures quos adduxit pro voto ſuo in holocauſta, forſan infra parati ſunt, & ſic votum manet in debito ipſius; vel quod columbæ pulli pro debito adducti, forſan ſupra parati ſunt, & ſic illa adhuc columbæ pullum debet in ſacrificium pro peccato ex debito ipſius. Vel columbæ pulli ex debito adducti forſan infra altare parati ſunt, hinc illa adhuc debet columbæ pullum in holocauſtum ex debito.

קבעה נדרה *Si definiverit votum ſuum*, ſi dum vovebat, dixerit, *en ſuper me ſit nidus iſtius ſpeciei.* Quod autem Miſna dixit ſuperius, *ſi illa explicuerit votum ſuum*, id non intelligendum eſt quaſi dum vovebat, explicuiſſet votum, ſed poſtquam ſimpliciter voviſſet, dicendo, *en ſuper me nidus*, adducens e quacunque voluerit ſpecie, dicens poſtea, *hi ſint pro meo voto.*

צריכה עוד להביא חמש פרידים *Illa inſuper quinque pullos adducat*, hic ſermo eſt de caſu in quo, poſtquam mulier, definiverit votum, idque adduxerit ad ſacerdotem, una cum debito ſuo, ſacerdos duos paraverit ſupra, & duos infra, neſciens an eos qui pro voto veniunt, paraverit ſupra, & eos qui pro debito veniunt, paraverit infra, & mulier neſciverit quam ſpeciem determinaverit pro voto, an turtures, an vero columbæ pullos, tum illa inſuper quinque aves adducat, quia votum forſan infra, & debitum ſupra paratum ſit, idcirco holocauſtum pro debito paratum duntaxat legitimum eſt, & illa etiamnum debet ſacrificium pro peccato ex debito offerendum, & duo holocauſta pro voto. Quia autem oblita ſit e qua ſpecie determinaverit votum ſuum, duos turtures, duoſque columbæ pullos adducat, & omnes quatuor ſupra altare parentur a ſacerdote, ad complendum votum; inſuper quoque columbæ pullum vel turturem adducere debet in ſacrificium pro peccato ad complendum debitum, quæ ſunt quinque aves. Sed hæc intelligenda ſunt quum in principio adduxit votum, & debitum omne ex una ſpecie; at ſi fœmina meminerit ſe in principio votum ſuum adduxiſſe, & debitum e duabus ſpeciebus, at oblita fuerit e qua ſpecie votum determinaverat, ſex aves adducere debet, quatuor ad complendum votum, nempe duos turtures, & duos pullos columbæ, ſicuti ſuperius diximus, quia illa neſciebat de qua ſpecie fixerat votum ſuum, & duos turtures vel duos columbæ pullos, unum in ſacrificium pro peccato, & alterum ad debitum ſuum complendum. Hic vero non dicimus quod ei ſufficiat ſi duntaxat columbæ pullum, vel turturem in ſacrificium pro peccato adduxerit, & quod holocauſtum prius oblatum in nomine holocauſti, ei imputetur, ſicuti diximus ſuperius. Nam quando de una ſpecie adduxerit, non tenetur pro holocauſto ex debito quicquam adferre, quocunque id fiat modo; nam ſi turtures quos determinavit pro voto ſuo, ambo ſupra altare parati fuerint, debitum omnino ſupra paratum eſt, & holocauſtum debiti ei imputatur. Si debitum ipſius quod eſt holocauſtum, paratum ſit infra, & ſacrificium pro peccato ſupra, votum ipſius quoque partim ſupra, partim infra paratum cenſetur, & una ave complevit votum; duorum vero turturum uno complevit votum ſuum, & altero holocauſtum ex debito offerendum. Si debitum illius totum paratum fuerit infra, ſacrificium pro peccato legitimum eſt, holocauſtum vero illegitimum, duorum turturum uno ab ipſa allato complet debitum ſuum, altero autem votum; cæterum ſacrificium pro peccato quod jam adduxit, propter dubium allatum ſit & ne comedatur. Si primi fuerint columbæ nidi, in ſacrificium pro peccato adducet columbæ pullum, ſed holocauſtum non tenetur adducere quocunque id fiat modo, ſicuti diximus de turturibus. Si vero duas adduxerit ſpecies, & oblita fuerit quam ſpeciem determinavit pro voto, & quam pro debito, & porro quoque oblita fuerit quid ſeparavit, ſacerdos vero unam ſpeciem ſupra, alteram vero infra altare paraverit, quia eas ambas fuiſſe debita obſignata putabat, idcirco duos turtures adducet pro voto capitis ſecundi, quod non adducuntur turtures pro columbæ pullis, nec contra; idcirco id quod auctor dicit, *ex una ſpecie* intelligendum eſt ſi fuerint ejuſdem ſpeciei, ſin duarum ſpecierum, duos adducet pullos; atque hic ſenſus obtinet in omnibus quæ hic dicuntur de una & duabus ſpeciebus.

פרשה נדרה *Si expoſuerit votum ſuum*, ſi dixerit, hos turtures adduco pro meo voto, & ſi porro dum eos ad ſacerdotem portabat, dixerit, hi ſint pro voto meo, & illi pro debito meo, ſacerdos vero ex iis duos ſupra, & duos infra obtulerit, e quatuor pullis unus duntaxat legitimus eſt, & offertur in holocauſtum pro debito. Hæc innituntur fundamento primo capite dicto de holocauſto cum debito mixto, quod reprobum eſt, præterquam numerus holocauſtorum ex debito venientium. Idcirco manet in debito ſacrificii pro peccato & voti totius, & tres pullos adducere debet, e quibus unus infra pro debito relictus offeratur, & duo ſupra pro voto, ſi omnes quatuor unius fuerint ſpeciei. Si vero turtures & columbæ pulli fuerint, & fœmina, exempli gratia, declaraverit votum ſuum de turturibus, at ſacerdos neſciverit quos duos ex illis ſupra paravit, quos vero infra, quatuor illa pullos adducere debet. Ratio eſt, quia duo turtures forſan infra parati ſunt, hinc illa totum debet votum, & pro debito ſuo ſacrificium pro peccato e columbæ pullis debet. Vel duo columbæ pulli forſitan infra parati ſunt, hinc illa etiamnum holocauſtum e columbæ pullis debet pro ſuo debito, quorum unus ſupra, alter infra paratur, quia iſto dubio non ſatisfit voto, neque debito, ſicuti expoſuimus.

קבעה נדרה *Si fixerit votum ſuum*, dum vovebat, declaraverit ſpeciem avium ex qua votum adduceretur, atque votum una cum debito ſuo ad ſacerdotem adduxerit, qui duos pullos ſupra, & duos infra paraverit, at neſciverit an illos qui pro voto veniebant, paraverit ſupra, an vero eos qui pro debito veniebant; & illa quoque dubitaverit quaſnam aves e duabus ſpeciebus definiverit pro voto ſuo, an turtures, an vero columbæ pullos. Hæcce ergo differentia eſt inter mulierem quæ votum ſuum fixerit, & inter eam quæ expoſuerit, quæ enim expoſuit, eſt ea quæ dum votum & debitum ſuum adducebat, dixit, *hæ aves ſint pro meo voto, illæ vero pro debito.* Quæ vero fixerit votum ſuum, ea interea dum vovebat, dixit, *ecce in me nidus talis ſpeciei.* Hic autem ſermo eſt de ea quæ votum fixit ſuum, aves adduxit, at poſtea oblita e qua ſpecie eas adduxit; ſcias itaque jus illius quæ fixit votum, eſſe ut quinque aves adducat, dicimus enim quod votum paratum eſt infra altare, & debitum ſupra, idcirco e quatuor avibus nullæ erunt legitimæ niſi illæ quæ pro holocauſto debiti paratæ ſunt, hinc mulier etiamnum debet ſacrificium pro peccato in debitum ſuum, ut & totum votum; & quia illa neſcit in qua ſpecie votum ſuum fixerit, duos turtures & duos columbæ filios adducere debet, qui quatuor omnes offerantur ſupra, & ſic illa implebit votum ſuum; unum vero turturem & columbæ pullum in ſacrificium pro peccato, quod reliquum erat pro debito offerendum. Permittimus autem turturem aut columbæ pullum, quia neſcimus e quanam ſpecie fuerint quatuor aves de quibus dubium natum eſt, an eæ ſint turtures, an vero columbæ pulli. Sin autem quatuor fuerint ex una ſpecie, & fœminæ certo conſtiterit ſe illas dediſſe ſacerdoti, at neſciverit e qua ſpecie dedit; ſi vero ea ſciverit quod e duabus ſpeciebus dedit, duos ſcilicet turtures, & duos columbæ pullos, & quod votum ipſius de alterutra ſpecie fixum erat, licet oblita fuerit de qua ſpecie fixerat, & ſacerdos duas aves ſupra, & duas infra paraverit, ſecundum Miſnæ fundamentum, juſtum eſt ut illa ſex aves adducat, e quibus quatuor, nempe duo turtures & duo columbæ pulli ſupra parabuntur, & ſic illa votum ſuum complebit; duas vero reliquas aves, ſcil. duos turtures vel duos columbæ pullos, ambos pro debito venientes quod attinet, unus in holocauſtum, alter vero in ſacrificium pro peccato parabitur. Hic enim dicere non poſſumus quod ei imputamus holocauſtum ex debito, & ei de debito duntaxat remanere unum ſacrificium pro peccato, quod de omni ſpecie adducere poteſt e qua voluerit, quia certo ſcimus quod quatuor duarum ſunt ſpecierum; at neſcimus e qua ſpecie paratum ſit

voto ſuo, & duos columbæ pullos, quia mulier neſcit quamnam ſpeciem in ſacrificio pro voto adduxerit. Præterea illa quoque duas ſpecies adducere debet in ſacrificium pro peccato, ut id paretur in holocauſtum pro debito, quia illa neſcit e qua ſpecie fuerit, idcirco turtur pro turture & columbæ filius pro columbæ filio adducendus eſt.

נתנה לכהן ואין ידוע מה נתנה *Si dederit ſacerdoti, at neſciverit quid dedit*, ſi votum & debitum definiverit, atque ad ſacerdotem adduxerit unum nidum pro voto, & alterum pro debito, at neſciverit e quanam ſpecie pro voto ſuo determinaverit, nec e quanam pro debito, & neſciverit an ſacerdoti duas ſpecies dederit, an vero unam, atque ipſe ſacerdos quoque neſciverit, an omnes ſupra, an vero infra paraverit, an dimidium ſupra, an vero infra, tum illa duos adducet turtures, & duos columbæ pullos pro voto ſuo; tum etiam duos pro debito ſuo adferet, unum in holocauſtum, & alterum in ſacrificium pro peccato e qua ſpecie duarum voluerit, & præterea unum in ſacrificium pro peccato.

אמר רבי׳ יהושע זה הוא שאמרו *Dixit R. Joſua, hoc eſt quod dixerunt &c.* quemadmodum ex agno dum vivit una tantum vox auditur, & quando obiit, ubi oporteret etiam vocem ipſius ceſſare, tamen ex ipſo ſeptem perveniunt voces, ſicuti mox exponit auctor; idcirco hic quoque quum ab initio votum fecerit, antequam adduxiſſet quicquam, unicus duntaxat nidus pro voto ſufficit, & unus pro debito. Poſtquam vero definiverit votum, idque attulerit, & debitum quoque, quia neſcivit quid definivit, nec ſacerdos ſcivit quid obtulit, quatuor illa adducat aves pro voto ſuo, & totidem pro debito ſuo.

קרניו לחצוצרות *Cornua illius pro tubis*, חצוצרות enim שופרות vocantur in Targum. *Etiam lana ad conficiendum ex illa hyacinthinum*, e lana ipſius conficiunt pallium quod omnino hyacinthinum eſt, & campanulas ad ora ipſius ad ſonum aliquem excitandum. Doctor primus non enumerat hyacinthinum quia hyacinthinum non excitat ſonum, ſed campanulæ quæ circum- oras ſunt. *R. Simeon filius Acabiæ dicit &c.* hoc quoque ſimile eſt iſti rei, ſicuti enim vox illius centuplex eſt quando obiit, ita quoque ſeniores Legis quando ſeneſcunt & vires eorum debilitantur, ſcientiam augent. *Sicuti dicitur, removet labia Sapientibus*, hicce locus de plebejis tractat, antea enim dicitur, *removet cor primorum populi terræ.* Tandem dicit, *veteres in ſcientia*, hi diſcipuli Sapientum ſunt, quandoquidem plebejis nulla eſt ſcientia.

ſit holocauſtum ex debito, idcirco ſacrificium pro peccato adducendum eſt pro iſto ex iſta ſpecie.

נתנה לכהן ואין ידוע מה נתנה *Si dederit ſacerdoti, at neſciverit quid dederit*, ſi illa fecerit votum determinatum, & ſacerdoti unum dederit nidum pro voto, & unum quoque pro ſacrificio debiti, idque determinaverit, & neſciverit e qua ſpecie debitum ſit, neque e qua ſpecie votum, an ſacerdoti duas ſpecies dederit, an vero unam, atque ſacerdos etiam neſciverit an omnes ſupra, an vero infra, an dimidium ſupra, an vero infra paraverit, tum illa quatuor aves adducat, duos turtures pro ſuo voto, & duos columbæ filios, qui ſupra parantor; inſuper duos adducat pro debito ſuo, unum in ſacrificium pro peccato, alterum in holocauſtum, e quibus ſpeciebus duarum voluerit; poſtea adducet ſacrificium pro peccato e turturibus, vel e columbæ pullis, ad agno anniculo quicquam addendum pro holocauſto, quod eſt ſacrificium puerperæ divitis, quandoquidem illius debitum determinatum eſt, etſi neſciverit e qua ſpecie. Dicit autem Ben Azai quod duo ſacrificia pro peccato adducet, turturem ſcil. & columbæ pullum, quia dicimus fieri poſſe ut votum definiverit, ut & debitum ipſius cum agno & turture, vel columbæ pullo; pauper vero ambos ſimul adfert. Cæterum jam noſti opinionem Ben Azai, nempe quod priori dicto inſiſtendum ſit, idcirco illa duos turtures & duos columbæ pullos pro voto adducet, qui omnes quatuor fient in holocauſta; deinde duos adducet turtures, vel duos columbæ pullos, e quibus unus in ſacrificium pro peccato, alter in holocauſtum offeretur; poſtea adducet turturem, & columbæ pullum, qui ambo offerantur in ſacrificium pro peccato cum agno holocauſti; deciſio non eſt ſecundum Ben Azai. Porro requiritur ut ſcias quod hæc omnia ſacrificia pro peccato, & id genus alia, non comedantur, ſicuti expoſitum eſt in fine codicis Temura, quod ſacrificium pro peccato ex ave deſumptum, quod pro dubio offertur, comburi debeat. Idcirco hi caſus dicti ſunt, etſi iſtis non contigerit damnum, vel dubium aliquod, & fœmina fuerit dives, ſacrificiumque divitis adduxerit, nihilominus tamen unam avem debet in ſacrificium pro peccato, eſtque hoc unum modo præceptum; at ſi dubium contigerit, adducat ſex, ſicuti expoſuimus in ultimo caſu. *Dixit R. Joſua, hoc eſt quod dixerunt*, quia eſt caſus extraneus, & ſimilis ei qui dicitur de agno, quando is vivit, vox illius unica eſt, quando obiit, ſeptuplex eſt; ita etiam quando læſus eſt & dubium aliquod ei advenit, præcepta in ipſo multiplicantur. *Dixit R. Simeon filius Acaſiæ &c.* huic quoque ſimile eſt, quod ſi diſcipuli Sapientes ſeneſcant & debilitentur vires corporum ipſorum, ſcientia ipſorum multiplicatur, & intellectus confirmatur, quemadmodum dicitur Job. 12, 12.

Finis Tractatus de Avium Pullis.

INDEX

INDEX
LOCORUM S. SCRIPTURÆ,

Quæ in hac parte allegantur vel illuſtrantur.

GENES.

Cap. pag.
6, 12. 231
8, 20. 53
49, 27. 349
49, 10. 166

EXOD.

12, 2. 88
12, 4. 25
12, 27. 7
13, 5. 89
13, 13. 158
13, 20. 155
17, 3. 4. 59
18, 12, 347
20, 21. 26
20, 23. 356
22, 19. 164
21, 22. 193
22, 28. 188
22, 30. 131
23, 5. 372
23, 16. 163
23, 18. 357
23, 23. 134
24, 5. 4
25, 8. 234
25, 23. 103
25, 29. 300
25, 30. 331
25, 37. 297
26, 20. 91
27, 5. 61
27, 20. 208
28, 38. 73
28, 43. 10.&61.&288
29, 9. 37. 10.&40
29, 36. 42
30, 2. 351
30, 7. 296
30, 19. 10
30, 18, 19. 360
30, 24. 93
30, 29. 42
30, 31, 32, 33. 237
34, 20. 155
34, 22. 89
39, 24. 61
40, 10. 42

LEVIT.

1, 1. 3. 11. 61
1, 5. 14
1, 9. 377
1, 13. 28
1, 15. 269
1, 9. 16. 21.&22
2, 2. 19.&26
2, 3. 54
2, 4. 74
2, 6. 84
2. 8. 13. 38.&61
2, 11. 94.&79
2, 13. 377
2, 13. 16. 71
2, 14. 99
2, 16. 27
3, 2. 25.&96
3, 15. 28
3, 16. 145
4, 6. 25. 11
4, 15. 96
4, 12. 51
4, 20. 18
4, 23. 246
4, 13. 14. 5
4, 22. 237
4, 30. 34. 22.&73
4, 33. 34. 7
5, 1. 782
5, 8. 117.&27
5, 8. 15. 44
5, 11 26
5, 15. 278.&263
5, 19. 236
6, 2. 48.&114.&290
6, 3. 288.&302
6, 7.9.13.16. 26.&82
6, 8. 74
6, 8. 10. 67
6, 14. 94.&87
6, 15. 78.&34
6, 16. 20. 45.&46
6, 7. 19. 20. 49
6, 19, 22. 22
6, 22. 48
6. 23. 19.&235
6, 25. 22
6, 42. 265
7, 6. 73
7, 8. 18.&50
7, 11. 94
7, 11. 15. 24
7, 12. 87
7. 13. 15. 23.&137
7, 14. 49
7, 18. 12.&15.&67
7, 19. 53
7, 30. 81
7, 34. 25.&148
7, 35. 6
7, 37. 38. 26
7, 50. 85
8, 12. 237
8, 26. 86
10, 13. 24
10, 12. 43
10, 15. 81
10, 19. 10
11, 13. 214
11, 14. 115
11, 29. 276
11, 37. 145
11, 39. 131
11, 46. 33
12, 2. 5. 240
12, 7, 265
12, 10. 79
12, 16. 236
12, 17. 244
14, 2. 243
14, 17. 19
14, 21. 58.&94.&238
14, 23. 226
12, 27. 241
15, 17. 10
15, 29. 238
17, 3. 231
17, 4. 56
17, 8. 58
16, 9. 102
16, 3. 10. 5.&8
16, 12. 285
16, 14. 15. 18
16, 17. 306
16, 20. 25. 22
16, 28. 51
16, 30. 262
17, 3.4.9. 52
17, 18. 122
17, 11. 19. 19.&272.37
29, 4. 74
19, 5. 121
19, 6. 55
19, 8. 13
19, 20. 245
19, 22. 242
20, 24. 308
21, 22. 50
22, 3. 39
22, 7.8. 10
22, 15. 7
22, 18. 122
22, 21. 96.&170
22, 10. 22. 92
22, 25. 231
22, 27. 135
22, 28. 57
23, 12. 98
23, 14. 100
23, 16. 17. 89
23, 17. 79
23, 19. 24
23, 24. 7
23, 28. 57
23, 30. 105
23, 37. 87
23, 17. 18. 63.&69
24, 5. 9. 84
24, 3. 291
24, 7. 54
24, 6. 7. 69
25, 4. 274
25, 10. 210
25, 15. 214
25, 30. 51. 215
25, 34. 212
26, 14. 11
27, 7. 184
27, 8. 192
27, 9. 106
27, 20.21.22. 209
27, 28. 212
27, 33. 218.&88
27, 34. 150

NUM.

1, 51. 10
3, 12. 181
3, 38. 285
3, 40. 184
3, 44. 155
5, 6. 281
5, 15. 65
5, 17. 94
5, 25. 81
6, 9. 242
6, 15. 222
8, 2. 292
8, 4. 75
8, 5. 117
9, 14. 4
11, 13. 379
12, 2. 361
14, 22. 199
15, 3. 12. 62
15, 3. 50. 96
15, 4. 72
15, 9. 94
15, 10. 93
15, 3. 24.&25.&5
15, 18. 19. 74
15, 20. 276
15, 38. 75
17, 14. 14
18, 2. 333
18, 4. 10
18, 10. 24
18, 15. 152.&155
18, 16. 164,&182
18, 17, 18. 25.&155. & 169
18, 19. 347
19, 4. 340
19, 16. 140.&118
19, 17. 220
25, 15. 358
28, 5. 94
21, 23. 43
28, 26. 63
28, 31. 27.&90

DEUT.

1. 1. 7
4, 5. 167
4, 15. 231
8, 7. 79
12, 6. 25
12, 8. 57
12, 13. 59.&113
12, 17. 17.&276
12, 18. 163
12, 27. 76
13, 19. 162
13, 19. 343

13, 21. 172
13, 22. 51
14, 11. 153
14, 15.16. 358
15, 8. 66
15, 19. 150. & 213
15, 22. 169
16, 2. 15. 4
17, 8. 354
17, 3. 323
17, 12. 380
18, 3. 152
18, 5. 10
21, 4. 117
21, 17. 186
22, 6. 153
22, 4.8. 372
22, 9. 235
22, 19. 184
22, 29. 119
23, 19. 232
24, 22. 193
25, 13. 186
26, 14. 81
26, 21. 287
27, 5. 358
27, 6. 352
27, 9. 120
28, 59. 245
39, 7. 10. 78
33, 10, 11. 302
33, 12. 360

SAM.

1 Sam. 12, 22. 60
1 Sam. 2, 13. 289
1 Sam. 23, 18. 152
2 Sam. 14, 2. 90

REG.

1 Reg. 6, 6. 368
1 Reg. 6, 7, 379
1 Reg. 7, 10, 11. 379
1 Reg. 8, 2. 357
1 Reg. 8, 8. 104
1 Reg. 8, 64. 352
1 Reg. 20, 23. 216
2 Reg. 11, 2. 337
2 Reg. 12, 9. 376
2 Reg. 23, 11. 337
2 Reg. 25, 18. 378

CHRON.

1 Chron. 26, 17. 18. 323
1 Chron. 16, 29. 380
1 Chron. 28, 11. 370
1 Chron. 28, 11, 12. 350
1 Chron. 29, 19. 285
2 Chron. 3, 6. 377
2 Chron. 4, 2,3,4,5,6. 360
2 Chron. 5, 13. 344
2 Chron. 24, 20. 347
2 Chron. 25, 24. 324
2 Chron. 34, 14. 365
2 Chron. 35, 3. 350
2 Chron. 35, 8. 363

NEHEM.

3, 8. 372
4, 2. 372

JOB.

12, 12.20. 392
28, 3. 351

PSAL.

16, 4. 122
67, 6. 331
78, 60. 59
87, 1. 366
116, 13. 347
132, 13. 60
139, 15. 148

PROV.

22, 3. 242
23, 31. 92

JES.

7, 21. 152
12, 3. 343
29, 1. 375
33, 7. 352

JEREM.

35, 4. 378
36, 10. 347

EZECH.

40, 18. 298
40, 10. 3[illegible]6
41, 23, 24. 3[illegible]4
42, 9. 324
42, 20. 180
43, 16. 348
44, 7. 10
46, 21, 22. 341
46, 24. 76
47, 1. 327

DAN.

4, 33. 381

HOS.

3, 4. 355
4, 10. 358

HAG.

1, 8. 354
2, 10. 354

ZACH.

6, 14. 362

MALACH.

2, 8. 163

FINIS.

INDEX RERUM ET VERBORUM HEBRAICORUM.

אבוב 99
אב בית דין 166
אבוב 196
אבוקות 325
אוחז דם 169
אומר 291
אונן 49
אור שמנים 240
אוטם 371
אחוזת דמים 129
איזסל 121
איטלין 169
איל 2
איל נזיר 24
אימורים 18
אימורי קרשים קלים 267
איסור והיתר 32
איצטבא 365
אכסדרא 288
אלל 16
אליתא 290
אליוסטן 91
אמה 37
אמאום 251
אנפיקנון 90
אפר מקלה 167
אצלה 133
אקפל אלולב 333
ארבעה מחוסרי כפורה 241
ארדפני 129
אריאל 352
ארכובה 133
אשם שפחה חרופה 24
אשם תלוי *ibid.*
אשם ודאי *ibid.*
אשם נזיר *ibid.*
אשם גזילות 3
אשם מעילות 3
אשם מזורע 4
אשם תלוי 259
אשם ודאי 261
אשם שנתערב בשלשמים 35
אשם קודם לתודה 43
אתנן 56
אתנן 231

בבליים 105
בוגרת 119
בזיכי לבונה 54.
בית אבטינס 324
בית אבטינס 285
בית הניצוץ *ibid.*
בית בגים 87
בית הכוסורת 126
בית הניצוץ 334
בית האספי *ibid.*
בית הפרס 220
בית חוניו 113
בית התילפורת 374
בית כרם 357
בית לבן ובית רימה 91
בית סמפונות 125
בית פאגי 102
בירה 286 & 333.
בכור קודם למעשר 43
בכור לנחלה 181
בלילה 83
בני הכנסת 172
בעל אוב 237
בעל גבר 179
בעל גרב 176
בעל חטוטרת 177
בעל קרי 335
בעיטה 84
בעל פיקה 179
ברקאי 293
בשר קדשי קודשים 58
בשר קדשי קדשים 267

גאולת כסדר 217
גבעון 59
גבינים שוכבים 177
גוסס 193
גולם 118
גזרים 290
גידים 16
גלגל 59
גלודה 127
גנינים 240
גצוצטריות 343
גרגרת 124
גרגות למעשר 189
גרמה 116

דורס 129
דילפה 370
דיר 190
דישון המזבח 289
דליורת 92
דמים פסולים 36
דם בצים 257
דם התמצית 257
דם חטאת קודם לדם עולה 43
דם שנתערב במים 36
דרוסה 125
דרסה 120

הבדלה 119
הגשה 80
הגשות 26
הזיה בין הבדים 21
הין 64
הכשר 268
הקדש עלוי 214 & 234
הר הבית 326

ולד תודה 88
ורידין 120
ושט 124

זבה קטנה 194
זבחים 6
זבח מפגל את הנסכים 70
זוגדס 178
זובן 175
זולאבירה 94
זמן השחיטה 293
זפק 128
זקנו בית אב 285
זר 10

ח

חברים 166
חביתי כהן גדול 63 & 76
חגב 130
חגיגה 4
חדש חסר ומעובר 195
חולדה 326
חורור 173
חטאות הצבור 22
חטאת המתורת 34
חטאת העוף 26 & ſeq.
חטאת קודמת לאשם 43
חטוטרת 146
חיבור 147
חינוך 77
חיל 337
חלזון נחש 173
חליצה 118
חפריים 89
חצי לוג 94
חצר החדשה 342
חריע 127
חרום 178
חרמי כהנים 213
חרסית 139
חשמונאי 331

טבול יום 10
טבול יום 49
טולים 91
טינוף 162
טלאסם 123
טנא טני 294
טפרה 173
טרפות בבהמה 124
טרקלין 329
טרקסין 373

יובל 214
יוני הרדסיות 153
יוצא דופן 161
יורדת הערביים 82
ילד 201
יסוד דרומית 23
יציעא 368
יציקה 84

כבכטי
עד קנים
סובב
סופג את הארבעים
סורג
סיקרא
סימני בהמה וחיה
סירה
סירן
סכי שמש
סמברה
סנדל
סניפין
ספס מעלות
ספק חמשה זיבות

עבודה בבכורות
עגלה ערופה
עד הבקר
עולה ויורד
עולת העוף
עולת ראיה
עומר
עופות קודמין למנחות
עזרה
עין סוכר
עיקל
עליה
עליה
עם הארץ
עפר
עצפור
ערומה
עריכה
ערל
ערך
עקוב
עשרון

בגוד
בגם
פיגיון
פנדיון
פסח ושחיטתו
פתחתרות
נער
רבר
רורים
רחי כהונה
רים הנשרפים
רכם
רם
רם
רם הפסח ושבועות
רשיות שבתפלין
רית חטאת
שפשים
שפש
עח
תע פתאום

ן ברזל
רם
ב
ה תחלת ציהוב
ר

198
383
349
218
336
190
129
252
178
178
96
239
104
241

58
136
24
245
28
4
84 & 97 & ſeq.
44
377
98
179
53
370
3
140
127
228
79
10
192
176
64

11
199
170
85
2
303
358
337
337
285
19 & 22 & 51
122
247
189
ibid.
74
136
346
287
194
243

159
170
147
117

מלת ראורה
מליקה
ממלבנין
מנחת יחיד
מנחת כהנים וכהן המשיח
מנחת נדבה
מנחת הסולת
מנחת על המחבת
מנחה מרחשת
מנחת צבור
מנחת חוטא
מנחת קנאות
מנחת היחיד
מנחת דרך העברה
מנחת סלת
מנחת חוטא
מנחות
מנחות הנקמצות
מנחת נסכים
מנקיות
מסס
מסיבה
מסותנות
מעושנת
מעזיבה
מעין הזה
מעמיד
מערה
מעשר בהמה נוהג בארץ ובחוצה לארץ
מעשה דמים
מפרה
מפטם את השיני
מצהיב
מצונצנת
מציע
מקבן
מקום הדשן
מקום קדוש
מרגיל
מרדד
מרוח אשך
מרוקמת
מרוקה
מרחשת
מרמה
מרעאב
מרפק
משבר
משיכה
משם אחד
משמנין
מתיר כמצותו
מתליע

נדבה
נדבך
נדר
נותר
ניר
ניתך
נוצרה
נוב
נחש
נכפה
נגסים
נסכי אילים
נסכי פרים
נסכי כבשים
נסוך המים
נעבר
נפש היפה

361
32 & ſeq.
179
63
79
64
ibid.
ibid.
ibid.
63
ibid.
ibid. & 65
ibid.
ibid.
79
44
78 & ſeq.
82
62
104
125
369
122
129
372
241
144
245
187
268
357
232
336
129
147
177
51
47
147
307
179
148
48
82
228
329
202
193
121
385
160
13
342

5
362
5
12
89
52
129
59
173
179
294
94
ibid
ibid
27
231
134

כרי ביקור
כהן נמלח
כוי
כופת
כת יפה
כיום
כילון
כריתות כ"ג
כלונסות
כסדור
כפיכות
כרס
כרמלית
כבש
כשב & כבש

לוג
לולב
לחם הפנים
לול
ליפן ותימן
לישה
למטה ולמלה
לפתן
לשכת החותמות
לשכת הגולה
לשכת הגזית

מאושן
מאפה רעפים
מגרף
מגופה
מגריפות
מגל יד
מדה ירושלמית
מדולדל
מדינה
מדות נגרושות
מדומע
מדות היבש והלח
מוח
מום קבוע ועובר
מומחה
מוספין
מוסף שבת
מוסף ראש חדש
מוקצה
מוקצה
מורם
מזבח מוכיח
מזבח מקדש אם הראוי לו
מזוניחה
מזמארו
מחוסר בגדים
מחוסר כפורים
מחוסר כפורים
מחיר
מחוסר כפרה
מחוסר זמן
מחלל את השבת
מטוטלת
מיאון
מילה
מי החג
מירוק
מכמס
מלא קומצו
מלואים

121
389
138
82
217
360
177
236
363
170
102
125
334
288
2

64
74
270
369
178
79
36
177
293
378
379

179
82
237
139
289
115
86
148
308
95
219
42
124
159
164
77
2
2
34
231
24
50
40
88
196
10
ibid.
47
232
242
56
237
303
118
361
54
299
89
73
86

צמר המרובלל 163
צמיתות 216
צמע 178
צריפין 93
צמם 178

ק

קבצטר 113
קדשי גוים 20
קדשי בדק הבית 233
קדשי המזבח 273
קדשי מזבח 233
קדשי קדש שחיטת בדרום 266
קדשים שקרבין במשכן 61
קדשי קדשים 21
קדשים קלים אינן טעונין מריקה 46
קדשים קלים 24
קובי 177
קולית 133
קולית 147
קופיץ 158
קורבן 128
קיטון 329
קיטור 342
קלבון 118
קלוסקמא 281
קמחין 92
קמיצה 68
קן סתומה ומפורשת 385 & 388
קנוניא 205
קפונוס 326
קפנדריא 326
קצורת 179
קרבן חינוך 86
קרבן מעילה 266
קרח 177
קרותים 91
קריאת הגבר 287
קרטוב 108

ראש המעמוו 304
ראשר ישיבה 166
רבוכה 85
רביעית 94
רביעית 64
רבובה 356
רגב בעבר הירדן 90
רובים ורובדין 285
רובדים 332
רובע ונרבע 56
רוטב 141
רוקבא 133
רצוערה 354

שבט 166
שבע הזיות שבפרה 74
שבעה קני מגורה *ibid.*
שבע מדות של לח 93
שבכיר 329
שדרא 1
שום 204
שור הנשקל 136
שחופורת 152
שחי 294
שחירה 120
שחיטה 52 & ſeq.
שטיפה 48
שיפה 84
שירי הדם 21 & 27
שירי מנחה 64
שירי מצוה 97
שליא 262
שליה 16
שלרה 59
שיתין 356
שליל 16

שלחן 103
שלמים 25
שמן המשחה 237
שמיעת הקול 245
שמעי 113
שלמי צבור ויחיד 81
שלמים קודמים לבכור 43
שני שעירי יום הכפורים 74
שעיר המשתלח 96
שעיר עבודה זרה *ibid.*
שער המים 328
שער הדלק *ibid.*
שער הקרבן *ibid.*
שער הניצוץ *ibid.*
שעירים הנשרפים 19 & 22 & 51
שפוי 275
שפיר 162
שפיר מרוקם 182
שקופורת 340
שקיפס 177
שתי הלחם 270
שתי ידורת 86
שתין 309
שתי מדות של יבש 92

תא 369
תדיר מחבירו קודם את חבירו 43
תודה 5
תודה מפגלגת את הלחם 70
תכלרת 75
תלמיד חכם 166
תמר 118
תמידים 77
תמורה 218
תנופה 80
תפות 289
תפלין של ראש ויד 75
תקיעה 90
תרקב 294

INDEX RERUM

ET

VERBORUM LOCUPLETISSIMUS.

A

Abominanda conjunguntur inter ſe, ratione prævaricationis. 276
Abtines domus. 284 & 323
Acerræ duæ inter ſe impediunt. 74
Adductio ſacrificii quibus competat. 80
Adipis comeſtio diverſimode conſiderata. 254. & ſeq.
Adipis conditio gravior eſt quam ſanguinis. 144
Agri ſeptuaginta dies ante Paſcha conſerendi ſunt ſimila. 89
Æſtimatio fit ab omni hominum genere, & omnes æſtimantur. 192
Æſtimationes allevari & aggravari poſſunt. 198
Æſtimationis pretium ſtatuitur. 193
Ager in Jubilæo venditus intra biennium redimi nequit. 214
Agitatio ſacrificii quibus competat. 80. Ejuſdem modus deſcribitur. *ibid.*
Agni abominandum reddunt panem, at non contra. 67
Agni hebdomadalium inter ſe impediunt. 74
Agni in ſacrificiis præcedunt capras. 265
Agni ligatio quomodo fiebat. 297. Pes illius non frangebatur. *ibid.* 299
Agri poſſeſſio allevanda & aggravanda eſt. 198
Agri poſſeſſi & emti differentia. 198
Alal. 145
Albugo quænam ſit. 173
Altare conſecrat id quod ei convenit. 40
Altare erat 32 cubitorum quaquaverſum. 348. Locus pro cornibus & ambulatione ipſius. *ibid.*
Altaris circuitio quomodo a pontifice maximo peragebatur. 308
Altaris exterioris menſura. 357
Altaris fundamentum. 348
Ambulacri locus in quo ſacerdotes ambulabant. 375
Ancilla quæ proprie dicatur. 245
Anni ſeptimi ſuſpectus. 168
Anno Jubilæo quædam res non redeunt. 186
Annuli infixi erant tabulis marmoreis. 232
Annulorum ſex ordines. 359
Appropinquationes Minchæ quænam. 26
Aquæ expiatoriæ non fiunt tales niſi cinis adjiciatur. 220
Aquæ firmæ quænam ſint. 173
Arcæ ſive tempora decimationis pecoris tres ſunt. 189
Ardophni. 129
Aſcendens & deſcendens ſacrificium. 244
Aſcenſio in altare & deſcenſio vario reſpectu conſiderantur. 40 & 41
Aſcenſio in altare & deſcenſio ab ipſo. 27
Aſcenſus altaris. 357
Aſina ſi duo primogenita enixa ſit, unus duntaxat agnus in redemptionem ſacerdoti dandus eſt. 156. Eodem modo ſi marem & fœminam pepererit. *ibid.*
Atrii Iſraëlis longitudo. 344
Atrii ſacerdotum longitudo. *ibid.*
Atrii mulierum longitudo. 341. In ipſo erant quatuor conclavia eaque non contignata. *ibid.*
Atrii Templi longitudo & latitudo. 375
Auditio vocis maledicti. 244
Aves præcedunt omnes Minchas in oblatione. 44
Avis immunda non dimittenda eſt. 153
Avium mactatio deſcribitur. 120

B

Baitoſæi. 101
Ben Catin machinam ligneam fecit. 288
Bethapperas non facit Bethapperas. 221
Betrima & Betlaban primas partes tenebant in vino adducendo. 91
Biram. 284
Bovis convicti damnum allevandum & aggravandum eſt. 199
Brachium quod dicatur. 151
Buccinationes viginti & una, vel quadraginta octo fiebant in templo. 196

C

Cabi decem Jeruſolymitani ſunt ſex decimæ. 86
Calvus quis ſit. 177
Candelabri ſeptem calami inter ſe impediunt. 74. Ita quoque ſeptem candelæ illius. *ibid.*
Cannæ erant viginti octo. 104
Cannarum inciſio in avibus. 119
Canticum Levitarum quod in ſanctuario dicebant. 310
Caphariim in vallibus primas tenebat partes in ſimila. 89
Carnem cum lacte non licet coquere, nec eam cum caſeo in menſam ponere.
Carnem pecoris mundi cum lacte pecoris mundi coquere non licet. 142
Cartobus. 108
Catenæ aureæ infixæ erant contignationi porticus. 363
Catinii filius Machinam fecit labro. 295
Chulda. 325
Chaſmonæi idem ſunt qui Maccabæi. 331
Chonionis domus. 112
Cibi omnes inter ſe conjunguntur 277
Cilon. 177
Cineris ab altari removendi modus. 289
Cineris remotio ab altari fiebat mane. 286
Cipponos. 326
Circumciſio ab octavo ad duodecimum diem fieri debet. 195
Clivus conſecrat ut ipſum altare. 42
Coagulum ſi quis fecerit ope pilles ingluvei, prohibitum eſt. 144
Cochleæ figura in Templo. 369
Cœnaculi altitudo. 371
Cogitatio ſacrificium reddit vitioſum. 14
Collybum. 118
Comburenda quænam ſint. 235
Comeſtio unica contra jus facta quatuor ſacrificia pro peccato, & unam oblationem pro reatu involvit. 248
Complementa offerebantur ut azyma euchariſtica. 86
Computus in quibus rebus obtineat. 219
Conclave balnearium. 329
Conclave panis propoſitionis. *ibid.*
Conclave Nazyræorum. 341
Conclave lignorum. *ibid.*
Conclave leproſorum. *ibid.*
Conclave oblationum. 323
Conclave veli. *ibid.*
Conclave poſticum. *ibid.*
Conclavia aliquot infra atrium Iſraëlitarum. 344
Conclavia quatuor erant in loco focario. 329
Conclavia quatuor in Templo. 293
Conclavia ſex in atrio. 376
Congreſſus unus cum muliere prohibita ſex ſacrificia pro peccato poſtulat. 249
Conſecratio quando fiat. 207
Cos vas. 294
Cryptæ erant ſub Templo. 233
Cupach. 82

D

Debitum duplex quod mixtum eſt cum ſacrificio pro peccato. 392
Decima & media decima erant duæ menſuræ in aridis. 93
Decima in menſuris. 64
Decimæ a quolibet homine comedi poſſunt in tota urbe. 25
Decimæ pecoris miſceri poſſunt in plenitudine pecoris paſtoris. 187
Decimandi tempora ſunt tria. 189
Decimandi ritus. 190
Decimarum mactatio fit ubique in atrio, & ſanguis earum ſemel tantum ſpargitur, quia ſumta levia ſunt. 25
Decimarum ſacrificia antecedunt ea quæ ex avibus fiunt. 43
Decimatio in terra Iſraëlis obtinet & extra eam, ſtante Templo, & ipſo non ſtante. 187
Decimationi quædam non obnoxia ſunt. 188
Decineratio altaris interioris & candelabri ad prævaricationem non obligat. 272

Dene-

Denegatio ubi obtinet, ibi non obtinet diſcalceatio, & contra. 118
Dentium vitia. 178
Deſponſationis præceptum antecedit præceptum redemptionis. 158
Deſtinatum. 231
Deſtitutus veſtibus. 10. deſtitutus veſtibus. *ibid.*
Devoveri quænam res poſſint, & qui vovere poſſint. 212
Diſcerpta in pecore enumerantur. 124
Diſcerpta in volucribus. 127
Donum meretricium quid ſit. 231

E

Excelſa quando fuerunt licita. 58
Excidia triginta ſex in Lege comprehenduntur. 236
Excidii pœna in quibus obtineat. 238
Excoriatio agni quomodo fiebat. 299
Excubias tribus in locis ſacerdotes agebant. 248 & 323
Exſectus virilibus quis ſit. 179
Expiatione quatuor indigent. 242
Euchariſtici proles, illiuſque mutatio. 87
Euchariſtici quatuor ſpecies muneris impediunt inter ſe. 74
Euchariſticorum conjunctio fit in ſex rebus. 275
Euchariſticum conſtabat e quinque Satis Jeruſolymitanis, quæ ſunt ſex in deſerto, duabus Ephis, Epha tribus Satis, viginti decimis &c. 85

F

Femur in quo nervus luxatus continetur, gentili alicui dari poteſt. 140
Fermentatum non facit fermentatum niſi juxta computum. 219
Ferrum non uſitatum in uſum altaris. 357
Filum coccineum altare cingebat medium ad diſtinguendum inter ſanguines ſuperiores & inferiores. 348
Foci domus. 284 & 323
Fœtus qui e latere matris ſuæ erupit. 161
Fœtus qui in utero obierit. 131
Fœtus octo menſium vivax in utero inventus poſt mactationem matris. 132
Foramina duo in cornibus altaris. 355
Furculæ aureæ erant quatuor. 104

G

Gabini præconis vox audiebatur uſque ad Jericho. 295
Gentilium ſancta non inducunt abominationem. 20
Gibeon. 59
Gilgal, illic Tabernaculum ſubſtitit. 59
Gradus duodecim in Templo. 336
Gradus quindecim in Templo. 342
Græci vaſtarunt Sanctuarium. 329
Grex ferreus liber eſt a primogenitura. 158

H

Hæreditates quæ anno Jubilæo non redeunt. 186
Hin 64
Hin, ejus dimidium, triens, & quartarius. 93
Hirci duo die Expiationis inter ſe impediunt. 74
Hirci noviluniorum ubi mactandi, & ubi ſanguis eorum ſpargendus ſit. 22
Hirci pro idololatria offerendi. 5
Holocauſta quæ igni conveniunt & ea quæ apta ſunt ad altare, quænam ſint. 40
Holocauſti & ſancti ſanctorum mactatio ubi fiat. 23
Holocauſti ex avibus deſumpti ſanguis ſpargitur inferius ad altare. 383
Holocauſtorum conjunctio fit in quinque rebus. 275
Holocauſtum duplex quod cum debito mixtum eſt. 392
Holocauſtum ex ave quod in ſuperiori altaris parte paratum eſt in nomine holocauſti, & ſecundum ritum ipſius, rectum eſt. 30 & 31
Holocauſtum ex ave quomodo parabatur. 28
Holocauſtum, 1. Holocauſtum apparitionis. 4
Holocauſtum ex avibus, quando in ipſo prævaricatio obtineat. 269
Holocauſtum licet id dominis ſuis non imputetur ſi abſque nomine ſuo mactatum ſit, pelles tamen ad ſacerdotes pertinent. 50
Holocauſtum ſimplex & declaratum. 390
Hyacinthinum non impedit album nec contra. 75

I

Jechoniæ porta. 346
Jeruſalem quum adveniſſent Iſraelitæ, prohibita ſunt excelſa. 60
Judex duplici modo in errorem incurrere poteſt. 165
Judici non licet mercedem accipere pro judicio. 167
Jugia ſacrificia non impediunt addititia, nec contra. 77. nec additiá inter ſe. *ibid.*
Juſjurandum depoſiti & teſtimoniale quam mulctam infligat. 242
Juvenca ſacrificii pro peccato, ſi combuſta ſit extra ſtruem ſuam, non inducit culpam. 56
Juvenci, agni, & arietes non impediunt inter ſe. 76. nec ii panem impediunt. *ibid.*
Juvenci & hirci comburendi, quando comburuntur juxta præceptum ipſorum, in loco cineris comburuntur & veſtimenta reddunt impura. 51
Immundus ſive ſanctum immundum, ſive mundum comederit, reus eſt. 52
Incendii domus concamerata erat. 332
Inceſtus quatuor caſus proponuntur. 251
Ingreſſus & egreſſus e Templo quomodo fiebant. 334
Ingluvies gentilis & cadaveris prohibita eſt Judæo. 144
Intermurale decem cubitorum. 335

K

Kerotim primas tenebat partes in vino adducendo. 91

L

Labiorum vitia. 178
Labrum poſitum erat inter porticum & altare. 359
Lactis gutta ſi in fruſtum carnis inciderit dum id in olla eſt, prohibita eſt. 143
Lanius quatuor temporibus mactat. 137
Lapides quinam adhibiti in uſum altaris. 357
Lavandus eodem die & expiatione egens, non capiunt partem de ſanctis ad edendum circa veſperam. 49
Legatus a domino ſuo miſſus quomodo prævaricetur in legatione ſua. 281 & ſeq.
Leproſus qui multis plagis affectus eſt. 243
Levitæ canticum dicebant in ſanctuario. 310
Levitæ excubias agebant in locis viginti & uno. 323
Levitæ ſaltem duodecim in ſuggeſtu ſtabant. 197. quomodo cantabant. *ibid.*
Libamina arietum miſcent cum libaminibus juvencorum. Sed agnorum & juvencorum libamina inter ſe non miſcentur. 95
Libamina in vaſe conſecrata, at ſacrificium reprobum. 87
Libamina indigent oleo, & non thure. 79
Lignum gallæ. 361
Liphtan. 177
Locus aliquando ſacrificium reprobum reddit. 12
Locuſtæ quænam proprie dicantur. 130
Logus. 64
Logus & illius quartarius. 93 & ſeq.
Lora antequam acceſcat, non emitur pecunia decimarum. 118
Loricæ menſura circum Templum. 371
Lotus eodem die. 10

M

Macban. 177
Mactandi tempus. 292
Mactatio a quibus & quando rite perfici poſſit. 114. Mactatio gentilis. *ib.* de inſtrumentis mactatoriis. 115
Mactatio alia in ſacerdotibus quam in Levitis. 117. iterum alia in vitula quam in vacca. *ibid.*
Mactatio & oblatio extra atrium duplex peccatum arguit. 52
Mactatio reproba deſcribitur. 123
Mactatio ſub diverſis titulis facta. *ibid.*
Mactatio ſacrificiorum ab illegitimo facta, non ipſa reproba reddit. 14
Mactationis jus ſtrictius eſt quam oblationis, & contra. 53
Malæ famæ mulcta allevari & aggravari poteſt. 199
Mammarum vitium. 178
Manipulus meſſis ubi, & quomodo fiebat. 98. & ſeq. adductio *ibid.*

Manipulus in tredecim cribris cribrabatur. 85
Manipulus offerebatur cum decima trium Satorum. 84
Manipulus reliquum proventum reddebat licitum. 100
Manipulus trium Satorum offerebatur tam in Sabbato, quam die profano. 97
Manus aſſecutio quomodo obtineat. 199
Manuum impoſitio a quibus fiat, & quomodo. 96 & ſeq.
Manuum phylacteria non impediunt capitis phylacteria, nec contra. 75
Mater cum pullis non capienda, licet id fiat ad leproſum purificandum. 154
Mater quare in uno loco præponatur patri. 265
Matris & filii mactatio ſimultanea prohibita eſt. 134
Mechmas primas tenebat partes in ſimila adducenda. 89
Membra inæqualia quænam. 178
Membra ſacrificii pro peccato cum membris holocauſti mixta. 35
Membrorum ſacrificii jugis portatio ad altare. 302. Quomodo perficiebatur. 305
Membrum & caro in pecore pendula polluunt. 148. Sed in homine munda ſunt. *ibid.*
Membrum pendulum in beſtia quid ſit. 252
Menſæ duæ erant in porta Ulam, marmorea, & aurea. 104
Menſæ menſura in qua panes proponebantur. 103
Menſes hyperbolymæi in anno quatuor conſtituuntur, vel octo. 105
Menſuræ omnes in Templo erant accumulatæ, excepta Pontificis maximi menſura. 95
Menſuræ ſeptem erant in liquidis. 93. Duæ vero in aridis. *ibid.*
Mezuzæ duo capita inter ſe impediunt, imo vel unica ſcriptura. 75
Mina Tyria. 185
Mincha pugillo capiebatur ubique in atrio, & a ſacerdotibus maſculis comedebatur intra cortinas. 26. Mincha aliquando vocatur ſacrificium pro peccato. *ibid.*
Minchas offerendi ordo. 44
Miſcella non facit miſcellam niſi juxta computum. 219
Mons Templi quadratus erat. 334
Mulier quæ partus multos peperit. 244
Munera a quatuor adferuntur. 242. Munera quæ pro arrogantia. *ibid.*
Munera & libamina ante conſecrationem in vaſe ſi polluta ſint, redimi poſſunt, at non poſtea. 106
Munera in duo dividuntur genera. 62
Munera omnia in vaſe parata requirunt olei ſparſiones tres, & contuſionem. 83
Munera omnia licet alieno nomine pugillo collecta, recta ſunt. 65. Sed non ita munera peccatoris & zelotypiæ. *ibid.*
Munera omnia offerebantur ex azymis, excepto fermentato ſacrificii euchariſtici, & duobus panibus fermentatis. 78
Munera omnia trecentas contritiones, & quingentas calcationes requirunt. 84
Munera quæ pugillo capiuntur, & quorum reliquiæ cedunt ſacerdotibus. 83
Muneris conficiendi ordo. 71
Muneris parandi varii caſus conſiderantur. 66
Munerum opera in vaſe fiebant intus. 103
Munerum reliquiæ. 64
Munus Iſraëlitæ unum in duo conficiendum, & duo in quatuor. 83
Munus peccatoris. 63
Munus peccatoris & omnia alia munera ab extraneo pugillo collecta, vel a lugente, vel ab eo qui de die lotus eſt, vel ab eo qui deſtitutus eſt veſtibus, vel expiatione, immundo, præputiato &c. reproba ſunt. 65
Munus privatum dividitur in quinque genera. 62
Munus publicum. 63
Munus quod per tranſlationem offertur. 63
Munus ſacerdotis uncti non conficietur in duo. 84
Munus ſacerdotum; ſacerdotis uncti, & munus libaminum cedunt altari, & nihil ſacerdotibus. 83
Munus ſacerdotum unum conficiendum in duo, & duo in quatuor. 83
Munus ſi quis pugillo collegerit ad comedendum reliquias ipſius, vel ad eas die craſtino comburendas. 68
Munus ſimilagineum. 64
Munus ſpontaneum. 64
Murus Templi erat ſex cubitorum. 373 Pronai vero quinque, & Pronaüm ipſum erat undecim cubitorum. *ibid.*
Mutatio ſacrificii a quibus fieri poſſit. 218. Et quæ inter ſe mutari poſſint. *ibid.*

N

Nablia duo erant vel ſex. 196
Nanus dicitur columna. 294
Nazyræatus oblatio in duabus partibus offerebatur. 86
Nervus luxatus in terra Iſraëlis & extra eam obtinet. 140
Nicanoris porta. 345
Nicanoris porta celebris ob miraculum ipſius. 336
Nidorum ordo. 383
Nidus pullorum emittendus in terra Iſraëlis & extra eam. 153
Nidus ſimplex quis ſit. 385
Nidus declaratus. 388
Nizots. 284 & 323
Nob. 59
Nominis unius vel duorum quid ſit in ſacrificiis. 385

O

Oblatio pro reatu certo. 261
Oblatio ſpontanea. 383
Oblatio ſpontanea aliquando holocauſtum eſt. 225
Oblatio una offertur pro multis peccatis. 243 & ſeq.
Oblatio aſcendens & deſcendens. 243
Oblationem ſi quis obtulerit pro reatu dubio; ſed ei mox innotuerit quod non peccarit. 261
Oblationes omnes tam publicæ quam privatæ, veniebant ex eo quod in terra Iſraëlis natum erat & extra eam. 89
Oblationis ſpontaneæ & ſacrificii ex debito offerendi mixtura expenditur. 384
Oblationem privatarum & publicarum in excelſa oblatarum differentia. 61
Oculorum vitia recenſentur. 178
Olei tria genera. 90 & ſeq.
Oleum vel thus ſi in munere abundaſſet, vel defeciſſet, reprobum erat. 66
Olivarum tres ſunt ſpecies. 90 & ſeq.
Omnia munera aqua tepida depſuntur, & cuſtodiuntur ne fermentent. 79
Omnia munera offeruntur numero denario, pane facierum excepto & pontificis maximi ſartaginibus. 84
Omnia ſacrificia tam publica quam privata requirunt libamina, primogenitis, decimis, Paſchate, ſacrificio pro peccato & pro reatu exceptis. 96
Omphacinum. 90
Opera multa unius ſpeciei ſi quis in una ignorantia die Sabbati fecerit, quot reatus contrahat. 253
Oppigneratio quando locum habet. 203
Ordines panis propoſitionis impediunt inter ſe. 74
Orphanorum æſtimatio. 204
Os femoris in mortuo, & os ſanctorum pecorum ſi quis tetigerit, ſive occluſa, ſive perforata ſint, immundus eſt. 147
Oſtiola duo in porta magna. 365
Ovis ſi duos primogenitos pepererit, & amborum capita ſimul prodierint, melior ſacerdoti cedit. 160
Ovum reptilis figuratum, eſt mundum. 148

P

Pacifica publica agitari debent viva & mactata, ſed manuum impoſitio in iis non obtinet. 81
Pacifica privata requirunt impoſitionem manuum dum vivunt, & agitationem dum mactata ſunt. 81
Pacifica ſacrificia antecedunt primogenita. 43
Pacifica ſacrificia lætitiæ. 4[illegible]
Panes duo in duodecim cribris cribrabantur, & panis facierum in undecim. 85
Panes duo inter ſe impediunt. 74
Panes duo non prius quam ſecundo, nec poſterius quam tertio die comeduntur. 106
Panis faciei non prius quam nono die, nec poſterius quam undecimo comeditur. 106
Panis faciei die Sabbati in menſa conſtitui debebat, & cum ipſo thuris acerræ. 105
Panis facierum & duo panes, quando prævaricatio obtineat in ipſis. 271
Panis facierum & duorum panum figura deſcribitur. 103
Panis facierum indiget thure, at non oleo. 79. Duo panes, & peccatoris munus, ac zelotypiæ, nec oleum nec thus requirunt. 79
Panis facierum non infra novem menſes, nec ſupra undecim comeditur. 165
Panis facierum offerebatur cum viginti quatuor decimis viginti quatuor Satorum. 84
Panis non impedit agnos. 76
Panum duorum & panis faciei depſio, coctio, ſubactio, & configuratio. 102
Paratum & non paratum quid ſit. 153

Pa-

Paſcha noctu duntaxat edi debet, & ab annumeratis. 25
Paſcha ſub alieno titulo mactatum, reprobum eſt. 9. Vel ſanguis illius ſub alieno titulo ſparſus. *ibid.*
Paſcha ubique in atrio mactatur, & ſanguis ſemel duntaxat ſpargitur, quia ſanctum leve eſt. 25
Pater domus judicii. 166
Pecus a gentili emta de qua non conſtiterit an primogenitum pepererit necne. 161
Pecus quæ difficile parit. 130
Pecora omnia debent bovile intrare ut decimentur. 188
Pecora orphana quænam ſint. 188
Pecora ſancta ſi ante conſecrationem vitium ſtabile habuerint, & poſtea redempta, ad primogenituram tenentur. 158
Pecoris mactatio deſcribitur. 122
Pelles ſanctorum levium ſunt dominorum; ſed ſancti ſanctorum pelles ſunt ſacerdotum. 50. Pelles tamen non cedunt ſacerdotibus ſi ante excoriationem profanatio acciderit. 50
Pellis hominis & porci domeſtici in quodam caſu ſimilis eſt carni. 146
Peniculamenta quatuor inter ſe impediunt. 75
Peras quid ſit. 247
Peregrinus qui proſelytus factus vaccam habet, quam mactavit antequam proſelytus factus fuerit. 151
Permittens non offertur juxta præceptum ſuum. 67
Pes pecoris paſtoris quantus ſit. 187
Phylacteriorum quatuor capita inter ſe impediunt. 75
Plangens ſacerdos tangit quidem ſacrificia, ſed non offert, nec capit partem ad edendum circa veſperam. 49
Pontifex maximus quomodo intrabat ut adoraret in Templo. 307
Ponticulus altaris. 288
Pontificis maximi vox uſque ad Jericho audiebatur dum nomen Domini pronunciabat. 296
Poparum receptaculum. 359
Porta cœnaculi. 369
Porta in menſtruis quid ſit. 194
Portæ in ambitu Templi erant quinque. 325
Placenta a quo frumento ſumatur. 101
Portæ magnæ ſtridor uſque ad Jericho audiebatur. 295
Portæ primogenitorum & aquarum quænam ſint. 345. & id genus aliæ. *ibid.*
Portæ ſeptem in atrio magno. 327
Portæ Templi latitudo & altitudo. 364. illius figura & apertio deſcribitur. *ibid.*
Præfectus montis Templi omnes excubias illuſtrabat. 324. Levitas dormientes baculo percutiebat. *ibid.*
Præfectus ſacerdotum quando in ſanctuarium veniebat. 286
Præputia & vineæ miſcellæ inter ſe conjunguntur. 278
Præſes academiæ ſive conſeſſus. 166
Prævaricatio in quibus rebus obtineat. 267 & ſeq.
Prævaricatio in ſanctis obtinet ſi quis Prutæ pretium ex iis perceperit. 278
Prævaricatio non ſequitur prævaricatio-nem in ſanctis, ſed in pecore & vaſis miniſterii. 279
Pretium æſtimationis, & pretium ſecundum tempus. 201
Pretium carnis quid ſit. 232
Primitiæ velleris in terra Iſraëlis & extra eam obtinent. 151
Primogenita ob quæ vitia mactentur. 172
Primogenita quæ difficulter parit. 131
Primogenita quamdiu pro ſacerdotibus educare debeant Iſraëlitæ. 163
Primogenita quomodo calliditate quadam ſacerdoti eripi poſſunt. 228
Primogeniti aliqui reſpectu ſacerdotii & hæreditatis conſiderandi. 180 & ſeq.
Primogeniti cultum ſacrum adminiſtrarunt. 59
Primogeniti & decimarum differentia reſpectu omnium ſanctitatum. 225
Primogeniti mactatio fit ubique in atrio, & ſanguis illius ſemel aſpergitur, quia ſanctum leve eſt. 25. Conceditur a ſacerdotibus. *ibid.*
Primogenitorum ſacrificia antecedunt decimas. 43
Primogenitum cujus auris perforata eſt, ne mactetur. 170
Primogenitum mutatum, decima, & filii ipſorum ſimilia ſunt ipſi primogenito & decimis. 225
Primogenitus duas e paternis bonis partes accipit. 185
Primogenitum ſi cum centum miſceatur, & illa omnia mactata ſint, omnia liberat. 150
Primogenitum ſi intra annum vitio affectum ſit, licet id per duodecim menſes conſervare. 165
Probatus a ſynedrio, & a multis quis ſit. 164 & ſeq.
Profanationes quæ in Sanctuario non acciderunt. 41
Prohibita in altari prohibent in quantulacunque parte ſint. 230
Prohibitionum tria ſunt genera. 249
Proles ſacrificii pro peccato, & mutatio ſacrificii pro peccato cujus proprietarius obiit. 271
Pugilli collectio quomodo fiat. 66

Q

Quæſtoris exploratio in ſimila probanda. 89
Quæſtoris exploratio de vino probando. 92
Quartarius. 64

R

Radices arboris idiotæ ſi arborem ſanctam intraverint, & contra, non prævaricantur in iis. 274
Ragab cis Jordanem ſecunda erat in oleo adducendo. 90
Rami quatuor in Lulab. 74
Reatus rapinæ, prævaricationis, ancillæ cum probro dimiſſæ, Nazyræi, leproſi, & dubii peccati ubi mactetur, & ubi ſanguis eorum ſpargatur. 24
Redemptio primogenitorum quibus rebus non fiat. 185
Redemptionis præceptum antecedit præceptum decollationis. 158
Regula generalis de prævaricatione. 266

S

Sabbatica ſacrificia addita antecedunt noviluniorum, & horum iterum novi anni ſacrificia. 43
Sabbatum propellitur ob opera quædam. 103
Sacerdotes & Levitæ a primogenitura liberi ſunt. 155
Sacerdotes juniores. 332
Sacerdotes vitiati veſtibus albis induebantur. 378. Si qui vero perfecti inveniebantur, ab iis feſtus dies celebrabatur. *ibid.*
Sacrificia a ſacerdotibus comedi poſſunt juxta guſtum ipſorum, ſive cocta, ſive aſſa. 45
Sacrificia jugia antecedunt omnia alia. 43
Sacrificia non fiunt abominabilia per quodlibet miniſterium illegitime factum. 18
Sacrificia pacifica mactantur in quolibet atrii loco, & ſanguis bis ſpargitur unde quater. 25. Eadem in tota Jeruſolyma edi poſſunt a quovis homine; quia ſancta levia ſunt. 25
Sacrificia privata & publica in quibus conveniant vel differant. 221
Sacrificia privata quodammodo ſimilia publicis. 9
Sacrificia pro peccatis antecedunt ſacrificia pro reatu. 44. Sacrificia pro reatu bimula offeruntur, & ſiclis emuntur. *ibid.*
Sacrificia pro peccato cœtus. 22
Sacrificia publica non requirunt impoſitionem manuum, juvenco excepto qui pro peccatis offertur, & hirco emiſſario. 96
Sacrificia quæ in oblatione præcedunt, ea etiam in comeſtione præcedunt. 44
Sacrificia quæ mixta ſunt cum ſacrificiis pro peccato quæ ſponte ſua mori debent, omnia moriantur. 33. Sacrificia quæ mori debent, ſunt quinque. 34
Sacrificia quinque ſi quis foris in una ignorantia mactaverit, quot reatus debeat. 252
Sacrificia quorum ſanguis ab illegitimo miniſtro exceptus eſt, reproba ſunt. 9
Sacrificia ſub alieno titulo mactata, tamen legitima ſunt. 7
Sacrificia ſub ſex titulis offerri poſſunt. 20. Eorum loca in quo mactanda ſunt, indicantur. 21 & 22.
Sacrificia votiva. 5. Spontanea. *ibid.* Euchariſtica. *ibid.*
Sacrificii expiatorii ſanguis inferius ſpargitur in avibus, ſed in pecoribus ſupra. 383
Sacrificii jugis diſſectio in fruſta. 299
Sacrificii jugis miniſterium. 294
Sacrificii pro peccato & holocauſti mixtura mori debet. 383. Ejuſdem ſacrificii mixtura cum eo quod ex debito offertur. *ibid.*
Sacrificii pro peccato filius, mutatio ipſius, & ſacrificium pro peccato cujus dominus obiit, moriantur. 226
Sacrificii pro peccato, holocauſti ſimplicis & declarati mixtio. 391
Sacrificiorum omnium quatuor ſunt genera. 62
Sacrificiorum tres ſpecies requirunt tria præcepta. 81
Sacrificium abominanda reddit libamina poſtquam in vaſe conſecrata fuerint. 70

Sacrificium cui tempus deeſt quodnam ſit. 57
Sacrificium cujus ſanguis foris aſperſus eſt, reprobum eſt. 11
Sacrificium euchariſticum, & aries Nazyræi ſunt ſancta levia; eorum ſanguis quoties ſpargatur. 24
Sacrificium euchariſticum panem reddit abominandum, at non contra. 67
Sacrificium pro peccato duplex quod mixtum eſt cum debito. 392
Sacrificium pro peccato ex ave parabatur ſuper cornu meridionale occidentale altaris. 26
Sacrificium pro peccato ex ave quod in inferiore altaris parte paratum eſt ſecundum ritum ſacrificii pro peccato in nomine ſacrificii pro peccato. 30
Sacrificium pro peccato ex ave quod ſub alieno titulo ungueſectum eſt. 29
Sacrificium pro peccato ex ave quomodo parabatur. 27
Sacrificium pro peccato ex avibus, quando in ipſo prævaricatio obtineat. 268
Sacrificium pro peccato. 1. Sacrificium pro reatu. *ibid.* Pacificum. *ibid.* Sacrificium pro homine privato eſt quintuplex. 3
Sacrificium pro peccato ſi ineptum ſit, ſanguis ipſius non debet lavari, licet ſit tempus corrigendi. 46
Sacrificium pro reatu in oblatione præcedit euchariſticum. 43
Sacrificium pro reatu leproſi requirit manuum impoſitionem & agitationem dum vivit. 81
Sacrificium pro reatu prævaricationis. pro reatu certo. 4. pro reatu ſervæ deſponſæ. *ibid.*
Sacrificium pro reatu rapti. Pro reatu leproſi. 4
Sacrificium pro reatu ſi cum euchariſtico ſit mixtum, paſcent ambo donec polluta fuerint. 35
Sakyphas. 177
Sancta altaris conjunguntur reſpectu prævaricationis. 275
Sancta altaris differunt a ſanctis Templo reparando deſtinatis. 233. Neque illa ex una ſanctitate in alteram mutantur. 234
Sancta ejuſdem vel diverſarum ſpecierum inter ſe mixta. 34
Sancta intempeſtive mactata comburuntor. 235
Sancta pecora quæ ante eorum conſecrationem habent vitium firmum. 149
Sancta proba, & reproba, ſi in loco ſancto reproba facta ſint, & quis ea foris obtulerit reus eſt. 53
Sancta quæ in tabernaculo oblata ſunt. 60
Sancta reproba in macello vendi poſſunt. 169
Sancta Sanctorum edebantur intra vela. 59. Sancta levia in totis caſtris Iſraëlitarum. *ib.* Aliquando in omni loco. *ib.*
Sancta Sanctorum in vertice altaris mactata. 26
Sanctitas in ſacrificiis præferenda. 43
Sanctorum gravior conditio eſt quam mutatorum ſacrificiorum. 222
Sanctorum [illegible] & commutati ſimiles ſunt. *ibid.*
Sanctuarii pollutio. 244
Sandal quid ſit. 181
Sanguinis aſperſio aliqua illegitime facta an impediat expiationem? 17 & 18
Sanguinis comeſtio prohibita. 257
Sanguinis contectio in terra Iſraëlis. 138
Sanguinis contegendi gravior eſt conditio quam nidi emittendi. 153
Sanguinis exceptio eſt reproba ſi ab illegitimis facta ſit. 10
Sanguinis ſparſio peracta holocauſti carnem eſui permiſſam reddit, & pellem. 19. Sic etiam ſe res habet in ſacrificio pro peccato. *ibid.*
Sanguinis tectio quo fiat. 139
Sanguinum opus quomodo in ſanctiſſimis obtineat ad allevandum & aggravandum. 268
Sanguis mixtus cum aqua, vel cum vino, vel cum illegitimo ſanguine. 36 & 37
Sanguis ſacrificii pro peccato prius ſpargitur quam holocauſti. 43
Sanguis ſemel aſpergendus mixtus cum ſanguine bis aſpergendo. 38. Vel ſanguis intus ſpargendus cum ſanguine foris ſpargendo. *ibid.*
Sartagines Pontificis maximi. 62
Sartagines pontificis maximi non offerebantur ex parte, ſed integra decima quæ dividebatur, cujus unum dimidium mane, alterum veſperi offerebatur. 78
Sartaginis & aheni munus quomodo differat. 82
Sartaginum pontificis maximi depſio, configuratio, & coctio propellunt Sabbatum. 102
Sceptrum. 166
Schilo, illuc cum veniſſent, excelſa prohibita ſunt. 59
Secundina quid ſit. 134
Seminis fluxus ſi ſacerdotibus accidiſſet in ſanctuario. 284
Senes plebeji in ſuprema ſenectute delirant; qui vero in Lege eruditi ſunt, ii in ſcientia perſeverant. 392
Sepelienda ſint quænam ſancta. 235
Servæ & illius quæ ob inceſtum prohibita eſt, differentia. 244
Signa in pecore legitima enumerantur. 126
Signa pecoris & animantium in Lege quidem memorata ſunt, at non. 129
Signa quæ in avibus legitima ſunt. 128
Simila & oleum non impediunt vinum in munere. 75
Socii quinam. 166
Solvens juxta præceptum quid ſit. 29
Sortis uſus in miniſteriis ſacris obeundis. 290
Sparſiones ſanguinis in altare exterius non impediunt inter ſe. 75
Sparſiones ſeptem inter ſe impediunt. 74
Struis conſtructio in altari e quibus lignis fiebat. 290
Struis magnæ diſpoſitio. *ibid.*
Studioſus. Sapiens quis ſit. 166
Suffitui faciendo vas aliquod deſtinatum erat. 303
Suffuſio quænam ſit. 173
Suſan. 326
Suſpectus de aliqua re non teſtatur. 168

T

Tabulæ marmoreæ erant in atrio. 294
Tecoa erat prima in oleo adducendo. 90
Tedi vel Teri. 326
Templi longitudo & latitudo. 371. Et altitudo illius. *ibid.*
Templum referebat leonis figuram. 373
Tempus in opportunum ſacrificium reprobum reddit. 12
Teni vas. 294
Terra virgo. 357
Teſticulus in primogenito ſi deficiat, vitioſum eſt. 175
Thalami Templi 38 enumerantur. 367
Thuribulum a quonam ſacerdote accipiebatur. 303
Tibiæ erant duæ vel duodecim. 196. Et eæ duodecim anni temporibus audiebantur. *ibid.*
Tolim primas tenebat partes in vino adducendo. 91
Tortuoſus quis ſit. 179
Trabes everganeæ. 371
Trabes malteraot dictæ. 361
Tredecim fracturæ Templo factæ ſunt a Græcis. 335
Turtures in ſacrificiis præcedunt pullos columbarum. 265

V

Unctio in placentis quomodo fiebat. 83
Ungue ſi quis ſecuerit avem intus, & foris obtulerit, reus eſt. 55
Ungueſectio in avibus quomodo fiebat. 28. Eadem aſſimilatur mactationi pecoris. 29
Ungueſectio quænam reproba ſit vel proba. 110
Ungueſctionis tam legitime quam illegitime factæ varii caſus proponuntur. 32
Urbes cujus tecta ſunt mœnia, & eæ quæ a tempore Joſuæ non cinctæ ſunt muro, differunt a domiciliis urbis muro cinctæ. 216. Urbes muro cinctæ quænam ſint. *ibid.*
Uxor ſi duos primogenitos maſculos pepererit, quinque ſolvat ſiclos. 182
Vacca ſi aſini ſpeciem pepererit, & contra, primogenitura non obtinet. 155
Vas Avub. 99
Vaſa ænea quæ extra vela exierunt, abluenda ſunt in atrio. 47
Veſtimenta, cilicia, & pelles in atrio lavari debent. 47
Veſtimentum pollutum ſi egrediatur extra vela, id lavetur in atrio. 47. Si vero extra vela pollutum eſt, dilacerandum eſt. *ibid.*
Vinum libaminis unde educebant. 91
Vitia quæ in homine legitima ſunt, ſed in pecore illegitima. 179 & ſeq.
Vitia ſtabilia & inſtabilia hominem faciunt reprobum. 177
Vitioſa in templo non mactabantur. 176
Vitis aurea ſuper porta Templi. 362
Voti & oblationis ſpontaneæ differentia. 383
Voti natura. 383
Votorum hominum anni quomodo æſtimari debeant. 200
Votum de nidis offerendis in genere vel in ſpecie factum. 392
Votum promiſſorium non ſervatum. 244

Z

Zelotypus erga uxorem ſuam. 243

FINIS.

00120551

296.1235
Mai/siv

1205.51

Maimonides, Moses
sive legum mischnicarum

[redacted]

Digitized with financial assistance from
Observer Research Foundation
on 17 May, 2019